IOHANNIS HIERONYMI HERMANNI

I. V. LIC.

REA- ET VERBALIS CONCORDANTIA IVRIS

TAM


IVSTINIANEI QVAM CANONICI

ET

FEVDALIS LONGOBARDICI OPVS

PERQVAM VTILISSIMVM

IENAE
APVD THODOR. WILHELM ERNST GVTH
cIɔ Iɔ cc L.



PRAEFATIO
AD
CANDIDVM LECTOREM.

Iam ante quatuordecim, & quod excedit annos, interpres divinarum humanarumque legum, ut & juſtitiæ antiſtes celeberrimus in Academia Salana B. WILHELMVS HIERONYMVS

BRVCKNERVS ſolicitus de locupletiſſima totius juris CONCORDANTIA conficienda erat, mihique hunc laborem longum ſane ac per difficilem quam mandabat, ſed mors ejus inſperata & repentina totum interrumpebat negotium commiſſum, hinc ſuaſu & conſilio Amicorum quorundam commotus, ut opus hoc jamdiu incœptum perficerem ac publici juris facerem.

In toto hoc opere in eam curam & ſolicitudinem, quantum potui, ſedulo incubui, ut accuratam & mendis purgatam exhiberem CONCORDANTIAM Studioſis juris, Iudicibus, ac maxime forenſium cauſarum patronis, quibus respublica carere

rere non magis quam militibus poteſt, teſtante *L.* 14. *C. de Advocatis diverſorum judiciorum*, 1. Ibi: *Nec enim ſolos,* inquiunt Imperatores LEO & ANTHEMIVS, *noſtro imperio militare credimus illos, qui gladiis, clypeis, & thoracibus nituntur, ſed etiam Advocatos: Militant namque cauſarum patroni, qui glorioſæ vocis confiſi munimine, laborantium ſpem, vitam, & poſteros defendunt.* Neque his obeſt, quod imperator FRIDERICVS III. *in Reformatione Imperii de An.* 1441. *art.* 5. Doctores & Advocatos in judiciis Imperii tolerare prohibuit.

Rea- & Verbalem juris CONCORDANTIAM haud inutilem juris Cultoribus fore cenſeo, facit enim non ſolum ad inve-

niendas voces in Iure Civili Iuſtinianeo, Feudali Longobardico, & Canonico paſſim occurrentes, ſed & materiam legalem explicat, ac caſus obvenientes ante oculos ſiſtit; loca in hoc ſcripto accurate allegata numerum 30000, & quod excurrit, complectuntur.

Non latet me, Viros Iuris Conſultiſſimos in hoc laboris genere perficiendo, jamdudum ante me deſudaſſe, & ſolicitos fuiſſe Repertoria ad inveniendum cujusque textus juris fontem in lucem dare; Ex illorum autem numero ſunt AVGVSTIN. BARBOSAE Repertorium Iuris Civilis & Canonici; IOHANNIS BERTACHINI FIRMIANI ſ. de FIRMO Reper-

pertorium, olim per IOH. THIERRY auctum; PETR. CORN. BREDERODII Repertorium ad corpus Iuris Civilis & Glossatum; LAVR. RVDAWESKI Repertorium Iuris Civilis & Canonici, &c. Repertoria vero hæc non solum multis manifestis citationum nævis sunt referta, sed & multa notatu digna in his omissa.

Huc etiam referri possunt CHRISTOPHORI LYNCKERI Concordantiæ Iuris Feudalis, quæ prodierunt Ienæ 1686. in fol. & HVLDR. GROSSEN Concordantiæ Iuris Civilis ex Pandectis, Novellis, Codice, Institutionibus & Iure Feudali, Francof. 1645. in fol.

Fa-

Faxit Deus ter optimus maximus, ut ex hoc opere in tuum, Lector humanissime, usum, magna redundent incrementa, & si quæ tibi displicent, emenda & corrige, modo hujus unius semper memor sis: Facilius est carpere, quam imitari.

I. N. I.

I. N. I.

A.

AARON.

AARON charitatem habebat, *c. 39. §. 2. dist. 2. de pœnit.*

AARON fratri (sc. *Moysi*) coadjutor datus est, ut esset os ejus ad populum, ut per eum signa fierent in Ægypto, *ibid.*

AARON in cultura vituli consensum populo adhibuit, *ib.*

AARONEM Moyses in summum Pontificem, filios vero ejus in minores Sacerdotes unxit, in *pr. §. 1. dist. 21.*

AARONIS exemplum proponitur Episcopis & Clericis, ad se invicem honorandum, *c. 7. §. 3. dist. 95.*

AARONIS virga devoravit virgas Magorum, quæ versæ sunt in dracones, *c. 14. §. 9. q. 5. caus. 26.*

ABBAS.

Si ABBAS feudum dederit de rebus ecclesiarum, nullum habet vigorem, *I. F. 6. pr.*

ABBAS beneficium s. *feudum* habens, propter suam culpam perdit, & ecclesia ad tempus feudo privatur, *II. F. 40.*

Non sit ABBAS duorum monasteriorum, *L. 40. §. 1. C. de Episcop.*

ABBAS non tam antiquitate, quam bona existimatione censendus est & eligendus, *N. 5. c. 9.* & *N. 123. c. 3.*

ABBAS ille debet institui, quem sua Congregatio, & possessionis Dominus ordinari poposcerit, *c. 4. q. 2. caus. 18.*

ABBAS eligendus, qui dignus est moribus & actibus monasticæ disciplinæ, *c. 3. q. 2. caus. 18.*

ABBAS in *monasterio* non per Episcopum, aut per aliquem extraneorum ordinetur, *c. 2. q. 2. caus. 18.*

ABBAS pro humiliatione, & cum permissione Episcopi locum suum potest relinquere, *c. 8. q. 2. caus. 18.*

ABBAS à fratribus suæ Congregationis eligendus & ordinandus, *c. 8. §. Ecce. q. 2. caus. 18.*

ABBAS, qui religiosis fœminis præpo-

IOHANNIS HIERONYMI HERMANNI

I. V. LIC.

REA- ET VERBALIS CONCORDANTIA IVRIS

TAM

IVSTINIANEI QVAM CANONICI

ET

FEVDALIS LONGOBARDICI


OPVS

PERQVAM VTILISSIMVM

IENAE

APVD THEODOR. WILHELM ERNST GÜTH

cIↄ Iↄ cc L.



PRAEFATIO
AD
CANDIDVM LECTOREM.

Iam ante quatuordecim, & quod excedit annos, interpres divinarum humanarumque legum, ut & juſtitiæ antiſtes celeberrimus in Academia Salana B. WILHELMVS HIERONYMVS

BRVCKNERVS ſolicitus de locupletiſſima totius juris CONCORDANTIA conficienda erat, mihique hunc laborem longum ſane ac per difficilem quam mandabat, ſed mors ejus inſperata & repentina totum interrumpebat negotium commiſſum, hinc ſuaſu & conſilio Amicorum quorundam commotus, ut opus hoc jamdiu incœptum perficerem ac publici juris facerem.

In toto hoc opere in eam curam & ſolicitudinem, quantum potui, ſedulo incubui, ut accuratam & mendis purgatam exhiberem CONCORDANTIAM Studioſis juris, Iudicibus, ac maxime forenſium cauſarum patronis, quibus reſpublica carere

rere non magis quam militibus poteſt, teſtante *L.* 14. *C. de Advocatis diverſorum judiciorum*, 1. Ibi: *Nec enim ſolos,* inquiunt Imperatores LEO & ANTHEMIVS, *noſtro imperio militare credimus illos, qui gladiis, clypeis, & thoracibus nituntur, ſed etiam Advocatos: Militant namque cauſarum patroni, qui glorioſæ vocis confiſi munimine, laborantium ſpem, vitam, & poſteros defendunt.* Neque his obeſt, quod imperator FRIDERICVS III. *in Reformatione Imperii de An.*1441. *art.* 5. Doctores & Advocatos in judiciis Imperii tolerare prohibuit.

Rea- & Verbalem juris CONCORDANTIAM haud inutilem juris Cultoribus fore cenſeo, facit enim non ſolum ad inve-

niendas voces in Iure Civili Iuſtinianeo, Feudali Longobardico, & Canonico passim occurrentes, ſed & materiam legalem explicat, ac caſus obvenientes ante oculos ſiſtit; loca in hoc ſcripto accurate allegata numerum 30000, & quod excurrit, complectuntur.

Non latet me, Viros Iuris Conſultiſſimos in hoc laboris genere perficiendo, jamdudum ante me deſudaſſe, & ſolicitos fuiſſe Repertoria ad inveniendum cujusque textus juris fontem in lucem dare; Ex illorum autem numero ſunt AVGVSTIN. BARBOSAE Repertorium Iuris Civilis & Canonici; IOHANNIS BERTACHINI FIRMIANI ſ. de FIRMO Reper-

pertorium, olim per IOH. THIERRY auctum; PETR. CORN. BREDERODII Repertorium ad corpus Iuris Civilis & Glossatum; LAVR. RVDAWESKI Repertorium Iuris Civilis & Canonici, &c. Repertoria vero hæc non solum multis manifestis citationum nævis sunt referta, sed & multa notatu digna in his omissa.

Huc etiam referri possunt CHRISTOPHORI LYNCKERI Concordantiæ Iuris Feudalis, quæ prodierunt Ienæ 1686. in fol. & HVLDR. GROSSEN Concordantiæ Iuris Civilis ex Pandectis, Novellis, Codice, Institutionibus & Iure Feudali, Francof. 1645. in fol.

Fa-

Faxit Deus ter optimus maximus, ut ex hoc opere in tuum, Lector humanissime, usum, magna redundent incrementa, & si quæ tibi displicent, emenda & corrige, modo hujus unius semper memor sis: Facilius est carpere, quam imitari.

I. N. I.

I. N. I.

A.

AARON.

AARON charitatem habebat, *c. 39. §. 2. dist. 2. de pœnit.*

AARON fratri (sc. *Moysi*) coadjutor datus est, ut esset os ejus ad populum, ut per eum signa fierent in Ægypto, *ibid.*

AARON in cultura vituli consensum populo adhibuit, *ib.*

AARONEM Moyses in summum Pontificem, filios vero ejus in minores Sacerdotes unxit, in *pr.* §. *1. dist. 21.*

AARONIS exemplum proponitur Episcopis & Clericis, ad se invicem honorandum, *c. 7. §. 3. dist. 95.*

AARONIS virga devoravit virgas Magorum, quæ versæ sunt in dracones, *c. 14. §. 9. q. 5. caus. 26.*

ABBAS.

Si ABBAS feudum dederit de rebus ecclesiarum, nullum habet vigorem, *I. F. 6. pr.*

ABBAS beneficium s. *feudum* habens, propter suam culpam perdit, & ecclesia ad tempus feudo privatur, *II. F. 40.*

Non sit ABBAS duorum monasteriorum, *L. 40. §. 1. C. de Episcop.*

ABBAS non tam antiquitate, quam bona existimatione censendus est & eligendus, *N. 5. c. 9.* & *N. 123. c. 3.*

ABBAS ille debet institui, quem sua Congregatio, & possessionis Dominus ordinari poposcerit, *c. 4. q. 2. caus. 18.*

ABBAS eligendus, qui dignus est moribus & actibus monasticæ disciplinæ, *c. 3. q. 2. caus. 18.*

ABBAS in *monasterio* non per Episcopum, aut per aliquem extraneorum ordinetur, *c. 2. q. 2. caus. 18.*

ABBAS pro humiliatione, & cum permissione Episcopi locum suum potest relinquere, *c. 8. q. 2. caus. 18.*

ABBAS à fratribus suæ Congregationis eligendus & ordinandus, *c. 8. §. Ecce. q. 2. caus. 18.*

ABBAS, qui religiosis fœminis præpo-

nendus est, ab Episcopo loci comprobetur, *c. 11. q. 2. caus. 18.*

Nullus habitum Monachi suscipiat, spem, aut promissionem habens, ut ABBAS fiat, *c. 20. §. 1. q. 7. caus. 16.*

ABBAS sine voluntate fratrum aliquem de suis propinquis substituere non valet, *c. ult. q. 7. caus. 16.*

ABBAS, Priore mortuo, non extraneus, sed de eadem Congr. sive monasterio, eligendus, nisi idoneam personam non habeant, *c. 5. §. 2.* & *c. 8. q. 2. caus. 18.*

ABBAS, cui ab Episcopo manus imponitur, aliquos tonsurare potest, *c. 1. dist. 69. c. 11. X. de ætat. & qual. & ord. præf.*

ABBAS, si est Presbyter, & est benedictus, conferre potest ordinem clericalem, *c. 11. X. de ætat. & qual. & ord. præf.*

ABBAS alicui non potest dare licentiam retro abeundi post professionem, *c. Quod autem. q. 3. caus. 17.*

Quidquid ABBAS sine licentia Episcopi vendiderit, in irritum deducatur, *c. 40. pr. q. 4. caus. 17.*

ABBAS mancipia Monachis donata non potest manumittere, *d. c. 40. §. 1. eod.*

ABBAS non debet subjacere Monachorum potestati, quia alias ei nulla remaneret authoritas, *c. 9. q. 2. caus. 18.*

ABBAS totam habet potestatem in monasterio, *d. c. 9.*

ABBAS Monachum alienum non suscipiat, *c. 16. §. 2. q. 2. caus. 18.*

ABBAS cogendus non est ad Synodum ire, nisi aliqua rationabilis causa existat, *c. 31. §. Canonica. q. 2. caus. 18.*

ABBAS testis existere potest, *c. 8. X. de dolo & contum.*

In causa monasterii convenitur ABBAS per rescriptum, in quo nulla fit mentio de conventu, nec propter hoc appellari potest, nisi forte Abbatis & Conventus negotia essent omnino discreta, *c. 21. X. de Rescript.*

ABBAS exemptus, sine licentia Papæ renunciare non potest, *c. 15. X. de Renunc.*

ABBAS nequit de jure sine licentia Romani Pontif. renunciare privilegiis, vel indulgentiis libertatis, quæ monasterium illud indicant ad jus & proprietatem Rom. Eccles. pertinere, *c. 5. X. de Arbitr.*

ABBAS religiosos fugitivos annuatim solicite requirat, & cogat, ut ad monasterium revertantur, *c. 24. X. de Regul. & transeunt.*

ABBAS in Capellis præscribere potest jura Episcopalia: obtinet tamen in his solis quæ præscripsit, *c. 18. X. de Præscript.*

ABBAS quanto frequentius poterit, sit cum fratribus in Conventu, vigilem curam & diligentem solicitudinem gerens de omnibus, ut de officio sibi commisso dignam Deo possit reddere rationem, *c. 6. X. de Statu Monachor.*

ABBAS non potest super habenda proprietate cum aliquo Monacho dispensare, *c. 6. X. de Statu Monachor.*

ABBAS contra testes, qui deposuerunt contra eum de Simonia in judicio inquisitionis, excipere potest, quod sunt inimici & conspiratores; alias vero exceptiones criminum opponere non potest, *c. 31. X. de Simonia &c.*

ABBAS non potest de causa matrimoniali cognoscere, nec publicas pœnitentias imponere, nec indulgentias concedere, & similia, quæ sunt Episcopalis dignitatis, nisi speciali concessione sit munitus, *c. 12. X. de Excess. Prælat.*

ABBAS exemptus eligi quidem potest in Episcopum, sed transire non potest sine licentia Papæ, vel Legati de Latere, *c. 36. de Elect. in 6.*

Si quis ABBAS cautus in regimine, humilis,

milis, castus, misericors, discretus, sobriusque non fuerit, ac divina præcepta verbis & exemplis non ostenderit, ab Episcopo à suo arceatur honore, etiamsi omnis Congregatio eum habere voluerit, *c. 15. q. 2. caus. 18.*

Monachus unius Monasterii alterius factus ABBAS, in electione *Abbatis* prioris Monasterii vocem non habet, etiamsi tale jus ab *Abbate* & Monachis prioris Monasterii sibi fuit reservatum, *c. 47. X. de Elect.*

ABBATE invito ad ordinandum alia Monasteria, aut ad Ordines sacros, vel Clericatus Officium Monachi tolli non debent, *c. 5. §. 3. q. 2. caus. 18.*

ABBATEM eligunt Monachi & Episcopus, *N. 5. c. 9.* & *N. 123. c. 3.*

In ABBATEM electus non Monachus, removendus est, *c. 37. X. de Elect.*

ABBATEM Monachus accusare potest, et si proprium non habeat, de bonis Monasterii expensæ litis necessariæ debent ministrari, *c. 11. X. de Accus.*

Si Episcopus tertio cum humilitate requisitus nolit ABBATEM benedicere, ipse poterit suos Monachos benedicere, & alia, quæ ad officium hujusmodi pertinent, exercere, *c. 1. X. de suppl. negl. Præl.*

Si ad solum ABBATEM pertineat Creatio Monachorum, eo defuncto nequibit novus Monachus à Conventu creari, *c. 6. de Regular. in 6.*

ABBATEM congregatio debet sibi eligere post *Abbatis* sui mortem, vel eo vivente, si ipse discesserit, vel peccaverit, *c. 43. q. 7. caus. 16.*

Episcopus ABBATEM non debet violenter retinere in loco suo, *c. 43. q. 7. caus. 16.*

In ABBATEM Irregularis & in minoribus Ordinibus constitutus dispensative potest assumi, *c. 10. X. de ætate &c. Præfect.*

ABBATES curam Monachorum gerunt, *L. 40. pr. C. de Episc. & Cler.*

ABBATES monasteriorum esse non possunt, qui Ecclesiis quoquomodo militant, *c. 38. q. 1. caus. 16.*

ABBATES ex officio suo teneantur Congregationum suarum negotia procurare, nisi forte *Abbatis* & Conventus negotia essent omnino discreta, *c. 21. X. de Rescript.*

ABBATES & alia officia per Sacerdotes institui debent, *c. 8. q. 2. caus. 18.*

Non licet Monachis ABBATES pro suo arbitrio expellere, aut alios ordinare, *c. 9. q. 2. caus. 18.*

ABBATES Cistercienses prohibentur solenniter installari, & ponitur forma obedientiæ, quam præstant suis Episcopis, *c. 43. X. de Simon.*

ABBATES & Sacerdotes, qui sunt dioecesani Episcopi, ad ejus Synodum venire, & sibi obedire compelli possunt per censuram ecclesiasticam, *c. 9. X. de Major. & obed.*

ABBATES, qui non in fructum animarum, sed in avaritiam & turpe lucrum inhiantes, aliquos faciunt Monachos, pœnitentiæ canonicæ, utpote turpis lucri sectatores, subjaceant, *c. 42. q. 7. caus. 16.*

ABBATES sunt in potestate Episcoporum, & ab his corrigendi, *c. 16. q. 2. caus. 18.*

ABBATI non licet alienare possessiones, & res Ecclesiæ traditas, in *pr. q. 4. caus. 17.*

ABBATIBUS prohibitum est, ne passim ante tempus probationis quoslibet ad professionem recipiant, *c. 16. X. de Regul.*

Ab ABBATIBUS Episcopi, præter debitam obedientiam, non possunt aliquid exigere, vel præcipere contra libertatem ordinis à Sede Apostolica indultam, *c. 5. X. de Excess. Præl.*

ABBATIBUS, qui neque sub Episcopo,

nendus est, ab Episcopo loci comprobetur, *c. 11. q. 2. caus. 18.*

Nullus habitum Monachi suscipiat, spem, aut promissionem habens, ut ABBAS fiat, *c. 20. §. 1. q. 7. caus. 16.*

ABBAS sine voluntate fratrum aliquem de suis propinquis substituere non valet, *c. ult. q. 7. caus. 16.*

ABBAS, Priore mortuo, non extraneus, sed de eadem Congr. sive monasterio, eligendus, nisi idoneam personam non habeant, *c. 5. §. 2.* & *c. 8. q. 2. caus. 18.*

ABBAS, cui ab Episcopo manus imponitur, aliquos tonsurare potest, *c. 1. dist. 69. c. 11. X. de ætat. & qual. & ord. pref.*

ABBAS, si est Presbyter, & est benedictus, conferre potest ordinem clericalem, *c. 11. X. de ætat. & qual. & ord. pref.*

ABBAS alicui non potest dare licentiam retro abeundi post professionem, *c. Quod autem. q. 3. caus. 17.*

Quidquid ABBAS sine licentia Episcopi vendiderit, in irritum deducatur, *c. 40. pr. q. 4. caus. 17.*

ABBAS mancipia Monachis donata non potest manumittere, *d. c. 40. §. 1. eod.*

ABBAS non debet subjacere Monachorum potestati, quia alias ei nulla remaneret authoritas, *c. 9. q. 2. caus. 18.*

ABBAS totam habet potestatem in monasterio, *d. c. 9.*

ABBAS Monachum alienum non suscipiat, *c. 16. §. 2. q. 2. caus. 18.*

ABBAS cogendus non est ad Synodum ire, nisi aliqua rationabilis causa existat, *c. 31. §. Canonica. q. 2. caus. 18.*

ABBAS testis existere potest, *c. 8. X. de dolo & contum.*

In causa monasterii convenitur ABBAS per rescriptum, in quo nulla fit mentio de conventu, nec propter hoc appellari potest, nisi forte *Abbatis* & Conventus negotia essent omnino discreta, *c. 21. X. de Rescript.*

ABBAS exemptus, sine licentia Papæ renunciare non potest, *c. 15. X. de Renunc.*

ABBAS nequit de jure sine licentia Romani Pontif. renunciare privilegiis, vel indulgentiis libertatis, quæ monasterium illud indicant ad jus & proprietatem Rom. Eccles. pertinere, *c. 5. X. de Arbitr.*

ABBAS religiosos fugitivos annuatim solicite requirat, & cogat, ut ad monasterium revertantur, *c. 24. X. de Regul. & transeunt.*

ABBAS in Capellis præscribere potest jura Episcopalia: obtinet tamen in his solis quæ præscripsit, *c. 18. X. de Præscript.*

ABBAS quanto frequentius poterit, sit cum fratribus in Conventu, vigilem curam & diligentem solicitudinem gerens de omnibus, ut de officio sibi commisso dignam Deo possit reddere rationem, *c. 6. X. de Statu Monachor.*

ABBAS non potest super habenda proprietate cum aliquo Monacho dispensare, *c. 6. X. de Statu Monachor.*

ABBAS contra testes, qui deposuerunt contra eum de Simonia in judicio inquisitionis, excipere potest, quod sunt inimici & conspiratores; alias vero exceptiones criminum opponere non potest, *c. 31. X. de Simonia &c.*

ABBAS non potest de causa matrimoniali cognoscere, nec publicas pœnitentias imponere, nec indulgentias concedere, & similia, quæ sunt Episcopalis dignitatis, nisi speciali concessione sit munitus, *c. 12. X. de Excess. Prælat.*

ABBAS exemptus eligi quidem potest in Episcopum, sed transire non potest sine licentia Papæ, vel Legati de Latere, *c. 36. de Elect. in 6.*

Si quis ABBAS cautus in regimine, humilis,

milis, castus, misericors, discretus, sobriusque non fuerit, ac divina praecepta verbis & exemplis non ostenderit, ab Episcopo à suo arceatur honore, etiamsi omnis Congregatio eum habere voluerit, *c. 15. q. 2. caus. 18.*

Monachus unius Monasterii alterius factus ABBAS, in electione *Abbatis* prioris Monasterii vocem non habet, etiamsi tale jus ab *Abbate* & Monachis prioris Monasterii sibi fuit reservatum, *c. 47. X. de Elect.*

ABBATE invito ad ordinandum alia Monasteria, aut ad Ordines sacros, vel Clericatus Officium Monachi tolli non debent, *c. 5. §. 3. q. 2. caus. 18.*

ABBATEM eligunt Monachi & Episcopus, *N. 5. c. 9.* & *N. 123. c. 3.*

In ABBATEM electus non Monachus, removendus est, *c. 37. X. de Elect.*

ABBATEM Monachus accusare potest, et si proprium non habeat, de bonis Monasterii expensae litis necessariae debent ministrari, *c. 11. X. de Accus.*

Si Episcopus tertio cum humilitate requisitus nolit ABBATEM benedicere, ipse poterit suos Monachos benedicere, & alia, quae ad officium hujusmodi pertinent, exercere, *c. 1. X. de suppl. negl. Prael.*

Si ad solum ABBATEM pertineat Creatio Monachorum, eo defuncto nequibit novus Monachus à Conventu creari, *c. 6. de Regular. in 6.*

ABBATEM congregatio debet sibi eligere post *Abbatis* sui mortem, vel eo vivente, si ipse discesserit, vel peccaverit, *c. 43. q. 7. caus. 16.*

Episcopus ABBATEM non debet violenter retinere in loco suo, *c. 43. q. 7. caus. 16.*

In ABBATEM Irregularis & in minoribus Ordinibus constitutus dispensative potest assumi, *c. 10. X. de aetate & c. Praefect.*

ABBATES curam Monachorum gerunt, *L. 40. pr. C. de Episc. & Cler.*

ABBATES monasteriorum esse non possunt, qui Ecclesiis quoquomodo militant, *c. 38. q. 1. caus. 16.*

ABBATES ex officio suo teneantur Congregationum suarum negotia procurare, nisi forte *Abbatis* & Conventus negotia essent omnino discreta, *c. 21. X. de Rescript.*

ABBATES & alia officia per Sacerdotes instituti debent, *c. 8. q. 2. caus. 18.*

Non licet Monachis ABBATES pro suo arbitrio expellere, aut alios ordinare, *c. 9. q. 2 caus. 18.*

ABBATES Cistercienses prohibentur solenniter installari, & ponitur forma obedientiae, quam praestant suis Episcopis, *c. 43. X. de Simon.*

ABBATES & Sacerdotes, qui sunt dioecesani Episcopi, ad ejus Synodum venire, & sibi obedire compelli possunt per censuram ecclesiasticam, *c. 9. X. de Major. & obed.*

ABBATES, qui non in fructum animarum, sed in avaritiam & turpe lucrum inhiantes, aliquos faciunt Monachos, poenitentiae canonicae, utpote turpis lucri sectatores, subjaceant, *c. 42. q. 7. caus. 16.*

ABBATES sunt in potestate Episcoporum, & ab his corrigendi, *c. 16. q. 2. caus. 18.*

ABBATI non licet alienare possessiones, & res Ecclesiae traditas, in *pr. q. 4. caus. 17.*

ABBATIBUS prohibitum est, ne passim ante tempus probationis quoslibet ad professionem recipiant, *c. 16. X. de Regul.*

Ab ABBATIBUS Episcopi, praeter debitam obedientiam, non possunt aliquid exigere, vel praecipere contra libertatem ordinis à Sede Apostolica indultam, *c. 5. X. de Excess. Prael.*

ABBATIBUS, qui neque sub Episcopo,

neque sub Metropolitano, neque sub Primate, neque sub Patriarcha sunt, nullus prorsus Episcoporum Episcopalia quælibet administret, *c. 18. q. 2. caus. 18.*

Ordinarius supplet negligentiam ABBATIS, non revocantis Monachum vagabundum, *c. 7. X. de Offic. Iud.*

ABBATISSA.

ABBATISSA non potest feudum de rebus Ecclesiarum dare, *I F 6. pr.*

ABBATISSA non solita feudum dare, *1. F. 6. pr.*

ABBATISSA testari non potest, etiamsi nunquam induisset habitum Monachalem, *c. 2. X. de testam.*

Licet ABBATISSA subditos excommunicare non possit, ipsi tamen sibi obedire tenentur, *c. 12. X. de Maj. r. & obed.*

ABBATISSA potest Canonicas suas, & Clericos suæ Iurisdictioni subjectos propter inobedientias & culpas eorum Officio Beneficioque suspendere, *d. c. 12.*

ABBATISSAM eligunt moniales & Episcopus, *N. 123. c. 34.*

Iuvenculas fieri ABBATISSAS vehementissime prohibitum est, *c 12. q. 1. caus. 20.*

Compelluntur domini temporales, per censuram ecclesiasticam, ut in suis Curiis admittant ABBATISSAS per Procuratores litigare. Ecclesiastici vero in temporalibus & spiritualibus earum Procuratores admittere debent, *c. un. §. 3. de Statu Regular. in 6.*

ABBATISSÆ Principibus secularibus, ad fidelitatis sacramentum præstandum adstrictæ, si non possunt per Procuratorem jurare, personaliter exeundo Monasterium jurabunt, & absque dilatione redeant, *c. un. §. 2. de Statu Regul. in 6.*

ABACTVM *animal.*

ABACTI animalis accusatio non solum cum inscriptionibus, sed etiam sine ea observatione proponitur, *c. 2. q. 4. caus. 4.* & *L. 1. C. de Abigeis.*

ABDICATIO.

ABDICATIO, quæ Græco more ad alienandos liberos usurpabatur, & ἀποκήρυξις dicebatur, Romanis legibus non comprobatur, *L. 6. C. de patr. potest.*

ABDVCENS *pecora.*

ABDVCENTES porcam, vel capram, vel vervecem, non tam graviter, quam qui majora animalia abigat, plecti debent, *L. 1. § 2. de Abigeis.*

ABDVCERE.

ABDVXISSE videtur, (ut Labeo ait) non qui abducere comitem cœpit, sed qui perfecit, ut comes cum eo non esset, *L. 15. §. 17. de injur.*

ABDVXISSE autem non tantum is videtur, qui per vim abduxit; verum is quoque, qui persuasit comiti, ut eam desereret, *ibid.*

ABESSE.

ABESSE non videtur, qui ab hostibus captus est, sed qui à latronibus detinetur, *L. 199. §. 1. de V. S.*

ABESSE Reipublicæ causa intelligitur is, qui ab urbe profectus est, licet nondum provincia excesserit, *L. 32. ex quib. caus. maj.*

ABESSE hi publica causa non intelliguntur, qui in provincia sua, ultra tempus à constitutionibus concessum, adsident, *L. 37. eod.*

ABESSE tamdiu Reipubl. causa videbitur, quamdiu officio alicui præest, *L. 38. § 1. eod.*

Si finitum fuerit officium, jam desinit quis ABESSE Reipubl. causa, *d. L. 38. §. 1. eod.*

Non vere dicitur Reipubl. causa ABESSE (eum), qui sui privati negotii causa in legatione est, *L. 43. eod.*

Milites omnes, qui discedere signis sine periculo non possunt, Reipubl. causa ABESSE intelliguntur, *L. 45. eod.*

Miles, commeatu accepto, si domi suæ est, Reipubl. causa ABESSE non videtur, *L. 34. pr. eod.*

Eos,

Eos, qui *Notis* ſcribunt acta Præſidum, Reipubl. cauſa non ABESSE (alii *affirmative* legunt) certum eſt, *L. 33. §. 1. eod.*

Deſinere ABESSE res tunc videtur, cum ſic redit in poteſtatem, ne amittere (*ejus*) poſſeſſionem poſſimus, *L. 13. §. 2. de V. S.*

Videtur res ei ABESSE, cui pretium abeſt, *L. 14. pr. de V. S.*

Labeo & Sabinus exiſtimant rem ABESSE, ſi veſtimentum ſciſſum reddatur, vel res corrupta reddita ſit, quoniam earum rerum pretium non in ſubſtantia, ſed in arte ſit poſitum, *L. 14. pr. de V. S.*

Recte dicitur res ABESSE, ſi dominus rem, quæ furto ſibi aberat, ignorans emerit, etiam ſi poſtea id ita eſſe ſcierit, *d. L. 14. pr. eod.*

Res ABESSE videntur (ut Sabinus ait, & Pedius probat) etiam hæ, quarum corpus manet, forma mutata eſt, *L. 13. §. 1. eod.*

ABEST ea res, quæ in rebus humanis non eſt, *L. 13. §. 3. eod.*

Is ABEST Reipubl. cauſa, cui in Provincia ſua Princeps adſidere ſpeciali beneficio permiſit, *L. 38. pr. ex quib. cauſ. maj.*

Is, qui Reipubl. cauſa ABEST, in aliqua re læſus, non reſtituitur, in qua, etiamſi Reipubl. cauſa non *abfuiſſet*, damnum erat paſſurus, *L. 44. eod.*

Reipubl. cauſa non ABEST, qui operas in publico, quod vectigalium cauſa locatum eſt, dat, *L. 34. §. 1. eod.*

ABEST Reipubl. cauſa Procurator Cæſaris, *L. 35. §. 2. eod.*

ABEST Reipubl. cauſa Præfectus Ægypti, *d. L. 35. §. 3. eod.*

ABEST Reipubl. cauſa, qui ad compeſcendos malos homines miſſus eſt, *d. L. 35. §. 5. eod.*

ABSVNT Reipubl. cauſa, qui mittuntur, ut milites ducerent, aut reducerent, aut legendi curarent, *L. 35. pr. eod.*

ABSVNT Reipubl. cauſa, qui miſſi ſunt ad gratulandum Principi, *L. 35. §. 1. eod.*

Qui ABFVIT ex neceſſitate & non ex voluntate, ei ſubveniendum eſt, *L. 26. §. 9. eod.*

Hi ſoli ABSVNT Reipubl. cauſa, qui non ſui commodi cauſa, ſed coacti abſunt, *L. 36. eod.*

Qui Reipubl. cauſa ABFVIT, etiam adverſus eum, qui pariter Reipubl. cauſa *abfuerit*, reſtituendus eſt, ſi aliquid damni juſte queritur, *L. 46. eod.*

Is, qui Reipublicæ cauſa ABFVTVRVS erat, ſi procuratorem reliquerit, per quem defendi potuit, in integrum volens reſtitui, non auditur, *L. 39. eod.*

ABIGEATVS.

ABIGEATVS crimen publici judicii non eſt, quia furtum magis eſt, *L. 2. de Abigeis.*

ABIGEATVS crimen ſine inſcriptione poteſt proponi, *L. 1. C. de Abigeis.*

ABIGEATVS crimen requirit dolum, *L. 1. §. ult. de Abigeis.*

ABIGERE.

ABIGENS pecora, de quorum proprietate faciebat controverſiam, non tenetur crimine abigeatus, ſi id jure fecit putans eſſe ſua, ſecus ſi callide, & doloſe litem feciſſet ad hoc, ut poſtea abigeret, *L. 1. §. 4. de Abigeis.*

ABIGENTES cum gladio graviter puniri debent, quia beſtiis ſubjiciuntur, *L. 1. §. 3. & L. 2. eod.*

ABIGENS domitum pecus à ſtabulo gravius punitur, quam qui à ſylva, *L. 3. §. 1. eod.*

ABIGEVS.

ABIGEVS non eſt, qui bovem aberrantem, vel equos in ſolitudine relictos abduxit, ſed fur potius, *L. 1. §. 1. de Abigeis.*

ABIGEVM aut furem numerus abactorum pecorum facit, *L. 3. pr. de Abigeis.*

ABIGEVS dicitur, qui decem oves, porcos quinque, vel quatuor, equum, aut bovem unum subripit, *L. 3. pr. de Abigeis.*

ABIGEI sunt, qui sæpius abegerunt, licet semper unum vel alterum pecus subripuerint, *L. 3. §. 2. eod.*

ABIGEI proprie hi habentur, qui pecora ex pascuis, vel ex armentis subtrahunt, & quodammodo deprædantur, & abigendi studium quasi artem exercent, *L. 1. §. 1. eod.*

ABIGEORVM Receptatores qua pœna plecti debeant, epistola D. Trajani ita cautum, ut extra *terram Italiam* decem annis relegarentur, *L. 3. §. 3. eod.*

ABIGEVS, qui ad restituenda, quæ abegerat, pecora, pecuniam accepit, tam hanc, quam ea, quæ per hoc commissum tenuit, restituere debet, licet mortua, vel alio fortuito casu periisse dicantur, *L. 7. C. de condict. ob turp. caus.*

ABLATA.

Violenter ABLATA ante litem contestatam restituantur, *c. 3. q. 2. caus. 3.*

ABOLITIO.

ABOLITIO aut publice fit ob diem insignem, aut publicam gratulationem, *L. 8. ad. SCtum Turpill.*

ABOLITIO privatim à Præsidibus postulari ac impetrari solet, *L. 1. §. 8. eod. c. 8. §. 8. q. 3. caus. 2. c. 8. §. 7. q. 3. caus. 2.*

Post ABOLITIONEM idem crimen ab eodem in eundem instaurari non potest, *L. 4. §. 1. eod.*

ABOLITIONE publice facta finitis feriis potest accusator intra 30. dies utiles repetere accusationem, & cedunt illi dies à tempore, quo reum repetere potuit, & adire judicem, *L. 10. §. 1. & 2. eod.*

ABOLITIONE publice facta, vel ob lætitiam aliquam, vel honorem domus divinæ, vel ex aliqua causa, ex qua Senatus censuit abolitionem reorum fieri, si quis intra 30. dies non repetierit reum, non incidit in Turpillianum, *L. 12. eod.*

ABOLITIONEM adulterii criminis postulans, Præsidem, in cujus officio accusatio fuerit instituta, adire debet, *L. 16. C. ad L. Iul. de adulter.*

ABOLITIO poenam remittit, infamiam non tollit, *c. 8. §. 8. q. 3. caus. 2.*

Generali ABOLITIONE finita, intra 30. dies accusatio potest repeti, & non ultra, *L. 1. C. de generali abolit.*

ABOLITIONE generali finita etiam post 30. dies non prohibetur accusari reus, qui non erat accusatus tempore, quo generalis abolitio supervenit, *L. 2. C. eod.*

ABOLITIO generalis non refertur ad eos, qui sunt in carceribus, *L. 2. §. 1. de Custodia reor.*

ABOLITIO non porrigitur ad crimen falsi, nec ad alia crimina, in quibus ex utraque parte incumbit onus probandi, & ideo accusans de falso si post abolitionem publice factam feriis finitis non reaccusaverit, incidit in Turpillianum, *L. 17. ad SCtum Turpill.*

ABOLITIONEM petere non potest, qui sciens se non vera proferre accusavit, *L. 3. C. d. Abolit.*

ABOLITIO non est concedenda mente sincera accusanti, si reus carceres, vel tormenta, vel verbera, vel catenas jam sustinuerit, nisi forte ille, qui hæc passus est, suum consensum ad petendam abolitionem accommodaverit, *L. 3. C. eod.*

ABOLITIONEM petere potest accusator intra 30. dies etiam invito reo, si reus non sit carceratus, nec passus aliquod gravamen corporale, post hoc vero tempus nisi reus consentiat, abolitio non est concedenda, *d. L. 3. C. eod.*

ABOLITIO etiam ambarum partium con-

consensu omnino est deneganda, ubi testes tormenta passi sunt, *ib.*

ABOLITIO denegatur in crimine læsæ majestatis, i. e. in moliente contra majestatem Principis, vel Rempub. in crimine peculatus, & in desertis a milite sacramentis, *ibid.*

Si quis per deceptionem, vel pecuniis à reo corruptus ad postulandam ABOLITIONEM venit, redemptæ miserationis vox minime admittatur, *L. 2. C. eod.*

ABOLITIONIS petendæ justa causa est, si quis suæ suorumve injuriæ gratia accusationem instituit, *L. 2. C. eod.*

ABOLITIONEM accusator accipere non potest, si lis diu fuerit ventilata, *L. 18. pr. ad SCtum Turpill.*

ABOLITIO ex lege fit, accusatore mortuo, vel ex justa causa impedito, quominus accusare possit, *L. 10. pr. eod.*

ABORTIO.

Qui ABORTIONIS, aut amatorium poculum dant, etsi dolo non faciant, tamen, quia mali exempli res est, humiliores in metallum, honestiores in insulam, amissa parte bonorum relegantur, quod si eo *mulier* aut *homo* perierit, summo supplicio adficiuntur, *L. 38. §. 5. de pœnis.*

ABORTVS.

ABORTV uxoris testamentum mariti non solvitur, *L. 2. C. de Posthum. hered.*

Non est homicida, qui ABORTVM procurat, antequam anima corpori sit infusa, *c. 8. q. 2. caus. 32.*

ABORTVM medicamentis faciens mulier accepta pecunia à ventris substituto capite damnari debet, *L. 39. de Pœn.*

ABORTVM faciens mulier post divortium, ne jam inimico marito filium procrearet, temporali exilio coërcenda, *d. L. 39.*

ABORTVM mulier data opera faciens, à Præside in temporale exilium danda, *L. 4. de extraord. crimin. L. 8. ad L. Corn. de siccar.*

Qui ABORTVI (al. *Abortioni*) causam dat, homicida est, si conceptum erat vivificatum animal rationale, alias secus, *c. 20. X. de Homicid.*

Si quis percusserit mulierem in utero habentem, & ABORTVM fecerit s. *abortiverit*, si formatum fuerit, det animam pro anima, si autem informatum fuerit, mulctetur pecunia, *c. 9. q. 2. caus. 32.*

ABROGARE.

ABROGATVR legi, cum prorsus tollitur, *L. 102. de V. S.*

ABROGANTVR leges contraria consuetudine, *c. 3. §. Leges. dist. 4.*

ABSCINDERE.

Si quis ABSCIDIT semetipsum, i. e. si quis amputavit sibi virilia, non fiat Clericus, *c. 4. pr. dist. 55.*

Qui se ipsum ABSCINDIT, sui est homicida, & Dei inimicus, *d. c. 4. pr.*

Si Clericus semetipsum ABSCIDERIT, omnino damnetur, *d. c. 4. §. 1.*

Qui partem digiti volens sibi ABSCIDIT, non est ordinandus, *c. 6. dist. 55.*

Qui digitum sibi casu ABSCIDIT, non prohibetur à Clero, *c. 11. dist. 55.*

ABSENS.

ABSENS nemo judicetur, quia & divinæ & humanæ leges hoc prohibent, *c. 13. q. 9. caus. 3.*

ABSENTE domino Vasallus agere & conveniri potest pro feudo, & pro re propria, *II. F. 43.*

ABSENTE uxore Feudum ejus maritus ea sciente vel jubente investitus acquirit, *II. F. 85.*

ABSENTES pares curiæ exspectandi, ut adsint novæ investituræ, *II. F. 33. pr.*

ABSENTEM accipere debemus, qui non est eo loci, in quo loco petitur, *L. 199. pr. de V. S.*

ABSENTEM trans mare non desideramus, *d. L. 199.*

Reo

Reo ABSENTE, accusator non audiatur, *c. 3. & 11. q. 9. caus. 3.*

ABSENTE adversario sententiam ferre non licet, *c. 2. q. 9. caus. 3.*

Omnia, quæ adversus ABSENTES in omni negotio aut loco aguntur, aut judicantur, omnino evacuentur, *c. 4. q. 9. caus. 3.*

ABSENTEM nullus addicit, nec ulla lex damnat, *d. c. 4.*

ABSENS sententia feriatur, qui causæ suæ negligit adesse, *c. 10. q. 9. caus. 3.*

Altera parte ABSENTE, definitiva sententia non feratur, *c. 12. q. 9. caus. 3.*

ABSENTI adveniendum pro singulis 20. miliaribus unus dies statui debet, *L. 1. Si quis caution.*

Contra ABSENTEM non debet judex procedere, nisi ad petitionem partis, *L. 68. de Iudic.*

ABSENTE Actore in termino peremptorio cassatur illa citatio, & illius edicti instantia perimitur, non tamen definitive pronunciabitur, *L. 73. pr. de Iudic.*

ABSENTE Reo in termino peremptorio iterum ex benignitate citatur, & sententia secundum justitiam profertur, *d. L. 73. §. 1.*

ABSENS, qui neminem domi reliquit, retinet animo possessionem civilem sui fundi vacantis, perdit tamen naturalem, quam occupans sine causa dicitur clam possidere, *L. 6. §. 1. de Adquir. poss.*

Reo ABSENTE libellus accusatorius frustra offertur, *c. 19. q. 9. caus. 3.*

ABSENS per alium accusari, aut accusare non potest, *c. 18. q. 9. caus. 3.*

Si proceditur per viam inquisitionis contra ABSENTEM contumaciter, etiam lite non contestata, testes recipi possunt, & sententia definitiva ferri, etiam per viam depositionis, si hoc meretur delictum, *c. 8. X. de Dolo & contum.*

Parte ABSENTE per contumaciam, Iudex appellationis potest cognoscere de gravamine, *c. 70. §. 3. X. de Appell.*

ABSENS studiorum vel peregrinationis, vel alia hujusmodi causa, non reputatur contumax, atque ita non est contra eum procedendum definitive, *c. 10. X. de Off. &c. deleg.*

Sententia lata contra ABSENTEM non contumacem in causa matrimoniali, non valet, *c. 10. X. de Sentent. & re jud.*

Si citatus ad sententiam, ex legitima causa Iudici ignota non comparuit, tenet sententia eo ABSENTE lata, sed retractatur eo probante legitimam absentiæ causam, *c. 18. X. de Sent. & re jud.*

Duo Canonici ABSENTES cum Episcopo, seu in ejus servitio, fructus præbendarum suarum percipiunt in absentia, *c. 15. X. de Cler. non resid.*

Qui ABSENTI servo scribit, ut in libertate moretur, non eam mentem habet, ut statim velit servi possessionem dimittere, sed magis destinationem suam in id tempus conferre, quo servus certior factus fuerit, *L. 38. pr. de Adquir. &c. poss.*

ABSENTI, vel capto ab hostibus reverso non datur privilegium contra curatorem datum bonis ipsius absentis, vel capti ab hostibus, *L. 22. §. 1. de reb. auctor. judic.*

Pro ABSENTE excusatio in judicio criminali admittitur, *L. 10. de publ. judic.*

ABSENS post trinam citationem non condemnatur, si aliquis alleget causas *absentiæ*, secus si non allegaret, *d. L. 10. eod.*

Clericus ABSENS per alium, vel alius magis pro ipso potest de beneficio Ecclesiastico investiri, *c. 24. X. de Præbend. & dign.*

Contra

Contra ABSENTEM, qui non dimisit Procuratorem legitimum, facta citatione domi, nullo defendente, fit missio, *c. 4. X. de eo, qui mittitur in possess.*

Si Ecclesia Ministris destituitur, tunc ABSENTES, licet privilegiati sint, redire coguntur, & non venientibus subtrahuntur reditus, & aliis, qui serviunt Ecclesiæ, dantur, *c. 16. X. de Cleric. non resident.*

ABSENS Clericus privatur beneficio, si monitus non redeat, nec justam excusationem alleget, *c. 17. X. de Cler. non resid.*

ABSENS plures Procuratores ad actum electionis dare potest in solidum, & non aliter, *c. 46. X. de Elect.*

ABSENS Canonicus votum per literas exprimere non potest, *c. 46. §. 3. X. de Elect.*

ABSENS in Theologiæ studio, fructus beneficiorum suorum percipit in *absentia*, sed quotidianas distributiones non, *c. 32. X. de Præbend.*

ABSENS appellare potest, ex quo scit, se indefensum fuisse, *c. 29. §. 8. q. 6. caus. 2.*

Contra ABSENTEM contumaciter recipiuntur testes in causa matrimoniali lite non contestata, & ad horum dicta fertur sententia, *c. 1. X. Qui matrim. accus. poss.*

Si adversus ABSENTEM fuerit pronunciatum, biduum, vel triduum, ex quo quis scit, computandum est, non ex quo pronunciatum est, *c. 29. q. 6. caus. 2.*

ABSENS Clericus, si nescitur ubi sit, tribus publicis edictis citabitur in Ecclesia sua, & si intra sex menses non revertitur, privabitur Ecclesia sua, *c. 11. X. de Cler. non resid.*

ABSENTI potest conferri beneficium, *c. 17. de Præb. & dign. in 6.*

Si quis ABSENTIUM fratrum nomina scribit in Literis, ac si præsentes essent, crimine falsi tenetur, *c. 5. X de his, quæ à Prælat. fiunt.*

Contra ABSENTEM de gravi crimine accusatum non fertur definitiva, sed citati non comparentis bonorum annotatio debet fieri, *L. 1. C. de requir. reis, & L. 1. §. 1. π. eod.*

ABSENS reus post annotationem requisitus, si intra annum decesserit, criminis causa expirat, & perit, & bona ejus ad successorem transmittuntur, nisi sit crimen, quod morte non extinguatur, *d. L. 1. C. & L. 1. π. eod.*

ABSENTES secundum Rescriptum D. Severi & Antonini Magni non sunt puniendi, *L. 1. pr. de requirend.*

ABSENTI reo requisito & annotato datur anni spatium ad occupanda bona sua, *L. 2. pr. ibid.*

Si Fiscus bona ABSENTIS rei requisiti & annotati per viginti annos non occupaverit, postea præscriptione vel ab ipso reo, vel ab heredibus ejus submovebitur, *L. 2. §. 1. ibid.*

ABSENS Reus causas *absentiæ* per procuratorem reddere potest, *L. 71. de Procurat.*

Publice utile est, ABSENTES à quibusdam defendi, *L. 33. §. 2. ibid.*

ABSENS ubicunque potest damnari, ibi quemvis verba pro eo facientem, & innocentiam ejus excusantem audiri æquum est, *d. L. 33. §. 2.*

ABSENTIS loco furiosus non est habendus, quia in eo animus deest, ut ratum habere non possit, *L. 2. §. 1. de Procurat.*

Actio ei, qui ABSENTIS nomine agere vult, si non eum defendat, denegatur, *L. 5. C. de Procurat.*

ABSENTI causa Reipubl. non currit tempus actionis de dolo, sed ei incipit currere à tempore, quo muneribus reipubl. liberatus agendi facul-

tatem cœperit obtinere, *L. 3. C. de dolo.*

ABSENTES Reipubl. causa patiuntur primum decretum, sed non secundum, *L. 4. C. de restit. mil.*

Neque ABSENTIBUS Reipubl. causa, neque aliis majoribus ad titulum in integrum restitutionis pertinentibus, præscriptionem quadriennii post factam à fisco venditionem obesse manifestum est. *L. 5. C. eod.*

Si adversus ABSENTEM prolata sententia fuerit, is vero, cum primum cognovit, non appellaverit, non potest amplius absentiæ prætextu rescindi, *L. 3. C. Quomodo & quando Iudex &c.*

ABSENTIA.

ABSENTIA ejus, qui Reipubl. causa abest, neque ei, neque alii, damnosa esse potest, *L. 140. de R. I.*

ABSENTIA eorum, qui ad electionem vocati non veniunt, non impedit electionem, *c. 28. X. de Elect.*

ABSENTIA malitiosa & voluntaria non obstat, quo minus proceditur in causa, *c. 2. de Arbitr. in 6.*

ABSENTIA studiorum justissima est, *L. 28. pr. ex quib. caus. maj.*

Si quis ob ABSENTIAM justam feudum non petierit, feudum non perdit, *I. F. 22. pr.*

ABSOLVERE.

ABSOLVERE non potest, qui non potest condemnare, *L. 37. de R. I.*

Ab Episcopo ABSOLVI potest impubes, qui Clericum percussit, *c. 1. X. de Sentent. excommunic.*

Legati de Latere ABSOLVERE possunt excommunicatos pro injectione manuum in Clericos, *c. 20. ib.*

ABSOLVERE potest Papa ab aliis damnatos vel excommunicatos, *c. 11. q. 3. caus. 9.*

Legatus non de latere, sed ratione personæ extra provinciam sibi decretam ABSOLVERE nequit excommunicatos pro injectione manuum in Clericos, nec etiam in provincia, si tales excommunicati aliunde veniant, *c. 9. X. de Offic. Legati*

ABSOLVITUR excommunicatus pro injectione manuum in Clericum, vel Incendiarius post publicationem a solo Papa, *c. 18. X. de Sent. Excom.*

ABSOLVI per Episcopum possunt excommunicati pro levi manuum injectione in Clericum, *c. 17. X. eod.*

ABSOLVERE potest Sacerdos simplex Laicum excommunicatum propter communicationem cum Excommunicato extra crimen, *c. 29. X. eod.*

Inferior sedes superiorem ABSOLVERE non potest; sola ergo potior inferiorem convenienter absolvit, *c. 4. dist. 21.*

ABSOLVI potest ab Episcopo Ostiarius, qui Clericum percussit non graviter, *c. 3. X. de Senten. Excommun.*

ABSOLVITUR per Papam Officialis deliberate injicens manum in Clericum, *ibid.*

Percutiens Clericum vel Religiosum, excommunicatus est, nec ab alio quam à Papa ABSOLVITUR, præterquam in mortis articulo, *c. 5. X. eod.*

Ordinarius, cui competit ABSOLVERE ab excommunicatione, potest aliis absolutionem demandare, *c. 20. X. de Offic. Iud. Ord.*

ABSOLUTUS à Delegato ad Excommunicatorem remittitur, *c. 21. §. 3. X. de Offic. &c. Delegati*

Si Papa suis literis excommunicatum salutat, non propter hoc eum ABSOLVIT, *c. 41. X. de Sent. Excom.*

ABSOLUTUS in terra, erit etiam in cœlo *absolutus*, *c. 6. q. 1. caus. 24.*

In communi Iudicio probant actor & reus, & si pariter probant, reus ABSOLVI-

SOLVITUR, nisi favorabilem causam foveat actor, *c. 3. X. de Probat.*

ABSOLVUNTUR ab omni obligatione, qui hæreticis sunt adstricti, *c. 16. X. de Hæreticis.*

ABSOLVENDI potestatem habet, qui damnare potest, *L. 3. de re judicata &c.*

ABSOLUTUS dolo suo potest conveniri actione prima, etsi objiciatur, exceptio rei judicatæ, replicabitur de dolo, *L. 25. de dolo.*

Si quis ABSOLUTUS sit ob juramentum sibi delatum, si postea appareat petitorium, in eum non datur actio de dolo, quia per jusjurandum transactum videtur, & ideo standum est religioni, cum perjurii pœna sufficiat, *L. 21. & 22. de dolo.*

Pro ABSOLVENDO Excommunicatum, pretium aliquod exigi non debet, *c. 24. X. de Simon.*

ABSOLUTO reo non competit exceptio rei judicatæ, *c. 13. X. de Except.*

ABSOLUTI post mortem heredes compelluntur per Ecclesiam, ad satisfaciendum pro eo, *c. 28. X. de Sentent. Excom.*

ABSOLUTUS in civili potest conveniri criminali, *L. un. C. Quando civilis actio &c.*

ABSOLVENDUS reus, actore nolente jurare, *I. F. 26. §. 1.*

ABSOLVENDUS est Dominus feudi post sacramentum præstitum, *II. F. 25.*

ABSOLVITUR Dominus feudi, quando in possessione ejus est, & Vasallo in probatione deficiente, nullo præstito sacramento, *II. F. 33. §. 2.*

ABSOLUTIO.

Non est vera Præsidentis ABSOLUTIO, nisi sequatur arbitrium interni Iudicis, *c. 62. q. 3. cauf. 11.*

ABSOLUTIO alia est publica, alia privata, *c. 3. §. 1. q. 6. cauf. 26.*

ABSOLUTIO gratis fieri debet, *c. 100. q. 1. cauf. 1. c. 24. X. de Simon.*

ABSOLUTIO non nisi peracta pœnitentia danda est, *c. 26. 27. & 28. dist. 50.*

ABSOLUTIO petenda non est, cum inique fertur sententia, *c. 46. q. 3. cauf. 11.*

ABSOLUTIO quomodo pro offensa vel contumacia fieri debeat, *c. 23. X. de V. S.*

ABSOLUTIO quinta Feria ante Pascha danda, *c. 17. pr. dist. 3. de Consecrat.*

ABSOLUTIONIS forma ita servetur, ut fiat cum pœnitentiali psalmo, & tam oratione dominica, quam alia consueta, *c. 28. X. de Sentent. Excom.*

ABSOLUTORIA *sententia.*

ABSOLUTORIA lata in actione parit exceptionem rei judicatæ, si iterum eadem actione cum additione alterius qualitatis agatur, *L. 4. §. 3. de noxal. action.*

ABSOLUTORIA lata pro uno ex mandatoribus non prodest aliis. *L. 52. §. 3. de Fidejuss.*

ABSTINERE.

ABSTINERE vel immiscere ad suos heredes pertinent, sed adire vel repudiare ad extraneos, *§. 5. de hered. qualit.*

ABSTINERE quandoque dicuntur extranei, sicut & dicuntur repudiare, *L. 2. §. 10. ad SCtum Tertull.*

ABUNDANTIA *ciborum.*

Ciborum temperantia salutem, ABUNDANTIA contrarium parit, *c. 28. dist. 5. de consecrat.*

ABUNDANTIA f. Excessus ciborum hominem consumit, & putrefacit corpus ejus, & macerat ægritudine diuturna, & tunc cum morte crudeli consumit, *ibid.*

Quod fames facit, hoc etiam ABUN-

DANTIA f. plenitudo ciborum facit, *ibid.*

ABVTI.

ABVTI pro rei *(dum tractatur de rebus usu consumptibilibus)* consumptione sumitur, quod ei opponitur, quod est uti, *Extravag. XIV. c. 3. de V. S.*

ABVTI nihil aliud quam contra naturam usus uti, *ibid.*

Privilegium omnino meretur amittere, qui permissa sibi ABVTITVR potestate, *c. 63. q. 3. caus. 11.*

ABVTENTES Rescripto Apostolico in casibus alleg. *c. 43.* enumeratis, privantur commodo Rescripti, & condemnantur in sumptibus & damnis adversario, *c. 43. X. de Rescript.*

ACCEPTARE.

ACCEPTANS illud, quod sibi est datum, vel relictum minus legitima, non per hoc excluditur à jure petendi supplementum legitimæ, nisi ei specialiter renunciaverit, *L. 35. §. 1. C. de inoff. test.*

ACCEPTANS filius relictum minus legitima, & si faciat quietationem generalem heredibus, per hoc non prohibetur agere ad Supplementum legitimæ, *d. L. 35. §. 2. C. eod.*

ACCEPTILATIO.

ACCEPTILATIO est liberatio per mutuam interrogationem, qua utriusque contingit ab eodem nexu absolutio, *L. 1. de Acceptil.*

Per ACCEPTILATIONEM pupillum etiam sine tutoris auctoritate liberari posse placet, *L. 2. eod.*

Per procuratorem nec liberari, nec liberare quisquam ACCEPTILATIONE sine mandato potest, *L. 3. eod.*

ACCEPTILATIO sub conditione fieri non potest, *L. 4. eod.*

ACCEPTILATIO in diem facta nullius est momenti, *L. 5. eod.*

ACCEPTILATIO sic fieri potest: *Accepta facis decem?* ille respondet: *Facio*, *L. 7. eod.*

Inutilis ACCEPTILATIO vim pacti taciti habet, *L. 8. pr. eod.*

ACCEPTILATIO verborum obligationem tollit, quia & ipsa verbis fit, *d. L. 8. §. 3 eod.*

ACCEPTILATIONE tolli potest, quod in diem vel sub conditione debetur, *L. 12. eod.*

ACCEPTILATIO in partem nullius est momenti, quando sc. id, quod in stipulationem deductum, non recipit divisionem, *L. 13. pr. eod.*

Licet reus verbis non sit obligatus, tamen ACCEPTILATIONE per fidejussorem potest liberari, *L. 13. §. 7. eod.*

Reus antiquiore ACCEPTILATIONE, quam obligatio ejus est, liberari non potest, *d. L. 13. §. 9. eod.*

ACCEPTILATIO consentire debet cum obligatione, *L. 14. eod.*

Omnibus ex causis una ACCEPTILATIO & liberatio fieri potest, *L. 18. pr. eod.*

Differt ACCEPTILATIO ab Apocha, *L. 19. §. 1. eod.*

Pupillus cum tutoris auctoritate potest per ACCEPTILATIONEM debitorem suum liberare, *L. 1. C. eod.*

ACCEPTILATIO facta ex causa donationis, omnem viam agendi perimit, *L. 2. C. eod.*

Per ACCEPTILATIONEM tollitur obligatio, *§. 1. quib. mod. toll. obl.*

ACCEPTILATIO est imaginaria solutio, *d. §. 1.*

ACCEPTILATIO græcis & latinis verbis fieri potest, *d. §. 1. L. 8. §. 4. de Accept.*

ACCEPTILATIO in parte debiti fieri potest, *d. §. 1.*

Per ACCEPTILATIONEM obligationes verbis factæ dissolvuntur, *d. §. 1.*

Si ACCEPTILATIO inutilis fuit, tacita

ta

ta pactione id actum videtur, ne peteretur, *L. 27. §. 9. de Pactis.*

ACCEPTILATIO est Iuris gentium et civilis, *L. 8. §. 4. de Accept.* & *L. penult. in f. de solut.*

ACCEPTILATIONE potest tolli operarum obligatio interposita per jusjurandum liberti, *L. 13. pr. de Accept.*

ACCEPTILATIO pro parte ususfructus, qui in stipulationem deductus est, recte potest fieri, & residuæ partis fundi erit ususfructus, quia obligatio ususfructus recipit divisionem, *L. 13. §. 1. eod.*

ACCEPTILATIO ejus non valet, qui fundum stipulatus, usumfructum vel viam accepto facit, *d. L. 13. §. 2. eod.*

ACCEPTILATIO facta cementorum, vel fenestrarum, vel parietis, vel diætæ, quam acceptum ferens stipulatus fuit, non valet, *d. L. 13. §. 2. eod.*

ACCEPTILATIO si non valet in expresso, neque valet in tacito, *L. 13. §. 6. eod.*

ACCEPTUM.

Servus nec jussu Domini ACCEPTUM facere potest, *L. 22. de Accept.*

Si ego tibi ACCEPTUM feci, nihilo magis ego à te liberatus sum, *L. 23. eod.*

ACCEPTUM fieri non potest, nisi quod verbis colligatum est, *L. 8. §. 3. eod.*

Pars stipulationis ACCEPTO fieri potest, & quidem ita: *Ex nummis decem, quos tibi promisi quinque habesne acceptos?* vel ita: *Quod ego tibi promisi, id pro parte dimidia habesne acceptum? L. 9. eod.*

Uni ex heredibus ACCEPTUM fieri potest, *L. 10. eod.*

ACCEPTUM ferri potest iter, actus, quando via promissa fuit, & ea acceptilatione liberatur promissor, *L. 13. §. 1. eod.*

ACCEPTO ferri potest Stichus ab eo, qui hominem stipulatus est, & talis acceptilatio tollit omnem obligationem, *L. 13. §. 4. eod.*

ACCESSIO.

De ACCESSIONIBUS possessionum nihil in perpetuum, neque generaliter definire possumus, consistunt enim in sola æquitate, *L. 14. pr. de diversis tempor.*

ACCESSIONES tribuuntur his, qui in locum aliorum succedunt, sive ex contractu, sive voluntate, *d. L. 14. §. 1. eod.*

Si mihi vendideris servum, utor ACCESSIONE tua, *L. 14. §. 2. eod.*

Heredibus, & his, qui successorum loco habentur, datur ACCESSIO testatoris, *L. 14. §. 1. eod.*

ACCESSIO possessionis fit non solum temporis, quod apud eum fuit, unde is emit, sed & qui ei vendidit, unde tu emisti, *L. 15. §. 1. eod.*

ACCESSIO sine nostro tempore nobis prodesse non potest, *L. 16. eod.*

ACCESSIO possessionis, quam venditor habuit post venditionem, non prodest emptori, *L. 15. §. 5. eod.*

ACCESSIO temporis, quod apud defunctum & heredem ejus fuit, datur ei, cui heres hereditariam rem vendidit, *L. 15. §. 6. eod.*

ACCESSIO frumenti, vel hordei mutuo dati, etiam ex nudo pacto præstanda est, *L. 12. C. de usuris.*

ACCESSIO in obligatione aut personæ aut rei fit, *L. 44. §. 4. de O. & A.*

ACCESSORIUM.

ACCESSORIUM non confirmat suum principale, *L. 44. de vulg. & pup. subst.*

ACCESSORIUM cedit principali, *L. 29. pr. de auro, argento,* &c.

ACCESSORIO extincto non extinguitur principale, sed bene contra, *L. 32. §. 8. d. t.* & *§. 17. de legat.*

ACCESSORIUM dicitur illud, quod alterius gratia accedit, tametsi pretio-

tiosius sit quod accedit, *§. 26. de acquir. rer. dom.*

ACCESSORIUM non potest esse sine suo principali, *L. 38. §. 1. de fidejuss.*

ACCESSORIUM naturam sequi congruit principalis, *c. 42. de R. I. in 6.*

ACCESSORIUM ad eundem pertinet, ad quem pertinet principale, *c. 55. X. de Appell.*

ACCESSORIUM non debet ad se trahere principale, *c. un. §. non sic* &c. *de Consecr. Eccl. in 6.*

ACCIDERE.

ACCIDERE multa possunt, ut feram bestiam vulneratam, quam persequimur, capere non possimus, *L. 5. §. 1. de A. R. D.*

ACCIDERE verbo sola mors continetur, quando quis in testamento ita scripserit: *Si quid filio meo acciderit, Damas servus meus heres esto*, *L. 162. §. 1. de V. S.*

ACCIDENTIA mutant subjectum, sicut & subjectum accidentia permutat, *c. 6. §. 1. X. de Celebr. Missarum* &c.

ACCIPERE.

ACCIPERE (sc. *Xenia*) à nemine, valde inhumanum est, sed passim, vilissimum est, & omnia, avarissimum, *L. 6. §. 3. de Offic. Proconf.*

ACCIPERE pecuniam dicitur ille, qui pro pecunia aliquid accepit, *L. 1. §. 4. de Calumniat.*

Qui ACCEPIT pecuniam, ut calumniæ causa negotium faceret, vel non faceret, tenetur intra annum in quadruplum, post annum in simplum, *d. L. 1. pr. eod.*

ACCIPIENS pecuniam, ut crimina calumniose institueret, aut ne institueret, tenetur intra annum in quadruplum, *L. 1. §. 1. eod.*

ACCIPIENS pecuniam ut calumniose agat, vel non agat, semper tenetur per condictionem ob causam, vel ob turpem causam, vel ex edicto de calumniatoribus, sed dans non tenetur, *L. 3. §. 3. eod.*

Ab ACCIPIENTE, qui sc. calumniæ causa negotium faceret aut non faceret, turpiter si sit condictum acceptum condictione ob turpem causam, actio de calumniatoribus non datur contra eum in triplum, quia una per aliam tollitur, *L. 5. §. 1. de Calumn.*

ACCIPIENS aliquid turpiter, ne mihi negotium faciat, tenetur mihi actione in factum in quadruplum usque ad annum à tempore dationis, etsi me ignorante acceperit ab aliquo, mihi currit annus à tempore scientiæ, *L. 6. de Calumn.*

Si quis ACCEPERIT pecuniam ab alio: *Ne mihi negotium faciat*; siquidem mandatu meo datum est, vel à procuratore meo omnium rerum, vel ab eo, qui negotium meum gerere volebat, & ratum habui, ego dedisse intelligor, *L. 7. pr. eod.*

ACCIPIENS pecuniam, ut desisteret ab accusatione vera, & non calumniosa, crimine non probato non punitur pœna edicti de calumniatoribus, incidit tamen in Turpillianum, *L. 8. eod.*

ACCIPIENS scienter indebitum, furtum committit, *L. 36. de condict. indeb.*

Non potest videri ACCEPISSE, qui stipulatus potest exceptione summoveri, *L. 115. §. 1. de R. I.*

Aliud est ACCIPERE, aliud est capere, *L. 71. de V. S.*

ACCEPISSE quis videtur, quando liberatus est obligatione, *L. 115. pr. de R. I.*

ACCRESCERE.

ACCRESCENTI emolumentum accrescit & onus, *L. 2. C. de Alluvion.*

ACCRESCENDI jus cum suo onere pariter habet locum in pari conjunctione,

ctione, vel pari disjunctione, *L. 1. §. 10. de Caduc. toll.*

ACCRESCENDI jus cessat, si separatim unicuique partis rei usufructus sit relictus, *L. 1. pr. de usufr. accresc.*

ACCVSARE

ACCVSARE prohibitus liberos homines, prohibetur quoque accusare servos, *L. 5. de Accusat.*

ACCVSARE servi adulterii possunt, *d. L. 5. eod.*

ACCVSARE potest Dominus servum suum, *L. 5. eod.*

Ius ACCVSANDI non habet, qui publico judicio damnatus est, *L. 4. eod.*

ACCVSANDI Ius calumnia notatis ademptum est, *d. L. 4.*

Hi ACCVSARE non possunt, qui cum bestiis depugnandi causa in arenam intromissi sunt, *d. L. 4.*

ACCVSANDI Ius non habent, qui artem ludricam, vel lenocinium fecerint, *ib.*

ACCVSARE possunt omnes regulariter, exceptis personis prohibitis, *L. 8. eod.*

ACCVSARE non licet legatum Imperatoris, i. e. Præsidem provinciæ, *L. 12. pr. eod.*

ACCVSARI non potest legatus Provincialis ejus duntaxat criminis, quod ante commiserit, quam in legationem venerit, *ibid.*

ACCVSARE eum non possum, qui reipubl. causa absfuerit, dum non retractandæ Legis causa abest, *d. L. 12. pr.*

ACCVSARE possunt servi Dominos suos annonam adtentantes, *L 13. eod.*

ACCVSARE potest mulier propter publicam utilitatem ad annonam pertinentem, *d. L. 13. c. 14. §. 2. q. 1. caus. 2.*

ACCVSARE etiam possunt famosi propter publicam utilitatem ad annonam pertinentem, *ibid.*

Si plures velint ACCVSARE, Iudex eligere debet eum, qui accuset, *L. 16. eod.*

Si servum ACCVSATVM dominus in crimine capitali defendat, sistendum satisdato promittere jubetur, *L. 17. eod.*

ACCVSATVR reus alterius provinciæ apud eos, apud quos crimen contractum ostenditur, *L. 22. eod.*

ACCVSARE nonnulli prohibentur propter paupertatem, ut sunt qui minus quam quinquaginta aureos habent, *L. 10. eod. c. 14. q. 1. caus. 2.*

ACCVSARE prohibentur alii propter sexum vel ætatem, ut mulier, ut pupillus, *L. 8. eod. c. 14. q. 1. caus. 2.*

Alii propter sacramentum, ut qui stipendium merent, *ibid.*

Alii propter Magistratum, potestatemve, in qua agentes sine fraude in jus evocari non possunt, *ibid.*

Alii propter delictum proprium, ut infames, *ibid.*

Alii propter turpem quæstum, *ibid.*

Alii propter conditionem suam, ut libertini contra patronos, *ibid.*

Alii propter suspicionem calumniæ, *L. 9. eod.*

ACCVSARE potest, qui est integræ famæ, tamen si calumniatur, debet puniri, *L. 15. C. de his, qui accus. non poss.*

Qui ACCVSARE volunt, probationes habere debent, *L. 4. C. de Edendo.*

Mulier pacto desistens ab ACCVSANDO, incidit in Turpillianum, *L. 5. C. ad SCtum Turpill.*

ACCVSARE criminaliter Alumnus educatorem non potest, civiliter tamen recte agere potest, *L. 17. C. eod.*

Servi & familiares ACCVSARE criminaliter dominum non possunt, contrafacientes puniuntur in amissione bonorum, & capite plectuntur, ex-

cepto

cepto tantum crimine majestatis, *L. 20. C. eod. c. 4. §. 3. q. 11. caus. 3.*

ACCVSARE patronum, vel ejus heredem non potest libertus, & contrafaciens, eodem, quo servus supplicio tenetur, *L. 21. C. eod.*

ACCVSARI capitali crimine absentem non posse, sed requirendum tantummodo annotari solere, si desit, vetus jus est, *L. 6. C. de Accusation.*

ACCVSARI adulter post quinquennium non potest, *L. 5. C. ad L. Iul. de adult.*

ACCVSARE non possunt extranei de adulterio, ne falsis contumeliis matrimonia deforment, *L. 30. C. eod.*

Si moritur ACCVSATVS, vel accusator appellatione pendente, finitur instantia etiam quoad bona, *L. 6. C. si reus, vel accusator mortuus sit.*

ACCVSARE non potest, qui libellum inscriptionis non edidit, *L. 3. C. de his, qui accus. non &c.*

ACCVSANS Episcopum in causa criminali per calumniam, quia non probavit, vel quia destitit, punitur triginta pondo auri, *L. 22. pr. C. d. Episcop.*

Si pater ACCVSAVERIT testamentum, vel dominus, denegabitur ei actio etiam ejus, quod filio ejus vel servo legatum est, si ad ipsos emolumentum rei perventurum est, *L. 5. §. 3. de his quæ ut indign.*

Nullus absens aut ACCVSARI potest, aut accusare, *c. 5. pr. q. 8. caus. 2.*

ACCVSATI, nisi prius se purgaverint, alios accusare non possunt, *c. 1. q. 11. caus. 3.*

Infames ACCVSARE eos non possunt, qui sunt bonæ famæ, *c. 1. q. 4. caus. 3.*

Anathematizati fideles ACCVSARE non possunt, *c. 7. q. 4. caus. 3.*

Clericus, qui Episcopum ACCVSAVERIT, infamis efficitur, *c. 8. q. 4. caus. 3.*

Non ACCVSENT Episcopos detractores & inimicorum autores, *c. 10. q. 4. caus. 3.*

ACCVSARE non potest infamis, vel sacrilegus religiosum Christianum, *c. 11. q. 4. caus. 3.*

ACCVSATIS induciæ in criminalibus causis sex mensium, vel eo amplius, si necesse fuerit, concedendæ sunt, *c. 4. q. 3. caus. 3.*

ACCVSARE non possunt, qui ad sortilegos, magosque concurrerint, *c. 3. §. 1. q. 8. caus. 2.*

Non ACCVSENTVR Sacerdotes ante Iudicem civilem, *c. 14. q. 1. caus. 11.*

Majores natu non ACCVSENT, nisi qui sint rectæ fidei, & conversationis, *c. 18. q. 7. caus. 2.*

ACCVSARE Christianos non possunt, Hæretici, Iudæi, vel Pagani, *c. 25. q. 7. caus. 2.*

ACCVSARE Christianos, vel in eos testificari non possunt, qui fidem acceptam deseruerunt, *c. 24. q. 7. caus. 2.*

Hæreticus Hæreticum ACCVSARE, & contra eum testificari potest, *c. 26. q. 7. caus. 2.*

Non omnes subditi, sed criminosi tantum prohibentur ACCVSARE Prælatos, *c. 22. q. 7. caus. 2.*

ACCVSARE non possunt oves Pastorem suum, *c. 13. q. 7. caus. 2.*

Minores non debent ACCVSARE majores, e. g. Clericus Exorcistam &c. *c. 10. q. 7. caus. 2.*

ACCVSARE Laici Clericos non debent, *c. 3. & 8. q. 7. caus. 2.*

ACCVSARE possunt Presbyteri suos plebejos, *c. 7. q. 7. caus. 2.*

ACCVSARE non potest Anathematizatus Sacerdotes, *c. 4. q. 7. caus. 2.*

ACCVSARE potest Clericus latronem criminaliter coram Iudice seculari, si ad pœnam sanguinis non intendat, *c. 2. de homicid. in 6.*

Abso-

Absolutus de certo crimine, de eodem iterum ACCUSARI non potest, *c. 6. X. de Accusat.*

Qui de aliquo crimine ACCUSATUR vel denunciatur, interim promoveri non potest, *c. 4. X. de Accusat.*

ACCUSARE non possunt inimici Clericos, *c. 10. X. eod.*

ACCUSARE Monachus potest Abbatem, & de bonis Monasterii expensas litis necessarias habebit, *c. 11. eod.*

Ad ACCUSANDUM de crimine Simoniæ quilibet Catholicus admittitur, *c. 3. X. de Simonia &c.*

ACCUSARE potest Simoniacum servus, meretrix, criminosi, *c. 7. X. de Simonia &c.*

Subdiaconus calumniose ACCUSANS Diaconum, Subdiaconatu privatur, & publice verberibus castigatur, & in exilium mittitur, *c. 1. X. de Calumn.*

ACCUSARE raptor non potest, *c. 4. §. 2. q. 4. caus. 3.*

ACCUSARE non possunt incestuosi & non legitime conjuncti, sacerdotes & legitime conjunctos, *d. c. 4. §. 1. q. 4. caus. 3.*

Nullus debet ACCUSARI, dum suis rebus fuerit spoliatus, *c. 3. q. 2. caus. 2.*

ACCUSARE Vasallus Dominum non debet, *II. F. 33. §. 1.*

ACCUSATIO.

ACCUSATIO apud eum institui potest, cujus interest, *c. 3. X. de Accusat.*

Qui ab ACCUSATIONE repelluntur, testes esse non possunt, *c. 1. q. 2. caus. 4.*

Pro ACCUSATIONE convicium non est habendum, *c. 5. q. 3. caus. 2.*

Simoniacus, pendente ACCUSATIONE, ab administratione divinorum prohibetur, *c. 4. X. de Simonia &c.*

ACCUSATIONES Episcoporum absque duobus, vel tribus testibus non recipiantur, *c. 19. q. 7. caus. 2.*

In ACCUSATIONE Episcoporum Laici non audiantur, *pr. & c. 14. q. 7. caus. 2.*

In ACCUSATIONEM Laici non sunt recipiendi, *c. 1. q. 7. caus. 2.*

Ad ACCUSATIONEM Episcoporum Clerici, aut Laici sine examinatione non admittantur, *c. 49. q. 7. caus. 2.*

In ACCUSATIONE Majorum indigni & reprehensibiles non recipiantur, *c. 52. q. 7. caus. 2.*

In ACCUSATIONE Monachi non sunt audiendi, *c. 54. q. 7. caus. 2.*

ACCUSATIO semper fiat in scriptis, *c. 1. & 3. q. 8. caus. 2.*

ACCUSATIO debet fieri præmissa inscriptione in libello, *c. 3. pr. q. 8. caus. 2.*

ACCUSATIONEM, à qua discedere te professus es, repetere non debes, *L. 6. C. de his qui accus.*

ACCUSATIONEM criminis instituere cum periculo calumniæ si tibi existimatio integra est, minime prohiberis, *L. 15. C. eod.*

ACCUSATIO falsi temporalibus præscriptionibus non excluditur, nisi viginti annorum exceptione, *L. 12. C. ad L. Corn. de fals.*

ACCUSATIO adulterii quinquennio tollitur, *L. 29. §. 6. Ad L. Iul. de adult. L. 5. C. Ad L. Iul. de adult.*

ACCUSATIONEM non prosequens intra tempus legitimum, in quarta parte bonorum multatur, & infamia notatur, *L. 1. C. ut intra certum temp.* &c.

In ACCUSATIONE paternæ mortis calumniæ pœna cessat, *L. 4. C. de Calumn.*

ACCUSATIO de suspecto tutore quasi publica est, hoc est, omnibus patet, etiam mulieribus, si ex pietate pupilli moveantur, *§. 3. de suspect. tut.*

ACCVSATIO subjecti partus, si objiciatur impuberi vel minori tantum, non differtur in tempus pubertatis, secus si ipsi tantum pupillo objiciatur, *L. 1. C. ad L. Corn. de fals.*

ACCVSATIO sine inscriptione non admittitur, *L. 3. C. qui accus. poss.*

ACCVSATIO, cujus abolitio concessa est à Præside, non repetitur, nisi à Principe impetretur, *L. 1. C. de Abolit.*

ACCVSATIONEM quis post damnationem inchoare non potest, *L. 5. §. 1. de publ. judic.*

ACCVSATIO publica certis ex causis mulieribus est concessa, *L. 2. pr. de Accusat.*

ACCVSATOR.

Inter ACCVSATOREM & reum cognitione suscepta, excusatio pro absente justis rationibus admittitur, *L. 10. de publ. judic.*

ACCVSATORE defuncto, res ab alio, judicante Præside provinciæ, peragi potest, *L. 13. pr. eod.*

ACCVSATORVM heredes non sunt cogendi ad exequenda crimina, *L. 19. pr. de Accus.*

ACCVSATORES non oportet compelli plures reos facere, *L. 19. §. 1. de Accus.*

ACCVSATOR in criminali negotio forum rei sequatur, *L. 5. pr. C. de Iurisdict. omn.*

ACCVSATOR si fuerit compulsus à reo accusare coram suo Iudice, reus habetur pro condemnato, *ibid.*

ACCVSATOR non cogitur suscipere legationem ad eum, qui se amicum, vel domesticum dicit ejus, qui accusatur, *L. 4. §. 3. de Legation.*

ACCVSATOR debet se inscribere, & detineri, sicut & accusatus, donec causa examinetur, nisi dignitatis ratio aliud exegerit, *L. 17. C. de transact.*

ACCVSATOR habens duos accusatos non potest tertium accusare, nisi suam vel suorum injuriam prosequatur, *L. 16. C. de his, qui accus.*

ACCVSATOR licet faciat pactum cum accusato, nihilominus Iudex poterit procedere super morte, *L. 2. de Abolit.*

ACCVSATOR non probans crimen, quod intendit, non infamatur, nisi de calumnia damnetur, *L. 3. C. de calumn.*

ACCVSATORIS calumnia judicis officio mercenario punienda est tempore, quo fertur absolutoria, non postea, *L. 1. C. eod.*

ACCVSATOR desistens præter abolitionem à causa criminis publici judicii, incidit in Turpillianum, *L. 1. C. ad SCtum Turpill.*

ACCVSATOR desistens ab accusatione criminali sub prætextu certæ finalis causæ, non potest ad illam reverti, *L. 3. C. eod.*

ACCVSATOR dicitur destitisse ab accusatione, qui deposuit animum prosequendi, non qui aliquantisper distulit, *L. 6. C. eod.*

ACCVSATOR dicitur quasi causator, quia ad causam vocat eum, quem appellat, *c. 10. X. de V. S.*

ACCVSATOR si legitimus non fuerit, non fatigetur accusatus, *c. 1. X. de Accusat.*

Si ACCVSATOR in accusatione defecerit, talionem recipiat, *c. 2. q. 3. caus. 2.*

ACCVSATORVM personæ numquam recipiantur sine scripto, *c. 1. q. 8. caus. 2.*

ACCVSATOR similitudinem custodiæ patiatur, *c. 3. q. 8. caus. 2.*

ACCVSATOR non audiatur, reo absente, *c. 2. q. 9. caus. 3.*

ACCVSATOR non audiatur, nisi reo præsente, *c. 1. q. 9. caus. 3.*

ACCUSATOR & accusatus simul debent adesse, *c. 21. q. 9. caus. 3.*

ACCUSATOR falsa fratribus objiciens, usque ad exitum non communicet, *c. 2. q. 10. caus. 3.*

ACCUSATORUM temeritas tribus modis detegitur, & tribus pœnis subjicitur, *c. 8. pr. q. 3. caus. 2.*

ACCUSATOR de prævaricatione convictus, postea ex Lege non accusat, *d. c. 8. §. 4.*

Si ACCUSATORUM personæ in judicio Episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, nisi proprias causas habuerint, non tamen criminales, vel ecclesiasticas, *c. 4. q. 6. caus. 4.*

ACCUSATOR & testis, vel Iudex, aliquis simul esse non potest, *c. 1. q. 4. caus. 4.*

ACCUSATORES & testes esse non possunt, qui ante hesternum diem, aut nudius tertius inimici fuerunt, *c. 2. q. 5. caus. 3.*

ACCUSATORIBUS inimicis, vel de inimici domo prodeuntibus, vel qui cum inimicis immorantur, aut suspecti sunt, non credatur, *c. 3. q. 5. caus. 3.*

ACCUSATOR Episcoporum nullus sit Servus, aut Libertus, nullaque suspecta persona, aut infamis, *c. 8. q. 5. caus. 3.*

ACCUSATORES vel testes suspecti non recipiantur, nec familiares, vel de domo prodeuntes, nec etiam consanguinei accusatoris adversus extraneos testimonium dicant, *c. 12. q. 5. caus. 3.*

ACCUSATOR, nec testis esse potest, qui inimicitiis studet, vel facile litigat, *c. 11. q. 5. caus. 3.*

ACCUSATORES & accusationes, quas sæculi Leges non recipiunt, & Antecessores nostri prohibuerunt, & nos submovemus, *c. 8. q. 5. caus. 3.*

ACCUSATORIBUS monetarii adulterini præmia dantur, *L. 2. de fals. mon.*

ACERVUS.

ACERVUS solo non cohæret, sed terra sustinetur, *L. 10. quod vi aut clam.*

Si quis ACERVUM succenderit, vel dispersit sic, ut non ad usum agri convertat, Interdicto, quod vi aut clam, locus erit, *L. 9. §. 3. eod.*

ACETUM.

ACETUM, quod extinguendi incendii causa paratur, est instrumentum domus, *L. 12. §. 18. de instructo vel instr. leg.* NB. Acetum solum ex omnibus humoribus crescentem flammam violenter extinguit, dum per frigus suum calorem vincit elementi, MACROB. *Saturn. 6.*

Si ACETUM quis legaverit, non continebitur legato acetum, quod vini numero testator habuit, embamma autem continebitur, quia aceti numero fuit, *L. 9. §. 1. de tritico, vino, &c.*

Vino legato, ACETUM quoque continetur, quod paterfamilias vini numero habuit, *L. 1. eod.*

ACETUM penori cedit, nisi extinguendi incendii causa fuit paratum, *L. 3. §. 5. de penu legata.*

ACIES.

Qui in ACIE ceciderunt, pro republica cecidisse intelliguntur, *L. 18. de excus.*

Vasallus amittit feudum, si dominum in ACIE periclitantem dimiserit, *II. F. 24. §. 2.*

ACOLYTHUS.

ACOLYTHI græce, latine Ceroferarii dicuntur, à deportandis cereis, quando legendum est Evangelium aut Sacrificium offerendum, *c. 1. §. 17. dist. 21.*

Ad ACOLYTHUM pertinet præparatio luminariorum in Sacrario, ipse cereum portat, ipse suggesta pro Eucharis-

charistia, calices Subdiaconis præparat, *c. 1. §. 3. dist. 25.*

ACOLYTHI cum cereis Diaconos præcedunt, unde & Ceroferarii dicuntur, qui etiam vinum & aquam præparando calici subministrant, *c. 1. §. Deservientes, dist. 33.*

Nullus ACOLYTHORUM rem consecratam à Presbytero aliis porrigat, *c. 1. dist. 24.*

ACOLYTHUS qualiter ordinetur proponitur, *c. 16 dist. 23.*

ACQUIRERE.

ACQUIRERE possumus non solum per nosmetipsos, sed etiam per eos, quos in potestate habemus, *pr. I. per quas person. &c.*

ACQUIRI nihil potest per extraneam personam, *§. 5. eod.*

ACQUIRUNTUR res variis modis per universitatem, *§. 6. eod.*

Quidquid servus ACQUIRIT, illud nobis acquiritur, *§. 3. eod.*

ACQUIRI nobis potest per liberam personam, puta per procuratorem, tutorem, curatorem, & similes personas, §. *5. eod.*

ACQUIRUNTUR nobis res per servum, in quo usumfructum tantummodo habemus, & quidem quicquid ex re nostra, vel ex operis suis acquirit, id nobis adjicitur, §. *4. eod.*

ACQUIRIMUS possessionem per servum, aut filium, qui in potestate est, *L. 1. §. 5. de acquir. vel amitt. poss.*

ACQUIRUNT possessionem ex causa peculiari infans & furiosus, *d. L. 1. § 5.*

ACQUIRITUR Feudum investitura, successione, vel eo quod habeatur pro investitura, ut ecce si Dominus alicui coram paribus curiæ dixerit: *Vade in possessionem illius fundi, & teneas illum pro feudo, II. F. 33. pr.*

Presbyter res, quas ACQUISIERIT post dies consecrationis, propriæ Ecclesiæ relinquere debet, *c. 3. X. de pecul. cleric.*

De bonis per Ecclesiam ACQUISITIS, Clerici testari non possunt, *c. 7. & 9. X. de testam.*

De bonis propriis, vel ACQUISITIS intuitu personæ Clerici, testari possunt, *c. 9. eod.*

ACTA.

ACTA tam civilia quam criminalia debent edi ad investigandam veritatis fidem, *L. 2. C. de edendo.*

ACTA judicii semel publicata faciunt perpetuam fidem etiam mortuo, vel remoto judice, qui de causa cognovit, *L. 6. C. de re jud.*

ACTIO.

ACTIO nihil aliud est, quam jus persequendi in judicio, quod sibi debetur, *pr. I. de A. L. 51. de O. & A.*

ACTIONUM genera sunt duo, in rem, & in personam, *L. 25. pr. de O. & A.* §. *1. de A.*

ACTIONUM quædam ex contractu, quædam ex facto, quædam in factum sunt, *d. L. 25. §. 1. eod.*

ACTIONIS verbo continetur in rem, in personam, directa, utilis, præjudicium, sicut ait Pomponius, *L. 37. pr. eod.*

Quæcunque ACTIONES servi mei nomine mihi cœperunt competere, eædem durant, etiam si servus postea vel manumissus, vel alienatus, vel mortuus fuerit, *L. 56. de O. & A.*

ACTIONIS verbo non continetur exceptio, *L. 8. §. 1. de V. S.*

ACTIONIS verbo etiam persecutio continetur, *L. 34. eod.*

ACTIONIS verbum & speciale est & generale, *L. 178.* §. *2. de V. S.*

Omnis ACTIO dicitur, sive in personam, sive in rem sit petitio, *L. 178. §. 2. eod.*

ACTIO-

ACTIONES plerumque personales solemus dicere, *L. 178. §. 2. de V. S.*

Is qui ACTIONEM habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur, *L. 15. de R. I.*

ACTIONUM modus, qui vel lege, vel per Prætorem introductus, privatorum pactionibus non infirmatur, *L. 27. de R. I.*

ACTIONEM præcedere debet diligens inquisitio, *L. 42. de R. I.*

Quotiens ACTIONES plures concurrunt ejusdem rei nomine, una quis experiri debet, *L. 43. §. 1. de R. I.*

ACTIO nulla est, quæ exceptione repellitur, *L. 7. §. 8. de dolo*, *L. 13. & 112. de R. I.*

Ejus est ACTIONEM denegare, qui possit & dare, *L. 102. §. 1. de R. I.*

Si in duabus ACTIONIBUS alibi summa major, alibi infamia est, præponenda est causa existimationis, *L. 104. eod.*

ACTIO nulla est cum servo, *L. 107. eod.*

ACTIONES in heredem non solent transire, quæ pœnales sunt ex maleficio, veluti furti &c. *L. 111. §. 1. de R. I.*

Nihil interest, ipso jure quis ACTIONEM non habeat, an per exceptionem infirmetur, *L. 112. de R. I.*

Nunquam ACTIONES, præsertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliam consumit, *L. 130. de R. I.*

Omnes ACTIONES, quæ morte aut tempore pereunt, semel inclusæ (i. e. contestatæ) judicio salvæ permanent, *L. 139. pr. de R. I.*

Cui damus ACTIONES, eidem & exceptionem competere multo magis quis dixerit, *L. 156. §. 1. de R. I.*

Minus est ACTIONEM habere, quam rem, *L. 204. eod.*

Suspensa ACTIONE principali, suspenditur & omnis alia actio, quæ inde originem habet, *L. 16. pr. de tut. & ration. distr.*

ACTIONES, quibus inter se homines disceptarent, ex legibus XII. tabul. sunt compositæ, *L. 2. §. 6. de O. I.*

ACTIONES has, ne populus (sc. *Romanus*) eas prout vellet institueret, Compilatores *legum duodecim tabularum*, certas solennesque esse voluerunt, *d. L. 2. §. 6.*

ACTIONES legis, i. e. legitimæ dicuntur, quæ solennes & ex legis actu descendunt, *ibid.*

ACTIONES, quæ ex legibus duodecim tabularum compositæ, apud collegium Pontificum erant, *ibid.*

ACTIONES ex legibus duodecim tabularum compositas *Appius Claudius* proposuit & ad formam redegit, *Gnæus Flavius* autem Scriba ejus, subreptum librum populo tradidit, & dicebatur *Ius civile Flavianum*, *L. 2. §. 7. eod*

ACTIONES alias *Sextus Ælius* composuit, & librum populo dedit, qui vocabatur *Ius Ælianum, ibid.*

Qui acturus est, ACTIONEM edere tenetur, ut proinde sciat reus, utrum cedere, an contendere ultra debeat, *L. 1. pr. de edendo.*

ACTIO edita speciem futuræ litis demonstrat, *L. 3. C. de edendo.*

ACTIONEM emendari, vel mutari licet, prout Edicti Perpetui monet auctoritas, vel jus reddentis decernit æquitas, *d. L. 3.*

ACTIO ex pacto (*sc. nudo*) non nascitur, *L. 7. §. 5. de pact.*

ACTIONEM non informat pactum ex intervallo positum, *d. L. 7. §. 5.*

ACTIONUM subtilitas supervacua est in judiciis extraordinariis, ubi conceptio formularum non observatur, *L. 47. § 1. de negot. gest.*

Nemo ACTIONEM alienam in judicium

cium invito coherede perducere potest, *L. 31. de Iudic.*

ACTIONEM debet actor edere in libello, *L. 33. eod.*

ACTIO per servum, vel filiumfam. patri, vel domino ignoranti acquiri potest, *L. 35. de heredit. pet.*

ACTIO denegatur, quando juratum est, *L. 91 pr. de jurejur.*

ACTIONES duæ contrariæ ex eodem facto oriri possunt diversis respectibus, *L. 14. Commodati &c.*

ACTIO, quæ ab initio inutilis fuerit, eventu non confirmatur, *L. 2. §. 2. Quod jussu.*

ACTIONES turpes dicuntur, actio injuriarum, vi bonorum raptorum, &c. *L. 56. pro Socio.*

ACTIO, vel obligatio cum effectu non potest nasci inter patrem & filium, nisi de rebus castrensibus, *L. 2. pr. de contr. empt.*

ACTIO tamdiu ventiletur, quousque ad rei veritatem perveniatur, *c. 11. q. 5. caus. 30.*

ACTIO inanis est, quam inopia debitoris excludit, *c. 16. X. de restitut. spoliat.*

Si in ACTIONE (f. *Accusatione*) Calumniator defecerit, talionem recipiat, vid. *Si Accusator &c.*

Omnem prorsus ACTIONEM quadragenalis præscriptio excludit, *c. 6. X. de præscript.*

ACTIO extincta per acceptilationem non potest amplius intentari, sed si in transactione dolus intervenerit, agitur de dolo, nisi specialiter etiam de dolo transactum sit, *L. 4. C. de transact.*

ACTIONES, quæ ex lege, Senatusve Consulto, sive ex sacris Constitutionibus proficiscuntur, olim erant perpetuæ, donec sacræ constitutiones his certos fines dederunt, *pr. I. de perpet. & tempor. act.*

Non autem omnes ACTIONES, quæ in aliquem aut ipso jure competunt, aut à Prætore dantur, & in heredem æque competunt, aut dari solent, *§. 1. eod.*

ACTIO sive persecutio ipsa, qua actor experitur, licet sit justa prima facie & valet, tamen quandoque est iniqua respectu ejus, cum quo agitur, *pr. I. de except.*

ACTIONUM appellatione non veniunt judicia publica, i. e. accusationes, *pr. I. de publ. jud.*

ACTIONES adversus patrem filio præstari non possunt, dum in potestate ejus est filius, *L. 7. de O. & A.*

ACTIO *æstimatoria.*

ACTIO *æstimatoria* f. *de æstimato* proponitur, tollendæ dubitationis gratia, quæ oritur, quando res æstimata vendenda traditur, *L. 1. pr. de æstimat.*

ACTIO æstimatoria dicitur actio præscriptis verbis, *ibid.*

ACTIO æstimatoria præscriptis verbis est bonæ fidei, *§. 28. de A. d. L. 1. pr. eod.*

ACTIO æstimatotia utilis est, & si merces intervenit, *L. 2. eod.*

ACTIO æstimatoria vel ad rem datam repetendam, vel ad pretium conventum exigendum competit, *L. 1. §. 1. eod.*

ACTIO *æstimatoria injuriarum.*

ACTIO *æstim. injur.* à Prætoribus est introducta, *§. 7. de Injur.*

Est mere pœnalis, *§. 10. eod. L. 2. §. 4. de collat.*

Famosa, *L. 1. de his, qui not. inf.*

annalis, *L. 5. C. de injur.*

utilis, *L. 15. §. 1. de injur.*

ACTIO *æstim. injur.* datur omnibus injuriam passis, *§. 10. de injur.*

Ex una injuria interdum tribus ACTIO *æstim. injur.* oritur, neque ullius actio per

per alium consumitur, *L. 1. §. 9. de injur.*

ACTIO *æstim. injur.* filio non datur, nisi pater sit absens, *L. 17. §. 11. 12. de injur.*

ACTIO *æstim. injur.* neque heredi, neque in heredem datur, *L. 13. pr.* & *L. 15. §. 14. eod.*

ACTIO hæc, lite semel contestata, ad successores pertinet, *ibid.*

ACTIO *æst. injur.* exerceri potest per procuratorem, tutorem, cæterosque qui pro aliis solent intervenire, *L. 11. §. 2. eod.*

ACTIO *æstim. injur.* datur ad æstimationem injuriæ, ut Iudex vel tanti (reum) condemnet, quanti injuriam passus æstimaverit, vel minoris, prout ei visum fuerit, §. 7. *de injur.*

ACTIONEM hanc sponsus quoque instituere potest, *L. 15. §. 24. eod.*

ACTIO *æstim. injur.* extinguitur Actoris remissione expressa, non minus, quam si tempore abolita fuerit, *L. 11. §. 1. L. 17. §. 6. eod.*

ACTIO *æstim. injur.* ex bono & æquo est, *L. 11. §. 1. eod.*

ACTIO hæc dissimulatione aboletur, si quis injuriam dereliquerit, *ibid.*

ACTIO *æstim. injur.* liberto adversus patronum non datur, *L. 11. §. 6. eod.*

ACTIONE injuriarum is tenetur, qui de libertate aliquem in servitutem petat, quem sciat liberum esse, *L. 12. eod.*

ACTIO *de alienatione judicii mutandi causa.*

ACTIO in factum ex edicto de alienatione judicii mutandi causa est prætoria, *L. 1. pr. de alien. mut. &c.*

ACTIO hæc non est pœnalis, sed rei persecutoria, *L. 4. §. 6. eod.*

ACTIO de alien. judic. mut. non datur ei, ad quem res alienata non pertinuit, vel quando res alienata sine culpa decessit, nisi ratione quæstus, & accessionum aliquid interfuerit actoris, *L. 4. §. 5. eod.*

ACTIO de alien. judic. mut. causa utilis competit, si tutor pupilli vel adgnatus furiosi alienavarint, *L. 10. §. 1. eod.*

ACTIO hæc heredi datur, non autem in heredem, vel similem, *L. 4. §. 6.* & *L. 5. eod.*

ACTIO de alien. judic. mut. causa adversus eum non competit, qui rem alienavit, deinde recepit, *L. 8. §. 4. eod.*

ACTIO de alien. jud. mut. causa competit etiam ratione servitutum prædiorum, modo si dolo earum fiat alienatio, *L. 4. §. 4. eod.*

ACTIO de alien. jud. post annum non datur, *L. 6. eod.*

ACTIO de alien. jud. ut locum habeat, requiritur, quod alienatio fiat causa mutandi judicii futuri, non judicii cœpti, *L. 8. §. 1. eod.*

ACTIO de alienatione jud. ut locum habeat, requiritur, quod quis alienet, i. e. rem alienam vendat, sed si heredem instituendo, vel legando alienet, locum non habet, *L. 8. §. 3. eod.*

ACTIO hæc in id, quod interest, competit. *L. 4. §. 5. eod.*

ACTIO de alien. jud. mut. causa cessat, si actoris nihil intersit, *L. 3. §. 4.* & *L. 4. §. 5. eod.*

ACTIO *arbitraria.*

ACTIONES *arbitrariæ* ideo dictæ sunt, quia mere ex arbitrio Iudicis pendent, *§. 31. de A.*

ACTIONES *arbitrariæ* tam in rem sunt, quam in personam, *ibid.*

In ACTIONIBUS *arbitrariis* licitum est Iudici ex bono & æquo secundum

dum cujusque rei, de qua actum est, naturam æstimare, *d.* §. *31.*

ACTIONES *arbitrariæ in rem* sunt Publiciana, Serviana de rebus coloni, quasi Serviana, quæ etiam hypothecaria vocatur, *ibid.*

ACTIONES *arbitrariæ in personam* sunt, quibus de eo agitur, quod vi, aut metus causa, aut dolo malo factum est; Item cum id, quod certo loco promissum est, petitur, *ibid.*

ACTIO *arbitraria* utriusque utilitatem continet, tam actoris, quam rei, *L. 2. pr. de eo, quod certo loco &c.*

ACTIONES *arbitrariæ* fundantur in æquitate, *L. 4. §. 1. de eo, quod cert.*

ACTIO *bonæ fidei.*

Nulla ACTIO *bonæ fidei*, propter adjectionem loci potest fieri arbitraria, nisi contractus b. f. deducatur in stipulationem, *L. 7. pr.* & §. *1. de eo, quod cert. loc.*

ACTIONES *bonæ fidei* recensentur exempli loco in §. *28. de A.*

In ACTIONIBUS (f. *judiciis*) bonæ fidei libera potestas permitti videtur judici ex bono & æquo æstimandi, quantum actori restitui debeat, §. *30. eod.*

ACTIO *de Calumniatoribus.*

ACTIO *in factum de Calumniatoribus* locum habet, quando quis ob negotium faciendum, vel non faciendum per calumniam pecuniam accepit, sive in causis civilibus sive criminalibus, *L. 1.* §. *1. de Calumn.*

ACTIO *de Calumn.* datur illi, propter quem datum est, ut calumnia ei fiat, *L. 3.* §. *3. L. 7. pr. de calum.*

ACTIO *de Calumn.* illi non competit, qui dedit pecuniam, ut negotium quis pateretur, *ibid.*

ACTIO hæc heredi quidem non datur, quia sufficere ei debet, quod eam pecuniam, quam defunctus dedit, repetere potest, *L. 4. eod.*

ACTIO *de Calumn.* in heredem competit in id, quod ad eum pervenit, *L. 5. pr. eod.*

ACTIO *de Calumn.* competit danti non turpiter, & ei etiam ob cujus negotium datum est, licet ipse non dederit, *L. 7. pr. eod.*

ACTIO *de Calumn.* competit etiam patri intra annum in quadruplum ejus, quod datum est, ut calumniose filiofam. negotium faceret, *L. 7.* §. *1. eod.*

ACTIO *de Calumn.* intra annum datur in quadruplum, sed post annum in simplum, *L. 1. pr. eod.* §. *25. de A.*

ACTIO *commodati.*

ACTIO commodati (sc. *directa*) datur commodanti, adversus eum, qui accepit, *L. 1. pr. Commodati &c.* & §. *2. quib. mod. re &c.*

ACTIO commodati est civilis, *L. 17.* §. *3. eod.* (obst. *L. 1. pr. eod.*)

ACTIO commodati est bonæ fidei, §. *28. de A. L. 3.* §. *2. eod.*

ACTIO commodati datur adversus plures heredes pro portione hereditaria, *L. 3.* §. *3. eod.*

nisi unus facultatem totius rei restituendæ habeat, *ibid.*

ACTIO commodati, si quis pluribus rem pariter commodaverit, contra singulos in solidum competit, *L. 5.* §. *15. eod.*

ACTIONE commodati impuberes non tenentur, & licet pubes factus dolum aut culpam admiserit, *L. 1.* §. *2. eod.*

ACTIO commodati in furiosum non datur, *L. 2. eod.*

ACTIO commodati utilis adversus pupillum competit, si locupletior factus sit, *L. 3. pr. eod.*

In ACTIONE commodati in litem juratur, *L. 3.* §. *2. eod.*

ACTIO-

ACTIONEM commodati habet fur, vel prædo, si rem commodaverint *L. 16. eod.*

ACTIO commodati datur ad rem commodatam integram & salvam restituendam, §. *2. quib. mod. re &c.*

ACTIO commodati *contraria* competit commodatario adversus commodantem, *L. 17. §. 3. 4.* & *5. Commodati &c.* & *L. 18.* §. *2. 3.* & *4. eod.*

ACTIONE commodati *contraria* is tenetur, qui sciens servum furtivum ignoranti commodavit, *L. 22. eod.*

ACTIO commodati *contraria* datur ad recuperandas expensas extraordinarias, in rem commodatam ex necessitate factas, *L. 18.* §. *2. eod.*

ACTIO *de communi dividundo.* vid. COMMUNI *dividundo judicium.*

ACTIO *de constituta pecunia.*

ACTIO de constituta pecunia dicitur *constitutoria*, *L. 20. de pec. const.* Item, *constituta*, *L. 2. §. 1. C. de const. pec.*

ACTIO *de const. pec.* arbitraria est, *L. 16* §. *1. eod.*

ACTIO de const. pec. est prætoria, nisi interveniat stipulatio, *§. 8.* & *9. de A. L. 31. de pecun. const.*

ACTIO hæc est rei persecutoria, *L. 18.* §. *2. eod.*

ACTIO de const. pec. competit illis, quibus per constitutum aliquid est promissum & illorum heredibus, *L. 2. C. de const. pec.*

ACTIO de const. pec. *utilis* datur municipibus, pupillo, furioso, & adolescenti, *L. 5.* §. *9. eod.*

ACTIO hæc datur adversus illos, qui pro se, vel pro aliis se soluturos pacto promiserunt, §. *9. de A.* & illorum heredes, *L. 1. C. de const. pec.*

ACTIO de constituta pec. olim locum habebat tantum in his, quæ pondere, numero, vel mensura consistunt, & durabat usque ad annum, *L. 2. pr. C. eod.*

ACTIO de const. pec. locum habet in debito puro, in diem & sub conditione, *ibid.*

ACTIO *civilis & criminalis.*

Quoties de re familiari & *civilis* & criminalis ACTIO competit, utraque licere experiri; sive prius *criminalis*, sive *civilis* actio moveatur, *L. 1. C. Quando civil. actio crimin.*

ACTIONEM civilem omittere, & proponere criminalem descendentem ex eodem facto, non cogitur quis, *L. 15. de accus.*

ACTIO *ex delicto.*

ACTIONES ex delicto post litem contestatam transeunt ad heredes, *L. un. C. ex delict. defunct.*

ACTIONES descendentes ex quasi delicto non transeunt ad heredes, *L. 16. de Iudic.*

In ACTIONIBUS, quæ ex delicto oriuntur, sive sint civiles, sive honorariæ, semper noxa sequitur caput, *L. 1.* §. *2. de privat delict.*

ACTIO *depositi.*

ACTIO depositi (sc. *directa*) competit deponenti, *§. 3. quib. mod. re &c.*

ACTIO depositi est bonæ fidei, §. *28. de A. L. 1.* §. *23. depos.*

ACTIO hæc regulariter est rei persecutoria, §. *17. eod.*

ACTIO depositi interdum est pœnalis mixta, *d. §. 17. L. 1.* §. *1.* & *L. 18. depositi &c.*

ACTIO hæc interdum famosa est, *L. 1. pr. de his qui not. infam.*

ACTIONEM depositi filiusfam. recte potest instituere, *L. 19. depositi &c.*

ACTIO depositi *utilis* competit domino, cujus rem alius deposuit, cum pacto, ut domino restituatur, *L. 8. C. ad exhib.*

D ACTIO

ACTIO hæc bonorum possessoribus, cæterisque successoribus, & ei, cui ex Trebelliano SCto restituta est hereditas, competit, *L. 1. §. 19. depositi &c.*

ACTIO depositi competit contra depositarium, *§. 3. quib. mod. re &c*

ACTIO depositi datur in heredem ex dolo defuncti in solidum, *L. 7. §. 1. depositi.*

ACTIO depositi non competit contra singulares successores, *L. 8. C. depositi*

ACTIO depositi contra tertium, cui depositarius rem custodiendam iterum commisit, non datur, *L. 16.* & *L. 1. §. 14. 15. depositi* &c.

In ACTIONE depositi in litem juratur, *L. 1. §. 26. eod.*

In ACTIONE depositi non tantum præteritus dolus, sed etiam futurus, i. e. post litem contestatam, veniet, *d. L. 1. §. 20.*

In ACTIONE depositi usuræ, sicut in cæteris bonæ fidei judiciis, ex mora venire solent, *L. 2. C. depositi &c.*

In hanc ACTIONEM venit res deposita cum fructibus, & omni causa, *L. 1. §. 24. depositi &c.*

ACTIO depositi contraria datur ei, apud quem depositum esse dicatur, *L. 5. pr. eod.*

In ACTIONE depositi contraria non in litem juratur, *ibid.*

ACTIO hæc est bonæ fidei, *§. 28. de A.*

ACTIO depositi contraria est reipersecutoria, *§. 17. eod.*

ACTIO depositi contraria non est famosa, *L. 6. §. 7. de his qui not. inf.*

ACTIO depositi in sequestrem compepetit, *L. 5. §. 1. depositi &c.*

ACTIO *de dolo.*

ACTIO de dolo est prætoria, *L. 1. pr. de dolo &c.*

arbitraria, *§. 31. de A. L. 18. pr. de dolo &c.*

rei persecutoria, *L. 17. pr. L. 18. pr eod.*

famosa, *L. 1. §. 4.* & *L. 11. §. 1. eod. L. 1. de his, qui not. infam.*

subsidiaria, *d. L. 1. §. 1. & 4. de dolo &c.*

ACTIO de dolo datur dolo deceptis, *L. 1. pr. eod.*

ACTIO de dolo competit heredibus, *L. 13. pr. eod.*

ACTIO de dolo competit contra decipientes, etiam pubertati proximos, maxime si locupletiores exinde facti sunt, *L. 13. §. 1. eod.*

ACTIO de dolo datur in dominum, si quid ex dolo procuratoris ad eum pervenit, *L. 15. §. 2. eod.*

ACTIO hæc datur in municipes, si quid ad eos pervenit ex dolo eorum, qui res eorum administrant, *d. L. 15. §. 1.*

ACTIO de dolo in heredem, cæterosque successores datur, si quid ad eos pervenit, *L. 17. §. 1.* & *L. 26. eod.*

ACTIO de dolo non datur liberis adversus parentes patronosque, *L. 11. §. 1. eod.*

ACTIO de dolo non competit humili adversus eum, qui dignitate excellit, aut alias vili adversus hominem vitæ emendatioris, *L. 11. §. 1. eod.*

ACTIO de dolo datur pro mendacio sui lucri causa dicto, secus pro mendacio simpliciter dicto, *L. 7. §. 10.* & *L. 8. eod.*

ACTIO de dolo non debet dari, nisi ex magna & evidenti causa, *L. 7. §. 10. eod.*

ACTIO de dolo non competit, si modica summa sit, i. e. ad duos aureos, *L. 9. §. 5. L. 10. eod.*

ACTIO de dolo datur contra eum, cujus dolo sententia pro libertate in absentem profertur, *L. 24. eod.*

ACTIO de dolo datur contra eum, cujus persuasione indebitum solvitur, *L. 23. eod.*

ACTIO

ACTIO de dolo datur ad intereſſe contra perſuadentem fugam, *L. 31. eod.*

ACTIONE de dolo tenetur, qui ſervum in perniciem cohæredum ante tempus manumittit, *L. 32. eod.*

ACTIO de dolo non datur fructuario, quia aliæ competunt, *L. 18. §. 2. eod.*

ACTIO de dolo regulariter cum alia non concurrit, *L. 2. C. de dolo, &c.*

ACTIO de dolo datur in contractu *facio ut des*, ſi non obſerventur promiſſa facienti, *L. 4. C. eod.*

ACTIO de dolo hodie tantum durat biennio continuo à tempore doli commiſſi numerando, quod tempus currit abſenti, & ignoranti, & lis etiam intra illud biennium inchoata debet etiam terminari, *L. 8. C. eod.*

ACTIO *directa, quatenus opponitur utili.*

ACTIO directa datur, quando verba, & ſententia legis locum habent, *§. 16. ad L. Aquil. L. 37. pr. de O. & A.*

ACTIO *empti.*

ACTIO empti eſt civilis, *L. 33. pr. de Ædilit. edicto &c.*

rei perſecutoria, *§. 17. de A.*

bonæ fidei, *§. 28. eod.* & *L. 11. §. 1. de action. empti &c.*

perpetua, *L. 21. C. de evíction. L. 5. C. quib. non objic. long.*

ACTIO empti utilis interdum ex æquitate contra ſtrictam juris rationem domino, ex contractu procuratoris, conceditur, *L. 13. §. 25. de action. empt.*

ACTIO hæc naſcitur contractu perfecto, licet pretium nondum fuerit ſolutum, *§. 1. de empt. vend.*

ACTIO empti cum effectu demum in judicium deduci poteſt, ſi pretium integrum fuerit ſolutum, vel realiter oblatum, aut alio modo ſatisfactum, aut is fidem de pretio habuerit, *L. 19. & 53. de C. E. V. §. 41. d. R. D.*

ACTIO empti datur emptori, *L. 11. pr. de A. E. V. §. 1. de empt. vendit.*

ACTIO empti competit heredibus, *L. 10. eod.*

ACTIO empti datur adverſus venditorem & ejus heredes, *L. 42. & 52. §. 1. eod.*

ACTIO empti utilis inſtituitur contra dominum procuratoris, *L. 13. §. 25. eod.*

ACTIO empti contra tertium poſſeſſorem non datur, *L. 15. C. de R. V.*

ACTIONE hac petitur principaliter traditio rei venditæ præciſe, *§. 1. de empt. §. 2. de donat. L. 11. §. 2. & L. 46. de A. E. V.*

ACTIO empti competit, ſi, fundo vendito, in qualitate jugerum captio eſt, *L. 34. eod.*

Si uno pretio plures res emptæ ſint, ACTIO ex empto de ſingulis datur, *L. 33. eod.*

In ACTIONEM hanc veniunt fructus naturales tempore venditionis pendentes, & cum re cohærentes, *L. 13. 16. C. de A. E. V. L. 38. §. 8. de uſur.*

ACTIONE hac petuntur fructus civiles, *L. 13. §. 13. de A. E. V.*

In ACTIONEM empti veniunt acceſſiones ſive pertinentiæ, 1.) quæ tempore contractus adfuerunt, *L. 17. §. 7. eod L. 242. §. f. de V. S. L. 69. de C. E. V.*

2.) quæ poſt contractum acceſſerunt, *L. 13. §. 13. 17. 18. de A. E. V.*

3.) quicquid venditor rei venditæ acceſſurum dixit, *L. 6. §. 6. L. 11. §. 17. L. 26. & 27. eod.*

ACTIO *exercitoria.*

ACTIO exercitoria tunc locum habet, cum quis ſervum ſuum magiſtrum navi

navi præpofuerit, & quid cum eo ejus rei causa, cui præpositus erit, contractum fuerit, *§. 2. quod cum eo, qui in aliena &c.*

ACTIO exercitoria ideo vocatur, quia exercitor is appellatur, ad quem quotidianus navis quæstus pertinet, *d. §. 2.*

ACTIO exercitoria est prætoria, *d. §. 2. L. 1. §. 23. de exercit. act.*

perpetua, *L. 4. §. 4. eod.*

ACTIO hæc ex persona magistri in exercitorem datur, *L. 1. §. 23. eod.*

ACTIO exercitoria datur heredibus & in heredes, *L. 4. §. 4. eod.*

ACTIO exercitoria non datur in exercitorem ex omni causa, sed ejus rei nomine, cujus ibi præpositus fuerit, *L. 1. §. 7. eod.*

Si plures navem exerceant, ACTIO exercitoria adversus singulos in solidum competit, *L. 1. §. 25. eod.*

ACTIO exercitoria contra patrem & dominum in solidum datur, si filius vel servus navem expressa patris vel domini voluntate exerceat, *L. 1. §. 19. eod.*

ACTIO exercitoria contra filiumfam. in solidum competit, *L. 1. §. 22. eod.*

Si plures navem exerceant, unum autem de numero suo magistrum fecerint, hujus nomine ACTIONE exercitoria in solidum possunt conveniri, *L. 4. §. 1. eod.*

ACTIONE exercitoria conveniri exercitor non potest, si magister formam præpositionis egressus fuerit, *L. 3. §. 12. eod.*

ACTIO *ad exhibendum.*

ACTIO ad exhibendum perquam est necessaria, & vis ejus in usu cottidiano est, & maxime propter vindicationes inducta est, *L. 1. ad exhibend.*

In ACTIONE ad exhibendum actor omnia nosse debet, & dicere argumenta rei, de qua agitur, *L. 3. pr. eod.*

Qui ACTIONEM ad exhibendum instituit, non utique *dominum se* dicit, nec debet ostendere, *L. 3. §. 1. eod.*

In ACTIONE hac notandum est, quod reus contumax per in litem jusjurandum petitoris damnari possit ei, Iudice quantitatem taxante, *L. 3. §. 2. eod.*

ACTIO ad exhibendum est personalis, *d. L. 3. §. 3.*

ACTIO ad exhibendum ei competit, qui in rem acturus est, qualicunque in rem actione, *d. L. 3. §. 3.*

ACTIO ad exhibendum datur usumfructum petituro, *L. 3. §. 4. eod.*

interdicturo utrubi, *d. L. 3. §. 5.*

optaturo, *L. 3. §. 6. eod.*

ACTIO ad exhibendum ei est necessaria, qui noxali judicio vult experiri, *d. L. 3. §. 7.*

Extra heredem, testamentum, vel codicillos, vel quam aliam supremam voluntatem nemo per ACTIONEM ad exhibendum, sed per interdicta exigit, *L. 3. §. 8. eod.*

ACTIO ad exhibendum ei quoque competit, cujus interest exhiberi, *L. 3. §. 9. & L. 19. eod.*

ACTIONEM ad exhibendum non quivis, cujus interest, instituit, sed is, cujus ex justa causa interest, *L. 3. §. 11. eod.*

ACTIO ad exhibendum contra quoscunque possessores datur, *L. 3. §. 15. eod.*

ACTIO ad exhibendum competit adversus creditorem, qui pignori rem accepit, *d. L. 3. § 5.*

ACTIO ad exhibendum ex dolo defuncti in heredem datur, si locupletior

tior hereditas eo nomine facta sit, *L. 12. §. 5. eod.*

ACTIO ad exhibendum adversus eum, qui dolo desiit possidere, competit, *L. 5. C. ad exhibend.*

ACTIO hæc non datur contra eum, qui sine dolo malo possidere desiit, *L. 7. §. 5. L. 12. §. 4. ad exhib.*

ACTIONE ad exhibendum petitur, ut instrumenta aut res mobiles exhibeantur, *L. 8. eod. L. 56. de procurat.*

ACTIONEM ad exhibendum instituere potest procurator ad rem mobilem petendam datus, *d. L. 56.*

ACTIO *in factum.*

ACTIO in factum competit adversus eum, qui dolo fecit, quo minus quis in judicio sistat, *L. 3. pr. de eo per quem fact. erit, quo min. in judic.*

ACTIO in factum datur, si quis misericordia ductus, alienum servum compeditum solverit, ut fugeret, *§. 16. de L. Aquil.*

ACTIO in factum datur in damnis, quæ L. Aquilia non tenentur, *L. 33. §. 1. ad L. Aquil.*

ACTIONES in factum etiam filiifam. possunt exercere, *L. 13. de O. & A.*

ACTIO *familiæ erciscundæ.*

ACTIO famil. erciscundæ proficiscitur à Lege duodecim tabularum, *L. 1. pr. famil. ercisc.*

ACTIO fam. ercisc. introducta est ad hoc, ut coheredes volentes possent à communione discedere, & res hereditarias inter se distribuere, *ibid.*

ACTIO famil. ercisc. est mixta, *§. 20. de A. & L. 22. §. 4 famil. ercisc.*

In ACTIONE fam. ercisc. unusquisque heredum, & rei & actoris partes sustinet (& sic *duplex* est) *L. 2. §. 3. eod. L. 37. §. 1. de O. & A.*

ACTIO fam. ercisc. est bonæ fidei, *§. 28. de A. L. 9. C. fam. ercisc.*

ACTIO fam. ercisc. datur etiam uni coheredi tantum volenti à communione discedere contra alios coheredes, *L. 1. §. 1. fam. ercisc.*

ACTIO fam. ercisc. (quatenus est *personalis*) oritur ex quasi contractu, *§. 4. de oblig. quæ quasi ex contr.*

ACTIO fam. ercisc. ipso jure competit coheredi etiam suam partem non possidenti, nisi negetur coheres à possidente, *d. L. 1. §. 1. eod.*

ACTIO fam. ercisc. competit coheredi possidenti suam partem, neque per exceptionem, quod non sit heres, potest ab altero coherede excludi, debet tamen probare se coheredem, *ibid.*

Per ACTIONEM famil. ercisc. dividitur hereditas, sive ex testamento, sive ab intestato, sive ex Lege duodecim tabularum, sive ex aliqua lege deferatur hereditas, vel ex SCto, vel etiam Constitutione, *L. 2. pr. eod.*

ACTIO fam. ercisc. competit filio arrogato contra heredem arrogatoris pro quarta, quæ ex constitutione Divi Pii sibi defertur, licet ipse arrogatus non sit heres nec bonorum possessor, *L. 2. §. 1. eod.*

ACTIO fam. ercisc. amplius, quam semel institui non potest, *L. 20. §. 4. eod.*

ACTIO fam. ercisc. si quis primo egit, potest postea pro quibusdam rebus indivisis agere communi dividundo, *d. L. 20. §. 4.*

ACTIO fam. ercisc. præscribitur 30. annis, *L. 1. §. 1. C. de annal. except.*

ACTIO *famosa.*

ACTIO famosa non datur ei, qui civili, vel honoraria experiri potest, *L. 1. §. 4. de dolo &c.*

ACTIONEM famosam Prætor temere non decernit, *ibid.*

Qui ACTIONEM famosam intendit, non debet vagari cum discrimine alienæ existimationis, sed designare, & certum specialiter dicere, quam se injuriam passum contendit, *L. 7. pr. de injur.*

ACTIONES famosæ adversus parentes, patronos eorumque liberos & parentes non dantur, *L. 5. §. 1. de obsequiis &c.*

ACTIO *finium regundorum.*

ACTIO finium regundorum in personam est, licet pro vindicatione rei est, *L. 1. finium regund.*

ACTIO hæc pertinet ad prædia rustica, quamvis ædificia interveniant, *L. 2. pr.* & *L. 4. §. 10. eod.*

In ACTIONE fin. regund. singulæ personæ duplex jus habent, agentis, & ejus, quo cum agitur, *L. 10. eod.*

ACTIO finium regundorum manet, quamvis socii communi dividundo egerint, vel alienaverint fundum, *L. 9. eod*

ACTIO fin. regund. locum non habet, si via publica intervenerit, *L. 4. §. 11.* & *L. 5. eod.*

In ACTIONE fin. regund. etiam ejus ratio fit, quod interest, *L. 4. §. 1. eod.*

ACTIO fin. regund. quatenus est realis, oritur ex dominio, *L. 4. pr. L. 8. pr. L. 12. eod.*

ACTIO fin. regund. etiam ex alio jure in re descendit, *L. 4. §. 9. eod.*

ACTIO fin. regund. quatenus est personalis, venit ex obligatione *L. 4. §. 1. eod. L. 1. §. 1. C. de ann. except.*

ACTIO fin. regund. datur inter dominos & alios, qui jus in prædiis confinibus habent, *L. 4. §. 9. fin. regund.*

ACTIO hæc inter hos, qui communem & vicinum fundum habent, non datur, *L. 4. §. 7. eod.*

ACTIO fin. regund. præscribitur 30. annis, *L. 1. §. 1. C. de ann. except. & L. 6. C. fin. regund.*

ACTIO *quæ in filium,* vel *filio datur.*

ACTIO non quæritur filiæ emancipatæ ex pacto, vel stipulatione patris, *L. 19. C. de jure dot.*

ACTIO in filiumfam. tam ex contractibus, quam ex delictis competit, sed, filio mortuo post litis contestationem, transfertur judicium in patrem duntaxat de peculio, & quod in rem ejus versum est, *L. 57. de judic.*

ACTIO *funeraria.*

ACTIO funeraria ex bono & æquo oritur, *L. 14. §. 6. de religiosis &c.*

ACTIO funeraria est, per quam quis sumptus in funere factos repetit, *d. L. 14. §. 3. 4. &c.*

ACTIO funeraria est prætoria, *L. 12. §. 2. eod.*

ACTIO hæc non est annua, sed perpetua, *L. 31. §. 2. eod.*

ACTIO funeraria non datur ei, qui habet aliam actionem ad funeris impensam consequendam, *L. 14. §. 12. eod.*

ACTIONE funeraria agere non potest ille, qui actione fam. ercisc. agere potest, sed postquam egit fam. ercisc., funeraria potest agere, *ibid.*

ACTIONEM funerariam non habet ille, qui mandatu alterius funeravit, *L. 14. §. 15. eod.*

ACTIO funeraria est privilegiaria, *L. 45. eod. L. 22. §. 9. C. de jure delib.*

ACTIO funeraria competit heredi, cæterisque successoribus, *L. 31. §. 2. de religiosis* &c.

ACTIO funeraria datur adversus eos, ad quos funus pertinet, ut puta adversus heredem, bonorumve possessorem, cæterosque successores, *L. 14. §. 5.* & *L. 31. §. 2. eod.*

ACTIO funeraria datur in eum, ad quem dotis nomine aliquid pervenit, *L.16. eod.*

ACTIONE funeraria convenitur maritus, si lucratur dotem, pater autem non, *L.20. §.1. eod.*

ACTIO funeraria datur in patrem in residuum, quando dos in funus mulieris non sufficit, ut quia dos erat permodica, *ibid.*

ACTIO funeraria competit in patrem, cujus in potestate fuerit is, cujus funus factum pro dignitate & facultatibus, *L.21. eod.*

ACTIONE funeraria maritus non convenietur, si mulieri in matrimonio dotem solverit, *L.27. §.1. eod.*

Si pupillus sine tutore autore mandavit funerare, ACTIO funeraria utilis datur adversus heredem ei, qui impendit, *L.14. §.15. eod.*

ACTIO *furti.*

ACTIO furti manifesti ex ipsius Prætoris proficiscitur, *pr. I. de perpet. & temp. act.*

ACTIO furti non manifesti est ex L. XII. tabularum, *§. 4. de noxal. action.*

ACTIONEM furti mater filii subrepti non habet, *L.38. pr. de furtis.*

ACTIONEM furti pater, si filiusfamil. subreptus sit, *L.37. eod.*

ACTIONEM furti is habet, cujus interfuit non subripi, *L.10. eod.*

ACTIO furti malæ fidei possessori non datur, quamvis intersit ejus, rem non subripi, quippe cum res periculo ejus sit, *L.12. §.1. eod.*

ACTIO furti bonæ fidei possessori datur, *ibid.*

ACTIO furti datur creditori, cui res pignori data est, *L.12. §.2. eod.*

ACTIONE furti heredes conveniri non possunt, *L. 1. pr. de privat. delict. L.15. C. de furtis* &c.

ACTIO furti heredibus competit, *d. L.1. §. 1. eod.*

in ACTIONE furti noxa caput sequitur, *L.1. §. 2. eod.*

ACTIONEM furti non habet is, cui ex stipulatu res debetur, *L. 13. de furtis.*

ACTIONEM furti emptor non habet ante traditionem, *L. 14. §.1. eod.*

ACTIONE furti non tenetur emptor, si rem, cujus custodiam venditor præstare oportebat, soluto pretio subripuerit, *d. L. 14. §. 1.*

ACTIO furti depositario non datur, *L.14. §.3. eod.*

ACTIONEM furti non habent coloni, quamvis domini non sint, *d. L.14. §. 2.*

ACTIO furti in re commodata ei competit, cui res commodata est, *L.14. §. 15. 16. eod.*

Si epistola, quam ego tibi misi, intercepta sit, quis ACTIONEM furti habeat? utrum is qui misit, an ille ad quem missa est, *L. 14. §. 17. eod.*

ACTIO furti usufructuario competit adversus dominum, qui rem subripuit, in qua ususfr. alienus est, *L. 15. §. 1. de furtis.*

ACTIO furti commodatario non datur adversus commodantem, qui rem suam commodatam subripuit, *d. L. 15. §. 2. eod.*

ACTIONE furti pater cum filiofam. agere non potest, *L. 16. eod.*

In ACTIONE furti sufficit rem demonstrari, ut possit intelligi, *L. 19. pr. eod.*

ACTIONE furti ille tenetur, qui rem pignori dat, eamque subripit, *L. 19. §. 5. eod.*

ACTIO furti nomine rei immobilis non competit, *L. 25. pr. eod.*

ACTIONE furti ille tenetur, qui filio vel servo, vel uxori opem fert, furtum facientibus, *L. 36. §. 1. eod.*

ACTIO furti non perit, quamdiu vivit is, qui furtum fecit, *L. 41. §. 2. eod.*

ACTIONE furti ille, qui pecuniam civitati subtrahit, non crimine peculatus tenetur, *L. 81. eod.*

ACTIONE furti ille tenetur, qui ancillam non meretricem libidinis causâ subripuit, *L. 82. §. 2. eod.*

ACTIONE furti in adscriptam summam tenetur ille, qui tabulas cautionesque subripuit, nec refert cancellatæ sint nec ne, *L. 82. §. 3. eod.*

ACTIONE furti tenetur, qui pavonem mansuetum alicujus, cum de domo aufugisset, persequutus est eum in tantum, quod aliquis eum habere cœpit, *L. 37. eod.*

ACTIONE furti ille tenetur, qui à servo res furtim ablatas sciens susceperit, *L. 14. C. de furt.*

ACTIO furti dari potest contra vitricum, *L. 3. C. de furtis.*

ACTIONE furti, & servi corrupti tenetur solicitans servum alienum, ut domino suo aliquas res surripiat, & ad eum perferat; etiamsi domino sciente & volente postea servus surripiat, & ad solicitantem pertulerit, *L. 20. C. eod.*

ACTIO furti ex donatione remitti potest, *L. 18. C. de donat.*

In ACTIONE furti non manifesti pœna duplum est, §. 23. *de A.*

ACTIO furti manifesti datur ad quadruplum, *§. 25. eod.*

ACTIO *hypothecaria.*

ACTIO hypothecaria competit, si res hypothecæ data, postea mutata fuerit; veluti de domo data hypothecæ & horto facta; Item si de loco convenit & domus facta sit; Item de loco dato, deinde vineis in eo positis, *L. 16. §. 2. de pignor.*

ACTIO hypothecaria est in rem, & nullam advocat possessionem, *L. 17. eod.*

ACTIO hypothecaria per 40. annor. præscriptionem tollitur, *L. 26. pr. C. de usur.*

ACTIO hypothecaria præscribitur triginta annis non à debitore, sed ab alio possidente rem hypothecatam, *L. 3. C. de præscript. 30. vel 40.*

ACTIO hypothecaria durat 40. ann. contra debitorem, vel ejus heredem, *L. 1. §. 1. C. de annal. except.*

ACTIO *injuriarum.*

ACTIONEM injuriarum introduxit Lex Cornelia de injuriis, *§. 8. de injur.*

ACTIO injuriarum ei competit, qui pulsatus, verberatusve, vel domus sua vi introita est, *d. §. 8. eod.*

ACTIO injuriarum neque heredi neque in heredem datur, *L. 13. pr. de injur.*

ACTIO injuriarum heredi & contra heredem post litis contestationem datur, *d. L. 13. pr.*

ACTIO injuriarum, quæ ex convicio nascitur, in heredes non est reddenda, sed nec heredi, *L. 15. §. 14. eod.*

ACTIO injuriarum contra Astrologum, vel eum, qui aliquam illicitam divinationem pollicetur, consultus aliquem furem dixisset qui non erat, non datur, *d. L. 15. §. 13.*

ACTIO injuriarum sponso competit, quando sponsæ ejus injuria fit, *L. 15. §. 24. eod.*

ACTIO injuriarum datur, quando quid ad infamiam alicujus fit, *d. L. 15. §. 27.*

ACTIONE injuriarum ille tenetur, qui bona alicujus, vel rem unam per injuriam occupavit, *L. 15. §. 31. eod.*

ACTIONE injuriarum non tenetur, si quis communem servum verberaverit, cum jure domini id fecerit, *d. L. 15. §. 36.*

ACTIONE injuriarum ille tenetur, si quis liberum hominem, qui mihi bona

bona fide serviebat, in contumeliam meam ceciderit, *L. 15. §. 48. eod.*

ACTIONE injuriarum dominus tenetur, si jussu ejus servus injuriam fecerit, *L. 17. §. 7. eod.*

ACTIO injuriarum patri non competit, si filiusfamil. injuriarum egerit, *L. 17. § 21. eod.*

ACTIO injuriarum datur, si injuria mihi fiat ab eo, cui sim ignotus, *L. 18. §. 3. eod.*

ACTIONE injuriarum creditor meus tenetur, cui paratus sum solvere, in injuriam meam fidejussores meos interpellaverit, *L. 19. eod.*

ACTIO injuriarum in eum competit, qui in domum alienam invito domino introiret, quamvis in jus vocati, *L. 23. eod.*

ACTIO injuriarum dabitur, si serva stuprum passa sit, *L. 25. eod.*

ACTIO injuriarum competit, si statua patris tui in monumento posita, saxis cæsa est, *L. 27. eod.*

ACTIO injuriarum in bonis nostris non computatur, antequam litem contestemur, *L. 28. eod.*

ACTIO injuriarum tibi superest, si servum, cujus nomine injuriarum actio tibi competit, manumiseris aut alienaveris, *L. 29. eod.*

Qui ACTIONEM injuriarum per calumniam instituit, extra ordinem damnatur, i. e. exilium, aut relegationem, &c. *L. 43. eod.*

ACTIONE injuriarum non tenetur, si quis hominem liberum ceciderit, dum putat servum suum esse, *L. 3. §. 4. eod. c. 2. pr. q. 1. cauf. 15.*

ACTIO injuriarum tibi duplici ex causa competit, cum & maritus in uxoris pudore, & pater in existimatione filiarum propriam injuriam pati intelligantur, *L. 2. C. de injur.*

ACTIONE injuriarum conveniri possunt, qui liberos infamandi gratia dixerint servos, *L. 9. C. eod.*

ACTIONE injuriarum ille potest conveniri, qui alicui verba injuriosa per viam judicii dicit, & à procedendo, desistit, *L. 10. C. eod.*

ACTIONEM injuriarum viri illustres, quique super eos sunt, per procuratores civiliter & criminaliter vel persequi vel suscipere possunt, *§. 10. de injur. L. 11. C. de injur.*

ACTIO injuriarum dissimulatione abo-letur, *§. 12. de injur.*

ACTIONE injuriarum non solum is tenetur, qui fecit injuriam, i. e. qui percussit; verum ille quoque tenetur, qui dolo fecit injuriam, vel qui procuravit, ut cui mala pugno percuteretur, *§. 11. eod.* & *c. 12. §. 3. dist. 1. de pœnit.*

ACTIO injuriarum annuo tempore præscribitur, *L. 5. C. de injur.*

Damnatus in ACTIONE injuriarum infamis fit, & per Papam potest famæ restitui, nisi sit minima injuria, *c. 23. X. de sentent. &c.*

Si quis pulsatus quidem non est, verum manus adversus eum levatæ, & sæpe territus quasi vapulaturus, non tamen percussit, ACTIONE injuriarum utili tenetur, *c. 13. dist. 1. de pœnit. L. 15. §. 1. de injur.*

ACTIONE injuriarum is non tenetur, qui per jocum percutiat, aut dum certat, *L. 3. §. 3. eod. c. 2. pr. q. 1. cauf. 15.*

ACTIONE injuriarum tenetur pudicitiam alicujus attentans, *c. 12. pr. dist. 1. de pœnit. L. 9. §. 4. de injur.*

ACTIO injuriarum locum habet, si servi pudicitia attentata fuerit, *ibid.*

ACTIO *institoria.*

ACTIO institoria est prætoria, *§. 2. quod cum eo* &c. *L. 1. de instit. act.*

ACTIO institoria est perpetua, *L. 15. eod.*

ACTIO institoria tunc habet locum, cum quis tabernæ forte, aut cuilibet negotiationi, servum suum præposuerit, & quid cum eo ejus rei causa, cui præpositus erit, contractum fuerit, *§. 2. quod cum eo &c.*

ACTIO institoria ideo appellatur, quia qui negotiationibus præponuntur, institores vocantur, *ibid.*

ACTIONE institoria mulier tenetur, si servum negotiationi præposuerit, *L. 4. C. de institoria &c.*

Servus tuus pecuniam mutuam accipiendo, ita demum te ACTIONE institoria obligavit, si cum eum officio alicui, vel negotiationi exercendæ præponeres, *L. 1. C. eod.*

ACTIO institoria tibi adversus eum competit, à quo servum mensæ præpositum dicis, si ejus negotii causa quod per eum exercebatur, depositam pecuniam, nec redditam, potest probari, *L. 3. C. eod.*

ACTIO institoria datur ei, qui institorem præposuit, in eos, qui cum eo contraxerunt, *L. 1. de instit. act.*

ACTIO institoria competit heredibus & in heredes, *B. 15. eod.*

ACTIO institoria locum habet, si ei, quem ad vendendum emendumve oleum præposui, mutuum oleum datum sit, *L. 5. §. 14. eod.*

ACTIONE institoria dominus tenetur, si servus institor, cum oleum vendidisset, annulum arræ nomine acceperit, neque eum reddat, *L. 5. §. 15. eod.*

ACTIO institoria locum habet, si procurator meus, tutor, curator, institorem præposuerit, *L. 5. §. 18. eod.*

ACTIONE institoria pupillus institor obligat eum, qui eum præposuit; quia sibi imputare debet, qui eum præposuit, *L. 7. §. 2. eod.*

ACTIO institoria locum habet, si pupillus tutoris auctoritate præposuerit, *L. 9. eod.*

ACTIO institoria non datur in dominum, si cum villico ejus contractum sit, *L. 16. eod.*

ACTIO *ex jurejurando.*

ACTIO ex jurejurando descendit ex juramenti voluntarii præstatione, delatione & remissione, *L. 6. L. 9. §. 1. de jurejur.*

ACTIO ex jurejurando actori delato, vel relato jurejurando ad similitudinem judicati, competit, *L. 8. C. de reb. cred. & jurejur.*

ACTIO ex jurejurando est prætoria, *§. 11. de A.*

ACTIO ex jurejurando dicitur actio in factum, *L. 11. §. 1. de jurejur.*

In hac ACTIONE tantum quæritur, an juratum sit, *L. 5. §. 2. eod.*

ACTIO ex jurejurando est personalis, *§. 11. de A.*

ACTIO ex jurejurando datur illi, qui secundum conditionem delatam juravit, *L. 9. §. f. L. 11. §. 1. L. 28. §. f. de jurejur.*

ACTIO ex jurejurando ei etiam competit, qui jurare paratus erat, jusjurandum vero illi remissum est, *L. 9. §. 1. &. de jurejur. L. 8. C. eod.*

ACTIO ex jurejurando datur adversus deferentem & successores, *L. 9. §. f. de jurejur.*

ACTIO ex jurejurando contra tertium possessorem non competit, *d. L. 9. §. f.* & *L. 10. eod.*

ACTIO *quod jussu.*

ACTIO quod jussu datur in solidum, *§. 1. quod cum eo &c.*

ACTIO quod jussu est prætoria, *ibid.* & *L. 25. pr. ad SCtum Vellej. L. 13. C. quod cum eo* &c.

Si domina servo suo credi jusserit, ACTIONE quod jussu tenebitur, *d. L. 25. pr. ad SCtum Vellej.*

ACTIO

Actio quod jussu datur à Prætore ex contractu filiifam vel servi, jussu patris vel domini inito, *L. 1. pr. quod jussu*, & §. *1. quod cum eo &c.*

Actione quod jussu dominus tenetur, si servi chirographos subscripserit, *L. 1. §. 4. quod jussu.*

Actio quod jussu datur in patrem vel dominum, quorum jussu filius vel servus contraxit, §. *1. quod cum eo* &c. *L. 1. pr. §. 6. quod jussu.*

Actio quod jussu datur in pupillum, si, tutoris jussu, servo pupilli creditum sit, *L. 2. pr. eod.*

Actio quod jussu adversus singulos jubentes in solidum, aut eum, qui solus jussit, *L. f. §. 1. eod.*

ACTIO *legis Aquiliæ.*

Actio legis Aquil. introducta est plebiscito, *L. 1. §. 1. ad L. Aquil.*

Actio L. Aquil. est mixta, *§. 19. de A.* & *§. 9. ad L. Aquil.*

Actio L. Aquil. *directa* competit, quando corpore in corpus damnum fuerit datum, §. *16. ad L. Aquil.*

Actio L. Aquil. utilis locum habet, si quis non corpore, sed in corpus damnum dederit, *ibid.*

Actio in factum L. Aquil. datur, si non corpore damnum fuerit datum, neque corpus læsum fuerit, sed alio modo alicui damnum contigerit, *ibid.*

Actio L. Aquil. locum habet, si obstetrix medicamentum dederit, & inde mulier perierit, *L. 9. pr. ad L. Aquil.*

Actione in factum L. Aquil. tenetur, qui hominem fame necaverit, *d. L. 9. §. 2. eod.*

Actioni L. Aquil. locus est, si servus meus per lusum jaculantibus fuerit occisus, *L. 9. §. 4. eod.*

Actione L. Aquil. omnes tenentur, qui trabem dejecerint, & hominem oppresserint, *L. 11. §. 4. eod.*

Actio L. Aquil. in eum datur, qui canem irritaverat, & effecerat, ut aliquem morderet, *L. 11. §. 5. eod.*

Actio L. Aquil. hero competit, i. e. domino servi, *L. 11. §. 6. eod.*

Actionem L. Aquil. utilem habet liber homo læsus, non directam, quoniam dominus membrorum suorum nemo videtur, *L. 13 pr. eod.*

Actione L. Aquil., si servus hereditarius occidatur, adita hereditate, heres poterit experiri, *L. 13. §. 2 eod.*

Actio L. Aquil. competit legatario, si servus legatus post aditam hereditatem sit occisus, *L. 13. §. 3. eod.*

Actione in factum L. Aquil., si dominus servum suum occiderit, bonæ fidei possessori, vel ei, qui pignori accepit, tenetur, *L. 17. pr. eod.*

Actio hæc heredi cæterisque successoribus competit, *L. 23. §. 8. eod.*

Actio L. Aquil. in heredes vel cæteros non datur, cum sit pœnalis; nisi forte ex damno locupletior heres factus sit, *ibid.*

Actio hæc adversus confitentem competit in simplum; adversus negantem, in duplum *L. 23. §. 10. eod. L. 4. C. de L. Aquil.*

Actione L. Aquil. dominus servi occidentis nomine tenetur, *L. 27. §. 3. eod.*

Actio L. Aquil. competit, si apes meæ ad tuas advolassent, tu eas excusseris, *L. 27 § 12. eod.*

Actio L. Aquil. locum habet, si quis non occiderit hominem vel pecudem sed usserit, fregerit, vel ruperit, *d. L. 27. §. 6. eod.*

Actio L. Aquil. locum habet, si putator, ex arbore ramum in publicum cum dejiceret, hominem prætereuntem occidit, nec ille proclamavit, ut casus ejus evitari possit, *L 31. eod.*

ACTIONE L. Aquil. mulier convenitur, si in rem viri damnum dederit, *L. 56. eod.*

ACTIO L. Aquil. debitori competit, cum reus stipulandi ante moram promissam vulneravit; idem est & si occiderit animal, *L. 37. eod.*

ACTIO L. Aquil. utilis locum habet, si quis boves alienos in locum angustum coegerit, eoque effectum est, ut dejicerentur, *L. 53. eod.*

ACTIO L. Aquil. cessat, si quis incendii arcendi gratia, vicinas ædes intercidit, *L. 49. §. 1. eod.*

ACTIONI L. Aquil. locus est, si quis fumo facto apes alienas fugaverit, *d. L. 49. pr.*

ACTIONE L. Aquil. tenetur dominus, quotiens sciente eo servus vulnerat, vel occidit, *L. 44. eod.*

ACTIO L. Aquil. in te datur, si meum servum, cum liberum putares, occideris, *L. 45. §. 2. eod.*

ACTIONE L. Aquil. ille convenitur, qui tabulas testamenti interleverit, *L. 42. eod.*

ACTIO L. Aquil., si liber homo jussu alterius manu injuriam dederit, cum eo est, qui jussit, si modo jus imperandi habuit; quod si non habuit, cum eo agendum est, qui fecit, *L. 37. pr. eod.*

ACTIONE L. Aquil. plostrarius tenetur, si ex plostro lapis ceciderit, & quid ruperit, vel fregerit, *L. 27. §. 33. eod.*

ACTIO L. Aquil. in eum datur, qui navem venaliciarum mercium perforavit, *L. 27. §. 24. eod.*

ACTIONE L. Aquil. illi tenentur, qui foveas ursorum cervorumque capiendorum causa fecerunt in itineribus, eoque aliquid decidit, factumque deterius, est, *L. 28. pr. eod.*

ACTIONE L. Aquil. ille conveniri potest, qui vinum spurcavit, vel effudit, vel acetum fecit, vel alio modo vitiavit, *L. 27. §. 15. eod.*

ACTIONE L. Aquil. in duplum agere potes, si pecora tua per injuriam inclusa necata sunt, *L. 5. C. de L. Aquil.*

ACTIO L. Aquil. datur adversus eum, qui domum tuam deposuit vel incendio concremavit, *L. 2. C. de L. Aquil.*

ACTIO L. Aquil. locum habet, si sylva alicujus combusta vel excisa sit, *L. 1. C. eod.*

ACTIONE L. Aquil. ille tenetur, qui in alienum vinum aut oleum, id miscuerit, quo naturalis bonitas vini aut olei corrumperetur, *§. 13. de L. Aquil.*

ACTIO *ex L. Cornelia.*

ACTIONE ex L. Cornelia dominus agere potest, si servus suus dolo occisus fuerit, *L. 23. §. 9. ad L. Aquil.*

ACTIONE ex L. Corn. de sicar. &c. tenetur, qui hominem occiderit; cujusve dolo malo incendium factum erit, &c. *L. 1. pr. ad L. Corn. de sicar.*

ACTIO *locati.*

ACTIO locati datur locatori & ejus heredibus, *L. 24. & 29. C. de loc. & cond. pr. I. de locat.* &c.

ACTIO locati locum habet, si hi, qui à vobis redemerant frumentum, & hordeum annonæ inferendum, accepta pecunia fidem fefellerunt, *L. 14. C. eod.*

ACTIO locati est bonæ fidei, *§. 28. de A. L. 17. C. de loc. & cond.*

ACTIO locati datur ad exigendam mercedem, post moram cum usuris, *L. 2. & 17. C. eod.*

ACTIO locati datur adversus conductorem & heredes, *L. 24. & 29. C. eod.*

ACTIO locati & furti adversus te exerce-

erce-

erceetur, si locatum tibi servum subripias, *L. 42. locati conducti.*

ACTIONEM locati habeo, si cui locaverim faciendum, quod ego conduxeram, *L. 48. eod.*

ACTIO locati locum habet, si fullo vestimenta polienda acceperit, eaque mures roserint; vel si pallium permutaverit, & alii alterius dederit, *L. 13. §. 6. eod.*

ACTIO locati locum non habet, si gemma includenda aut insculpenda data sit, eaque fracta sit, si quidem vitio materiæ factum sit, *L. 13. §. 5. eod.*

ACTIO *mandati*.

ACTIO mandati est bonæ fidei, *§. 28. de A.*

ACTIO mandati locum habet, si remunerandi gratia honor intervenit, *L. 6. pr. mandati* &c.

ACTIONE hac erit conveniendus, si cui fuerit mandatum, ut negotia administraret, *d. L. 6.* §. *1.*

ACTIO mandati adversus me datur, si passus sim, aliquem pro me fidejubere, vel alias intervenire, *L. 6.* §. *2. π. eod. L. 6. C. mandati* &c.

ACTIO mandati locum non habet, si turpe quid fuerit mandatum, *L. 6.* §. *3. π. eod.*

ACTIONE mandati procurator tenetur, si per collusionem ejus absolutus sit adversarius, *L. 8.* §. *1. eod.*

ACTIO mandati non furti procurator tenetur, qui non res inclusas subtraxit, sed traditas non reddidit, *L. 55. eod.*

ACTIO mandati tunc competit, cum cœpit interesse ejus, qui mandavit, cæterum, si nihil interest, cessat actio hæc, *L. 8. §. 6. eod.*

ACTIO mandati adversus heredes datur, *L. 49. de O. & A.*

ACTIO mandati directa interdum famosa est, *L. 1. & 6. §. 5. de his qui not. infam.*

ACTIO mandati contraria propter perfidiam famosa fit, *L. 6. §. 5. eod.*

ACTIO *quod metus causa.*

ACTIO quod metus causa est prætoria, *L. 1. quod met. causa* &c.

ACTIO hæc ab initio non est pœnalis, & ideo restituta re ante sententiam ab uno ex inferentibus, cæteri liberantur, *L. 14 §. 15. eod.*

ACTIONE quod metus causa quilibet in solidum tenetur, quando plures fuerunt, & unius solutio liberat alium, *ibid.*

ACTIO quod metus causa est personalis f. in personam, & arbitraria, §. *31. de A.*

ACTIO quod metus causa est in rem scripta, *L. 9. §. 8. quod met. causa* &c.

ACTIO hæc heredi, cæterisque successoribus competit, quoniam rei habet persecutionem, *L. 14.* §. *2.* & *16. §. 2. eod.*

ACTIO quod metus causa datur adversus inferentes metum, licet tertius rem possideat, *L. 14. §. 5. eod.*

ACTIO quod metus causa competit, licet res metu extorta perierit, *L. 1. C. de his, quæ vi, metusve* &c.

ACTIO quod metus causa in heredem, & cæteros in id, quod pervenit ad eos, datur, *L. 16. §. 2. quod metus causa* &c.

ACTIO hæc in heredem heredis competit, sufficit enim semel rem pervenisse ad proximum heredem, *L. 17. eod.*

In ACTIONE hac non quæritur, utrum is, qui convenitur, an alius metum fecit, sufficit enim hoc docere, metum sibi illatum, *L. 14. §. 3. eod.*

Hæc ACTIO cum arbitraria sit, habet reus licentiam, usque ad sententiam ab

ab arbitro datam, restitutionem rei facere, *d. L.14.* §. *4. eod.*

ACTIO quod metus causa datur etiam contra bonæ fidei possessorem, *L.14. §. 5. eod.*

ACTIONE quod metus causa petitur res cum fructibus & omni causa, *d. L.14.* § *8.* & *L.12. pr. eod.*

ACTIO hæc datur in quadruplum, cui etiam res inest, *L. 14. §. 1 3. & 7. eod.*

ACTIO quod metus causa datur post annum in simplum, quæ tunc perpetua est, *L.14. §. 1. L. 17.* & *L. 19. π. eod.*

ACTIO quod metus causa locum habet, quando quis vendere est compulsus ab emptore, vel etiam ab alio sciente emptore, *L. 5. C. de his, quæ* &c.

ACTIO *negatoria.*

ACTIO negatoria domino prædii liberi, qui negat servitutes, competit, *L. 2. pr. si servitus vindic.* & *L. 4.* §. 7. *eod.*

ACTIO negatoria se fundat in libertate, *d. L. 4. §. 7. eod.*

ACTIO negatoria s. negativa domino competit adversus fructuarium, *L. 5. pr. si usufr. pet.* &c.

In ACTIONE negatoria (ut Labeo ait) fructus computantur, quanti interest petitoris, *L. 4. §. 2. si servitus vindic.*

ACTIO *negotiorum gestorum.*

ACTIO negotiorum gestorum est personalis, *L. 3. §. 7. π. de negot. gest.* & *L. 23. C. de neg. gest.*

ACTIO negotiorum gestorum est bonæ fidei, *L. 7. eod.* & *§. 28. de A.*

ACTIO negotiorum gestorum competit mihi adversus furiosum, cujus negotia gessi, *L. 3. §. 5. eod.*

ACTIO negotiorum gestorum curatori furiosi furiosæve datur adversus eum eamve, *L. 3.* §. *5. eod.*

ACTIO hæc competit heredi, & in heredem, *d. L. 3.* §. *7. π. eod.* & *L. 6.* & *17. C. eod.*

ACTIO negotiorum gestorum locum habet, si mater, ignorante virgine, à sponso filiæ res donatas susceperit, *L. 32. §. 1. eod.*

ACTIO negotiorum gestorum competit, si liber homo, bona fide mihi serviens, mutuam pecuniam sumpserit, eamque in rem meam verterit, *L. 36. eod.*

ACTIONE negotiorum gestorum pater filio tenetur, si emancipati filii res à se donatas administravit, *L. 37. §. 2. eod.*

ACTIONE negot. gest. in solidum mecum agit, qui servum meum, me ignorante, vel absente, in noxali causa defenderit, *L. 41. eod.*

ACTIONE negot. gest. peti possunt, quæ utiliter in negotia alicujus erogantur, in quibus est etiam sumptus honeste ad honores per gradus pertinentes factus, *L. 45. pr. eod.*

ACTIO negotior. gestor. *directa* & *utilis* ejusdem potestatis sunt, eundemque habent effectum, *L. 47.* §. *1. eod.*

Nihil refert ACTIONE negot. gest. directa quis, an utili agat, vel conveniatur, *L. 47. §. 1. eod.*

ACTIO negot. gest. illi datur, cujus interest hoc judicio experiri, *L. 47. pr. eod.*

ACTIO negotiorum gest. ratione sumptuum affectione materna factorum non competit, *L. 1. C. de negot. gest.*

ACTIONE negot. gest. experiri potes, si pro fratre coherede pecuniam solvisti, *L. 3. C. eod.*

ACTIONE negot. gest. pupillæ tenebitur, qui pupillæ negotia tutoris mandato suscepit, pro tutore enim negotia non videtur gessisse, *L. 4. C. eod.*

Liber-

Libertus præstans officium & obsequium liberis patroni, ACTIONE negot. gest. eos non obligat, *L. 5. C. eod.*

ACTIONEM negot. gest. habes adversus eum, qui pecuniam tuam à debitore tuo exegit, eamque solutionem ratam habuisti, *L. 9. C. eod.*

ACTIO negot. gest. vitrico competit, si quid animo repetendi in privignas impenderit, *L. 15. C. eod.*

Ab uno herede pro solido re veluti communi venundata, ACTIONE negot. gest. de pretio coheres venditoris ratam habens venditionem, agere potest, *L. 19. C. eod.*

ACTIO negot. gest. *directa* competit domino adversus eum, qui gessit, *§. 1. de oblig. quæ quasi ex contr.* &c.

ACTIO negot. gest. contraria gestori datur, contra dominum rei gestæ, *ibid.*

ACTIO *noxalis.*

ACTIONES noxales ex maleficiis servorum; veluti si furtum fecerint, aut bona rapuerint, aut damnum dederint, aut injuriam commiserint, proditæ sunt, *pr. I. de noxal. act.*

ACTIONES noxales appellantur, quæ non ex contractu, sed ex noxa atque maleficio servorum adversus nos (sc. *dominos*) instituuntur, *L. 1. de noxal. act.*

ACTIONUM noxalium vis & potestas hæc est, ut si domini fuerint damnati, liceat illis deditione ipsius corporis, quod deliquerit, evitare litis æstimationem, *d. L. 1. eod. pr. I. eod.*

ACTIONE noxali dominus servi sui nomine conventus, servum actori noxæ dedendo liberatur, §. *3. eod.*

ACTIONES noxales aut legibus, aut edicto Prætoris constitutæ sunt, §. *4. eod.*

Si domini servorum ACTIONE noxali conveniantur, ita condemnari debeant, ut aut noxæ dedere, aut condemnationem sufferre habeant in sua potestate, *L. 2. C. de noxal. action.*

In omnibus ACTIONIBUS noxalibus, ubicunque scientia exigitur domini, sic accipienda est, si, cum prohibere posset, non prohibuit, *L. 3. de nox. act.*

ACTIO noxalis in me dabitur, si extraneus sciente me furtum fecerit, eumque redemero, *L. 4. §. 1. eod.*

Si plurium servus deliquerit omnibus ignorantibus, ACTIO noxalis in quemvis dabitur, *L. 5. pr. eod.*

ACTIO noxalis non alias datur, nisi apud me sit servus, & si apud me sit, licet eo tempore non fuit, quo delinquebat, teneor, *L. 7. pr. eod.*

Si emptor servi ACTIONE noxali conventus sit, venditor, quo sciente, furtum factum est, conveniri non potest, *L. 7. §. 1. eod.*

Si servus communis furtum fecerit, quivis ex dominis ACTIONE noxali in solidum tenetur, *L. 8. eod.*

Si bona fide possessor eum servum, quem bona fide possidebat, dimiserit, ACTIONE noxali conveniri non potest, *L. 12. eod.*

ACTIO noxalis datur, non solum adversus bona fide possessorem, sed etiam adversus eos, qui mala fide possident, *L. 13. eod.*

Si servus depositus vel commodatus sit, cum domino ACTIONE noxali agi potest, *L. 22. pr. eod.*

Is, qui pignori servum accepit, vel qui precario eum rogavit, ACTIONE noxali non tenetur, *L. 22. §. 1. eod.*

ACTIONE noxali ille conveniri potest, qui dolo fecit, quominus servum delinquentem in potestate haberet, *L. 24. eod.*

Mortuo servo, antequam judicium accipia-

cipiatur, ACTIONE noxali dominus non tenetur, *L. 39. §. 4. eod.*

ACTIONES noxales perpetuæ sunt, *L. 42. §. 2. eod.*

ACTIONES noxales tamdiu locum habent, quamdiu servi dedendi, facultatem habemus, *ibid.*

ACTIO noxalis datur heredi & in heredem, non vero ut in heredem, sed ut in dominum & possessorem, *ibid.*

Omnis ACTIO noxalis caput sequitur: Nam si servus tuus noxam commiserit, quamdiu in tua potestate sit, tecum est actio, *§. 5. de noxal. act.*

ACTIO noxalis nulla nascitur, si servus domino noxam commiserit, *§. 6. eod.*

ACTIO *oneris aversi.*

ACTIO oneris aversi est proprium nomen actionis, *L. 31. locati* &c.

ACTIO oneris aversi habet locum, quoties onus alienum dolo, vel culpa summergitur, *ibid.*

ACTIONES oneris aversi improbantur, *ibid.*

ACTIONE oneris aversi nemo tenetur, nisi quis alienum onus avertit, *ibid.*

ACTIONE oneris aversi in avertentes non utitur, qui suum consequi ab eo potest furti actione, *ibid.*

ACTIO *de partu agnoscendo.*

ACTIO de partu agnoscendo in quibus casibus locum habeat, *L. 3. §. 2. &c. de agnos. & alend.* &c.

ACTIO *de pastu pecorum.*

ACTIO de pastu pecorum non habet locum, quando fructus mei, qui cadunt in alieno, depascuntur, sed recurritur ad actionem in factum, *L. 14. §. 3. de P. V.*

ACTIO *pauliana.*

ACTIO pauliana est prætoria & realis, *§. 6. de A. L. 1. pr. & §. 1. quæ in fraud. credit. L. 38. §. 4. de usur.*

ACTIO pauliana oritur ex ficto dominio & prætextu, ac si res nunquam alienata esset, *§. 6. de A.*

ACTIO pauliana datur creditoribus defraudatis, *L. 1. §. 1. quæ in fraud.*

ACTIO pauliana heredi cæterisque successoribus competit, *L. 10. §. f. eod.*

ACTIO hæc datur in heredes similesque personas, *ibid.*

Si à socero fraudatore sciens gener accepit dotem, ACTIONE hac tenebitur, *L. 25. §. 1. eod.*

ACTIO pauliana in ipsum fraudatorem datur, licet *Mela* non putabat, in fraudatorem eam dandam, *d. L. 25. §. 7. eod.*

Hujus ACTIONIS annum computamus utilem, quo experiundi potestas fuit, ex die factæ venditionis, *L. 6. §. 14.* & *L. 10. §. 18. eod.*

Per hanc ACTIONEM res restitui debet cum sua scilicet causa, *d. L. 10. §. 19. eod.*

In ACTIONEM paulianam veniunt fructus, non tantum qui percepti sunt, verum etiam hi, qui percipi potuerunt à fraudatore, sed cum aliquo modo; sc. ut sumptus facti deducantur, *L. 10. §. 20. eod.*

In hanc ACTIONEM venit partus, *d. L. 10. §. 21. eod.*

Generaliter sciendum est, ex hac ACTIONE restitutionem fieri oportere in pristinum statum; sive res fuerunt, sive obligationes, *L. 10. §. 22. eod.*

ACTIO hæc post annum de eo, quod ad eum pervenit, adversus quem actio movetur, competit, *L. 10. §. 24. eod.*

Illud constat, eum, qui pignus tenet, hac ACTIONE non teneri, *L. 13. eod.*

Hac ACTIONE non solum dominia revocantur, verum etiam actiones restaurantur, *L. 14. eod.*

ACTIO hæc competit & adversus eos, qui

qui res non possident, ut restituant; & adversus eos, quibus actio competit, ut actione cedant, *ibid.*

Per ACTIONEM paulianam ea, quæ in fraudem creditorum alienata sunt, revocantur, fructus quoque restituuntur, *L. 38. §. 4. de usur.*

ACTIO *de peculio.*

ACTIO de peculio est personalis, §. 8. *de A. L. 21. §. f. de peculio.*

Si dominus vel pater recuset ACTIONEM de peculio, non est audiendus, sed cogendus, *ibid.*

Qui ACTIONEM de peculio instituit, domino cavere debet, *L. 22. eod.*

ACTIONE de peculio etiam cum emptore servi agi potest, tributoria non potest, *L. 10. de tribut. act.*

ACTIONE de peculio mulier conveniri potest, *L. 3. §. 3. de peculio.*

ACTIO de peculio datur fructuario contrahenti cum ipso servo fructuario peculium a proprietatis domino habente, *L. 19. §. 2. eod.*

ACTIONE de peculio socii inter se agere non possunt, *L. 20. eod.*

ACTIO de peculio adversus patrem vel dominum datur, etiam ancillarum & filiarum nomine, *L. 27. pr. eod.*

ACTIO de peculio in dominum erit, licet ille contrahere cum servo prohibuerit, *L. 29. §. 1. eod.*

ACTIO de peculio locum habet, etiam si nihil sit in peculio cum ageretur, si modo sit rei judicatæ tempore, *L. 30. pr. eod.*

Qui semel ACTIONE de peculio egit, rursus, aucto peculio, de residuo debiti agere potest, *L. 30. §. 4. eod.*

ACTIO de peculio in adrogatorem datur, *L. 42. eod.*

ACTIO de peculio perpetua est, quamdiu servus vel filius in potestate est, *L. 1. §. 1. quando de peculio act. annal.* &c.

ACTIO de peculio temporaria, i. e. annalis esse incipit, quando filius vel servus emancipatus, manumissus alienatusve fuerit, *d. L. 1. §. 1. eod.*

Dominus suo nomine non obligatur, quum servus contraxit, sed ACTIONE de peculio tenetur, deducto sc. eo, quod naturaliter ei servus debebat, *L. 12. C. Quod cum eo, qui in alien.* &c.

ACTIO *personalis* s. *in personam.*

ACTIO personalis oritur ex contractu, vel ex maleficio, vel quasi, §. 1. *de A. L. 25. pr. de O. & A.*

Per ACTIONES personales intendit quis adversarium ei dare aut facere oportere, *ibid.*

ACTIO personalis, quæ competit ad dandum, competit domino pro re sua adversus furem speciali jure odio furis, §. *14. de A.*

ACTIONES personales, quibus dare aut facere intenditur, condictiones appellantur, *§. 15. eod.*

ACTIO personalis semper adversus eundem, qui mihi obligatus est, locum habet, *L. 25. pr. de O. & A.*

ACTIO personalis s. in personam infertur: petitio, in rem: persecutio, in rem, vel in personam, rei persequendæ gratia, *L. 28. eod.*

ACTIONES personales suis temporibus præscribuntur, sc. 30. ann. vel alio tempore, *L. 2. pr. C. de const. pec.*

ACTIO *pignoratitia.*

ACTIO *pignoratitia* est bonæ fidei, *§. 28. de A.*

ACTIO pignor. est personalis, *L. ult. C. de distr. pignor.*

ACTIO hæc quamprimum pignus rei traditione contractum est, nascitur, §. *f. quib. mod. re* &c.

ACTIONEM pignoratitiam adversus creditorem, pactum vulgare, *ut, si in-*

si intra certum tempus pecunia soluta non fuisset, prædia pignori vel hypothecæ data vendere liceret, debitori non adimit, *L. 4. C. de pignor. act.*

ACTIO pignoratitia competit soluto pretio, *L. 11. C. eod.*

ACTIO pignor. contraria locum habet, si rem alienam mihi debitor pignori dedit, aut malitiose in pignore versatus sit, *L. 9. pr. de pignor. act.*

ACTIONEM pignor. contrariam habeo, si necessarias impensas fecerim in servum, aut in fundum, quem pignoris causa acceperim, *L. 8. pr. eod.*

In ACTIONE *pignor.*, soluta pecunia, experiri potest, qui rem alienam pignori dedit, *L. 9. §. 4. eod.*

ACTIONE pignor. agere potest procurator meus, vel tutor, qui rem pinori dedit, *L. 11. §. 7. eod.*

In ACTIONE pignor. venit dolus, culpa & custodia, vis major non venit, *L. 13. §. 1. eod.*

ACTIO pignor. contraria creditori competit, *L. 16. §. 1. eod.*

ACTIO pignor. de fructibus prædoni, qui rem pignori dedit, competit, quamvis ipse fructus suos non faciet, *L. 22. §. 2. eod.*

In ACTIONE pignor. venit, si res pignori datas male tractavit creditor, vel servos debilitavit, *L. 24. §. 3. eod.*

ACTIO pignor. debitori adversus dominum competit, si servus peculiari nomine pignus acceperit, *L. 28. §. 1. eod.*

ACTIONE pignor. contraria creditor agere potest cum debitore, qui alienam rem pignori dedit, *L. 32. eod.*

ACTIONE pignor. directa uti potest debitor, si pecuniam solverit, ad recuperandam ἀντίχρησιν, *L. 33. eod.*

Pupillo capienti pignus, propter metum ACTIONIS pignor., necessaria est tutoris auctoritas, *L. 38. eod.*

ACTIO pignor. utilis datur creditori, si rem alienam pignori dedisti, deinde dominus rei ejus esse cœpisti, *L. 41. eod.*

ACTIO pign. directa datur ad recuperandas res pignori traditas, & illarum fructus, quos creditor percepit, vel percipere debuit, *L. 1. 2. & 3. C. de pign. act. §. f. quib. mod. re* &c.

ACTIO *pœnalis.*

ACTIONES pœnales Prætor multas ex sua Iurisdict. introduxit, *§. 12. d. A.*

ACTIONES pœnales ex maleficiis in heredem non dantur, nisi lite contestata, *§. 1. de perpet. & temp. act.* & *L. un. C. ex delict. defunct.*

ACTIONES pœnales heredibus non denegantur, *ibid.*

Omnes ACTIONES pœnales post litem inchoatam, & ad heredes transeunt, *L. 26. de O. & A.*

ACTIONES pœnales, sive legitimæ, sive honorariæ, exceptis popularibus, in bonis actoris non ideo minus computandæ sunt, quia morte reorum intercidere possunt, è contrario autem eædem actiones nihil bonis rei, defuncto eo detrahunt, *L. 32. pr. ad L. Falc.*

Nunquam ACTIONES pœnales de eadem pecunia concurrentes alia aliam consumit, *L. 60. de O. & A.*

ACTIO *popularis.*

Licet in ACTIONIBUS popularibus procurator dari non possit, tamen dictum (i. e. receptum) est, merito eum, qui de via publica agit, & privato damno ex prohibitione adficitur, quasi privatæ actionis dare posse procuratorem, *L. 42. pr. de procurat.*

In ACTIONIBUS popularibus uti quis quasi

quasi unus ex populo agit, defensionem, ut procurator, præstare cogendus non est, *L. 43. §. 2. eod.*

In ACTIONE populari quando de privato commodo agit, tunc potest dari procurator causa cognita *L. 45. §. 1. eod.*

Eam ACTIONEM popularem dicimus, quæ suum jus populi tuetur, *L. 1. de popul. action.*

Si plures ACTIONE populari agant, Prætor eligat idoniorem, *L. 2. eod.*

In ACTIONIBUS popularibus is, cujus interest, præfertur, *L. 3. §. 1. eod.*

ACTIO popularis integræ personæ permittitur, h. e. cui per Edictum postulare licet, *L. 4. eod.*

Qui ACTIONE populari convenietur, ad defendendum procuratorem dare potest; is autem, qui eam movet, procuratorem dare non potest, *L. 5. eod.*

ACTIONES populares mulieri & pupillo non dantur, nisi cum ad eos res pertineat, *L. 6. eod.*

ACTIO *de posito* vel *suspenso.*

ACTIO de posito vel suspenso est popularis, *L. 5. §. 3. de his, qui effud.* &c.

ACTIO hæc introducta à Prætore, *L. 5. §. 6. eod.*

ACTIO de posito vel suspenso datur heredi, similibusque, in heredes autem non competit, quia pœnalis est, *d. L. 5. §. 13. eod.*

ACTIO hæc oritur ex quasi delicto, *§. 1. de oblig. quæ quasi ex delicto* &c. *L. 5. §. 7. & 11. eod.*

ACTIO de posito vel suspenso datur ad pœnam decem aureorum exigendam, *d. §. 1. d. t.* & *L. 5. §. 6. eod.*

ACTIO hæc in eum competit, qui posuit, non in eum, qui habitaverit, *L. 5. §. 12. eod.*

ACTIO de posito vel si suspenso locum habet, licet suspensum nondum nocuerit, *d. L. 5. §. 11. eod.*

Ad exemplum hujus ACTIONIS datur *actio de suspensis ex pergula, L. 5. §. 12. eod.*

ACTIO *præjudicialis.*

ACTIONES præjudiciales in rem esse videntur; quales sunt per quas quæritur, an aliquis liber an libertus sit, vel de partu agnoscendo, *§. 13. de A.*

Ex ACTIONIBUS præjudicialibus fere una illa legitimam causam habet, per quam quæritur, an aliquis liber sit; cæteræ ex ipsius Prætoris jurisdictione substantiam capiunt, *ibid.*

ACTIO *præscriptis verbis.*

ACTIONE præsc. verbis agendum est, quando deficiunt vulgaria atque usitata actionum nomina, *L. 2. de P. V.*

In ACTIONEM præsc. verb. necesse est confugere, quotiens contractus existunt, quorum appellationes nullæ jure civili proditæ sunt, *L. 3. eod.*

ACTIO præsc. verb. potest competere ad repetendum id, quod est datum, quando fuit expresse actum de repetendo, alias non competet præscriptis verbis, sed condictio ob causam, *L. 8. eod.*

ACTIO præsc. verb. actio in factum dicitur, *L. 13. pr.* & *L. 22. eod.*

ACTIO præsc. verb. certis in casibus similis est actioni mandati, nec non locati, & empti, *L. 5. §. 4. eod.*

ACTIO præsc. verb. quæ ex permutatione competit, est bonæ fidei, *§. 28. de A.*

ACTIO præsc. verb. incerta civilis re tradita, ut impleantur conventa, vel præstetur interesse, datur, *L. 6. C. de rer. permut.*

ACTIO præsc. verb. quæ æstimato propo-

proponitur, est bonæ fidei, *§. 28. de A.*

ACTIO præsc. verb. ex articulo *facio, ut des* competit, *L. 15.* & *22. de P. V. §. 1. de locat.*

ACTIO *protutelæ.*

ACTIO protutelæ est prætoria, *L. 1. pr. de eo, qui pro tutor.* &c.

ACTIO protutelæ inventa, quia plerumque incertum est, utrum quis tutelam pro tutore administraverit ut tutor, an ut quasi tutor, *ibid.*

ACTIO hæc ante pubertatem institui potest, *d. L. 1. §. 3. eod.*

ACTIO protutelæ in quibus casibus cessat, *L. 1. §. 6.* & *7. eod.*

In ACTIONE protutelæ usuræ veniunt (Subaudi à die moræ), *L. 1. §. 8. eod.*

ACTIO protutelæ contraria ei competit, qui pro tutore negotia gessit, *L. 5. eod.*

ACTIO *publiciana.*

ACTIONEM publicianam Prætor Publicius introduxit, §. *4. de A.*

In ACTIONE public. dicit is, qui possessionem amisit, eam rem se usucepisse, quam usu non cepit, & ita vindicat suam esse, *d. §. 4. de A.*

ACTIO public. propter necessitatem & æquitatem introducta, *§. 4. de A. L. 1. pr. & §. 1.* & *L. f. de public. in rem act.*

ACTIONI publicianæ exceptio justi dominii objici potest, *L. 16. eod.*

Si pro parte quis rem petere vult, ACTIONE publiciana uti potest, *L. 12. §. 6. eod.*

ACTIONE hac recte is experiretur, qui rem momento possedit, *d. L. 12. §. 7. eod.*

Si res talis sit, ut eam Lex aut Constitutio alienari prohibeat, eo casu ACTIO publiciana non competit, *L. 12. §. 4. eod.*

Is ACTIONE publiciana uti potest, cui ex Trebelliano hereditas restituta est, etiamsi non fuerit nactus possessionem, *L. 12. §. 1. eod.*

In vectigalibus, & in aliis prædiis, quæ usucapi non possunt, ACTIO publiciana competit, si forte bona fide mihi tradita sunt, *L. 12. §. 2. eod.*

Si ego emi, & mea voluntate alii res sit tradita, Imperator Severus rescripsit, ACTIONEM publicianam illi dandam, *L. 11. pr. eod.*

ACTIO publiciana datur, si de usufructu agatur tradito, *d. L. 11. §. 1. eod.*

Partus ancillæ furtivæ, qui apud bonæ fidei emptorem conceptus est, per ACTIONEM hanc petendus est, etiamsi ab eo, qui emit, possessus non est, *L. 11. §. 2. eod.*

Ut ACTIO publiciana competat, hæc debent concurrere; ut & bona fide quis emerit, & ei res empta, eo nomine sit tradita, *L. 7. §. 16. eod.*

Ante traditionem ACTIONE publiciana emptor experiri non potest, quamvis bonæ fidei emptor sit, *ibid.*

ACTIO publiciana tempus emptionis continet, & ideo neque quod ante emptionem, neque quod postea dolo malo factum est, in hac actione deduci, *Pomponio* videtur, *d. L. 7. §. 14. eod.*

ACTIO publiciana competit, si res adjudicata est, *L. 7. pr. eod.*

ACTIO publiciana non solum emptori bonæ fidei competit, sed & aliis; ut puta ei, cui dotis nomine tradita res est, necdum usu capta, *L. 3. eod.*

ACTIO publiciana adversus donatorem competit, *L. 7. §. 3. eod.*

ACTIO publiciana locum habet, si quis à minore emerit, ignorans eum minorem esse, *d. L. 7. §. 4. eod.*

ACTIO publiciana ad instar proprietatis,

tis, non ad instar possessionis, respicit, *L. 7. §. 6. eod.*

In ACTIONE publiciana omnia eadem erunt, quæ & in rei vindicatione occurrunt, *L. 7. §. 8. eod.*

ACTIO hæc heredi & honorariis successoribus competit, *L. 7. §. 9. eod.*

In hac ACTIONE non oberit mihi, si successor sum, & dolo feci, cum is, in cujus locum successi, bona fide emisset, *L. 7. §. 12. eod.*

ACTIO hæc in his, quæ usucapi non possunt, puta furtivis, vel in servo fugitivo, locum non habet, *L. 9. §. 5. eod.*

ACTIO *quod falso tutore.*

ACTIO quod falso tutore, est prætoria, *L. 7. pr. quod falso tut.*

ACTIO hæc introducta propter delictum, *d. L. 7. pr. eod.*

ACTIO quod falso tutore datur contra falsos tutores, sc. qui dolo malo se tutores simulant ac autoritatem interponunt, *L. 7. pr.* & *L. 11. §. 1. eod.*

ACTIO hæc contra singulos in solidum competit, unius tamen præstatio reliquos liberat, *L. 7. §. f.* & *L. 8. eod.*

ACTIO quod falso tutore contra heredes non datur, *L. 9. §. 1. eod.*

ACTIO hæc heredibus cæterisque successoribus competit, *L. 9. §. 1. eod.*

ACTIO hæc datur ad omne interesse, etiam sumtus restitutionis petitionis, *L. 7. pr. §. 3. eod.*

ACTIO quod falso tutore ratione actoris est rei persecutoria, *L. 7. §. 2. 4. eod.*

ACTIO quod falso tutore est annua, *L. 9. §. 1. eod.*

ACTIO *de rationibus distrahendis.*

ACTIO de rationibus distrahendis non solum datur adversus hos tutores, qui legitimi fuerunt, sed omnes qui jure tutores sunt, & gerunt tutelam, *L. 1. §. 19. de tutelæ & ration.* &c.

ACTIO hæc competit pupillo & heredibus, *d. L. 1. §. 23. eod.*

ACTIO de rat. distr. in heredem cæterosque successores non datur, quia pœnalis est, *d. L. 1. §. 23. eod.*

ACTIO hæc tunc competit, cum & tutelæ actio est, h. e. finita demum tutela, *L. 1. §. 24. eod.*

ACTIONE de rat. distr. nemo tenetur, nisi qui in tutela gerenda rem ex bonis pupilli abstulerit, *L. 2. pr. eod.*

ACTIO de rat. distr. non tollit actionem furti, & contra, *L. 2. §. 1. eod.*

ACTIO hæc datur in duplum, cui pœna inest, *L. 2. §. 2. eod.*

ACTIO *de recepto.*

ACTIO de recepto est actio in factum prætoria, *L. 3. §. 1. Nautæ, caupones* &c.

ACTIO hæc à Prætore supplendi juris civilis gratia est introducta, *ibid.*

ACTIO de recepto est reipersecutoria, *L. 3. §. 4. eod.*

ACTIO hæc in heredes competit, *ibid.*

ACTIO de recepto in heredem non datur, *L. 7. §. 6. eod.*

ACTIO de recepto est perpetua, *L. 3. §. 4.* & *L. 7. §. 6. eod.*

ACTIO de recepto datur contra navium, cauponarum, & stabulorum exercitores, *L. 1. pr. §. 2. 5. eod.*

ACTIO hæc viatoribus competit, *L. 1. pr. eod.*

ACTIO de recepto datur ad res invectas, etiam alienas, repetendas, *L. 1. §. 7. eod.*

ACTIO *redhibitoria.*

ACTIO redhibitoria ab Ædilibus curulibus est introducta, *L. 1. pr. §. 1. de ædilitio edicto* &c.

ACTIO hæc datur emptoribus, &c. & illorum heredibus, *L. 48. §. 5. eod.*

ACTIO redhibitoria competit adversus venditores illorumque heredes, *L. 23. §. 5. L. 31. §. 10.* & *L. 48. §. 5. eod.*

ACTIO hæc competit non solum de mancipiis, sed de omni animali, *L. 48. §. 6. eod.*

Cum ACTIONE redhibitoria de sanitate agitur, permittendum est, de uno vitio agere & prædicere, ut, si quid aliud postea apparuisset, de eo iterum ageretur, *L. 48. §. 7. eod.*

In usu est ACTIONEM redhibitoriam in simplariis (al. *singularibus*) venditionibus non competere, *d. L. 48. §. 8. eod.*

ACTIO redhibitoria datur ad rem, pretio restituto, redhibendam, *L. 21. pr. L. 60. eod.*

ACTIO hæc competit regulariter intra sex menses utiles ratione cursus, non vero initii, *L. 19. §. f. L. 38. pr. eod. L. 2. C. de ædilit. action.*

ACTIO redhibitoria intra duos menses instituenda est, si agatur propter ornamenta non præstita, vel ob cautionem denegatam, *L. 28. L. 38. pr. eod.*

Si prædium quis sub ea lege comparavit; *ut, si displicuerit, inemptum sit*, id, utpote sub conditione venditum, resolvi, & ACTIONEM redhibitoriam adversus venditorem competere, palam est, *L. 4. C. de ædilit. action.*

ACTIO *rerum amotarum.*

ACTIO rerum amotarum singularis introducta est adversus eam, quæ uxor fuit; quia non placuit, cum ea furti agere posse, *L. 1. de act. rer. amot.*

ACTIONE rerum amotarum successores mulieris tenentur, quatenus ad eos pervenit, *L. 3. C. rer. amot.*

ACTIO rerum amotarum non competit, nisi soluto matrimonio, *L. 2. C. eod.*

ACTIO rerum amotarum condictio est, *L. 26. de act. rer. amot.*

ACTIO rer. amot. ob adulterii crimen, quo mulier postulata est, non differtur, *L. 27. eod.*

ACTIO rerum amotarum damnum repræsentat, etiamsi postea dotis exactio competat, *L. 21. §. 3. eod.*

ACTIO rer. amot. habet locum, si divortii consilio res amotæ fuerint, & secutum divortium fuerit, *L. 25. eod.*

ACTIO rer. amot. commodi quoque, si quod amotis rebus amiserit vir, ratio habenda est, *L. 21. §. 4. eod.*

ACTIO hæc, licet ex delicto nascatur, tamen rei persecutionem continet, *L. 21. §. 5. eod.*

Mulier habebit ACTIONEM rerum amotarum adversus virum, & compensare potest cum actione, qua maritus agere vult ob res amotas, *L. 7. eod.*

Qui ACTIONEM rerum amotarum instituit, si velit magis jusjurandum deferre, cogitur adversarius jurare; Nihil divortii causa amotum esse, *L. 11. §. 1. eod.*

In ACTIONEM rerum amotarum non solum eæ res veniunt, quæ extant, verum etiam eæ, quæ in rerum natura esse desierunt, *L. 17. §. 2. eod.*

ACTIO hæc anno non finitur, sicut condictio furtiva, *L. 21. §. 5. eod.*

ACTIO rer. amot. heredibus competit, *ibid.*

ACTIO *rescissoria.*

In ACTIONE rescissoria veniunt fructus, *L. 28. §. 6. ex quib. caus. maj.*

ACTIO rescissoria in militem datur ei, cujus rem miles ipse usucepit domino absente nec defenso, *ibid.*

ACTIO *sepulchri violati.*

ACTIO sepulchri violati infamiam irrogat, *L. 1. de sepulch. viol.*

ACTIO sepulch. viol. non competit, si se-

si sepulchra hostium sunt violata, *L. 4. eod.*

ACTIO sepulch. viol. inprimis datur ei, ad quem res pertinet, *L. 6. eod.*

ACTIO sepulchri violati est actio popularis, *L. 3. §. 12. eod.*

ACTIO hæc pertinet ad heredem necessarium, cum se bonis non miscuisset, *L. 10. eod.*

Qui de sepulchri violati ACTIONE judicant, æstimare debent, quatenus intersit, *L. 3. §. 8. eod.*

Si ad plures jus sepulchri pertinet, ACTIO hæc omnibus datur, *d. L. 3. §. 9. eod.*

ACTIO *serviana* & *quasi serviana.*

vid.

ACTIO *hypothecaria.*

ACTIO *de servo corrupto.*

ACTIO servi corrupti est prætoria, *L. 1. §. 1. de servo corrupto.*

ACTIO hæc perpetua est, *L. 13. pr. eod.*

ACTIONE servi corrupti ille tenetur, qui servum hereditarium corruperit, *d. L. 13. §. 1. eod.*

ACTIO hæc ad omnes corruptelas pertinet, *L. 9. §. 1. eod.*

ACTIO servi corrupti adversus fatentem in duplum est, *L. 5. §. 2. eod.*

ACTIO servi corrupti utilis fructuario competit, *L. 9. §. 1. eod.*

ACTIO hæc refertur ad tempus servi corrupti, vel recepti, non ad præsens, *L. 5. §. 4. eod.*

In ACTIONEM hanc præteritæ utilitatis æstimatio versatur, *L. 6. eod.*

ACTIONEM hanc habet heres ejus, cujus servus corruptus est, *L. 8.* & *L. 13. pr. eod.*

ACTIO servi corrupti datur, quanti ea res erit, ejus dupli, *L. 9. §. 2. eod.*

In hanc ACTIONEM etiam rerum æstimatio venit, quas servus secum abstulit, *L. 10. eod.*

ACTIO servi corrupti utilis competit, si animus liberorum corrumpitur, *L. 14. §. 1. eod.*

In hac ACTIONE non extra rem duplum est, id enim, quod damni datum est, duplatur, *L. 14. §. 5. eod.*

Æstimatio habetur in hac ACTIONE, quanti servus vilior factus sit, quod officio judicis expedietur, *L. 14. §. 8. eod.*

ACTIO servi corrupti, constante matrimonio, marito in mulierem datur, sed favore nuptiarum, in simplum, *L. 17. eod.*

ACTIO servi corrupti adversus eum datur, qui servum alienum corrumpere conatus est, licet illum non corruperit, *L. 20. C. de furt. & servo corrupto.*

ACTIO *si mensor falsum modum dixerit.*

ACTIO hæc dolum malum duntaxat exigit, *L. 1. §. 1. si mensor fals. mod.* &c.

Is hac ACTIONE tenetur, qui renunciavit, *L. 1. §. 2. eod.*

ACTIO si mensor fals. mod. dix. competit ei, cujus interfuit falsum modum renunciatum non esse, h. e. vel emptori, vel venditori, &c. *L. 3. §. 1. eod.*

Hanc ACTIONEM heredi, similibusque personis dandam, *Pomponius* scribit, *L. 3. §. 5. eod.*

In HEREDEM similesque personas hæc actio non competit, *L. 3. §. 5. eod.*

ACTIO hæc perpetua est, quia initium rei non à circumscriptione, sed à suscepto negotio originem accepit, *L. 4. eod.*

Hæc ACTIO dabitur, si mensor machinarius fefellerit, *L. 7. §. 1. eod.*

ACTIO *si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.*

ACTIO

ACTIO hæc ex lege duodecim tabularum descendit, *L. 1. pr. si quadrupes pauper. fec. dic. pr. I. eod.*

Hæc ACTIO ad omnes quadrupedes pertinet, *d. L. 1. §. 2. eod.*

ACTIO si quadrup. paup. fec. dic. locum habet, quotiens contra naturam fera mota pauperiem dedit, *L. 1. §. 7. eod. d. pr. I. eod.*

In bestiis autem propter naturalem feritatem, ACTIO hæc locum non habet, *L. 1. §. 10. eod.* & *pr. I. eod.*

Cum arietes vel boves commisissent, & alter alterum occidit, cessat hæc ACTIO, si is periisset, qui adgressus erat, *L. 1. §. 11. eod.*

ACTIO hæc datur adversus dominum, non cujus fuerit quadrupes, cum noceret, sed cujus nunc est, *L. 1. §. 12. eod.*

ACTIO hæc extinguitur, si animal ante litem contestatam decesserit, *L. 1. §. 13. eod.*

Hæc ACTIO non solum domino, sed etiam ei, cujus interest, competit, *L. 2. pr. eod.*

ACTIO si quadr. paup. fec. dic. datur heredi cæterisque successoribus, *L. 1. §. 17. eod.*

ACTIO hæc competit adversus heredes, cæterosque, non jure successionis, sed eo jure, quo domini sint, *L. 1. §. 17. eod.*

ACTIO si quadr. paup. fec. dic. utilis datur, si non quadrupes, sed aliud animal pauperiem fecit, *L. 4. eod.*

ACTIO *pro socio.*

ACTIO pro socio est bonæ fidei, *§. 28. de A. L. 45. pro socio.*

ACTIO pro socio est generalis, *L. 38. pr. pro socio.*

ACTIO pro socio est rei persecutoria, *L. 50. eod. §. 17 de A.*

Ut ACTIO pro socio locum habeat, societatem intercedere oportet; nec enim sufficit, rem esse communem, nisi societas intercedit, *L. 31. eod.*

ACTIO pro socio adversus heredem socii competit, *L. 35. L. 63. §. 8. eod.*

An ACTIO pro socio locum habeat, si id, quod quis in societatem contulit, extinctum sit? *L. 58. pr. eod.*

ACTIO pro socio locum habet, si fundus mihi tecum communis sit, & in eum mortuum intuleris, *L. 39. eod.*

ACTIO pro socio ab utraque parte directa est, *§. 2. de pœna temere litig.*

ACTIO pro socio famosa est, *d. §. 2. eod.* & *L. 1. de his, qui not. infam.*

ACTIO *ex testamento.*

ACTIONE ex testamento quando agitur, non solet in litem jurare, *L. 6. de in litem jur.*

ACTIO ex testamento est stricti juris, *L. 5. §. 4.* & *L. 6. eod.*

ACTIO ex testamento multa accidentia cum judiciis bonæ fidei habet, *L. 3. C. in quibus cauf. in integ. rest.* & *L. 3. C. de usur. & fruct.*

ACTIO ex testamento datur legatariis, & novo jure fideicommissariis particularibus & heredibus, *L. 1. C. communia de legat.*

ACTIO *de tigno juncto.*

ACTIO de tigno juncto legibus duodecim tabularum est introducta, *L. 1. pr. de tigno juncto.* & *§. 29. de R. D.*

ACTIO de tigno juncto datur in duplum, *ibid.*

Hæc ACTIO datur domino tigni furtivi, & omnibus quorum interest, *L. 1. pr.* & *L. 2. eod. §. 13.* & *seq. de oblig. quæ ex delict.*

ACTIO de tigno juncto adversus jungentem competit, *§. 29. in f. de R. D.*

ACTIO *tributoria.*

ACTIO tributoria est prætoria, *§. 3. quod cum eo, qui in aliena* &c.

ACTIO

ACTIO tributoria ideo vocatur, quia ipsi domino distributionem Prætor permittit, *ibid.*

Hanc ACTIONEM Prætor ei accommodat, qui ex creditoribus quæratur, quasi minus ei tributum sit, quam oportuerit, *ibid.*

ACTIO tributoria non solum ad servos pertinet, verum ad eos quoque, qui nobis bona fide serviunt, *L. 1. §. 5. de tribut. act.*

ACTIONE tributoria cum emptore servi agi non potest, *L. 10. eod.*

ACTIO tributoria est rei persecutoria, *L. 8. eod.*

ACTIO tributoria datur, mortuo servo, adversus dominum, *ibid.*

ACTIO tributoria est perpetua, *L. 7. §. 5. eod.*

ACTIO tributoria datur in heredem, de eo duntaxat, quod ad eum pervenit, *ibid.* & *L. 9. §. 2. eod.*

Si servo testamento manumisso peculium legatum sit, ACTIONE tributoria non debere heredem teneri, *Labeo* ait, *L. 9. §. 2. eod.*

ACTIONE tributoria tunc demum agi potest, cum dominus, in distribuendo pretio mercis, edicto Prætoris non satisfecit, *L. 12. eod.*

ACTIO tributoria dolum malum domini coercet, *L. 7. §. 2. eod.*

Si cujus dolo malo factum est, quo minus tribueretur, ACTIO tributoria in eum datur, ut quanto minus tributum sit, quam debuerit, præstet, *ibid.*

ACTIO tributoria locum habet, licet negaverit dominus cuiquam deberi, *L. 7. §. 4. eod.*

Per hanc ACTIONEM tribui jubetur, quod ex ea merce, & quod eo nomine receptum est, *L. 5. §. 5. eod.*

ACTIO tributoria occupantis meliorem causam non facit, sed æqualem conditionem quandoque agentium, *L. 6. eod.*

ACTIO *tutelæ.*

In ACTIONEM tutelæ venit factum, non factum, dolus, culpa, & diligentia tutoris, *L. 1. pr. de tutelæ & ration. distr. L. 2. 7. C. arbitr. tutelæ.*

ACTIO tutelæ bonæ fidei judicium est, *L. 1. §. 2. eod.* §. *28. de A.*

ACTIO tutelæ in heredem tutoris transit, *L. 1. §. 16. eod. L. 12. C. arbitr. tut.* & *L. 3. C. de hered. tutor.* &c.

ACTIO hæc competit heredi pupilli, similibusque personis, *d. L. 1. §. 17. eod. L. 12. C. arbitr. tut.*

Si ACTIONE tutelæ fuerit actum, de rationibus distrahendis agi non potest, & contra, *L. 1. §. 2. eod.*

ACTIONE tutelæ agi non potest, nisi finita tutela sit, *L. 4. pr. eod.*

Si adhuc impubes ACTIONEM tutelæ instituat, nihil consumitur, *L. 4. §. 2. eod.*

Præter ACTIONEM tutelæ aliæ actiones adversus tutorem competunt, etsi adhuc tutelam administrat, veluti furti, damni, injuriæ, condictio, *L. 9. §. 7. eod.*

Ea, quæ connexa sunt, veniunt in ACTIONEM tutelæ, *L. 13. eod.*

ACTIO tutelæ adversus heredem tutoris mota, curatores, aut heredes Magistratuum non liberat, neque parit eis exceptionem rei-judicatæ, *L. 23. eod.*

ACTIO tutelæ dicitur arbitrium tutelæ in *Rubr. C. arbitr. tut.*

ACTIO tutelæ adversus tutorem competit, *L. 8. & 9. C. eod.*

ACTIO tutelæ non præscribitur, *L. 8. C. eod.*

In ACTIONEM tutelæ venit etiam id, quod tibi tutor ex causa fidejussionis debet, *L. 3. C. de hered. tutor.*

Posthumo tutor datus, non nato posthumo

humo, neque ACTIONE *tutelæ*, quia nullus pupillus est; neque pro tutore, quia nulla significatio est; neque negotiorum gestorum, judicio tenetur, *L. 24. de tut. & rat. distr.*

ACTIO *tutelæ contraria.*

ACTIONEM tutelæ contrariam Prætor proposuit, induxitque in usum, ut facilius tutores ad administrationem accederent, *L. 1. pr. de contraria tutela* &c.

Hæc ACTIO non solum tutori, verum etiam ei, qui pro tutore negotia gessit, competere debet, d. *L. 1. §. 1. eod.*

ACTIO hæc locum habet, si quis curator sit vel pupilli, vel adolescentis, vel furiosi, vel prodigi, vel ventris, *L. 1. §. 2. eod.*

Finito officio ACTIO hæc tutori demum competit, cæterum, quamdiu durat, nondum competit, *L. 1. §. 3. eod.*

ACTIO hæc locum habet, & si tutelæ judicio non agatur, *L. 1. §. 8. eod.*

ACTIONE tutelæ contraria tutor non agit ut liberetur, sed ut potius accipiat expensas, *L. 3. §. 1. eod.*

ACTIO tutelæ contraria etiam ad id datur, quod in rem pupilli versum ante tutelam, vel post tutelam, si negotiis tutelæ tempore gestis nexum probatur, *L. 3. §. 8. eod.*

ACTIONEM hanc perpetuam esse palam est, *L. 3. §. 9. eod.*

ACTIO hæc heredi & in heredem datur, cæterosque successores, & ad quos ea res pertinet, & in eos, *ibid.*

Si tutor pro pupillo se obligavit, habet ACTIONEM tutelæ contrariam, & antequam solvat, *L. 6. eod.*

ACTIO *vi bonorum raptorum.*

ACTIONEM hanc Prætor introduxit, *pr. I. de vi bon. rapt. L. 2. pr. vi bonor. rapt.*

ACTIO hæc intra annum quadrupli est, post annum simpli, *ibid. L. 2. 3. C. vi bon. rapt.*

ACTIO vi bonorum raptorum utilis competit, si quis unam rem, licet minimam, rapuerit, *pr. I. eod.*

ACTIO hæc mista est, quia in quadruplo rei persecutio continetur, pœna autem tripli est, *§. 19. de A.*

ACTIO vi bonorum raptorum tunc competit, si dolo malo quis rapuerit, *§. 1. de vi bon. rapt.*

ACTIO hæc locum habebit, sive res rapta in bonis, sive non aut ex bonis sit, *§. 2. eod. L. 2. §. 22. vi bon. rapt.*

In hac ACTIONE intra annum utilem verum rei pretium quadruplatur, non etiam quod interest, *L. 2. §. 13. vi bon. rapt.*

Hæc ACTIO etiam familiæ nomine competit, *L. 2. §. 14. eod.*

ACTIO vi bonorum raptorum in impuberem, qui doli mali capax non est, non datur, *L. 2. §. 19. eod.*

Hac ACTIONE non potest actor singulorum servorum nomine agere adversus dominum eorum, quia sufficit dominum semel quadruplum offerre, *L. 2. §. 15. eod.*

Ex hac ACTIONE noxæ deditio non totius familiæ, sed eorum tantum, vel ejus qui dolo fecisse comperietur, fieri debet, *L. 2. §. 16. eod.*

Hæc ACTIO heredi cæterisque successoribus dabitur, *L. 2. §. 27. eod.*

ACTIO vi bonorum raptorum adversus heredes vel cæteros successores non datur, *ibid.*

ACTIO

Actio vi bonorum raptorum habet locum pro vi illata in rebus mobilibus tantum, *L. 1. C. vi bon. rapt.*

ACTOR.

Si **actor** jurare nolit, qui convenitur est absolvendus, *I. F. 26. §. 1.*

Actor prius jurare debet, *non calumniandi animo* (litem se) *movisse, sed existimando bonam causam habere*, *L. 2. pr. C. de jurej. propt. calum.*

Actore nil probante, absolvitur reus, *II. F. 33. §. 2.*

Actore non probante reus juramentum subire tenetur, *I. F. 4. §. 2.*

Actor (*Accusator*) & testis vel Iudex, aliquis simul esse non potest, *c. 1. q. 4. c. 4.*

Actor jure veteri non tenebatur satisdare, *pr. I. de satisdat.*

Actor debet in libello subscribere, per se, vel tabellarios, & cavere de lite prosequenda usque ad finem, & de expensis restituendis, *Auth.* generaliter *C. de Episcopis* &c. *Nov. 112. c. 2. pr.*

Si **actor** convictus fuerit injuste movisse litem, expensarum sumptuumque nomine decimam partem quantitatis in libello comprehensæ restituere debet, *ibid.*

Actor si fidejussorem dare non valet super expensis, juratoriam exponat cautionem, & tactis sacrosanctis evangeliis, adfirmet, se fidejussorem dare non posse, *ibid.*

Actor, qui proponit interdictum in limine judicii, tenetur actionem exprimere, *L. 4. C. de interdictis.*

Actor & non reus debet probare in criminalibus, *L. 10. C. ad L. Corn. de fals.*

Actor in tribus istis judiciis familiæ erciscundæ, communi dividundo, & finium regundorum ille dicitur, qui prius ad judicium provocavit, *L. 13. de judic.*

Actor sive Syndicus dicitur ille, qui nomine universitatis agit, vel convenit, aut convenitur, *L. 1. §. 1. quod cujusque univer.*

Actor universitatis si agat, compellitur etiam defendere, non autem compellitur cavere de rato, *L. 6. §. 3. eod.*

Actor sive Syndicus procuratoris partibus fungitur, *ibid.*

Actor universitatis etiam filiusfam. dari potest, *ibid.*

Actor s. Syndicus ex iisdem causis potest revocari, ex quibus procurator, *ibid.*

Actori onus probationis incumbit, non Reo, *c. 1. q. 5. c. 6.*

Actor, qui plene probavit, non debet compelli jurare, *c. 2. X. de probat.*

Non licet **actori**, quod reo licitum non existit, *c. 32. de R. I. in 6.*

Actor & Reus in communi Iudicio probant, & si pariter probant, reus absolvitur, nisi favorabilem causam foveat actor, *c. 3. X. de probat.*

Actor forum rei sequi debet, licet in plerisque partibus aliter de consuetudine habetur, *c. 5. X. eod. L. 2.* & *L. 5. pr. C. de Iurisdict. omn. Iud.c.* &c.

Iudex non debet admittere **actorem** ad litigandum, nisi prius ei libellum in scriptis offerat, *c. 1. X. de libelli oblat.*

Iudex etiam delegatus, compellit **actorem** ad respondendum reo in causa reconventionis, *c. 1. X. de mutuis petit.*

Actor refutando juramentum calumniæ sine causa, cadere debet ab instituta actione, *c. 7. §. 1. X. de juram. calumn.*

Actore contumace testes recipi, & senten-

sententia fieri debet, etiam lite non contestata, reo instante, *c. 3. X. de dolo & contum.*

ACTOR non admissus in possessionem sibi decretam per Iudicem causa rei servandæ, vel ab ea expulsus, per lapsum anni verus efficitur possessor, *c. 9. X. de dolo & contum.*

Pater tutor filii non constituit procuratorem, sed ACTOREM ante litem contestatam, *L. un. C. de actore à tut.*

Non debet ACTORI licere, quod reo non permittitur, *L. 41. pr. de R. I.*

Decreto Prætoris ACTOR constitui periculo tutoris solet, quotiescunque aut diffusa negotia sint, aut dignitas, vel ætas, aut valetudo tutoris id postulet, *L. 24. pr. de admin. & peric. tut. §. 6. de Curator.*

ACTOR tunc necessario est constituendus, si pupillus nondum fari potest, ut procuratorem facere possit, aut absens sit, *ibid.*

ACTORE non probante possessiones ad se pertinere, dominium earum apud possessorem remanet, *L. 2. C. de probat.*

ACTOR, quod adseverat, probare se non posse profitendo, reum necessitate monstrandi contrarium non adstringit, *L. 23. C. eod.*

ACTOR edere debet actionem, ut proinde sciat reus, utrum cedere, an contendere ultra debeat, *L. 1. pr. de edendo.*

ACTVARIVS.

ACTVARII dicuntur, qui recipiunt pecunias publicas, *L. 6. C. de numerariis,* &c. *Lib. 12.*

ACTVARIVS non potest numeratus fieri in numero militum, *L. 9. C. eod.*

ACTVARIVS etiam deposito officio ad aliquam militiam aspirare non potest, *ibid.*

ACTVM.

ACTVM generale verbum est, sive verbis, sive re quid agatur; ut in stipulatione, vel numeratione, *L. 19. de V. S.*

Semper in stipulationibus, & in cæteris contractibus id sequimur, quod actum est, *L. 34. de R. I.*

Si non pateat, quid ACTVM est, erit consequens, ut id sequamur, quod in regione, in qua *actum* est, frequentatur, *ibid.*

ACTVS.

ACTVS, qui indiget confirmatione, perfectus esse non videtur, antequam confirmatus sit, *L. 16. de excus.*

ACTVS legitimi, qui recipiunt diem vel conditionem; veluti mancipatio, acceptilatio, hereditatis aditio, servi optio, datio tutoris, in totum vitiantur per temporis, vel conditionis adjectionem, *L. 77. de R. I.* & *c. 50. in 6. de R. I.*

ACTVS *legitimi* tacite recipiunt nonnunquam diem & conditionem, quæ aperte comprehensa vitium adferunt, *ibid.*

ACTVS omnis, per quem dominium transfertur, est alienatio, *L. 1. C. de fundo dotali.*

ACTVS defunctorum non possunt esse in pendenti, sicut actus viventium, *L. 18. in fin. communia prædior.*

ACTVS *pro servitute.*

ACTVS est jus eundi, vel jumentum vel vehiculum, *L. 1. pr. de S. P. R.* & *pr. I. de Servit.*

Qui ACTVM habet, & iter habet, etiam sine jumento, *ibid.*

Qui ACTVM habet, & plaustrum ducere, & jumenta agere potest, sed trahendi lapidem, aut tignum, neutri eorum jus est, *L. 7. pr. eod.*

Inter ACTVM & iter, nonnulla est differentia, quia iter est, quo quis pedes

pedes, vel eques commeare potest, actus vero, ubi & armenta trajicere, & vehiculum ducere liceat, *L. 12. eod.*

Latitudo ACTVS itinerisque ea est, quæ demonstrata est, quod si nihil dictum est, hoc ab arbitro statuendum est, *L. 13. §. 2. eod.*

Qui iter & ACTVM habet, si statuto tempore tantum ierit, non perisse *actum*, sed manere, *Sabinus*, Cassius, *Octavenus* ajunt, *L. 2. quemad. servit. amitt.*

Qui iter sine ACTV, vel *actum* sine itinere habet, actione de servitute utetur, *L. 4. §. 1. si servitus vind.* &c.

Qui ACTV legato iter adimat, nihil adimit, *L. 1. de adimendis* &c.

ADAM.

ADAM per Evam deceptus est, non Eva per Adam, *c. 18. q. 5. c. 33.*

Qui dicit ADAM primum hominem, mortalem factum, ita, ut sive peccaret, sive non peccaret, moreretur in corpore, *c. 152. dist. 4. de Baptismi Sacramento.*

ADAM amissa temperantia intemperans effectus est; perdita charitate malus inventus est, *c. 32. §. 1. dist. 2. de pœnit.*

Quando ADAM solus erat, non est prævaricatus, quia mens ejus adhærebat Deo, *c 33. eod.*

ADAM primus homo erat opus Dei recens, confabulator assiduus, civis Sanctorum, complantatus virtutibus, *c. 34. eod.*

ADAM nudus non erat, quando eum innocentia vestiebat, *c. 38. eod.*

ADAM primus homo pro peccato de Paradiso ejectus est, h. e. quia Dei nobilitatem à se dejecit, nobilitate loci privatus est, *c. 11. dist. 40.*

ADDERE.

ADDENS testis aliquid ex suo ad seriem gestorum, totam testimonii fidem *Partis* mendacio decolorat, *c. 17. q. 9. c. 3.*

ADDISCERE.

ADDISCERE aliquid non pigeret, etsi alterum pedem in tumulo haberem, dicere solebat Iurisconf. *Iulianus* adhuc 78. annorum, *L. 20. de fideicom. libertat.*

ADEMPTIO.

ADEMPTIO valet, si quis plus quam dedit, ademerit; veluti si quis viginti legaverit, & quadraginta ademerit, *L. 3. §. 5. de adimendis* &c.

ADEMPTIO si ad rem refertur, adimi quoque omnis dispositio facta circa illam rem videtur, *d. L. 3. §. 8. eod.*

ADEMPTIO legati inducitur inutili donatione, *L. 24. §. 1. eod.*

Si loci usumfructum leget testator, & iter adimat, non valet ADEMPTIO, ne vitiatur legatum, *L. 3. §. 6. eod.*

ADIECTVM.

Ea pro non ADIECTIS habentur, quæ dari impossibilia sunt, vel quæ in rerum natura non sunt, *L. 135. de R. I.*

ADIECTVS.

ADIECTO solvi potest, si in eodem statu maneat, quo fuit cum stipulatio interponeretur, secus si postea in adoptionem, vel in exilium ierit, vel aqua & igni interdictum sit ei, vel servus pœnæ factus sit, vel alias mutetur ejus conditio in deterius, *L. 38. pr. de solution.*

ADIECTVS ad solutionem si fuerit servus, non potest solvi ejus domino, *L. 9. eod.*

ADIECTO non quæritur obligatio, sed tantum ei potest solvi, *L. 98. §. 4. eod.*

ADIECTO facta solutione liberatur debitor à stipulatione, *d. L. 98. §. 6. eod.*

ADIECTO potest solvere debitor, etiam

G 3

iam si debitor constituerit se soluturum stipulatori, & ei competat actio de constituta, *L. 59. eod.*

ADIECTO potest solvi pars debiti soluta reliqua parte creditori, *L. 71. eod.*

ADIECTVS non videtur habere mandatum, neque tenetur mandati, *L. 12. §. 1. eod.*

ADIMERE.

ADIMERE videtur quis ea, quæ in priori scriptura relicta sunt liberto, eo ipso quod postea aliqua ratione motus adjecit, eum libertum suum esse pessimum, *L. 13. de adimendis leg.* &c.

ADIMI feudum non potest pretio accepto, *I. F. 1. §. 4.*

ADIMI feudum non debet sine culpa, *I. F. 22. c. f.*

Qui hominem legat, & Stichum ADIMIT, non perimit legatum, sed extenuat, *L. 1. de adim. legat.*

ADIMI legatum nulli alii potest, quam cui datum est, *L. 21. eod.*

Sicut ADIMI legatum potest, ita & ad alium transferri, *L. 5 eod.*

ADIRE *hereditatem.*

ADIRE potest hereditatem pupillus tutore honorario auctore, *L. 49. de adquir. vel amitt. her.*

ADIRE hereditatem tutoris auctoritate pupillus major infante potest, *L. 9. eod.*

Qui totam hereditatem adquirere potest, is pro parte eam scindendo ADIRE non potest, *L. 1. eod.*

Nolle ADIRE hereditatem non videtur, qui non potest adire, *L. 4. eod.*

Prodigus heres institutus potest ADIRE hereditatem, *L. 5. §. 1. eod.*

Qui ADIRE vult hereditatem, certus esse debet, defunctum esse testatorem, *L. 19. eod.*

ADIRE possum hereditatem, si certus sum, non esse falsum testamentum, vel irritum, vel ruptum, licet dicatur esse, *L. 30. §. 8. eod.*

ADIRE hereditatem non potest heres institutus, si putet testatorem vivere, quamvis jam defunctus sit, *L. 32. pr. eod.*

ADIRE hereditatem non potest, si quis de conditione testatoris incertus sit, *L. 32. §. 2. eod.*

Quamdiu potest ex testamento ADIRI hereditas, ab intestato non defertur, *L. 39. eod.*

ADIRE hereditatem non potest fructuarius servus jussu ejus, qui usumfructum in eo habet, *L. 45. §. 3. eod.*

Qui servum suum heredem institutum ADIRE jusserat, prius quam ille adiret, furiosus est factus, *adire* hereditatem non potest, *L. 47. eod.*

Heres quandoque, ADEVNDO hereditatem, jam tunc à morte successisse defuncto intelligitur, *L. 54. eod.*

Totiens videtur heres institutus etiam in causa substitutionis ADISSE, quotiens adquirere sibi possit, *L. 81. eod.*

Mutus pater vel dominus nutu jubere possunt ADIRE hereditatem, *L. 93. §. 1. eod.*

ADIRE verbum quandoque accipitur generaliter pro lucrum inire, *L. 8. C. de bonis, quæ liberis* &c.

ADIRE hereditatem nemo compellitur, *L. 16. C. de jure delib.*

ADIRI hereditas quolibet die potest sublata antiqua cretionum solemnitate, *L. 17. C. eod.*

ADITIO *hereditatis.*

ADITIO hereditatis non est in opera servili, *L. 45. pr. de adquir.*

ADITIO hereditatis plerumque difficulter probari potest, *L. 2. & 3. de interrogat. in jure.*

ADITIO hereditatis non recipit conditionem, *L. 77. de R. I.*

ADITIONE hereditatis facta coacte ex te-

ex testamento confirmantur legata, & fideicommissa, & tabulæ pupillares, & cætera alia, *L. 14. §. 3. ad SCtum Trebell.*

ADIVTOR.

ADIVTOR tutelæ est, quem solet Prætor permittere tutoribus constituere, qui non possunt sufficere administrationi tutelæ; ita tamen, ut suo periculo eum constituant, *L. 13. §. 1. de tut.*

ADIVTORIVM.

ADIVTORIVM Vasallus ultro Domino debet præbere, si sciat ei magnum periculum imminere, *II. F. 26. c. 5. §. 4.*

ADIVVARE.

Vasallus ADIVVARE dominum tenetur guerram alicui juste facientem, *II. F. 28. pr.*

ADIVVARE Vasallus dominum debet contra omnes, & contra fratrem, & filium & patrem, *II. F. 28. §. 4.*

Non ADIVVET Vasallus contra alium dominum antiquiorem, *II. F. 28. §. 4.*

Vasallus ad ADIVVANDVM dominum excommunicatum, vel à Rege bannitum, vel servitium ei præstandum non est obligatus, *II. F. 28. pr.*

ADIVVET Vasallus dominum ad ejus defensionem, *II. F. 28. pr.*

Non ADIVVET Vasallus dominum ad offendendum alium, *ibid.*

ADMINISTRARE.

ADMINISTRARE posse res suas non dicitur quis ante 25. ætatis annum, *L. 113. π. de cond. & demonst. L. ult. C. de his, qui veniam* &c.

Electus ante confirmationem Beneficia conferre, vel aliter ADMINISTRARE, non potest, *c. 9. X. de electione*, &c.

Si electus non habet sufficientem scientiam, vel ante confirmationem administrat, ejus electio cassari debet, *c. 17. eod.*

ADMINISTRATIO.

Ab ADMINISTRATIONE removeantur, qui res Ecclesiæ male vivendo dispergunt, *c. 11. q. 2. caus. 3.*

Non tenetur Clericus Episcopo suo obedientiæ juramentum præstare, nisi ratione ADMINISTRATIONIS sibi concessæ, *c. 5. X. de jurejur.*

Qui ADMINISTRATIONES Ecclesiarum emunt, & vendunt, utrique Simoniaci sunt, *c. 38. X. de Simon.*

Qui ADMINISTRATIONEM liberam peculii habet concessam, non censetur habere jus donandi, *L. 28. §. 2. de pactis.*

Qui liberam ADMINISTRATIONEM peculii habet, potest pignorare, & alienare, *L. 18. §. 4. de pignor. act.*

ADMINISTRATIO libera concedi videtur per verba *quod* possit ipse facere quicquid ipse dominus, *L. 60. §. 4. mandati* &c.

ADMINISTRATIO quælibet ecclesiastica non debet pretii venalitate mercari, *L. 31. C. de Episcop. & Cler.*

Liberam peculii ADMINISTRATIONEM servus qui habet, rem peculii vendere potest, secus est in eo, qui non habet, *L. 10. C. quod cum eo, qui* &c.

Duobus si committitur pro indiviso ADMINISTRATIO, quilibet ante nominatorum primum convenitur; secus si separatis portionibus, *L. 2. C. quo quisque ordine* &c. *XI.*

Si ADMINISTRATIONE divisa unus collegarum pecuniam collocaverit, quam resp. consequi non potest, eo mortuo, heres ejus conveniendus est primo, secundo possessor, tertio nominator, quarto collega, *L. 4. C. eod.*

ADMINISTRATOR.

ADMINISTRATOR suspectus potest ab administratione removeri, *L. 3. C. de procurat.*

ADMI-

ADMINISTRATORES legitimi debent jurare de calumnia secundum credulitatem eorum in animam suam, & non eorum, quorum bona administrant, aliis juramentis in suo robore manentibus, *L. ult.* §. *2. C. de jurej. propt. cal.*

ADMINISTRATOR *reipublicæ.*

ADMINISTRATOR reipubl. si remiserit debitum liquidum, talis remissio revocari debet ob publicam utilitatem, *L. 12. C. de transact.*

ADMINISTRATOR reipubl. publicas pecunias subtrahens, L. Iulia peculatus capite punitur, §. *9. de publ. judic.*

ADMINISTRATORI ecclesiæ ab intestato decedenti in omnibus bonis succedit ecclesia, *Auth.* licentiam, *C. de episc. & cler.*

ADMITTERE.

Non ADMITTVNTVR fœminæ in successione feudi masculo extante, *I. F. 6. §. 1.*

Si filius impubes successit Vasallo, alius ADMITTETVR pro eo faciens servitium, *II. F. 26. c. 5. pr.*

Qui ad agendum ADMITTITVR, est ad excipiendum multo magis admittendus, *c. 71. de R. I. in 6.*

ADNVMERATOR.

Si ADNVMERATOREM habuerit instrumentum, *N. 73. c. 7. §. 1.*

ADOLESCENS.

Nihil incertius, quam vita ADOLESCENTIVM, *c. 1. q. 1. caus. 12.*

ADOLESCENTES in uno conclavi manentes probatissimo seniori deputentur, *ibid.*

Si ADOLESCENS luxuriosus mandet tibi, *ut pro meretrice* fidejubeas, idque tu sciens mandatum susceperis, non habebis mandati actionem, *L. 12. §. 11. mandati* &c.

ADOLESCENTIA.

ADOLESCENTIA dicitur gloriosa, *L. un. C. de studiis &c. XI.*

Omnis ætas ab ADOLESCENTIA in malum prona est, *c. 1. q. 1. caus. 12.*

ADOPTARE.

ADOPTARE quis apud Iuridicum potest, quia data est ei legis actio, *L. 1. de officio Iuridici.*

Imperatoris auctoritate ADOPTARE quis potest eos, easve, qui quæve sui juris sunt, §. *1. de adopt.*

Magistratus imperio ADOPTAMVS eos, easve, qui quæve in potestate parentum sunt, *ibid.*

Eam, quam pater meus ADOPTAVIT, & emancipavit, potero uxorem ducere; æque, & si me emancipato, *c. 6. q. 3. caus. 30. §. 2. de N.*

Si quis velit ADOPTARE generum, aut nurum, debet emancipare filiam, aut filium, *ibid.*

Hi, qui aliena potestate sunt, juxta jus civile non nisi apud eum, apud quem plena legis actio est, ADOPTARI possunt, *L. 1. C. de adopt.*

Cæcus ADOPTARE vel *adoptari* potest, *L. 9. de adopt.*

Cum nepos ADOPTATVR, quasi ex filio natus, consensus filii exigitur, *L. 6. cod.* §. *7. eod.*

ADOPTARE quis nepotis loco potest, etiamsi filium non habet, *L. 37. pr. eod. §. 5. eod.*

Eum, quem quis ADOPTAVIT, emancipatum, vel in adoptionem datum, iterum non potest *adoptare, d. L. 37.* §. *1. eod.*

ADOPTATVS vel arrogatus in plurimis causis adsimulatur ei, qui ex legitimo matrimonio natus est, §. *8. eod.*

ADOPTARE possunt Spadones, §. *9. de adopt. L. 2.* §. *1. eod.*

Castrati ADOPTARE non possunt, *d.* §. *9. eod.*

Castra-

Castratis ADOPTARE Imper. Leo concessit, *N. 26.*

Fœminæ ADOPTARE non possunt, §. *10. de adopt. L. 29. §. 3. de inoff. testam.*

Fœminis ex indulgentia Principis ADOPTARE permissum est ad solatium liberorum amissorum, *ibid.*

Absens ADOPTARE non potest, *L. 25.* §. *1. de adopt.*

Quem filius meus emancipatus ADOPTAVERIT, is nepos meus non erit, *L. 26. eod.*

ADOPTARE possunt, qui uxores non habent, *L. 30. eod.*

Tutor privigni vitricus ADOPTARE eum potest, *L. 32.* §. *1. eod.*

Qui ADOPTAT, major esse debet eo, quem adoptat, i. e. decem & octo annis eum præcedere debet, *L. 40. §. 1. eod.* §. *4. eod.*

Divus Augustus non ante Tiberium ADOPTAVIT, quam is Germanicum *adoptasset*; ut protinus adoptione facta inciperet Germanicus Augusti nepos esse, §. *11. de adopt.*

Minor natu majorem ADOPTARE non potest, *§. 4. eod.*

ADOPTAT sibi nemo fratrem sororemve, *L. 7. C. de hered. instit.*

ADOPTIO.

ADOPTIO est actus legitimus sive legis actio, *L. 4. π. de adopt. L. 77. π. de R. I. L. 1. C. de adopt.*

ADOPTIONIS nomen generale est, *L. 1.* §. *1. de adopt.*

ADOPTIO in duas species dividitur, quarum altera *adoptio* simpliciter dicitur, altera, *adrogatio*, *ibid.*

ADOPTIO duobus modis fit, aut principali rescripto, aut imperio magistratus, §. *1. de adopt. L. 2. pr. eod.*

Illud utriusque ADOPTIONIS commune est, quod & ii, qui generare non possunt, adoptare possunt, §. *9. eod. L. 2. §. 1. eod.*

Qui à patre dantur in ADOPTIONEM, in his utriusque arbitrium spectandum est, vel consentiendo, vel non contradicendo, *L. 5. eod.*

Cum ADOPTIO fit, non est necessaria in eam rem autoritas eorum, inter quos jura adgnationis consequuntur, *L. 7. eod.*

ADOPTIO in his personis locum habet, in quibus etiam natura potest habere, *L. 16. eod.* §. *4. eod.*

Qui in ADOPTIONEM datur, his quibus adgnascitur, cognatus fit, *L. 23. eod.*

ADOPTIO non jus sanguinis, sed jus adgnationis adfert, *ibid.*

ADOPTIO ad tempus non valet, *L. 34. eod.*

Per ADOPTIONEM dignitas non minuitur, sed augetur, *L. 35. eod.*

ADOPTIO non jure facta à Principe confirmari potest, *L. 38. eod.*

Infans in ADOPTIONEM dari potest, *L. 42. eod.*

ADOPTIONES non solum filiorum, sed & quasi nepotum fiunt, *L. 43. eod.*

Onera ejus, qui in ADOPTIONEM datus est, ad patrem adoptivum transferuntur, *L. 45. eod.*

Servi per ADOPTIONEM fiunt liberi, non filii, §. *12. de adopt.*

ADOPTIONEM Papinianus imaginem naturæ vocat, in *L. 23. pr. de lib. & posth.*

Cum filiusfamil. à patre naturali extraneæ personæ in ADOPTIONEM datur, jura patris naturalis minime dissolvuntur, nec quicquam ad patrem adoptivum transit, §. *2. de adopt.*

ADOPTIO sine vetere observatione emancipationum & manumissionum hodie fieri potest, *L. 11. C. de adopt.*

Per ADOPTIONEM quæsita fraternitas eo usque impedit nuptias, donec manet adoptio, *c. 6. q. 3. caus. 30.*

Inter eos, qui ADOPTIONE filii sunt, venerandæ Romanæ Leges matrimonia contrahi non permittunt, *c. 1. §. 1. q. 3. caus. 30.*

ADOPTIO non tabulis, licet per tabellionem conficiendis, sed solenni juris ordine apud Præsidem solet copulari, *L. 4. C. de adopt.*

ADOPTIVUS.

ADOPTIVUS filius in feudum non succedit, *II. F. 26. c. 4. §. 5.*

Ex ADOPTIVO natus, adoptivi locum obtinet jure civili, *L. 27. de adopt.*

ADOPTIVUS filius si sit liberatus à potestate patris adoptivi, fere nullum vestigium ex pristino jure retinetur, *L. 13. eod.*

ADOPTIVI liberi nomen liberorum amittunt post emancipationem, *L. 4. si tabulæ testam. nullæ extab.*

ADOPTIVUS filius,& naturalis, agnati sibi sunt, & improprie consanguinei appellantur, *§. 2. de legitima adgnat. succ.*

ADOPTIVI filii minus juris habent quam naturales, *§. 11. de hered. quæ ab intest.*

ADOPTIVI liberi, quamdiu sunt in potestate patris *adoptivi*, ejusdem juris habentur, cujus sunt justis nuptiis quæsiti, itaque heredes instituendi, vel exheredandi sunt, *§. 4. de exhered.*

ADOPTIVUS filius durante adoptione habetur pro extraneo, quoad patrem naturalem, & ideo non tenetur eum instituere, vel exheredare, *ibid.*

ADOPTIVUS filius si emancipatus fuerit ab adoptivo patre, tunc incipit in ea causa esse, in qua futurus esset, si à naturali patre emancipatus fuisset, *ibid.*

ADOPTIVO filio nullus penitus regressus, sin per emancipationem jura *adoptiva* fuerint dissoluta, ad *adoptivum* extraneum patrem, etsi moriatur intestatus, relinquitur, *L. 10. §. 2. C. de adopt.*

ADSCRIPTITIUS.

ADSCRIPTITII possunt fieri Clerici, etiam præter voluntatem dominorum, ita tamen, ut Clerici facti, impositam sibi agriculturam adimpleant, *c. 20. dist. 54.*

Natus ex ADSCRIPTITIO & libera fit liber, *N. 54. c. 1.*

ADSCRIPTITII ad clericatum possunt promoveri invitis dominis, sed per substitutum servire debent, *Auth. Adscriptitios &c. C. de Episcopis* &c.

ADVENA.

ADVENA est, quem Græci ἄποικον, i. e. domo profugam, colonum advenientem appellant, *L. 239. §. 4. de V. S.*

ADVERSARIUS.

Nemo debet ADVERSARIO instrumenta (quorum appellatione testes continentur) subtrahere, *c. 4. X. de testib. cogend.*

ADVERSITAS.

ADVERSITAS bonorum non est reprobatio, sed virtutis probatio, *c. 48. q. 1. caus. 7.*

ADVOCATUS.

ADVOCATI, si per eos non steterit, quominus causam agant, honoraria reddere non debent, *L. 38. §. 1. locati conducti.*

Si Iudex ADVOCATI confessionem eadem die revocatam pro litis contestatione velit habere, licite appellatur, *c. 62. X. de appellat.*

Ad officium Iudicis etiam Delegati spectat providere ADVOCATUM Parti, quæ non potest habere, & poterit dare domesticum, *c. 1. X. de Offic. Iudic.*

ADVOCATUS à Prætore datus Advocatum non habenti, *L. 1. §. 4. de postul.*

ADVO-

ADVOCATUS esse non potest Monachus, *c. 35. q. 1. caus. 16.*

ADVOCATI ne cui patrocinium denegent, cavetur, *c. 2. §. 13. q. 7. caus. 3.*

ADVOCATUS nullum contractum aut pactum cum eo litigatore, quem in propriam recipit fidem, ineat, *L. 6. §. 2. C. de postul. c. 2. §. 10. q. 7. caus. 3.*

ADVOCATO de quota litis pacisci non licet, *L. 5. C. eod. d. c. 2. §. 8. q. 7. caus. 3.*

Quisquis vult esse causidicus, non idem in eodem negotio sit ADVOCATUS & Iudex, *L. 6. pr. C. eod.*

ADVOCATUS prævaricator extraordinarie punitur, *L. 1. C. de Advocatis* &c. *I.*

ADVOCATI arbitri dari possunt, *L. 6. C. eod.*

Extra forum suum ADVOCATUS patrocinio fungi cogi non debet, *L. 6. C. eod.*

In unoquoque foro certus erat ADVOCATORUM numerus, certaque matricula, *L. 8. 11. & 17. C. eod.*

ADVOCATUS potest cogi ad patrocinium præstandum, *L. 7. C. de postul. c. 2. §. 13. q. 7. caus. 3.*

Hæreticus ADVOCATUS esse non potest, *L. 15. C. de Episc. N. 144. c. 2.* vers. *praterea.*

ADVOCATUS si ad officium aliquod assumitur, eo finito potest ad advocationis officium redire ac reverti, *L. 9. C. de Advocat. I.*

ADVOCATI s. causarum patroni militant, qui gloriosæ vocis confisi munimine, laborantium spem, vitam, & posteros defendunt, *L. 14. C. de Advoc. I.*

ADVOCATI non erant olim perpetui, *L. 8. C. eod.*

Nullus multæ dictionem habeat in eos ADVOCATOS, qui intra fori Prætoriani statutum numerum sunt, præter ipsum Præf. præt. *L. 18. C. eod.*

ADVOCATUS, qui in una causa fisco præstitit patrocinium, in alia potest contra fiscum postulare, *L. 2. C. de advoc. fisci. c. 2. §. 15. q. 7. caus. 3.*

Ea, quæ ADVOCATI præsentibus his, quorum causæ aguntur, allegant, perinde habenda sunt, ac si ab ipsis dominis litium proferantur, *L. 1. C. de errore Advocat.*

ADVOCATORUM filii cum assumuntur ad advocationem, gratis, & sine sumptibus assumi debent, *L. 3. §. 5. L. 5. §. 5. C. de Advocat.* &c. II.

Prætextu salarii non soluti, ADVOCATI causam fiscalem deserere non debent, *L. 1. C. de Advoc. fisci.*

ADVOCATORUM filii debent anteferri cæteris numerariis in assumendo officio advocatorum certo numero deputatorum ad advocationem prætorianam, *L. 5. §. 5. L. 3. §. 5. C. de Advoc. II.*

ADVOCATI constituti in numero *advocatorum* perfrui debent iisdem privilegiis, quibus fisci advocati, liberique eorum sunt honorati, *L. 15. pr. C. de Advoc. I.*

ADVOCATUS non solum salaria advocationis suæ, sed etiam legata annua sibi data ratione advocationis totius anni, in quo moritur, transmittitur ad heredes, *d. L. 15. §. 1. C. eod.*

ADVOCATUS non debet fieri ille, qui conditioni cohortali & vili est adstrictus, *L. 11. §. 1. C. eod.*

In ADVOCATORUM collegium nullus debet assumi, nisi prius probatum fuerit, eum non esse vili conditioni adstrictum & doctoris juramento fuerit probatus, *ibid.*

ADVOCATUS, qui ultra biennium abfuit à civitate sine commeatu, & licentia, cum commeatu verò ultra quinquennium de matricula penitus aboleri debet,

bet, nec poterit postea gradum suum vindicare, nec iterum viris disertissimis Togatis ejusdem Sedis adsistere, *L. 9. C. eod.*

ADVOCATVM si quis non habeat, judex debet dare non solum ei, qui in totum prohiberur advocare, verum etiam ei, qui certis ex causis, vel ambitione adversarii, vel metu, patronum non invenit, *L. 1. §. 4. de postul.*

Non prohibetur tutor adesse pupillo in negotio, in quo ADVOCATVS contra patrem ejus fuit, *L. 11. pr. eod. c. 2. §. 16. q. 7. caus. 3.*

ADVOCATVS non lucro, sed Iustitiæ debet intendere, *c. 2. §. 11. q. 7 caus. 3.*

ADVOCATVS in seculari foro Clericus fieri non potest, nisi pro se, vel sua Ecclesia, vel miserabilibus personis, *c. 1. X. de postul.*

ADVOCATI fieri non possunt Clerici in causa criminali, *c. 30. q. 8. caus. 23.*

ADVOCATVS ille esse prohibetur, qui operas suas, ut cum bestiis in arena pugnaret, locavit, *c. 2. §. 2. q. 7. caus. 3.*

ADVOCATVS *fisci.*

ADVOCATVS fisci pœnas metuens, caveat, ne fiscalia commoda occultet, neve ullo negotio existente, fisci nomine privatis audeat calumnias commovere, *L. 3. C. de Advoc. fisc.*

Rationales, privatæ rei causis, vel sacris ærariis præsidentes, examen præsente ADVOCATO fisci suscipiant, *L. 4. C. eod.*

Si quis ab ADVOCATIS fisci læsum se esse cognoscit, adire judicia, & probare injuriam non moretur, ut in eum, qui convictus fuerit, competenti severitate vindicetur, *L. 1. C. de lucris Advoc. XII.*

Advocati præfecti in ADVOCATOS fisci assumpti à cohortali conditione liberantur tam ipsi, quam eorum liberi, & eorum patrimonium, *L. 2. C. de Advocat. II.*

ADVOCATVS fisci potest esse *Advocatus* etiam contra fiscum in causis filiorum, vel parentum suorum, aut pupillorum, quorum tutelam gerit, etiam in eadem causa, in qua advocaverat pro filio, *L. 10. de postul.*

ADVLTER.

ADVLTER est, inquit Christus, in suam uxorem amator ardentior, *c. 5. §. 1. q. 4. caus. 32.*

ADVLTER est, qui post divortium cum sua coit, *c. 2. q. 7. caus. 32.*

ADVLTERI nec accusatores, nec testes esse possunt, *c. 9. q. 5. caus. 3.*

ADVLTER post mortem uxoris non potest matrimonium inire, *c. 30. §. id est. q. 2. caus. 27.*

ADVLTERVM noctu deprehensum marito impune licet occidere; Sed & si filii ejus ei obtemperantes occiderint, extra noxam sunt, *L. 4. C. ad L. Iul. de adult.*

ADVLTER post quinquennium quam commissum adulterium dicitur, accusari non potest, *L. 5. C. eod.*

Marito quoque ADVLTERVM uxoris suæ occidere permittitur, sed non quemlibet, *L. 24. pr. ad L. Iul. de adult.*

ADVLTER si diem suum obierit, constitutum est, etiam mortuo adultero, sine præscriptione mulierem posse accusari, *L. 19 pr. eod.*

Patri datur jus occidendi ADVLTERVM cum filia, quam in potestate habet, *L. 20. eod.*

Si vir ADVLTERVM infamandæ uxoris suæ causa subjecerit, & vir & mulier adulteri crimine tenentur, *L. 14. §. 1. eod.*

Qui ADVLTERVM potest occidere, multo magis eum contumelia poterit afficere, *L. 22. §. 3. eod.*

Miles, qui cum ADVLTERO uxoris suæ

ſuæ pactus eſt, ſolvi ſacramento deportarique debet, *L. 11. pr. eod.*

ADULTERIS verberatis & tonſis nares abſcinduntur, *L. 37. C. ad L. Iul. de adult.*

ADULTERI gladio puniuntur Lege Iulia de adulteriis, *§. 4. de public. judic.*

ADULTERA.

ADULTERA nupta non poteſt accuſari, non tantum ab eo, qui adulterium accuſavit, nec obtinuit, ſed nec ab alio quidem, ſi adulter abſolutus eſt, *L. 19. §. 3. ad L. Iul. de adult.*

ADULTERA, quæ deſiit eſſe nupta, poteſt etiam accuſari abſoluto adultero, *d. L. 19. §. 3. eod.*

ADULTERA ſi prius accuſetur, & diu tracta lite quinquennium transactum ſit, poteſt accuſari adulter non obſtante quod lapſum ſit quinquennium, *L. 31. eod.*

ADULTERAM, ſi poſteaquam crimen contra eam inchoatum eſt provinciam exceſſerit, etiam abſentem inter eos recipi poſſe, explorati juris eſt, *L. 13. C. ad L. Iul. de adult.*

ADULTERA hodie non punitur pœna capitis, ſed verberata detruditur in monaſterium intra biennium reconciliando marito, & ſi biennium effluxerit, vel maritus non vivat, & ipſa monaſtico habitu ſuſcepto ibi permaneat, duæ partes bonorum ſuorum debent dari filiis ſuis, tertia vero pars monaſterio, ſed ſi filios non habeat, monaſterium recuperat omnia bona, *Auth. Sed hodie, C. ad L. Iul. de adult.*

Si quis uxorem ſuam invenerit ADULTERAM, & poſtea deinceps placuerit habere eam in matrimonio, duobus annis pœniteat, *c. 4. q. 1. cauſ. 32.*

Non licet alicui uxorem ſuam ADULTERAM occidere, *c. 6. q. 2. cauſ. 33.*

Qui ADULTERAM uxorem dimittit, & aliam ducit, mœchatur; peccatque niſi dimiſſam, poſt pœnitentiam receperit, volentem recipi, *c. 7. q. 1. cauſ. 34.*

Non eſt ADULTERA virgo, quæ neſciens viro nupſit alieno, *c. 5. q. 1. cauſ. 34.*

ADULTERA probatur, quæ vivente viro alteri nubit, *c. 7. q. 7. cauſ. 32.*

ADULTERARE.

Si quis cum noverca ADULTERAT, ambo in perpetuum ſe contineant, *c. 24. q. 7. cauſ. 32.*

ADULTERANS cum affine vel conſanguinea, perpetuo contineat in pœnam, *ibid.*

ADULTERANTES viri gravius ſunt puniendi, quam mulieres, *c. 4. q. 6. cauſ. 32.*

Sicut vir caput eſt mulieris, ſic ADULTERANDO gravius delinquit, quam mulier, *c. 5. q. 6. cauſ. 32.*

Si Valvaſores ſeniorum uxores ADULTERAVERINT, feudo carere debent, *I. F. 17.*

ADULTERIUM.

ADULTERIUM natura turpe eſt, *L. 42. de V. S.*

ADULTERIUM in nuptam committitur, *L. 101. pr. de V. S.* & *L. 34. §. 1. ad L. Iul. de adult.*

Verbo ADULTERII Lex Iulia de adulteriis indifferenter (pro ſtupro ſc.) utitur, *d. L. 101. pr. eod.*

In ADULTERII accuſatione ſexaginta dies utiles à divortio numerantur, in diebus autem ſexaginta & ipſe ſexageſimus eſt, *L. 30. §. 1. ad L. Iul. de adult.*

Ad ADULTERII accuſationem datur quinquennium non utile, ſed continuo numerandum eſt, *L. 29. §. 6.* & *L. 31. eod.*

Accuſaturus ADULTERII, ſi quid circa inſcriptionem erraverit, ſi tempora largiantur, emendare non prohibe-

hibetur, ne causa aboleatur, *L. 35. eod.*

Si minor annis ADVLTERIVM commiserit, Lege Iulia tenetur, *L. 36. eod.*

ADVLTERII crimen post pubertatem incipit, *d. L. 36. eod.*

Filiumfamilias publico judicio ADVLTERIVM in uxorem sine voluntate patris arguere posse constitutum est, *L. 37. eod.*

Qui quæstum ex ADVLTERIO uxoris suæ fecerit, plectitur, *L. 29. §. 3. eod.*

Quæstum ex ADVLTERIO uxoris facere videtur, qui quid accepit, ut adulteretur uxor, *L. 29. §. 4. eod.*

Si ADVLTERIVM cum incesto committatur, utputa cum privigna, &c. mulier similiter quoque punietur, *L. 38. pr. eod.*

In crimine ADVLTERII nulla danda dilatio est, nisi ut personæ exhibeantur, aut judex ex qualitate negotii motus, hoc causa cognita permiserit, *L. 41. eod.*

Uxor accusari potest de ADVLTERIO in priore matrimonio commisso, *L. 5. eod.*

Inter liberas tantum personas ADVLTERIVM stuprumve passas Lex Iulia locum habet, *L. 6. pr. eod.*

Proprie ADVLTERIVM in nupta committitur, propter partum ex altero conceptum composito nomine, *d. L. 6. §. 1. eod.*

ADVLTERII reum intra quinque annos continuos à die criminis admissi, defuncta quoque muliere, postulari posse palam est, *L. 11. §. 4. eod.*

Uxor, quæ inter reas ADVLTERII recepta esset, absens defendi non potest, *L. 11. §. 2. eod.*

Iudex ADVLTERII ante oculos habere debet, & inquirere, an maritus pudice vivens, mulieri quoque bonos mores colendi auctor fuerit? *L. 13. §. 5. eod.*

Si uxor ex ADVLTERIO viri pretium acceperit, Lege Iulia quasi *adultera* tenetur, *L. 33. §. 2. eod.*

Commissum antea ADVLTERIVM cum eo, cui se postea nuptiis sociavit, velamento matrimonii non extinguitur, *L. 27. C. ad L. Iul. de adult.*

Ob commissa ADVLTERIA, atque accusandas uxores, certa tempora, quæ utiliter computari solent, præscripta sunt, *L. 21. C. eod.*

Crimen ADVLTERII maritum retenta in matrimonio uxore inferre non posse, nemini dubium est, *L. 11. C. eod.*

De crimine ADVLTERII pacisci non licet, *L. 10. C. eod.*

Abolitionem ADVLTERII criminis postulans, Præsidem, in cujus officio accusatio fuerit instituta, adire debes, *L. 16. C. eod.*

Iure mariti ADVLTERII accusare volenti, sexaginta dies utiles computantur, *L. 6. C. eod.*

Reos ADVLTERII duos simul matrem & fœminam ex eadem causa fieri lex Iulia de pudicitia vetat, sed ordine peragi utrosque licet, *L. 8. C. eod.*

ADVLTERII, vel aliquo judicio publico damnati, inter milites non sunt recipiendi, *L. 4. §. 7. de re milit.*

Omne stuprum ADVLTERIVM est, nec viro licet, quod mulieri non licet, *c. 4. pr. q. 4. caus. 32.*

Abraham est reus ADVLTERII, qui vivente uxore filios ex ancilla suscepit, *c. 3. q. 4. caus. 32.*

ADVLTERIO vinculum matrimonii dissolvi non potest, *c. 1. & seqq. q. 7. caus. 32.*

ADVLTERIVM est alieni tori violatio, *c. 2. §. 3. q. 1. caus. 36.*

ADVLTERIVM dicitur, quasi ad alterius torum accessio, *ibid.*

De

De ADVLTERIO accusari non potest, qui dimisit uxorem suam sine causa, *c. 4. q. 2. caus. 27.*

ADVLTERIVM secundum in pœnis obtinet locum, *c. 16. q. 7. caus. 32.*

Causa ADVLTERII uxorem relinquens continentiam servet, *c. 22. q. 7. caus. 32.*

ADVLTVS.

ADVLTVM filium pater non potest cogere ad matrimonium ineundum, nec pro eo sponsalia celebrare, nisi consentiat, *c. 1. X. de despons. impub.*

ADVLTVS debitorem suum colonum procuratorem constituens, non videtur eum, ut debitorem idoneum ex causa intercedente approbare, *L. 46. pr. de admin. & peric. tut.*

ADVLTVS homicida tenetur pœna legis Corneliæ de sicariis, *L. 6. C. ad L. Corn. de sicar.*

ADVLTVS curatore consentiente, litem & intendere & excipere debet, *L. 2. C. qui legitim. person. standi* &c.

AËR.

AËR naturali jure communis est omnibus, *L. 2. §. 1. de D. R.* & *§. 1. I. eod.*

AEDES.

AEDES rusticæ, villæ dicuntur, *L. 211. de V. S.*

AEDES alias accipiuntur pro omni ædificio, *L. 1. §. 8. de cloacis.*

Staturam loci alicujus ex tabulis factis, quæ æstate tollerentur, & hyeme ponerentur, AEDIVM esse, ait *Labeo*, quoniam perpetui usus paratæ essent, neque ad rem pertinere, quod interim tollerentur, *L. 242. §. 4. de V. S.*

AEDIBVS legatis, columnas & marmora, quæ post testamentum factum adjecta sunt, legato (dicimus) cedere, *§. 19. de legat.*

AEDIVM dicitur esse unum corpus ex cohærentibus lapidibus, *ibid.*

Ad AEDEM sacram vel ad statuam principis confugiens securus est, *§. 2. de his, qui sui,* &c.

AEDIFICARE.

AEDIFICARE quis non potest contra formam statutam ædificiorum antiquorum, ne vicini luminibus officiat, *L. 11. pr. de S. P. V.*

AEDIFICARE potest dominus, vel alius ejus voluntate in area, quæ nulli servitutem debet, intermisso legitimo spatio à vicina insula, *L. 14. eod.*

AEDIFICARE non solum is, qui novum opus molitur, intelligitur, verum is quoque, qui vult reficere, *L. 1. §. 9. de mortuo infer.*

AEDIFICARE quis videtur prohibere, qui convectam jam materiam ædificio imponi vetat, & qui nondum convectam, convehi non patitur, *L. 1. §. 8. eod.*

Quod si quis in mare vel in litore AEDIFICET, licet in suo non *ædificet*, jure tamen gentium suum facit, *L. 1. §. 18. de oper. novi nunc.*

AEDIFICANTEM in mare nemo prohibere, & novum opus nunciare potest, *d. L. 1. §. 18. eod.*

AEDIFICANS in suo non videtur officere vicino, eo quod lucem auferat ei, quam ex privato consuevit habere, *L. 26. de damno infecto* &c.

AEDIFICANS contra debitam servitutem cogitur ædificatum tollere suis sumptibus, *L. 9. C. de servitut.*

AEDIFICATIO.

AEDIFICATIO est juris gentium, *c. 9. dist. 1.*

AEDIFICIVM.

AEDIFICIA, quæ vulgo *para petasia* nuncupantur, vel si qua alia opera mœnibus, vel publicis operibus ita sociata cohærent, ut ex his incendium, vel insidias vicinitas reformidet, aut angustentur spatia platearum, vel minuatur porticibus latitudo,

tudo, dirui ac prosterni præcipimus, *L. 14. C. de operibus publ.*

AEDIFICIUM perfecisse is videtur, qui ita consummavit, ut jam in usu esse possit, *L. 139. §. 1. de V. S.*

AEDIFICIA Romæ fieri etiam ea videntur, quæ in continentibus Romæ *ædificiis* fiant, *L. 139. pr. eod.*

AEDIFICIA solo coherent, *L. 10. quod vi aut clam.*

Si Vasallus in feudo aliquod AEDIFICIUM fecerit, vel ipsum sua pecunia melioraverit, & contigerit postea, ut Vasallus sine filio masculo decedat, dominus aut patiatur *ædificium* auferri, aut solvat pretium meliorationis, *II. F. 28. §. 2.*

AEDIFICIUM solo cedit, *§. 29. de R. D.*

Labeo generaliter scribit, ea, quæ perpetui usus causa in AEDIFICIIS sunt, *ædifici* esse, quæ vero ad præsens, non esse ædificii, *L. 17. §. 7. de A. E.*

AEDIFICIUM ex aliena materia factum si ex aliqua causa dirutum sit, poterit dominus materiæ eam vindicare, & ad exhibendum agere, nisi duplum jam sit persequutus, *L. 7. §. 10. de A. R. D.* & *§. 29. de D. R.*

AEDIFICII universitas si longo tempore fuerit usucapta, non censentur usucaptæ singulæ res, ex quibus *ædificium* constat, *L. 7. §. 11. eod.*

AEDIFICIUM, quod quis ignoranter & bona fide tanquam in suo fecit in alieno solo ex sua materia, illius est, cujus & solum, ita tamen, quod si is petierit *ædificium* non soluto pretio materiæ, nec soluta mercede fabrorum, potest per exceptionem doli mali repelli, *d. L. 7. §. 12. eod.* & *§. 30. de D. R.*

AEDIFICIUM factum in ripa fluminis non est ædificantis, sed ejus, qui possidet prope ibi prædia, *L. 15. de A. R. D.*

AEDIFICIUM factum a vicino supra tuum parietem, tuum est, & non ædificantis, si super inædificatum sustentatur pariete, alias secus, *L. 28. de A. R. D.*

AEDIFICIA sunt ita construenda, ut modum usitatum altitudinis non excedant, *L. 1. C. de ædific. priv.*

Negotiandi causa AEDIFICIA demoliri, & marmora detrahere, vetitum est, *L. 2. C. eod.*

AEDIFICIORUM marmora, & columnas de civitate ad villam, vel rus transferre non licet, *L. 6. C. eod.*

AEDIFICIORUM labentium marmora & columnas de una civitate in aliam licitum est transferre, *ibid.*

Inter AEDIFICIUM privatum & horrea publica, vel ædes sacras, vel publicas debet esse spatium quindecim pedum, *L. 9. C. eod.*

AEDIFICIA omnia, prædia urbana appellamus, etsi in villa ædificata sint, *§. 1. de Serv.*

ÆDILIS.

AEDILES curules edictum de quibusdam causis proponebant, *§. 7. de I. N. G. & C.*

AEDILES dicuntur, qui ædibus præsunt, in quibus omnia statuta sua plebs deferebat, & duo ex plebe constituebantur, *L. 2. §. 21. de O. I.*

AEDILIS curulis potest tutor dari, *L. 17. §. 4. de excusat. tutor.*

AEDILES non permittant rixari in viis, neque stercora projicere, neque morticina, neque pelles jacere, *L. un. §. 5. de via publica*, &c.

AEDILES studeant, ut ante officinas nihil projectum sit vel propositum, præterquam si fullo vestimenta siccet, aut faber currus exterius ponat, *ibid. §. 4.*

AEDILES curent, ut nullus effodiat vias, neque subruat, neque construat in viis aliquid, *ibid. §. 2.*

AEDILES studeant, ne eorum aut aliorum parietes, etiam domorum, qui

ad viam ducunt, sint caduci, sed ut oportet, emundent domini domorum, & construant, *ibid. §. 1.*

AEDILES curare debent, ut quæ secundum civitates sunt viæ, adæquentur, & effluxiones non noceant domibus, & pontes fiant, ubicunque oportet, *ibid. pr.*

ÆDILITAS.

Qui AEDILITATE fungitur, potest tutor dari, v. *Ædilis curulis.*

AEDILITAS inter eos Magistratus habetur, qui privatis muneribus excusati sunt, *L. 17. §. 4. de excus. tut.*

ÆDITVVS.

AEDITVI dicuntur, qui ædes tuentur, *§. 2. de tutel.*

ÆGYPTVS.

Idololatriæ mater est AEGYPTVS, *c. 9. q. 2. caus. 26.*

ÆQVITAS.

AEQVITAS in omnibus quidem, maxime tamen in jure spectanda est, *L. 90. de R. I.*

AEQVITAS præferenda est rigori, *c. un. de rer. permut. in 6.*

Judices debent æquitate coarctare litium dispendia, *c. 3. de rescript. in 6.*

AEQVITATIS ratio diversas species actionis excludere nullo modo debet, *L. 3. C. de constit. pec.*

AEQVITATIS jurisque interponenda interpretatio soli imperatori pertinet, non aliis, *L. 1. C. eod. de LL.* &c.

AEQVITAS servanda est in distribuendis & dividendis Advocatis partibus litigantibus, *L. 7. C. de postul.*

ÆS.

AES dicimus aureos nummos, *L. 159. de V. S.*

AES alienum est, quod nos aliis debemus, *L. 213. §. 1. eod.*

AES suum est, quod alii nobis debent, *d. L. 213. §. 1. eod.*

Omne AES alienum in imponenda ratione Legis Falcidiæ deducitur, *L. 6. pr. C. ad L. Falcid.*

Pro AERE potest solvi aurum tanti valoris, *L. un. C. de collat. æris. X.*

AERE alieno defuncti non obligatur successor feudalis, *II. F. 45.*

ÆSTAS.

AESTATEM incipere sic peritiores tradiderunt, ab æquinoctio verno, & finiri æquinoctio autumnali, *L. 1 §. 32. de aqua quotid.*

AESTAS senis mensibus atque hyeme dividitur, *ibid.*

Prior AESTAS ex comparatione duarum æstatium accipitur, *ibid. §. 33.*

ÆSTIMARE.

Corpora, si qua sunt in bonis defuncti, secundum rei veritatem AESTIMANDA sunt, hoc est secundum præsens pretium, *L. 62. §. 1. ad L. Falc.*

AESTIMANTVR res ultra rerum pretium, quando in litem juratur, *L. 1. de in litem jur.*

AESTIMANDA res est, prout valet tota, non prout valet divisa, *L. 52. §. 3. famil. ercisc.*

Empti & parati legato non continentur res AESTIMATAE in dotem datæ, si non fuerint ad usum traditæ, *L. 78. §. 6. de Legat. 3.*

AESTIMATVR res arbitrio domini per juramentum, in litem ob contumaciam, non restituentis rem, *L. 8. de in lit. jur.*

ÆSTIMATIO.

AESTIMATIO nulla est, si res æstimata, post contractum matrimonium, donationis causa adprobetur, *L. 12. pr. de jure dot.*

Infinita est AESTIMATIO libertatis & necessitudinis, *L. 176. §. 1. de R. I.*

AESTIMATIO etiam hereditatis venit in Aquilia, quando servus heres institutus ante aditam hereditatem occisus est, *L. 23. pr. ad L. Aquil.*

In L. Aquil. AESTIMATIO non solum

lum perempti corporis facienda est, sed & ejus ratio haberi debet, quo cætera corpora depretiata sunt, *L. 22. eod.*

AESTIMATIO ancillæ dotalis electione mulieris reservata facit sibi partum ancillæ deberi, *L. 1. C. soluto matr.*

Qui sub eadem AESTIMATIONE rem æstimatam restituere tenetur, de ipsa re, non de æstimatione tenetur, *L. 21. C. de Iure dot.*

AESTIMATIO rei dotalis facit, ut deterioratio post matrimonium spectet ad virum, non vero ante matrimonium facta deterioratio, *L. 10. C. eod.*

AESTIMATIO damni solvi debet, *c. 4. X. de injur.*

ÆSTIMATOR.

Si AESTIMATOR male æstimat, ipse tenetur, *L. 1. C. de discussor. X.*

AESTIMATORES electi ab utraque parte ad æstimandas res aliquas debent jurare, *L. 6. §. 1. de secund. nupt.*

AESTIMATORES rerum publici si injuste æstiment, tenentur, *L. 1. §. 8. de magistr. conven.*

ÆTAS.

AETAS impuberum ignorat, quid videndum, quid fugiendum, *L. 1. C. de fals. mon.*

Quem AETAS, non vita seniorem facit, graviter est increpandus, *c. 28. q. 7. caus. 2.*

Si in AETATEM majorem venerit minor, tunc tenetur fidelitatem jurare, *II. F. 26. c. 4. §. 7.*

Si Vasallus decrepitæ AETATIS feudum refutavit, ut filii investiantur, & investiti sunt, postea decedente altero filiorum post investituram fratre s[u]perstite, & sine herede, frater sibi succedit, & non revertitur ad dominum, *II. F. 14.*

Omnis AETAS ab adolescentia in malum prona est, *c. 1. q. 1. caus. 12.*

AETATEM supplet malitia, *c. 8. & seq. c. 14. X. de despons. impub.*

AETATI minori parcendum est, *c. 2. X. de apostat.*

Nullus in Episcopum eligitur, nisi qui jam AETATIS tricesimum annum exegerit, *c. 7. X. de elect.* &c.

AETAS ex aspectu judicis probatur, *L. 32. π de minor. L. 2. C. si minor se major.*

De AETATE ejus, qui se majorem annis viginti quinque dicit, causa cognita probandum est, *L. 43. de minor.*

De AETATE interrogatus in jure debet respondere, *L. 11. pr. de interrog. in jure* &c.

AETAS probatur aut ex nativitatis scriptura, aut aliis demonstrationibus legitimis, *L. 2. §. 1. de excusat.*

AETATEM minorem qui allegat, is probare debet, *L. 9. C. de prob.*

AETAS & annorum numerus probari potest per instrumenta, scripturam & testes, *L. 2. pr. §. 1. C. de his qui ven. ætat.*

AETAS & annorum numerus debet probari à minore quinque testibus, *ibid.*

Studentes habent immunitatem à muneribus personalibus usque ad XXV. AETATIS suæ annum, *L. 1. C. qui ætate, vel profess. X.*

AETATEM 70. annorum excedens habet excusationem à muneribus personalibus, sed non à patrimonialibus, *L. 10. C. de Decurion. &c. X.*

AFFECTVS.

AFFECTVS non punitur, nisi sequatur effectus, *L. 1. §. 2. quod quisque juris* &c.

AFFECTVS sine effectu in crimine læsæ majestatis punitur, *L. 5. pr. C. ad L. Iul. majest.*

AFFECTVS punitur, licet non sequatur

tur effectus, quando hæreticus vel non Christianus attentat habere officium advocationis, *L. 15. C. de episcop. aud.*

AFFECTUM privatum Cardinales in electione Romani Pontificis deponere debent, *c. 3. §. 4. de elect. in 6.*

In electione AFFECTUS inordinatus non debet præferri æquitati, *c. ult. de elect. in 6.*

AFFINIS.

AFFINES sunt viri & uxoris cognati, *L. 4. §. 3. de Gradib.*

AFFINES ab eo dicti sunt, quod duæ cognationes, quæ diversæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit, *d. L. 4. §. 3.*

AFFINES non possunt esse inviti testes, *c. 3. §. 4. q. 2. caus. 4.*

AFFINES accusatores esse non possunt, *c. 10. q. 5. caus. 3.*

Inter AFFINES primi generis, & quarti gradus separatur matrimonium contractum, *c. 1. X. de consanguin.*

AFFINITAS.

AFFINITATIS jure nulla successio permittitur, *L. 7. C. communia de success.*

AFFINITATIS veneratione à quarundam nuptiis abstinendum, *§. 6. de N.*

AFFINITATI nulli sunt gradus, *L. 4. §. 5. de Gradib.*

AFFINITAS superveniens post matrimonium contractum non solvit matrimonium, *c. 1. X. de eo, qui cognovit consanguin.*

AFFINITAS superveniens etiam per illicitum coitum, dissolvit sponsalia de futuro, sed non matrimonium, *c. 2. X. eod.*

Non separatur matrimonium ad dictum unius asserentis AFFINITATEM inter conjuges præcessisse, *c. 3. X. eod.*

AFFINITAS superveniens non dissolvit sponsalia de præsenti, *c. 6. X. eod.*

AFFINITAS causata ex copula illicita, rumpit sponsalia præcedentia, & privat facultate contrahendi matrimonium, *c. 8. X. eod.*

AFFINITAS superveniens non dissolvit matrimonium, *c. 10. X. eod.*

AFFINITAS superveniens, de qua saltem constat per famam, solvit sponsalia de futuro, *c. 2. X. de consanguinitate*, &c.

In secundo & tertio AFFINITATIS genere tollitur prohibitio conjugii, quæ olim erat in contrahendo matrimonio, *c. 8. X. eod.*

Prohibitio conjugii ultra quartum consanguinitatis & AFFINITATIS gradum non extenditur, *ibid.*

Quomodo AFFINITAS sit computanda, *ibid. c. 3. q. 5. caus. 35.*

Arbor AFFINITATIS, & regulæ nec non gradus fuse describuntur *d. q. 5. caus. 35. post. can. 6.*

AFFINITAS est personarum proximitas ex coitu proveniens, omni carens parentela, *ibid.*

AFFINITAS sec. Leges Civ. est proximitas proveniens ex Nuptiis, *ibid.*

AFFINITAS per coitum nefarium contrahitur, *ibid.*

AFFINITAS dicitur quasi duorum ad unum finem unitas, *ibid.*

AFFINITAS est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur, *ibid.*

AFFINITATIS genus per quam regulam cognoscitur, *ibid.*

AFFINITAS non habet hodie prohibitionem, nisi in primo genere, & in illo usque ad quartum gradum, *ibid.*

AFFINITATIS arbor quomodo sit formanda, *ibid.*

AFFINITAS inter virum & mulierem

non contrahitur, sed ipsi sunt *Affinitatis causa*, *ibid.*

AFFINITAS nulla est inter consanguineos viri & consanguineos uxoris, *ibid.*

AFFINITAS est inter consanguineos mulieris, & ipsum virum, & contra, *ibid.*

AFFINITATIS prohibitio inter ascendentes & descendentes est perpetua, *ibid.*

AFFINITAS esse non potest, ubi nuptiæ interdictæ sunt, ex quibus affinitas conjungitur, *L. 4. §. 8. de Gradib.*

AFFINITAS contrahitur ex concubinatu, unde filius concubinam parentis in uxorem ducere non potest, *L. 4. C. de N.*

AFFINITATIS nomina durant etiam ea soluta, *§. 6. de N.*

AFFINITATE dissoluta, i. e. dissoluto matrimonio, non licet nurum, privignam, aut socrum, vel novercam in uxorem ducere, *d. §. 6. de N.*

AFFINITAS non contrahitur per sola sponsalia, *§. 9. eod.*

AFFIRMARE.

Qui ex duobus illatis alterum negat, reliquum AFFIRMARE præsumitur, *c. 5. X. de præsumpt.*

AFFIRMANS aliquem non idoneum esse idoneum, ut ei mutua pecunia daretur, tenetur actione de dolo, cum decipiendi eum gratia falso illum laudaverit, *L. 8. de dolo* &c.

Si quis AFFIRMAVIT minimam esse hereditatem, & ita eam ab herede emit, non est de dolo actio, cum ex vendito sufficiat, *L. 9. pr. eod.*

AFFIRMATOR.

AFFIRMATOR tenet vicem fidejussoris, *L. 4. §. 3. de fidejuss. & nomin.*

AFRICA.

AFRICA, per Iustinianum brevi tempore recipiebat libertatem, antea nonaginta quinque annos à Vandalis captivata, *L. 1. pr. C. de offic. Præfecti Prætor. Afr.*

AFRICA omnis, ut sicut oriens, atque Illyricum, propriam habeat Præfecturam, cujus sedes erat Carthago, *d. L. 1. §. 1. C. eod.*

AFRICAE Præfectus habet sub se septem provincias cum suis judicibus, quarum Tingi, & quæ proconsularis antea vocabatur, Carthago & Bysantium ac Tripolis rectores habeant consulares, reliquæ vero, i. e. Numidia & Mauritania, & Sardinia à præsidibus gubernari debent, *ibid. §. 2.*

AGAPE.

Clerici ad AGAPEM vocati partes sibi non tollant, *c. 3. dist. 42.*

AGASO.

AGASO missus in villam à patrefamilias, non pertinet ad fundi legatum, *L. 35. §. 3. de heredib. inst.*

AGER.

AGER est locus, qui sine villa est, *L. 27. de V. S.*

AGER est, si species fundi ad usum hominis comparatur, *L. 115. de V. S.*

AGER cum ædificio fundus dicitur, *L. 211. eod.*

Per AGRUM alienum, qui servitutem non debet, ire vel agere vicino minime licet, *L. 11. C. de servit.*

AGRI limitanei donec per milites possidentur, sunt à tributis immunes, *L. 3. C. de fundis limitrophis* &c. *XI.*

AGER vectigalis & emphyteuticarius idem sunt, *Rubr. tit.* 1. *Si ager vectig.*

AGRI civitatum alii *vectigales* vocantur, alii *non vectigales*, *L. 1. pr. si ager vectig.*

AGRI vectigales dicuntur, qui in perpetuum locantur, i.e. hac lege, ut tamdiu pro illis vectigal pendatur, quamdiu neque ipsis, qui conduxerint,

rint, neque his, qui in locum eorum successerunt, auferri eos liceat, *L. 1. pr. eod.*

AGRI non vectigales sunt, qui ita colendi dantur, ut privatim agros nostros colendos dare solemus, *ibid.*

Qui AGRUM vectigalem, i. e. emphyteuticum possidet, possessor intelligitur, & satisdare non cogitur, *L. 15. §. 1. quis satisd. cog.*

Transire per AGRUM alienum fas est, jus non est, *c. 1. §. 1. dist. 1.*

AGERE.

AGI ea, quæ animalia sunt, *L. 235. pr. de V. S.*

Qui AGIT, certus esse debet, cum sit in potestate ejus, quando velit, experiri, & ante debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere, *L. 43. de R. I.*

Vasallus AGERE & conveniri de feudo potest, *II. F. 26. c. 5. §. 10.*

Major XIV. annis, per se & per Procuratorem, potest AGERE & defendere causam spiritualem, *c. 3. de Judic. in 6.*

Filiusfamilias sine patris assensu AGIT causam spiritualem, *ibid.*

Qui ad AGENDUM admittitur, est ad excipiendum multo magis admittendus, *c. 71. de R. I. in 6to.*

Invitus AGERE vel accusare nemo cogatur, *L. un. C. ut nemo invitus &c.*

AGERE generale verbum est, sive verbis, sive re quid agatur, ut in stipulatione, vel numeratione, *L. 19. de V. S.*

AGERE in simplum, & rem persequi pro eodem supponunt, *§. 22. de A.*

AGENDI potestatem non habere dicitur ille, qui apud hostes est, vel qui reipubl. causa abest, aut est in vinculis, aut sic tempestate in aliquo loco, vel regione detinetur, ut neque experiri, neque mandare possit, *L. 1. de div. & tempor.*

AGENDI potestatem habere dicitur ille, qui ea valetudine impeditur, ut mandare possit, *ibid.*

AGENDI potestatem non habere dicitur ille, qui prætoris copiam non habuit, *ibid.*

Quando procurator AGIT, & præsens est absentis servus, Atilicinus ait servo cavendum, non procuratori, *L. 43. §. 5. de procurat.*

AGENS sine actione potest repelli à judice ex officio, i. e. etiamsi pars nihil dicat, *L. 27. pr. de V. O.*

AGENS de inofficioso si transegit etiam generaliter, poterit, non obstante transactione agere ex testamento falso, *L. 135. §. 4. eod.*

Nullus de numero AGENTIUM *in rebus* locum mortui per pecuniam debet invadere, *L. 1. C. de agentibus in reb. XII.*

AGENS *in rebus* non debet deponi, neque eximi de libro agentium per judicem, ad quem non spectat cognitio contra eos, *L. 2. C. eod.*

In AGENTIUM *in rebus* matricula non debent esse nisi XLVIII. quorum quilibet præest ducentis, *L. 3. C. eod.*

AGENTIUM *in rebus præpositi* sunt faciendi per ordinem de anno in annum, ad quod officium non possunt assumi negotiatores & procuratores alienarum possessionum, sed illi tantum, quos laboris, ut sufficientes probat testimonium, *L. 1. C. de præpositis agentium in rebus XII.*

AGENTIUM *in rebus principes* decorantur dignitate proconsulari, *L. 3. C. de principibus agentium in rebus XII.*

Ex AGENTIBUS *in rebus Principibus* domesticos in suis actibus habere liceat eos, quorum fidem, industriamque probatam sibi existimant, etsi

fæpe eodem officio fuerint ante perfuncti, *L. 4. C. eod.*

AGENTIVM *in rebus princeps* cingulo comitivæ primi ordinis fungitur, *L. 6. C. eod.*

In AGENTIVM *in rebus* fchola militans fi fuerit de corpore cohortalium, licet princeps agentium in rebus factus fit, filium curiæ obligatum relinquit, fed fi fufceperit ipfum, poftquam princeps factus fuerit, liber erit à curia, *L. 7. C. eod.*

AGENTES *in rebus* non poffunt conveniri, nec citari, nifi in fcriptis, *L. 7. C. eod.*

Officium AGENTIVM *in rebus* eft, curam habere fuper evectionibus curfus publici, portando pecuniam publicam per provincias, *L. 2. C. de Curiofis*, &c.

Contra AGENTEM *in rebus* facta condemnatio à præfecto nulla eft, nifi talis *agens* aliquid contra honeftatem, & decus fui officii commiferit, quia tunc gravius punitur, *L. 3. C. eod.*

AGGERES.

Rumpentes AGGERES Nili, vel ejus aquam ultra folitum occupantes concremantur, & ejus criminis participes deportantur, fine fpe veniæ, *L. 1. C. de Nili aggeribus* &c.

AGGREDI.

AGGRESSVS in dubio vitæ difcrimine conftitutus poteft impune fuum aggrefforem occidere, *L. 2. C. ad L. Corn. de ficar.*

AGGRESSVS poteft propriam falutem defendere gladio, & repellere aggrefforem, *L. 3. C. eod.*

AGGREDIENS infantem cauffa occidendi punitur ut homicida, etiamfi non necaverit, *L. 8. C. eod.*

AGNATIO.

AGNATIONIS & cognationis differentia quoad fucceffionem ab inteftato, hodie fublata eft, *Auth. Poft fratres, C. de legitim. hered.*

AGNATIO juris civilis nomen eft, *§. 3. de legit. agn. tut.*

AGNATIONIS jus omnibus modis capitis deminutione plerumque perimitur, *ibid.*

AGNATIO eft inter filium naturalem & adoptivum, *§. 2. de legit. agnat. fucc.*

AGNATVS.

AGNATI funt per virilis fexus cognationem conjuncti, quafi à patre cognati, veluti frater ex eodem patre natus, &c. *§. 1. de legit. agnat. tut.* & *§. 1. de legit. agnat. fucc. L. 10. §. 2. de grad.*

AGNATOS ad tutelam lex duodecim tabularum ab inteftato vocat, *§. 2. eod.*

Quando ad AGNATOS tutela pertinet, non fimul ad omnes pertinet, fed ad eos tantum, qui proximiores gradu funt, *§. 7. de capit. demin.*

AGNATI in feudum paternum fuccedunt, *I. F. 19. c. fi quis miles. II. F. 46.*

AGNATI in poffeffione feudi conftituendi funt, *II. F. 26. pr.*

AGNATO non nocet factum Vafalli, *II. F. 93.*

AGNATI infeudationem retractant, fi in fraudem facta fit à Vafallo, *II. F. 3. §. 1.*

Sine AGNATORVM confenfu Vafallus conditionem feudi meliorem, non vero deteriorem facere poteft, *II. F. 8. c. Rei autem*, §. 1.

AGNATORVM confenfus in alienatione feudi paterni requiritur, *II. F. 39. pr.*

AGNATVS feudum felonia amiffum quando confequitur, *II. F. 31. II. F. 37. pr.*

Ad AGNATOS proximos pertinet feudum, quando culpa, quæ aliter, quam

quam adversus dominum commissa, amissum est, *II F. 24. §. f.*

Ad feudum culpa amissum AGNATI, qui quarto gradu sunt, dummodo ad eos pertineat, revocabuntur, *II. F. 26. c. 5. §. 5.*

AGNATUS proximior feudum, nullo dato pretio, recuperat, *II. F. 3. §. 1.*

AGNATIS tantum vendi potest res paterna, *II. F. 3. §. 1.*

AGNATUS potest hereditatem *agnati* repudiare & feudum retinere, *II. F. 45.*

Si inter AGNATOS defuncti & dominum de feudo contentio est, hi interim ante litem finitam constituendi sunt in possessione, *II. F. 26. pr.*

AGNATI jurare possunt in defectum probationis, *II. F. 26. pr.*

AGNATUS si alienaverit feudum paternum, post mortem ejus succedit ei agnatus, *I. F. 8. §. 1.*

Inter AGNATOS & cognatos hoc interest, quod inter genus & speciem; nam qui est agnatus, & cognatus est, non vero econtra, *L. 10. §. 4. de gradib.*

Proximiores ex AGNATIS sui dicuntur, *d. L. 10. §. 3. eod.*

AGNATI etiam sunt, qui eundem patrem & diversas matres habent, *L. 10. §. 6. eod.*

AGNATI usque ad X. gradum vocantur ad hereditatem, sive jure civili sive prætorio deferatur hereditas, *§. 5. de succes. cognat.*

Nullos AGNATOS vulgo quæsiti habent, *§. 4. eod.*

AGNATI proximiores defuncto vocantur ad hereditatem ex Lege XII. tab. deficientibus suis, vel his quos inter suos heredes Prætor vel constitutiones vocant, in *Pr. Inst. & §. 5. de leg. agnat. success.*

AGNATI ad legitimam impuberis successionem vocantur, *§. 1. de legit. agn. success. L. 3. de legit. tut.*

AGNATI capite deminuti, quique ex his progeniti sunt, ex lege duodecim tabularum inter legitimos heredes non habentur, sed à Prætore tertio ordine vocantur, *§. 1. de success. cognat.*

AGNATI vocantur ad successionem defuncti apud hostes beneficio legis Corneliæ, *L. 8. C. de legit. hered.*

AGNATI præferuntur cognatis, *L. 5. C. eod.*

AGNATI in succendo non sunt cognatis potiores, & ita abrogatur *d. L. 5. C. N. 118. c. 4.*

AGNOSCERE.

AGNOVISSE tutelam pater videtur, sive gessit, sive gerenti filio consensit, sive omnino attigit tutelam, *L. 7. de tut.*

AGNOVISSE nomina pupillaria ab antecessore administratore contracta sibi assignata is videtur, qui verbo vel aliquo actu ea ut idonea agnovit, *L. 44. pr. de admin. & peric. tut.*

AGNUS.

AGNI usque ad quod tempus *agnorum* nomine dicantur, sumendum est ex usu cujusque regionis, nam in quibusdam regionibus ovium numero habentur, cum ad tonsuram veniunt, sed usu deficiente lex agni nomine appellat anniculum, *L. 65. §. 7. de legat. 3.*

Cum quæreretur, AGNATI legati quatenus viderentur, quidam ajebant, *agnum* duntaxat sex mensium, sed verius est, eos legatos esse, qui minores anniculi essent, *L. 60. pr. de legat. 3.*

AGRARIA *Lex.*

vid.

LEX *agraria.*

AGRICOLA.

AGRICOLA tempore, quo insistit sationi,

tioni, vel messi, aut vindemiæ, non vocatur ad munera extraordinaria, sed excusatur, *L. 1. C. de agr. & cens. XI.*

Nemo ea lege ab AGRICOLIS fundum pignori potest capere, ut fructus omnes percipiat usurarum vice, quoad sors oblata, vel soluta sit, *Nov. 32. c. 1.*

ALBUM.

ALBUM Prætoris quando corrumpitur, læditur publica majestas, *L. 9. de Iurisd.*

ALBUM Prætoris dicebatur, in quo edicta scribebantur, *L. 7. pr. eod.*

ALBUM *pro matricula.*

Decuriones in ALBO ita scriptos esse oportet, ut lege municipali præcipitur, sed si lex cessat, tunc dignitates erunt spectandæ, ut scribantur eo ordine, quo quisque eorum maximo honore in municipio functus est, *L. 1. pr. C. de albo scrib.*

In ALBO Decurionum in municipio nomina ante scribi oportet eorum, qui dignitates Principis judicio consecuti sunt; postea eorum, qui tantum municipalibus honoribus functi sunt, *L. 2. C. eod.*

ALCHIMIA.

ALCHIMIA prohibetur, & puniuntur facientes, & procurantes, & Clerici quidem beneficiis habitis privantur, & ad habenda inhabiles sunt: alii autem infames sunt, *Extrav. com. c. un. de crimine falsi.*

ALCHIMISTA.

Pauperes ALCHIMISTAE spondent, quas non exhibent divitias, *Extrav. com. c. un. de crimine falsi.*

ALEA.

ALEAE, & taxillorum ludis non ludant Clerici, nec his intersint, *c. 15. X. de vita & honest. Cler.*

Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus ALEAE deserviens, aut desinat, aut certe damnetur, *c. 1. dist. 35.*

ALEAE collusores si rapinam fecerint inter se, vi bonorum raptorum actio datur contra rapientem, quia Prætor tantum susceptores lusorum prohibuit vindicari, non collusores, *L. 1. §. 1. de Aleator.*

ALEAE ludum tenenti denegatur actio furti, vindicatio, & condictio, & ad exhibendum pro re sibi subtracta domi & tempore, quo ludebatur, *d. L. 1. §. 3. eod.*

ALEAE ludum tenenti furtum impune fit domi & eo tempore, quo *alea* ludebatur, licet ipse non fuisset lusor, *L. 1. §. 2. eod.*

ALEARUM usus antiqua res est, & extra operas pugnatorias concessa, *L. 3. C. de Aleator.*

Victus in ALEAE lusu non potest conveniri, & si solverit, habet repetitionem, tam ipse, quam heredes ejus, idque perpetuo, & etiam post triginta annos, *L. 2. C. eod.*

ALEARUM lusus induxit ad lachrimas multa millia extranearum nationum, *L. 3. C. eod.*

ALEARUM inordinato usu ludentes solent frequenter blasphemare, i. e. Deo maledicere, & instrumenta etiam conficere. *ibid.*

ALEARUM ludus ne exerceatur episcopi locorum debent providere, *ibid.*

ALERE.

ALERE tenetur mater filios etiam vulgo quæsitos, *L. 5. §. 4. de liber. agnosc.*

ALERE tenetur avus maternus filios vulgo quæsitos & ipsi eum, *L. 5. §. 5. eod.*

Parens quamvis ALI à filio ratione naturali debeat, tamen non tenetur æs alienum ejus exsolvere, *L. 5. §. 16. eod.*

ALERE tenetur liberta patronum, *L. 5. §. 24. eod.*

ALIENARE.

ALIENARE videtur, qui patitur usucapi, *L. 28. pr. de V. S.*

Is ALIENARE dicitur, qui non utendo amisit servitutes, *L. 28. pr. eod.*

ALIENARE non intelligitur, qui occasione adquirendi non utitur, veluti qui hereditatem omittit, *ibid.*

ALIENATUM non proprie dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet, venditum tamen recte dicetur, *L. 67. pr. de V. S.*

Qui ALIENARE potest invitis, multo magis & ignorantibus & absentibus potest, *L. 26. de R. I.*

Non ALIENAT, qui duntaxat omittit possessionem, *L. 119. de R. I.*

ALIENENTUR fugitivi, qui retineri non possunt, *c. 54. q. 2. caus. 12.*

Cum quis possit ALIENARE, poterit & consentire alienationi, *L. 165. eod.*

ALIENAT, qui repudiat, *L. 5. §. 8. de rebus eorum, qui sub tut.*

ALIENARE qui nequit, actiones exercere videtur prohibitus, *L. 7. §. 2. de jure delib.*

ALIENARE intelligitur, qui alienam rem vendidit, *L. 8. §. 2. de alienat. jud. mut.*

ALIENARI vel obligari prohibentur res restitutioni subjectæ, *Auth. Res, quæ &c. C. comm. de legat.*

ALIENARI vel obligari possunt res restitutioni subjectæ, tam pro dote, quam aliquis dat, & de novo constituit, *ibid.*

ALIENARE feudum pro parte & pro toto olim licebat, *II. F. 44.*

ALIENARI olim poterat feudi pars, *II. F. 9. pr.*

Qui ALIENAT beneficii portionem absque domini scientia, beneficium quidem retinet, sed fidem promissam servare non videtur, *II. F. 24. §. 2.*

Vasalli feudum ALIENARE non possunt sine voluntate dominorum suorum, *II. F. 52. §. 1.*

Non ALIENETUR districtus Imperatoris, *II. F. 54.*

Res ALIENARI prohibita non potest in feudum dari, *II. F. 3. §. 1.*

ALIENARI prohibita res potest in feudum dari, in casu *d. §. 1.*

ALIENARE feudum dominus sine Vasalli voluntate non potest, *II. F. 34. §. 1.*

Feudum ALIENANS inconsulto domino dominum suum contemnere intelligitur, ideoque feudo privatur, *II. F. 24. §. f.*

ALIENARE feudum in totum posse, & sine domini consensu, Mediolanenses dicunt, *I. F. 13.*

Si Vasallus feudum ALIENAVIT ignorans, non domino, sed ipsi Vasallo feudum restituendum est, tenebitur tamen ad interesse emptori ignoranti, *II. F. 26. c. 5. §. 8.*

ALIENARE videtur quis instituens heredem, *L. 8. §. 2. C. de secund. nupt.*

ALIENARE potest regulariter ille qui est dominus, *pr. Inst. quib. alien. licet.*

ALIENARE potest quandoque non dominus, & quandoque dominus *alienare* non potest, *ibid.*

Pupillus ALIENARE rem nullam potest, sine tutoris auctoritate, *§. 2. eod.*

ALIENARI à tutore non potest ususfructus, quem solum habet pupillus, *L. 3. §. 5. de reb. eorum, qui sub tut.*

ALIENARI non potest à tutore jus emphiteuticarium, quod pupillus habet in fundo, quamvis illud jus potius prædii quam pupilli videatur, *d. L. 3. §. 4. eod.*

ALIENARI non possunt lapidicinæ, cretæ fodinæ, argenti fodinæ, vel aliud quid simile, quæ pupillus habuerit, *L. 3. §. 6. eod.*

ALIENARI non possunt salinæ pupillorum à tutoribus, *L. 5. §. 1. eod.*

ALIENARE non possunt tutores fundum alienum, quem bona fide pupillus emit, *d. L. 5. §. 2. eod.*

ALIENARI res pupillaris passim non permittitur Iudici, sed ita demum, si æs alienum urgeat, *L. 5. §. 14. eod.*

ALIENARE prædium pupilli ob æs alienum, si judex permiserit tutori, & is non vendat, sed obligaverit, vel econtra, non valet quod actum est, quia is, qui fecit aliud, quam quod à Prætore decretum est, nihil videtur egisse, *L. 7. §. 3. eod.*

ALIENANS rem causa judicii mutandi constituendo actori hominem alterius provinciæ, aut potentiorem adversarium tenetur actori actione in factum, quanti sua intersit alium adversarium non habuisse, *L. 1. pr. de alienat. judic.*

ALIENANS fundum post judicium aquæ pluviæ arcendæ susceptum, condemnatur nihilominus eo judicio, non solum de præterito damno ex opere facto post litis contestationem, & de eo restituendo, & etiam de futuro damno, quod post alienationem contingit, *L. 4. §. 1. de aqua pluv. arc.*

ALIENARI res Ecclesiæ non debent, *c. 5. & 6. X. de rebus Eccles. alien.*

ALIENARI possessiones, quæ sunt de mensa Prælati vel Capituli non possunt, *c. 8. & 10. X. eod.*

Non liceat Papæ prædium Ecclesiæ ALIENARE aliquo modo, pro aliqua necessitate, *c. 20. q. 2. caus. 12.*

ALIENARI non prohibentur vasa sacra pro redemptione captivorum, *c. 13. & 14. q. 2. caus. 12.*

ALIENANDA non sunt in Episcopatu acquisita, *c. 12 q. 2. caus. 12.*

Episcopo, vel Abbati res Ecclesiæ ALIENARE non licet, *c. 19. q. 2. caus. 12.*

ALIENATIO.

In generali ALIENATIONE Vasalli, non continetur feudum, nisi nominatim dictum sit, *II. F. 26. c. 5. §. 7.*

ALIENATIO feudi optima consuetudine interdicta est, *II. F. 9. pr.*

ALIENATIO feudi paterni non valet etiam domini voluntate, nisi agnatis consentientibus, ad quos beneficium quandoque sit reversurum, *II. F. 39.*

Licet Dominis omnes ALIENATIONES feudi factas, nulla obstante præscriptione, revocare, *II. F. 40.*

ALIENATIO feudi fratri facta stabilis manet sine voluntate Domini, *I. F. 13.*

ALIENATIO feudi cum Domini voluntate stabilis manet, *I. F. 13.*

ALIENATIO necessaria quandoque, ubi voluntaria non excusaret, *L. 9. de fideicom. libert.*

ALIENATIONIS verbum etiam usucapionem continet, *L. 28. pr. de V. S.*

ALIENATIONI verbo omnis actus intelligitur, per quem dominium transfertur, *L. 1. C. de fundo dotali.*

ALIENATIONI rei Ecclesiæ Iudex, vel jus gestorum habentes authoritatem præbentes, & privantur dignitate & omnia bona amittunt, *L. 14. §. 4. C. de Sacrosanct.*

ALIENATIONIBVS rerum immobilium Ecclesiæ si consentiant clerici cum Episcopo, & œconomo Ecclesiæ, non valebit alienatio, *d. L. 14. pr. C. eod.*

ALIENATIONIS prohibitio in testamento facta filiis propriis eorum nominibus designatis, non extenditur ultra filios, *N. 159. c. 1.*

ALIENATIONIS prohibitio facta ut in perpetuum res maneat in familia, & nunquam de nomine defuncti egrediatur

diatur, ultra quartam generationem non extenditur, *d. N. 159. c. 2.*

ALIENATIONIS prohibitio facta à testatoribus, nec causam exprimunt, propter quam id fieri velint, nisi invenitur persona, cujus respectu hoc à testatore dispositum est, nullius esse momenti scripturam, quasi nudum præceptum reliquerint, quia talem legem testamento non possunt dicere, *L. 114. §. 14. de legat. 1.*

ALIENATIONIS verbum continet conditionem, donationem, venditionem, permutationem, & emphyteuticum perpetuum contractum, *c. 5. X. de reb. Eccles. alien.*

Restituitur Ecclesia contra ALIENATIONEM, per quam enormiter fuit læsa, *c. 11. X. eod.*

ALIENATIO rei ecclesiasticæ facta sine legitimo Ecclesiasticarum personarum assensu, non tenet, licet approbetur per constitutionem Laicorum, *c. 2. X. eod.*

ALIENATIONES factæ ab intrusis, irritæ sunt, *c. 37. q. 2. caus. 12.*

ALIENATIO de rebus Ecclesiæ, quomodo rata esse poterit, *c. 56. q. 2. caus. 12.*

Ob quas causas ALIENATIO rerum sacratum fieri potest, *c. 70. q. 2. caus. 12.*

ALIENATIO rerum Ecclesiæ intuitu religionis est permissa, *c. 73. q. 2. caus. 12.*

Quomodo ALIENARI possit monasterium, *c. 40. q. 7. caus. 16.*

Perpetua ALIENATIO facta de rebus Ecclesiæ vacantis non præcedente tractatu & fine justa causa, non valet, *c. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6.*

Is, in quem facta est ALIENATIO rei, causa mutandi judicii, convenitur per rescriptum impetratum contra alienantem, *c. 1. X. de alienat. judicii mut.*

ALIENIGENA.

Nemo ALIENIGENIS debet locare domos ad exercendum fœnus; imo si sciant tales jam conduxisse, debent expellere eos sub pœna excommunicationis intra tres menses, *c. 1. de usuris in 6.*

Connubia inter ALIENIGENAS prohibita sunt de jure gentium, *c. 9. pr. dist. 1.*

ALIENUM.

ALIENUM non est, quod jure possidetur, *c. 11. q. 4. caus. 14.*

ALIENAE rei datio in feudum inutilis est, *II. F. 96. X.*

De ALIENA re investito evictio præstanda, *II. F. 25.*

ALIENO odio non debet q is prægravari, *L. 33. §. 1. C. de inoffic.*

ALIENO nomine victus potest agere nomine proprio, *L. 22. §. 3. de inoffic.*

Si quis rei suæ ALIENAM rem ita adjecerit, ut pars ejus fieret, dominus totius ejus rei efficitur, *L. 23. §. 2. de rei vindic.*

ALIENAM rem possum stipulari, *L. 15. §. 3. de usucap.*

ALIENAM rem pluribus modis potest quis aliquo errore deceptus tanquam suam vendere, aut donare, & ob id potest à bonæ fidei possessore usucapi, *L. 36. pr. eod.*

Quæ quisque ALIENA in censum deducit, nihilo magis ejus fiunt, *L. 64. de A. R. D.*

Si testator rem ALIENAM legaverit, heres tenetur rem legatam dare legatario, vel æstimationem ejus, *c. 5. X de testam. §. 4. de legat.*

Quod alicui suo non licet nomine, nec ALIENO licebit, *c. 67. de R. I. in 6.*

ALIENO negotio plures testes ex una domo adhiberi possunt, *c. 3 §. 21. qu. 2. caus. 4.*

ALIENI criminis successor nemo constituitur, *c. 6. q. 4. caus.* 1.

ALIMENTA.

Si quis ALIMENTA necessaria filiis suis non præbuerit, anathema sit, *c. 14. dist. 30.*

ALIMENTA fundatores Ecclesiarum, si inopes cœperint esse, ab eisdem accipere debent, *c. 30. q. 7. caus. 16.*

ALIMENTA muto ex feudo magno sunt præstanda, *I. F. 6. §. 2.*

Si ALIMENTA legata fuerint, dici potest, etiam aquam legato inesse, si in ea regione fuerint legata, ubi venundari aqua solet, *L. 1. de alim. & cibar.*

Legatis ALIMENTIS cibaria, & vestitus, & habitatio debebitur, quia sine his ali corpus non potest, cætera quæ ad disciplinam pertinent, legato non continentur, nisi aliud testatorem sensisse probetur, *L. 6.* & *7. eod.*

Modus ALIMENTORUM ex facultatibus defuncti & caritate fideicommissarii statui debet, *L. 22. §. 1. eod.*

Si ALIMENTA simpliciter legantur, debentur arbitrio boni viri, inspectis circumstantiis, *d. L. 22. pr. eod.*

ALIMENTORUM legatum patitur Falcidiam, *L. 9. pr. eod.*

ALIMENTA debentur etiam pro eo tempore, quo fuit retardata libertas absque mora heredis, *L. 10. §. 1. eod.*

ALIMENTIS filiæ exheredatæ simpliciter relictis debet arbitrari ea vir bonus pro qualitate relictæ dotis, quæ alimenta crescunt crescente filia, *d. L. 10. §. 2. eod.*

Si puero vel puellæ ALIMENTA relinquuntur, tamdiu debentur, quamdiu testator voluit deberi, quod si non appareat de voluntate testatoris, debentur per totum tempus vitæ dicti pueri vel puellæ, *L. 14. pr. eod.*

ALIMENTA quando relinquuntur puero, vel puellæ usque ad pubertatem, intelliguntur relicta jure speciali favore *alimentorum* puero usque ad 18. annum, puellæ vero usque ad 14. annum, *d. L. 14. §. 1. eod.*

Si quis ALIMENTA, *quæ vivus præstabat*, reliquerit, ea demum præstabuntur, quæ mortis tempore præstare solitus erat, sive minus sive plus eo tempore sit solitus præstare, quam alio tempore, *L. 14. §. 2. eod.*

ALIMENTA relicta nominatim ab herede non solum debentur ab illo herede, sed etiam ab herede heredis, *L. 16. pr. eod.*

ALIMENTA petenti liberto denegans patronus, ea amitit, quæ liberto imposuit libertatis causa; imo & hereditatem liberti, *L. 6. pr. de liber. agnosc.*

ALIMENTARIUS.

ALIMENTARIUS potest transigere sine prætore, ut alimenta, quæ in singulos annos, vel in fine anni sunt sibi præstanda, præstentur sibi in singulos menses, vel in principio anni, quia in hoc conditionem meliorem facit, *L. 8. §. 6. de transact.*

ALIMENTARIUS, cui in alimentum relicta sunt frumentum, oleum, & cætera, quæ ad victum sunt necessaria, sine Prætore non potest transigere de eis, neque permutare, ut invicem eorum numi sibi darentur, *d. L. 8. §. 24. eod.*

ALIMENTARIUS, cui quantitas annua relicta est pro habitatione, potest permutare sine Prætore cum habitatione immediate, vel econtra, *L. 8. §. 25. eod.*

ALLEGARE.

ALLEGANS damnum debet probare, *L. 1. C. Si adversus vendit. pign.*

ALLEGANS qualitatem debet eam probare, antequam procedatur ulterius, quando qualitas est causa introducendæ petitionis in judicio, *L. 9. C. de his, qui accus. possunt.*

ALLE-

ALLEGANS turpitudinem suam non est audiendus, *c. 8. X. de donat.*

ALLODIVM.

Qui ALLODIVM suum vendidit, districtum & jurisdictionem imperatoris vendere non præsumitur, & si fiat, non valet, *II. F. 54.*

ALLODIVM infeudatum, *ibid.*

An ALLODIVM præsumatur, si magna pars feudi sit, *II. F. 41.*

Pro ALLODIO contra Dominum jurat fœmina, *ibid.*

ALLVVIO.

ALLVVIO est incrementum latens, §. *20. de R. D.*

Per ALLVVIONEM id videtur adjici, quod ita paulatim adjicitur, ut intelligi non possit, quantum quoquo temporis momento adjiciatur, *ibid.*

Quod per ALLVVIONEM prædio adjicitur, jure gentium statim acquiritur, *ibid.*

ALLVVIONIS jus non agnoscitur in lacu, & stagno, *L. 12. pr. de A. R. D.*

ALLVVIONIS jus in agris limitatis locum non habet, *L. 16. eod.*

ALLVVIO agrum restituit eum, quem impetus fluminis totum abstulit, *L. 30. §. 3. eod.*

Quæ per ALLVVIONEM possessoribus acquiruntur, neque ab ærario vendi, neque à quolibet peti, nec separatim censeri, vel functiones exigi possunt, *L. 3. C. de alluvion.*

ALTARE.

Qui ALTARI servit, de *altari* vivere debet, *c. 30. X. de prabend. & dignit.*

Plura ALTARIA simul in eadem Ecclesia consecrari possunt, *c. 5. X. de consecr.*

Amoto ALTARI vel lapide continente sigillum, reconsecrabitur *altare*, non autem Ecclesia, *c. 1. X. eod.*

Corruente tecto parietibus illæsis, & mensa ALTARIS non enormiter fracta, nec *altare*, nec Ecclesia consecratur, *c. 6. X. eod.*

ALTARIA placuit non solum unctione Chrismatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari, *c. 32. dist. 1. de consecr.*

Chrismate non ungantur ALTARIA, nisi fuerint lapidea, *c. 31. dist. 1. ead.*

ALTERNATIVVM.

In ALTERNATIVIS electoris X. est electio, & sufficit alterum adimpleri, *c. 70. de R. I. in 6.*

In ALTERNATIVIS electio est promissoris, qui etiam potest mutare voluntatem, *L. 34. §. 6. de contrah. empt.*

ALTERNATIVA posita inter gravatos obligat eos tanquam correos in solidum, & per petitionem, vel perceptionem partis non inducitur divisio, *L. 8. §. 1. de legat. 1.*

ALTERNATIVVM legatum non dicitur unum legatum, sed duo dicuntur esse legata propter duas res in legato expressas, sed considerato effectu unicum dicitur esse propter unicam præstationem, *L. 34. §. 14. eod.*

In ALTERNATIVA summarum vel temporum inspicitur illud, quod minus est in obligatione, *L. 12. de V. O.*

In ALTERNATIVIS vera quando debitoris est electio, uno eorum peremto sine culpa debitoris, reliquum est in obligatione, *L. 95. pr. de solut.*

ALTERNATIVA, *aut*, posita inter res quandoque ponitur pro *&*, speciali jure, *L. 4. C. de V. S.*

ALVEVS.

ALVEVS quandoque accipitur pro *vase*, ubi apes manent, *§. 14. de R. D.* quandoque pro loco, ubi flumen currit, §. *23. eod.*

ALVEVS fluminis est venter, seu cavum receptaculum, quo flumen decumbit, *d. §. 23. eod.*

ALVEVS fluminis exsiccatus eorum est,

qui prope ripam ejus prædia possident, pro modo sc. latitudinis cujusque agri, quæ prope ripam sit, *d. §. 23. eod.* & *L. 30. §. 3. de A. R. D.*

ALVMNVS.

ALVMNOS magis mulieribus conveniens est manumittere, *L. 14. pr. de manum. vindicta.*

ALVMNI non continentur sub generali hypotheca, *L. 1. C. quæ res pignor.*

ALVMNAM ducere possumus, *L. 26. C. de N.*

AMBIGVVS.

AMBIGVA petitio, vel exceptio aut oratio interpretatur secundum intentionem proferentis, *L. 66. de Iudic.*

In AMBIGVIS orationibus maxime sententia spectanda est ejus, qui eas protulisset, *L. 96. de R. I.*

AMBIGVA oratio debet sic interpretari, ut valeat stipulatio, *L. 80. de V. O.*

AMICVS.

AMICOS appellare debemus, non levi notitia conjunctos, sed quibus fuerint jura cum patrefamilias, honestis familiaritatis quæsita rationibus, *L. 233. §. 1. de V. S.*

Non omnis, qui parcit, AMICVS est, nec omnis, qui verberat, inimicus, *c. 2. q. 5. caus. 5.*

AMICORVM communia debere esse, ait quidam Græcus, *c. 2. §. 2. q. 1. caus. 12.*

AMICORVM præsentia inducit præsumtionem, quod non intervenit metus in contractu, *L. 35. C. de transact.*

AMITA.

AMITAE non potest succedere quis, si filii sui ei successerint, *L. 5. C. communia de success.*

AMITAM licet adoptivam uxorem ducere non licet, *§. 5. de N.*

AMITA est patris soror, quæ græce patradelphi vocatur, §. *3. de gradib. cognat.*

AMITAE tuæ filii consobrinum te appellant, tu illos amitinos, *§. 4. eod.*

AMITA magna est avi soror, *ibid.*

AMITINI.

AMITINI proprie dicuntur, qui ex fratre & sorore progenerantur, §. *4. de grad. cognat.*

AMITTERE.

AMISISSE rem videtur, qui adversus nullum ejus persequendæ actionem habet, *L. 14. §. 1. de V. S.*

AMITTERE rem non videntur, quibus propria non fuit, *L. 83. de R. I.*

Improprie AMITTI dicitur, quod quis consequi non potuit, *L. 33. in f. ad L. Aquil.*

AMITTIT Vasallus feudum ex contumacia, *II. F. 22.*

juram. fidelitatis detrectando, *II. F. 24. §. 1.*

Si cum domino non ivit in prælium, dum potuit, *ibid.*

ob deteriorationem, *II. F. 27. §. 7.*

non assistendo Domino, *II. F. 28. §. 1.*

non liberando Dominum à morte, *II. F. 39. c. f.*

ob insidias, non tamen ob conatum, *II. F. 51. c. 2.*

accusando Dominum aut testimonium contra eum reddendo, *II. F. 33. §. 1.*

non laborando cum Domino, *I. F. 21. c. Si quis.*

per concubitum cum uxore Domini, *I. F. 2. c. Si quis.*

AMITTENDI feudi modi & causæ, *I. F. 5. & 17.*

AMITTITVR feudum, si Vasallus Clericus fiat, *II. F. 26. c. 4. §. 1.*

Non AMITTIT feudum Vasallus se non repræsentans Domino, *II. F. 26. c. 4. §. 2.*

Non AMITTIT feudum Vasallus fratrem Domini sui interficiens, *II. F. 37. pr.*

Non

Non AMITTITUR beneficium usu Mediolan. ob non præstita servitia, *II. F. 28. §. 1.*

AMISSUM feudum per feloniam ad quem devolvatur, *II. F. 37. pr.*

AMISSUM feudum ecclesiasticum post mortem Clerici ad successores ejus revertitur, *II. F. 40.*

AMITTIT Dominus dominium ex felonia, *II. F. 47.*

AMITTIT Dominus proprietatem ex felonia eodem modo ac Vasallus, *ibid.*

Quibus modis rem acquirimus, iisdem in contrarium actis, AMITTIMUS, *c. 1. X. de R. I.*

AMITTIT privilegium, qui eo abutitur, *c. 7. dist. 74.*

Si quis spoliatum se dicit, AMISSAS res probare debet per juramentum proprium, ipsam vero spoliationem per testes, *c. 7. X. de his quæ vi* &c.

AMOR.

Mulier libera servili AMORE capta, nec bona perdit, nec *amoris* fervore libera esse desinit, *L. 1. C. de SC. Claud.*

Libera mulier servili AMORE bacchata, ipsam libertatem per SCtum Claudianum amittebat, & cum libertate substantiam, *§. 1. de succ. ssion. sublatis* &c.

Origo AMORIS honesta est, sed magnitudo deformis, *c. 5. q. 4. caus. 32.*

AMORE cujuslibet non est à fide recedendum, *c. 7. q. 1. caus. 28.*

AMORE humanum judicium pervertitur, dum amico, vel propinquo complacere contendimus, *c. 78. q. 3. caus. 11.*

AMOVERE.

AMOVERE non videtur, qui non callido animo nec maligno rem reposuit, *L. 71. §. 8. de acquir. hered.*

AMOVISSE eum accipimus, qui quid celaverit, aut interverterit, aut consumpserit, *d. L. 71. §. 6. eod.*

AMPHORA.

Iulianus, eandem, inquit, causam AMPHORARUM esse, ut quum vinum habeant, tum in vasis vinariis; quum inanes sint, tum extra numerum vinariorum sint; quia aliud in his addi possit, *L. 206. de V. S.*

AMPHORARIUM.

AMPHORARIUM vinum; (quod è dolio in amphoras est diffusum) *L. 16. §. 2. de trit. vin. & oleo* &c.

ANADEMATA.

ANADEMATA Paulus inter capitum ornamenta muliebria recenset in *L. 26. de auro, argento,* &c.

ΑΝΑΚΡΙΣΙΣ.

Cum quis ΑΝΑΚΡΙΑΙΝ, i. e. *quæstionem* seu *inquisitionem* faceret, juberi oportet venire Irenarchen, *L. 6. §. 1. de custod. & exhib.*

ANATHEMA.

ANATHEMA est æternæ mortis damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi crimine, & illi, qui aliter non potuerit corrigi, *c. 41. q. 3. caus. 11.*

ANATHEMA sit, si quis ex Clericis relaxaverit comam, *c. 23. dist. 23.*

ANATHEMA juxta etymologiam vocis est idem quod separatio, & accipitur pro separatione à consortio fidelium, *c. 24. §. 3. q. 3. caus. 11.*

ANATHEMATIZARE.

Injuste aliquem ANATHEMATIZANS, sibi, non aliis nocet, *c. 87. q. 3. caus. 11.*

ANATHEMATIZATUS sacerdotes accusare non potest, *c. 4. q. 7. caus. 2.*

ANATHEMATIZATIO.

ANATHEMATIZATIO & excommunicatio inter se differunt, *c. 12. q. 4. caus. 3.*

ANCIL-

ANCILLA.

Ex ANCILLA filii non sunt quærendi, *c. 9. q. 4. caus. 32.*

ANCILLAM in matrimonio susceptam viro dimittere non licet, *c. 2. q. 2. caus. 29.*

Si ANCILLA prægnans surrepta fuerit, quamvis apud bonæ fidei emptorem pepererit, id quod natum erit, tanquam furtivum, usu non capitur, *L. 26. de statu hom.*

ANCILLA, quæ in servitute quæstum sui corporis fecit, facta libera non est infamis, *L. 24. de his qui not. infam.*

ANCILLIS legatis, masculi non debentur, *L. 81. pr. de legat. 3.*

Si ANCILLA cum suis natis legata sit, etiam mortua ea vel alienata, vel manumissa, nati ad legatarium pertinebunt, quia duo legata sunt separata, *L. 3. de pecul. leg.*

ANCILLA (s. *mulier*) prægnans legata, aut usucapta, aliove quo modo alienata pariat, ejus fient partus, cujus est ea, cui emeretur, non cujus tunc fuisset, cum conciperet, *L. 66. de A. R. D.*

ANCILLAE dominus liberi hominis, cum quo contubernium hæc habuit, per hanc conjunctionem successionem vindicare non potest, *L. 9. C. communia de success.*

De ANCILLA matre natam, & ab eo redemptam, in cujus fuit contubernio, si non manumittitur, in servitute permanere non ambigitur, *L. 29. C. de liber. causa.*

ANGARIAE.

ANGARIARUM exhibendarum munus est, quo quis cogitur angarias cogere, *L. un. C. fumus injuncti &c. XI.*

ANGARIARUM præstationes, *II. F. 56.*

ANGELUS.

Ab ANGELIS duo solummodo hymni in novo Testamento inveniuntur decantati, *Alleluja*, atque *Gloria in excelsis Deo*, *c. 55. dist. 1. de consecrat.*

ANICULUS.

ANICULUS amittitur, qui extremo anni die moritur, *L. 132. pr. de V. S.*

ANICULUS non statim ut natus est, sed trecentesimo sexagesimo quinto die dicitur, incipiente plane, non exacto die, *L. 134. de V. S.*

ANIMA.

Deus est vita ANIMAE, *anima* vero vita corporis, *c. 35. dist. 1. de pœnit.*

ANIMA multo pretiosior est corpore, *c. 13. X. de pœnit. & remiss.*

ANIMA rationalis seu intellectiva, est forma corporis humani, per se & essentialiter, *Clem. un. §. 1. de Sum. Trinit.*

ANIMAL.

ANIMALIA, quia se ipsa movent, moventia vocantur, *L. 94. de V. S.*

ANIMAL alienum deprehendens in agro suo non includit jure, si animo celandi includit, *L. 39. §. 1. ad L. Aquil.*

ANIMAL alienum deprehendens in agro suo debet abigere sine damno, vel admonere dominum, ut suum recipiat, cum habeat propriam actionem, *ibid.*

Non potest ANIMAL injuriam fecisse dici, quod sensu caret, *Pr. Inst. Si quadrupes* &c.

ANIMALIUM nomine, quæ ratione carent, si qua lascivia, aut pavore, aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio Lege XII. tabul. prodita est, *ibid.*

ANIMALIA, quæ lascivia, &c. pauperiem fecerint, si noxæ dedantur, proficiunt reo ad liberationem, *ibid.*

ANIMALIA, quæ nocere possunt, veluti ursum, leonem, pantheram, lupum, aprum, verrem, vel cancem, vel aliud animal, sive solutum, sive alligatum, aut quod vinculis contineri non potest, quominus damnum infe-

inferat, non licet alicui habere in via, qua vulgo iter fit, quod si habeat, & homo liber ex ea re perierit, solidi ducenti, si nocitum homini libero esse dicetur, quanti bonum æquum judici videbitur, contemnetur, cæterarum rerum, quanti damnum datum, factumve sit, dupli, *L. 40. 41. & 42. de ædilit. edict.*

Omnia ANIMALIA, quæ terra, mari, cœlo capiuntur, i. e. feræ bestiæ, & volucres, pisces, capientium fiunt, *L. 1. §. 1. de A. R. D.*

ANIMALIA, quæ in nullius dominio sunt, intelliguntur capientis, donec ejus custodia coercentur, sed cum evaserint custodiam ejus, & in naturalem libertatem se receperint, desinunt esse illius, & fiunt rursus occupantis, nisi facta sint mansura, & reverti solita, *L. 3. §. 2. & L. 4. eod.*

ANIMALIA naturalem libertatem recipere intelliguntur, cum vel oculos nostros effugerint, vel ita sint in conspectu nostro, ut difficilis sit eorum persecutio, *L. 5. pr. eod. §. 12. de R. D.*

Ex ANIMALIBUS dominio nostro subjectis nata, & edita nostra sunt, *§. 19. de R. D.*

ANIMALIA, quæ habent consuetudinem eundi, & redeundi, eousque nostra intelliguntur, donec revertendi animum habeant, quod si desierint habere animum revertendi, desinunt esse nostra, & fiunt capientium, *§. 15. eod. L. 5. §. 5. eod.*

ANIMALIUM tria sunt genera, quædam sunt mansueta, ut gallinæ, & illæ ubicunque fuerint, intelliguntur esse domini, quædam sunt prorsus fera, & illa occupanti conceduntur, quædam sunt, quæ ex consuetudine abire, & redire solent, & illa eousque intelliguntur tua, donec habent animum revertendi, *§. 15. & 16. eod.*

ANIMALIA, quæ per injuriam inclusa fame necata sunt, vel interfecta, legis Aquiliæ actione in duplum agere potes, *L. 5. C. de L. Aquil.*

Super ANIMALIBUS ad evectionem cursus publici deputatis nullus contractus locationis etiam ad vecturam vel emptionis tenet, & contra faciens severissime debet puniri, *L. 10. C. de cursu publico* &c.

ANIMALIUM cursui publico deputatorum pabula, vel præbenda ne cariori pretio vendantur, curare debet Præfectus prætorio, item etiam provincialis, ne teneantur viliori pretio vendere, *L. 18. eod.*

ANIMALIA irrationalia ex instinctu naturæ dicuntur habere peritiam juris naturalis, *Pr. Inst. de I. N. G. & C.*

ANIMALIA de suis factis nullam rationem reddunt, quia rationabilia non sunt, *c. 3. q. 1. caus. 15.*

Iubetur ANIMAL interfici, cum quo mulier peccavit, *c. 4. pr. ead.*

ANIMALIA, cum quibus peccatur, jubentur interfici, non ob culpam, sed quia refricant memoriam facti, *§. 1. ibid.*

Si ANIMAL nocuit, Dominus ad satisfactionem tenetur, præsertim si fuerunt fera, nocere alias solita, & debitam diligentiam adhibere neglexit, *c. 9. X. de injur.*

ANIMUS.

Magis ANIMUS attenditur, quam factum, *c. 1. q. 6. caus. 15.*

ANIMUS quandoque etiam in delictis attenditur, *L. 71. §. 9. de acquir. hered.*

ANNONA.

ANNONAS is solvere debet, qui possessiones tenet & fructus percipit, *L. 2. C. de annonis, X.*

ANNONAE civiles non dantur pro ti-

L tulis

tulis in dignitatibus, *L. 1. C. de annon. civil. XI.*

Militibus præstanda est ANNONA singulis diebus & ante lapsum anni, *L. 6. C. de erogat. milit. XII.*

Milites deputati ad custodiam alicujus personæ, vel loci ANNONAM de publico non percipiunt, *L. 17. C. eod.*

Lege Iulia de ANNONA pœna statuitur adversus eum, qui contra *annonam* fecerit, societatemve coierit, quo *annona* carior fiat, *L. 2. pr. de Iul. de annona.*

ANNOTATIO.

ANNOTATIO sacra fit ad libellum breviter annotato nomine Principis, *L. 6. C. si contra Ius* &c.

ANNOTATIO est rescriptum Principis, *L. 7. C. de diversf. rescript.*

ANNVLVS.

In ANNVLIS mari & fœminæ licitum est gemmas ponere, *L. un. C. nulli licere in frenis &c. XI.*

Signatorius ANNVLVS ornamenti appellatione non continetur, *L. 74. de V. S.*

Sponsus alienum ANNVLVM sponsæ muneri misit, & post nuptias pro eo suum dedit, Nerva & alii putant, fieri eum mulieris, *L. 36. §. 1. de donat. inter vir.* &c.

ANNVLIS aureis donatus vivit ut ingenuus, moritur ut libertus; *L. 3. pr. de bonis libert.*

Aureorum usus ANNVLORVM beneficio Principali tributus, libertinitatis quoad vivunt imaginem, non statum ingenuitatis præstat, *L. 2. C. de jure aureor. annul.*

Quando ANNVLVS à sponso sponsæ datur, fit hoc nimirum vel propter mutuæ fidei signum, vel propter id magis, ut eodem pignore eorum corda jungantur; unde & quarto digito annulus idem inseritur, quod in eo vena quædam, ut fertur, sanguinis ad cor usque perveniat, *c. 7. §. 3. q. 5. caus. 30.*

Sponsus sponsam ANNVLO debet desponsare, *c. 3. pr. q. 5. eod.*

Si ANNVLVS detur mulieri, præsumtio est pro matrimonio, *c. 11. X. de præsumt.*

ANNVLVS interdum dabatur arræ gratia, *L. 11. §. 6. de act. empt.*

ANNVLIS legatis dactyliothecæ non cedunt, *L. 53. de legat. 3.*

ANNVS.

Intra ANNI spatium satisdet Vasallus, *II. F. 73. X.*

Si Vasallus vel ejus heres intra ANNVM & diem veterem non petierit investituram à domino, vel herede ejus, feudum amittit; sed Mediolani non observatur, *II. F. 40.*

Qui per triginta ANNOS rem alicujus tanquam in feudo possedit, & pro ea servitium præstitit domino, præscribit in *feudum*, *II. F. 26. c. 4. pr.*

Post ANNVM feudum guardiæ, & gastaldiæ à domino auferri potest, *I. F. 11.*

Per ANNVM olim feudum tantum subsistebat, *I. F. 1. §. 1.*

ANNVM civiliter, non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus, *L. 134. de V. S.*

ANNVS dividitur in 12. menses, *L. 98. de V. S.*

ANNVS constat 365. diebus, *L. 4. §. 5. de statu liberis.*

Quod quis aliquo ANNO dare promittit, aut dare damnatur, ei potestas est quolibet ejus anni die dandi, *L. 50. de O. & A.*

ANNI testatoris computandi sunt de die ad diem, *L. 5. qui testam. fac.*

ANNVS cœptus habetur pro completo, *ibid.*

ANTAPOCHA.

ANTAPOCHA est professio pecuniæ solutæ,

lutæ, quæ datur creditori à debitore, *L. 19. C. de fide instrum.*

ANTECESSOR.

Revocat successor precariam per ANTECESSOREM irrationabiliter factam, *c. 2. X. de precar.*

Quod solvere consuevit ANTECESSOR, ad id tenetur successor, *c. 18. X. de censib.*

Successor in beneficio tenetur solvere debita ANTECESSORIS pro necessitate Ecclesiæ contracta, *c. 1. X. de solut.*

Voluntatem & statuta suorum ANTECESSORUM custodiant, qui sua servari volunt, *c. 15. q. 1. caus. 25.*

Edictum, quod ab ANTECESSORE datum est, in numero trium edictorum connumerari debet, *L. 55. de Iudic.*

ANTECESSORES.

ANTECESSORUM (Al. *Antesessorum* vel *Assessorum*, v. CUIAC. *12. Observ. 40.*) nomine juris doctores & magistros intelligi, perspicuum est ex locis innumeris, *§. 3. Proœm. Inst.*

ANTEQUAM.

Dictio, ANTEQUAM, non semper implicat, *c. 4. X. de V. S.*

ANTIADES.

Si quis ANTIADAS, i. e. *tonsillas*, habeat, redhiberi, quasi vitiosus potest, *L. 14. §. 8. de ædilit. edict.*

ANTIADES sunt tumores in extremis faucibus ex inflammatione nati, *ibid.*

ANTICHRESIS.

Si pecuniam debitor solverit, potest pignoratitia actione uti ad reciperandam ANTICHRESIN, nam, cum *pignus* sit, hoc verbo poterit uti, *L. 33. de pignor. act.*

ANTICHRESIS est mutuus pignoris usus pro credito, *L. 11. §. 1. de pignor.*

ANTICHRESIN ædium qui habet creditor, loco usurarum, quas perciperet ex suis nummis, fructus ex ædibus pignoratis percipit his modis, vel locando, vel percipiendo, vel habitando, *ibid.* conf. *Nov. 32. 33. & 34. L. 14. C. de usur.*

ANTIDORA.

ANTIDORA sunt remunerationes seu mutua dona, *L. 25. §. 11. de heredit. petit.*

ANTIDORON dare, est permutationis quoddam genus, *ibid.*

ANTIDOTUM.

ANTIDOTUM f. *antidotus* est modus medicamenti, & dicitur quasi ex contrario remedium & medicamentum, *L. 35. §. 2. de contrah. empt.*

ANTIDOTUM in numero medicamentorum non est, quæ bibuntur, *L. 5. pr. de penu leg.*

ANTINOMIA.

ANTINOMIA (Est pugnantia legum contrarie scriptarum) nulla in omnibus prædicti Codicis membris, sic enim à vetustate græco vocabulo nuncupatur, aliquem sibi vindicet locum, sed sit una concordia, una consequentia, adversario nemine constituto, *Const.* Deo auctore &c. *§. 8. de concept. digest.*

Quotiescunque ANTINOMIA f. discors sententia in gestis Conciliorum invenitur, illius Concilii magis teneatur sententia, cujus aut antiquior, aut potior extat autoritas, *c. 28. §. 3. dist. 50.* & *c. 11. §. 1. q. 2. caus. 33.*

ANTIPHERNA.

ANTIPHERNA (quasi contraria dos; ab *anti*, quod est *contra*, & *pherna*, i. e. *dos*) non est simplex donatio, *L. 20. C. de donat. ante nupt.*

ANTIQUITAS.

ANTIQUITATIS & vetustatis fidelissimæ mos est retinendus, *L. 18. C. de testam.*

ANTIQUITATI magna reverentia debet

bet adhiberi, *L. 2. §. 10. C. de veteri jure nucl.*

ANTISTES.

ANTISTES Sacerdos dictus est, quod ante stat; Primus est enim in ordine Ecclesiæ, supra se nullum habet, *c. 1. §. 10. dist. 21.*

APERIRE.

Quando APERITUR feudum ob feloniam domino, *II. F. 37. pr.*

APERITUR feudum alienatum Domino, *I. F. 18. c. Si aliquis.*

APERTUM feudum manet, licet recuperet Vasallus, *II. F. c. 44.*

Qui acta causæ relationis Iudicum Delegatorum sigilla violando APERUIT, non auditur postmodum contra illa, *c. 33. X. de offic. & pot. Iud. deleg.*

APES.

APIUM fera natura est, *L. 5. §. 2. de A. R. D. §. 14. de R. D.*

APES, quæ in arbore tua consederint, antequam à te alveo includantur, non magis tuæ intelliguntur esse, quam volucres, quæ in arbore tua nidum fecerint, ideoque si alius eas incluserit, is earum dominus erit, *ibid.*

Si APES, quæ in arbore tua consederint, favos quosdam effecerint, eos eximere quilibet potest, *ibid.*

Examen APIUM, quod ex alveo tuo evolaverit, eousque intelligitur esse tuum, donec in conspectu tuo est, nec difficilis persequutio ejus est, alioquin occupantis fit, *ibid.*

Si APES meæ ad tuas advolassent, tu eas excusseris, legis Aquiliæ actionem competere Celsus ait, *L. 27. §. 12. ad L. Aquil.*

Si quis fumo facto APES alienas fugaverit, vel etiam necaverit, magis causam mortis præstitisse videtur, quam occidisse, *L. 49. pr. eod.*

APES in patrimonio nostro esse computantur, *L. 8. §. 1. Famil. ercisc.*

APICES *juris.*

APICES *juris* fidejussor recte omittit, *L. 29. §. 4. mandati* &c.

APOCHA.

APOCHAM recipiens tenetur reddere *antapocham*, & si apocham dans neglexerit, vel non curaverit de *antapocha*, ex eo quod non receperit *antapocham*, nullum præjudicium generatur ei, *L. 19. C. de fide instrum.*

APOCHAE dicuntur scripturæ, quæ ad securitatem solventium fiunt, *L. 1. C. de apochis publicis, X.*

In APOCHIS publicis de soluto requiritur dies, & consul, *ibid.*

Inter APOCHAM & *acceptilationem* hoc interest, quod acceptilatione omnimodo liberatio contingit, licet pecunia soluta non sit; apocha non alias, quam si pecunia soluta sit, *L. 19. §. 1. de acceptil.*

APOCRISARIUS.

Reverendissimi APOCRISARII cujuscunque sanctissimæ ecclesiæ, qui in regia civitate degunt, aut ad beatissimos patriarchas, aut ad metropolitas à suis episcopis ordinati & destinati, neque pro suis episcopis, neque pro causa ecclesiæ, aut pro debito publico aut privato, aliquam conventionem sustineant, nisi mandatum habuerint à suis episcopis, aut œconomis, ut aliquos conveniant, *Nov. 123. c. 25.*

APOSTASIA.

Monachus in APOSTASIA ordinatus, non potest sine dispensatione Papæ in suscepto Ordine ministrare, *c. 6. X. de Apostat.*

Clericus de APOSTASIAE crimine infamatus, compellitur se purgare, *c. 3. X. eod.*

APOSTATA.

APOSTATAE bona publicantur, & fisco applicantur, *L. 1. C. de Apostat.*

APOSTATA non habet facultatem testandi,

ftandi, vel donandi, ipſius bona liberis, deinde agnatis, vel propinquis Chriſtianis deferuntur, *L. 4. C. eod.*

APOSTATAE incarcerari & affligi poſſunt, ut habitum reaſſumant, *c. 5. X. de Apoſtat.*

APOSTATAE ad Clericatus officium non admittantur, *c. 69. diſt. 50.*

Omnis APOSTATA refutandus eſt ante reverſionem ſuam, non in accuſatione recte agentium, aut teſtimonio ſuſcipiendus eſt, *c. 2. q. 4. cauſ. 3.*

Transgreſſores ſponte legis ſuæ, ejusque violatores, & recedentes, APOSTATAE nominantur, *ibid.*

APOSTOLI.

APOSTOLI dicuntur literæ dimiſſoriæ, quas judex, à quo appellatur, mandat judici cogni turo de cauſa appellationis, *L. 1. pr. de libell. dimiſſ.*

Senſus APOSTOLORUM talis eſt, appellaſſe (puta) Lucium Titium à ſententia illius, quæ inter illos dicta eſt, *d. L. 1. §. 1. eod.*

APOSTOLI petuntur inſtanter & ſæpius, *L. 1. §. 2. eod.*

APOSTOLOS qui morte præventus intra certum tempus offerre judici non potuit, ab appellationis deſertæ pœna excuſatur, *L. 5. C. de appellation.*

Iudex debet APOSTOLOS, etiam non petenti dare, *L. 6. §. 6. C. eod.*

Si plures ſint judices à quo, APOSTOLI poſſunt peti ſeparatim, *Clem. 1. de appell.*

Sufficit APOSTOLOS peti uno contextu ſæpius & inſtanter, ad quos recipiendos, ſi Iudex certum terminum ſtatuat, appellans illos non petens in termino, appellationi renunciat, *Clem. 2. eod.*

Si Iudex requiſitus non tradit APOSTOLOS, & poſtea procedit in cauſa, non valet proceſſus, niſi renunciatum fuiſſet appellationi, *c. 4. de appellation. in 6.*

Appellans ad Papam in judicio, vel extra, appellare debet in ſcriptis, & cauſam exprimere, & APOSTOLOS petere, *c. 1. eod.*

APPARITOR.

APPARITORES, licet abſentes, de venali perfidia debent damnari, *L. 21. C. de pœnis.*

APPARITORES, qui in officio magiſtrorum equitum ac peditum militiam ſortiti ſunt, ordinis ſint militaris, *L. 2. C. de apparitor. XII.*

APPARITORES magiſteriæ poteſtatis eſſe non poſſunt, qui curiales, vel cohortales vel cenſibus adſcripti, *L. 3. C. eod.*

APPARITORES proconſulis & legatorum debent eſſe quadringenti, *L. 2. C. de apparitor. proconſ. 12.*

APPARITORES ſexcentos Comes orientis habuit, *L. un. C. de apparit. com. orient. XII.*

APPELLARE.

APPELLARE eſt blanda oratione alterius pudicitiam adtentare, hoc enim non eſt convicium facere, ſed adverſus bonos mores adtentare, *L. 15. §. 20. de injuriis* &c.

Aliud eſt APPELLARE, aliud adſectari, *d. L. 15. §. 21. eod.*

APPELLAT, qui ſermone pudicitiam adtentat, *ibid.*

APPELLARE.

APPELLANDI uſus quam ſit frequens, quamque neceſſarius, nemo eſt, qui neſciat, *L. 1. pr de appellat.*

APPELLARE ab ipſo Principe ad eundem Principem licet, *d. L. 1. §. 1. eod.*

Si quis apud acta APPELLAVERIT, ſatis erit, ſi dicat, APPELLO, *L. 2. eod.*

A Principis reſcripto obreptitio, & ejus executione poſſumus APPELLARE, *L. 1. §. 1. eod.*

Omnium APPELLANTIUM nomen,

 non

non eorum, contra quos appellatur, in libello appellatorio esse oportet, *L. 3. §. 2. & 3. eod.*

APPELLANS potest à causa appellationis, quam certam dixerit, discedere, & aliam causam allegare, *L. 3. §. 3. eod.*

Ab executore sententiæ APPELLARE non licet, *L. 4. pr. eod.*

Alio condemnato is, cujus interest, APPELLARE potest, *d. L. 4. §. 2. eod.*

A sententia inter alios dicta APPELLARI non potest, nisi ex justa causa, *L. 5. pr. eod.*

Quando viva voce APPELLATUR, statim & judice pro tribunali sedente *appellari* debet, alias nullius esset momenti appellatio, *L. 5. §. 4. eod.*

Duplex APPELLANDI modus est, unus *voce*, alter *scriptis* perficitur, *ibid.*

Ei, qui ad supplicium ducitur, APPELLARE permittitur, *L. 6. eod.*

Humanitatis ratione receptum est, ut quis pro damnato APPELLARE possit, *ibid.* & *L. 29. C. de appell.*

APPELLANTI nihil obest, quod in libellis, à qua parte sententiæ *appellaret*, non significavit, *L. 13. pr. eod.*

Servi APPELLARE non possunt, *L. 15. eod.*

APPELLARE quis potest, per se, vel per procuratorem, vel defensorem, vel curatorem, vel tutorem, *Nov. 23. c. 1.*

A sententia judicis APPELLANDUM intra decem dies, sive propria sit, sive aliena causa, *ibid.*

APPELLARI non solet à pari ad parem, *d. Nov. 23. c. 4.*

Intra biduum (*de jure veteri*) APPELLANDUM, *L. 20. §. 1. de appell.* & *L. 1. §. 5. quando appell.*

Militibus APPELLANDI tempora non remittuntur, *L. 20. §. 2. eod.*

A Principe APPELLARE fas non est, cum ipse sit, qui provocatur, *L. 1. §. 1. à quib. app.*

APPELLARI à legatis Proconsul potest, *L. 2. quis à quo appell.*

APPELLANDI necessitas remittitur nominatis ad tutelam curationemve, *L. 1. §. 1. quando appell.*

Non solent audiri APPELLANTES, nisi hi, quorum interest, vel quibus mandatum est, vel qui negotium alienum gerunt, quod mox ratum habetur, *L. 1. pr. de appell. recip.*

Intra triduum APPELLARE licet ei, qui de suspecto tutore egit, victusque appellat, *L. 3. de appell. recip.*

Si res dilationem non recipiat, APPELLARE non permittitur, *L. 7. pr. eod.*

Si res dilationem non recipiat, non permittitur APPELLARE, e. g. ne testamentum aperiatur, &c. *L. 7. pr. eod.*

A Venditore pignorum non potest APPELLARI, *d. L. 7. §. 2. eod.*

Accusatus de majori crimine, APPELLANS impedit executionem sententiæ latæ in minori crimine, *L. un. §. 5. nihil. innov. appell. interpos.*

Si, qui ad munera publica nominati APPELLAVERINT, nec causas probaverint, scient ad periculum suum pertinere, si quid damni per moram appellationis reipublicæ acciderit, *L. 1. si tut., vel curat. magistr. creat. appell.*

Si quis APPELLAVERIT à judice, apud eundem alias causas, si quas habet, compellitur agere, *L. un. apud eum, à quo appell.*

A nominatione duumviri (cui jus est nominare ad munera) APPELLATUR ad præsidem, *L. 5. C. de appellat.*

Iudex APPELLANTI injurius esse non debet, *L. 12. C. eod.*

Illico APPELLARI potest sine libello, viva voce, *L. 14. C. eod.*

A de-

A delegato principis poteſt APPELLARI, licet repræſentet imaginem principis, à quo *appellari* non poteſt, *L. 16. C. eod.*

A Prætore ad Præfectum urbi appellatur, *L. 17. C. eod.*

A quorum ſententiis APPELLARE licet, vel non, *L. 19. C. eod.*

Et in majoribus, & in minoribus negotiis APPELLANDI facultas eſt, *L. 20. C. eod.*

Ab executione ſententiæ non APPELLATUR, *L. 21. C. eod.*

A ſententia lata fiſci nomine APPELLARI poteſt, *L. 22. C. eod.*

Quibus ex provinciis APPELLETUR ad Præfectum urbis, *L. 23. C. eod.*

A Procuratore Cæſaris ad Præfectum prætorio APPELLATUR, *L. 26. C. eod.*

Ab electione & nominatione invalida APPELLARE non eſt neceſſe, *L. 27. C. eod.*

Ad Principem non APPELLATUR omiſſo medio, *L. 29. C. eod.*

APPELLATUR à duce ad magiſtrum officiorum & quæſtorem ſacri palatii, *L. 38. C. eod.*

APPELLARE à Præſide vel ſpectabili judice licet intra ſex menſes, ut qui ab eis appellet, ſex menſium diem habeat, *L. 2. C. de tempor. & reſtit. appell.*

Ei, qui APPELLAT, impertitur annus, intra quem ſecundum ſe communiterve cum adverſario litem exequatur, aut ſi juſta cauſa interceſſerit, alius annus indulgeatur, quo tranſacto lite non completa, rata manet ſententia, *Auth. Ei, qui C. eod. Nov. 49. in pr.*

Iuri APPELLANDI poteſt pacto renunciari, *L. 5. §. 6. C. eod.*

Contumax non auditur APPELLANS, *L. 1. C. quorum appellat.*

Convictus & ſponte confeſſus non APPELLAT, *L. 2. C. eod.*

Convictus non confeſſus, aut confeſſus quidem, ſed vi tormentorum, APPELLAT, *ibid.* & *L. 244. de V. S.*

Ab executione & executore, niſi modum excedat, non APPELLATUR, *L. 5. C. eod.*

Ante ſententiæ tempus, & ordinem eventus, nec à Diſcuſſore, nec à Rationali APPELLARI liceat, *L. 7. C. eod.*

Publicus debitor, manifeſte convictus non APPELLAT, *L. 8. C. eod.*

APPELLANTIUM uno defuncto, non reſiduum tantum temporis heredes ejus habeant, ſed etiam alios quatuor menſes, *L. 6. C. ſi pendente appell. mors interv.*

Qui propter timorem vanum omittit APPELLARE, videtur ſententiæ acquieſcere, *L. 2. C. de his, qui per metum judic. non appell.*

Si in una eademque cauſa unus APPELLAVERIT, ejusque juſta appellatio pronunciata eſt, ei quoque prodeſt, qui non appellaverit, *L. 2. C. ſi unus ex pluribus appell.*

APPELLARE tertio in una eademque cauſa non licet, *L. un. C. ne liceat in una eademque cauſa tertio*, &c.

A ſpectabilibus ad illuſtriſſimum P. Præt. appellatur, *Nov. 23. c. 4.*

APPELLARI non poteſt à tutela vel cura, niſi per judicem legitima excuſatio non ſit admiſſa, *L. 13. pr. de excuſ.*

A correctione legitima non APPELLATUR, niſi modus excedatur, *c. 3. X. de Appellat.*

Etiam pro minoribus, ſeu levioribus cauſis APPELLARI poteſt, *c. 11. X. eod.*

Conventus ſuper injuria Clerici, vel ſuper

super adulterio, APPELLARE potest, nisi sit notorius, *c. 13. X. eod.*

Lapsus biennii præjudicat APPELLANTI, quo minus ex causa legitima audiatur, saltem per beneficium restitutionis in integrum, *c. 8. X. eod.*

Coram Iudice à quo APPELLAVI in una causa, possum in alia conveniri, nisi eum recusem ut suspectum, *c. 6. X. eod.*

A civili Iudice, qui non est de temporali jurisdictione Ecclesiæ, non APPELLATUR ad Papam, *c. 7. §. 1. X. eod.*

Secundum canones APPELLATUR etiam ante sententiam, secundum leges non; nisi in quibusdam casibus, *c. 12. X. eod.*

APPELLANS ab Ordinario in una causa, in aliis coram eo respondere tenetur; potest tamen eum recusare ut suspectum, nisi conveniatur de crimine manifesto, & in quo non cadit excusatio nec suspicio, ut quia imponitur pœna juris surgens ipso facto, *c. 24. X. eod.*

A Iudice jurisdictionem exequente non APPELLATUR, *c. 29. X. eod.*

Si APPELLANS, qui non prosequitur, redit ad Iudicem à quo, & iterum gravatur, non obstante prima desertione, potest *appellare*, *c. 39. X. eod.*

APPELLARI potest, si locus non tutus partibus assignatur, etiamsi sit scriptum, appellatione remota, *c. 47. X. eod.*

Ab eadem sententia ab eodem tertio APPELLARI non licet, *c. 65. X. eod.*

Si is, qui desiit esse tutor, nomine pupilli convenitur invitus, poterit APPELLARE, *c. 67. X. eod.*

Nullus homicida, veneficus, maleficus, adulter de violentia convictus APPELLARE potest, *c. 12. q. 6. caus. 2.*

Clericus ad Iudicem Laicum ne APPELLET, *in prin. & seq. q. 5. caus. 21.*

Injuste APPELLANS omnino puniendus est, *c. 27. q. 6. caus. 2.*

APPELLARE non licet ab his, ad quos provocatum fuerit, *c. 39. q. 6. caus. 2.*

Ante datam sententiam licet alicui APPELLARE, *c. 21. q. 6. caus. 2.*

Romanam sedem APPELLET, qui judicem suspectum habet, *c. 16. q. 6. caus. 2.*

Quisquis pulsatus fuerit, Apostolicam sedem APPELLET, *c. 4. q. 6. caus. 2.*

APPELLANTEM non debet afflictio ulla, aut detentionis injuriare custodia, *c. 2. q. 6. caus. 2.*

Omnes Episcopi in gravioribus causis pulsati, libere Apostolicam APPELLENT sedem, atque ad eam, quasi ad matrem confugiant, *c. 5. q. 6. caus. 2.*

Ad Romanam Ecclesiam, quasi ad matrem APPELLETUR ab omnibus, *c. 8. q. 6. caus. 2.*

Quoties aliquis APPELLAVERIT, audientia sibi non denegetur, *c. 9. q. 6. caus. 2.*

Cum possessor APPELLAT, dum eventus causæ dubius est, possessionis fructus sequestrentur, *c. 26. q. 6. caus. 2.*

Manifestus usurarius APPELLANS ad subterfugiendum restitutionem audiendus non est, *c. 11. X. de usur.*

Ab Arbitris Iuris APPELLATUR ad Papam, *c. 11. de offic. & potest. judic. deleg.*

APPELLANS ad Papam in judicio, vel extra, *appellare* debet in scriptis & causam exprimere & apostolos petere, *c. 1. de appellat. in 6.*

De Officiali Episcopi non ad Episcopum, sed ad Archiepiscopum APPELLATUR, *c. 3. pr. eod.*

De subdito Episcopi ad ipsum, non ad Archiepiscopum APPELLATUR, nisi

nisi aliud esset de consuetudine, *ibid.* §. 1.

Archiepiscopus APPELLANTEM in aliis causis, à jurisdictione Episcopi non potest eximere, *ibid.* §. 7.

Ab Episcopis in causis, quibus jurisdictionem temporalem habent, de jure debet ad Archiepiscopum APPELLARI, nisi speciale jus aliud inducat, *ibid.* §. 8.

Si APPELLANS intra triginta dies, instanter non petit apostolos, appellationi renunciat, *c.* 6. *eod.*

Qui APPELLAT extra judicium, intra decem dies, ex quo scivit gravamen, *appellare* debet, *c.* 8. *eod.*

A collatione Capituli ad Episcopum APPELLATUR, si ut Canonicus interfuit, secus si ut Prælatus, *c.* 11. *eod.*

Tres sunt casus, quibus APPELLANS non habens apostolos, appellationem prosequi potest, *Clement.* 2. §. 1. *de appell.*

APPELLANS prosequi & finire tenetur appellationem extrajudicialem intra annum à die interpositæ appellationis, vel illati gravaminis, quo non facto (impedimento justo cessante) appellatio est deserta, *c.* 3. *eod.*

APPELLANTI ab interlocutoria vel à gravamine Iudicis, non licet alias causas prosequi, quam in appellatione sua nominatim duntaxat expressas, *c.* 5. *eod.*

APPELLARI potest à sententia arbitri electi ad probandum, vel improbandum fidejussores, sicut à sententia judicis, *L.* 9. *qui satisd. cog.*

A sententia arbitri non APPELLATUR, *L.* 1. *C. de recept. arbitr.* & *L.* 32. §. 14. *eod.*

APPELLATIO.

APPELLATIO introducta, ut sententia iniquitate vel imperitia lata corrigatur, *L.* 1. *pr. de appell.*

APPELLATIO in re aperta supervacua est, *L.* 12. *eod.*

An APPELLATIONE pendente aliquid novi fieri possit, *L.* 16. *eod.*

APPELLATIO ad Principem mediis omissis non admittitur, *L.* 21. *pr. eod.*

Sequestratio fructuum APPELLATIONE pendente peti potest, justa nimirum de causa, *d. L.* 21. §. 3. *eod.*

APPELLATIO in propria causa intra biduum, in aliena intra triduum ex die sententiæ fit, *L.* 10. §. 11. *eod.*

APPELLATIONE interposita, sive recepta sit, sive non, debet officium judicis conquiescere, & attentata per superiorem revocari, *L.* 5. *pr. &c. de appell. recip.*

Post APPELLATIONEM interpositam literæ dandæ sunt ab eo, à quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est, sive Principem, sive quem alium, *L.* 1. *de libell. dimissor.*

APPELLATIONE interposita, sive ea recepta sit, sive non, medio tempore nihil novari oportet, *L.* 1. *pr. nihil innov. appell. interpos.*

Recepta APPELLATIONE tamdiu nihil erit innovandum, quamdiu de appellatione fuerit pronunciatum, *d. L.* 1. §. 1. *eod.*

APPELLATIONE interposita, appellationis status integer manere debet, *L.* 1. §. 3. *eod.*

APPELLATIONEM peragit, qui ad finem usque perducit, *L.* 1. *pr. si pendente appell. mors interv.*

APPELLATIO vim etiam suam exerit adversus sententiam rescripto Principis accommodatam, *L.* 2. *C. de appell.*

APPELLATIONE interposita suspenditur jurisdictio judicis, à quo appellatum est, & sic interim nihil innovandum, *L.* 3. *C. eod.*

APPELLATIONE interposita, lis in suo statu perdurat, *ibid.*

APPELLATIONIS interponendæ decennium, i. e. decem dierum spatium datur, à die scientiæ, *Auth. Hodie autem C. eod.*

Cautio APPELLATIONIS exercendæ hodie sublata, *L. 6. §. 6. C. eod.*

Deserta APPELLATIONE sententia datur executioni, nisi sit interim transactum, *L. 8. C. eod.*

APPELLATIONEM procuratore interpositam dominus exequi potest, *L. 9. C. eod.*

APPELLATIO habetur pro deserta, si reus intra legitimum tempus apostolos non petit, *L. 18. C. eod.*

APPELLATIO in qualibet causa permissa est, *L. 20. C. eod.*

Iudex hodie APPELLATIONEM non recipiens damnum litis sustinet, & præterea decem libris auri multatur, *L. 21. C. eod. Nov. 126. c. 3.*

APPELLATIONEM revocare licet, *L. 28. C. eod.*

Iudex APPELLATIONIS etiam in criminalibus, suam exequitur sententiam, *L. 29. C. eod.*

Tempus exercendæ APPELLATIONIS interpositæ a nominatione ad munera, est duorum mensium à tempore scientiæ, *L. 1. C. de tempor. & reparat. appell.*

Tempus exercendæ & finiendæ APPELLATIONI, annuum est, nisi impedimentum aliquod subsit, tunc enim biennii est, *Auth. Ei, qui appellat. C. eod.*

Ad APPELLATIONEM exercendam post tempora statuta, non conceduntur alia, *L. 3. C. eod.*

APPELLATIO à definitiva novis ex causis & probationibus defendi potest, *L. 4. C. eod.*

Tempus APPELLATIONIS inchoandæ variatur ex diversitate judicum & locorum, *L. 2. & 5. C. eod.*

Omnis instantia APPELLATIONIS transit ad *appellatoris* heredes, *L. 1. C si pendente appell.*

Vltra tempus, quod datur ad prosequendam APPELLATIONEM, dantur heredi appellantis quatuor menses, *L. 6. C. eod.*

Mortua ancilla pendente APPELLATIONE, licet quæstio proprietatis ejus evanuerit, durat tamen lis peculii ejus, *L. 5. C. eod.*

Si quis APPELLATIONEM introduxerit, & deinde arbitrum compromissarium elegerit cum adversario suo, non excluditur venire iterum ad appellatorium judicium, quamvis biennium fuerit transactum, *Nov. 93. c. 1.*

APPELLATIO generalis, respectu causæ non valet, *c. 2. X. de appell.*

Generalis & vaga APPELLATIO respectu cujuslibet gravaminis non valet, si restricta ad certam causam sit, *c. 18. X. eod.*

APPELLATIO frivola non excusat inferiorem, quo minus teneatur obedire, & ut de contemptu puniatur, nisi innocentiam suam aliter purget, *c. 19. X. eod.*

Qui non detulit APPELLATIONI interpositæ ad Papam, mittitur cum literis Ordinarii ad curiam puniendus, *c. 31. X. eod.*

Contra Constitutiones regulares APPELLATIO Religiosum non defendit, *c. 32. X. eod.*

Sententia interdicti non suspenditur per APPELLATIONEM sequentem, *c. 37. X. eod.*

Non tenetur Iudex vel adversarius deferre APPELLATIONI, cui non detulit appellans, *c. 42. X. eod.*

Si APPELLATIO recipitur à Iudice, vel approbatur à parte, terminus ad eam

eam prosequendam præfixus obtinet vicem peremptorii, ut in absentem procedatur, ac si peremptorie fuisset citatus, nec talis terminus præveniri poterit ab aliqua partium, *c. 44. X. eod.*

APPELLATIONE deserta per negligentiam appellantis, potest Iudex ex officio procedere in casibus, in quibus ejus officium exuberat, *c. 45. X. eod.*

Iudex à quo non potest statuere terminum ad finiendam APPELLATIONEM, quod si fecerit, intelligitur statuisse ad se præsentandum, *c. 50. X. eod.*

Per clausulam, APPELLATIONE remota, inhibetur omnis *appellatio*, quæ à jure non indulgetur expresse, *c. 53. X. eod.*

APPELLATIO omisso medio Iudice interposita, causam non devolvit exceptione opposita, *c. 66. X. eod.*

Ad justificandam APPELLATIONEM ex causa interpositam, probare oportet causæ veritatem coram Iudice ad quem, nisi fuerit coram Iudice à quo oblata probatio & rejecta, *c. 70. pr. X. eod.*

APPELLATIO unius prodest alteri, si communi jure juvetur, & idem sit negotium, & eadem defensionis causa, & sint eadem sententia condemnati, alias secus, *c. 72. X. eod.*

Valet APPELLATIO in scriptis porrecta, licet coram Iudice non legatur, *c. 9. de appell. in 6.*

Per APPELLATIONEM interpositam à definitiva, revocari potest interlocutoria principali negotio præjudicans, *c. 12. eod.*

Valet APPELLATIO coram majore parte plurium Iudicum, *Clemen. 1. de appell.*

Persecutio APPELLATIONIS desertæ non impedit, quin sententia censeatur in rem judicatam transivisse, *c. 6. eod.*

Tempus ad prosequendam APPELLATIONEM, ab homine vel à jure præfixum, non currit appellanti compromisso durante, vel de partium expresso consensu, nisi periculo imminente ex mora Iudex aliud decernat, *c. 4. eod. Auth. Si tamen. C. de appell.*

APPELLATIONEM in causa capitali, vel status interpositam, per procuratorem exequi non licet, *c. 40. q. 6. caus. 2.*

Cum per APPELLATIONEM sententia solvitur, non debet obesse ei, qui non iniquo animo judicavit, *c. 37. q. 6. caus. 2.*

Causæ vitiatæ remedium APPELLATIONIS subveniat, *c. 1. q. 6. caus. 2.*

De causa APPELLATIONIS cognoscere non licet, nisi ei, ad quem appellatur, *c. 11. q. 6. caus. 2.*

Ante exitum causæ per APPELLATIONEM recedere licet, *c. 18. q. 6. caus. 2.*

Non denegatur APPELLATIO ei, quem in supplicium sententia destinavit, *c. 20. q. 6. caus. 2.*

Intra decem dies remedium APPELLATIONIS conceditur, *c. 28. q. 6. caus. 2.*

APPELLATIO non excusat aliquem à perjurio, *c. 17. X. de jurej.*

APPELLATOR.

APPELLATORE defuncto, siquidem sine herede, cujuscunque generis appellatio fuit, evanescit, *L. 1. pr. si pendente appell.*

Heres APPELLATORIS non est cogendus appellationis causam persequi, si nullius privati intersit causas appellationis reddi, *ibid.*

APPELLATORE in biennio causam derelinquente conceditur victori, cum unus mensis superest causam prosequi, ut sententia firmetur, vel infirmetur

^

metur in utroque casu *appellatorem* in expensis condemnando, neutro tamen; prosequente sententia remanet firma, his obtinentibus in causis futuris, & etiam pendentibus nondum finitis, *Auth. Ei, qui. C. de temp. appell. Nov. 49. in pr.*

APPELLATORIVS *libellus.*

APPELLATORII libelli ita sunt concipiendi, ut habeant scriptum, & à quo dati sint, h. e. qui appellet, & adversus quem, & à qua sententia, *L. 1. §. 4. de appell.*

APPELLATORII libelli debent continere necessaria, nec debent esse verbosi, nec continere superflua, & contrafacientes arbitrio judicis puniuntur, *L. f. §. 1. C. de appell.*

APVD.

APVD te est, quod qualiter qualiter à te teneatur, *L. 63. de V. S.*

AQVA.

AQVA, si in partem aquagii influxit, etiamsi non ad ultima loca pervenit, omnibus tamen partibus usurpantur, *L. 9. quemad. servit. amitt.*

Si is, qui nocturnam AQVAM habet, interdiu per constitutum ad amissionem tempus usus fuerit, amisit nocturnam servitutem, qua usus non est, *L. 10. §. 1. eod.*

Si quis alia AQVA usus fuerit, quam de aqua in servitute imponenda actum est, servitus amittitur, *L. 18. pr. eod.*

AQVA si per eundem rivum ad plura prædia ducitur, plures servitutes sunt, & potest una amitti, altera remanere, & quid unus perdit, alteri non accrescit, *L. 16. eod.*

AQVA ex flumine publico ad irrigandos agros secundum modum possessionum dividi debet, nisi proprio jure, i. e. privilegio, vel consuetudine immemoriali plus sibi licere ostenderit, *L. 17. de S. P. R.*

AQVA ex flumine publico non potest duci cum injuria alterius, *ibid.*

AQVAE divisio fit ad mensuram prædii dominantis non inspecta partium bonitate & necessitate, *L. 25. eod.*

AQVA profluens (significat fluminis decursum) *§. 1. de R. D.*

AQVA viva est portio agri, *L. 11. pr. quod vi aut clam.*

AQVAS spurcans, fistulas, lacus, aut aliquid aliud ad injuriam publicam contaminans extra ordinem punitur, *L. 1. §. 1. de extraord. crimin.*

AQVARVM possessores, per quorum fines formarum meatus transeunt, ab extraordinariis oneribus volumus esse immunes, *L. 1. C. de aquaductu, XI.*

AQV[illegible]VM publicarum custodes (qui *hydrophylaca* vocantur) de nomine principis signantur in manibus, ut recognoscantur, & non trahantur ad alium usum, neque tenentur ad angaria, neque ad perangaria, & si aliquis eorum decesserit, in ejus locum alius est subrogandus cum impressione dictorum signorum, *L. 10. C. eod.*

Avertens AQVAM de publico aquæductu, debet ipsam ducere per castellum, vel alium parvum foramen, ne matrices fistulæ corrumpantur, *L. 3. C. eod.*

Ex flumine AQVAM ducere plures possunt, ita tamen, ut vicinis non noceant, *L. 3. §. 1. de aqua quotid.*

AQVA, quæ in rivo nascitur, tacite lucrifit ab eo, qui ducit, *d. L. 3. §. 3. eod.*

AQVAM coërcere est eam detinere, ne defluat, neve dilabatur, *L. 1. §. 9. de fonte.*

AQVAM nemo ducere potest ex alieno fonte citra voluntatem ejus, qui fundi dominus est, *L. 4. C. de servit.*

AQVAE concessæ modum eam ducendo

do excedere non debemus, *L. 12. eod.*

Per AQVAM baptismi de terreno fit homo cœlestis, *c. 9. dist. 4. de consec.*

AQVAM sale conspersam populis benedicimus, ut ea cuncti aspersi sanctificentur, & purificentur, *c. 20. dist. 3. de consec.*

AQVAE ferventis & ferri candentis purgatio non debet fieri, *c. 9. X. ne Clerici vel &c.*

AQVA vera de latere Christi exivit, *c. 8. X. de celebr. miss.*

AQVA *æstiva.*

AQVA *æstiva* est, qua æstate sola uti expedit, *L. 1. §. 3. de aqua quotid.*

AQVA *æstiva* ob res duas maxime appellatur, sc. ob naturam suam, & utilitatem fundi dominantis, *L. 6. eod.*

AQVA *æstiva* ex proposito utentis, & ex natura locorum à *quotidiana* discernitur, *L. 1. §. 3. eod.*

AQVA *pluvia.*

Si cui AQVA *pluvia* damnum dabit, actione aquæ pluviæ arcendæ avertetur aqua, *L. 1. pr. de aqua & aqua pluvia &c.*

AQVA *pluvia* dicitur, quæ de cœlo cadit, atque imbre excrescit, *ibid.*

AQVA *pluvia* vocatur cœlestis aqua, *ibid.*

Nihil refert, an AQVA *pluvia* per se noceat, an cum alia mixta sit, *ibid.*

AQVA *quotidiana.*

AQVA *quotidiana* non illa est, quæ quotidie ducitur, sed ea, qua quis quotidie possit uti, si vellet, *L. 1. §. 2. de aqua quotid.*

AQVA *quotidiana* ea est, quæ duci assidue solet vel æstivo tempore, vel hyberno, etiam si aliquando ducta non est, *d. L. 1. §. 3. eod.*

AQVÆDVCTVS.

Si diurnarum aut nocturnarum horarum AQVAEDVCTVM habeam, non possim alia hora ducere, quam qua jus habeam ducendi, *L. 11. de aqua quotid.*

AQVAEDVCTVS est jus aquam ducendi per fundum alienum, *L. 1. pr. de S. P. R. pr. I. de S.*

AQVAEDVCTVS, & *haustus aquæ*, per eundem locum ut ducatur, etiam pluribus concedi potest; potest etiam, ut diversis diebus vel horis ducatur, *L. 2. §. 1. eod.*

AQVAEDVCTVM habens tantum noctis tempore, si usus sit per decem annos in die, & non in nocte, amittit servitutem, *L. 10. §. 1. quemad. servit.*

De AQVAEDVCTV publico non licet aquam derivare, nisi per Principis rescriptum concedatur, *L. 11. C. de aquæductu XI.*

Præfectus convertens aurum AQVAEDVCTVI deputatum ad aliud opus, de suo resarcire tenetur, *L. 8. C. eod.*

Ad AQVAEDVCTVS pecuniam largiebantur sæpius Consules, *d. L. 8. C. eod.* *L. 2. & 3. C. de consul. XII.*

Qui beneficium ducendi aquam ex publico AQVAEDVCTV impetravit, debet illud intimare Præfecto, & non alii, *L. 5. C. de aquæd. XI.*

AQVÆ *haustus.*

Si is, qui AQVAE *haustum* habet, per tempus, quo servitus amittitur, ierit ad fontem, nec aquam hauserit, iter quoque amittit, *L. 17. quemad. serv.*

Qui habet AQVAE *haustum*, iter quoque habere videtur ad hauriendum, *L. 3. §. 3. de S. P. R.*

ARARE.

ARANS vi, aut clam in fundo alicujus tenetur interdicto, quod vi aut clam, perinde, ac si in eo fecisset fossam, *L. 22. §. 1. quod vi aut clam.*

ARBITER.

ARBITER potest etiam infamis esse, *L. 7. pr. de recept. qui* &c.

ARBITER potest esse libertinus, *ibid. c. 2. §. 19. q. 7. caus. 3.*

ARBITER esse non potest servus, *ibid. d. c. 2. §. 19. q. 7. caus. 3.*

Filiusfamilias de re patris Iudex esse potest, ergo ARBITER, *L. 6. eod. c. 2. §. 18. q. 7. caus. 3.*

ARBITRI conditio non inspicitur tempore compromissi, *L. 9. pr. eod.*

ARBITER est, qui inter partes judicis officium assumit, finemque sua sententia controversiis impositurum pollicetur, *L. 13. §. 2. eod.*

ARBITER ex compromisso his diebus non cogitur sententiam dicere, quibus Iudex non cogetur, *d. L. 13. §. 3. eod.*

ARBITER non dicitur ille, qui amicabiliter componit, sed *arbitrator* dicitur, *L. 13. §. 2. eod.*

ARBITER si erraverit in sententia dicenda, corrigere eam non potest, *L. 20. eod.*

ARBITRI plures si receperint arbitrium, nullus solus cogi potest sententiam dicere, sed aut omnes aut nullus, *L. 17. §. 2. eod.*

ARBITER potest solutioni diem statuere, *L. 21. §. 2. eod.*

ARBITER ad ferendam sententiam non compelletur, *L. 48. eod.*

Si quis de re sua ARBITER factus sit, sententiam dicere non potest, *L. 51. eod.*

Adversus sententiam ARBITRI fit, si petatur ab eo, à quo *arbiter* peti vetuit, *L. 29. eod.*

ARBITER non cogitur sententiam dicere, si partes ierunt ad alium judicem, vel arbitrum, & mox ad eundem arbitrum redierunt, *L. 11. pr. eod.*

ARBITER sententiam dicere non cogitur, nisi intervenerit compromissum, *d. L. 11. §. 1. eod.*

ARBITER ex compromisso infamiam non facit, quia non per omnia sententia est, *L. 13. §. 5. de his qui not. infam.*

ARBITER nihil extra compromissum facere potest, *L. 32. §. 21. eod.*

ARBITER de feudo cognoscit, *II. F. 34. §. si autem.*

ARBITRI sunt, qui cum consensu litigantium in Iudices eliguntur, in quos compromittitur, ut eorum sententiæ stetur, *c. 33. q. 6. caus. 2.*

Nullus ARBITER esse potest in ea causa, in qua est Iudex, *c. 2. §. 19. q. 7. caus. 3.*

ARBITRI sunt in dispari numero assumendi, & eis discordantibus statur sententiæ majoris partis, *c. 1. X. de arbitr.*

ARBITER non habet potestatem judicandi ultra comprehensa in compromisso; ideo coram eo non fit reconventio, *c. 6. X. eod.*

ARBITRI assumi non possunt in causis majoribus, puta matrimoniali, liberali, criminali, cum hæc majores Iudices exigant, *c. 9. X. de in integr. restit.*

ARBITER assumptus in patrimoniali causa Clerici, non potest adjudicare rem Ecclesiæ possidendam, etiam ad vitam, *c. 3. X. de arbitr.*

Si ex tribus ARBITRIS duo concordant in summa, tenet illorum sententia; si omnes discordant, tenet sententia de summa minori, *c. 1. de arbitr. in 6.*

Si ex tribus ARBITRIS unus nolit examinando vel definiendo negotio interesse, duo procedere poterunt, ac si ille præsens esset, *c. 2. eod.*

Ab ARBITRIS juris appellatur ad Papam, *c. 11. de offic. & potest. deleg. in 6.*

ARBI-

ARBITRORUM duo sunt genera, *L. 76. pro socio.*

Sententiæ ARBITRI omnino est parendum, *ibid.*

ARBITRATOR.

ARBITRATORIS sententiæ stari non est necesse, cum possit reduci ad arbitrium boni viri, *L. 76. pro socio.*

ARBITRATORIS sententia inqua reducitur ad arbitrium boni viri, *L. 79. eod.*

ARBITRIUM.

ARBITRIUM semel receptum *arbiter* sua voluntate repudiare non potest, *L. 3. §. 1. de receptis* &c.

ARBITRIUM recipere neminem cogit Iudex, quoniam hoc liberum, & solutum, ac extra necessitatem jurisdictionis est positum, *ibid.*

Si quis Iudex sit, ARBITRIUM recipere ejus rei, de qua Iudex est, inve se compromitti jubere prohibetur lege Iulia, *L. 9. §. 2. eod.*

Recepisse ARBITRIUM videtur, qui Iudicis partes suscepit, finemque se sua sententia controversiis impositurum pollicetur, *L. 13. §. 2. eod.*

ARBITRIO alterius permitti non potest heredis institutio, *L. 32. pr. de hered. instit.*

In ARBITRIUM tertii potest conferri declaratio quantitatis pretii, *§. 1. de emptione* &c.

Nullum est ARBITRIUM seu arbitramentum continens peccatum per partes non remissibile, *c. 2. X. de arbitr.*

ARBITRIUM non transit ad successorem, *c. 42. X. de offic. deleg.*

ARBITRIO Superioris puniri debet Litigator temere contradicens Iudici, coram quo litigat, *c. 11. X. de pœnis.*

ARBOR.

ARBORIS appellatione etiam vites continentur, *L. 1. §. 3. de arbor. cædend.*

ARBOR ex agro vicini si in meum agrum impendeat, & ille non tollat ramos usque ad quindecim pedes super terram, per interdictum de arboribus cædendis prohibetur ille, ne mihi vim faciat in succidendo ramos per quindecim pedes supra terram, & hoc etiam per legem 12. tab. cautum erat, ne umbra arboris vicino prædio noceret, *L. 1. §. 8. eod.*

Si ARBOR communibus ædibus impendeat, singuli domini habent interdictum de arboribus cædendis, & quidem in solidum, *d. L. 1. §. 5. eod.*

Si ARBOR ex vicini fundo vento inclinata in tuum fundum sit, ex L. XII. Tabb. de adimenda ea recte agere potes, *L. 2. eod.*

Si furtim ARBORES cæsæ sunt, & ex L. Aquilia, & ex XII. Tab. datur actio, *L. 1. arbor. furtim* &c.

Qui ARBORES (sc. *frugiferas*) & maxime vites ceciderunt, puniuntur tanquam latrones, *L. 2. eod.*

Vitem ARBORIS appellatione continetur, *L. 3. pr. eod.*

ARBORES non male dicuntur hæderæ & arundines, *L. 3. §. 1. eod.*

ARBOR non est, quæ radicem nondum egit, *L. 3. §. 3. eod.*

Comprehendere terram ARBOR dicitur, quæ terræ coalescit, *L. 3. §. 4. eod.*

ARBOR est, cujus radices desinunt vivere, *L. 3. §. 5. eod.*

ARBOR radicitus evulsa, si plantari potest, arbor est, *L. 3. §. 6. eod.*

Si plures eandem ARBOREM furtim ceciderint, cum singulis in solidum agitur, *L. 6. pr. eod.*

Si ARBOR in vicini fundum radices porrexit, recidere eas vicino non licebit, *L. 6. §. 2. eod.*

Si radices ARBORIS ex vicini agro aluntur

aluntur, tamen *arbor* ejus est, in cujus fundo origo ejus fuerit, *ibid.*

Furtim cæsæ ARBORES videntur, quæ ignorante domino, celandique ejus causa cæduntur, *L. 7. pr. eod.*

Si quis radicitus ARBOREM evellerit, vel extirpaverit, actione *arborum furtim cæsarum* non tenetur, *L. 7. §. 2. eod.*

Furtim ARBOREM cædit, qui clam cædit, *L. 8. §. 1. eod.*

Si gemina ARBOR esset, & supra terram junctura ejus emineret, una arbor videtur esse, *L. 10. eod.*

ARBOR si ædibus alienis impenderit, tunc præcipitur arborem succidi à stipite, *L. 1. C. de interd.*

ARBOR prope confinium posita, si in vicini fundum radices egerit, communis est, *§. 31. de R. D.* & *L. 7. §. 13. de A. R. D.*

ARBOR nata in ripa fluminis ejus est, cujus prædio ripa adhæret, *L. 30. §. 1. de A. R. D.*

De ARBORE, quæ in alienum agrum translata coaluit, & radices immisit, Varus & Nerva utilem in rem actionem dabant, nam si nondum coaluit, mea esse non desinet, *L. 5. §. 3. de R. V.*

ARCA.

Per ARCAM inclinatam intelliguntur Prælati, qui subditorum culpam misericorditer portant, & eorum infirmitati humiliter compatiuntur, *c. 27. §. 3. q. 7. cauf. 3.*

ARCAM, in qua quis hominem inclusit, si deposuit in templum, ut is post clausum templum de *arca* exiret, & de templo multa subtraheret, & se in *arcam* iterum referret, deportari debet in insulam, *L. 10. §. 1. ad L. Iul. peculatus* &c.

ARCHIATER.

ARCHIATRI (dicuntur *principes medicorum*) ab omni functione, & ab omnibus muneribus vel civilibus vel publicis immunes sunt, *L. 6. C. de professor. X.*

ARCHIATRI scientes annonaria sibi commoda à populi commodis ministrari, honeste obsequi tenuioribus malint, quam turpiter servire divitibus, *L. 9. C. eod.*

ARCHIATRI Comitiva primi ordinis honorati vicariis & ducibus exæquantur, *L. un. C. de comitibus &c. XII.*

ARCHIATRIS, primi & secundi ordinis Comitiva interdum datur, *ibid.*

ARCHICVBERNVS.

ARCHICVBERNVS (i. e. classis Præfectus, omnium gubernatorum primus) *L. 46. ad SC. Trebell.*

ARCHIDIACONVS.

Ad ARCHIDIACONVM spectat custodia vasorum Ecclesiæ, *c. 3. X. de offic. Archid.*

ARCHIDIACONVS de jure communi non potest excommunicare, *c. 5. X. eod.*

ARCHIDIACONVS sine mandato Episcopi non committit curam animarum, *c. 4. X. eod.*

ARCHIDIACONVS semel in anno (nisi necessitas exigat plus) visitat suam provinciam, i. e. Parochiam, *c. 6. X. eod.*

ARCHIDIACONVS non dat Commendatitias ad Ordines, *c. 8. X. eod.*

ARCHIDIACONVS examinat & præsentat Ordinandos & punit Prælatos in sede, *c. 9. X. eod.*

ARCHIDIACONI in monasteriis jurisdictionem non habent, nisi quantum tribuit eis generalis vel specialis consuetudo, *c. 10. X. eod.*

Nullus in ARCHIDIACONVM, nisi Diaconus ordinetur, *c. 2. dist. 60.*

ARCHIDIACONI officium describitur, *c. 1. §. 11. dist. 25.* & *toto tit. X. de offic. Archid.*

ARCHIEPISCOPUS.

ARCHIEPISCOPUS dat feudum, *I. F. 1. pr.*

ARCHIEPISCOPUS Mediolanensis non potest dare in feudum, quod tempore introitus sui in dominico invenerit, *II. F. 35.*

ARCHIEPISCOPUS alienans rem Ecclesiæ suæ debet jurare coram duobus Episcopis majore parte consentiente, debitum existere, neque posse solvi ex mobilibus, *L. 14. pr.* & *Auth. Hoc jus, C. de Sacrosanct. Eccl. Nov. 7. c. 1.*

ARCHIEPISCOPI & Patriarchi debent omnes Episcopos sub se constitutos in eadem provincia semel aut secundo per singulos annos ad se convocare, & omnes causas subtiliter examinare, quas episcopi aut clerici aut monachi adinvicem habeant, easque disponere, & super hoc quidquid extra regulas à quacunque persona delinquitur, emendare, *Nov. 123. c. 10.*

ARCHIEPISCOPUS græco dicitur vocabulo, quod sit summus Episcoporum, tenet enim vicem Apostolicam, & præsidet tam Metropolitanis, quam ceteris Episcopis, *c. 1. §. 3. dist. 21.*

ARCHIEPISCOPUS ab omnibus suæ provinciæ Episcopis ordinetur, *c. 1. dist. 66.*

ARCHIEPISCOPI, & Episcopi ab Imperatore investituram petere debent, *c. 22. dist. 63.*

Nulli ARCHIEPISCOPI Primates vocentur, nisi illi, qui primas tenent civitates, *c. 2. dist. 99.*

ARCHIEPISCOPUS impeditus potest consecrationem sui Suffraganei alteri committere, & Consecrandus tenetur ab illo commissario munus consecrationis recipere, *c. 10. X. de offic. Judic. ordin.*

ARCHIEPISCOPUS causam appellationis ab Episcopo interpositæ non debet committere vel partes citare, nisi in appellatione probabilis causa sit expressa, *c. 3. §. 2. de appell. in 6.*

ARCHIEPISCOPUS appellantem in aliis causis, à jurisdictione Episcopi non potest eximere, *d. c. 3. §. 7. eod.*

ARCHIEPISCOPUS primæ Iustinianæ, nostræ patriæ, habeat semper sub sua jurisdictione Episcopos provinciarum Daciæ mediterraneæ, &c. *Nov. 131. c. 3.*

ARCHIGERONTES.

ARCHIGERONTES, diœcetæque ergasiotanorum non nisi Christiani dirigantur, *L. 5. C. de episcop. aud.*

ARCHIPRESBYTER.

ARCHIPRESBYTERI, qui à pluribus Decani nuncupantur, jurisdictioni Archidiaconi subsunt, *c. 7. §. 2. X. de offic. Archid.*

ARCHIPRESBYTER civitatis subest Archidiacono, & principaliter præest Presbyteris, & Presbyteralibus officiis, *c. 1. X. de offic. Archipresb.*

ARCHIPRESBYTERI officia circa infirmos, pœnitentes, convertendos & infantes exponuntur, *c. 3. X. eod.*

ARCHIPRESBYTER ruralis, Presbyterorum & Laicorum Plebaniæ suæ curam gerit; contra decretum tamen Episcopi nihil ordinare potest, *c. 4. X. eod.*

ARCHIPRESBYTER in præcipuis festivitatibus, aut ipse celebrationem Missæ solenniter impleat, aut ad sui jussionem cui committitur peragat veneranter, *c. 2. §. 3. X. eod.*

ARCHITECTUS.

Adversus ARCHITECTUM, qui fefellit, datur actio, *si mensor* &c. *L. 7. §. 3. si mensor fals.* &c.

ARCHITECTI immunitatem à personalibus muneribus habent, *L. 2. C. de excusat. artific. X.*

ARCHIVUM.

Charta quæ profertur ex ARCHIVO publico, teſtimonium publicum habet. *Auth. Ad hæc, C. de fide inſtrum. Nov. 49. c. 1.*

ARCTATIO *mulieris.*

Propter ARCTATIONEM mulieris, ſi apparet, quod præter divinum miraculum abſque periculo corporali habilis reddi non poteſt, ſeparatur matrimonium, redintegratur tamen, ſi poſtea appareat Eccleſiam fuiſſe deceptam, *c. 6. X. de frigidis* &c.

ARCUS.

Quod ab ARCU mittitur, apud Græcos proprio nomine τόξευμα (i. e. ſagitta vocatur) apud nos (ſc. *Romanos*) autem communi nomine telum appellatur, *L. 233. §. 1. de V. S.*

AREA.

AREA pars eſt ædificii, *L. 20.* §. *2. de S. P. V.*

AREA legata, ſi inædificata medio tempore fuerat, ac rurſus area fit, quamquam tunc peti non poterat, tunc tamen debetur, *L. 79. de legat. 3.*

AREA eſt pars inſulæ, & quidem maxima, cui etiam ſuperficies cedit, *L. 98.* § *8. de ſolut.*

AREA promiſſa, cui ædificium ſuper impoſitum eſt, poteſt peti, licet æſtimatio debeat præſtari, *d. L. 98. §. 8. eod.*

Si AREAE legatæ, poſt teſtamentum factum, ædificium impoſitum eſt, utrumque debebitur, & ſolum & ſuperficium, *L. 39. de legat. 2.*

ARENARIUS.

ARENARII, ſunt qui pugnandi cauſa in arenam deſcendunt, *L. 5. ad SC. Trebell.*

In arenam non damnato, ſed ſua ſponte ARENARIO conſtituto, legitimæ ſucceſſiones integræ ſunt, ſicuti civitas & libertas manet, *L. 11. C. de inoffic. teſtam.*

ARGENTARIÆ.

ARGENTARIAE (i. e. argenti fodinæ) pertinent ad Regalia, *II. F. 56.*

ARGENTARIA (ſc. *menſa*).

Si ſervus ARGENTARIAM faciat, & quidem voluntate domini, compellendus eſt dominus rationes edere, *L. 4. §. 3. de edendo.*

Si ſervus ARGENTARIAM inſcio domino fecerit, dominus jurare debet, rationes ſe non habere, *ibid.*

Is, qui deſiit ARGENTARIAM facere, ad editionem rationum compellitur, *L. 4. §. 4. eod.*

ARGENTARIAE officio depoſito, tenetur quis edere rationes in loco, in quo argentariam exercuit, non alibi, niſi ſumptibus petentis, *L. 4. §. 5. eod.*

ARGENTARIUS.

Fœminæ remotæ videntur ab officio ARGENTARII, cum ea opera virilis ſit, *L. 12. de edendo.*

ARGENTARII ſucceſſores ad rationes edendas cogi poſſunt, *L. 6.* §. *1. eod.*

ARGENTARIUS tenetur edere etiam ſcripturam, in qua continetur conſtitutum, quia conſtitutum dependet ex argentaria, *L. 6* §. *3. eod.*

ARGENTARIUS rationes edere jubetur, nec intereſt, cum ipſo argentario controverſia ſit, an cum alio, *L. 10. pr. eod.*

ARGENTARIUS tenetur edere rationes his, ad quos pertinent, cum die & conſule, *L. 6. §. 6. eod.*

ARGENTARIO, vel ejus ſucceſſori non fit editio rationum, niſi rationes caſu fortuito amiſſæ probentur, *L. 6.* § *9. eod.*

ARGENTARIUS tenetur probare caſum, quando dicit caſu amiſiſſe rationes, *ibid.*

ARGENTARIORUM officium atque miniſterium publicam habet cauſam, *L. 10. §. 1. eod.*

ARGEN-

ARGENTARIORUM principalis opera est, ut actus sui rationes diligenter conficiant, *ibid.*

ARGENTARIUS edere rationem videtur, etiamsi quod reliquum sit apud eum non solvat, *L. 89. §. 2. de V. S.*

ARGENTUM.

ARGENTI appellatione etiam factum argentum comprehenditur, *L. 78. §. 4. de legat. 3.* & *L. 19. pr. de auro & arg. leg.*

Infecti ARGENTI appellatio rudem materiam continet, i. e. non factam, *L. 19. §. 11. eod.*

ARGENTO omni etiam facto legato non continentur numi, vel pecunia signata, nisi aliud appareat de voluntate testatoris, *L. 27. §. 1. eod.*

ARGENTO facto legato, Quintus Mucius ait, vasa argentea contineri, *L. 19. §. 9. eod.*

ARGENTO legato, non puto ventris causa habita scaphia contineri, quia *argenti* numero non habentur, *L. 27. §. 5. eod.*

ARGENTUM factum recte quis ita definierit, quod neque in massa, neque in lamna, neque in signato, neque in supellectili, neque in mundo, neque in ornamentis insit, *d. L. 27. §. 6. eod.*

ARGENTO omni legato, *quod suum* esset, sine dubio non debetur id, quod in credito esset, hoc ideo, quia non videtur suum esse, quod vindicari non possit, *L. 27. §. 2. eod.*

Si cui ARGENTUM factum legatum, si fractum aut collisum sit, non continetur, *d. L. 27. §. 3. eod.*

ARGENTO potorio vel escario legato, in his, quæ dubium est cujus generis sint, consuetudinem patrisfam. spectandam, non etiam in his, quæ certum est ejus generis non esse, *L. 32. §. 2. eod.*

Pro ARGENTO potest solvi aurum, & econtra, *L. un. C. de argenti pretio, X.*

ARGUMENTUM.

ARGUMENTUM de toto ad partem valet, *L. 82 de acq. hered.*

ARGUMENTUM ab absurdo valet, *pr. I. de perpet. & temp. act.*

ARGUMENTUM de mutuo ad indebitum valet, *§. 1. quib. mod. re contr. obl.*

ARGUMENTUM nunquam testibus, nunquam tabulis dat probationem, sed sola investigatione invenit veritatem; unde dictum est argumentum argute inventum, *c. 10. X. de V. S.*

In ARGUMENTUM trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa, *c. 78. de R. I. in 6.*

ARIANUS.

ARIANI, si ad Ecclesiam venerint, interrogent eos nostræ fidei Sacerdotes Symbolum, & si perviderint eos in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto esse baptizatos, manus eis tantum imponantur, ut accipiant Spiritum S., qui si interrogati non responderint hanc Trinitatem, baptizentur, *c. 109. dist. 4. de consecrat.*

ARIES.

Cum ARIETES vel boves commisissent, & alter alterum occidit, Quintus Mucius distinxit, ut si quidem is periisset, qui aggressus erat, cessaret actio, *si quadrup. pauper.* &c. si is, qui non provocaverat, competeret actio, *L. 1. §. 11. si quadrup. pauper.*

ARIOLUS.

Qui ARIOLOS, vel Incantatores observat, anathema sit, *c. 1. q. 5. caus. 26.*

ARITHMETICA.

ARITHMETICA in sua scientia veritatem habet, sed non est scientia illa, scientia pietatis, *c. 10. §. 1. dist. 37.*

ARITHMETICVS.

ARITHMETICI sive *Calculatores* non habent excusationem à muneribus personalibus, *L. 4. C. de Profess. X.*

ARMA

ARMA rusticus non portet, *II. F. 27. §. 5.*

ARMA mercator, qui negotiandi causa per provinciam transit, non portet, *ibid.*

Nullus miles ARMA ad palatium comitis ferat, nisi rogatus à comite, *ibid.*

ARMORVM appellatione non utique scuta, & gladios, & galeas significat, sed & fustes, & lapides, *L. 41. de V. S.*

ARMA, vel tela domi suæ vel in villa habens præter usum itineris, venationis, vel navigationis, tenetur lege Iulia de vi publica, *L. 1, ad L. Iul. de vi publ.*

ARMA habens commercii causa, vel quæ ei hereditate obvenerunt, non tenetur *L. Iul. de vi publica, L. 2. eod.*

ARMA & leges sunt ad tutionem reipub., *pr. Const. de Iustin. Cod. confir.*

ARMA domi tenere, vel gerere, nemo privatus audet, hoc enim solis militibus concessum, *Nov. 17. c. 17.*

Nulli licet ARMA portare sine principis licentia, *L. un. C. ut armor. usus inscio* &c. *XI.*

ARMA Clerici portare non debent, *c. 2. X. de vita & honest. Cler.*

ARMA privatis vendere non licet, *Nov. 85. cap. 1.*

ARMENTVM.

ARMENTO legato, etiam boves contineri convenit, non etiam greges ovium & caprarum, *L. 81. §. 3. de legat. 3.*

ARRHA.

Quod sæpe ARRHAE nomine pro emptione datur, non eo pertinet, quasi sine *arrha* conventio nihil proficiat, sed ut evidentius probari possit, convenisse de pretio, *L. 35. pr. d contr. empt.*

Quod ARRHAE nomine datur, argumentum est emptionis & venditionis contractæ, *pr. I. de empt. vendit.*

ARRHALE *pactum.*

Ex ARRHALI pacto personalis duntaxat actio paciscentibus præparatur, *L. 3. C. de act. empt.*

ARROGANTIA.

Nihil est impudentius ARROGANTIA rusticorum, qui garrulitatem autoritatem putant, & parati ad lites, in subjectos tumidi intonant, *pr. dist. 46.*

ARROGARE.

ARROGARI possunt fœminæ ex rescripto Principis, *L. 21. de adopt.*

ARROGANTVR qui sui juris sunt, *L. 2. pr. eod.*

ARROGARE prohibentur, qui generare non possunt, *d. L. 2. §. 1. eod.*

Si is, qui liberos in potestate habet, se ARROGANDVM dederit, non solum ipse potestati arrogatoris subjicitur, sed & liberi ejus in ejusdem fiunt potestate, tanquam nepotes, *L. 2. §. 2.* & *L. 40. pr. eod.* §. *11. de adopt.*

ARROGANTVR impuberes (*olim arrogari non potuisse* ex GELLIO *5. Noct. Attic. 19. constat,*) § *3. de adopt.*

ARROGATVS in plurimis causis assimulatur ei, qui ex legitimo matrimonio natus est, §. *8. eod.*

ARROGATVS habet quartam in bonis *arrogatoris* ex constitutione divi Pii, *L. 8 §. 15. de inoffic. test.*

Si paterfamilias ARROGATVS (s. *adoptatus*) sit, omnia, quæ ejus fuerunt, & acquiri possunt, tacito jure ad eum transeunt, qui arrogavit, *L. 15. pr. de adopt.*

Cum quis ARROGAT, major esse debet

bet eo, quem sibi per *arrogationem* filium facit, & utique plenæ pubertatis, i. e. decem & octo annis eum præcedere debet, *L. 40. §. 1. eod. §. 4. de adopt.*

Spado ARROGANDO, suum heredem sibi adsciscere potest, nec ei corporale vitium impedimento est, *d. L. 40. §. 2. eod.*

ARROGARI non potest absens, neque dissentiens, *L. 24. eod.*

ARROGARE ei non permittitur, qui tutelam, vel curam alicujus administravit, si arrogandus minor viginti quinque annis sit, ne forte eum ideo arroget, ne rationes reddat, *L. 17. pr. eod.*

ARROGARE potest vitricus privignum suum, *L. 32. §. 1. eod.*

ARROGARI non potest libertus à patrono, *L. 3. C. de adopt.*

Iustam ARROGANDI causam habent, qui liberos non habent, *ibid.*

ARROGARE non permittitur libertum alienum, *L. 15. §. 3. de adopt.*

ARROGARE minor majorem non potest, *ibid.*

Interdum pauperiori ARROGARE ditiorem permittitur, si vitæ ejus sobrietas clara sit, vel affectio honesta, nec incognita, *L. 17. §. 4. eod.*

ARROGANS debet satisdare se restiturum bona ipsa arrogatione finita, *L. 17. §. 5. eod & L. 2. C. de adopt.*

ARROGATIO.

ARROGATIO cum fit, autoritas curatoris ad eam necessaria est, *L. 8. de adopt.*

ARROGATIO ideo dicitur, quia is, qui adoptat, rogatur, i. e. interrogatur, *an velit eum, quem adoptaturus sit, justum sibi filium esse*; & is, qui adoptatur, rogatur, *an id fieri patiatur*, *L. 2. pr. eod.*

In ARROGATIONE requiritur voluntas arrogatoris, & illius, qui arrogari debet, *ibid.* & *L. 5. eod.*

ARROGATIO debet fieri cum causæ cognitione, videlicet ne forte arrogans sit minor sexaginta annis, qui magis liberorum procreationi studere debet, nisi morbus temporalis, aut valetudo perpetua, aut alia justa causa arrogandi fuerit, veluti si conjunctam personam velit arrogare, *L. 15. §. 2. eod.*

ARROGATIONES nec in Regia urbe, nec in provinciis, nisi ex rescripto principali fieri possunt, *L. 6. C. de adopt.*

ARROGATIO ex indulgentia principali facta, perinde valeat apud Prætorem vel Præsidem intimata, ac si per populum jure antiquo facta esset, *L. 2. C. eod.*

In ARROGATIONE impuberis requiritur causæ cognitio, an honesta sit expediatque filio arrogato, §. *3. de adopt.*

ARROGATIO cum quibusdam conditionibus fit, i. e. ut caveat *arrogator* personæ publicæ, si intra pubertatem pupillus decesserit, restiturum se bona illis, qui si adoptio facta non esset, ad successionem ejus venturi essent, *ibid.*

ARROGATIO non valet, nisi causæ omnes, ob quas fieri permittitur, cognoscantur, *L. 18. eod.*

ARROGATIO eorum duntaxat pupillorum permittenda est his, qui vel naturali cognatione, vel sanctissima affectione ducti adoptarent, *L. 17. §. 1. eod.*

ARROGATOR.

ARROGATOR impuberi arrogato substituere non potest, nisi forte ad quartam D. Pii solam, *L. 22. §. 1. de adopt.*

ARROGATOR filium arrogatum non aliter emancipare potest, nisi causa cogni-

cognita dignus emancipatione fuerit, & tunc sua bona ei reddat, §. 3. *de adopt.*

Si ARROGATOR pater decedens eum exheredaverit, vel vivus sine justa causa emancipaverit, jubetur quartam partem ei bonorum suorum relinquere, videlicet præter bona, quæ ad patrem adoptivum transtulit, & quorum commodum ei postea acquisivit, *ibid.* & *L. 2. C. de adopt.*

ARROGATOR potest furti agere, sc. ejus furti nomine, quod factum est ei, quem arrogavit, antequam eum arrogaret, *L. 41. §. 1. de furtis.*

ARROGATOR impuberis tenetur impuberi arrogato ex constitutione D. Pii servare quartam bonorum, quæ mortis tempore fuerunt ipsius *arrogatoris*, qui si in fraudem dicti arrogati alienavit, filius impubes potest revocare alienatum utili Faviana, vel Calvisiana actione, *L. 13. si quid in fraud. patr.*

ARS.

ARTES liberales diligenter sunt docendæ, *c. 12. dist. 37.*

Omnes Episcopi ARTES liberales in suis Ecclesiis doceri faciant, *ibid.* §. *In Polycarpo.*

ARTEM geometricæ discere atque exercere publice interest, *L. 2. C. de maleficiis.*

ARS mathematica damnabilis est & interdicta, *ibid.*

ARTIFEX.

ARTIFEX semper à periculo contingenti vitio materiæ est excusatus, *L. 27. § 29. ad L. Aquil.*

ARTIFICI si ego dedi calicem meum reficiendum, & ipse si imperitia fregit, tenetur L. Aquilia ad damnum, sed si non fregit imperitia, sed quia rimas vitiosas habebat, non tenetur, *ibid.*

Inter ARTIFICES longa differentia est, & ingenii, & naturæ, & doctrinæ, & institutionis, *L. 31. de solut.*

ARTIFICI condemnato ad mortem parcendum est, si ipse sit optimus, atque excellens in arte sua, & valde utilis reipubl. *L. 31. pr. de pœn.*

ARTIFICES ædificiorum, aliorumque diversorum operum professores, penitus arceantur pacta inter se componere; *Ut ne quis, quod alteri commissum sit, opus impleat*, aut *injunctum alteri solicitudinem alteri intercipiat*, *L. un. C. de monopol.*

ARTIFICIUM.

Officium ARTIFICIO mutatur, non idem è contrario, *L. 65. §. 1. de legat. 3.*

Omne ARTIFICIUM incrementum recipit per exercitium, *d. L. 65. §. 3. eod.*

ARUSPEX.

Nullus ARUSPEX ad limen alterius accedat, *L. 3. C. de maleficiis.*

ARUSPEX, qui ad domum alienam accesserit, est concremandus, *ibid.*

Qui ARUSPICES observat, anathema sit, *c. 1. q. 5. caus. 26.*

AS.

AS dividitur in duodecim uncias, *L. 13. §. 1. de hered. instit.*

ASSIS partes habent propria nomina ab uncia usque ad *assem*, puta hæc: *Sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, deunx*, *L. 50. §. 2. eod. §. 5. de hered. inst.*

ASSIS appellatione continetur tota hereditas, *ibid.*

In ASSE secundo, tertio vel quarto eadem ratio servatur, quæ in primo asse, *L. 19. eod.*

ASCENDENS.

ASCENDENTES, qui proximo gradu sunt, admittuntur ad hereditatem descen-

descendentis mortui non extantibus liberis, *Nov. 118. c. 2.*

ASCENDENTES eundem gradum obtinentes ad hereditatem descendentis mortui sine liberis æqualiter admittuntur, cum quibus fratres ex utroque parente conjuncti defuncto vocantur, nec patri usufr. portionis ejus filiis contingentis acquiritur, *ibid.*

ASPERSIO.

Vnde ASPERSIONIS sanctificatio exordium sumpserit, vid. *c. 127. dist. 4. de consecr.*

ASSCRIBERE.

Filius emancipatus sibi ADSCRIBENS in testamento patris patre dictante, de æquitate à pœna L. Corneliæ excusatur, *L. 1. C. de his, qui sibi adscrib.*

Maritus sibi ADSCRIBENS in testamento uxoris, incidit in pœnam L. Corn. *L. 4. C. eod.*

Miles sibi ADSCRIBENS, præsumitur juris errore, non malitia, in pœnam L. Corn. incidisse, *L. 5. C. eod.*

Servus jussu domini sibi ADSCRIBENS, excusatur à pœna, libertatem tamen non consequitur, nisi de scriptione testatoris subscriptione doceatur, *L. 6. C. eod.*

ASSECTARI.

ASSECTARI mulierem dicitur, qui tacitus frequenter sequitur, assiduo enim frequentia quasi præbet nonnullam infamiam, *L. 15. §. 22. de injur.*

ASSERERE.

ASSERENTI solutionem probationis onus incumbit, *L. 25. C. de solut.*

ASSERTOR.

ASSERTORES hodie sunt sublati, *L. 1. C. de assert. tollenda.*

ASSERTORVM vana nomina hodie sublata sunt, *L. 2. C. eod.*

ASSESSOR.

Omne officium ASSESSORIS in his fere causis consistit; in cognitionibus sc., postulationibus, libellis, edictis, decretis, epistolis, *L. 1. de offic. Assess.*

ASSESSOR præsidi in sua provincia nemo esse potest, *L. 3. eod.*

ASSESSORIS imperitia excusat magistratum, sed non ipsum assessorem, *L. 2. quod quisque juris &c.*

ASSESSORI non permittitur subscribere pro præside, & si præses ei permittat subscribere, assessor punitur exilio, præsidisque nomen debet referri ad principem, ut in eum severius vindicetur, *L. 2. de assessor.*

Non minus ASSESSORIBVS majorum Magistratuum, quam ipsis judicibus nostræ benevolentiæ liberalitas tribuenda est, *L. 11. C. eod.*

ASSESSOR pariter esse, & advocati munere fungi nemo potest, *L. 14. pr. C. eod.*

ASSESSORI licitum est reverti ad munus advocationis post finitum & depositum officium suum, *ibid.*

ASSESSOREM non assumat delegatus, nisi indigeat, *c. 11. §. 5. de rescript. in 6.*

ASSEVERATIO.

ASSEVERATIO vel affirmatio sola non sufficit ad probandum, quem esse filium, *L. 5. C de testam.*

ASSIGNARE.

ASSIGNARE quandoque sumitur pro subscribere, *L. 20. de auctorit. tut.*

ASSIGNARE libertum, h. e. testificari, cujus ex liberis libertum eum esse voluit, *L. 107. de V. S.*

Parenti licet ASSIGNARE libertum uni ex liberis, ut post mortem ejus solus is patronus habeatur, cui assignatus est, *pr. I. de assign. libert.*

ASSIGNARE permittitur non tantum libertum, sed etiam libertam, & non

non tantum filio, nepotive, sed etiam filiæ neptive, §. 1. *eod.*

ASTROLABIVM.

Presbyter, qui per inspectionem ASTROLABII furta requirit, ad tempus suspenditur ab altaris ministerio, *c. 2. X. de sortilegiis.*

ASTROLOGVS.

Si quis ASTROLOGVS, vel qui aliquam illicitam divinationem pollicetur, consultus aliquem furem dixisset, qui non erat, injuriarum cum eo agi non potest, sed constitutiones eos tenent, *L. 15. §. 13. de injur.*

ASYLVM.

Si quis in ASYLVM confugerit, pro fugitivo non est habendus, *L. 17. §. 12. de ædilit. edict.*

Servus fugiens ad ASYLVM s. Ecclesiam timore domini sui, est domino de ejus impunitate juranti restituendus, *c. 6. X. de immun. eccles.*

ASYLO non gaudet latro publicus, vel nocturnus depopulator agrorum, *ibid.*

ATHLETA.

ATHLETAE artem ludicram non faciunt, virtutis enim gratia hoc faciunt, *L. 4. pr. de his, qui not.*

ATHLETA non est infamis, *ibid.*

ATHLETA, qui per omnem ætatem certaverat, ac tribus certaminis coronis fuerat coronatus, quorum una fuit Romæ, excusatur à muneribus civilibus, *L. un. C. de Athlet. X.*

ATRIARIVS.

ATRIARII dicuntur, qui atria custodiunt, vel purgant, *L. 1. §. 5. Nautæ, caupones*, &c.

ATTENTARE.

ATTENTARI pudicitia dicitur, cum id agitur, ut ex pudico impudicus fiat, *L. 10. de injur.* & *c. 12. §. 2. dist. 1. de pœnit.*

Si quis ATTENTAVERIT sacratissimam virginem rapere, capitali pœna feriatur, *L. 5. C. de Episcopis & Cler.*

ATTENTATA post sententiam revocare, non solum post appellationem, sed etiam ante, ad judicem appellationis spectat. Secus de attentatis ante sententiam, nisi appellationis veram causam esse constiterit, & Iudici, à quo inhibeatur, procedere, *c. 7. de appell. in 6.*

ATTESTATIO.

ATTESTATIONES in uno judicio receptæ, fidem faciunt in eadem causa, & inter easdem personas coram alio Iudice, *c. 11. X. de testib.*

ATTESTATIO in uno judicio, non valet in alio, nisi partes consentiant, *c. 30. X. eod.*

ATTESTATIONES receptæ in summario, fidem non faciunt in plenario judicio, *c. 38. X. eod.*

ATTESTATIONES receptæ per arbitrum fidem faciunt in judicio, si testes mortui sunt, *c. 50. X. eod.*

Publicatis ATTESTATIONIBVS possunt produci testes super eodem articulo directe contrario, qui prius fuerunt producti in judicio summario, seu extra judicium, *c. 44. X. eod.*

Publicatis ATTESTATIONIBVS testes produci non possunt (etiam in causa appellationis) super eisdem articulis, vel directe contrariis, *Clement. 2. de testib.*

ATTILIVS.

ATTILIVS regulus Romanus captus à Carthaginensibus, quem Carthaginenses miserant Romam, non dicitur reversus postliminio, quia juraverat se Carthaginem reversurum, & non habeat animum Romæ remanendi, *L. 5. §. 3. de captivis* &c.

ATYPVS.

ATYPVS servus dicitur, qui tardius loquitur, & ideo eo vendito, quia sanus

ſanus eſt, non habet locum ædilitium edictum, *L. 10. §. 5. de ædilit. edict.*

AVARITIA.

AVARITIA, amor carnalis & timor plerumque ſenſus hebetant humanos, & pervertunt opiniones, ut quæſtum pietatem putent, & pecuniam, quaſi mercedem prudentiæ, *c. 12. q. 5. cauſ. 3.*

AVARITIA omnium eſt mater malorum, *Nov. 8. præf. §. 1. in f.*

AVARITIA excœcat homines, ut non videant ea, quæ recta ſunt, *c. 5. de elect. in 6.*

AVARITIA eſt fornicatio, *c. 5. q. 1. cauſ. 28.*

Omnis AVARITIA eſt idolorum ſervitus, *c. 20. q. 1. cauſ. 1.*

AVARITIAE ardor profanus ceſſare debet ab altaribus; ſanctitas enim incorrupta non debet corrumpi, *L. 31. C. de Epiſcopis* &c.

AVCVPARI.

AVCVPARI nemo poteſt prohiberi, niſi quod ingredi quis agrum alienum prohiberi poteſt, *L. 13. §. 7. de injur.*

AVCVPARI in alienis agris, nolentibus dominis, non licet, *L. 16. de S.P.R.*

AVCVPIVM.

AVCVPIVM & venatio prohibetur Clerico, & contra facienti pœna imponitur, *c. 1.* & *2. X. de Cler. venat.*

AVDACIA.

AVDACIA humana legibus coërcetur, *c. 1. diſt. 4.*

AVDIRE.

AVDIENTVR æqua ratione accuſatores & accuſati, *c. 2. q. 4. cauſ. 4.*

Non niſi in foro ſuo AVDIENDVS eſt accuſatus, *c. 17. q. 6. cauſ. 3.*

Non AVDIATVR accuſator, niſi reo præſente, *c. 1.* & *3. q. 9. ead.*

AVDIENDI non ſunt teſtes, qui adverſus fidem teſtationis ſuæ vacillant, *c. 3. q. 2. cauſ. 4.*

Epiſcopus accuſatus à duodecim AVDIATVR, cauſæ vero finis ad Sedem Apoſtolicam deferatur, *c. 2. q. 4. cauſ. 5.*

AVDITVS.

Ad probandam conſanguinitatem in cauſa matrimoniali, teſtimonium de AVDITV non valet, *c. 47. X. de teſtib.*

AVFERRE.

Niſi ABLATVM reſtituatur, peccatum non dimittitur, *c. 5. de R. I. in 6.*

Ante litem conteſtatam violenter ABLATA reſtituantur, *c. 3. q. 2. cauſ. 3.*

AVFERRI alicui non debet jus ſuum, *L. 13. §. 1. communia prædior.*

AVFERRE poteſt quis rem ſuam propria autoritate alicui, ubi ſibi non adeſt facultas adeundi judicem, vel ipſius copia in promptu haberi non poteſt pro re ſua recuperanda, *L. 10. §. 16. quæ in fraud. credit. fact.*

AVGMENTVM.

AVGMENTVM ſuperveniens rei legatæ poſt teſtamentum auget ipſum legatum, *L. 8. pr. de legat. 1.*

AVGMENTVM obveniens rei legatæ cedit commodo legatarii, *L. 8. §. 1. & 2. eod.*

Ad AVGMENTVM appoſita verba non debent operari diminutionem, *L. 51. pr. eod.*

AVGVR.

AVGVRVM & vatum prava confeſſio conticeſcat, *L. 5. C. de maleficiis* &c.

AVGVRES non ſunt conſulendi, *c. 5. q. 5. cauſ. 26.*

AVGVRIVM.

AVGVRIA avium Phryges primi invenerunt, *c. 14. §. 5. q. 5. cauſ. 26.*

AVGVSTA.

AVGVSTA à principe in conſilium aſſumi poteſt, *Nov. 8. c. 1.*

AVGVSTINVS.

AVGVSTINVS in multis rebus Hieronymo minor est, *c. 34. q. 7. cauſ. 2.*

AVIA.

Matri & AVIAE ſecundum ordinem tutelam etiam ante agnatos ſubire permittimus, ſi inter geſta nuptiis aliis, & SC. Vellej. renunciaverit, *Auth. Matri & &c. C. quando mulier tutelæ* &c. & *Nov. 118. c. 5.*

AVIA alens nepotem præſumitur alere de bonis propriis nepotis, maxime ſi in rationem impenſarum alimenta retulerit avia, *L. 34. de negot. geſt.*

AVIARIVM.

AVIARIA dicuntur gabiæ, ubi tenentur aves, *L. 66. de legat. 3.*

AVIS.

AVIBVS legatis, anſeres, phaſiani, & gallinæ, & aviaria debebuntur, *L. 66. de legat. 3.*

AVES poſſidemus, quas incluſas habemus, aut ſi quæ manſuetæ factæ, cuſtodiæ noſtræ ſubjectæ ſunt, *L. 3. §. 15. de acquir. poſſeſſ.*

AVREVS.

AVREO poculo legato licet nullum aureum poculum inveniatur in hereditate, nihilominus tamen aliud poculum alterius materiæ, quod invenitur in hereditate, debetur, *L. 36. de auro, argento,* &c.

AVREI annuli appellatione auri continentur, *L. 19. §. 7. eod.*

AVREI clavi, & purpuræ pars ſunt veſtimentorum, *d. L. 19. §. 5. eod.*

AVRVM.

AVRI appellatione & factum & infectum continetur, non vero pecunia ſignata, *L. 19. pr. de auro, argento,* &c.

AVRO legato continentur vaſa aurea, & etiam gemmæ in dictis aureis vaſis incluſæ ornandi cauſa, *d. L. 19. §. 20. eod.*

Cui AVRVM factum legatum eſt, ſi fractum aut colliſum ſit, non continetur, *L. 27. §. 3. eod.*

Si factum AVRVM legatum eſt, omne ad eum pertinet, cui legatum eſt, ex quo auro aliquid eſt effectum, *L. 27. §. 4. eod.*

AVRO ſignato legato, id paterfam. videtur teſtamento legaſſe, quod ejus aliqua forma eſt expreſſum, veluti, quæ Philippi ſunt, itemque nomiſmata & ſimilia, *L. 27. §. 4. eod.*

AVRO facto annumerantur gemmæ annulis incluſæ, *L. 32. §. 1. eod.*

Si AVRVM ſuum omne paterfamilias uxori ſuæ legaſſet, id aurum, quod aurifici faciendum dediſſet, aut quod ei deberetur, ſi ab aurifice ei repenſum non eſſet, mulieri non debetur, *L. 34. pr. eod.*

AVRVM fodiens pro quolibet anno ſeptem ſcrupulos ſolvere debet, *L. 5. C. de metallariis, XI.*

AVRVM Eccleſia habet, non ut ſervet, ſed ut eroget, & ſubveniat in neceſſitatibus, *c. 70. q. 2. cauſ. 12.*

AVT.

AVT disjunctiva poſita inter perſonas reſolvitur in conjunctivam, ſecus quando eſt appoſita inter res, *L. 4. C. de V. S.*

AVT pro & ponitur interdicto quod vi *aut* clam, *ibid.*

AVT, & *vel*, idem ſignificant, & inter eos nulla eſt differentia, cum promiſcue ponantur, ſic illi *aut* illi, illi *vel* illi, *ibid.*

AVTOMATARIA.

AVTOMATARIA dicuntur ea, quæ ſpontaneam actionem habent, ut ſunt horologia, & machinulæ, quæ ſponte videntur moveri, *L. 41. §. 11. de legat. 1.*

AVTOR.

AVTORIS doli exceptio non nocet ſingulari ſucceſſori, qui cauſam lucrativam

tivam habet, veluti donatario, vel legatario, *L. 4. §. 29. de doli mali except.*

AVTORIS dolus non nocet singulari successori ex causa non lucrativa, veluti emptori, vel ei, qui permutavit, vel in solutum accepit, & illis, qui vicem emptorum obtinent, *d. L. 4. §. 31. eod.*

Vitium AVTORIS non nocet emptori præscribere volenti, *L. 5. pr. de divers. tempor.*

AVTORIS possessio accedere non potest ei, qui non possidet, *L. 15. §. 1. eod.*

Ex AVTORIBVS medius aliquis si non possederit, præcedentium autorum possessio, non prodest ultimo possidenti, *ibid.*

AVTORITAS.

Amitti AVTORITATEM, i. e. actionem pro evictione, placet, *L. 76. de evict.*

AVTORITATEM præstare pupillo invitus tutor non potest, cum in modum interposita autoritas non valet, *L. 1. §. 1. de autor. & conf. tut.*

Ad AVTORITATEM interponendam præsentia corporis non sufficit, *ibid.*

Paria sunt AVTORITATEM non interposuisse, & male, *L. 2. eod.*

AVTORITAS unius tutoris sufficit, si possit administrare, *L. 4. eod.* & *L. 5. pr. C. de autor. præstanda.*

Minor non potest esse in judicio criminali sine AVTORITATE tutoris, vel curatoris, *L. 4. C. eod.*

AVTORITATIS interpositio conditionem non recipit, *L. 8. eod.*

AVTORITAS post tempus aut per epistolam interposita nihil agit, *L. 9. §. 5. eod.* & *§. 2. I. eod.*

AVTORITAS interposita à falso tutore valet, propter autoritatem Prætoris decernentis se ratum habiturum, alias non valet, *L. 1. §. 5. quod falso tut.* & *L. 4. C. in quib. caus. in integr. rest. non* &c.

AVTORITAS tutoris in quibusdam causis necessaria pupillis est, in quibusdam non est necessaria, *pr. I. de autor. tut.*

AVVNCVLVS.

AVVNCVLVS est frater matris, qui græce mitradelphos appellatur, *§. 3. de gradib. cognat.*

AVVNCVLO priori, qui est in tertio gradu, quam consobrino, qui sequentem occupat, deferri successionem intestati, certi juris est, *L. 6. C. commun. de success.*

AVVNCVLVS tutor non præsumitur ignorare ætatem pupilli, *L. 7. C. de in integr. restit. minor.*

AVVS.

AVVS recte potest dare nepotem ex filio in adoptionem absque consensu filii, *§. 7. de adopt.*

AVVS paternus tenetur etiam sine pacto dotare neptem, *L. 6. de collat. bonor.*

AVVS paternus potest ab injustis tutoribus hereditatem pertinentem ad nepotes actione petitionis hereditatis avocare, *L. 6. C. de petit. hered.*

AVVS paternus recte potest stipulari dotem restitui nepotibus ex filio filia mortua in matrimonio, *L. 7. C. de pactis conventis* &c.

Ab AVO quæsitum feudum non pertinet ad patruum magnum, *II. F. 11.*

AVXILIVM.

AVXILIVM extraordinarium in subsidium introductum non concurrit cum ordinario, *L. 16. pr. de minor.*

AVXILIVM extraordinarium non datur ei, qui communi auxilio & mero jure tutus est, *ibid.*

AVXILIVM (s. *opem.*) præbens facienti furtum, neque est fur nec manifestus, licet teneatur actione furti non manifesti, *L. 34. de furtis* &c.

AVXILIVM præbens filio, vel servo, vel uxori furtum facientibus, tenetur furti, quamvis ipsi furti actione non conveniantur, *L. 34. §. 1. eod.*

AVXILIVM Ecclesia ab Imperatore petere debet, *c. 2. q. 3. caus. 23.*

AVXILIVM à Regibus terræ contra inimicos suos Ecclesia petat, *c. 41. q. 4. caus. 23.*

AVXILIVM ferre debemus Viris Ecclesiasticis, ne à maledicis calumniatoribus opprimantur, *c. 6. q. 1. caus. 3.*

B.

BABYLONICVM.

BABYLONICVM, quod equis insterni solet, non est vestis, *L. 25. §. 3. de auro, arg. leg.*

BACCHARI.

BACCHARI circa fana servum *Vlpianus* dixit, pro insanire s. furere, *L. 1. §. 10. de ædilit. edict.*

Libera mulier servili amore BACCHATA, ipsam libertatem per SC. Claudianum amittebat, & cum libertate substantiam, *§. 1. de success. subl.*

BALANVS.

BALANVS, generale nomen est, omnia continens, quæ apud nos glandis vocabulo comprehenduntur, *L. 55. §. 1. de legat. 3.* & *L. 167. inf. de V. S.*

BALISTARIVS.

Artem BALISTARIORVM & Sagittariorum contra Christianos exerceri prohibetur sub Anathemate, *c. un. X. de Sagitt.*

BALLISTRARIVS.

BALLISTRARII inter immunes habentur, *L. 6. de jure immun.*

BALNEARE *argentum.*

BALNEARE argentum dicitur, quo qui in balneo lavabant, utebantur, *L. 40. §. 1. de auro, arg. leg.*

BALNEARIVM.

BALNEARIA facere licet secundum communem parietem, *L. 13. pr. de S. P. V.*

BALNEARIVM *instrumentum.*

BALNEARIO instrumento legato, etiam balneatorem contineri, *Neratius* respondit, *L. 13. §. 1.* & *L. 17. §. 2. de instr. vel instr. leg.*

BALNEATOR.

BALNEATOR conducens mancipia ad custodienda vestimenta in balneis, principaliter tamen propter quæstum cum eorum corpore, lenocinii pœna punitur, *L. 4. §. 2. de his, qui not. inf.*

Si vestimenta servanda BALNEATORI data perierunt, si quidem nullam mercedem servandorum vestimentorum accepit, depositi ille tenetur, & dolum duntaxat præstat, quod si accepit, ex conducto, *L. 1. §. 8. depositi* &c.

BALNEVM.

BALNEVM extruere & ædificium ei superponere licitum est unicuique, dummodo usitatum modum non excedat, *L. 1. C. de ædif. privat.*

BALNEI usu legato videntur legata omnia necessaria ad balneum, *L. 35. §. 3. de legat. 3.*

BALNEA s. *balneæ* sunt portiones legatæ domus, *L. 91. §. 3. eod.*

Nec Clerici, nec continentes se, nec ullus Christianus cum mulieribus communia BALNEA s. lavacra habere debent, *c. 28. dist. 81.*

BALNEA die dominico conceduntur, modo non fiant voluptatis causa, sed propter necessitatem, *c. 12. dist. 3. de consecrat.*

BANNITVS.

BANNITVM à rege dominum pendente

dente banno, Vasallus juvare non debet, *II. F. 28. pr.*

BAPHIVS.

BAPHII dicuntur tinctores pannorum, *L. 2. C. de Murilegulis* &c. *XI.*

BAPTISMVS.

In BAPTISMO Ioannis non erat peccati remissio, *c. 135. dist. 4. de consecr.*

Sicut nulli BAPTISMVS negatur, ita nemo est, qui non peccato moriatur, *c. 134. ibid.*

Quicunque ex concupiscentia nascitur, per BAPTISMVM regeneratur, *c. 137. ibid.*

Per aquam BAPTISMI de terreno fit homo cœlestis, *c. 9. ibid.*

Aqua BAPTISMI non purgaret peccata, nisi tactu Dominici corporis esset sanctificata, *c. 10. ibid.*

Quamvis recte vivat Catechumenus, sine BAPTISMO non potest salvari, *c. 37. ibid.*

Ante BAPTISMVM Diabolo, & ejus operibus renuntiare debemus, *c. 95. ibid.*

Forma BAPTISMI est: In nomine Sanctissimæ Trinitatis baptizare, *c. 29. ead.*

BAPTIZARE.

BAPTIZANS baptizatum errore facti dubitando illum esse baptizatum non privatur sacerdotio, neque censetur iterari baptismus, *L. 1. C. ne sanct. baptis.*

BAPTIZANS episcopus juris errore baptizatum privatur sacerdotio, *ibid.*

Nemo potest seipsum BAPTIZARE, etiam instante necessitatis articulo, *c. 4. X. de baptismo.*

Si quis puerum ter in aqua immerserit in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, amen, & non dixerit, Ego BAPTIZO te in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti, non est puer baptizatus, *c. 1. X. eod.*

De quibus dubium est, an BAPTIZATI fuerint, *baptizantur* his verbis præmissis: *Si baptizatus es, non te baptizo, sed si nondum baptizatus es, ego te baptizo* &c. *c. 2. X. eod.*

Etiam non BAPTIZATVS valide baptizat, si omnia servet, *c. 31. dist. 4. de consecrat.*

Qui bis ignoranter BAPTIZATI sunt, non indigent pro eo pœnitere, *c. 117. dist. 4. ead.*

BAPTIZENTVR, de quibus ignoratur, an sint baptizati, *c. 110. dist. 4. de consecr.*

Non BAPTIZATVR cum matre, quidquid in ejus corpore est, *c. 114. dist. 4. de consecr.*

Quare non BAPTIZATVR cum matre, qui in ejus utero est, *c. 115. dist. 4. de consecr.*

Sine exorcismis, & exsufflationibus nullus BAPTIZETVR, *c. 53. dist. 4. de consecr.*

Etiam Laici necessitate cogente BAPTIZARE possunt, *c. 21. dist. 4. de cons.*

Non nisi Sacerdos BAPTIZARE præsumat, *c. 19. ibid.*

Necessitate urgente, quolibet tempore BAPTIZARE licet, *c. 16. ibid.*

Parvulis BAPTIZATIS parentum non nocet perfidia, *c. 129. ibid.*

BARBARI.

BARBAROS docens navigia fabricare pœna capitis puniri debet, *L. 25. C. de pœnis.*

BASILICA.

BASILICA inaurata, & marmorib. decorata libera debet manere, neque in ea debent depingi imagines alicujus, nec stationes fieri, nec equi introduci, nec convivia nuptiarum fieri, *L. 21. C. de oper. publ.*

BASTAGA.

BASTAGA, munus erat ferendi res necessarias ad exercitum, *L. 3. C. de cohortal.*

BEARE.

BEARE idem est, quod prodesse, *L. 49. de V. S.*

BELLVM.

BELLA carnalia bellorum spiritualium figuram gerunt, *c. 1. q. 1. caus. 23.*

BELLO amissi vivere semper intelliguntur, in *pr. I. de excus. tut. L. ult. de vacat. mun.*

BELLVM duo mala infert, *Nov. 85. in praef.*

BELLVM invenit servitutem, *Nov. 74. c. 1.*

Quod BELLI calamitas introduxit, hoc pacis lenitas debet sopire, *L. 1. pr. C. de caducis tollend.*

In BELLO amissum dicitur etiam illud, quod propter causam belli amittitur, *L. 1. §. 2. de incendio* &c.

In BELLO derelinquens dominum feudum amittit, *I. F. 17.*

BELLA sunt Iuris Gentium, *c. 9. dist. 1. §. 2. de I. N. G. & C.*

Vbi jus BELLI, ibi etiam jus usurae, *c. 12. q. 4. caus. 14.*

Pacem habere debet voluntas, BELLVM vero necessitas, *c. 3. q. 1. caus. 23.*

Pacata sunt BELLA, quae geruntur, ut mali coërceantur, bonique subleventur, *c. 6. q. 1. ead.*

Iustum est BELLVM, quod ex Edicto geritur, de rebus repetendis, aut propulsandorum hostium causa, *c. 1. q. 2. ead.*

Iustum BELLVM est, quod Deus imperat, *c. 2. §. 1. q. 2. ead.*

BELLA justa definiri solent, quae ulciscuntur injurias, si qua gens, vel civitas, quae bello petenda est, vel vindicare neglexerit, quod a suis improbe factum est, vel reddere, quod per injurias ablatum est, *c. 2. q. 2. ead.*

Tempore BELLI s. guerrae securitate gaudere debent Presbyteri, Monachi, Conversi, Peregrini, Mercatores, Rustici euntes vel redeuntes, vel in agricultura existentes, & animalia quibus arant, & semina portant ad agros, *c. 2. X. de Treuga* &c.

BENEDICERE.

Inferiores Majoribus nec BENEDICERE, nec maledicere possunt, *c. 6. dist. 21.*

Si unus ex conjugibus fuit alias BENEDICTVS, non debent conjuges de novo benedici, *c. 3. X. de secund. nupt.*

BENEDICTIO.

Quomodo sponsus & sponsa ad BENEDICTIONEM accedere debent, *c. 5. q. 5. caus. 30.*

Sponsus & sponsa cum BENEDICTIONEM acceperint, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant, *ibid.*

BENEDICTIONIBVS Haereticorum Deus maledicit, *c. 66. 76. q. 1. caus. 1.*

BENEFACERE.

BENEFACERE nemo potest, nisi elegerit, nisi amaverit, quod est in libera voluntate, *c. 33. q. 5. caus. 23.*

Nemo BENEFACIAT alicui in damnum alterius, *c. 3.* & *10. q. 5. caus. 14.*

Non satis est bene velle, sed etiam BENEFACERE, *c. 14. dist. 86.*

BENEFICIVM.

BENEFICIVM in genere nihil aliud est quam benevola actio, tribuens gaudium capientibus, capiensque tribuendo, in id quod facit prona, & sponte sua parata, *II. F. 23.* vid. SENECA *lib. 3. de benefic. cap. 6.*

Generali BENEFICIORVM nomine *praebendae* ac alia *beneficia* continentur, *c. 32. X. de V. S.*

Qui ab aliquo BENEFICIVM percipit, obligatus est ei, *c. 7. X. de testam.*

In BENEFICIIS plenissima interpretatio est adhibenda, *c. 6. X. de donat.*

BENE-

BENEFICIVM pro *feudo.*

BENEFICIVM non pertinet ad eum, qui non debet gerere officium, *II. F. 21.*

Species BENEFICII feudum, *II. F. 23.*

BENEFICIO quando dignus Vasallus, *II. F. 6.*

BENEFICIVM, i. e. Feudum, *I. F. 1. §. 1. 2. 4. I. F. 15. 17. 18. 19. 20. 24. II. F. 23. 26. c. 5. §. 9. & 10. II. F. 28. §. 1. & innum. locis.*

Qui suum BENEFICIVM alii dat in feudum, non debet alia lege dare, nisi qua ipse habeat, *II. F. 34. §. 2.*

Illud BENEFICIVM, quod à regis capitaneis, atque regis valvasoribus aliis *impenditur*, (i. e. *conceditur*) proprie jure feudi censetur, *I. F. 1. §. 4.*

Lex Corradi de BENEFICIO, quæ dicit: Si inter capitaneos controversia sit, coram rege finiatur, si inter valvasores, coram paribus curiæ, *II. F. 34. pr.*

BENEFICIVM pro *culpa.*

Detrimentum, quod BENEFICIO socii contigit, ille sarcire debet, *L. 40. §. 1. de damno infecto.*

Competit actio furti non ideo, quia servus subtractus abest, sed quia nunquam BENEFICIO furis abfuerit, *L. 46. pr. de furt.*

BENEFICIVM.

BENEFICIVM principis quam plenissime interpretari debet, *L. 3. de constit. princ. c. 16. X. de V. S.*

Invito BENEFICIVM non datur, *L. 79. de R. I.*

BENEFICIVM concessum à principe intelligitur concessum sine injuria alterius, *L. 2. §. 10. ne quid in loco publ.*

BENEFICIVM jam defuncto quasi viventi concessum non valet, nec prodest heredi, nisi concedens expresserit, *L. 191. de R. I.*

Si quæ BENEFICIA personalia sine die & consule fuerint deprehensa, auctoritate careant, *L. 4. C. de diver. rescript.*

In BENEFICIVM hospitalia non possunt concedi, nisi in duobus casibus, *Clem. 2. de relig. domib.*

BENEFICIA vacantia in Curia alius quam Papa conferre non potest, quod si fecerit, irrita est collatio, *c. 2. de præbendis &c. in 6.*

Si Papa BENEFICIA vacantia in Curia non conferat intra mensem à die vacationis, illi, ad quos collatio pertinebat, poterunt illa conferre, *c. 3. eod.*

BENEFICIVM mihi collatum ante dissensum meum alteri conferri non potest, nisi terminus mihi datus ad consentiendum esset elapsus, & tunc etiam post terminum, antequam alteri conferatur, potero consentire, *c. 17. eod.*

Occulta collatio BENEFICII, licet sit suspecta, bene valet, dummodo alias legitime facta probetur, *c. un. X. ut ecclesiast. benef.*

Institutus scienter in BENEFICIVM viventis, deponendus est, *c. 1. X. de concess. præbendæ* &c.

BENEFICIA non vacantia concedi vel promitti non debent, *c. 2. eod.*

BENEFICIA vacantia conferuntur non obstante appellatione illorum, quibus promissa fuerant ante, quam vacarent, *c. 3. eod.*

Non valet promissio BENEFICII vacaturi, *c. 13. eod.*

BENEFICIA spectantia ad Collationem Prælati non possunt conferri per Capitulum, Sede vacante, *c. 2. X. de Sede vacante.*

Habens plura BENEFICIA, contra alium de pluralitate non excipit, *c. 3. X. de except.*

Decet concessum à principe BENEFICIVM

CIVM esse mansurum, *c. 17. de R. I. in 6.*

Indultum à jure BENEFICIVM, non est alicui auferendum, *c. 18. de R. I. in 6.*

BENEFICIA principalia ipsi Principes solent interpretari, *L. 43. pr. de vulg. & pup. subst.*

In BENEFICIORVM Collatione non nobilitas generis, sed claritas virtutum, & honestas vitæ attendenda est, *c. 37. X. de Preb.*

BENEFICIO non decipi nos, sed adjuvari oportet, *c. un. X. de commod.*

BENEFICIVM ecclesiasticum non potest alicui Abbas conferre sine consensu Capituli, *c. 6. X. de his, quæ fiunt à Prælat.*

Colludens in causa beneficiali, BENEFICIO privari debet, *c. 3. X. de collus. deteg.*

BENEVOLENTIA.

BENEVOLENTIA plus quam severitas erga corrigendos agit, *c. 6. dist. 45.*

Non severitate, sed BENEVOLENTIA subditos Prælati corripiant, *c. 4. dist. 45.*

BES.

BES significat octo uncias, quasi dempto triente, *§. 5. de hered. inst.*

BES dicuntur duæ partes cujuslibet rei, *L. 7. C. de bonis auth. judic.*

BESTIA.

BESTIA ex feritate magis, quam ex animalis genere ita dicitur, *L. 1. §. 6. de postul.*

BESTIAE appellatione continentur animalia fera, & mansueta, *L. 3. §. 14. de acquir. poss.*

BESTIAE feræ, quas vivariis incluserimus, à nobis possidentur, *ibid.*

Qui BESTIIS subjiciuntur, servi pœnæ efficiuntur, *§. 3. quib. mod. jus patr. potest.*

BESTIAE, quæ ad comitatum ab omnibus limitum Ducibus transmittuntur, non plus quam septem diebus intra singulas civitates detineri possunt, *L. un. C. de venat. ferar.*

BESTIAE in numero pecudum non sunt, veluti ursi, leones, &c. *L. 2. §. 2. ad L. Aquil.*

In BESTIIS propter naturalem feritatem, actio si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, locum non habet, *L. 1. §. 10. si quadrup. paup. fec. dic.*

BIARCHI.

BIARCHI dicuntur, qui ad vitam totius domus principalis necessaria redimebant, & debebant esse 250. *L. 3. C. de agentibus in rebus XII.*

BIBLIOTHECA.

BIBLIOTHECA dicitur armarium, vel locus, in quo libri reponuntur, significat etiam libros in armario repositos, *L. 52. §. 7. de legat. 3.*

BIBLIOTHECAE parietibus injunctæ dicuntur armaria, *L. 41. §. 9. de legat. 1.*

BIBLIOTHECA simpliciter legata censetur legatum armarium, si de eo testator sensit, vel censentur legati libri, si de eis sensit, *L. 52. §. 7. de legat. 3.*

BIBLIOTHECAM eboream legans, vel emens, intelligitur legasse, vel emisse armarium, non tamen libros, *ibid.*

BIBLIOTHECA dicitur proprie armarium, quod est solo affixum, sed armarium proprie dicitur illud, quod non est solo affixum, *ibid.*

BIDENTES

BIDENTES dicuntur vomeres, vel gomeres, qui undique scindunt terram, vel dicuntur furcæ, vel rastelli, qui plures habent dentes, *L. 8. pr. de instructo vel instr. leg.*

BIDVVM.

BIDVVM interdum pro uno die habetur, *L. 88. pr. de V. S.*

BIGA-

BIGAMUS.

BIGAMUS probatur, qui ante Baptismum habuerit unam, & post Baptismum alteram, *c. 3. dist. 26.*

Non peccat BIGAMUS, sed prærogativa Sacerdotis exuitur, *c. 5. ead.*

BIGAMI ad Sacerdotium non admittuntur, *c. 1. X. de Bigam. non ordin.*

BIGAMUS uxore vivente vel mortua non ordinatur, *c. 3. eod.*

Qui contraxit cum virgine, licet prius ab alio fuerit desponsata, BIGAMUS non censetur, *c. 5. X. eod.*

BIGAMUS non est, qui plures habuit concubinas, *c. 6. X. eod.*

BIGAMUS omni privilegio clericali caret, nec valet consuetudo in contrarium, & prohibetur sub anathemate tonsuram vel habitum deferre clericalem, *c. un. de Bigamis in 6.*

BIS.

Qui BIS idem promittit, is eo jure amplius quam semel non tenetur, *L. 18. de V. O.*

BISSEXTUS.

BISSEXTUS cum in Calendis computatus est, nihil refert, utrum priore, vel posteriore die quis natus sit, nam deinceps in eo mense sexto Calendas annum vel annos complevisse dicetur, *L. 98. pr. de V. S.*

BLASPHEMIA.

BLASPHEMIAE & adjurationes puniendæ sunt, *c. 2. X. de maledicis.*

BLÆSUS.

BLAESUS servus dicitur esse sanus, & ideo in eo non est locus ædilitio edicto, *L. 10. §. 5. de adilit. edicto.*

BONA.

BONA civitatis abusive publica dicta sunt, *L. 15. de V. S.*

BONA intelliguntur cujusque, quæ deducto ære alieno supersunt, *L. 39. §. 1. de V. S.*

BONORUM appellatio aut naturalis, aut civilis est, *L. 49. de V. S.*

Naturaliter BONA ex eo dicuntur, quod beant, hoc est, beatos faciunt, *L. 49. de V. S.*

In BONIS autem nostris computari sciendum est, non solum quæ dominii nostri sunt, sed & si bona fide à nobis possideantur, vel superficiaria sint, *L. 49. de V. S.*

Æque BONIS annumerabitur, etiam si quid est in actionibus, petitionibus, persecutionibus, *L. 49. de V. S.*

Proprie BONA dici non possunt, quæ plus incommodi, quam commodi habent, *L. 85. de V. S.*

BONORUM universitas quando in contractu transfertur, intelligitur deducto ære alieno, *L. 72. pr. de jure dot.*

Quibus per Prætorem BONIS interdictum est, nihil transferre ad aliquem possunt, quia in bonis nihil habent, cum eis deminutio sit interdicta, *L. 10. pr. de curator. furioso* &c.

Usumfructum BONORUM suorum legans videtur legare tam mobilium, quam immobilium usumfr., *L. 37. de usu & usufr. leg.*

Si BONA ad fiscum fuerint devoluta, ex quibus alimenta debentur, præstanda sunt, sicuti si ad quemlibet successorem transissent, *L. 2. §. 1. de aliment. legat.*

De BONIS f. *facultatibus* suis amplius, quam in his est, sæpe sperant homines, quod frequenter accidit his, qui transmarinas negotiationes, & aliis regionibus, quam in quibus ipsi morantur, per servos ac libertos exercent, *L. 10. qui & à quib. man.*

Rem in BONIS nostris habere intelligimur, quotiens possidentes, exceptionem, aut amittentes, ad recuperandam

randam eam, actionem habemus, *L. 52. de A. R. D.*

In BONIS esse & de *bonis* vel ex *bonis* esse differunt, *L. 2. §. 22. vi bonor. rapt.*

BONA fisco citra pœnam exilii perpetuam adjudicari sententia non oportet, *L. 39. pr. de jure fisci.*

BONA eorum, qui in custodia, vel in vinculis, vel compedibus decesserunt, heredibus eorum non auferuntur, sive testato, sive intestato decesserunt, *L. 45. §. 1. eod.*

Ejus BONA, qui sibi mortem conscivit, non ante ad fiscum coguntur, quam prius constiterit, cujus criminis gratia manus sibi intulerit, *d. L. 45. §. 2. eod.*

Ejus BONA, qui sibi ob aliquod admissum flagitium mortem conscivit, & manus intulit, fisco vindicantur, *L. 45. §. 2. eod.*

Ex his BONIS, quæ ad fiscum delata sunt, instrumenta vel chirographa, acta etiam ad jus privatorum pertinentia restitui postulantibus convenit, *L. 45. §. 4. eod.*

Damnatione BONA publicantur, cum aut vita adimitur, aut civitas, aut servilis conditio irrogatur, *L. 1. pr. de bonis damnat.*

Ex BONIS damnatorum portiones adoptivis liberis, si non fraudis causa facta est adoptio, non minus quam naturalibus concedi æquum est, *L. 7. §. 2. eod.*

BONA ejus, qui in reatu mortem sibi conscivit, fisco demum vindicanda sunt, si ejus criminis reus fuit, ut si damnaretur morte, aut deportatione afficiendus esset, *L. 3. §. 1. de bonis eorum, qui ante sentent.*

BONA ejus, qui manus sibi intulit, fisco demum vindicantur, si eo crimine nexus fuit, ut, si convinceretur, bonis careat, *L. 3. §. 3. eod.*

BONORUM appellatio, sicut hereditatis, universitatem quandam ac jus successionis, & non singulas res demonstrat, *L. 208. de V. S.*

BONA debitoris non servantis pacta non debent in creditorem transferri de facto, sed ordine successivo, *L. 14. C. de pact.*

BONIS interdictus non solum adulto habenti curatorem, sed etiam pupillo est similis, *L. 3. C. de in integr. rest. min.*

BONA materna integra ad liberos pervenire debent, *L. 4. C. de secund. nupt.*

De BONIS matris deportatæ filiis nihil deberi, juris absolutissimi est, *L. 5. C. de bonis proscript.*

Quicunque habent, vel detinent BONA damnati perduellionis, in Regia quidem Urbe intra duos menses, in Provincia vero intra octo menses debent ea fisco deferre, *L. 11. C. de bonis proscript.*

BONA damnatorum seu proscriptorum non fiunt lucro Iudicibus, aut eorum Officiis, neque secundum veteres leges fisco applicantur, sed ascendentibus, & descendentibus, & ex latere usque ad tertium gradum, si supersint, excepto crimine læsæ majestatis, *Auth. Bona damnatorum, C. eod.*

Eorum demum BONA fisco vindicantur, qui conscientia delati, admissique criminis, metuque futuræ sententiæ, manus sibi intulerunt, *L. 1. C. de bonis eorum, qui mortem* &c.

BONA mortuorum ante condemnationem fisco non vindicantur, *L. 10. C. de jure fisci, X.*

BONA vacantia fisco vindicantur, *L. 20. §. 7. de heredit. petit.*

Si BONA vacantia quis possederit, & quadriennium præterierit, indubitate conveniri poterit ex parte Edicti, *si quis omissa causa testamenti* &c. *L. 6.*

L. 6. §. 7. si quis omissa causa testamenti &c.

Etiam ex privilegio civitates non succedant in BONIS vacantibus, & si occupaverint, ab eis auferuntur, *L. 1. C. de bonis vacant. X.*

BONA mortuorum vacantia tunc ad fiscum transferuntur, si nullum ex qualibet sanguinis linea, vel juris titulo legitimum reliquerit intestatus heredem, *L. 4. C. eod.*

Quadriennii tempus, quod BONIS vacantibus nunciandis præscriptum est, non ex opinione hominum, sed de substantia vacantium bonorum dinumeratur, *L. 10. §. 1. de divers. tempor. præscrip.*

BONORUM vacantium persecutionem fiscus quadriennali silentio amittit, *L. 1. C. de quadriennii præscript.*

BONA vacantia qui ex beneficio principis promeriti sunt, statim domini fiunt & securi adversus fiscum, *ibid.*

Nomine BONORUM tam mobilia, quam immobilia dicuntur, *c. 12. X. de testamentis* &c.

In BONIS Ecclesiæ non succeditur jure consanguinitatis, *c. 1. X. de prabendis* &c.

BONA Ecclesiarum communia sunt, nec debet quisquam tanquam propria vindicare, *c. 3. X. eod.*

De BONIS per Ecclesiam acquisitis, Clerici testari non possunt, *c. 7. X. de testamentis.*

De BONIS propriis, vel acquisitis intuitu personæ Clerici, testari possunt, de acquisitis intuitu Ecclesiæ non, *c. 9. X. eod.*

In BONIS patris, matris, & aviæ, habet quis debitam, s. legitimam jure naturæ, in qua gravari nequit, *c. 16. X. eod.*

Si positus in dignitate alienat BONA dignitatis, non valet alienatio, & ipsemet revocare debet non obstante juramento de non revocando, maxime si prius jurat non alienare, *c. 33. X. de jurejurando.*

BONA Ecclesiæ quadraginta annorum spatio præscribuntur, *c. 9. X. de præscript.*

Meliorationes factæ per Prælatum in BONIS Ecclesiæ, sunt suæ in vita, etiam si dimittat beneficium, sed de his testari non potest, *c. 5. X. de pecul. cleric.*

Episcopi & alii Prælati BONA dignitatum & Ecclesiarum vacantium non occupent, etsi ad eos collatio, vel custodia pertineat, *c. 9. de offic. ordin. in 6.*

BONA viri mulieri sunt pro dote tacite obligata, *c. 5. X. de pignor.*

BONA sacrilegi debent publicari, *c. 21. q. 3. caus. 24.*

Eadem plectuntur pœna, qui Ecclesiæ res, & BONA Episcoporum invadunt, *c. 58. q. 1. caus. 16.*

BONA damnantur cum reo criminis læsæ Majestatis, *c. 5. pr. de pœnis in 6.*

BONA, quæ ab Ecclesia obtinet occidens Magistratum, vel occidi jubens, revertuntur ad eam; *Bona* vero ejus propria confiscantur, *Extrav. XII. c. 1. §. nos igitur.*

BONA malignando auferuntur domino, *I. F. 10.*

BONORUM *possessio.*

Is, qui BONORUM possessionem contra tabulas testamenti patris petierit, si fratri impuberi substitutus sit, repellitur à substitutione, *L. 22. de vulg. & pupill. subst.*

Etiamsi BONORUM possessio contra tabulas patris petita sit, substitutio tamen pupillaris valet, *L. 34. §. 1. eod.*

BONORUM possessionem ultra tempora

ra edicto determinata, nec militis posse agnosci, *L. 15. §. 6. de testam. mil.*

BONORUM possessio heredis heredibus non defertur, *L. 227. de V. S.*

Ius BONORUM possessionis introductum est à Prætore emendandi veteris juris gratia, *pr. I. de bonor. possess.*

BONORUM possessiones ordinariæ sunt sex, & septima est extraordinaria, §. *4. eod.*

Intestati patris liberis BONORUM possessio datur, non tantum his, qui in potestate parentis usque in mortis tempus fuerunt, sed emancipatis, *L. 1. §. 2. quis ordo in possess. serv.*

Utile tempus est BONORUM possessionum admittendarum, *L. 2. pr. eod.*

BONORUM possessio alia de plano peti potest, alia causæ cognitionem pro tribunali desiderat, & decretum exposcit, *L. 2. §. 1. eod.*

Circa tempora BONORUM possessionis patris scientia ignoranti filio non nocet, *L. 3. eod.*

BONORUM possessio hodie potest qualitercunque sine solennitate peti, §. *7. de bon. poss.*

In petenda BONORUM possessione dies utiles singuli considerantur, §. *6. eod.*

BONORUM possessiones non solum emendandi, sed etiam confirmandi juris civilis gratia introductæ sunt à Prætore, qui vocat suos & agnatos, in *pr. I. eod.*

Per BONORUM possessionem Prætor non facit heredem aliquem, sed facit eum loco heredis, & vocatur bonorum possessor, *§. 2. eod.*

BONORUM possessiones ex testamento sunt duæ, una vocatur contra tabulas, quæ datur liberis præteritis in potestate, vel emancipatis, alia secundum tab. quæ datur omnibus jure scriptis heredibus, §. *3. eod.*

BONORUM possessiones ab intestato sunt octo, quædam *primo* loco suis heredibus, & his, qui in edicto Prætoris inter suos connumerantur, datur, quæ vocatur unde liberi, *secundo* legitimis heredibus, *tertio* decem personis, quæ extraneo manumissori præferebantur à Prætore, *quarto* cognatis proximis, *quinto* tanquam ex familia, *sexto* patrono, patronæque liberisque eorum, & parentibus, *septimo* viro & uxori, *octavo* cognatis manumissoris, *d. §. 3.*

BONORUM possessio unde decem personæ hodie sublata est, & in ejus locum collata est bonorum possessio, unde cognati, *§. 4 eod.*

BONORUM possessiones tanquam ex familia, & unde liberi, & parentes, patroni hodie sublatæ sunt, *d. §. 4.*

In BONORUM possessione petenda liberis & parentibus, tam naturalibus, quam adoptivis, datur anni spatium, cæteris autem sc. agnatis vel cognatis, centum dierum, *ibid.*

Servus BONORUM possessionem recte admittere potest, si Prætor de conditione ejus certus sit, *L. 7. pr. de bonor. poss.*

BONORUM possessio absenti & non petenti dari potest, si judex sciat eam esse delatam, *ibid.*

Fœmina BONORUM possessionem alii petere potest, *ibid.*

Impubes nec BONORUM possessionem admittere, nec judicium sine tutoris auctoritate accipere potest, *L. 7. §. 1. eod.*

BONORUM possessionem tutor pupillo, & pater infanti petere possunt, *ibid.*

Tutor BONORUM possessionem pupillo competentem repudiare non potest, *L. 8. eod.*

BONO-

BONORUM possessio admissa, commoda & incommoda hereditaria, itemque dominium rerum, quæ in his bonis sunt, tribuit, *L. 1. eod.*

BONORUM possessio differt à rerum possessione, de qua agitur *Lib. 41. t. 2. π. L. 3.* §. *1. eod.*

BONORUM possessio ita definitur, quod sit jus persequendi retinendique patrimonii, sive rei, quæ cujusque, cum moritur, fuit, *d. L. 3.* §. *2. eod.*

BONORUM possessio invito nemini adquiritur, *L. 3.* §. *3. eod.*

BONORUM possessio tam patrisfamilias, quam filiifam. dari potest, *L. 3.* §. *5. eod.*

Acquirere quis BONORUM possessionem potest, vel per semetipsum, vel per alium, *L. 3.* §. *7. eod.*

Si causa cognita BONORUM possessio detur, non alibi dabitur, quam pro tribunali, *L. 3.* §. *8. eod.*

In BONORUM possessione jus accrescendi locum habet, *L. 3.* §. *9. eod.*

BONORUM possessionis beneficium multiplex est; nam quædam bonorum possessiones competunt contra voluntatem; quædam secundum voluntatem defunctorum, nec non ab intestato habentibus jus legitimum, vel non habentibus propter capitis deminutionem, *L. 6.* §. *1. eod.*

In BONORUM possessionibus juris ignorantia non prodest, quo minus dies cedat, & ideo heredi instituto & ante apertas tabulas dies cedit, satis est enim, scire mortuum esse, seque proximum cognatum fuisse, *L. 10. eod.*

Si pupillo tutor BONORUM possessionem petierit, & plus incommodi quam commodi hæc *bonorum possessio* habeat, tutor tutelæ judicio tenetur, *L. 11. eod.*

BONORUM possessio cessat, ubi lex, vel Senatus, vel Constitutio hereditatem capere prohibet, *L. 12.* §. *1. eod.*

BONORUM possessio his denegatur, qui rei capitalis damnati sunt, neque in integrum restituti sunt, *L. 13. eod.*

Ad BONORUM possessionem relegatus admittitur, *ibid.*

Quoties is, cui BONORUM possessio ab altero postulata est, furere cœperit, magis probatum, ratum eum videri habuisse, *L. 16. eod.*

BONORUM possessio minime dari potest heredi, cujus nomen inconsulto ita deletum sit, ut penitus legi non possit, *L. un. Si tabulæ test. extab.*

BONORUM possessionis tempus furioso, quamdiu in eadem conditione est, neque instituto neque substituto cedit, *L. 1. de bonor. poss. furioso*, &c.

BONORUM possessionem admittere possunt mutus, surdus, cœcus, si, quod agatur, intelligant, *L. 2. eod.*

BONORUM possessionis petendæ tempus præstitutum est à Prætore his, quibus *bonorum possessio* defertur, & datur inter eos successorium edictum, ut maturius creditores possint scire, utrum habeant, cum quo congrediantur, an vero bona vacantia fisco sint delata, an vero creditores sint mittendi in bona, *L. 1. pr. de success. edicto.*

Vnus quisque suam BONORUM possessionem repudiare, alienam non potest, *d. L. 1.* §. *1. eod.*

BONORUM possessionem procurator meus sine mea voluntate repudiare non potest, *d. L. 1.* §. *2. eod.*

BONORUM possessionem per servum delatam dominus repudiare potest, *L. 1.* §. *3. eod.*

BONORUM possessionem pupillus autoritate tutoris repudiare potest, *L. 1.* §. *4. eod.*

Qui semel noluit BONORUM possessionem petere, perdidit jus ejus, etsi tempora largiantur, *L. 1. §. 6. eod.*

Quod intra dies centum BONORUM possessio peti possit, ita intelligendum est, ut & ipso die centesimo *bonorum possessio* peti possit, quemadmodum intra Kalendas etiam ipsæ Kalendæ sunt. Idem est, & si in diebus centum dicatur, *L. 1. §. 9. eod.*

BONORUM possessio ex omnibus causis liberis parentibusque intra annum competit, *L. 1. §. 16. eod.*

BONORUM possessionis tempus largius tribuitur parentibus liberisque in honorem sanguinis, & ideo datur eis annus, nonnunquam tamen urgentibus creditoribus ante annum possunt interrogari in jure, an admittant bonorum possessionem, ut si repudiare dicant, sciant creditores, quid sibi agendum sit, si deliberare se adhuc dicant, præcipitandi non sunt, *L. 1. §. 12. eod.*

In BONORUM possessione, quæ pro tribunali datur, non cedit tempus petendi eam, cum Prætor aliis rebus, aut militaribus, aut custodiis aut cognitionibus fuit occupatus, *L. 2. §. 2. quis ordo in possess.*

BONORUM possessio, quando alicui defertur, debet is adire Prætorem, si Prætor sit in proxima civitate, & spatium itineris numeratione 20. millium passuum pro singulis diebus facta habebit intra annum, vel centum dierum spatium, quod datur ad eam petendam, *L. 2. §. 3. eod.*

BONORUM possessionis tempus non currit sequentib. ventre in possessionem misso, quia etsi is natus sit, ante ei defertur *bonorum possessio*, quam sequentib. *d. L. 2. §. 4. eod.*

BONORUM possessio intra annum debet peti, si sit de ascendentibus, vel descendentibus, *L. 1. C. de restitut. milit.*

BONORUM possessionis petendæ tempus non currit ei, qui certus non est, an ex testamento, an ab intestato succedat, vel ex quo capite veniant, *L. 5. C. qui admitti* &c.

BONORUM possessionem tutor pupilli nomine agnoscere potest, *L. 7. C. eod.*

BONORUM possessionem pupillus sine tutoris autoritate amplecti non potest, *L. 7. C. eod.*

BONORUM possessionis petendæ tempus currit à die scientiæ, *L. 2. C. eod.*

BONORUM possessio, quæ defertur alicui causa consanguinitatis transversalis, intra centum dies utiles peti debet, *d. L. 2. C. eod.*

BONORUM possessionem si is, qui est in primo gradu, repudiet ante suum tempus finitum, statim incipit currere tempus secundo, *§. pen. de bonor. possess.*

BONORUM possessio non transmittitur, nisi fuerit præparata, *L. 6. §. 2. de inoff. testam.*

BONORUM possessio nunquam transit ad heredem, nisi fuerit petita à defuncto, vel ratihabita per eum petitio bonorum possessionis, quam procurator ejus eo vivo ac pro eo fecit, competit tamen heredi jus petendi restitutionem in integrum ad petendam bonorum possessionem, si defunctus impeditus propter justam absentiam intra diem statutum ad petendam bonorum possessionem ea non petita decessit, *L. 86. pr. de acquir. hered.*

BONORUM possessio, vel hereditas non agnita non transmittitur ad heredes, fallit in liberis, *L. 3. §. 7. de bonor. possess.*

BONORUM possessio causa litis agnoscendæ non tribuit jus, & ideo ejus virtute

virtute scriptis heredibus non potest possessio auferri, *L. 2. C. de inoffic.*

BONORVM possessionem agnoscens habet rei vindicationem, *L. 1. C. unde legit.*

BONORVM possessionem agnoscere nemo cogitur invitus, *L. 5. C. eod.*

Si primus non agnovit BONORVM possessionem ut debuit, sequens admittitur per successorium edictum, *L. 2. C. de success. edicto.*

Filio delatam BONORVM possessionem, patri ad fraudem filii repudiare non licet, *L. 2. C. de repud. bonor. poss.*

BONORVM possessio potest repudiari etiam sine præsentia advocati, neque potest postea rursus prætextu absentiæ advocati ad eam redire, *L. 1. C. eod.*

Pubes BONORVM possessionem agnoscens, pro herede se gerit, *L. 12. C. de ju. delib.*

BONORVM *possessio contra tabulas.*

BONORVM possessiones ex testamento, sc. contra tabulas; & secundum tabul., item bonorum possessiones ab intestato, sc. unde liberi, unde legitimi, hodie sunt necessariæ, §. 4. *de bonor. poss.*

Qui per BONORVM possessionem contra tabulas judicia patris rescindunt, ex judicio ejus quibusdam personis legata & fideicommissa præstare debent, *L. 1. pr. de legatis præst. contra tab. bon. poss.*

Ad BONORVM possessionem contra tabulas liberi sive naturales, & legitimi, sui, vel emancipati, sive adoptivi, qui neque instituti, neque rite exheredati sunt, vocantur eo jure, eoque ordine, quo vocantur ad successionem jure civili, *L. 1. pr.* & §. 1. *de bon. poss. cont. tab.*

Ad BONORVM possessionem contra tabulas filius ab hostibus postliminio reversus admittitur, *d. L. 1. §. 3. eod.*

BONORVM possessio contra tabulas competit etiam posthumis præteritis, cum erunt nati, *L. 1. §. 2. eod.*

BONORVM possessio contra tabulas pro duabus partibus competit duobus ex tribus filiis præteritis, etiamsi tertius filius sit ab hostibus captus, *L. 1. §. 4. eod.*

Ad BONORVM possessionem contra tabulas admittuntur liberi sui juris facti per emancipationem, vel alio modo, filii autem adoptivi sui juris facti non admittuntur, *L. 1. §. 6. eod.*

Ad BONORVM possessionem non tantum ipsi emancipati admittuntur, verum etiam hi quoque, qui ex his nati sunt, *L. 3. pr. eod.*

Nepos (ex filio meo, qui non ex voluntate mea duxit uxorem) filio meo seu patre ejus præmortuo, potest ad BONORVM possessionem contra tabulas avi, h. e. meam venire, *d. L. 3. §. 5. eod.*

Si emancipatus filius præteritus, ante petitam *bonorum possessionem* arrogandum se dederit, amittit BONORVM possessionem contra tabulas, *L. 3. §. 6. eod.*

Si quis filio suo emancipato nepotem, quem ex eo retinuerat, dederit in adoptionem, nepos iste ad BONORVM possessionem contra tabulas avi sui admittitur, patre ejus ante defuncto, quia in ejus est familia, *L. 3. §. 7. eod.*

Liberi, qui institui heredes jure non possunt, nec BONORVM possessionem contra tabulas petere possunt, *L. 3. §. 10. eod.*

Si quis ex liberis heres scriptus sit, ad BONORVM possessionem contra tabulas vocari non debet, cum possit secun-

secundum tabulas habere possessionem, *L. 3. §. 11. eod.*

Si quis ex liberis non sit scriptus heres, sed servus ejus, eumque jusserit adire hereditatem, BONORUM possessio contra tabulas ei denegatur, *L. 3. §. 15. eod.*

Legatarius BONORUM possessionem contra tabulas non petit, *L. 3. §. 16. eod.*

BONORUM possessio contra tabulas, quæ liberis promittitur, locum habet, sive quis heres extiterit, sive non, *L. 4. pr. eod.*

Patronus BONORUM possessionem contra tabulas petere non potest, nisi hereditas sit adita, *ibid.*

BONORUM possessio contra tabulas non habet locum, quando quis filium in potestate instituit, vel exheredavit, & nepotem ex eo præteriit, quia filius præcedit nepotem, & idem est in seqq. gradibus præteritis, *L. 4. §. 1. eod.*

BONORUM possessio contra tabulas non datur contra fœminarum testamenta, quia suos heredes non habent, *d. L. 4. §. 2. eod.*

Ad BONORUM possessionem contra tabulas non admittuntur exheredati, sicut nec turbant jure civili ipso jure testamenta parentum, nisi velint inofficiosi querelam instituere, *L. 8. pr. eod.*

BONORUM possessio contra tabulas ut non datur filio exheredato, non sufficit aliqua parte tab. cum filium exheredem scribi, sed debet exheredari eo gradu, quo petitur bonorum possessio, ut si filius exheredatus à primo gradu à secundo præteritus, si primo gradu scripti non petierint secundum tab. poterit petere contra tab. adversus secundo gradu scriptos, *d. L. 8. §. 1. eod.*

Non quævis exheredatio summovet filium à BONORUM possessione contra tabulas, sed quæ rite facta est, *L. 8. §. 2. eod.*

Si ab uno ex heredibus filius sit exheredatus, idcirco BONORUM possessionem contra tabulas petere potest contra utrumque heredem, *L. 8. § 3. eod.*

Si quis sua manu se exheredem scripsit, BONORUM possessionem contratabulas non habet, *L. 8. §. 6. eod.*

BONORUM possessio contra tabulas quando datur, illæ partes unicuique liberorum tribuuntur, quas intestato mortuo in hereditate habiturus esset, si in potestate mansisset, *L. 8. §. 14. eod.*

Si post mortem testatoris heres institutus filius in adoptionem se dederit, BONORUM possessionem contra tabulas accipere potest, *L. 10. pr. eod.*

Liberi, qui BONORUM possessionem contra tabulas non habent, nec partem faciunt, *L. 10. §. 4. eod.*

BONORUM possessio contra tabulas, quæ datur liberis præteritis, distribuitur exemplo juris civilis, & ab intestato, & ita nepotes ex uno filio unam tantum partem habebunt, *L. 12. §. 1. eod.*

Si BONORUM possessio contra tabulas duobus filiis, & ex altero filio duobus nepotibus competat, & alter ex nepotibus non petat, pars ejus fratri accrescit; si vero ex filiis alter non petat, tam fratri, quam nepotibus id prodest, namque tunc duo semisses fiunt, ex quibus alterum filius, alterum nepotes consequuntur, *L. 12. pr. eod.*

Cum emancipatus BONORUM possessionem contra tabulas accipit, scriptus heres ei hereditatem petenti cogendus est & prædia & servos hereditarios præstare, *L. 13. pr. eod.*

BONORUM possessio contra tabulas potest

potest opponi in modum exceptionis, *L. 15. eod.*

Si pater se dederit in adoptionem, nec sequatur eum filius, emancipatus ab eo antea factus, quia in alia familia sit pater, in alia filius, BONORUM possessionem contra tabulas non potest filius ejus habere, *L. 17. eod.*

Ei, qui BONORUM possessionem contra tabulas accepit, tam legati, quam fideicommissi exactio, sed & mortis causa donationis retentio denegatur, nec interest, per semetipsos, an per alium quæratur, *L. 18. §. 1. eod.*

BONORUM possessionem contra tabulas peti à filio inane est, quando omnes instituti, substitutique ante testatorem decesserunt, vel sit heres institutus ille, cum quo nulla est testamenti factio, *L. 19. eod.*

BONORUM possessio contra tabulas datur etiam non adita hereditate, *L. 20. §. sed cum exhered. eod.*

BONORUM possessione contra tabulas petita præstantur legata liberis etiam adoptivis, vel qui in adoptionem dati sunt, dummodo maneant liberi, *L. 1. §. 2. de legatis præst.*

BONORUM possessione contra tabulas petita præstari debent legata relicta liberis etiam posthumis, qui pro natis habentur, *d. L. 1. §. 3. eod.*

BONORUM possessione contra tabulas petita non debentur fratri & sorori legata eis relicta, sed tantum debentur, quæ ipsis parentibus, & liberis relinquitur, non quæ relinquuntur servis liberorum, vel parentum, *L. 3. §. 1. & 2. eod.*

BONORUM possessione contra tabulas petita legatum relictum extero ita, ut restitueret exceptæ personæ, sc. liberis, vel parentibus præstari debet, *L. 3. §. 3. eod.*

Ea autem legata sola præstant, qui BONORUM possessionem contra tabulas accipiunt, quæ utiliter data sunt, *L. 3. §. 7. eod.*

BONORUM possessione contra tabulas petita legata relicta à pupillo debentur exceptis personis, sed relicta à substituto debentur omnibus salva ratione Falcidiæ, *L. 5. pr. eod.*

BONORUM possessione contra tabulas petita legatum, quod dotis causa relictum est uxori, vel nurui, præstari debet, etsi plus sit in legato, quam in dote, *L. 8. §. 6. & L. 9. eod.*

BONORUM possessione contra tabulas petita legatum licet sub prætextu dotis relictum uxori, vel nurui, quæ dotem non habebat, non valet, *L. 15. §. 3. eod.*

BONORUM possessione contra tabulas petita portio hereditatis relicta exceptæ personæ debetur, quam si illa persona repudiet, illa pertinet ad filium emancipatum, qui petiit contra tabulas, & legata tenetur præstare exceptis personis, & non aliis, *L. 27. eod.*

BONORUM possessione contra tabulas testamenti præterito emancipato filio data, scriptus heres alter filius, qui possessionem accepit, vel jure civili contentus non accepit, legata præcipua non habebit, *L. 22. eod.*

BONORUM possessio contra tabulas quoties datur, emancipati debent conferre bona sua his solis, qui in potestate patris fuerunt, sed non aliis emancipatis, *L. 3. §. 2. de collat. bonor.*

BONORUM possessio contra tabulas primo pertinet ad liberos præteritos, qui si postea non occupaverunt, datur secundum tabulas institutis, *L. 2. pr. de bon. poss. sec. tab.*

Emancipatus à parente in ea causa est, ut in BONORUM possessione contra

tra

tra tabulas liberti patiatur exitum, *L. 1. pr. si à parente quis manum.*

Ad BONORUM possessionem contra tabulas pater venire non potest, si forte filius militare cœperit, *L. 1. §. 4. eod.*

Ad BONORUM possessionem contra tabulas filii emancipati non veniunt liberi emancipatoris, eo quod fuerint præteriti à filio emancipato, quamvis filii patroni veniant ad contra tab. liberti, *d. L. 1. §. 5. eod.*

BONORUM possessionem contra tabulas liberti accipiens repellitur ab omni judicio liberti, non tamen, quando is est heres ipsi liberto, sed etiam quando est substitutus etiam filio impuberi liberti, *L. 16. §. 5. de bonis libertor.*

A BONORUM possessione contra tabulas patronus, liberti muneribus electis, & operis, repellitur, *L. 2. C. de bon. poss. cont. tab. liberti* &c.

BONORUM possessio contra tabulas potest agnosci per tutorem nomine infantis, vel etiam pupilli, *L. 2. C. de bonor. poss cont. tab.*

BONORUM possessio contra tabulas, quæ datur patrono, non rumpit in totum testamentum liberti, sed tantum usque ad legitimam, *L. 1. C. de bon poss cont. tab. lib.*

BONORUM possessionem contra tabulas habet etiam patronus, qui ex necessitate fideicommissi manumisit, si manumissus eum præterierit, *L. 1. C. eod.*

BONORUM possessio contra tabulas quando intentatur, antequam heres scriptus adeat, tunc res deducitur ad causam inestati, *L. 17. C. de collat.*

BONORUM possessionem contra tabulas Prætor liberis emancipatis præteritis permittit, *§. 3. de exhered. liber.*

Ad BONORUM possessionem contra tabulas non admittuntur filii emancipati existentes tempore mortis in aliena familia, *§. 12. de hered. quæ ab intest.*

BONORUM *possessio decretalis.*

BONORUM possessio decretalis repudiari non potest, *L. 1. §. 7. de success. edicto*

BONORUM possessio decretalis non acquiritur invito, *L. 3. §. 3. de bonor. poss.*

BONORUM *possessio edictalis.*

BONORUM possessio edictalis ponitur quandoque large etiam pro *decretali, L. 30. §. 1. de acquir. hered.*

BONORUM *possessio unde cognati.*

BONORUM possessio unde cognati habet nudam Prætoris indulgentiam, neque ex jure civili originem habet, *L. 1. pr. unde cogn.*

BONORUM possessio unde cognati cognatorum gradus sex complectitur, ex septimo duas personas sobrino & sobrina natum & natam, *d. L. 1. §. 3. eod.*

BONORUM possessio unde cognati non pertinet ad cognationes serviles, *L. 1. §. 2. eod.*

Ad BONORUM possessionem unde cognati gradatim admittuntur cognati, ut qui sunt primo gradu, omnes simul admittuntur, *L. 1. § 10. eod.*

Ad BONORUM possessionem matris suæ unde proximi cognati, & unde legitimi ex Orphitiano admittitur is, qui ex mortua matre exsecto ventre editus est, *L. 1. §. 9. eod.*

BONORUM possessionem unde cognati petere possunt etiam vulgo quæsiti liberi matris, & mater talium liberorum, & ipsi fratres inter se, quia sunt invicem cognati, *L. 2. eod.*

Ad BONORUM possessionem unde cognati in aviæ maternæ hereditate non ideo minus admittuntur nepotes, quod

quod vulgo quæsiti fuerint, secus tamen est in paterna, *L. 8. eod.*

BONORUM possessio unde cognati manumissoris prorsus hodie sublata est, §. 4. *de bonor. possess.*

BONORUM *possessio unde legitimi.*

A BONORUM possessione unde legitimi heres legitimus, si capite minutus est, summovetur, *L. 1. unde legitimi.*

BONORUM possessionem unde legitimi non tantum masculi, verum etiam fœminæ accipere possunt, *L. 2. §. 2. eod.*

BONORUM possessio unde legitimi omnem vocat, qui ab intestato potuit esse heres, sive lex XII. tabular. eum legitimum heredem faciat, sive alia lex, Senatusconsultum, *L. 2. §. 4. eod.*

BONORUM possessionem unde legitimi mater, quæ ex Senatusconsulto Tertulliano venit, item qui ex Orphitiano ad legitimam hereditatem admittuntur, petere possunt, *L. 2. §. 4. eod.*

BONORUM possessio unde legitimi locum non habet, quotiescunque vel lex, vel senatus defert hereditatem, *L. 3. eod.*

BONORUM possessio unde legitimi consobrinis datur, *L. 1. C. unde legitimi &c.*

BONORUM *possessio unde liberi.*

BONORUM possessionem unde liberi accipiunt filii emancipati, *L. 1. C. unde liberi.*

BONORUM possessio unde liberi non datur nepotibus ex filio, vel filia, ubi agitur de hereditatibus fœminæ, *L. 12. C. de suis & legit.*

BONORUM *possessio secundum tabulas.*

BONORUM possessio secundum tabulas ut detur, sufficit tabulas extare, etsi non proferantur, etiamsi sint apud furem, vel apud depositarium, *L. 1. §. 2. de bon. poss. sec. tabul.*

BONORUM possessio secundum tabulas ut agnoscatur, non est opus eas aperire, *ibid.*

BONORUM possessio secundum tabulas ut agnoscatur, sufficit semel mortuo testatore tabulas extitisse, etiamsi postea extare desierint, *L. 1. §. 3. eod.*

BONORUM possessio secundum tabulas de originali debet peti, non de exemplo, *L. 1. §. 7. eod.*

BONORUM possessio secundum tabulas ut detur, requiritur, quod testator utroque tempore habuerit jus testamenti faciendi, & cum facit testamentum, & cum moritur, *L. 1. §. 8. eod.*

BONORUM possessio secundum tabulas peti non potest ex testamento, quod fecit furiosus, impubes, vel alius ex his, qui testamenta non possunt facere, etiamsi postea habentes testamenti factionem decesserint, *ibid.*

BONORUM possessio secundum tabulas peti potest ex testamento, quod fecit filiusfam. veteranus de castrensi, deinde emancipatus vel alias paterfam. factus decessit, *L. 1. §. 8. verb. Sed si filiusfam. eod.*

BONORUM possessio secundum tabulas peti potest ex testamento illius, qui tempore testamenti, & mortis habebat testamenti factionem, medio autem tempore non habebat, *ibid.*

BONORUM possessio secundum tabulas peti potest ex tabulis, quarum linum, vel chordulam, qua ligatæ erant, aliquis contra voluntatem testatoris incidit etiam vivente testatore,

tore, secus si ipse testator incidisset, *L. 1. §. 10. eod.*

BONORUM possessio secundum tabulas competit institutis, si tempus bonorum possessionis contra tabulas petendæ sit finitum, vel liberi præteriti ante illud tempus decesserint, vel repudiaverint, vel jus petendi contra tabulas amiserint, *L. 2. pr. eod.*

BONORUM possessio secundum tabulas potest peti pendente conditione institutionis, sive institutus sit suus, sive extraneus, qui non poterat ab intestato succedere, dummodo utiliter sit institutus, nec sit aliquis præteritus, cui competat bonor. poss. contra tab., & si post petitam extitit conditio, confirmatur agnitio, sed si deficit, & tunc si emancipatus, vel suus erat, qui petiit secundum tab., tuentur in bon. poss. sec. tab., ac si accepissent contra tabulas, sed si fuisset extraneus deficiente conditione, infirmatur agnitio, *L. 2. §. 1. & L. 6. eod.*

BONORUM possessio secundum tabulas peti debet pro ea parte, pro qua quisque institutus est, & quamdiu unus ex heredibus deliberat, utrum admittat bonor. poss. sec. tab., vel non, portio bonorum possessionis ejus non defertur coheredi, *L. 2. §. 2. eod.*

BONORUM possessio secundum tabulas defertur primo gradu scriptis heredibus, mox, illis non petentibus, sequentibus non solum substitutis, verum substituti quoque substitutis, *L. 2. §. 4. eod.*

Ad BONORUM possessionem secundum tabulas admittuntur primus & tertius, quando quis ita scripserit: Primus ex parte heres esto, si primus heres non erit, secundus heres esto; tertius ex alia parte dimidia heres esto, si non erit, quartus heres esto, *L. 2. §. 5. eod.*

BONORUM possessionem secundum tabulas petere potest posthumus institutus, si natus fuerit, alioquin non, *L. 3. eod.*

Ad BONORUM possessionem secundum tabulas etiam pendente conditione institutionis admittuntur, qui utiliter sunt instituti, non qui inutiliter, *L. 6. eod.*

Ut BONORUM possessio secundum tabulas pupillares admitti possit, requiritur, an patris testamentum signatum sit, licet secundæ tabulæ resignatæ proferantur, *L. 9. eod.*

BONORUM possessionem secundum tabulas servus sub conditione heres institutus accipere potest, *L. 10. eod.*

Ad BONORUM possessionem secundum tabulas petendam is non admittitur, cujus nomen in testamento voluntate testatoris perductum est, *L. 8. §. 3. eod.*

Ad BONORUM possessionem secundum tabulas petendam is admittitur, in cujus prænomine, cognomine, erratum est, *d. L. 8. §. 2. eod.*

Ut heres BONORUM possessionem secundum tabulas agnoscere possit, requiritur, quod ipse certus sit demonstratus in testamento, & quod certa portio sibi deferatur, alias secus, *L. 12. eod.*

Filius heres institutus, post mortem patris ab hostibus rediit, ad BONORUM possessionem secundum tabulas petendam admittitur, & anni tempus, à quo rediit, ei computabitur, *L. 11. §. 1. eod.*

BONORUM possessio secundum tabulas directo ex edicto Prætoris habet locum, ut testamentum septem testibus signatum in scriptis conditum est, *L. 2. C. de bonor. poss. sec. tab.*

BONORUM possessionem secundum tabulas

bulas intentans debet à principio declarare propositum suæ intentionis, *L. 8. pr. C. de codicill.*

BONORUM possessio secundum tabulas ut detur, necesse est, ut testamentum septem testium signis signatum sit, *§. 6. quib. mod. testam. infir.*

BONORUM possessio secundum tabulas non datur instituto in tabulis scriptis per notas, i. e. signa, & abbreviaturas inusitatas, & non consuetas, *L. 6. §. 2. de bon. poss.*

BONORUM *possessio de ventre in poss. mittendo.*

BONORUM possessio ventris nomine datur posthumis, antequam nascantur, sed postquam nati sunt, contra tabulas, *L. 1. pr. de ventre in poss. mittendo.*

BONORUM possessionis datio ventris nomine non tenet, nisi vere mulier prægnans sit, & mortis tempore, & eo, quo se mitti in possessionem petit, *L. 1. §. 1. eod.*

BONORUM possessio ventris nomine ut detur, non sufficit dicere mulierem se prægnantem, *ibid.*

BONORUM possessionem ex edicto de ventre in possessionem mittendo ventre potest petere contra fiscum, *L. 12. pr. de bonor. poss.*

BONORUM *possessio unde vir & uxor.*

Ut BONORUM possessio unde vir & uxor peti possit, justum esse matrimonium oportet, *L. un. pr. unde vir & uxor.*

BONORUM possessio unde vir & uxor locum non habet, si injustum fuerit matrimonium, *ibid.*

BONORUM possessio unde vir & uxor, ut locum habeat, uxorem esse oportet mortis tempore, *d. L. un. § 1. eod.*

BONORUM possessio unde vir & uxor locum non habet, si divortium secutum fuerit, licet matrimonium jure (i. e. ut non possit alii nubere) duret, *L. un. §. 1. eod.*

BONORUM *possessor.*

BONORUM possessores in omnibus vice heredum habentur, *L. 2. de bonor. poss.*

Prætor BONORUM possessorem heredis loco in omni causa habet, *L. 117. de R. I.*

Si alienus posthumus heres fuerit institutus, BONORUM possessor jure honorario efficitur, *pr. I. de bonor. poss.*

Quos solus vocat Prætor ad hereditatem, non heredes, sed BONORUM possessores vocantur, *§. 2. eod.*

BONORUM possessori competit de jure prætorio actio petitionis possessoriæ hereditatis, in qua tantum venit, quantum in petitione hereditatis civili, *L. 2. de poss. hered. petit.*

BONORUM possessor secundum tabulas non dicitur esse in mora, si non præstet sponte satisdationem legatario de reddendo legato, sed tunc dicitur esse in mora, quando petitam satisdationem non præstat, *L. 2. §. 1. quod legator.*

BONA *fides.*

BONAE fidei emptor esse videtur, qui ignoravit eam rem alienam esse, *L. 109. de V. S.*

BONAE fidei emptor esse videtur, qui putavit eum, qui vendidit, jus vendendi habere, puta procuratorem, aut tutorem, *ibid.*

Ubicunque in BONAE fidei judiciis confertur in arbitrium domini vel procuratoris ejus conditio, pro boni viri arbitrio hoc habendum esse, *L. 22. de R. I.*

BONA fides non patitur, ut bis idem exigatur *L. 57. de R. I.*

BONA fides tantundem possidenti præstat,

ſtat, quantum veritas, quoties lex impedimento non eſt, *L. 136. de R. I.*

BONAE fidei poſſeſſor eſt, qui auctore Iudice comparavit, *L. 137. de R. I.*

BONA fides in omni contractu præſtanda eſt, *L. 59. §. 1. mandati.*

BONA fides contraria eſt fraudi & dolo, *L. 3. §. 3. pro ſocio.*

Nihil magis BONAE fidei congruit, quam id præſtari, quod inter contrahentes actum eſt, *L. 11. §. 1. de A. E.*

BONAE fidei emptor ſevit, & antequam fructus perciperet, cognovit fundum alienum eſſe, quamdiu nunc evictus fundus non fuerit, perceptione fructus ſuos facit, *L. 25. §. 2 de uſuris* &c.

In BONAE fidei contractibus ex mora uſuræ debentur, *L. 32. §. 2. eod.*

BONAM vel malam fidem habere *facti* eſt, & non *juris*, quia non à jure, ſed ab hominis conſcientia deſcendit, *L. 48. §. 1. de A. R. D.*

Si quis BONA fide poſſidens, ante uſucapionem amiſſa poſſeſſione, cognoverit eſſe rem alienam & iterum nanciſcatur poſſeſſionem, non capiet uſu, quia initium ſecundæ poſſeſſionis vitioſum eſt, *L. 15. §. 2. de uſurpat.*

BONA fides quod adſit tempore traditionis, ſufficit in re debita ex teſtamento, vel ex ſtipulatione, ut uſucapi illa poſſit, *L. 15. §. 3. eod.*

BONA fides in initio uſucapionis requiritur, *L. 7. §. 4. pro empt.*

BONA fide ſervum alienum poſſidenti acquiritur per talem ſervum dominium rerum quæſitarum ex rebus ipſius poſſeſſoris, vel ex operis ſervi, & in illis potes uti defenſionibus ſecundum juris formam, *L. 1. pr. C. de rei vindic.*

BONAM fidem in contractibus conſiderari æquum eſt, *L. 4. C. de O. & A.*

BONA fides ſufficit ab initio in uſucapione longi temporis 10. vel 20. ann. pro re immobili, & in triennali pro re mobili, neque mala fides ſuperveniens etiam in heredis perſonam impedit eam uſucapionem, recte initiatam, *L. un. C. de uſucap. transform.*

BONAM fidem, & titulum habens à malæ fidei poſſeſſore præſcribit inter præſentes 10. an. & 20. inter abſentes, ſi verus dominus hanc poſſidere ſcivit, & ipſum non inquietavit, ſed ſi ignoravit, tunc non præſcribit, niſi ſpatio 30. annorum, *Nov. 119. c. 7.*

BONAM fidem, & titulum habens à malæ fidei poſſeſſore quando præſcribit 10. annis inter præſentes, ſi dominus in quibusdam annis, in illis decem annis fuerit abſens, ſupra decennium ad præſcriptionem complendam adjici debent tot anni, quot fuit abſens, *d. Nov. 119. c. 8.*

BONAM fidem habere præſumitur, qui credidit ſe emere à domino, vel qui putat vendentem habere jus vendendi, *pr. I. de uſucap.*

BONA fides & juſtus titulus requiruntur in præſcriptione, *c. 17. X. de præſcript.*

Qui BONAM fidem continuam non habet, non præſcribit, *c. 19. X. eod.*

In præſcriptionibus ſufficit BONA fides, ubi jus commune, vel præſumptio non eſt contra præſcribentem, alias debet allegari titulus & probari, niſi ſit præſcriptio, cujus contrarii non extat memoria, *c. 1. de præſcript. in 6.*

BONAM fidem habere non præſumitur, qui contra jura mercatur, *c. 83. de R. I. in 6.*

BONA fides non patitur, ut ſemel exactum iterum exigatur, *c. 84. eod.*

BONA fides non ad tractum medii temporis, ſed ad initium poſſeſſionis refer-

refertur. Sufficit enim cuique in initio bona fide possidere cœpisse, etsi medio tempore scientiam rei alienæ habuerit, *c. 15. §. 1. q. 3. caus. 16.*

BONÆ *fidei possessor.*

BONAE fidei possessor est, quamdiu ignorat se alienum possidere, cum vero scivetit, nec ab aliena possessione recesserit, malæ fidei possessor est, *c. 5. q. 1. caus. 34.*

BONAE fidei possessor tenetur ad id tantum, quod ad eum pervenit, *L. 20. §. 6. de hered. petit.*

BONAE fidei possessores in id duntaxat tenentur, in quo locupletiores facti sunt, *L. 25. §. 11. eod.*

BONAE fidei possessor, si vendiderit res hereditarias, sive exegit pretium, sive non, quia habet actionem, debebit pretium præstare, *L. 20. §. 18. eod.*

BONAE fidei possessor tenetur restituere rem, quam habet, & quod ejus causa lucratus est, *L. 22. eod.*

BONAE fidei possessor, quemcunque sumptum fecerit ex hereditate, sive quod dilapidaverit, vel perdiderit, dum re sua se abuti putat, non præstabit, *L. 25. §. 11. eod.*

BONAE fidei possessor hereditatis si rem de hereditate donaverit, etiam si ad remunerandum sibi aliquem non obligaverit, non dicitur locupletior, nisi is, cui donavit, advicem remunerationis gratia donatori dederit aliquid, quo casu possessor donans dicitur locupletior eatenus, quatenus accepit, *ibid.*

BONAE fidei possessor illud, quod expendit de hereditate, imputatur, si alias illud erat impensurus, etiamsi se heredem non existimasset, *L. 25. §. 16. eod.*

BONAE fidei possessor servi, ejus nomine, furti actione tenetur, non vero dominus, *L. 12. de noxal. act.*

BONAE fidei possessor si eum servum, quem bona fide possidebat, dimiserit, cum eo ex noxali causa agi non potest, *L. 12. eod.*

Non solum adversus BONAE fidei possessorem, sed etiam adversus eos, qui mala fide possident, actio noxalis datur, *L. 13. eod.*

BONAE fidei possessore non defendente servum in noxali actione si ob id judex adjudicavit eum damnum passo is, cui adjudicatus est servus, habet usucapiendi conditionem, exceptionem, & publicianam contra dominum, si ceciderit à possessione, *L. 28. eod.*

BONAE fidei possessor fructus industriales etiam sine titulo perceptos ante litis contestationem facit suos, si eos consumpsit, nec tenetur restituere, secus si mala fide percepit, atque consumpsit, quia tunc tenetur restituere, *L. 4. §. 2. fin. regund.*

BONAE fidei possessori pleno jure statim sunt agni, hædi, vituli ex pecudibus bona fide possessis nati, *L. 28. pr. de usur.*

BONAE fidei possessor lucratur fructus pro cultura & cura, *L. 17. de his quibus ut indig.*

BONAE fidei possessor, cum usuceperit servum, quia eo modo domino fit, ex omnibus causis per eum sibi acquirere potest, *L. 10. §. 5. de A. R. D.*

BONAE fidei possessor, liberi hominis si extiterit heres ille, qui eum possessum liberum esse sciebat, nihil potest acquirere per eum, *L. 40. eod.*

BONAE fidei possessor, quo casu fructus prædiorum consumptos suos facit, eodem casu per servum alienum bona fide possessum acquirit ex re sua, & opera sua, & econtra, *ibid.*

BONAE fidei, & malæ fidei possessores hereditatis sunt pares post litis contestationem, & ideo tenentur de fructi-

fructibus perceptis, & percipiendis, & de usuris pecuniæ redactæ ex hereditate, *L. 1. §. 1. C. de petit. hered.*

BONAE fidei possessor non cogitur reddere usuras pecuniarum, & fructus ante litis contestationem perceptos ex die venditionis ab eo factæ, qui antea possidebat, nisi ex his sit factus locupletior, *ibid.*

BONAE fidei possessor pro furto commisso sibi à servo bona fide possesso habet actionem furti noxalem contra dominum, *L. 21. C. de furto.*

BONAE fidei possessor pro furto commisso extraneo à servo bona fide possesso tenetur actione furti noxali, multo magis malæ fidei, *ibid.*

BONAE fidei possessor licet teneatur actione noxali, non tamen lege Aquilia, *ibid.*

BONAE fidei possessor est, qui domini cogitatione possidet putans se dominum, *ibid.*

BONAE fidei possessor non tenetur de fructibus non perceptis, vel percipiendis, & consumptis, nisi à tempore litis contestationis, *§. 2. de offic. judic.*

BONITAS.

BONITATEM, vel malitiam non habet id, quod non est, *L. 4. §. 1. de A. E.*

BONVS.

BONI præsumuntur quidam, ut quia sunt nationis non infamatæ, & quidam videntur mali, ut quia sunt ea natione, quæ magis infamis est, *L. 31. §. 21. de ædilit. edicto.*

BONI debent extolli memoria, mali vero debent aboleri, *L. 23. C. de Episc. & Cler.*

BONI à malis semper persequuntur & tribulantur, *c. 5. q. 1. caus. 3.*

Quando BONI simul cum malis habitant, non sunt deserendi boni propter malos, *c. 28. q. 1. caus. 7.*

BONOS sublevare, & malos comprimere, Regum officium est, *c. 23. q. 5. caus. 23.*

BOS.

BOVES recalcitrantes subditos significant suis Doctoribus non obedientes, *c. 27. §. 3. q. 7. caus. 2.*

BOVES magis armentorum, quam jumentorum generis appellantur, *L. 89. pr. de V. S.*

BOVES in pecudum numero sunt, *L. 1. §. 2. ad L. Aquil.*

Si quis BOVES vendidit ea lege, *uti daret experiundos*, quos dedit experiundos, & ab altero bove cornu servus emptoris in experiundo percussus sit, si emptor boves emptos habebat, venditor non tenetur præstare damnum, sed si non habebat emptos, tunc tenetur venditor, si vitio bovis sit percussus servus, secus si culpa ipsius servi, *L. 52. §. 3. eod.*

BOVEM, qui cornu petit, vitiosum esse plerique dicunt, *L. 43. pr. de ædilit. edicto.*

BOVES non jumentorum, sed pecoris appellatione continentur, *L. 38. §. 6. eod.*

Iumentis legatis, BOVES non continentur, *L. 65. §. 5. de legat. 3.*

BOVE subrepto, & occiso, condictio *furtiva* & bovis, & corii, & carnis, domino competit, scilicet si & corium & caro contrectata fuerunt, cornua quoque condicentur, *L. 14. §. 2. de cond. furt.*

Si dominus condictione BOVIS pretium consecutus fuerit, & postea corium vel carnem condicet, omnimodo exceptione summovetur, *ibid.*

BOS si aliquem curru vel plaustro obtriverit, vel aliqua re dejecta damnum dederit, actio de pauperie locum

cum habet, *L. 1. §. 9. si quadrup. paup.*

BREPHOTROPHIVM.

BREPHOTROPHIVM, dicitur locus, in quo infantes, & imbecilles aluntur, *L. 19. C. de sacrosanct.*

BREVIARIÆ *rationes.*

BREVIARIAE rationes dicuntur, quas quis in breviariis præscripsit, *L. 26. de peculio leg.*

BREVIS.

BREVIS, i. e. chartula, sive libellus brevis, *L. 5. C. de conveniendis fisci debit. X.*

BRVTVM.

BRVTIS animalibus peccatum non imputatur, eo quod ratione careant, *c. 3. q. 1. caus. 15.*

BRVTA animalia peccatis hominum sordidata, jubentur in lege interfici, non propter peccatum, sed quia refricant memoriam facti, *c. 4. §. 1. ead.*

BVCCELLARII.

BVCCELLARII milites, corporis custodes, qui suis dominis assistunt; Vel, ut alii volunt, sunt latrones, qui à minimis inceperunt, puta à buccella panis, vel quia ponunt lignum in ore captorum, ut non clament, *L. 10. C. ad L. Iul. de vi* &c.

BVCCINVM.

BVCCINVM, quidam legunt *succinum* vel *sucinum*, *L. 70. §. 13. de legat. 3.* Est inter genera concharum minor purpura, ad similitudinem *buccini*, quo sonus editur, PLIN. *9. c. 36.*

BVLLA.

BVLLA aurea utitur Imperator post coronationem, ante coronationem autem tantum magno Regio Sigillo, *Clem. un. in fin. de jurej.*

BVPRESTIS.

BVPRESTIS, alias *Bubrostis*, *L. 3. §. 3. ad L. Corn. de sicar.* est animal venenatum ac pestiferum, ut scribit PLINIVS *30. c. 4.* Itaque inter venena connumeratur à *Marciano d. L. 3. §. 3. eod.*

BVRDO.

BVRDONES dicuntur muli, qui ex equo, & asina nascuntur, *L. 49. pr. de legat. 3.*

C.

CACABVS.

CACABI & patinæ in instrumento fundi sunt, quia sine his pulmentarium coqui non potest, *L. 18. §. 3. de instr. vel instrum. leg.*

CADAVER.

CADAVERA defunctorum spoliantes cum armis capite puniuntur, si sine armis, in metallum damnantur, *L. 3. §. 7. de sepulchro violato.*

Etiam CADAVERIS petitur restitutio, ut rei, *c. 5. X. de sepulch.*

CADERE.

CADEBAT causa, i. e. rem amittebat, qui in intentione sua plus complexus fuerat, quam ad eum pertinebat, *§. 33. de A.*

CADENTIA de rheda currente alicujus non fiunt capientis, *§. 48. de R. D.*

Septies CADIT justus & resurgit, *c. 23. dist. 3. de pœnit.*

Si CADIT, quomodo justus? si justus, quomodo cadit? *ibid.*

CADVCI.

CADVCORVM nomen & materia habuit ortum à bellis civilibus, quia sæpe is, cui relinquebatur ante aperturam tabularum, præmoriebatur in bello, & sic deficiebat relictum, & fisco

fisco quærebatur, *L. un. pr. C. de caduc. toll.*

CADVCORVM observatio gravissima visa est ipsis testamentorum conditoribus, ita ut substitutiones introducerent, ne fierent caduca, & si fierent, ad certas personas recurrere disponerent, vias recludentes, quas lex Papia posuit in caducis, *ibid.*

CADVS.

CADVS, est vasis genus, in quo vina diffusa servantur. *L. 15. § 6. de usufr. L. 6. L. 14. & 15. de trit. vin.*

CÆCVS.

vid.

COECVS.

CÆDERE.

CAEDERE sylvam videtur etiam is, qui patitur cadere, *L. 29 l cati cond.*

CAEDERE est, non solum succidere, sed etiam ferire cædendi causa, *L. 5. pr. arborum furtim cæsar.*

CAEDERE quis non intelligitur, qui ferra secuit, *ibid*

CÆMETERIVM.

Polluta Ecclesia pollutum est CAEMETERIVM illi contiguum, sed non remotum, *c. un. de consecrat. in 6.*

Pollutio CAEMETERII Ecclesiam non polluit, licet contigua existat, *ibid.*

Polluto uno CAEMETERIO, aliud illi contiguum pollutum non est, licet per portam de uno in aliud detur ingressus, *ibid.*

Polluitur Ecclesia vel CAEMETERIVM, si excommunicatus in ea sepelitur, *c. 7. X. de consec. Eccl.*

CÆSAR.

Quod CAESAR præcipit, ferendum est, *c. 5. q. 1. cauf. 23.*

Reddite quæ Dei sunt, Deo; & quæ CAESARIS, *Cæsari*, *ibid.*

CÆTERI.

CAETERORVM & reliquorum appellatione etiam omnes continentur *L. 160. de V. S.*

CAIVS.

CAIVS noster, *§. 6. Proœm. I.*

CALAMITAS.

Quod CALAMITAS belli introducit, hoc pacis lenitas sopit, *L. 1. pr. C. de caduc. toll.*

CALAMITAS matris non debet ei nocere, qui in ventre est, *pr. I. de ingen.* & *L. 5. §. 2. de statu homin.*

CALANTICA.

CALANTICA, alias, *Calautica*, est tegmen muliebre, quod capiti innectitur, *L. 25. §. 10. de auro, arg. leg.*

CALCAR.

CALCARIBVS deauratis Clerici non utantur, *c. 15. X. de vita & honest. Cler.*

CALCEAMENTVM.

CALCEAMENTA Clericis, nisi quæ religionem deceant, habere non licet, *c. 22. dist. 23.*

CALCVLATOR.

CALCVLATORIBVS, i. e. qui numerandi artem docent, & vulgo rationarii dicuntur, immunitas non datur, *L. 15. §. 5. a. de excuf. tut.* & *L. 5. C. de Profess. & Medic. X.*

CALCVLVS.

Error CALCVLI, sive ex uno contractu, sive ex pluribus emerserit, veritati non affert præjudicium, *L. un. C. de errore calc.*

Error CALCVLI non impedit transactionis effectum, *ibid.*

CALENDÆ.

CALENDAE Ianuarii non sunt observandæ, *c. 16. q. 7. cauf. 26.*

CALENDARIVM.

CALENDARIVM dicitur liber rationum & nominum, *L. 39. §. 8. de administ. tut.* & *L. 3. C. de con.p.nf.*

CALIGATVS.

CALIGATVS miles dicitur, qui habet ocreas ferreas, *L. 21. C. de N.*

CALIX.

CALIX.

Si quis artifici CALICEM diatretum faciendum dedit, & hunc imperitia fregit, damni injuria tenetur, *L. 27. §. 29. ad L. Aquil.*

CALLIDITAS.

CALLIDITAS dicitur in tacendo, fallacia in mentiendo, *L. 7. §. 9. de pactis. Nov. 90. praef.*

CALPHVRNIA.

CALPHVRNIA, alias *Carfania*, improbissima femina fuit & causa, quare feminae virilibus officiis fungi prohibitae sint, quia ipsa inverecunde postulabat, & magistratum inquietabat, *L. 1. §. 5. de postul.*

CALVITVR.

Si CALVITVR, & moretur, & frustretur, *L. 233. pr. de V. S.*

CALVMNIA.

CALVMNIAE facultas non debet capi ex honestate Principis, *L. 91. de hered. instit.*

CALVMNIAE causa ut quis negotium, i. e. controversiam faceret, vel non faceret, si quis pecuniam accepisse probetur, datur actio in factum de calumniatoribus in eum intra annum in quadruplum ejus pecuniae, quam accepisse dicitur, post annum vero in simplum, *L. 1. pr. de calumniat. c. 127. q. 1. caus. 1.*

Accusatoris CALVMNIA judicis officio mercenario punienda est tempore, quo fertur absolutoria, non postea, *L. 1. C. de calumniator.*

A praesumpta CALVMNIA excusatur mater, & heres vindicans necem defuncti, *L. 2. C. eod.*

Non probans crimen, quod intendit, non infamatur, nisi de CALVMNIA damnetur, *L. 3. C. eod.*

CALVMNIAE poena in paternae mortis accusatione cessat, *L. 4. C. eod.*

Faciens torqueri servos alienos per CALVMNIAM, tenetur ad duplum, *L. 6. C. eod.*

Accusator licet submissus, à poena CALVMNIAE non excusatur, *L. 8. C. eod.*

Per CALVMNIAM accusantibus non prosunt beneficia abolitionum, etiam à Principe concessa, *L. 9. C. eod.*

In CALVMNIAE crimine potest procedi etiam per inquisitionem, ut cum judex post reum absolutum inquirit de calumnia ex suo officio nobili, cognoscit de calumnia, *L. 1. §. 3. ad SC. Turpill.*

CALVMNIAS ac calumniantium iniquitates expellere debet Princeps, *in pr. Proœ I. st.*

Inconsultus calor CALVMNIAE vitio caret, & ob hoc calumnianti nulla poena irrogari debet, *c. 8. §. 1. q. 3. caus. 2.*

Qui CALVMNIAM illatam non probat, poenam debet incurrere, quam si probasset, reus utique sustineret, *c. 2. q. 6. caus. 5.*

Qui CALVMNIAM illatam non probat, poenam debet incurrere, quam, si probasset, Reus utique sustineret, *c. 3. q. 6. caus. 5.*

CALVMNIAE causa publice damnati, pro aliis postulare prohibentur, pro se possunt, *c. 2. §. 2. q. 7. caus. 3.*

Qui CALVMNIAM Sacerdotibus inferunt, excommunicentur, *c. 6. q. 1. caus. 3.*

CALVMNIIS litigantium debet occurri, *Clem. 1. de sent. & re jud.*

CALVMNIARI.

CALVMNIARI, est falsa crimina intendere, *L. 1. §. 1. ad SC. Turpill. c. 8. pr. q. 3. caus. 3.*

CALVMNIANTIVM impudens audacia refrenari debet, *L. 33. §. 8. C. de Episcopis & Cler.*

CALVMNIANTES ad vindictam poscuntur, *c. 3. q. 8. caus. 3.*

CALUMNIATOR.

CALUMNIATOR, si in accusatione defecerit, talionem recipiat, *c. 2. q. 3. cauf. 2.*

CALUMNIATORES inde appellati sunt, quia per fraudem & frustrationem alios litibus vexare solent, *L. 233. pr. de V. S.*

CALUMNIATOR ita demum infamia notatur, si fuerit calumniæ causa damnatus, neque enim sufficit calumniatum, *L. 4. §. 4. de his, qui not. inf.*

CALUMNIATORIBUS pœna Lege Remnia irrogatur, *L. 1. §. 2. ad SC. Turpill.*

CAMELASIA.

CAMELASIA personale munus est, nam ratione habita & alimentorum, & camelorum, certa pecunia camelariis dari debet, ut solo corporis ministerio obligentur, *L. 18. §. 11. de muner.*

CAMPANA.

In Oratoriis privatis CAMPANAS ponere, & publice pulsare non licet, etiam per Religiosos, *c. 10. X. de privil.*

In Religiosorum Mendicantium Conventibus plures CAMPANAE esse non possunt sine speciali Papæ licentia; *c. un. Extravag. com. de officio custodis.*

CAMPANULA.

CAMPANULAS plures in refectoriis, capitulis & alibi licite possunt ipsi Religiosi mendicantes habere, *c. un. Extravag. com. de officio custodis.*

CAMPANUS.

Qui ex duobus CAMPANIS parentibus natus est, campanus est, *L. 1. §. 2. ad municipal.*

Qui ex patre CAMPANO, matre Puteolana, æque municeps *Campanus* est, nisi forte privilegio aliquo materna origo censeatur, tunc enim maternæ originis erit municeps, *L. 1. §. 2. eod.*

CAMUM.

CAMUM, alias *Curmi*, i. e. *lora* saur sub vino legato non continetur, *L. 9. pr. de tritico, vino*, &c.

CANCELLARE.

CANCELLATUM instrumentum vel inductum quandoque pro eodem ponitur, *L. 22. C. de solut.*

CANCELLARIUS.

CANCELLARIUS, i. e. servus publicus, sive tabellio, & actuarius, post depositam administrationem quinquaginta dies in provinciis residere debet, *L. 3. C. de assessor.* &c.

CANCELLATIO.

CANCELLATIO instituti heredis, legatis & libertati non nocet, *L. 3. de his, quæ in testam. del.*

CANCELLATIO testamenti ex ratione cancellationi inserta restringenda est, *L. 2. eod.*

CANCELLATIO vel interlineatura, quæ reperitur in testamento, non vitiat testamentum in totum, sed tantum illam particulam cancellatam, si sit facta de voluntate testatoris, alias secus, *L. 12. C. de testam.*

CANICIES.

CANICIES gloria senum est, *c. 6. dist. 84.*

CANICIES hominum prudentia est, *ibid.*

CANIS.

Si CANIS, cum duceretur ab aliquo, asperitate sua evaserit, & alicui damnum dederit, si contineri firmius ab alio poterit, vel per eum locum induci non debuit, actio *si quadrup. pauper.* &c. cessat, & locum habet actio *L. Aquil. L. 1. §. 5. si quadrup.*

CANEM tenens si irritaverit eum, & effecerit, ut aliquem morderet, tenetur L. Aquilia, sed si unus tenuit canem, & alius irritavit, & effecit, ut aliquem morderet, irritans tenetur

tur in factum actione, *L. 11. §. 5. ad L. Aquil.*

CANEM ibi habere non licet, ubi vulgo iter fit, *§. 1. si quadrup. paup.*

CANON.

CANONES sunt servandi etiam in foro seculari omni innovatione cessante, *L. 6. C. de Sacrosanct. Eccl.*

CANONES, s. sanctæ ecclesiasticæ regulæ, pro legibus observari debent, *Nov. 131. c. 1.*

Secundum statuta CANONVM, *II. F. 27. §. 1.*

CANON græce, latine *Regula* nuncupatur, *c. 1. dist. 3.*

CANONES Apostolorum, qui per Clementem Pontificem Romanum, sicut quidam asserunt, dicuntur esse translati, sunt quinquaginta, *pr. dist. 16.*

CANONES ab hæreticis sub nomine Apostolorum conscripti, quamvis in eis utilia inveniuntur, tamen ab autoritate apostolica rejiciuntur, & inter Apocrypha numerantur, *c. 1. dist. 16.*

CANONES Apostolorum sunt recipiendi, *c. 2. dist. 16.*

CANONES Apostolorum numerant Patres inter apocrypha, exceptis quinquaginta, quos decreverunt orthodoxæ fidei adjungendos, *c 3. dist. 16.*

CANONES Apostolorum 83. post Canones pœnitentiales enumerantur. *vide locum.*

CANONES generalium Conciliorum à temporibus Constantini ceperunt, *c. 1. pr. dist. 15.*

Iustinianus Imperator decrevit, ut CANONES patrum vim legum habeant, *c. 1. X. de juram calum.*

Leges non dedignantur sacros CANONES imitari, *c. 8. X. de judiciis.*

Sacrorum statuta CANONVM, Principum constitutionibus adjuvantur, *c. 1. X. de novi operis nunc.*

CANON mitius agit quam lex, *c. 2. X. de adulter.*

CANONES non licet Sacerdotibus ignorare, *c. 4. dist. 38.*

In Spiritum Sanctum blasphemant, qui Sacros CANONES violant, *c. 5. q. 1. caus. 25.*

Non communicet sacris altaribus, qui nescit sacris obedire CANONIBVS, *c. 13. q. 1. caus. 25.*

Qui se extollunt adversus Scripturas, & Ecclesiasticos CANONES, & nova introducunt præcepta, *c. 16. dist. 30.*

Sacrosancta Romana Ecclesia jus habet CANONES condendi, *c. 16. §. 1. q. 1. caus. 25.*

Ipsi soli habent jus interpretandi CANONES, qui eos condiderunt, *c. 16. §. 2. q. 1. caus. 25.*

CANONICVS.

CANONICI continentur appellatione Clericorum, *c. 18. X. de V. S.*

Si CANONICI alicujus Ecclesiæ eximantur, ipsi soli *Canonici*, non autem Ecclesia, vel alii ejus Clerici, sunt exempti, *c. 9. de privileg. in 6.*

CANONICIS absque Prælati sui licentia nihil agere licet, *c. 34. dist. 5. de consecrat.*

CANONICI, Clerici, ad mensam lectionem audire, & obedientiam secundum canones Ministris exhibere debent, *ibid.*

CANONICVS autoritate Apostolica effectus, eo ipso jus ad præbendam proxime vacaturam acquisivit, *c. 13. de præbend. in 6*

Duo CANONICI absentes cum Episcopo, seu in ejus servitio, fructus præbendarum suarum percipiunt in absentia, constitutione Ecclesiæ contraria non obstante, *c. 15. X. de Cler. non residend.*

CANONICVS datus Iudex pro suo *Canonico*, debet legitime recusari, *c. 35. X. de offic. deleg.*

CANTARE.

CANTANDUM Deo non voce, sed corde, *c. 1. dist. 92*

CANTANDI officium Diaconi sibi non usurpent *c. 2. ead.*

CANTHARUS.

CANTHARI, per quos aquæ saliunt, poterunt legari, *L. 41. §. 10. de legat. 1.*

CAPELLA.

CAPELLAE non debent extrui sine consensu Episcopi, *c. 4. de privileg. in 6.*

CAPELLA in præjudicium matris Ecclesiæ extrui non potest, *c. 1. X. de novi oper. nunc.*

In CAPELLIS possunt esse Canonici privilegiati, *c. 16. X. de privileg.*

CAPERE.

CAPERE cum effectu accipitur, *L. 71. pr. de V. S.*

Non videtur quisquam id CAPERE, quod ei necesse est alii restituere, *L. 51. de R. I.*

CEPISSE non videtur, qui captum cogitur alii restituere, *L. 71. pr. de V. S.*

Non CAPITUR, qui jus publicum sequitur, *L. 116. §. 1. de R. I.*

CAPTI ab hostibus, si reversi fuerint, omnia pristina jura recipiunt, *§. 5. quib. mod. jus patr. potest.*

CAPERE videtur quis tantum, quantum sibi remanet deducto eo, quod solverit causa conditionis implendæ, *L. 61. §. 1. de condit. & demonst.*

CEPISSE quis intelligitur, quamvis alii acquisivit, *L. 140. de V. S.*

CAPERE aliquem, *II. F. 27. pr.* verb. *si quis* &c.

CAPERE Cardinalem, est reum fieri criminis læsæ Majestatis, *c. 5. pr. de pœnis in 6.*

Laicus Clericum licite CAPIT de mandato Iudicis Ecclesiastici, *c. 15. de sent. Excomm. in 6.*

CAPTUS delinquens Clericus à Iudice seculari debet remitti Iudici Ecclesiastico, *c. 12. pr. eod.*

CAPTUM virum uxor sequi recusans, maneat innupta, quamdiu vir ejus vixerit, *c. 4. q. 1. caus. 34.*

Quæ cœlo, terra, marique CAPIUNTUR, sunt juris naturalis, *c. 7. pr. dist. 1.*

CAPTI à latronibus, cum liberi maneant, possunt testamentum facere, *L. 13. pr. qui testam. fac.*

CAPTUM condemnatum, vel condemnandum eximens incidit in crimen læsæ majestatis, cum esset ille confessus crimen, *L. 4. pr. ad L. Iul. majest.*

CAPTUS unus ex tribus si sit ab hostibus vel quocunque alio missus ea conditione, ut pecuniam pro se, & pro aliis duobus captis afferret, & nisi rediret, ut remanentes illi duo pro eo quoque pecuniam darent, si is reverti noluit, & ob hanc causam isti pro tertio quoque pecuniam solverint, habent contra tertium actionem negotiorum gestorum, *L. 21. pr. de negot. gest.*

CAPTI ab hostibus procuratorem ad judicia habere non possunt, cum servi sint & nihil habeant, *L. 15. pr. ex quib. caus. maj.*

Si CAPIATUR pater ab hostibus, filio manente in civitate, reverso eo, non rumpitur testamentum, *L. 9. de injusto, rupto,* &c.

CAPTI ab hostibus non possunt videri aliquid possidere, cum ipsi possideantur ab alio, *L. 23. §. 1. de acquir. poss.*

CAPTI à piratis aut latronibus liberi permanent, *L. 19. §. 2. de captiv.*

CAPTUS à latronibus, servus latronum non est, nec postliminium illi necessarium est, *L. 24. eod.*

CAPTUS si sit quis uxore prægnante relicta

relicta in civitate, mox natus filius ex ea, qui uxorem duxit, ac habuit filium, ille filius erit nepos capto reverso, ac si in civitate semper fuisset, *L. 23. eod.*

Si quid in bello CAPTUM est, in præda est, non postliminio redit, *L. 28. eod.*

CAPTAM ingenuam ab hostibus si quis redemerit, & eo animo secum habuerit, ut ex ea susceperit liberos, jus pignoris remissum videtur, & ipso jure postliminio reversa dicitur, & sic ingenua ingenuos filios peperit. *L. 21. pr. eod.*

CAPTI in civilibus dissensionibus ab aliqua partium non fiunt servi, & ideo frustra fit manumissio, & frustra petunt ingenuitatem à principe, *d. L. 21. §. 1. eod.*

CAPTUS si apud hostes decesserit, bona ejus habebunt illi, qui haberent eo mortuo ante captivitatem, *L. 22. pr. eod.*

CAPTO in captivitate mortuo quod filius interim stipulatus est, sibi acquirit, sed si interim decessit filius, & pater captus postea reversus decesserit, ad heredem patris vadunt omnia etiam quæsita per filium, *d. L. 22. §. 2. eod.*

Qui CAPTUS, cum poterat redire, non redit, pro transfuga habetur, *L. 5. §. 5. eod.*

CAPTUS miles in præsidio, cum posset redire & non rediit, habetur pro transfuga, *ibid.*

Si miles CAPIATUR ex improviso dum iter facit, aut epistolam fert, non committendo in hoc dolum, deinde reversus veniam meretur, & emerita accipiet, *ibid.*

Ea, quæ ex hostibus CAPIMUS, jure gentium statim nostra fiunt, *§. 17. de R. D. L. 5. §. 7. de A. R. D.*

Si ab hostibus CAPTUS fuerit parens, quamvis servus hostium fiat, tamen pendet jus liberorum propter jus postliminii, *§. 5. quib. mod. jus patr. pot.*

CAPTUS apud hostes non potest testamentum facere, & si fecerit, non valet, quamvis redierit, sed quod dum in civitate fuerat, fecit, sive redierit, valet jure postliminii, sive ille decesserit, valet ex lege Cornelia, *§. 5. quib. non est perm. fac. test.*

CAPTUS ab hostibus postliminio reversus succurritur per restitutionem, vel eis ibi mortuis eorum heredibus succurritur, *L. 15. pr. ex quib. caus. maj.*

CAPTUS ab hostibus restituitur, quamvis curator illius bonis datus sit, *ibid.*

CAPTUS ab hostibus si per captivitatem fundi possessionem, vel ususfructus possessionem amisit, restituitur, & ita fructus quoque medio tempore ab alio ex usufructu perceptos captivo restitui debent, *L. 23. §. 2. eod.*

CAPTUS ab hostibus usucapere per se, vel cœptam usucapionem implere non potest, nec postliminio reversus poterit recuperare per usum dominii acquisitionem, *L. 23. §. 1. eod.*

CAPTUS ab hostibus, & postea reverso quod non prodest ad usucapionem, nec prodest ejus heredi, *L. 15. pr. de usurp.*

CAPTUS ab hostibus per se nihil potest interim usucapere, sed per servum, qui peculii nomine interim possidet, recte potest usucapere, *L. 29. de captiv.*

CAPTUS ab hostibus ibi decedens prima hora captivitatis videtur decessisse, *L. 1. & 18. eod.*

CAPTUS ab hostibus & deductus ab hostibus, arte, non bello, postliminio revertitur, *L. 4. eod.*

CAPTUS,

CAPTVS, antequam in præsidia perducatur hostium, manet civis, *L. 5. §. 1. eod.*

CAPTVS ab hostibus reversus intelligitur, si aut ad amicos nostros perveniat, aut intra prædia nostra esse cœperit, *L. 19. §. 3. eod.*

CAPTVS ab hostibus reversus, si juraverat se reverti ad hostes, non dicitur habere postliminium, nisi habeat animum apud nos standi, *L. 5. §. 3. eod.*

CAPTVS ille, qui tempore pacis pervenit ad alteros, & subito bellum exarsit, eorum servus efficitur, & ei jus postliminii est tam in bello, quam in pace, nisi fœdere cautum esset, ne talibus jus postliminii esset, *L. 12. pr. eod.*

CAPTVS ab hostibus cum patre & matre, postea illis ibi defunctis legis Cornel. beneficio potest succedere, *L. 5. C. quib. ex caus. major.*

CAPTVS ab hostibus liber & reversus jure postliminii statim pristinum statum recuperat, sic servus ab hostibus reversus domino restituitur, *L. 10. C. eod.*

CAPTVS ab hostibus si non fuerit redemptus, sed donatus sine ullo contractu Præfecto legionis, statim habet jus postliminii, & recuperat pristinam libertatem, *L. 5. C. eod.*

CAPTVS ab hostibus desinit esse in potestate patris, sed reversus post jure postliminii efficitur suus heres, etiamsi fuerit reversus post mortem patris, *§. 4. de hered. quæ ab intest.*

CAPTVS ab hostibus filius præteritus postliminio rediens admittitur ad possessionem bonorum contra tabulas, *L. 1. §. 3. de bonor. poss. cont. tab.*

Si ex tribus filiis unus ab hostibus CAPTVS sit, duobus, qui sunt in civitate, bessis bonorum possessio competit, *d. L. 1. §. 4. eod.*

CAPILLVS.

Quæ in CAPILLO dicitur, i. e. innupta, *II. F. 24. §. 2.*

CAPITA.

CAPITA, i. e. personæ, *L. 195. § 2. de V. S.* ibi: Et quum paterfam. moritur, quotquot capita ei subjecta fuerint, singulas familias incipiunt habere.

CAPITAL.

CAPITAL admittit, qui commilitonem gladio vulneravit, *L. 6. §. 6. de re milit.*

CAPITAL est servo, si terminum transmoverit insciente domino, *L. 3. §. 1. de termino moto.*

CAPITALIS.

Verbum CAPITALIS omnem causam existimationis denotat, *L. 103. de V. S.*

Appellatio CAPITALIS, mortis, vel amissionis civitatis intelligenda est, *ibid.*

CAPITALI inimicitia Vasallo justa causa non petitæ investituræ est, *I. F. 22. pr.*

CAPITALIS rei damnatus intelligitur is, cui pœna mors, aut aquæ interdictio sit, *L. 13. de bonor. poss.*

CAPITALIS rei damnatum sic accipere debemus, ex qua causa damnatio vel mors, vel etiam civitatis amissio, vel servitus contingit, *L. 2. pr. de pœnis.*

CAPITALIS rei condemnatum accipere debemus, qui morte, exilio ve coërcitus est, *L. 4. pr. si quis caution. in jud.*

CAPITALEM fraudem admittere est, tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus sit; Veteres enim *fraudem* pro pœna ponere solebant, *L. 23. §. 2. de ædil. edict.*

CAPITALEM fraudem admisisse dicitur,

tur, si dolo malo & per nequitiam aliquid fuerit admissum, *ibid.*

CAPITALEM fraudem neque impubes neque furiosus admittere possunt, *ibid.*

CAPITALIUM pœnarum fere isti gradus sunt, sc. summum supplicium, quod esse videtur ad furcam damnatio, item vivi crematio, item capitis amputatio, deinde proxima morti pœna metalli coërcitio, & in Insulam deportatio, *L. 28. pr. de pœnis.*

CAPITALES pœnæ non dicuntur illæ, quæ ad existimationem, non ad capitis periculum pertinent, veluti relegatio ad tempus, vel in perpetuum, vel in Insulam, vel cum in opus quis publicum datur, vel cum fustium ictui subjicitur, *d. L. 28. §. 1. eod.*

De CAPITALI crimine transigere vel pacisci, excepto adulterio, prohibitum non est, *L. 18. C. de transact.*

CAPITANEUS.

CAPITANEUS dicitur, qui vel à principe, vel ab aliqua potestate de plebe aliqua vel plebis parte per feudum est investitus, *II. F. 10.*

CAPITANEI proprie valvasores majores olim appellabantur, *ibid.*

CAPITANEI Regis, vel regni s. valvasores majores feudare possunt, *I. F. 1. pr.*

CAPITANEI Principis sunt Marchiones & Comites, *I. F. 7.*

Si CAPITANEI seniores (i.e. dominos) in bello dimiserint, vel si uxores eorum adulteraverint, beneficio carere debent, *I. F. 17.*

Si inter CAPITANEOS controversia orta, coram Imperatore definiri debet, *I. F. 18.*

CAPITANEIS de beneficio investitis filii & nepotes succedunt, *I. F. 14. §. 1.*

Si Princeps CAPITANEOS suos investierit de aliquo feudo, eos sine culpa devestire non potest, *I. F. 7.*

CAPITATIO.

CAPITATIO, tributum, quod in singula venalium quadrupedum capita pendebatur, *L. 8. C. de Sacros. eccl.*

Ad CAPITATIONIS onus plebs urbana non tenetur, *L. un. C. de capitat. civium* &c. XI.

CAPITE *diminutus.*

CAPITE non diminuitur s. minuitur servus manumissus, *§. 4. de cap. dimin.*

CAPITE non diminuuntur, quibus dignitas magis, quam status permutatur, *§. 5. eod.*

CAPITE diminuuntur, qui deficiunt, *L. 5. §. 1. de capite min.*

Si quis ita CAPITE sit diminutus, ut libertatem & civitatem amitteret, is quoque & cognationes & affinitates amittit, quas antea habuit, *L. 4. §. 11. de gradibus* &c.

CAPITIS *diminutio.*

CAPITIS diminutio est prioris status mutatio, *pr. I. de cap. dimin. L. 1. de cap. min.*

CAPITIS diminutio triplex est, maxima, minor (s. media), & minima, *d. pr. I.*

CAPITIS diminutio maxima est, cum aliquis simul & civitatem & libertatem amittit, *§. 1. eod.* & *L. 11. eod.*

CAPITIS diminutio maxima accidit in his, qui servi pœnæ efficiuntur atrocitate sententiæ, vel libertis ut ingratis erga patronos condemnatis, vel his, qui se ad pretium participandum venundari passi sunt, *d. §. 1. eod.*

CAPITIS diminutio minor s. media est, cum civitas quidem amittitur, libertas vero retinetur, *§. 2. eod. d. L. 11. eod.*

CAPITIS diminutio media accidit ei, cui aqua & igni interdictum fuerit, *d. §. 2.* & *cit. L. 11.*

CAPITIS diminutio minima est, cum civitas retinetur & libertas, sed status hominis commutatur, *§. 3. eod. & L. 11. eod.*

CAPITIS diminutio minima accidit his, qui, cum sui juris fuerint, cœperunt alieno juri subjecti esse, *d. §.3.eod.*

CAPITIS diminutio minima non facit amittere tutelas, quæ testamento, vel legibus dantur, facit tamen amittere tutelas legitimas descendentes ex lege 12. tab. *L. 7. pr. de capit. min.*

CAPITIS diminutio non tollit alicui actionem injuriarum, vel ex delicto descendentem, *d. L. 7. §. 1. eod.*

CAPITIS diminutione etiam minima tollitur jus legitimum, *L. 6. §. 1. de bonor. poss.*

CAPITVLVM
seu
Capita canonum.

Pleraque CAPITVLA ex causa, ex persona, ex loco, ex tempore, consideranda sunt, *c. 1. dist. 29.*

CAPITVLVM
f.
Collegium.

Prælatus cum majori & saniori parte CAPITVLI potest statuere, ut ad necessariam fabricæ Ecclesiæ reparationem quilibet Canonicus conferre teneatur, *c. 4. X. de his, quæ fiunt à maj. part.*

Sine CAPITVLI approbatione non tenet rei ecclesiasticæ alienatio, *pr. X de his, quæ fiunt à Prælato.*

Taciturnitas CAPITVLI habetur pro consensu in temporali alienatione, quam facit Prælatus, *c. 2. eod.*

Sine consensu CAPITVLI alienatio temporalis facta, per ratificationem ejus roboratur, *c. 3. eod.*

Prælatus sine consilio CAPITVLI instituere, vel destituere, vel alia negotia Ecclesiæ tractare non debet, *c. 4. eod.*

Non potest Episcopus sine consensu CAPITVLI concedere Ecclesias aliis Ecclesiis, etiamsi habeat jus Patronatus in Ecclesiis concessis, *c. 8. eod.*

CAPITVLA cathedralium Ecclesiarum ad Concilia provincialia vocari debent & admitti, *c. 10. eod.*

De consuetudine potest Canonicorum electio ad solum CAPITVLVM, irrequisito Episcopo, pertinere, *c. 31. X. de elect.*

Si major pars CAPITVLI scienter elegit indignum, valet electio de digno à minori parte, etiam ex eodem scrutinio facta, *c. 53. eod.*

Sine consensu CAPITVLI non potest Episcopus Paræciales Ecclesias, vel earum reditus, Monasterio conferre, etsi ipse Patronus consentiat, *c. 9. X. de his, quæ fiunt à Prælato.*

Vacante Episcopatu, CAPITVLVM confirmat & infirmat electiones, *c. 14. X. de major. & obedient.*

CAPITVLVM, vel is, ad quem administratio pertinet vacante sede, eos absolvet, quos absolvere posset Episcopus, si viveret, nisi à Sede Apostolica id fuerit interdictum, *c. un. de major. & obed. in 6.*

Si CAPITVLO vices Episcopi gerenti scribitur, ut alicui Præbendam conferat, & mandato nondum executo, creatur Episcopus, is debet conferre, si alias ad Episcopum spectet collatio Præbendarum, *c. 7. de rescript.*

CAPSARIVS.

CAPSARII, (sunt artifices capsarum) vacationem munerum graviorum habent, *L. 6. de jure immun.*

Adversus CAPSARIOS, qui mercede servanda in balneis vestimenta suscipiunt, Præfectus vigilum Iudex est constitutus, *L. 3. §. 5. de Offic. Præf. vigil.*

CAPSARIVS, i. e. qui portat libros, *L. 13. de man. vind.*

CAPTA-

CAPTATORIVS *a. m.*

CAPTATORIAE scripturæ simili modo neque in hereditatibus, neque in legatis valent, *L. 64. de legat. 1.*

CAPTATORIAS institutiones non eas Senatus improbavit, quæ mutuis affectionibus judicia provocaverunt, sed quam conditio confertur ad secretum alienæ voluntatis, *L. 70. de hered. instit.*

CAPTATORIAE institutiones non sunt: Veluti si ita heredem quis instituat, *qua ex parte Titius me heredem instituit,*] *ex ea parte Mævius heres esto*, *L. 71. pr. eod.*

CAPTATORIAE institutiones etiam in militis testamento sunt nullius momenti, *L. 11. C. de testam. milit.*

CAPTIO.

Quoties nihil sine CAPTIONE investigari potest, eligendum est, quod minimum habeat iniquitatis, *L. 200. de R. I.*

CAPTIO evitari debet, *L. 39. pr. de auro, arg. leg.*

CAPTIVITAS.

Per CAPTIVITATEM interrumpitur usucapio, cum per eam perdatur possessio, *L. 15. pr. de usurpat.*

CAPTIVITATES sunt juris gentium, §. *2. de I. N. G. & C.*

CAPTIVVS.

Si CAPTIVVS, de quo in pace cautum fuerat, ut rediret, sua voluntate apud hostes mansit, non est ei postea postliminium, *L. 20. pr. de captivis*, &c.

CAPTIVVS liber homo, si à nobis manumissus fuerit, & pervenerit ad suos, ita demum postliminio reversus intelligitur, si malit eos sequi, quam in nostra civitate manere, *L. 3. §. 3. eod.*

Si CAPTIVI alicujus liberi seu cognati redemptionem ejus neglexerint, non solum exheredari possunt, sed etiam lege denegatur eis successio, & si fuerint scripti heredes, tantum valeat testamentum in aliis capitulis, *Auth. Si captivi, C. de Episcopis & Clericis. Nov. 115. c. 3.*

In CAPTIVORVM redemptionem expensa facta, dicitur facta ex causa piissima, *Nov. 115. c. 3. §. 13.*

Vasa sacra, nisi pro redemptione CAPTIVORVM, non sunt alienanda, *c. 13. q. 2. caus. 12.*

CAPVT.

Non decet à CAPITE membra discedere, sed juxta sacræ Scripturæ testimonium omnia membra *caput* sequuntur, *c. 1. dist. 12.*

CAPVT dicitur Ecclesia romana, *ibid.*

Vir CAPVT est mulieris, *c. 12. X. de desponsat. impub.*

CAPVT

f.

Persona.

Qui se dat in arrogandum, cum CAPITE fortunas quoque suas in familiam & domum alienam transfert, *L. 11. §. 2. de bonor. poss. sec. tabul.*

CARBO.

CARBONVM appellatione materia non continetur, *L. 167. de V. S. L. 55. §. 7. de legat. 3.*

CARBONIANVM

edictum.

CARBONIANI commodum non tantum masculi, sed & fœminæ ex virili sexu descendentes, habent, *L. 1. §. 2. de carbon. edicto.*

His CARBONIANVM competit, quibus bonorum possessio contra tabulas competit, *d. L. 1. §. 3. eod.*

CARBONIANVM edictum locum habet, si fiscus facit impuberi controversiam, *L. 1. §. 7. eod.*

CARBONIANVM edictum cessat, cum filius heres vel exheres scriptus est, quamvis filius esse negetur, *L. 1. §. 8. eod.*

CARBONIANVM edictum aptatum

est ad contra tabulas bonorum possessionem, & intestati, *L. 3. pr. e. d.*

CARBONIANUM edictum etiam in bonorum possessione secundum tabulas in quibusdam casibus necessarium est, *ibid.*

CARBONIANUM habet locum, cum quis filium exheredavit, eo quod esset ex adulterio conceptus, si postea probet filius se esse filium, secus si esset exheredatus sine illa adjectione, eo quod esset ex adulterio conceptus, *L. 1. §. 9. eod.*

CARBONIANUM habet locum, quando testator ita scripsit, *quisquis est, qui filium meum esse dicat, exheres esto*, quia his verbis non videtur filius exheredatus, *ibid.*

CARBONIANUM datur scripto heredi impuberi, quando fit ei controversia de parentis bonis simul & statu, sed quando movetur ei tantum status quaestio, tunc differtur quaestio in tempus pubertatis ex constitutionibus, & non ex *Carboniano*, *L. 3 §. 2. eod.*

CARBONIANUM non datur puberi, quamvis minori viginti quinque annis, & si detur quasi impuberi, & ita Carbonianam bonorum possessionem acceperit, nihil egisse videtur, *d. L. 3. §. 3. eod.*

In CARBONIANO duae causae cognitiones consistunt, *una* damnosae possessionis, quae habet commodum illud, ut perinde impubes possessionem acciperet, ac si ei nulla controversia fuerit; *alia* est, si expediat impuberi differri, differatur, alias non, ut quia habet probationem, vel per quos defendatur, *L. 3. §. 5. eod.*

In CARBONIANO causae cognitio consistit in hoc, quod evidenter constet impuberem filium defuncti non esse, & denegatur ei bonorum possessio, sed si certum vel dubium sit, datur, *L. 3. §. 4. eod.*

CARBONIANUM habet locum, quando duo impuberes patiuntur status controversiam, quorum unus pubes factus est, quia expectari debet pubertas alterius, ut de statu utriusque agatur, *L. 3. §. 8. eod.*

CARBONIANUM ut status controversia differatur nihil differt, an impubes possideat, vel petat, *L. 3. §. 9. eod.*

CARBONIANO edicto locus est, etiamsi ab intestato ad bonorum possessionem veniant liberi, tametsi ex inferioribus partibus petant, qua legitimi vocantur, quoniam sui sint, vel ex illa qua cognatis datur, *L. 6. §. 2. eod.*

CARBONIANUM edictum locum habet, si status & hereditatis controversia sit, nam si tantum status, quod puta servus dicatur esse, nec ulla bonorum controversia fit, hoc casu liberale judicium statim explicandum erit, *L. 6. §. 3. eod.*

CARBONIANUM datur impuberi adoptivo, qui negatur recte adoptatus, & ideo de bonis patris adoptivi ei fit controversia, *L. 7. pr. eod.*

CARBONIANUM datur impuberi, qui in adoptionem datus esse dicebatur, & ideo negetur patris naturalis hereditas ad eum pertinere, *L. 7. §. 2. eod.*

Ex CARBONIANO duobus fratribus missis in possessionem si unus eorum pro parte sua paternam hereditatem non defendit, alter totam cogitur defendere, aut totam cedere creditoribus, *d. L. 7. §. 5. eod.*

Ex CARBONIANO edicto bonorum possessio dari debet, cum mulier deferente herede juraverit, se praegnantem esse, *L. 10. eod.*

CARCER.

Qui in CARCERE clusus est, non videtur neque vinctus, neque in vinculis

culis esse, nisi corpori ejus vincula sint adhibita, *L. 216. pr. de V. S.*

CARCERI præpositus si pretio corruptus, sine vinculis agere custodiam, vel ferrum, venenumque in carcerem inferri passus est, officio judicis puniendus est, si nescit, ob negligentiam removendus est officio, *L. 8. de custodia*, &c.

Miles, qui ex CARCERE, dato gladio, erupit, pœna capitis punitur, *L. 38. §. 11. de pœnis.*

CARCERIBUS detinentur etiam diebus paschalibus sacrilegi, adulteri, raptores, venefici, & alii enormia delinquentes, *L. 3. C. de episc. aud.*

CARCER mulierum debet esse separatus à carcere masculorum, etiam si pœnæ qualitas permissione injungenda sit, *L. 3. C. de custodia* &c.

CARCERIS custos, fracto carcere ob negligentiam, eadem pœna plectitur, qua esset plectendus incarceratus, *L. 5. C. eod.*

CARCERIS custos si ex necessitate aliqua abesset, ejus socius in custodiendo debet habere diligentiam, qua omissa, simili pœna plectendus est, qua esset plectendus incarceratus, qui fugit carcerem, *ibid.*

CARCEREM privatum nemo potest habere, & si aliquis inveniatur, debet coërceri per judicem, alioqnin judex tenetur crimine læsæ majestatis, *L. 1. C. de privatis carcer.*

CARCEREM privatum retinens ultimo supplicio condemnatur, tanquam violator imperialis majestatis, *ibid.*

CARCER ad reorum custodiam, non ad pœnam specialiter deputatus est, *c. 3. de pœnis in 6.*

CARCER tamen esse potest pœna, *ibid.*

CARCER durus magis ad pœnam, quam ad custodiam est, *Clem. 1. §. 1. de hæret.*

Ad CARCEREM perpetuum hæreticus impœnitens condemnatur, *c. 15. §. 1. X. de hæret.*

Condemnatio ad perpetuum CARCEREM licita est de jure canonico, *c. un. Extravag. comm. de pœnis.*

Qui in CARCEREM quem detrusit, *ut aliquid ei extorqueret*, quidquid ob hanc causam factum est, nullius momenti est, *L. 22. quod metus causa.*

CARCERATUS.

CARCERATO victum vel stratum inferri prohibens tenetur ei actione pœnali, vel injuriarum, *L. 34. de re judicata* &c.

CARCERATI effracto carceris ostio, aut conspiratione cum eis, qui in eadem custodia erant, fugientes capite puniuntur, negligentia vero custodum fugientes mitius puniuntur, *L. 1. pr. de effractor.* & *L. 13. de custodia* &c.

CARCERATUM si judex celeriter, & sine causa dimiserit, præses eum judicem debet punire, *L. 10. de custodia* &c.

CARCERATOS debet diebus dominicis judex videre, & providere, ne carcerum custodes inhumaniter se gerant erga carceratos, *L. 9. C. de episcopali aud.*

CARCERATIS non habentibus victualem substantiam judex faciet ministrari duobus vel tribus panibus, vel quod existimaverit commentariensis, *ibid.*

CARCERATIS nocte geminanda est custodia, *L. 1. C. de custod.*

CARDINALIS.

CARDINALIS deponitur, qui in suo titulo non residet, *c. 2. X. de Cleric. non resid.*

CARDINALEM hostiliter persequens, vel percutiens, vel capiens, fit reus criminis læsæ Majestatis, perpetuo infamis, diffidatus, bannitus, intestabilis

bilis active, nec ab intestato succedit, habitationes ejus fiunt desertæ in perpetuum, debita ei non redduntur, nemo respondet ei in judicio, bona ejus fisco applicantur, nihilque ad posteros transmittitur. Simili pœna puniuntur socius facientis, mandans, vel factum ratum habens, aut consilium dans, vel favorem, aut postea receptans vel defendens scienter eundem, *c. 5. pr. de pœnis in 6.*

Quando Ecclesia CARDINALI vacat, succedit Capitulum, *c. 11. X. de major. & obed.*

CARENA.

CARENA dicitur 40. dies jejunii in pane & aqua, *c. 8. X. de accusat.*

CAREVM.

CAREVM, alias *carenum*, in penu est, *L. 5. §. 1. de penu legata.*

CARINA.

Proprietas totius navis CARINAE causam sequitur, *L. 61. de R. V.*

CARMEN.

CARMEN conscribens, vel proponens vel cantans aliquis ad alicujus injuriam, tenetur injuriarum actione, *L. 27. §. 15. de injuriis* &c.

Ob CARMEN famosum damnatus intestabilis fit, *c. 3. §. 15. q. 2. caus. 4.*

CARO

CARNES ponderandæ sunt, cum venduntur, *L. 18. pr. de fundo instructo.*

Qui CARNEM comedentem condemnat, tanquam spem non habentem, Anathema sit, *c. 13. dist. 30.*

CARO & corium mortui pecoris in fructu non est, quia mortuo eo ususfructus extinguitur, *L. 30. quib. mod. ususfructus.*

CARPENTARIVS.

CARPENTARIVS, i. e. carpentorum artifex, vacationem munerum graviorum habet, *L. 6. de jure immun.*

CARVCARIVS.

CARVCARIVS s. *cisiarius*, si dum cæteros transire contendit, cisium, i. e. vehiculum evertit & servum quassavit, vel occidit, tenetur ex locato, & utili Aquilia, *L. 13. pr. locati* &c.

CASA.

Si areæ ususfructus mihi legatus sit, possum CASAM ibi ædificare, custodiæ causa earum rerum, quæ in area sunt, *L. 73. de usufr.*

Cuilibet liberum est CASAM in littore ponere, in quam se recipiat, §. 5. *de R. D.*

CASIS fundo legato junctis, fundus servitutem iis debet, *L. 20. pr. si servit. vindic.*

CASSARE.

CASSATVR electio, si electus ante confirmationem administret, *c. 17. X. de elect.*

CASSATA confirmatione propter defectum jurisdictionis, vel solennitatem omissam, non propter hoc electio cassata dicitur, *c. 39. de elect. in 6.*

Vox CASSATVR juncta cum verbo irritentur significat ipso jure, nec requiritur sententia, licet sit in futuro tempore, *§. privilegia. Const. de pace constantiæ.*

Omnis alienatio feudi contra legem facta CASSATVR & bonæ fidei emptori pretium restituitur, *II. F. 55.*

CASSIANI.

CASSIANI quidam ICti dicebantur, alii vero *Pegasiani*. Cassianorum origo fuit *Atteius Capito*, Pegassiani autem originem habuerunt ab *Antistio Labeone*, quem secuti sunt *Proculus* & *Pegasus*, *L. 2. §. ult. de O. I.*

CASSITARE.

Si antea ex tegula CASSITAVERIT stillicidium, postea ex tabulato, vel ex alia materia *cassitare*, i. e. *frequenter*

ter cadere non poteſt, *L. 20. §. 4. de S. P. V.*

CASTE.

CASTE vivendum, *Nov. 12. c. 1.*

CASTELLVM.

CASTELLVM eſt receptaculum, quod aquam publicam ſuſcipit, *L. 1. §. 39. de aqua quot.*

CASTELLA plumbea, quamvis non ſint affixa, ædium eſſe conſtat, *L. 17. §. 8. de A. E.*

CASTELLVM dicitur locus, ubi congeritur aqua, antequam intret per fiſtulas, *L. 3. C. de aquæductu XI.*

CASTELLVM.

CASTELLVM nullus debet aliquo titulo poſſidere in limite imperii, niſi is ſolus, cui per principem detentio eſt commiſſa, & contra faciens pœna capitis cum omnium bonorum publicatione punitur, *L. 2. C. de fundis limitroph. XI.*

CASTIGARE.

CASTIGARE moderate poteſt ſervum fructuarius, *L. 17. §. 1.* & *L. 23. de uſufructu* &c.

CASTITAS.

Major CASTITAS in fœminis requiritur, quam in maſculis, *pr. I. quib. mod. tut.*

CASTITAS ſola cum fiducia eſt potis hominum animas præſentare Deo, *Nov. 14. præf. §. 1.*

CASTITATIS furtum eſt coërcendum, *ibid.*

CASTITAS eſt cum propria uxore, *c. 12. diſt. 31.*

Corpore intacto CASTITAS nonnunquam amittitur, *c. 12. q. 5. cauſ. 32.*

Virginalis CASTITAS non præfertur conjugio Abrahæ, *c. 6. q. 4. cauſ. 32.*

CASTRARE.

Qui CASTRAVERIT hominem libidinis, vel promercii cauſa, capite punitur, *L. 3. §. 4. ad L. Corn. de ſica.*

Is, qui ſervum CASTRANDVM tradiderit, pro parte dimidia bonorum multatur, *L. 6. eod.*

Ad CASTRANDVM nemo debet etiam ſponte ſe præbere, *L. 4. §. 2. eod.*

CASTRATVS querulans adverſus caſtrantem audiri debet à præſide, *ibid.*

CASTRATVS non poteſt poſthumum heredem inſtituere, *L. 6. §. 1. de liber. & poſthum.*

Si quis puerum CASTRAVERIT, & pretioſiorem fecerit, *Vivianus* ſcribit, ceſſare Aquiliam, ſed injuriarum, aut ex edicto Ædilium agere poſſe, *L. 27. §. 28. ad L. Aquil.*

CASTRATA animalia omnia non dicuntur vitioſa, eo quod ſint caſtrata, niſi propter ipſam caſtrationem facta ſint imbecilliora, & ita mulus caſtratus non eſt vitioſus, & equus caſtratus ſanus eſt, ſicut ſpado, & ideo in his emptori non datur actio ædilitia, datur tamen actio ex empto civilis, cum alias empturus non eſſet, *L. 38. §. 7. de ædilit. edicto.*

CASTRENSIANI.

CASTRENSIANI & Miniſteriani officio finito per lapſum biennii, alius ſubrogatur, *L. 1. C. de caſtrenſianis* &c. *XII.*

CASTRENSIANORVM varii gradus ſunt: alii primi, ſecundi, tertii, *L. 2. C. eod.*

CASTRENSIANORVM alii ſupernumerarii, alii ſtatuti, *ibid.*

CASTRENSIANI & miniſteriani, & eorum matres & uxores non poſſunt conveniri in cauſa civili, vel criminali, niſi ſub comite caſtrenſianorum, vel magiſtro officiorum, *L. 3. & 4. C. eod.*

CASTRVM.

Si Vaſallus poſſederit CASTRVM nomine recti feudi, dominus autem dicat eum nomine guardiæ poſſidere, domi-

domino incumbit probatio, & si probaverit, Vasallus condemnabitur, *I. F. 4. §. 3.*

Si Vasallus CASTRUM domini, sciens dominum, vel dominam ibi esse, assalierit, feudum amittit, *I. F. 5. pr.*

CASTRI dominus pacis violatorem recipere non debet, quinimo confugam judici exhibere cogitur, *II. F. 27. §. 2.*

CASUS.

CASUS omissus remanet sub dispositione juris communis, *L. 6. pr. de condict. causa data* &c.

CASUS omissus habetur pro expresso, quando continetur sub expresso casu ex consequentia necessaria, alias secus, *ibid.*

CASUS, sc. *fortuiti* à nullo præstantur, e. g. mortes animalium, quæque sine culpa accidunt, fugæ servorum, qui custodiri non solent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum, *L. 23. de R. I.*

In CASUM conferri non oportet, quod in potestate nostra est, *L. 22. de condit. inst.*

CASUS est, quod sine facto personæ accidit, *L. 61. de admin. & peric. tutor.*

CASU amisisse si quis dicat, illud tenetur probare, si illud sit fundamentum suæ intentionis, *L. 6. §. 9. de edendo.*

Quod CASU f. fato contingit, cuivis patrifamilias, quamvis diligentissimo, potest contingere, *L. 11. §. 5. de minor.*

CASUS est inopinatæ rei eventus ex diversis casibus proveniens, *§. 39. de R. D.*

CASUS fortuitus quasi habet culpam antecedentem, vel concomitantem f. contingentem, *§. 2. quib. mod re contr. obl.*

CASUS, mortesque animalium, quæ sine culpa accidunt, fugæ servorum, qui custodiri solent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum à nullo præstantur, *L. 23. de R. I.*

CASUS naufragii post moram debitoris contingens pertinet ad debitorem, unde qui non navigavit debito tempore, quo promisit, postea navigat suo periculo, & ex tunc pecunia nautica trajicienda per mare est ejus periculo, & non creditoris, *L. 122. §. 1. de V. O.*

CASUS incendii, & sic fortuitus supervenien's nocet ædificanti partem domus, quam domum & si individuam tenebatur facere, *L. 15. eod.*

Quæ CASIBUS fortuitis accidunt, cum prævideri non potuerint, in nullo bonæ fidei judicio præstantur, *L. 6. C. de pignor. act.*

CASU fortuito si creditori amissum sit pignus, debitor tenetur probare culpa creditoris amissum, quod verum est in his casibus fortuitis, qui de facili, & frequenter eveniunt sine culpa possessoris, ut sunt vis hostium, impetus aquarum, secus in aliis casibus, qui sine culpa præsumpta de facili non eveniunt, ut est furtum, *L. 5. 6. & 7. C. eod.*

CASUS fortuitus non debet obesse ei, qui adhibuit eam diligentiam, quam debuit, *L. 8. C. qui petant tut.*

CASUS fortuitus eveniens in persona procuratoris excusat dominum, *ibid.*

De CASU fortuito tenetur quis in ultimis voluntatibus, licet non præcesserit mora, vel culpa, vel pactum, in contractibus secus, *L. 7. C. de condition. insertis* &c.

CASUM fortuitum in se suscipiens, tenetur de casibus fortuitis communiter contingentibus, *L. 78. §. 3. de contrah. empt.*

CASUS

CASVS fortuitus intelligitur inopinatus, & non ex consuetudine eveniens, *ibid.*

CASVM fortuitum tenetur probare conductor, ubi culpa contra eum est præsumpta, *L. 9. §. 4. locati* &c.

Quod CASV fortuito fit, nemini imputandum est, cum prævideri non possit, *c. 9. X. de homicid.*

CASV fortuito, non voluntate committens homicidium, debet liberari, *c. 46. dist. 50.*

De CASV fortuito non tenetur quis in commodato, nisi acciderit culpa sua, vel intervenerit pactum, *c. un. X. de commod.*

CASVS Papæ reservati, à quibus nullus potest absolvere sine speciali licentia sedis Apostolicæ, proponuntur in *c. 3. Extravag. commun. de pœnitent.*

CATADROMVS.

CATADROMVS *Accursio* dicitur cursus fluentum, *L. 54. pr. de A. E.*

CATECHVMENVS.

Ante viginti dies Baptismi ad purgationem exorcismi CATECHVMENI concurrant, *c. 55. dist. 4. de consecr.*

Quare CATECHVMENI sale initiantur, *c. 65. dist. 4. de consecr.*

Quare super CATECHVMENVM orationes dicantur, *c. 64. ead.*

CATECHVMENVS catholicus præferendus est hæretico baptizato, *c. 149. ead.*

CATHOLICVS, *a, m.*

De fide CATHOLICA suspecti, ab accusatione repelluntur, *c. 4. q. 5. caus. 5.*

Christiani CATHOLICI dicuntur, qui veram fidem amplectuntur, *L. 1. §. 1. C. de summa Trinitate* &c.

CATHOLICI non ideo aliena possident, quia ab Hæreticis ablata tenent, *c. 2. q. 7. caus. 23.*

CATILLVS.

CATILLVS est superior pars molæ, *L. 18. §. 5. de instruct. & inst.*

CATONIANA *regula.*

vid.

REGVLA *catoniana.*

CAVEA.

Si quis me prohibeat in CAVEA publica sedere, injuriarum agere possum, *L. 13. §. 7. de injur.*

CAVENA.

De CAVENA s. *camera* feudum non datur, nisi in *cavena* sit, unde solvitur, *II. F. 58. pr.*

Si CAVENA ita sit evacuata sine culpa promissoris, expectandum est, donec Vasallo iterum aliquid de *cavena* dari possit, *ibid.*

De CAVENA feudum in iis rebus consistit, quæ inter mobilia connumerantur, *II. F. 1. §. Sciendum.*

Vasallo CAVENAE feudum possidenti, non opus est probatione, sed aut juret, aut deferat, *II. F. 2. §. 1.*

CAVERE.

Nec paciscendo, nec legem dicendo, nec stipulando quisquam alteri CAVERE potest, *L. 73. §. 4. de R. I.*

CAVERE & *satisdare* Iurisconsulti sic distinguunt, ut qui datis fidejussoribus ac sponsoribus promittat, *satisdare* dicatur, qui vero sine fidejussoribus, *cavere*, *L. 2. §. 6. de judic.*

CAVERE verbum idem importat, quod promiserit, *L. 134. §. 2. de V. O.*

CAVERE mihi teneris pro domo tua ruinosa, alias mittar in possessionem domus tuæ, & similiter ego teneor tibi cavere pro domo mea ruinosa, alias tu mitteris in possessionem, *L. 18. §. 12. de damno inf ecto.*

Inquilino meo, si vicinas ædes habeat, CAVERE debebo damni infecti propter eas ædes, *L. 18. § 3. eod.*

CAVENS de damno infecto tenetur pro se, & etiam pro suis heredibus ac successoribus universalibus, & etiam singularibus cavere domino domus, cui

cui ruina minatur, & ejus successoribus etiam singularibus, *L. 24. §. 1. eod.*

CAVTUM intelligitur, sive personis, sive rebus cautum sit, *L. 188. de V. S.*

Quotiens vitiose CAVTUM vel satisdatum est, non videtur *cautum*, *L. 6. qui satisdare cog.*

CAVILLATIO.

Natura CAVILLATIONIS, quam Græci σωρίτην (i. e. acervalem syllogismum) appellaverunt, hæc est, ut ab evidenter veris, per brevissimas mutationes, disputatio ad ea, quæ evidenter falsa sunt, perducatur, *L. 177. de V. S. L. 65. de R. I.*

CAVPO.

CAVPONES, stabularii & nautæ tenentur pro furto, vel dolo commisso in caupona, stabulo vel navi, *L. 5. §. 6. de O. & A.*

CAVPO, vel stabularius habens mancipia ministrantia, & occasione ministerii quæstum facientia committit lenocinium, & pœna lenocinii punitur, & infamis est, *L. 4. §. 2. de his, qui not. inf.*

Nautæ, CAVPONES, stabularii, quod cujusque salvum fore receperint, nisi restituant, in eos datur actio in factum ex edicto nautæ, &c. *L. 1. pr. Nautæ, Caupones*, &c.

In CAVPONVM, nautarum & stabulariorum arbitrio est à principio, non recipere aliquem, sed non ex postfacto, *d. L. 1. §. 1. eod.*

CAVPONES, nautæ, & stabularii quod teneantur de recepto, ideo statutum est, ne daretur materia cum furibus adversus eos, quos recipiunt, coeundi, cum ne nunc quidem abstineant hujusmodi fraudibus, *ibid.*

CAVPONES & stabularii dicuntur illi, qui cauponam, vel stabulum exercent, sed etiam institores eorum, qui si receperint, tenentur, qui eos proposuerint, *L. 1. §. 5. eod.*

CAVPO vel stabularius non tenetur de recepto atriarii, & focarii, *ibid.*

CAVPO tenetur hospiti etiam de facto aliorum viatorum, *d. L. 1. §. 8. & L. 2. eod.*

CAVPONIS, & nautæ filiusfam. si receperit res voluntate patris expressa, vel tacita in corde retenta, in solidum tenetur pater *caupo*, *L. 3. §. 3. eod.*

CAVPO res alterius cauponis, vel nauta res alterius nautæ recipiens tenetur actione ex edicto *nautæ, caupones*, &c. *L. 4. §. 1. eod.*

CAVPO non pro custodia mercedem accipit, sed accipit, ut viatores manere in caupone patiatur, & tamen custodiæ nomine tenetur, *L. 5. pr. eod.*

CAVPONI, aut Magistro navis datur actio furti pro re hospitis sibi subtracta, si solvendo sunt, quoniam periculum rerum ad eos pertinet, *L. 14. §. 17. de furtis.*

CAVPO præstat factum eorum, qui in ea caupona ejus cauponæ exercendæ causa ibi sunt; item eorum, qui habitandi causa ibi sunt, *L. un. §. 6. furti adversus nautas* &c.

CAVPO viatorum factum non præstat, *ibid.*

CAVPO vel stabularius non potest viatorem sibi eligere, nec potest repellere iter facientes, *ibid.*

CAVPONA.

Si mulier CAVPONAM exercet, & in ea corpora quæstuaria habet, ut multæ assolent sub prætextu instrumenti cauponii prostitutas mulieres habere, illa continetur appellatione lenæ, *L. 43. §. 9. de R. N.*

In CAVPONA sub specie ministrandi ancilla, vel mulier prostitui non debet, quam speciem assumunt quædam volentes male agere, *L. 3. C. si mancipium ita ven.* &c.

CAVPONAE domina habet nomen matrisfamilias, cum vivit honeste, & non

non meretricio more, *L. 29. C. ad L. Iul. de adult.*

CAVSA.

Ne CAVSA alicujus deterior fiat ex alieno facto, Iudex omnibus modis, quibus potest, se intromittere debet, *L. 1. pr. de alienat. jud. mut.*

CAVSA major ad se minorem trahit, *L. 54. de judiciis.*

Per minorem CAVSAM majori cognitioni præjudicium fieri non oportet, *ibid.*

CAVSA jurejurando ex consensu utriusque partis decisa, nec perjurii prætextu retractari potest, nisi specialiter hoc lege excipiatur, *L. 1. C. de reb. credit. & jurejur.*

Vbicunque CAVSAE cognitio est, ibi Prætor desideratur, *L. 105. de R. I.*

CAVSA remotionis à tutela in decreto exprimenda, ut appareat de existimatione, *L. 4. §. 1. de suspect. tut.*

Nemo in persequendo CAVSAM deteriorem, sed meliorem facit, *L. 87. de R. I.*

Cum CAVSA principalis non consistit, ne ea quidem, quæ sequuntur, locum habent, *L. 129. §. 1.* & *L. 178. de R. I.*

Quod ex CAVSA auferri potest, id non videtur perfecte alicujus esse, *L. 139. §. 1. de R. I.*

In CAVSAE cognitione evitandi sunt, qui pudicitiæ impuberis possunt insidiari, *L. 5. ubi pupill. educ.*

CAVSAE, quibus feudum amittitur, sub aliqua certa regula aut definitione rotunda non possunt definiri, *II. F. 23.*

Sunt quædam egregiæ ingratitudinis CAVSAE, quibus feudum secundum mores curiarum solet adimi, *ibid.*

Non ex omni CAVSA, ex qua opinio Vasalli gravatur, feudum amittitur, *II. F. 24. §. 2.*

CAVSAE feudales ex quo jure decidendæ, *II. F. 1. pr.*

CAVSAE justæ non petitæ investituræ Vasallo hæ sunt: Mors, inimicitiæ capitales, infantia, justa absentia, *I. F. 22. pr.*

CAVSA à casu, quo venit, dicitur, *c. 10. X. de V. S.*

CAVSA est materia & origo negotii, *ibid.*

CAVSA aut argumento, aut probatione constat, *ibid.*

Ea CAVSA propria dicitur, cujus emolumentum vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet, *c. 29. §. 7. q. 6. caus. 2.*

CAVSA alia est utilitatis, & necessitatis, alia avaritiæ, ac præsumptionis, aut propriæ voluntatis, *c. 34. §. 2. q. 1. caus. 7.*

Omnis res per quascunque CAVSAS nascitur, per easdem dissolvitur, *c. 4. q. 2. caus. 27.*

Si CAVSA simpliciter est delegata duobus, sententia unius non tenet, *c. 16. X. de offic. & potest. deleg.*

Si CAVSA committitur tribus Delegatis cum clausula, *quod si non omnes,* &c. priusquam appareat de impotentia tertii, duo procedere non possunt, et si procedunt, nihil agunt, *c. 21. X. eod.*

CAVSA alicui commissa, omnia commissa intelliguntur, sine quibus causa competere non potest, *c. 5. X. eod.*

Si CAVSA pluribus etiam simpliciter est commissa, quilibet subdelegare potest, *c. 6. X. eod.*

Si CAVSA committitur infra certum diem decidenda, nisi Partes prorogent, per lapsum diei expirat Iurisdictio, *c. 4. X. eod.*

Si CAVSA simpliciter delegatur tribus, duo sine subdelegatione tertii procedere non possunt, quod si fecerint, ab eis poterit appellari, *c. 22. X. eod.*

Cessante CAVSA cessat effectus, *c. 26. in fine X. de jurejur.*

CAVSA mandati cessante, cessat mandatum, *c. 30. X. de Prabend. in 6.*

De CAVSA manifesta & pluribus nota non sunt quærendi testes, *c. 17. q. 5. cauf. 2.*

CAVSA Majestatis omnibus æquam facit conditionem, *c. 23. q. 1. cauf. 6.*

CAVSA favorabilis est matrimonii, dotis, libertatis, testamenti, *c. 26. X. de sent. & re judic.*

CAVSAE matrimoniales non sunt tractandæ per quoslibet, sed per Iudices discretos, qui potestatem habeant judicandi, & canonum statuta non ignorent, *c. 1. X. de consang.*

Ad CAVSAM matrimonii delegatus, si ferat sententiam divortii, pronunciare etiam debet de dote restituenda, *c. 3. X. de donat. inter vir. & ux.*

CAVSA juris patronatus spectat ad judicium Ecclesiæ, *c. 3. X. de judic.*

CAVSAE sanguinis in Ecclesia vel Cœmiteriis agitari non debent, *c. 5. X. de immun. Eccl.*

De CAVSA civili inter Laicos non cognoscit Ecclesia, cognoscit tamen quis sit de legitimo matrimonio natus, *c. 7. X. qui filii sint* &c.

CAVSA possessionis & proprietatis sub eodem Iudice terminari debet, *c. 1. X. de causa poss. & propr.*

Propriam CAVSAM agere valet, cui accusare non licet, *c. 2. q. 6. cauf. 4.*

CAVSA quandoque sumitur pro naturali accessione, quandoque latius pro partu, *L. 2 de fur.*

CAVSA legati vel institutionis in præteritum, pœna, i. e., legatum pœnæ nomine relictum in futurum confertur, *L. 22. de condit. & demonst.*

CAVSA libertinitatis, aut servitutis alicujus tertii, quæ est inter fiscum & privatum, potest examinari per procuratorem, *L. 5. C. ubi causa status agi* &c.

CAVSA ingenuitatis alicujus tertii, quæ est inter fiscum & privatum, examinari debet per rectorem provinciæ, *ibid.*

CAVSA jurejurando ex consensu utriusque partis, vel adversario inferente, decisa, non retractatur prætextu perjurii, nisi in casibus à lege expressis, *L. 1. C. de rebus creditis.*

CAVSA lucrativa cum non lucrativa concurrit, *L. 13. §. 15. de A. E.*

Duæ CAVSAE lucrativæ in eundem hominem, & eandem rem concurrere non possunt, §. *6. de legatis.*

CAVSAE criminales intra duos annos à contestatione litis connumerandos sunt terminandæ, *L. 3. C. ut intra certum tempus* &c.

CAVSA principalis, civilis, & incidens criminalis in modum exceptionis, ut quando agis ex instrumento, & ego excipio de falsitate instrumenti, una sententia uno tempore terminari debet, *L. 3. C. de Ordine cognit.*

CAVSA criminalis debet tractari in loco, ubi commissum est delictum, vel ubi inchoata est causa, vel ubi deprehenditur reus habere domicilium, *L. 1. C. ubi de crimine agi.*

In CAVSA criminali non subjiciuntur torturæ, miles, Nobilis & in dignitate constitutus, *c. 23. q. 1. cauf. 6.*

In CAVSA criminali, cum civiliter agitur, potest intervenire Procurator, *c. 1. X. ut lite non contest.*

CAVSIDICVS.

Quisquis vult esse CAVSIDICVS, nón idem in eodem negotio sit advocatus & judex, *L. 6. C. de postul.*

CAVTELA.

Illa est CAVTELA laudabilis, in qua totum ratio agit, & furor sibi nihil vindicat, *c. 3. §. solicitudo* &c. *X. de accus.*

CAVTELA abundans non operatur aliquid ut addat, vel minuat, aut vitiet, *L. 32. §. 6.* verb. *non mutat substantiam* &c. *de au. & arg. leg.*

CAV-

CAVTIO.

Plus CAVTIONIS in re est, quam in persona, *L. 25. de R. I.*

CAVTIO furti ad Iudicem pertinet in judiciis, sive generalia sint, sive specialia, scilicet, quoties æquitas suadet, *L. 38. pr. pro socio.*

CAVTIO sola juratoria præstatur, quando quis tenens dare fidejussores non potest eos invenire, affirmando per juramentum prius, quod fidejussores non invenit, *Auth. Generaliter* &c. *C. de Episcopis* &c.

Quocunque judicio voluntatis testatoris CAVTIO legati, vel fideicommissi remitti potest, *L. 2. C. ut in possess. leg.*

CAVTIONEM simplicem de solvendo, cum ad pinguiorem fortunam venerit maritus non solvendo, tenetur tantum præstare in dotis restitutione, *L. 1. §. 7. C. de rei uxoriæ* &c.

CAVTIONIS verbum prolatum ab homine, vel à lege, intelligitur de nuda promissione sine fidejussione, nisi specialiter de fidejussione, vel generaliter de satisdatione sit nominatum, vel expressum, *L. 3. C. de V. S.*

CAVTIO, ad quam quis tenetur, potest remitti ab eo, cui præstari tenetur, *L. 46. de pactis.*

CAVTIO, quæ non potest committi, non debet interponi, *L. 45. §. 2. de Procurat.*

CAVTIO omissa condici potest per condictionem incerti, *L. 5. §. 1. de usufr. earum rer.*

CAVTIO, quæ non debuit interponi, si interponatur, committitur, *L. 49. pr. famil. hercisc.*

CAVTIONI non est standum, ubi periculum apparet, *§. 12. de suspect. tut.*

CAVTIO de dote solvenda præstari debet à viro, cum ad inopiam vergit, *c. 7. X. de donat. inter vir. & uxor.*

CAVTIONE de opere demoliendo, si non haberet Ius, oblata, non obstante *c. pen. & ult. X. de novi oper. nunc.* quidquid factum est, post nunciationem novi operis expensis ejus, cui denunciatum est, demoliri debet, *c. 2. X. eod.*

Vsufructuarius CAVTIONEM præstare tenetur, quod uti rebus immobilibus salva ipsarum substantia, & pecuniam & æstimationem mobilium, quæ consumuntur usu, finito fructu, restituere velit, *c. 8. X. de pignor.*

CAVTIONE, quam fructuarius præstat, continentur omnes casus, quibus ususfructus amittitur, *L. 3. pr. usufruct. quemad. cav.*

In CAVTIONE, quam fructuarius præstat, continetur dolum abesse, vel abfuturum esse in re ususfructus nomine retinenda, *L. 5. pr. eod.*

CAVTIONEM fructuarius debet præstare ei, cui etiam sub conditione proprietas legata est, & etiam ejus heredi, *L. 8. eod.*

CAVTIONEM, quam usufructuarius præstare debet, testator non potest remittere, & ante eam præstitam usufructuarius uti frui non potest, *L. 1. C. de usufr.*

CAVTIONEM de utendo. & fruendo boni viri arbitrio usufructuarius, sive ex testamento, sive ex contractu constitutus debet præstare, & quod nullam læsionem ex usu proprietati afferet, *L. 4. C. eod.*

CAVTIO *damni infecti.*

CAVTIONEM damni infecti pro parte domus, quam quis communem habet, recte pro socio præstare vicino potest, *L. 40. de negot. gest.*

CAVTIO damni infecti celeritatem desiderat, & quia ejus dilatio periculosa

losa est, omnibus magistratibus etiam municipalibus concessum est, quod possint jubere de cavendo, *L. 1. de damno infecto.*

CAUTIONI damni infecti appositus dies si finiatur, potest judex ex officio causa cognita, vel renovare, vel prorogare eum diem, si finitus non sit, & si hoc localem inquisitionem exigat, potest remittere ad inferiores judices, *L. 4. pr. eod.*

CAUTIO damni infecti debet postulari Iudice sedente pro tribunali, *d. L. 4. §. 8. eod.*

CAUTIONEM damni infecti si plures petierint, sive alius pretiosiores, alius viliores ædes habeat, ob non præstitam cautionem omnes æqualiter admittuntur ex primo decreto, sed non ex secundo, *L. 5. §. 1. eod.*

CAUTIO damni infecti debet præstari tam proprietario, quam usufructuario, neque ob id cavens tenetur præstare cuique eorum plus, quam ejus interest, *d. L. 5. §. 2. eod.*

CAUTIO damni infecti quando petitur ab aliquo suo nomine, sufficit, quod caveat sine fidejussoribus, si vero alieno nomine, puta procuratorio, vel tanquam usufructuario petatur, debet satisdare, *L. 7. pr. eod.*

CAUTIONEM damni infecti sibi præstari petens debet de calumnia jurare, *L. 13. §. 3. eod.*

CAUTIO damni infecti in annos decem peti potest ex damno operis, quod est in flumine publico, vel ejus ripa, ut quia minatur ruinam navigantibus, vel his, qui juxta flumen ædes habent, *L. 7. pr. eod.*

CAUTIO damni infecti quando non præstatur petenti, mittitur is in possessionem ex primo decreto ejus rei, cujus nomine, ut caveretur sibi, postulaverat, & si adhuc non præstetur cautio, mittetur ex secundo decreto, *ibid.*

CAUTIONEM damni infecti recusans si non patiatur missum ex primo decreto esse in possessione, misso datur actio in factum ad verum interesse, i. e. ut tantum post damnum datum præstet is, quantum præstaret, si is cavisset, *ibid.*

CAUTIO damni infecti cui præstari debeat, vel non, Prætor debet inspicere, quamvis hoc in edicto Prætor non dixerit, *L. 13. §. 3. eod.*

CAUTIO damni infecti præstari non debet ei, qui in meo deambulat, neque ei, qui in meo lavat, vel in taberna mea devertit, *d. L. 13. §. 4. eod.*

CAUTIO damni infecti præstari debet vicinis, inquilinisque eorum & inquilinorum uxoribus, & his, qui cum his morantur, *L. 13. §. 5. eod.*

CAUTIO damni infecti inquilinis non præstatur, *L. 13. §. 6. eod.*

CAUTIO damni infecti non præstatur ei, cui imputari potest culpa ædificii jam constructi, *L. 13. §. 7. eod.*

CAUTIONEM damni infecti potest petere ille, qui egit confessoria jus adversario non esse altius tollendi ædificium, *L. 13. §. 10. eod.*

CAUTIONEM damni infecti præstare tenetur ille, adversus quem interdictum quod vi aut clam competit, ut quia fecit opus sciens se prohibendum, *ibid.*

In CAUTIONE damni infecti debet contineri dies certa, intra quam, si damnum detur, debeat emendari, & talis dies debet statui arbitrio judicis habita æstimatione ex causa, & ex qualitate damni, quod contingere speratur, & longinquitate soli, & operis magnitudine, *L. 13. §. 15. eod.*

CAUTIONIS die finita iterum, quoties opus

opus erit, arbitratu Prætoris ex integro caveri debet, *L. 15. pr. eod.*

CAVTIO damni infecti si fuerit interposita sine diei adjectione ex certa scientia conventione partium quandocunque fuerit damnum datum, agetur ex stipulatione, sed si per errorem dies adjecta non fuit finito die, in quem caveri solitum est, peti potest, quod liberetur promissor, *d. L. 15. §. 1. eod.*

CAVTIO damni infecti pluribus petentibus si non præstetur, omnes simul in possessionem demus, vel rei ruinosæ mittuntur, sed si prius aliqui eorum missi sint, reliqui etiam; postea desiderantes mittuntur etiam in possessionem, si vero unus eorum sit missus, & reliqui petant sibi caveri de damno infecto, etiam posteriores mittuntur in possessionem, nisi eis caveatur, *L. 15. §. 15. eod.*

CAVTIONEM damni infecti petere potest etiam is, qui habet jus in re, *L. 18. pr. eod.*

CAVTIO damni infecti simpliciter interposita non refertur ad aliam domum, vel ad aliam domus partem post cautionem emptam, vel alio modo acquisitam, bene tamen porrigitur ad alias res postea in domum inductas, *d. L. 18. §. 5. eod.*

CAVTIO damni infecti locum habet in ædibus, & operibus vitiosis sive in loco urbano, sive in rustico, sive privato, sive publico situatis, *L. 19. §. 1. eod.*

CAVTIO damni infecti interponitur in his operis, quæ ad privatam utilitatem fiunt, non quæ ad publicam, quia tunc princeps, vel superior adeundus est, ut opus fieri prohibeat, vel tolli jubeat, *L. 24. pr. eod.*

CAVTIO damni infecti transit ad singularem successorem, ut ex facto, & opere ejus teneatur venditor, non ipse successor, *L. 24. §. 1. eod.*

CAVTIO damni infecti interponi non debet pro vitio naturali soli, *L. 24. §. 2. eod.*

CAVTIO damni infecti continet tantum illud damnum, quod culpa fit, veluti cum prævidere, ac providere possis domum ruituram, non curasti, quominus ruina stipulatori noceret, *L. 24. §. 3. eod.*

CAVTIO damni infecti simpliciter interposita non porrigitur ad damnum, quod contingit terræ motu, aut vi fluminis, aliove casu fortuito, adversus quem non potuit prævidere, secus si potuit, *L. 24. §. 3. eod.*

CAVTIO damni infecti simpliciter interposita non porrigitur ad damnum, quod dederunt vicino tegulæ ex ædibus promissoris dejectæ ex sola vi ventorum, vel alia ratione, quæ vim divinam habeat, secus si vitio ædificii tegulæ ceciderunt, ac damnum dederunt vicino, *L. 24. §. 4. eod.*

CAVTIO *judicialis.*

CAVTIONEM judicatum solvi, quam præstitit quis coram uno judice, non censetur coram alio præstare, *L. 64. §. 1. de judiciis.*

CAVTIONES judiciariæ non exiguntur mutata persona ex parte actoris, sed bene mutata persona ex parte rei, nisi fuerint repetitæ, *L. 1. §. 2. quib. mod. pign.*

CAVTIO *Mutiana.*

CAVTIO Mutiana locum non habet, si per aliam conditionem actio legati differri possit, *L. 77. §. 1. de condit. & demonstr.*

CAVTIO Mutiana debet præstari his, ad quos jure civili deficiente conditione legatum, vel hereditas pertinere potest, *L. 18. eod.*

CAV-

CAVTIO Mutiana satisdationem requirit, *L. 67. eod.*

CAVTIO Mutiana ut locum habeat, requiritur, quod conditio, ob quam interponitur, sit in non faciendo, item quod morte finiatur, *L. 73. eod.*

CAVTIONIS Mutianæ utilitas consistit in conditionibus, quæ in non faciendo sunt conceptæ, utputa, *Si in Capitolium non ascenderit; Si Stichum non manumiserit*, & statim data cautione de non ascendendo, vel non manumittendo consequitur quis legatum, vel hereditatem, nisi alia conditio suspendat, *L. 7. eod.*

CAVTIO Mutiana generaliter locum habet, quoties esset aliquid relictum sub conditione non faciendi de restituenda re cum fructibus, si contrafaceret, *L. 2. C. de indicta viduitate* &c.

CAVTIO *rati.*

CAVTIO rati s. ratihabitionis tunc exigitur à procuratore, quoties incertum est, an ei negotium mandatum sit, *L. 1. C. de procurator.*

CAVTIO de rato non debet præstari post litis contestationem ab eo, qui intercessit pro alio ante litis contestationem, *L. 2. C. de consort. ejusd. lit.*

CEDERE.

Illud CEDIT principali, quod rei ornandæ causa adhibetur, *L. 19. §. 13. de auro, argento* &c.

Electioni emptoris feudi committitur, utrum Domino ipsum velit CEDERE, an Vasallo restituere, *II. F. 42.*

Qui bonis CESSERINT, nisi solidum creditor receperit, non sunt liberati, *L. 1. C. qui bon. ced. poss.*

CEDERE diem significat incipere deberi pecuniam, *L. 213. pr. de V. S.*

CEDERE bonis non potest quis ad evitanda onera, vel munus publicum, sed debet pro quantitate bonorum onera publica subire, *L. 5. C. qui bonis ced. poss.*

CEDENS jura tenetur cessionarium procuratorem in rem suam constituere, *L. 8. §. 10. mandati* &c.

CEDENS actionem suam potentiori ratione officii perdit eam, & cessio non habet effectum, *L. 2. C. ne liceat potentior.*

Is, qui bonis CESSIT, si quid postea acquisierit, in quantum facere potest, convenitur, *L. 4. pr. de cess. bonor.*

Is, qui bonis CESSIT, ne quidem ab aliis, quibus debet, potest inquietari, *L. 4. §. 1. eod.*

Quem pœnitet bonis CESSISSE, potest, defendo se, consequi, ne bona ejus veneant, *L. 5. eod.*

CEDENS bonis si post cessionem aliquid modicum acquisivit, non tenetur propter hoc, ne ejus bona iterum ob id vendantur, *L. 6. eod.*

CEDENS bonis, si post cessionem aliquid pretiosum acquisivit, potest iterum conveniri propter hoc, & an acquisitum postea sit pretiosum, vel non, inspicitur ex quantitate, non ex qualitate, ut si quid menstruum, vel annuum sit relictum nomine alimentorum ei, qui cessit, vel ususfructus fundi relictus sit, & tunc non potest conveniri à suis creditoribus, *L. 6. eod.*

CEDENS bonis si postea pervenerit ad pinguiorem fortunam, potest tunc iterum conveniri à creditoribus, *§. 40. de A.*

Suo jure quis CEDERE non debet, *c. 8. q. 1. caus. 7.*

Non datur licentia CEDENDI Episcopo, qui propter senectutem vult cedere, si necessarius vel utilis sit Ecclesiæ suæ, *c. 1. X. de renunc.*

Qui petiit CEDENDI licentiam, ex quo

quo illam obtinuit, cedere compellitur, *c. 12. X. eod.*

CELARE.

Qui veritatem CELAT, peccat, *c. 1. X. de crimine falsi.*

Magis nocet, qui crimen CELAT, quam qui amicabiliter indicat, *c. 1. q. 5. caus. 5.*

Patronus turpitudinis est, qui CELAT crimen uxoris suæ, *c. 1. q. 1. caus. 32.*

Vasallus CELANS Domino dolo aut culpa periculum, feudo cadit, *II. F. 24. §. 2.*

Is, qui fugitivum CELAVIT, fur est, *L. 1. pr. de fugitivis.*

CELLA.

CELLAE sunt loca secreta & solitaria, quæ ab hominum separata convictu sunt ad contemplandum & Deo vacandum specialiter deputata, *c. 4. de V. S. in 6.*

CEMENTA.

Si quis ex alienis CEMENTIS in solo suo ædificaverit, domum quidem vindicare poterit, cementa autem resoluta prior dominus vindicabit, *L. 23. §. 7. de R. V.*

CEMENTA sæpissime dicuntur esse ejus, cujus est domus, vel insula, sed non semper, *L. 7. §. 2. de except. rei judic.*

CENSERE.

CENSERE est constituere, & præcipere, unde etiam dicere solemus, *Censeo, hoc facias*, & semel aliquid censuisse, *L. 111. de V. S.*

Ætatem in CENSENDO significare necesse est, quia quibusdam ætas tribuit, ne tributo onerentur; veluti in Syriis à quatuordecim annis masculi, à duodecim fœminæ usque ad sexagesimum quintum annum tributo capitis obligantur, ætas autem spectatur censendi tempore, *L. 3. pr. de censibus.*

CENSITOR.

CENSITOR, h. e. qui præest censui colligendo, potest ex justa causa relevare eum, qui tributa præstat, ut si ei agri portio chasmate perierit, aut vites mortuæ sint, aut arbores aruerint, sed si possessor exciderit arbores, vel vites, nihilominus numerum pecuniæ, quam debet nomine census, debet præstare, nisi causam incisionis probaverit censitori, *L. 4. §. 1. de censibus.*

CENSITVS.

CENSITVS dicitur, qui certam annuam pensionem domino solvit, *L. 2. C. in quib. caus. col. XI.*

CENSITI gravati à peræquatore habent facultatem conquerendi intra annum, quo elapso non audiuntur ulterius, exceptis minoribus & absentibus reipubl. causa, quibus non currit tempus, donec experiundi habuerint facultatem, *L. 5. C. de censib.*

CENSOR.

Vnde CENSORIS nomen sit tractum, *L. 111. de V. S.*

CENSORES constituti sunt post consules ex eo, quod ipsi non sufficerent officio, *L. 2. §. 17. de O. I.*

CENSVALIS.

CENSVALI forma s. *scriptura* cavetur, ut agri sic in censum referantur, *Nomen* fundi cujusque, & in qua *civitate*, & quo *pago* sit, & quos duos vicinos proximos habeat, & *arvum*, quot in decem annos proximos satum erit, quod jugerum sit, *vinea*, quot vites habeat, *oliva* quot jugerum, & quot arbores habeat, *pratum*, quod intra decem annos proximos sectum erit, quot jugerum, *pascua*, quot jugerum esse videantur, item, *sylva cadua*, omnia ipse, qui defert, æstimet, *L. 4. pr. de censibus.*

Prælatus ſ. Rector Eccleſiæ non poteſt, præſertim poſt mortem, Eccleſiam ſuam propria auctoritate CENSVALEM conſtituere, *c. 8. X. de cenſ.*

Qui per colluſionem inſtituit CENSVALEM Eccleſiam, illa privabitur, *c. 11. eod.*

CENSVALIS liber facit fidem, *c. 13. X. de præſcript.*

CENSVRA.

Appellatione Eccleſiaſticæ CENSVRAE comprehenditur excommunicatio, ſuſpenſio & interdictum, *c. 20. X. de V. S.*

Epiſcopi Violatores Sanctionis *de prohibitione conventiculorum* CENSVRA Eccleſiaſtica ſunt coërcendi, *II. F. 53. §. 2.*

CENSVS.

Novum CENSVM Epiſcopus Monaſterio imponere non poteſt, *c. 3. X. de cenſibus.*

CENSVS novus Eccleſiis imponi non poteſt, nec antiquus augeri, *c. 7. eod.*

Epiſcopus Eccleſiæ de manu Laici per ſe ereptæ non poteſt ob hoc CENSVM imponere, *c. 9. eod.*

Patroni etiam Clerici novum CENSVM Eccleſiæ imponere non poſſunt, nec veterem augere, & ſi ſuper hoc juramenta vel cautiones exegerunt, coguntur abſolvere, *c. 15. eod.*

CENSVS ſolvendi ſunt ad antiquam monetam, in qua inſtituti fuerint, niſi ſit in alterius monetæ ſolutione præſcriptum, *c. 20. eod.*

Petens CENSVM, debet rationem exprimere, *c. 5. eod.*

CENSVS à perſonis miſerabilibus non eſt extorquendus, *c. 4. eod.*

Per ſolutionem CENSVS, quæ fit Rom. Eccl. non probatur exemptio à juriſdictione Epiſcoporum, *c. 8. X. de privil.*

CENSVM de agro Eccleſiaſtico Presbyter perſolvere non cogatur, *c. 24. q. 8. cauſ. 23.*

CENSVS annui, ſeu reditus inter immobilia cenſentur, *Clem. 1. de V. S.*

CENSVS & monumenta publica potiora ſunt teſtibus, *L. 10. de probat.*

In CENSVM dominus lacus piſcatorios & portus deferre debet, *L. 4. §. 6. de cenſ.*

Poſt CENSVM edictum ſi aliqua nata, aut poſtea quæſita ſint, intra finem operis conſummati profeſſionibus edi poſſunt, *L. 4. §. 9. eod.*

CENSVS ac capitationis nomine olim præſtabat unus *homo* tantum, quantum præſtabant duæ mulieres, ſed hodie tantum præſtant duo vel tres viri nomine capitationis, quantum olim unus homo præſtabat, & tantum præſtant quatuor mulieres, quantum olim duæ mulieres, & ita onus capitationis in maſculis, & in fœminis pro dimidia diminutum eſt, *L. 10. C. de agricolis &c. XI.*

CENTENARIVS.

CENTENARIVS dicitur, qui centum millia HS. in bonis habet, *§. 2. de ſucceſſ. libert. L. 16. pr. & §. 1. de jur. patr.*

CENTESIMVS *annus.*

CENTESIMVS annus finis vitæ longævi hominis eſt, *L. 56. de uſufr.*

CENTIES *aureorum.*

CENTIES aureorum, præciſa locutione pro centies centena millia aureorum, *L. 88. de V. S. & L. 97. de legat. 3.*

CENTO.

CENTONES ſunt faſciculi ex pannis aut linteis ſordidis compacti, quibus ædium inſtrumenta deterguntur, referuntur inter inſtrumenta domus, *L. 12. §. 18 de inſt. vel inſtrum.*

CENTVMVIRALIS, *e.*

CENTVMVIRALE judicium, *L. 12. C. de petit. hered. & L. 123. de inoff. teſt.*

CEN-

CENTVMVIRI.

CENTVMVIRI cognoscebant de inofficioso testamento, *L. 17. pr. de inoffic. test.*

CENTVRIO.

CENTVRIO filiis, *si intra quintum & vicesimum annum ætatis sine liberis vita decesserint*, directo substituit, *L. 15. de vulg. & pupill. subst.*

CENTVRIO cohortis duodecimæ, *L. 1. C. de restitut. milit.*

CERDO.

CERDO homo vilis est, qui actum illicitum quæstus causa exercet, *L. 42. de oper. libert.*

CERTAMEN.

In CERTAMINE publico si quis occiderit alium, non punitur, neque tenetur L. Aquilia, *L. 7. §. 4. ad L. Aquil.*

CERTARE.

CERTARE invicem licitum est hominibus, *L. 3. §. 3. de injur.*

CERTI *condictio.*

vid.

CONDICTIO *certi.*

CERTIORARE.

CERTIORARE Dominum Vasallus debet de periculo, *II. F. 24. §. 2.*

CERTVS, *a. m.*

CERTVM est, cujus species vel quantitas, quæ in obligatione versatur, aut nomine suo, aut ea demonstratione, quæ nominis vice fungitur, qualis quantaque sit, ostenditur, *L. 6. de reb. credit.*

CERTA res, ut ostendatur, nihil refert, an proprio nomine appelletur, an digito ostendatur, an quibusdam vocabulis demonstretur, *ibid.*

CERTVM si quis stipulatus fuerit, ex stipulatu actionem non habet, sed condictionem certi, *L. 24. eod.*

CERTVM ex omni contractu condicere possumus, *L. 9. pr. eod.*

Quæ CERTA sunt per rerum naturam, non morantur obligationem, licet apud nos incerta sint, *§. 6. de V. O.*

CERTVM est, quod ex ipsa pronunciatione apparet, quid, quale, quantum sit; ut ecce aurei decem, fundus Tusculanus, homo Stichus, tritici Africi optimi modii centum, *L. 74. de V. O.*

CERVICALIA.

CERVICALIA vestis nomine continentur, *L. 25. §. 5. de auro, argento*, &c.

CERVISIA.

CERVISIA, potionis genus ex leguminibus confectum, vini legato non continetur, *L. 9 pr. de tritico, vino.* &c.

CERVVS.

CERVOS quidam ita mansuetos habent, ut in sylvas eant & redeant, quorum & ipsorum feram esse naturam nemo negat, *L. 5. §. 5. de A. R. D.*

CERYCIA.

CERYCIA, ea sunt, quæ legati Græcorum ferre solebant, ne quis eorum corpora violaret, *L. 8. §. 1. de D. R.*

CESSARE.

CESSANTE causa quandoque non cessat effectus, *L. 3. de milit. testam.*

CESSANTE causa principali cessat & accessorium, *L. 1. pr.* verb. *ipsa origine* &c. *C. de latina libert.*

CESSANTE una ex duabus causis alia remanente non cessat effectus, *§. 7. de N.*

CESSANTE necessitate debet utique pariter cessare id, quod pro necessitate temporis statutum est, *c. 41. q. 1. caus. 1.*

In casu necessitatis CESSAT privilegium, *c. 2. X. de immunit.*

CESSANTE causa mandati, cessat mandatum, *c. 30. de Præb. in 6.*

CESSIO.

CESSIO facta titulo donationis, vel ex quacunque causa, valet, *L. 23. & 24. C. mandati* &c.

In omni CESSIONE ex qualibet causa facienda, scrupulositate priorum legum explosa, professio sola quærenda est, *L. 6. pr. C. qui bonis cedere possunt.*

In omni CESSIONE sufficit voluntatis sola professio, *L. 6.* §. *1. C. eod.*

CESSIONES nullo modo curatores adversus minores suscipere possunt, *Nov. 72. c. 5. pr. &* §. *1.*

CESSIO non potest fieri post solutionem simpliciter, secus si solvatur cum pacto, ut cedatur, *L. 1. C. de contrario jud. tut.*

CESSIONES & emptiones litium prohibentur, & puniuntur jactura causæ, *c. 2. X. de alien. jud. mut.*

CESSIO *actionum.*

CESSIO actionum facta post solutionem non valet contra correum, nec contra tutorem pariter obligatum, nisi pactum de cedendo præcesserit, *L. 76. de solut.*

CESSIO actionis non valet, nisi pactum de actione cedenda præcedat pecuniæ dationem, *L. 1. C. de O. & A.*

CESSIO *bonorum.*

CESSIO bonorum potest fieri in jure, & extra jus, & etiam per nuncium, & per epistolam potest id declarari, *L. 9. de cessione bonor.*

Per CESSIONEM bonorum non tollitur naturalis, nec civilis obligatio, *L. 60. de fi ejuss.*

CESSIO bonorum non irrogat infamiam, *L. 11. C. ex quib. caus. infam. irrogat.*

CESSIO bonorum facta, si res adhuc est integra, revocari potest, *L. 3. & 5. de cessione bonor.*

CESSIO bonorum est auxilium miserabile hominum, *L. 8. C. qui bon. cedere* &c.

CESSIO bonorum tam in Italico solo, quam in provinciis admittitur, *L. 4. C. eod.*

CESSIONE bonorum facta non debent creditores propria autoritate bona jure dominii tenere, sed debent ea vendere judicis autoritate, & pretium pro rata inter eos dividere, & si contra faciunt, possunt bona ab eis avocari, non obstante præscriptione longi temporis, secus quando fuissent eis data in solutum, *ibid.*

CHARACTER.

CHARACTER imprimitur Clerico falsanti Sigillum Principis; idemque in exilium mittitur, *c. 3. X. de crimine falsi.*

CHARITAS.

CHARITAS fuse describitur in *c. 5. pr.* & §. *1. dist. 2. de pænit.*

CHARITAS in quibusdam est perfecta, in quibusdam est imperfecta; perfectissima autem in hac vita haberi non potest, *c. 19. ead.*

Ficta CHARITAS est, quæ deserit in adversitate, *c. 12. ead.*

CHARITAS est radix omnium bonorum, *c. 13. ead.*

CHARITAS est aqua, de qua Dominus ait in Evangelio *Ioan. 4. c. 14. ead.*

CHARITAS à fide christianorum sejungi nequit, *c. 14. ead.*

CHARITATEM timor introducit, *c. 17. ead.*

Perfecta CHARITAS foras mittit timorem, *c. 16.* §. *1. ead.*

In CHARITATE timor non est, sicut ait Ioannes Evangelista, *ibid.*

Si quis tantum habuerit CHARITATEM, ut paratus sit pro fratribus etiam mori, perfecta est in illo Charitas, *c. 16.* §. *2. ead.*

CHARI-

CHARITAS unctio invisibilis est, *c. 8. ead.*

CHARITAS numquam excidit, *c. 7. ead.*

CHARITAS, quæ deseri potest, numquam vera fuit, *c. 2. ead.*

Sine CHARITATE nulli adulto peccatum remittitur, *c. 1. §. Item. ead.*

CHARITAS Ecclesiæ peccata dimittit, vel tenet, *c. 140. dist. 4. de consecrat.*

CHARITAS est fons proprius, cui non communicat alienus, *c. 18. in f. X. de regular.*

CHARTA.

Si in CHARTA mea rationes scriptæ sunt, ad exhibendum agi potest, *L. 3. §. 14. ad exhibend.*

Id, quod in CHARTA mea scribitur, statim meum fit, *L. 23. §. 3. de rei vindic.*

CHARTIS legatis, nemo dicet scriptas, & libros jam factos legato cedere, *L. 76. de legat. 3.*

CHARTIS legatis, neque papyrum ad chartas paratum, neque chartæ nondum perfectæ continebuntur, *L. 52. §. 6. eod.*

Si quis CHARTAS legaverit puras, membranæ non continebuntur, neque cæteræ ad scribendum materiæ, sed nec cœpti scribi libri, *d. L. 52. §. 4. eod.*

CHARTARUM nomine libros legatos videri Prudentes conjiciunt tribus argumentis: quod dixerit testator chartam universam; quod nullas alias chartas, quam libros habuerit; quod studiosus studioso ita legaverit, *d. L. 52. §. 4. eod.*

Si in CHARTIS membranisve tuis carmen, vel historiam, vel orationem scripsero, hujus corporis non ego, sed tu dominus esse intelligeris; Sed si à me petas tuos libros, tuasve membranas, nec impensas scripturæ solvere velis, potero me defendere per exceptionem doli mali, utique si bona fide eorum possessionem nactus sim, *L. 9. §. 1. de A. R. D. §. 33. de R. D.*

CHARTIATICUM.

CHARTIATICUM, alias, *charisticon*, vel *carcaticum*, quod quasi pro chartis officialibus datur, ut cerarium pro cera, *L. 6. de bonis damnat.*

CHARTOPATRUS.

CHARTOPATRI, dicuntur illi, quorum nomina scribebantur in charta vel matricula patriæ, quasi in patriæ charta descripti intra numerum, sed qui sunt supra numerum, non gaudent privilegio, *Rubr. C. de collegiat. XI.*

CHARTULA.

CHARTULA dicitur quæcunque scriptura etiam privata, quando est producibilis, *L. 21. C. de fide instrum.*

CHARTULARIUS.

CHARTULARII dicuntur, qui scribunt in charta publica, qui vulgo Tabelliones vocantur, *Nov. 85. c. 3. pr.*

CHARTULARII nominantur illi, qui de cohortalibus officiis uniuscujusque provinciæ largitionales titulos retractare constituuntur, *L. 3. pr. C. de canone largition. tit. X.*

CHARTULARII dicuntur scriptores, qui non sunt scriniarii, i. e. notarii, *L. 10. pr. & §. 1. C. de numerar. XII.*

CHASMA.

CHASMATE, i. e. terræ motu, prædia perierunt, *L. 11. §. 5. de minor.*

CHIROGRAPHARIUS creditor.

CHIROGRAPHARIIS *creditoribus* omnibus Respublica creditrix præfertur. *L. 38. §. 1. de rebus autor. judic. poss.*

CHIROGRAPHUM.

CHIROGRAPHO deleto, competit actio

actio L. Aquiliæ, *L. 41. pr. ad L. Aquil.*

Si CHIROGRAPHVM cancellatum fuerit, licet præsumtione debitor liberatus esse videtur, in eam tamen quantitatem, quam manifestis probationibus creditor sibi adhuc deberi ostenderit, recte debitor convenitur, *L. 24. de probat.*

Commemoratio in CHIROGRAPHO pecuniarum, quæ ex alia causa debere dicuntur, facta, vim obligationis non habet, *L. 31. eod.*

CHIROGRAPHVM legans videtur legare debitum contentum in chirographo, *L. 88. §. 8. de legat. 2.*

Qui CHIROGRAPHVM legat, non tantum de tabulis cogitat, sed etiam de actionibus, quarum probatio tabulis continetur, *L. 59. de legat. 3.*

CHIROGRAPHI appellatione utimur pro ipsis actionibus, *ibid.*

CHIROGRAPHVM edens intelligitur vendere nomen, quod in eo habet, *ibid.*

CHIROGRAPHI redditio minus probat, quam confessio recepti, *L. 14. C. de solut.*

CHIROGRAPHVM redditum debitori contra voluntatem creditoris non liberat debitorem, *L. 15. C. eod.*

CHIRVRGIA.

Religiosus CHIRVRGIAM exercens, si ex ea mors sequitur, irregularis est, etiamsi sit peritus & diligens, & hoc fecerit causa pietatis, sed cum post satisfactionem, misericorditer dispensari potest, *c. 19. pr.* & *§. 1. X. de homicidio.*

CHLAMYDES.

CHLAMYDES Vlpianus recenset inter vestimenta puerilia, *L. 23. §. 2. de auro, argento* &c.

CHOMATA.

CHOMATA, alias, *Commata*, in Ægypto rumpens, vel dissolvens, (hi sunt aggeres, qui quidem solent aquam Niloticam continere) plectitur extra ordinem, & pro conditione sua, & pro admissi mensura, *L. 10. de extraordin. crimin.*

CHOREPISCOPVS.

In quibus CHOREPISCOPI ab Episcopis differant, vid. *c. 4. dist. 68.*

Ordo CHOREPISCOPORVM à sacra Sede reprobatur, *c. 5. ead.*

CHORVS.

CHORVS quandoque ponitur pro numero personarum, quæ canebant vel alta voce, vel tibia, vel utroque misto, *L. 34. pr. de ædilit. edicto.*

Si CHORVS aut familia legetur, perinde est, quasi singuli homines legati essent, *L. 79. pr. de legat. 3.*

CHRISMA.

CHRISMA conficitur ex oleo & balsamo, mystica ratione, *c. un. §. 2. de sacra unctione.*

CHRISMA singulis annis à proprio petatur Episcopo, *c. 4. dist. 95.*

CHRISMA Presbyter non conficit, *c. 2. ead.*

CHRISMATE Presbyter in frontibus baptizatos tangere potest, *c. 1. ead.*

CHRISMA Episcopus in die cœnæ Domini tantum in sua Ecclesia debet conficere, *c. 12. X. de celebr. Missarum* &c.

Conficere CHRISMA, & per diœceses destinare omni tempore Episcopo licet, *c. 124. dist. 4. de consecrat.*

Pro CHRISMATE nil exigi debet, nec excusat consuetudo, aut nominis variatio, *c. 36. X. de Simonia* &c.

CHRISMA fideliter debet sub clavibus custodiri, & contra faciens est puniendus, *§. 1. X. de custodia Eucharistia.*

CHRISMATE Episcopus debet ungi, *c. un. §. 4. X. de sacra unct.*

CHRISTIANVS.

CHRISTIANORVM duo sunt genera; unum

unum constituunt Clerici; aliud Laici, *c. 7. pr. & §. 1. q. 1. caus. 12.*

CHRISTIANIS elementa colere, aut Stellarum cursus in suis operibus servare non licet, *c. 3. q. 5. caus. 26.*

CHRISTIANI excommunicari debent, qui in domo serviunt Iudæis, vel Saracenis, sive Paganis, *c. 5. X. de Iudæis* &c.

CHRISTIANI in familiari servitio Iudæorum esse non debent, *c. 8. X. eod.*

CHRISTIANI non debent mercimonia habere cum infidelibus, *c. 12. X. eod.*

CHRISTIANIS Iudæi usuras remittere debent, *c. 12. X. de usur.*

CHRISTIANI ad Iudaismum transeuntes hæretici reputantur, *c. 13. de hæreticis in 6.*

CHRISTIANO unam tantum uxorem, non duas simul habere licet, *c. 5. dist. 34.*

Contra CHRISTIANOS s. orthodoxos judicialia testimonia hæreticorum sunt prohibita, *L. 21. C. de hæreticis* &c.

CHRISTIANIS verus cultus est adjuvare pauperes & positos in necessitate, *L. 1. C. de Episcop. aud.*

CHRISTIANI catholici vocantur, qui veram fidem amplectuntur, *L. 1. §. 1. C. de summa Trinit.*

CHRISTIANI à Christo dicuntur, *c. un. §. 6. de sacra unct.*

CHRISTUS.

CHRISTUM non fuisse verum Deum, sed adoptivum, ut miseri Arriani statuunt, *c. 8. X. de celebr. Miss.*

CHRISTUM non fuisse verum hominem, sed phantasticum, ut impii Manichæi putant, *ibid.*

Quo CHRISTUS verus sit Deus & homo probatur, *ibid.*

CHRISTUS à chrismate dicitur, vel potius à *Christo* dicitur chrisma, *c. un §. 6. X. de sacra unct.*

CHRISTUS panis, de quo qui manducat, vivit in æternum, *c. 57. dist. 2. de consecrat.*

Qui est de corpore CHRISTI, non vivit de spiritu Christi, *ibid.*

Qui manducant, & bibunt CHRISTUM, vitam manducant, & bibunt, *c. 58. ead.*

CHRISTUM violat, qui sanctum non sanctum, vel non sanctum sanctum esse crediderit, *c. 58. q. 3. caus. 11.*

CHRISTUM manducare, est refici, illum bibere, est vivere, *ibid.*

CHRISTI corpus & sanguinem invisibiliter Spiritus Sanctus sanctificat, *c. 60. ead.*

CHRISTI corpus spiritualiter magis, quam corporaliter debemus accipere, *c. 64. ead.*

Qui à CHRISTO discordat, nec manducat carnem ejus, nec sanguinem bibit, *c. 65. ead.*

Quamvis quotidie manducatur CHRISTUS, integer tamen permanet vivus, *c. 75. ead.*

Corpus & sanguinem CHRISTI secundum se nulli edere licet, *c. 76. ead.*

Corpus CHRISTI in singulis portionibus singuli totum accipiunt, *c. 77. ead.*

Corpus CHRISTI, quod sumitur, & figura est in specie, & veritas in substantia, *c. 79. ead.*

In CHRISTO Pater, & *Christus* in nobis unum in his esse, nos faciunt, *c. 82. pr. ead.*

Veram CHRISTI carnem, & verum *Christi* sanguinem manducamus, & bibimus, *c. 84. & 92. ead.*

CHRISTUS idem est Sacerdos & Sacrificium, *c. 89. ead.*

Miles CHRISTI fit, qui desiit esse miles seculi, *II. F. 21.*

CHRI-

CHRISTI miles serviat *Christo*, milites secnli serviant seculo, *II. F. 109.*

CHRYSOLITHUS.

CHRYSOLITHI Gemmæ sunt perlucidæ materiæ, *L. 19. §. 17. de auro, argento*, &c.

CIBARIA.

CIBARIA, & alia comestibilia habens cogi potest tempore necessitatis conferre, & communicare non habentibus, *L. 2. §. 2. ad L. Rhodiam.*

CIBARIIS vel *Diariis* relictis, neque habitationem, neque vestiarium, neque calciarium deberi palam est, quoniam de cibo tantum testator sensit, *L. 21. de aliment.*

CIBUS.

Non CIBUS, sed appetitus in culpa est, *c. 2. dist. 41.*

Potest quis sine vitio vesci CIBO pretiosissimo, & non sine vitio alius vilissimo, *c. 1. ead.*

Non cogantur divites CIBIS pauperum vesci contra suæ infirmitatis consuetudinem, quam si mutant, ægrotant, *c. 3. ead.*

Temperantia CIBORUM, non dissolutio eorum laudatur, *c. 5. ead.*

CIBORUM temperantia salutem, abundantia contrarium parit, *c. 28. dist. 5. de consecr.*

CIBORUM deliciæ, si abundaverint, lædunt, *c. 29. ead.*

CICATRIX.

CICATRICUM & deformitatis vulnerum liberi hominis nulla fit æstimatio, fit tamen æstimatio mercedis medici, & expensarum, quæ in curatione factæ sunt, & operarum, quibus caruit, & cariturus est, *L. 7. de his qui effuder.*

CILICIA *vela*.

CILICIA vela sunt instrumenti domus, quæ ideo parantur, ne ædificia vento vel pluvia laborent, *L. 12. §. 17. de instructo vel instr.*

CILICIA vela ædium non sunt, *L. 17. §. 4. de A. E.*

CINGERE.

CINGERE arborem est deglabrare, *L. 5. pr. arbor. furtim cæsar.*

CINCTUS habetur, qui statim cingendus est, *L. 43. de testam. mil.*

CINGULUM

CINGULO dignitatis uti possunt cubicularii etiam dignitate deposita, cum vadunt extra urbem, *L. 5. C. de præpos. sacr. cubic. XII.*

Amissionis CINGULI demnatione Magistratus plectetur, qui jubet Episcopum, vel in civili, vel in criminali causa ad Iudicem secularem pertrahere, *c. 8. q. 1. caus. 11.*

CIRCENSES *equi*.

CIRCENSIUM equorum spectacula referuntur inter personalia munera, *L. 1. §. 2. de muner.*

CIRCENSES *ludi*.

CIRCENSES ludi erant, qui in circo fiebant, h. e. loco muris, in quo currui aureo præponebatur quidam cum equis suis ad certandum, & ad currum ducendum in certaminibus, *L. 12. §. 4. de usu & habit.*

CIRCITOR.

CIRCITORES vocantur, quibus vestiarii, vel lintearii dant vestem circumferendam & distrahendam, *L. 5. §. 4. de institor. act.*

CIRCITORES debent esse 300. & equites 450. *L. 3. C. de gentibus in reb. XII.*

CIRCULATOR.

In CIRCULATORES, qui serpentes circumferunt & proponunt, si cui ob eorum metum damnum datum est, pro modo admissi actio dabitur, *L. 11. de extraordinar. crim.*

CIRCUMCIDERE.

CIRCUMCIDERE Iudæis filios suos tantum

tantum rescripto Divi Pii permittitur, *L. 11. pr. ad L. Corn. de sicar.*

CIRCUMCISIO.

Sicut nunc in Baptismate, ita olim in CIRCUMCISIONE remittebantur peccata, *c. 5. dist. 4. de consecrat.*

Originale peccatum nunc in Baptismate, olim in CIRCUMCISIONE remittebatur. *c. 6. ead.*

CIRCUMDUCERE.

CIRCUMDUCERE, i. e. inducere, delere, Paulus *L. 45. pr. de re jud.* Ibi: Acta apud se habita, si partes consentiant, & judex hoc permiserit, potest jubere ea die CIRCUMDUCI, *L. 45. pr. de re jud.*

CIRCUMDUCTO edicto, tunc instantia tantum perit, ex integro autem litigare licet, *L. 73. §. 2. de judic.*

Quod si quis ex servitute in ingenuitatem se allegat, melius Iudices fecerint, si cognitionem CIRCUMDUXERINT, ne sine adversario pronuncient, ingenuum videri, *L. 27. §. 1. de liber. causa.*

CIRCUMSCRIBERE pro *fallere*

Si quis fidejusserit pro minore viginti quinque annis CIRCUMSCRIPTO, ei exceptio competit, *L. 7. §. 1. de except.*

CIRCUMSTANTIA.

Iudex de singulis CIRCUMSTANTIIS, videlicet de causis, personis, loco, tempore, visu, auditu, scientia, credulitate, fama & certitudine, à testibus inquirere debet, *c. 37. X. de testibus.*

Iudex CIRCUMSTANTIAS rerum, personarumque considerare debet in pœnis inferendis, *c. 20. X. de V. S.*

CIRCUMVENIRE.

Quando CIRCUMVENTUS est Iudex, iterum de causa cognosci debet, *c. 18. X. de sent. & re judic.*

CISIARIUS.

CISIARIUS, i. e. Carrucarius si cæteros antevertere contendit, carrucam everterit & servum attriverit, quem in curru pro mercede vehebat, actione locati tenetur, *L. 13. pr. locati* &c.

CISIUM.

CISIUM erat vehiculum binarum rotarum, quo utebantur Romani, cum iter celeriter erant confecturi, *L. 1. pr. locati.*

CISTERCIENSES.

CISTERCIENSES sunt privilegiati, quod non possunt conveniri per Rescriptum Papæ, nisi in eo fiat mentio de eorum Ordine, *c. 6. X. de rescriptis.*

CISTERNA.

De CISTERNA Interdictum de fonte competit, *L. un. §. 4. de fonte.*

CISTERNA habet perpetuam causam, nec vivam aquam, *ibid.*

CISTERNAE imbribus concipiuntur, *ibid.*

CITARE.

CITATUS non potest declinare judicium curiæ, *II. F. 46.*

CITARI faciens aliquem per injuriam ad Tribunal causa vexandi, eum tenetur injuriarum actione, *L. 13. §. 1. de injur.*

CITARE per edicta non possunt delegati inferiores à principe, possunt tamen citare per se, vel per nuncium, *Auth. Qui semel. C. quomodo & quando Iudex* &c.

CITARE potest appellantem Iudex à quo, qui sententiam suam interlocutoriam revocavit, & nisi hic compareat, condemnat eum ut contumacem, *c. 10. de appell. in 6.*

Si CITATUS ad sententiam, ex legitima causa Iudici ignota non comparuit, tenet sententia eo absente lata, sed retractatur eo probante legiti-

mam absentiæ causam. Si vero impedimentum probatur non plene, non retractatur sententia, nisi prius doceat de ipsius iniquitate, *c. 18. X. de sententia & re judic.*

Contra absentem, qui non dimisit procuratorem, facta CITATIONE domi, nullo defendente, fit missio, *c. 4. X. de eo, qui mitt. in poss.*

CITATUS ad totam causam certo termino ad comparendum assignato, tenetur comparere in termino, & dato impedimento in termino, debet comparere quam citius potest post terminum, alias condemnabitur in expensas à tempore citationis emissas, *c. 6. X. de dolo & contum.*

CITARI non debent spoliati, antequam restituantur, *c. 5. q. 2. caus. 5.*

Si CITATUS in causa ardua de longinquo vocatur pro publica utilitate, etiam ad locum judicii, ita quod intra terminum citationis deliberare, & alia sibi necessaria ad comparendum explicare non potuit, in termino respondere non cogitur, si reperiatur in loco judicii, sed habebit novas inducias, *c. 4. X. de dilation.*

CITATUS ex quacunque causa debet comparere in termino, alias mulctabitur, nisi ob rusticitatem excusetur, vel nisi actoris non intersit ipsum in termino comparere, *L. 2. §. 1. si quis in jus vocatus non* &c.

CITATUS die feriata si non comparuit, excusatur à pœna contumaciæ, *ibid.*

CITATUS ex quacunque causa ad Prætorem, vel alios, qui Iurisdictioni præsunt, venire debet, ut hoc ipsum sciatur, an Iurisdictio ejus sit, *L. 2. pr. eod.*

CITATUS si fuerit occupatus circa rem rusticam, non tenetur comparere, *L. 1. pr. de feriis.*

CITATUS quis tempore vindemiarum, vel messium non tenetur comparere, sed si sponte comparuit, & litigavit, lata sententia tenet, lata vero contra non comparentem non valet, *L. 1. §. 1. ead.*

CITATIO.

CITATIO fit juris experiundi causa, *L. 1. de in jus voc.*

CITATIO peremptoria, vel sententia contra pupillum indefensum, vel contra eum, qui reipub. causa abest, vel minorem 25. annis nullius est momenti, *L. 54. pr. de re judic.*

CITATIO trina non sufficit ad faciendum aliquem condemnari, *L. 10. de publ. jud.*

CITATIO, ut fiat reo absenti extra territorium existenti, debent scribi literæ judici, in cujus territorio est reus, ut notificet ei, *L. 1. §. 2. de requirendis*, &c.

CITATIONES possunt fieri per literas, *L. 8. C. quomodo & quando Iudex* &c.

In CITATIONE peremptoria fit comminatio, ut si citatus peremptorie non veniat, procedetur contra eum ad ulteriora secundum partis petitionem, *ibid.*

CITATIONES hodie contra contumacem fiunt per tres nuncios ad domum missos, nec clamat præco per plures, olim tamen fiebant per edicta in albo posita, ita quod primum edictum elapsis triginta diebus delebatur, & iterum scribebatur, *Nov. 112. c. 3. pr.*

CITATIO ad domum non valet, quando quis citatur ad domum, qui absens non est, quique facile reperiri potest, *L. 4. §. 5. de damno infecto.*

CITATIO ad domum, quando is, qui citari debet, non reperitur, fieri debet legendo citationem ibi, aut affigendo ibi eam, si super ea sit quæstio, *L. 4. §. 6. eod.*

CITA-

CITATIO f. *Vocatio* ad Synodum ejus, qui impeditur, & in fcriptis, & per fpatium fiat, *c. 1. q. 2. cauf. 5.*

CITATIO *vocatoria* cum peremptoria non debet effe nimis brevis, maxime ubi de rebus Ecclefiafticis agitur, nifi neceffitas aliud fuggerat, *c. 1. X. de dilation.*

CITATIONIBUS debet apponi certus terminus comparendi, *Clem. 1. de Iudic.*

CITATIO f. *vocatio* Canonica eft, quando fervato dierum interftitio, fecundum autoritatem B. Silveftri, caufæ fuæ literis adeffe jubetur, quibus, quid ei objiciatur, autoritate Felicis Papæ fignificari oportet, *c. 4. q. 2. cauf. 5.*

CIVILIS.

Verbis CIVILIBUS fubftitutionem poft quartum decimum annum ætatis fruftra fieri convenit, *L. 7. de vulgari & pup. fubft.*

CIVILIS actio criminalem non tollit, interim tamen dum agitur una, altera non intenditur, ea autem finita altera intentari poteft, *L. 23. §. 9. ad L. Aquil.*

CIVILIS ratio civilia quidem jura corrumpere poteft, naturalia vero non utique, *§. 3. de legit. agnat. tut.*

De CAUSA civili inter Laicos non cognofcit Ecclefia, cognofcit tamen, quis fit de legitimo matrimonio natús, *c. 7. X. qui filii fint legit.*

In CIVILI, & proprio duntaxat negotio ad arguendum admittitur, qui in Epifcopi accufatione culpabilis invenitur, *c. 1. q. 6. cauf. 4.*

CIVIS.

In Orbe Romano qui funt, ex conftitutione Imperatoris Antonini CIVES Romani effecti funt, *L. 17. de ftatu homin.*

CIVES Romani quidam funt patresfam., quidam filiifam., quædam matresfam., quædam filiæfam., *L. 4. de his qui fui* &c.

CIVIUM fingulorum non funt ftatuæ in honorem civitatis pofitæ, fed totius civitatis dicuntur, *L. 41. de A. R. D.*

CIVIS Romanus efficitur, quicunque civitatem Romanam habitat, nec eft opus fpeciali impetratione, *Nov. 78. c. 5.*

CIVES origo, manumiffio, allectio, vel adoptio facit, *L. 7. C. de incolis*, &c. *X.*

CIVITAS.

CIVITATES privatorum loco habentur, *L. 16. de V. S.*

CIVITATES omnes debent fequi confuetudinem Romæ & leges, cum fit caput orbis terrarum, ipfa tamen non debet fequi confuetudinem aliarum civitatum, *L. 1. §. 10. C. de veteri jure enucl.*

CIVITATES & Refpublica Romana minorum jure uti folent, ideoque auxilium reftitutionis implorare posfunt, *L. 4. C. quibus ex caufis majores* &c.

Nulli permittetur nomine CIVITATIS experiri, nifi ei, cui lex permittit, aut lege ceffante ordo dedit, *L. 3. quod cujuscunque univerf.*

CIVITATES fi per eum, qui earum res adminiftrat, non defenduntur, neque quidquam habent corporale, unde creditori miffio in poffeffionem fieri poffit, fi civitates habeant nomina debitorum, in poffeffionem nominum illorum fiet miffio, *L. 8. eod.*

Si ufusfructus CIVITATI legetur, & aratrum in eam inducatur, civitas effe definit, ut paffa eft Carthago, ideoque quafi morte definit habere ufumfructum, *L. 21. quib. mod. ufusfr.*

CIVITATUM tria funt genera, quædam minores, aliæ majores, aliæ maximæ, *L. 6. §. 2. de excufat.*

Contra CIVITATEM indefenfam lata fenten-

sententia est ipso jure nulla, *L. 1. C. de jure reipubl.*

CIVITATEM f. Rempublicam (ut pupillam) extra ordinem juvari moris est, *L. 3. C. eod.*

CIVITATIS appellatione continentur etiam suburbia, *L. 41. §. 6. de legat. 3.*

Interdicta CIVITATE, suburbia & continentia ædificia dicuntur interdicta, *c. 17. de sent. excomm. in 6.*

Interdicta CIVITATE propter delictum Domini, cives non intelliguntur extra civitatem eam interdicti, *c. 16. eod.*

CIVITATIS nomine non continetur Diœcesis, *c. 35. X. de rescriptis.*

CIVITAS mutui datione obligari potest, si ad utilitatem ejus pecuniæ versæ sunt, alioquin ipsi soli, qui contraxerunt, non civitas, tenebuntur, *L. 27. de rebus creditis* &c.

Cum CIVITAS amissa est, nulla restitutionis æquitas est adversus eum, qui amissis bonis, & civitate relicta, nudus exulat, *L. 7. §. 3. de capite minutis.*

CIVITATI si aliquid relinquatur jure hereditario, vel legati, donationis vel venditionis, non præscribitur contra eam, nisi per centum annos, *L. 23. C. de Sacrosanct. Eccl.*

CIVITATIS res vendi debet in omnium præsentia, *Nov. 120. c. 5. pr.*

CLAM.

CLAM peccans plus delinquit, quam qui palam, *L. 68. de R. N.*

CLAM *possidere* eum dicimus, qui furtive ingressus est possessionem, ignorante eo, quem sibi controversiam facturum suspicabatur, & ne faceret timebat, *L. 6. pr. de acquir. poss.*

CLAM possidere, & vi possidere sunt opposita, *L. 6. §. 1. eod.*

CLAM possidere rem dicitur ille, qui scienter rem à non domino emit, & clam eam possidere cœpit, licet dominum postea certiorem fecerit, *L. 40. §. 2. eod.*

CLAM an quis possideat vel non, inspicitur origo possessionis, *d. L. 40. §. 3. eod.*

CLAM factum id videtur esse, quod quisque, cum controversiam haberet, habiturumve se putaret, fecit, *L. 73. §. 2. de R. I.*

CLAM uti via, vel itinere dicitur non solum ille, qui prohibitus utitur, sed etiam ille, pro quo quis, puta colonus, vel similis id jus retinebat, si eo prohibito, per quem retinebat, utatur, secus si ignorans colonum suum fuisse prohibitum uti, usus sit, quia tunc non dicitur clam uti, *L. 3. §. 1. de itinere* &c.

CLAM facere videri *Cassius* scribit eum, qui celavit adversarium, neque ei denunciavit, si modo timuit ejus controversiam, aut debuit timere, *L. 3. §. 7. quod vi aut clam.*

Aristo putat, eum quoque CLAM facere, qui celandi animo habet eum, quem prohibiturum se intellexerit, & id existimat, aut existimare debet, se prohibitum iri, *L. 3. §. 8. eod.*

CLAM facere opus non videtur, qui post prohibitionem opus facit etiam ante remissionem prohibitionis, quia non potest videri celatus, qui jam prohibuerat, *L. 7. §. 2. eod.*

CLAM facere opus non censetur ille, qui denunciavit palam se opus facturum, & confestim opus facit, secus si post tempus faciat, *L. 22. §. 5. eod.*

Si quis CLAM desponsaverit aliquam, & mulier vel vir negat hujusmodi desponsationem, viro incumbit probatio, *pr. X. de clandestina desponsat.*

CLANDESTINUS, *a. m.*

Pro CLANDESTINO matrimonio non præsumitur, sed illud alleganti incum-

cumbit onus probandi, *pr. X. de clandest. desponf.*

CLANDESTINA conjugia fieri non debent, *c. 1. q. 5. cauf. 30.*

CLANDESTINA possessio non datur in ea re, in qua non cadit locatio nec precarii rogatio, *L. 40. §. 3. de acquir. poss.*

CLARVS, *a. m.*

CLARA persona, i. e. Senator vel uxor ejus, *L. 5. de curator. furiof.*

CLARA dignitas, *L. 23. quod metus causa.*

CLARISSIMVS vir, *L. 53. §. 2. de judiciis.*

CLARISSIMIS personis feminæ nuptæ, clarissimarum personarum appellatione continentur, *L. 8. de Senat.*

CLARISSIMARVM feminarum nomine, Senatorum filiæ, nisi quæ viros clarissimos sortitæ sunt, non habentur, *ibid.*

CLARISSIMAM dignitatem feminis mariti tribuunt, *ibid.*

CLARISSIMA femina tamdiu erit, quamdiu Senatori nupta est vel clarissimo; aut separata ab eo, alii inferioris dignitatis non nupsit, *ibid.*

CLARISSIMIS, vel Spectabilibus universis ad genitale solum, vel quolibet alio, & sine commeatu proficiscendi, & ubi voluerint, commorandi, habitandive permittimus facultatem, *L. 15. C. de dignit. XII.*

CLASSICI.

CLASSICI, sunt milites deputati navibus amnicis purgandorum fluminum & aliarum necessitatum gratia, *Rubr. C. de Classicis, XI.*

CLASSIS.

CLASSEM Seleucenam aliasque universas ad officium, quod magnitudini tuæ obsequitur, volumus pertinere, *L. un. C. de Classicis.*

CLAVDICARE.

CLAVDICARE Iudicium non debet, *c. 5. X. de except.*

CLAVDVS.

CLAVDVS feudum paternum, etiamsi sic natus fuerit, totum retinet, *II. F. 36.*

CLAVDVS, alias, *Clodus*, morbosus est, *L. 13. de ædil. edicto.*

CLAVI.

Si CLAVI (*fiebant ex purpura*, CICERO *2. de legib.*) vestimentis non sunt consuti, veste tamen legata continentur, *L. 19. §. 5. de auro, argento*, &c.

CLAVI, qui vestibus insuuntur, accessionis vice his cedunt, *L. 23. §. 1. eod.*

CLAVIS.

CLAVIVM & annuli traditio facta uni filiorum à patre, intelligitur facta ad custodiam, non ad translationem dominii, *L. 77. §. 21. de legat. 2.*

CLAVIBVS traditis, ita mercium in horreis conditarum possessio tradita videtur, si *claves* apud horrea traditæ sunt, quo facto, confestim emptor dominium & possessionem adipiscitur, etsi non aperuerit horrea, *L. 74. de contrah. empt.*

Si quis merces in horreo depositas vendiderit, simul atque CLAVES horrei tradiderit emptori, transfert proprietatem mercium ad emptorem, *§. 45. de R. D.*

CLAVIS est specialis potestas ligandi atque solvendi, *c. 5. Extrav. Ioan. XXII. de V. S.*

CLAVSTRVM.

CLAVSTRA sunt ædium, licet ædibus affixa non sint, *L. 17. pr. de A. E.*

CLAVSVLA.

CLAVSVLA in fine posita refertur ad omnia præcedentia, *L. 1. C. de liberis prater.*

Ad hanc CLAVSVLAM generalem, *Si*

qua alia mibi justa causa videbitur, *in integrum restituam*, quotiens æquitas restitutionem suggerit, erit descendendum, *L. 26. §. 9. ex quib. caus. majores* &c.

Hæc CLAVSVLA, i.e. *materia*, frequens & necessaria est, quotidie enim suspecti tutores postulantur, *L. 1. pr. de suspectis tut.*

Doli CLAVSVLA ad ea pertinet, quæ in præsentia occurrere non possunt, & ad incertos casus pertinent, *L. 53. de V. O.*

CLAVSVLA derogatoria præcedens, ut: *Quod Titio infra legavero, id neque do, neque lego:* tollit sequentem dispositionem, *L. 12. §. 3. de legat. 1.*

Hæc CLAVSVLA, *quas pecunias legavi, quibus dies adpositus non est, eas heres meus annua, bima, trima die dato*, ad corpora legata non pertinet, sed ad ea, quæ pondere, numero, mensura continentur, *L. 30. pr. de legat. 1.*

CLAVSVLA relata ad legata, quibus dies non est apposita, non refertur ad legatum collatum in tempus certæ ætatis, *L. 54. pr. de condit. & demonst.*

Doli CLAVSVLA, quæ stipulationibus subjicitur, non pertinet ad eas partes stipulationis, de quibus nominatim cavetur, *L. 119. de V. O.*

CLAVSVLA generalis sequens determinatur per specialem clausulam præcedentem, *L. 10. C. familiæ hercisc.*

CLAVSVLA, si non valet jure testamenti, valeat jure codicillorum, trahitur ad heredis institutionem, *L. 12. §. 1. de injusto, rupto*, &c.

CLAVSVLA generalis est: *Quidam alii*, *c. 36. X. de rescriptis.*

Si per hanc CLAVSVLAM, *Quidam alii*, conveniendus moriatur re integra, successor ejus conveniri non potest, *ibid.*

CLAVSVLA generalis: *Quidam alii & res aliæ*, includit res & personas viliores tantum, *c. 15. eod.*

CLAVSVLA hæc: *Si non omnes poterunt interesse commissioni, duo nihilominus causam prosequantur*, includit quoque voluntatem tertii, qui non vult venire, tunc enim duo poterunt procedere, cum illis de illa voluntate constiterit. Et idem est, si duobus sit commissa causa, *c. 21. §. 1. X. de offic. deleg.*

CLAVSVLA illa: *Si esset ita*, omnia præcedentia respicit, *c. 25. X. de rescriptis.*

Per CLAVSVLAM: *Appellatione remota*, inhibetur omnis appellatio, quæ à jure non indulgetur expresse, *c. 53. X. de appellat.*

CLAVSVLA hæc generalis: *Quisquis furtum fecerit, excommunicatus sit*, ligat solum ipsius excommunicatoris subditos, *c. 21. X. de sent. excomm.*

CLAVSVRA.

Moniales tacite vel expresse professæ, CLAVSVRAS Monasterii exire non possunt, nec alii ad illas intrare, nisi causa legitima & Superioris licentia interveniat, *c. 1. de Statu Regular.*

CLAVVS.

Qui CLAVVM habet, morbosus est, *L. 12. pr. de ædilit. edicto.*

CLEMENTIA.

Qui CLEMENTIAM non habet, nec indutus est viscera misericordiæ, & lachrymarum, quamvis spiritualis sit, non adimplet legem Christi, *c. 22. dist. 86.*

CLERICALIS.

Vasallus CLERICALI militiæ se dedicans feudum amittit, *II. F. 19.*

Qui CLERICALEM habitum & tonsuram gestat, reputatur Clericus, donec

donec de contrario constet, *c. 12. de sent. Excomm. in 6.*

CLERICATVS.

CLERICATVS non tollitur eis, qui volunt habere aliquid propria, *c. 18. q. 1. caus. 12.*

CLERICATV feudum amittitur, *II. F. 109.*

CLERICATVS est honor & dignitas, *L. 4. C. de Episcop. & Cleric.*

CLERICVS.

CLERICI s. *Cleri* forte hinc appellati, quia Matthias forte electus est, quem primum per Apostolos legimus ordinatum. Κλῆρος enim Græce, *sors* Latine, vel hereditas dicitur, *c. 1. pr. dist.*

CLERICI propterea ideo dicti sunt, quia de sorte Domini sunt, vel quia Domini partem habent, *ibid.*

CLERICI generaliter nuncupantur omnes, qui in Ecclesia Christi deserviunt, quorum gradus & nomina sunt hæc: Ostiarius, Psalmista, Lector, Exorcista, Acolythus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, Episcopus, *ibid. Nov. 123. c. 19.*

CLERICORVM appellatio non solum alios, sed etiam Canonicos comprehendit, *c. 18. X. de V. S.*

CLERICVS vel Laicus sine jussione Episcopi non peregrinetur, *c. 36. dist. 5. de consecrat.*

Non oportet CLERICOS aut Ministros altaris spectaculis aliquibus, quæ aut in nuptiis, aut scenis exhibentur, interesse, sed antequam Thymelici ingrediantur, surgere eos de convivio, & abire, *c. 37. ead.*

Si quis ex CLERICIS comam relaxaverit, anathema sit, *c. 4. X. de vita & hon. Cler.*

CLERICVS neque comam nutriat, neque barbam, *c. 5. eod.*

CLERICVS debet tonsuram deferre, & si non vult, potest invitus à suo Archidiacono tonderi, *c. 7. eod.*

CLERICI debent continenter & caste vivere, contra facientes puniuntur, *c. 13. eod.*

CLERICVS crapulosus vel ebriosus monitus non desistens, ab officio vel beneficio suspenditur, *c. 14. eod.*

CLERICI officia vel commercia secularia non exerceant maxime inhonesta, *c. 15. eod.*

CLERICI Cappas manicatas ad divinum officium intra Ecclesiam non gerant, *ibid.*

CLERICI coronam & tonsuram habeant congruentem, *ibid.*

CLERICI ad aleas & taxillos non ludant, nec hujusmodi ludis intersint, *ibid.*

CLERICVS, qui tertio monitus à negotiationibus secularibus non abstinet, interim perdit quoad bona privilegium Clericale, *c. 16 eod.*

CLERICVS non debet retinere in domo mulierem suspectam de incontinentia, etiamsi sit mater, vel alia consanguinea, *c. 1. X. de cohabitat. Clericor.*

Excommunicatur CLERICVS in sacris, qui à suspectarum mulierum colloquio, vel earum consortio, monitus non desistit, *c. 2. eod.*

Litteræ à CLERICO concubinario suspenso super absolutione, tacita facti serie, obtentæ non valent, *c. 5. eod.*

Cum CLERICIS mulierculæ habitare non possunt, nisi forte tales sint, in quibus naturale fœdus nihil permittat sævi criminis suspicari, *c. 9. eod. L. 19. C. de Episc. & Cleric.*

CLERICVS concubinarius in officiis vitandus non est, nisi sit notorius, *c. 10. eod.*

Si CLERICVS in minoribus beneficiatus matrimonium contrahat, privatur beneficio, & quod dedit Ecclesiæ, sibi restituitur, *c. 3. X. de Clericis conjugat.*

CLERI-

CLERICUS conjugatus non beneficiatus, non cogitur deferre tonsuram, *c. 7. eod.*

CLERICI conjugati, in rebus suis non gaudent privilegio Clericali, *c. 9. eod.*

Si CLERICUS in minoribus militet, non est cogendus deferre tonsuram vel habitum Clericalem, *c. 10. eod.*

Si nescitur, ubi sit CLERUS, tribus publicis edictis citabitur in Ecclesia sua, & si intra sex menses non revertitur, privabitur Ecclesia sua, *c. 11. X. de Clericis non resident.*

Privatur beneficio CLERICUS non residens, si monitus non redeat, nec justam excusationem alleget, *c. 17. eod.*

CLERICI ignobiles & non eminentis scientiæ, propter hoc non debent à Præbendis repelli, etiam in Ecclesia, quæ tales admittere non consuevit, *c. 37. X. de Præbendis & dign.*

CLERICUS infirmus integre percipit fructus beneficii sui, *c. 1. X. de Clerico ægrotante.*

Numerus CLERICORUM debet institui in Ecclesiis collegiatis, secundum facultatem ipsarum, *c. 1. X. de Institutionibus.* & *L. 11. C. de Episc. & Cler.*

CLERICUS joculatoriam artem per annum exercens, si tertio monitus non desistat, ipso jure perdit privilegium Clericale, *pr. de vita & honest. Cler. in 6.*

Si CLERICUS conjugatus ferat habitum & tonsuram, Clericali privilegio gaudet, alias non, *c. 1. eod.*

CLERICUS in loco temporalis jurisdictionis suæ super delicto ibi commisso delegatus, ut veritate inquisita justitiam exequatur, irregularis non efficitur, licet pœna sanguinis inferatur, *c. 3. ne Clerici vel Monachi secular. negot.* &c. *in 6.*

Varii defectus CLERICORUM proponuntur, *Clem. 1. de celebr. Miss.*

CLERICOS canes aut accipitres s. falcones, aut hujusmodi ad venandum habere non licet, *c. 1. & 2. X. de Clerico Venatore.*

CLERICUS sæpe alium percutiens, & monitus non desistens, deponendus est, *c. 1. X. de Clero percussore.*

CLERICUS depositus celebrans, excommunicatur, *c. 1. X. de Clerico excommun.*

Quidquid habent CLERICI, pauperum est, *c. 68. q. 1. caus. 16.*

CLERICORUM domus omnibus debent esse communes, *ibid.*

Sive CLERICUS, sive laicus sit Dominus, ad probandam novam investituram, semper pares curiæ sunt necessarii, *II. F. 32.*

CLERICO investituram faciente de suis bonis, ejus successor omnifariam cogitur eam adimplere, *II. F. 35.*

CLERICI ea, quæ in dominico habent, & feuda ei aperta olim dederant, & hodie in feudum dant, *ibid.*

Quando CLERICI quosdam de feudo investiunt, sæpe absconse & sine præsentia suorum confratrum hoc facere student, *I. F. 26. pr.*

Qui CLERICUS efficitur, aut votum religionis assumit, hoc ipso feudum amittit, *II. F. 26. c. 4. §. 1.*

CLERICUS nullo modo beneficium paternum recipit, licet deponat habitum Religionis, *II. F. 30.*

CLERICI sunt ordinandi & promovendi ad Ecclesiam ejusdem loci vel civitatis, cujus sunt ipsi *Clerici*, *L. 11. C. de Episc. & Cler.*

CLERICI peregrini non habentur pro Clericis, nisi habeant literas testimoniales suorum Episcoporum, *L. 22. C. eod.*

CLERICUS tenetur executori duos solidos tantummodo dare pro commoni-

monitione sua, & pro institutione procuratoris, si per eum voluerit litigare, *L. 25. §. 2. C. eod.*

CLERICI pauciores humanioresque litis sumptus vel expensas præstare debent, quam alii, *ibid.*

CLERICI, & aliæ religiosæ personæ hodie non tenentur solvere ultra quatuor *siliquas* in qualibet causa criminali, vel pecuniaria cujuscunque quantitatis, *Auth. Sed hodie, C. eod.*

CLERICI immunes sunt a contumeliis, impulsionibus, conviciis, & corporalibus injuriis executorum, quales ipsi executores inferre debitoribus solent in ipso exequendi officio, *L. 33. §. 6. C. eod.*

CLERICI non tenentur executoribus minorum judicum dare plus, quam semissem aurei, majorum vero & in provincia duos solidos, in urbe unum, *d. L. 33. §. 5. C. eod.*

CLERICUS delinquens prius spoliatur, & deponitur, ne puniatur in dignitate existens, *Auth. Clericus, §. 1. C. eod.*

CLERICUS in lite pulsatus pecuniaria causa, prius apud Episcopum conveniatur, per quem sine damno causa decidatur, *d. Auth. Clericus, pr. C. eod.*

Si quis CLERICIS, vel Ecclesiasticis personis justitiam deneget, tertio requisitus jurisdictionem suam amittat, *Auth. Statuimus, §. 1. C. eod.*

CLERICO non licet adversus sua pacta venire & contrahentes decipere, *L. 51. C. eod.*

Omnes CLERICI res suas in sua potestate habent, *Nov. 123. c. 19.*

CLERICI non possunt fieri susceptores aut exactores fiscalium functionum, aut conductores publicarum aut alienarum possessionum, aut curatores domus, aut procuratores litis, aut fidejussores pro talibus causis publicis, *Nov. 123. c. 6.*

CLERICIS propriarum Ecclesiarum possessiones conducere licet, *ibid.*

CLERICUS conducere possessionem Ecclesiæ non potest, nisi voluntate Episcopi vel œconomi, *ibid.*

CLERICI non aliter ordinari debent, nisi literas sciant, & rectam fidem, vitamque habeant honestam, & neque concubinam, aut naturales habuerint aut habeant filios, sed caste viventes, aut uxorem legitimam, & ipsam unam & primam habentes, neque viduam, neque separatam à viro, neque aliter legibus aut sacris canonibus interdictam, *d. Nov. 123. c. 12.*

CLERICUS quando ordinatur, si aliquis accusator apparuerit, dicens eum esse indignum ordinatione, debet differri ordinatio, donec plene fiat examen, *Nov. 123. c. 14.*

CLERICO in quocunque ecclesiastico gradu constituto non licet discedere ab eo, & fieri secularem, alias discedens nudatur cingulo militiæ, & traditur curiæ illius civitatis, *Nov. 123. c. 15.*

CLERICUS cujuscunque gradus sit, non debet dare aliquid ei, à quo ordinatur, aut alii cuilibet personæ, possunt tamen dare consuetudine iis, qui ordinantium ministrantes sunt, *Nov. 123. c. 6.*

CLERICI suis Ecclesiis obsecundare, & omne eis competens ecclesiasticum ministerium adimplere debent, *Nov. 123. c. 18.*

CLERICI idonei à patrono debent præsentari, & ab Episcopo ordinari, alias sanctissimus Episcopus quoscunque putaverit meliores ordinare potest, *ibid.*

CLERICI minores, diaconi, & subdiaconi falsum testimonium dicentes

five in causa civili vel criminali repelluntur ecclesiastico ordine & verberibus subduntur, sed Præsbyteri in causa civili falsum testimonium dicentes tribus annis à sacro ministerio separantur, & monasteriis traduntur, sed in criminali Cleri nudantur, & legitimis subduntur pœnis, *Nov. 123. c. 20.*

Si quis CLERICIS injuriam infert, cum sacra ministeria celebrantur, verbera & exilium sustinere debet, sed qui prohibet sacra ministeria celebrare, capitaliter debet puniri, & idem observandum est in *litaniis*, in quibus Episcopi aut Clerici reperiuntur, *Nov. 123. c. 31.*

CLERICI non sunt trahendi ad extranea judicia, neque possunt vocari extra suam provinciam, *L. 33. pr. C. de Episc. & Cler.*

CLERICUS in criminali, si crimen est civile, convenitur coram seculari, & debet finiri intra duos menses, neque fit executio antequam ab Episcopo degradetur, *Auth. Clericus, §. 1. C. de Episcop. & Cler.*

CLERICI quamvis sint magni, tamen possunt jure civili conveniri, *L. 37. §. 2. C. eod.*

Si CLERICUS in conscribendo instrumento sese confessus fuerit non usurum fori præscriptione propter sacerdotii prærogativam, non licet ei adversus sua pacta venire, *L. 51. C. eod.*

CLERICI licet sint in potestate patris vel avi, de bonis quæsitis ratione clericatus alienare quocunque titulo possunt, vel testari, tanquam de castrensibus, *L. 34. C. eod.*

CLERICI bona quæsita ratione Clericatus sunt quasi castrensia, & non veniunt ad divisionem fratribus vel sororibus, sed veniunt ad filios suos vel extraneos heredes, *ibid.*

CLERICI bona quæsita Clericatus ratione, vindicantur tantum à liberis suis, non vero à patribus vel avis, *ibid.*

CLERICI non possunt feudum dare, nisi eorum antiquitus fuerit consuetudo, intellige de rebus Ecclesiæ, quæ ei subjectæ sunt, *II. F. 1. pr.*

CLERICI non tenentur hospites suscipere, *L. 1. C. de Episc. & Cler.*

CLERICUS de omni crimine debet coram Ecclesiastico Iudice conveniri, nec valet consuetudo contraria, *c. 8. X. de Iudic.*

CLERICUS depositus incorrigibilis excommunicandus est, & successive anathematizandus, & si sic non resipuerit, per Iudicem secularem comprimendus est, *c. 10. X. eod.*

CLERICUS coram suo Episcopo conveniri debet, *c. 1. X. de foro competenti.*

Si CLERICUM Iudex secularis per se distringit vel condemnat, excommunicari debet, *c. 2. X. eod.*

CLERICUS non potest constituere sibi Iudicem Laicum, etiam si proprium juramentum & adversarii consensus accedat, *c. 12. X. eod.*

CLERICI, super excessibus, coram suo Episcopo conveniri debent, non coram his, quibus serviunt, nisi consuetudo vel privilegium aliud inducat, *c. 13. X. eod.*

Quisque CLERICUS potest in curia Romana conveniri, licet alias specifice forum ibi non sortiatur, habet tamen ex causa jus revocandi domum, *c. 20. X. eod.*

CLERICUS in causa Ecclesiæ suæ juramentum calumniæ potest alteri committere, & per se jurare non cogitur, nec debet sine Superioris sententia, *c. 1. X. de juram. calumn.*

CLERICI non sunt à ferendo testimonio in causa Ecclesiæ suæ sine ratio-

tionabili causa repellendi, *c. 12. X. de testib.*

CLERICVS potest criminaliter latronem coram Iudice seculari accusare, si pœnam sanguinis non intendat, *c. 2. de homicid. in 6.*

CLERICVS fidejussionibus inserviens abjiciatur, *c. 1. X. de fidejussor.*

Compellitur CLERICVS servare fidejussorem indemnem per assignationem redituum suorum, *c. 2. X. eod.*

Si CLERICVS non habeat, unde satisfaciat suis creditoribus, non debet excommunicari, nec aliter molestari, præstabit tamen cautionem saltem juratoriam de solvendo, cum venerit ad pinguiorem fortunam, *c. 3. X. de solution.*

CLERICI testari non possunt de bonis per Ecclesiam acquisitis, *c. 7. X. de testamentis.*

CLERICVS de bonis propriis testari potest, *c. 12. X. eod.*

CLERICVS bona propria dare potest, cui vult, sed si decedat intestatus, & non habet consanguineos, succedit Ecclesia, *c. 1. X. de successión. ab in est.*

Nullus CLERICVS propter quamlibet causam intret in curiam, nec ante Iudicem civilem causam dicere præsumat, *c. 33. q. 1. caus. 11.*

CLERICI conspirantes, aut insidias ponentes Episcopis vel *Clericis*, proprium amittunt gradum, *c. 24. ead.*

CLERICVS non nisi ad Episcoporum judicium vocetur, *c. 13. ead.*

CLERICVS à seculari Iudice non est audiendus, *c. 12. ead.*

Nullus CLERICVS ad secularia Iudicia est pertrahendus, *c. 5. ead.*

CLERICI, qui Nestorii opinionem & nefariam ejus doctrinam sectantur, ab Ecclesiis ejiciantur, *L. 3. §. 2. C. de summa Trinit.*

Nemo CLERICVS, vel militaris, vel alterius conditionis, de fide Christiana, publice turbis coadunatis, & audientibus, tractare conetur in posterum, ex hoc tumultus & perfidiæ occasionem requirens, *L. 4. C. eod.*

CLIENTVLVS.

CLIENTVLVS in libris Feudorum sumitur pro *Vasallo*, *I. F. 10.*

Si CLIENTVLVS voluerit partem suam feudi alienare, i. e. medium, sine Domini voluntate, poterit hoc facere, *I. F. 13.*

CLIVI.

CLIVI dicuntur fossæ terrestres per gyrum, vel monticulorum latera in forma graduum defossa, ut conscensum facilius præbeant, *L. 20. §. 1. de S. P. V.*

CLOACA.

CLOACA est locus cavus, per quem colluvies quædam fluat, *L. 1. §. 4. de Cloacis.*

CLOACAE appellatione & tubus & fistula continetur, *d. L. 1. §. 6. eod.*

CLOACARVM refectio & purgatio ad publicam utilitatem spectat, *L. 1. §. 7. eod.*

CLOACAE non purgatæ cœlum pestilens & ruinas minantur, *L. 1. §. 2. eod.*

CLOACAM reficere vel purgare volens, vim pati non debet, *L. 1. §. 7. eod.*

Qui privatam CLOACAM in publicam immittere vult, tuendus, ne ei vis fiat, *L. 1. §. 9. eod.*

Si quis velit talem CLOACAM facere, ut exitum habeat in publicam cloacam, non impediendus est, *ibid.*

CLOACAE reficiendæ causa invito domino licet ejus fundum ingredi, *L. 1. §. 12. eod.*

Si quis purganti mihi CLOACAM vel reficienti, opus novum nunciaverit, rectissime dicetur, contempta nuncia-

ciatione me posse reficere id, quod institueram, *L. 1. §. 13. eod.*

CLOACAM reficiens & purgans tenetur præstare cautionem damni infecti, nisi paratus sit restituere, quod operis vitio factum sit, *L. 1. §. 14. eod.*

CLOACAM factam purgare & reficere licitum est per interdictum, sed non licet novam cloacam facere in loco publico, nisi sibi concedatur ab eo, cui viarum publicarum cura est, *L. 2. eod.*

CLOACARIUM.

Si quid CLOACARII nomine, i. e. *pecuniæ purgandis cloacis attributæ*, debeatur, ad onus fructuarii pertinebit, *L. 27. §. 3. de usufructu* &c.

Heres legati prædii CLOACARIUM, i. e. *vectigal pro cloaca*, solvere tenetur, *L. 39. §. 7. de legat. 1.*

COACERVARE.

COACERVARE omnes summas, majores & minores, *L. 36. pr. mandati* &c.

COACERVATIO.

COACERVATIO summarum quando modum Iurisdictionis alicujus excedit, apud eum agi potest, *L. 11. de Iurisdict.*

COACTILIA.

COACTILIA (Vestimenti genus, CAESAR *lib. 2. de bello civili*) vesti cedunt, *L. 25. §. 1. de auro, argento*, &c.

COACTIO.

COACTIONES difficiles solent exitus frequenter habere, *c. 17. X. de Sponsal.*

COACTOR.

COACTOR argentarius, cum pene totam fortunam in nominibus haberet, servis *actoribus* libertatem dedit, *L. 40. §. 8. de statu liber.*

COADIUTOR.

COADIUTOREM i. *Adjutorem* tutelæ Prætor permittit tutoribus constituere, qui non possunt sufficere administrationi tutelæ, ita tamen, ut suo periculo eum constituant, *L. 13. te tutelis.*

COADIUTOR Rectori Ecclesiæ, si leprosus sit, datur, *c. 3. X. de Clerico ægrot.*

COADIUTOR Episcopo, senio confecto, vel perpetuo morbo gravato, vel dementi, à Capitulo, cum consensu ipsius, dari debet, *c. un. de Clerico ægrot. in 6.*

COADIUTORES sumptus moderatos habebunt de proventibus Prælatorum ipsorum, *ibid.*

COADUNARE.

COADUNARE, i. e. conjungere, unam è pluribus facere, hinc *coadunatæ* summæ, *L. 9. §. 1. de pactis.*

COALESCERE.

COALESCERE dicitur planta, arbor, *L. 26. §. 2. de A. R. D. L. 5. §. 3. de R. V.*

COALESCIT concha apud rubrum mare & crescit, *L. 19. §. 18. de auro, argento*, &c.

COCCUM.

COCCUM quod proprio nomine appellatur, quin versicoloribus cederet, nemo dubitavit, *L. 78. §. 5. de legat. 3.* & *L. 70. §. 13. eod.*

COCINATORIUS, *a. m.*

COCINATORIUM instrumentum, i. e. *coquinarium*, *L. 19. §. 12. de auro, argento*, &c.

COCITATORIUS, *a. um.*

Universa vasa COCITATORIA penu legata non continentur, *L. 6. de penu legata.*

COCUS.

COCUS nomen officii, non artificii, *L. 65. §. 1. de legat. 3.*

CODEX.

CODICES membranei, chartacei, eborei

eborei & alterius materiæ librorum appellatione continentur, *L. 52. pr. de legat. 3.*

CODEX rationum, *L. 10. §. 2. de edendo.*

CODICES, pro voluminibus Imperialium constitutionum, tres ante Iustinianeum fuerunt, Gregorianus, Hermogenianus & Theodosianus, *Constit. de novo codice faciendo.*

CODICILLI.

CODICILLI in numero plurali frequenter, in singulari paucissime accipitur, *L. 148. de V. S.*

CODICILLORUM jus ante Augusti tempora in usu non fuit, *pr. I. de Codicillis.*

CODICILLOS introduxit primus Lucius Lentulus, *ibid.*

CODICILLOS testamento confirmatos in Africa scripsit Lucius Lentulus, cum decederet, quibus ab Augusto petiit per fideicommissum, ut faceret aliquid, qui voluntatem ejus implevit, *ibid.*

CODICILLIS Divus Augustus de sapientum virorum, inprimis Trebatii, cujus tunc auctoritas maxima erat, consilio, robur dedit, *ibid.*

CODICILLORUM confectio civibus Romanis perquam utilissima & necessaria erat, propter magnas & longas peregrinationes, quæ apud veteres fuissent, *ibid.*

Cum & Labeo CODICILLOS fecisset, jam nemini dubium erat, quin *Codicilli* jure optimo admitterentur, *ibid.*

CODICILLOS quis facere potest testamento jam facto, *§. 1. eod.*

CODICILLI etiam ab intestato fieri possunt, *ibid.*

CODICILLI ante testamentum facti non aliter vires habent, quam si speciali postea voluntate confirmentur, *ibid.*

Ex iis CODICILLIS, qui testamentum præcedunt, potest fideicommissum peti, si appareat, eum, qui testamentum fecit, à voluntate, quam in *Codicillis* expresserat, non recessisse, *ibid.*

CODICILLIS hereditas neque dari, neque adimi potest, ne confundatur jus testamentorum & Codicillorum, *§. 2. eod. L. 2. C. de codic.*

In CODICILLIS exheredatio fieri non potest, *ibid.*

CODICILLIS directo hereditas neque dari, neque adimi potest, *ibid.*

CODICILLIS per fideicommissum hereditas jure relinquitur, *ibid.*

Nemo conditionem heredi instituto CODICILLIS adjicere, neque substituere directo potest, *ibid. L. 6. pr. de jure codic.*

CODICILLOS plures quis facere potest, *§. 3. eod.* & *L. 6. §. 1. de Iure codic.*

CODICILLI nullam solennitatem (sc. *talem, qualis in testamento requiritur*) ordinationis desiderant, *ibid.*

Vim CODICILLORUM non obtinent *literæ*, quibus hereditas promittitur, vel animi affectus exprimitur, *L. 17. de jure codic.*

CODICILLOS facere non potest, qui de suo statu dubitat, nisi sit miles, *L. 9. eod.*

CODICILLIS fideicommissum relinqui potest ei, qui in utero sit testamenti tempore, vel qui natus sit codicillorum tempore, *L. 2. pr. eod.*

CODICILLORUM jus singulare est, ut, quæcunque in his scribentur, perinde haberentur, ac si in testamento scripto essent, *d. L. 2. §. 2. eod.*

CODICILLOS furiosus facere non potest, *L. 2. §. 3. eod.*

Hereditas testamento inutiliter data non potest CODICILLIS quasi hereditas confirmari, sed ex fideicom-

missio petitur, salva ratione legis Falcidiæ, *L. 2. §. 4. eod.*

Conficiuntur CODICILLI quatuor modis, aut enim in futurum confirmantur, aut in præteritum, aut per fideicommissum testamento facto, aut sine testamento, *L. 8. pr. eod.*

CODICILLI totiens valent, quotiens quis testamentum quoque facere possit, *d. L. 8. §. 2. eod.*

CODICILLI militiæ tempore facti, non debent referri ad testamentum ante militiam factum, sed jure militari valent, *L. 8. §. 4. eod.*

Vltimus CODICILLVS non est, post quem alium facere superstes testator adhuc potest, *L. 8. §. 6. eod.*

CODICILLOS suos manu ipsius neque scribi neque signari necesse est, *L. 6. §. 1. eod.*

Licet in confirmatione CODICILLORVM paterfamilias adjecerit, *ut non alias valere velit, quam sua manu signatos & subscriptos*, tamen valent facti ab eo *codicilli*, licet neque ab eo signati, neque manu ejus scripti fuerint, *L. 6. §. 2. eod.*

CODICILLOS is demum facere potest, qui & testamentum facere potest, *L. 6. §. 3. eod.*

Is, qui CODICILLORVM tempore solvendo sit, recte libertatem dat, quamvis testamenti facti tempore solvendo non fuerit, *L. 4. eod.*

CODICILLOS facere potest quis decedens ab intestato, & fideicommissum relictum in eis, per hæc verba, *quisquis mihi heres erit, fidei ejus committo, ut det centum Titio*, præstari debet ab heredibus, ab intestato venientibus, *L. 3. pr. eod.*

CODICILLOS facere non potest, qui non habet factionem testamenti, *ibid.*

CODICILLI rumpuntur rupto testamento, *L. 1. C. de codic.*

Posthumi agnatione rumpitur testamentum, ergo & CODICILLI ex testamento dependentes, *ibid.*

CODICILLVS novissimi judicii ordinatio est, h. e. species ultimæ voluntatis, *L. 2. C. eod.*

CODICILLI ante testamentum facti non aliter valent, quam testamento postea confirmentur, vel voluntas eorum quocunque judicio expresso retineatur, *L. 6. C. de codic.* & *L. 5. π. eod.*

CODICILLI facti in captivitate non valent, etiamsi ante captivitatem essent confirmati, *L. 7. de jure codic.*

CODICILLI facti ab eo, quis jus testamenti faciendi habere desiit, non referuntur ad testamentum, *ibid.*

CODICILLIS legatum relictum à filio, quem pater putabat in solidum successurum, debetur in partem, & non in totum, si filia prærerita cum eo successerit, fallit in legato libertatis, quia tunc in totum debetur ab eo filio, qui tenetur redimere à sorore partem ejus, *L. 11. & 12. eod.*

In CODICILLIS quinque testes sunt necessarii, *§. 12. de fideicommiss. hered.*

COECVS.

COECVS, etiamsi sic natus fuerit, totum feudum paternum retinet, *II. F. 36.*

COECVS, alias *Cæcus*, judicandi officio fungitur, *L. 6. de Iudiciis.*

COECVS utrisque luminibus orbatus prohibetur postulare, quia insignia Magistratus videre & revereri non potest, *L. 1. §. 5. de postulando.*

Quamvis COECVS pro alio postulare non possit, tamen & Senatorium ordinem retinet, & judicandi officio fungetur, *ibid.*

COECVS retinere quidem jam cœptum Magistratum potest, adspirare autem

tem ad novum penitus prohibetur, *ibid.*

Appius Claudius coecus consiliis publicis intereat, & in Senatu severissimam dixit sententiam de Pyrrhi captivis, *ibid.*

Publius coecus, Asprenatis Nonii pater, aversa sella à Bruto destitutus, cum vellet postulare, *ibid.*

coeci s. carentes oculis, seu morbo (vitiove) seu ita nati possunt condere testamentum per nuncupationem servatis solennitatibus in L. 8. C. qui testam. facere &c. expressis, inter liberos tamen non habent necesse observare illas solennitates, *d. L. 8. C. eod.*

In coeci testamento nuncupativo debent se subscribere Notarius, & septem testes quilibet manu propria, *ibid.*

In coeci testamento nomen heredis, vel heredum debet describi in principio ante alia legata, vel fideicommissa, *ibid.*

coecus utroque lumine à natura, vel accidenti debet facere codicillos in eundem modum, quo & testamentum nuncupativum, *ibid.*

In coeci testamento octavus testis debet adhiberi, quando tabulariorum copia non datur, *ibid.*

coecus excusatur à muneribus personalibus, quæ corpore implenda sunt, sed non orbatus uno oculo, *L. 1. C. qui morbo se excus.*

coecus remanet tutor, *L. 16. de autor. tut.*

COELATURA.

In condictione furtiva etiam coelaturae æstimatio fit, quæ impensa furis facta est, *L. 13. de condict. furt.*

COELEBS.

Qui jure veteri coelibes habebantur, imminentibus legum terroribus liberentur, atque ita vivant, ac si numero maritorum matrimonii fœdere fulcirentur, *L. 1. C. de infirm. pœnis cælibatus* &c.

COELICOLÆ.

coelicolarum nomen inauditum quodammodo novum crimen superstitionis vindicavit, *L. 12. C. de Sacrosanct. Eccl.*

coelicolae nisi convertantur ad fidem, ut hæretici puniuntur, ædificiaque eorum, quæ conventus novi dogmatis habent, Ecclesiis vindicantur, *ibid.*

COELUM.

coelum quandoque ponitur pro aëre, *pr. I. de I. N. G. & C.*

coeli mensura facienda est in opere novo, *L. 21. §. 2. quod vi aut clam.*

COEMITERIUM.

coemiterium polluitur, si excommunicatus in eo sepelitur, *c. 7. X. de consecr. Eccles.*

COENACULARIA.

coenaculariam exercens (*is dicitur, qui quæstus sui causa conducta cœnacula aliis locat*) si maximam partem cœnaculi habet, solus de dejecto & effuso tenetur, *L. 5. §. 1. de his qui effuder.*

coenaculariam exercens, si modicum sibi hospitium retinuerit, residuum locaverit pluribus, omnes tenebuntur, quasi in hoc cœnaculo habitantes, unde dejectum effusumve est, *ibid.*

COENACULARIUS.

Pactio coenacularii (i. e. qui cœnaculum conduxit) non proficit domino ædium, sed sua propria, *L. 11. §. 5. de pignor. act.*

COENACULUM.

Si coenaculum filiusfam. conductum habuit, & inde dejectum, vel effusum quid sit, de peculio in patrem non datur, quia non ex contractu venit, in ipsum itaque filium actio

actio *de dejecto & effuso* competit, *L. 1. §. 7. de his, qui effuder.*

Si plures, diviso inter se COENACULO habitent, actio *de dejecto & effuso* in eum solum datur, qui inhabitabat eam partem, unde effusum est, *L. 5. pr. eod.*

COENOTAPHIUM.

COENOTAPHIUM, alias *Cenotaphium*, est locus religiosus, teste Virgilio, *L. 3. Æneid. versu 304.* Sed Divi Fratres contra rescripserunt, *L. 6. §. 5.* & *L. 7. de D. R.*

COENOTAPHIUM venire potest, quia non est religiosum, ita Divi Fratres rescripserunt, *L. 6. §. 1. de religiosis*, &c.

COËRCERE.

COËRCERE aquam, est continere sic, ne diffluat, ne dilabatur, *L. 1. §. 9. de fonte.*

COËRCERE violentos Laicos, non contra legem est agere, sed legi facere subsidium, *c. 2. X. de privileg.*

COËRRARE.

COËRRARE, pro *oberrare*, per totam noctem debet Præfectus vigilum, *L. 3. §. 3. de offic. Præfecti vigil.*

COETERUM.

vid.

CAETERUM.

COETUS.

COETUS à conventu dicitur, *c. 1. §. 7. dist. 15.*

COGERE.

COGERE se quis ipse non potest, *L. 13. §. 4. ad. Sc. Trebell.*

COGENDI sunt mali ad bonum, *c. 4. pr. q. 6. cauf. 23.*

COGERE Ecclesia malos debet ad bonum, sicut Christus Paulum coëgit, *c. 1. ead.*

COACTA servitia Deo displicent, *c. 4. §. 1. ead.*

COGENDI sunt Iudæi ad remittendas Christianis usuras per Principes & Potestates seculares, *c. 12. X. de usuris.*

COGI debet infamatus à Magistratu ad purgationem, *c. 6. X. de purgat. canon.*

Ad fidem nullus est COGENDUS invitus, *c. 33. q. 5. cauf. 23.*

Exemplo Christi, mali COGENDI sunt ad bonum, *c. 43. q. 4. cauf. 23.*

COGITUR Dominus feudi investitum in vacuam possessionem mittere, quod si differat, omnem utilitatem ei præstabit, *II. F. 7. §. 1.*

Non COGITUR minor fidelitatem facere, *II. F. c. 4. §. 7.*

COGI possunt Pares curiæ ad testimonium dicendum, *II. F. 2. pr.*

COGITATIO.

COGITATIO verecunda ejus, qui lites exsecratur, non est vituperanda, *L. 4. §. 1. de alienat. judic. mut.*

COGITATIO ejus vituperanda est, qui cum rem habere vult, litem ad alium transfert, ut molestum adversarium pro se subjiciat, *ibid.*

COGITATIONIS pœnam nemo patitur, *L. 18. de pœnis.* & *c. 14. dist. 1. de pœnit.*

COGITATIO sola quandoque punitur pœna civili, *L. 225. de V. S.*

COGITATIONIS pœnam nemo meretur, *II. F. 52. §. 2.*

COGITATIO immunda nequaquam mentem inquinat, cum pulsat, sed cum hanc sibi per delectationem subjugat, *c. 23. dist. 2. de pœnit.*

COGITATIO non meretur pœnam Lege Civili, cum suis terminis contenta est, *c. 20. dist. 1. de pœnit.*

COGNATIO.

COGNATIONEM spiritualem confirmatio frontis inducit, sicut Baptisma, *c. 1. §. 1. de cognat. spirit. in 6.*

COGNATIO spiritualis & contrahendum

dum matrimonium impedit, & dirimit post contractum, *d. c. 1. pr. eod.*

COGNATIO spiritualis contrahitur inter baptizatum & illum, qui eum suscepit de baptismo, ac inter eundem baptizatum & suscipientis filios, & uxorem ante susceptionem carnaliter cognitam ab eodem, imo etiam inter suscipientem, patremque baptizati & matrem, *ibid.*

COGNATIO superior & inferior à primo gradu incipit, *L. 1. §. 1. de gradib.*

COGNATIO ex transverso sive à latere incipit à secundo gradu, *ibid.*

COGNATIONEM facit etiam adoptio, *L. 1. §. 4. unde cognati.*

COGNATIONES, quæ per adoptionem sunt acquisitæ, capitis diminutione perimuntur, *L. 3. pr. eod.*

Nulla servilis COGNATIO videtur esse *cognatio*, *L. 1. §. 2. eod.*

Is, qui aliqua ratione servus factus est, manumissione nulla ratione COGNATIONEM recipit, *L. 7. eod.*

COGNATIONIS gradus alii sunt superioris ordinis, alii inferioris, alii ex transverso, *L. 1. pr. de grad. pr. Inst. de grad. cognat.*

COGNATIONIS gradus superioris ordinis sunt *parentes*, inferioris *liberi*, ex transverso, *fratres* & *sorores*, eorumque *liberi*, *ibid.*

In COGNATIONIS primo gradu inferioris, & superioris ordinis cognati possunt concurrere, ex transverso vero nunquam eo gradu potest quisquam concurrere, sed in secundo, tertio & deinceps in cæteris possunt concurrere ex transverso etiam cum superioris ordinis cognatis, *L. 1. §. 1. eod.*

COGNATIONIS origo per fœminas solas contingit, *L. 10. §. 6. eod.*

Nomen COGNATIONIS à Græca voce dictum videtur, *d. L. 10. §. 1. eod.*

Ad serviles COGNATIONES leges non pertinent, *L. 10. §. 5. eod.*

COGNATIONUM nominibus etiam utimur in servis, *ibid.*

COGNATIONIS substantia bifariam apud Romanos intelligitur, nam quædam *cognationes* Iure civili, quædam naturali connectentur, nonnunquam utroque jure concurrente, & naturali & civili copulatur *cognatio*, *L. 4. §. 2. eod.*

COGNATIO naturalis per se sine civili cognatione intelligitur, quæ per fœminam descendit, quæ vulgo liberos peperit, *ibid.*

COGNATIO civilis per se, quæ etiam legitima dicitur sine naturali, fit per adoptionem, *ibid.*

COGNATIO utroque jure dicitur, cum justis nuptiis contractis copulatur, *ibid.*

COGNATIO naturalis appellatur generali hoc nomine scilicet cognationis, sed civilis, licet ipsa quoque per se plenissime hoc nomine vocetur, proprie tamen agnatio vocatur, videlicet quæ per mares contingit, *ibid.*

Stemmata COGNATIONUM directo limite in duas lineas separantur, quarum una superior est, altera inferior, ex superiore autem & secundo gradu transversæ lineæ pendent, *L. 9. eod.*

COGNATIO superior & inferior à primo gradu incipit, at ea, quæ ex transverso numeratur, à secundo, *pr. Inst. de gradib. cognat.*

COGNATIONIS gradum facit unica persona adjecta alteri personæ per carnis propagationem tam in cognatis, quam in agnatis, *§. 7. eod.*

COGNATIONIS parem gradum habentes non semper vocantur pariter, nec is, qui proximior est cognatus,

femper eft potior, *§. 1. de fervili cognat.*

COGNATVS.

COGNATI in feudis non fuccedunt, *II. F. 11.*

COGNATVM non inveftiat Prælatus, *II. F. 91.*

COGNATI ad fucceffionem deficientibus agnatis non admittuntur jure Digeftorum ex lege, fed per Prætorem tantum admittebantur, *pr. Inft. de fucceff. cogn.*

COGNATI ab eo dici putantur, quod quafi una communiter nati, vel ab eodem orti progenitive fint, *L. 4. §. 1. de gradibus.*

COGNATI autem appellati funt, quafi ex uno nati, aut, ut Labeo ait, quafi commune nafcendi initium habuerint, *L. 1. §. 1. unde cognati.*

Iurisconfultus COGNATORVM gradus & affinium noffe debet, quia legibus hereditates & tutelæ ad proximum quemque agnatum redire confuerunt, *L. 10. pr. de grad.*

COGNATIS accufatio nihil obeft ad fucceffionem, fi accufaverint cognatos fuos, *L. 6. unde cogn.*

COGNATIS accufatio hodie obeft, *Nov. 22. c. 47. pr.*

COGNATI funt etiam hi, quos lex 12. tabul. agnatos appellat, *L. 10. § 2. de grad.*

Ex lateribus COGNATI funt fratres, fororesque, & ex his prognati; item patrui, amitæ, & avunculi, & materteræ, *d. L. 10. §. 8. eod.*

COGNATI dicuntur, qui per fœminini fexus perfonas cognatione junguntur, *§. 1. de legitima agnat. tut.*

COGNATI funt naturali jure conjuncti, *ibid.*

COGNATI transverfales per lineam fœmininam vocantur jure prætorio per *unde cognati*, *§. 1. de fucceff. cogn.*

COGNATI jure prætorio usque ad fextum gradum vocantur ad hereditatem incluſo filio confobrini, & confobrinæ, *§. 5. eod.*

COGNATIS, vel affinibus œconomorum, aut Prælatorum Ecclefiæ non eft licitum emere rem Ecclefiæ, etiam in cafu alias permiffo, *Auth. Quibuscunque, C. de Sacrofanct. Eccl.*

COGNATI non poffunt inviti cogi, ut teftes fint adverfus cognatos, *c. 3. §. 4. q. 2. cauf. 4.*

COGNITIO.

COGNITIO procuratoris mutandi, Prætoris eft, *L. 27. pr. de Procurat.*

COGNITIONVM quatuor funt genera, aut agitur de crimine capitali, aut de fama, aut de pecuniaria caufa, aut de honoribus & muneribus, *L. 5. pr. de variis & extraord.*

Vbicunque caufæ COGNITIO eft, ibi Prætor defideratur, *L. 105. de R. I.*

COGNOSCERE.

COGNOSCERE inftrumenta, eft relegere, & recognofcere, *L. 50 pr. de V. S.*

COGNOSCERE poteft Iudex fummarie in actione ad exhibendum, *L. 3. §. 9. ad exhibend.*

COGNOSCERE de caufa Iudex debet, donec plene inftruatur, *c. 22. X. de fponfal.*

COGNOSCERE de caufa matrimoniali, fpectat ad dignitatem epifcopalem, *c. 12. X. de excess. Prælat.*

COGNOSCENDVM eft fuper principali quæftione, *II. F. 26. pr.*

COGNITA caufa res jurejurando deficientibus probationibus decidenda, *II. F. 26. §. 1.*

COHABITARE.

Clam contrahentes matrimonium COHABITARE non funt compellendi, *c. 2. X. de clandeft. desponf.*

COHABITATIO.

COHABITATIONE fpontanea matrimonium per vim contractum convalefcit, *c. 21. X. de fponfal.*

COHE-

COHERES.

Si pro fratre COHEREDE pecuniam solvisti, negotiorum gestorum actione experiri potes, *L. 3. C. de negot. gestis.*

Si COHERES debitum universum pignoris liberandi gratia solvere coactus, poterit agere actione communi dividundo, vel famil. ercisc. *ibid.*

COHERES frustra crimen expilatæ hereditatis intendit, cum judicio famil. erciscundæ indemnitati ejus prospicitur, *L. 3. C. famil. ercisc.*

COHERES si de rebus hereditariis vel consumpserit, vel deteriores fecerit, ratio earum habenda est, & ab eo aliis coheredibus præstanda est indemnitas, *L. 19. eod.*

COHERES, nomine proprio rem hereditariam distrahens, coheredi tenetur petitione hereditatis, *L. 20. eod.*

COHORTALIS.

COHORTALES milites non debent vocari ad solicitudinem bastagiæ, neque ad functionem navicularium, neque inviti curialibus cœtibus sunt adscribendi, *L. 3. C. de cohort. XII.*

Ad COHORTALIVM officium nemo potest accedere, nisi prius in matricula *cohortalium* receptus ac descriptus fuerit pœna contrafacientibus imminente, *L. 10. C. eod.*

Si quis ex grege COHORTALIVM, urgente criminis insectatione stipendiis fuerit exemptus, aut otio traditus, ac voluerit ad pristinum sacramentum repedare, & redire, debet allegare, & ostendere principis oraculum ex certa forma concessum, *L. 11. eod.*

COIRE.

COIENS post divortium cum sua, adulterium committit, *c. 1. q. 7. caus. 32.*

Si alter contrahentium utitur verbis dubiis, animo decipiendi mulierem, & eam postmodum COGNOSCIT carnaliter, judicatur pro matrimonio in foro judiciali, secus in pœnitentiali, *c. 15. X. de sponsal.*

COITVS.

COITVS non facit matrimonium, sed voluntas, *c. 1 q. 2. caus. 27.*

COITVS conjunctorum matrimonium perficit, *c. 36. q. 2. caus. 27.*

Impotens ad COITVM, est impotens ad contrahendum matrimonium, sive sit impedimentum ætatis, sive naturæ, *c. 2. X. de frigidis.*

COITVS cum nisu ante pubertatem contractus non facit matrimonium, *c. 10. X. de despons. impub.*

COITVS cum puella septem annorum, dirimit matrimonium postea contractum cum consanguinea, *c. 7. X. de eo, qui cognovit consang.*

COLLATERALIS.

COLLATERALES in feudo novo non succedunt, *I. F. 1. §. 2.* & *I. F. 20.*

COLLATERALES ex pacto in feudo novo succedunt, *I. F. 14. §. 2.*

COLLATERALES in feudo paterno succedunt, *I. F. 1.* §. *2. I. F. 19. c. si quis*, & *II. F. 11.*

COLLATERALES in feudo paterno in infinitum succedunt, *II. F. 50.*

COLLATIO *beneficii.*

COLLATIO beneficii facta motu proprio Papæ, pluribus beneficiis vacantibus, intelligitur facta de pinguiori, *c. 24. de præbend. in 6.*

COLLATIO facta alicui ad petitionem ejus, pluribus beneficiis vacantibus, ad minus restringitur, *ibid.*

COLLATIO beneficiorum vacantium in Curia Romana pertinet ad solum Papam, quod si ab alio facta fuerit, irrita est collatio, *c. 2. eod. in 6.*

COLLATIO *bonorum.*

COLLATIO bonorum ob causam fa-

 cta,

cta, causa non secuta condicitur, *L. 13. de condict. causa data* &c.

COLLATIO bonorum inter eos datur, quibus bonorum poss. contra tabulas datur, *L. 1. de collatione.*

Totiens COLLATIONI locus est, quotiens aliquo incommodo affectus est is, qui in potestate est, interventu emancipati, cæterum, si non est, *collatio* cessabit, *d. L. 1. §. 5. eod.*

De COLLATIONE bonorum vel fidejussoribus, vel pignoribus recte cavetur, *L. 1. §. 9. eod.*

Ad COLLATIONEM obligatus si propter inopiam non satisdederit, datur curator bonis, apud quem refecta pecunia ex rebus, quæ servari non possunt, collocatur, ut tunc demum recipiat, quod redactum est, cum bona propria contulerit, *L. 1. §. 10. eod.*

COLLATIO aut re aut cautione facienda, *L. 1. §. 11. eod.*

In COLLATIONEM bonorum non venit castrense peculium, vel quasi, *L. 1 §. 15. eod.*

Nec id in COLLATIONEM venit, quod dignitatis nomine à patre datum est, vel debetur, *L. 1. §. 16. eod.*

In COLLATIONEM dos, quam filius emancipatus ab uxore acceptam habet, non venit, etsi uxor ante decesserit, *L. 1. §. 20. eod.*

Portiones COLLATIONUM ita erunt faciendæ, ut puta, duo sunt filii in potestate, unus emancipatus habens trecenta, ducenta fratribus confert, sibi centum retinet, *L. 1. §. 24. eod.*

In COLLATIONEM non veniunt ea, quæ ad heredes non transmittuntur, *L. 1. §. 21. eod.*

COLLATIO bonorum fit ab his, qui quoquo modo sui juris facti sunt, *L. 9. eod.*

COLLATIO bonorum inter emancipatos filios mortuo patre cessat, *L. 9. C. de collat.*

COLLATIO locum habet tantum inter descendentes, cum agitur de hereditate ascendentis, & inter illos, quibus debetur legitima, *ibid.*

In COLLATIONEM non veniunt relicta in codicillis, *L. 16. C. eod.*

COLLATIONEM faciendi modus est, quod fiat bonorum coacervatio, & postea bona illa dividantur, *L. 19. C. eod.*

COLLATIO *dotis.*

In COLLATIONE dotis divortio facto, & marito existente non solvendo non computatur mulieri integra dos, sed id, quod ad mulierem pervenire, h. e. quod facere maritus potest, *L. 1. § 6. de dotis collat.*

Si quis non petierit bonorum possessionem, ad COLLATIONEM dotis per arbitrium familiæ erciscundæ potest compelli, *L. 1. pr. eod.*

Ita demum ad COLLATIONEM dotis Prætor cogit filiam, si petat bonorum possessionem, attamen & si non petat, conferre debebit, si modo se bonis paternis misceat, *ibid.*

COLLATIO dotis fit, & si tantum promissa sit, *L. 1. §. 1. eod.*

In COLLATIONE dotis post moram veniunt etiam fructus, & usuræ dotis, *L. 5. §. 1. eod.*

In COLLATIONE dotis conferens etiam suam personam numerat in partibus faciendis, sicut & in collatione bonorum, *L. 1. §. 24. de collat.*

COLLATIO dotis & aliorum datorum inter fratres hodie ex testamento, vel ab intestato non fit, si pater hoc dixerit, fiet tamen, si pater nihil dixisset, *Auth. Ex testamento. C. de Collat.*

COLLATOR.

COLLATORUM aliquis si dubitat de possessione, pro qua fiscalia exiguntur

tur, aut pro qua fiscalium quantitates fiscalium descriptionum custodes possunt cogi à judice provinciæ, aut eo negligente ab Episcopo eas proferre, & fiscalium ostendere quantitatem, & servitutem publicæ descriptionis exigi possessorem, *Nov. 128. c. 4.*

COLLECTA.

COLLECTA vel onera non possunt imponi à laicis Clericis, Ecclesiis vel piis locis, & contrafaciens tenetur in triplum, & subjicitur banno, à quo non liberatur, nisi satisfecerit, *Auth. Item nulla. C. de Episcopis.*

COLLECTAS à Principe impositas debent solvere omnes, & Officiales non possunt augere vel diminuere, *L. 4. C. de annonis* &c. *X.*

COLLECTAS, vel superindicta imponere solus Princeps potest, *L. un. C. de superindicto X.*

COLLECTAM pro emendo grano tempore careitiæ tam divites, quam pauperes tenentur solvere, *L. 1. C. ut nemini liceat in emptione spec.*

Ad COLLECTAS cæcus & pauper non tenetur, *c. 4. X. de cens.*

COLLECTARIVS.

Si quis COLLECTARIVS honoris pretium dederit ambienti, exilii pœna cum ipso judice plectetur, (i. e. si quis argentarius crediderit pecuniam ei, quem sciebat ambire honorem, & eum hac pecunia empturum) *L. 16. C. si cert. pet.*

COLLECTOR.

Si COLLECTORES gravant Ecclesiam, privari debent officio, *c. 12. X. de censib.*

COLLEGA.

COLLEGA poterit suum collegam in eo, quo deliquit propter onus sibi impositum, accusare coram Præside, *L. 2. C. de legation. X.*

COLLEGARVM appellatione hi continentur, qui sunt ejusdem potestatis, *L. 173. de V. S.*

COLLEGA si fuerit solvendo tempore depositi officii, alter collega non potest conveniri, nec ejus heres, *L. 3. C. de probat.*

COLLEGIVM.

COLLEGIVM tres facere existimat Neratius Priscus, & hoc magis sequendum est, *L. 85. de V. S.*

Quisquis illicitum COLLEGIVM usurpaverit, ea pœna tenetur, qua tenentur, qui hominibus armatis loca publica, vel templa occupasse judicati sunt, *L. 2. de collegiis.*

COLLEGIA Romæ certa sunt, quorum corpus Senatusconsultis, ac principum constitutionibus confirmatum est, veluti pistorum, naviculariorum, & quorundam aliorum, *L. 1. pr. quod cujuscunque univers.*

In COLLEGIO filii vox, aut suffragium prodest patri, etiamsi in ejusdem patris potestate sit, & econtra dummodo pater, & filius sint de collegio, *L. 5. eod.*

A COLLEGIO videtur fieri illud, quod fit ab his, qui habent autoritatem à collegio, *L. 6. §. 1. eod.*

A COLLEGIO si constituatur actor ad futuras lites, ipso jure non valet, *ibid.*

COLLEGII causæ omnes emergentes etiam in futurum per Syndicos secundum locorum consuetudinem expediri debent, *ibid.*

COLLEGIA si qua fuerint illicita, Mandatis, & Constitutionibus, & Senatusconsultis dissolvuntur, *L. 3. pr. de collegiis*, &c.

Cum COLLEGIA dissolvuntur, membris eorum permittitur, pecunias communes, si quas habent, dividere, pecuniamque inter se partiri, *ibid.*

COLLEGIA sodalitia religionis causa fieri

fieri non prohibentur, dum tamen per hoc non fiat contra Senatusconsultum, quo illicita collegia coërcentur, vel fiat fraus, quia fingunt religionem, & non est, *L. 1. §. 1. eod.*

COLLEGIUM licitum amplius quam unum habere non licet alicui, & ideo si quis in duobus collegiis licitis fuerit, eligere debet, in quo magis esse velit, & partem rerum communium, quæ erat in alio collegio, repetet, *L. 1. §. 2. eod.*

COLLEGIA possunt facere statuta, & leges invicem inter eos, dummodo ex publica lege nihil corrumpant, *L. 4. eod.*

COLLEGIUM s. *corpus* naviculariorum succedit decedente intestato uno naviculariorum sine herede legitimo, *L. 1. C. de heredit. Decur.*

COLLEGIUM legionum, vel vexillationum, vel comitatensium, vel cuneorum excluso fisco succedit decedenti ab intestato collegæ illius collegii, sub quo militavit, *L. 2. C. eod.*

COLLEGIUM cohortalium excluso fisco succedit collegæ decedenti sine testamento, & sine legitimo herede, & successore, *L. 3. C. eod.*

COLLEGIUM curialium excluso fisco succedit curiali mortuo ab intestato sine herede legitimo, *L. 4. C. eod.*

COLLEGIUM fabricensium excluso fisco succedit alicui fabricensi decedenti sine testamento & sine legitimo herede, *L. 5. C. eod.*

COLLEGIUM privati homines regulariter nequeunt constituere, & habere signa *collegii*, sine autoritate superioris, *c. 14. X. de excess. Prælat.*

COLLUCTATIO.

Si quis in COLLUCTATIONE alium occiderit, cessat L. Aquilia, quia gloriæ causa & virtutis, non injuriæ gratia videtur damnum datum, *L. 7. §. 4. ad L. Aquil.*

COLLUSIO.

COLLUSIONEM detegens nanciscitur dominium servi, qui per collusionem ingenuus est effectus, *L. 1. de collus. deteg.*

COLLUSIONE quadam nomine libelli feuda vendiderant, *II. F. 55.*

Si quis COLLUSIONEM in necem alterius fecerit, stellionatus potest postulari, *L. 3. §. 1. stellionatus.*

COLLUSIONEM ingenuitatis vivente eo, qui ingenuus pronunciatus est, potest quis detegere intra quinquennium continuum à tempore latæ sententiæ, *L. 2. pr. de collus. deteg.*

COLLUSIO potest detegi ex justa causa etiam post quinquennium, *d. L. 2. §. 2. eod.*

Per COLLUSIONEM absolutio de criminibus illatis facta, non impedit facultatem iterum accusandi, & inquirendi de illis criminibus, *c. 4. X. de collus. deteg.*

COLLYRIUM.

Si quis COLLYRIUM ex alienis & suis medicamentis composuerit, is fit dominus, qui fecit, *§. 25. de R. D.* & *L. 7. §. 7. de A. R. D.*

COLLYRIA in instrumento medici sunt, *L. 19. §. 10. de instr. vel instrum.*

COLONIA.

COLONIA, (est prædium, quod sub Colono possidetur, & à cultu agri dicitur) *L. 24. §. 4. locati. L. 2. §. 23. ne quid in loco publ. L. 20. §. 3. de instr. & instrum.*

COLONUS.

COLONUS & inquilinus possident pro alio, *§. 5. de interdict.*

COLONUS naturaliter possidet, *L. 7. §. 11. comm. divid.*

COLONUS nec vivo, nec mortuo domino

mino ullam possessionem habet, *L. 33. §. 1. de usurpat.*

COLONUS & inquilinus sunt in prædio, & tamen non possident, *L. 6.* §. *2. de precario.*

Si COLONO tuo usumfructum fundi legaveris, usumfructum vindicabit, & cum herede tuo aget ex conducto, & consequetur, ut neque mercedes præstet, & impensas, quas in culturam fecerat, recipiat, *L. 34. §. 1. de usufr.*

COLONUS, cum quo propter succisas forte arbores agebatur ex locato, si juraverit *se non succidisse*, sive è lege duodecim tabularum de arboribus succisis, sive è lege Aquilia damni injuria, sive interdicto quod vi aut clam postea convenietur, per exceptionem jurisjurandi defendi poterit, *L. 28. §. 6. de jurejur.*

COLONUS, si ei frui non liceat, totius quinquennii nomine statim recte aget, etsi reliquis annis dominus fundi frui patiatur, *L. 24. §. 4. locati* &c.

Si COLONUS locaverit fundum, res posterioris conductoris domino non obligantur, sed fructus in causa pignoris manent, quemadmodum esset, si primus *colonus* eos percepisset, *L. 24.* §. *1. eod.*

COLONO non tenetur stare emptor, vel legatarius, *L. 25. §. 1. eod.* & *L. 9. C. de locato* &c.

COLONI nulla ratione ad ullum quamvis humilioris militiæ locum admittuntur, *L. 19. C. de agric. XI.*

Per COLONUM possessioni præjudicium fieri non potest, *L. 17. C. eod.*

COLONOS nunquam fiscalium nomine debitorum nullius exactoris pulset intentio, *L. 15. C. eod.*

COLONI Thracenses capitationem non præstant, *L. un. C. de colon. Thrac. XI.*

COLONI Palæstini non possunt à terra recedere sicut alii, & eorum dominis datur revocandi plena potestas, *L. un. C. de colon. Palæst. XI.*

COLONI Illyricani origine, à terra se separare non possunt, *L. un. C. de colon. Illiric. XI.*

COLONUS ante omnia curare debet, ut opera rustica suo quoque tempore faciat, ne intempestiva cultura deteriorem fundum faceret, præterea villarum curam agere debet, ut eas incorruptas habeat, *L. 25. §. 3. locati.*

COLONI culpæ illud annumeratur, si propter inimicitias ejus vicinus arbores exciderit, *d. L. 25.* §. *4. eod.*

Si COLONUS arbores exciderit, non solum ex locato tenetur, sed etiam lege Aquilia, & ex lege duodecim tabularum arborum furtim cæsarum, & interdicto quod vi aut clam, *L. 25. §. 5. eod.*

COLONI heres, quamvis colonus non sit, nihilominus domino possidet, *L. 60.* §. *1. eod.*

COLONUS potest agere condictione furtiva, cum fructus sint ejus statim, cum percepti fuerint, *L. 60. §. 5. eod.*

COLONUS, cum lege locationis non esset comprehensum, *ut vineas poneret*, nihilominus in fundum vineas instituit, & propter earum fructum denis amplius aureis annuis ager locari cœperat, si dominus istum colonum fundi ejectum pensionum debitarum nomine conveniat, sumptus utiliter factos in vineis instituendis reputare potest, opposita doli mali exceptione, *L. 61. pr. eod.*

COLONI patrimoniales vel saltuenses, non obstantibus aliquibus stipendiis, quæ promeruerint, revocantur ad primævam culturam agrorum, *L. 1. C. de fugitiv. colon. XI.*

COLONVM patrimonialem suscipiens vel occultans tenetur illum restituere, & punitur una libra auri, *L. 2. C. eod.*

COLONO fit remissio propter sterilitatem, quæ vitio cœli accidit, nisi vel aliud convenit, vel mos regionis id postulet, ad priorum tamen annorum ubertates sterilitatem, quæ accidit, repensari convenit, *L. 8. C. de locato.*

COLONO fit remissio congrua propter sterilitatem locustarum, nisi ex ubertate aliorum annorum recompensarit, vel nisi speciali pacto spectet ad *coloni* periculum, *L. 18. C. eod.*

COLONO fit remissio mercedis propter omnem vim, cui resisti non potest, veluti fluminum, graculorum, sturnorum, vel si quid simile acciderit, vel si fiat incursus hostium, secus si propter vitium, quod ex ipsa re oritur, damnum accidit, quia tunc illud damnum coloni debet esse, ut si vinum coacuerit, vel raucis, & herbis segetes corruptæ sunt, *L. 15. §. 2. locati* &c.

COLONO fit remissio mercedis, si labes facta sit, omnemque fructum tulerit, ne supra damnum seminis amissi mercedes agri præstare cogatur, *ibid.*

COLONO fit remissio mercedis, si uredo fructum oleæ corruperit, aut solis fervore non assueto id acciderit, secus si nihil extra consuetudinem acciderit, quia tunc damnum coloni est, *ibid.*

COLONO fit remissio mercedis, si exercitus præteriens per lasciviam aliquid abstulit, *ibid.*

COLONO fit remissio mercedis, si ager terræ motu ita corruerit, ut nusquam sit, oportet enim præstari agrum conductori, ut frui possit, *ibid.*

COLONO fit remissio, si propter casum incendii repentini fructus prædii, quod coluit, combusti sunt, *L. 15. §. 3. eod.*

Si uno anno remissionem quis COLONO dederit ob sterilitatem, deinde sequentibus annis contigit ubertas, nihil obest domino remissio, sed integra pensio, etiam ejus anni, quo remisit, exigi potest, *L. 15. §. 4. eod.*

COLONVS si deseruit sine necessaria causa culturam agri, potest statim conveniri à locatore, *L. 24. §. 2. eod.*

Si COLONVS ancillam in fundo pignoris nomine duxerit, & eam vendiderit, quod apud emptorem ex ea natum est, ejus adprehendendi gratia locatori utile interdictum Salvianum competit, *L. 1. pr. de Salviano interdicto.*

Si COLONVS res in fundum duorum pignoris nomine intulerit, ita ut utrique in solidum obligatæ essent, singuli adversus extraneum Salviano interdicto recte experientur, inter ipsos vero si reddatur hoc interdictum, possidentis conditio melior erit, *d. L. 1. §. 1. eod.*

COLONVS si rem, quam cum alio *colono* communem habebat, pignoris nomine induxerit, locatori competit interdictum Salvianum pro parte dimidia illius rei, *L. 1. §. 2. eod.*

A COLONO inducta, & illata in fundum conductum voluntate domini, i. e. domino sciente, jure pignoris dominis prædiorum tenentur, & sunt tacite obligata, in prædiis autem urbanis etiam ignorante domino illata, & inducta sunt tacite obligata, *L. 5. C. de locato* &c.

COLONVS *adscriptitius.*

COLONVS adscriptitius, vel inquilinus fugiens non obstante conditione sexus, vel alia compellitur per Præsidem redire ad prædium, unde fugit, *L. 8. C. de agricolis* &c. XI.

COLO-

COLONOS adscriptitios omnes tenetur transferre ille, qui vendidit simpliciter fundum, sed vendens partem fundi solum tenetur transferre illos, qui in ea parte sunt, *L. 7. C. eod.*

COLONVS *partiarius*.

COLONVS partiarius actionem furti non habet, sed agit contra dominum, ut agat, *L. 60. §. 5. locati* &c.

COLORIVS, *a. m.*

COLORIA vestis mundo continetur, *L. 32. §. 6. de auro* &c.

COLVM.

COLVM nivarium erat vas ad præparationem bibendi comparatum, *L. 21. pr. de auro*, &c.

COLVM, alias *coslum*, sub unguentis legatis continetur, *L. 21. §. 1. eod.*

COLVMBA.

COLVMBAE, quæ emitti solent de columbario, veniunt in familiæ erciscundæ judicium, cum nostræ sint tamdiu, quamdiu consuetudinem habeant ad nos revertendi, quare si quis eas apprehendisset, furti nobis competit actio, *L. 8. §. 1. famil. ercisc.*

COLVMBARVM fera natura est, nec ad rem pertinet, quod ex consuetudine evolare & revolare solent, *§. 15. de R. D.*

COLVMBAE, quæ ab ædificiis nostris evolant, & secundum consuetudinem redeunt, possidentur à nobis, *L. 3. §. 16. de acq. poss.*

COMA.

Quæcunque mulier COMAM sibi amputaverit, quam Deus ad velamen ejus, & ad memoriam subjectionis illi dedit, tamquam resolvens jus subjectionis, anathema sit, *c. 2. dist. 30.*

Clerici, qui COMAM nutriunt, ab Archidiacono etiam si noluerint, inviti detondeantur, *c. 22. dist. 23.* vid. *Clericus.*

COMES.

COMES appellatur, qui de aliquo comitatu investitus est, *II. F. 10.*

COMES, i.e. Iudex, *II. F. 27. pr. §. 1.* & *2.*

COMES feudum dare potest, *I. F. 1. pr.*

COMES dicitur regni, vel regis capitaneus, *ibid.* item, principis, *I. F. 7.*

COMITES dicuntur spectabiles, *L. 32. pr. C. de appell.*

COMITES consistoriani sunt illi, qui steterunt in Principis consistorio & proconsulibus adæquantur, *L. 1. C. de comit. consistor. XII.*

COMITES consistoriani una cum filiis, uxoribus, & servis, ac colonis tam in agendo, quam in excipiendo utuntur privilegiis eisdem, quæ competunt principibus Scholæ agentium in rebus, *L. 2. C. eod.*

COMITES rei militaris ad defendendam unam vel provinciam, interdum ad plures defendendas mittebantur, *L. 2. C. de comit. rei milit. XII.*

COMITIBVS rei militaris præferuntur Proconsules, *L. 1. C. eod.*

COMITES, qui gubernaverunt provinciam, deposito officio privilegiis dignitatis vicariæ funguntur, *L. un. C. de comtib., qui provin. reg.*

Inter COMITES continentur pædagogi, *L. 15. §. 16. de injur.*

COMITEM accipere debemus eum, qui comitetur & sequatur, ut ait Labeo, sive liberum, sive servum, sive masculum, sive fœminam, *L. 15. §. 16. de injur.*

COMITEM Labeo ita definit, qui frequentandi cujusque causa, ut sequeretur destinatus, in publico privatove abductus fuerit, *ibid.*

COMITATVS.

De COMITATV investitus non potest pro lubitu devestiri, *I. F. 7.*

In COMITATU non succedit heres, nisi sit investitus, *I. F. 14. pr.*

In feudo COMITATUS non est successio secundum rationabilem usum, sed hodie non est usurpatum, *I. F. 13. in fin.*

COMITIALIS *morbus.*

COMITIALEM morbum habens haud recte sanus dici potest, *L. 53. de ædilit. edicto.*

COMMATER.

Qui COMMATREM suam in conjugium duxerit, separandus & gravi pœnitentia plectendus est, *c. 5. q. 1. caus. 30.*

Si quis COMMATRIS filiam fortuito in conjugium duxerit, eam dimittere non cogitur, *c. 7. q. 3. caus. 30.*

COMMATREM privigni, uxore mortua, ducere licet, *c. 5. q. 4. caus. 30.*

COMMENDARE.

COMMENDARE nihil aliud est, quam deponere, *L. 186. de V. S.*

Si quis in testamento ita scripserit, illum tibi COMMENDO, D. Pius rescripsit, fideicommissum non deberi, aliud est enim personam *commendare*, aliud voluntatem suam fideicommittentis heredibus insinuare, *L. 11. §. 2. de legat. 3.*

Si tu Titium mihi COMMENDAVERIS, *quasi idoneum, cui crederem*, & ego in Titium inquisii, deinde tu alium adducas quasi Titium, furtum facies, quia Titium esse hunc credo, scilicet si & ille, qui adducitur, scit, quod si nesciat, non facies furtum, nec hic, qui adduxit, opem tulisse potest videri, cum furtum factum non sit, sed dabitur actio in factum in eum, qui adduxit, *L. 66. §. 4. de furtis.*

COMMENDANDI animo si fuerint dicta verba, illa non pariunt actionem, nisi causa decipiendi emptorem sint dicta, *L. 37. de dolo* &c.

COMMENDATITIÆ *Literæ.*

Sine Literis COMMENDATITIIS Clericus extra suam Ecclesiam non ministret, *c. 7. dist. 71.*

COMMENTARIENSIS.

Ad COMMENTARIENSEM receptarum personarum custodia observatioque pertineat, *L. 4. C. de custodia reorum. L. 6. π. de bonis damnat.*

COMMENTARIENSIS, cujus dolo vel negligentia custodia evadit, eandem pœnam sustinet, quam is qui effugit, sustinere potuit, *ibid.*

COMMENTARIENSIS pro *actuario.*

COMMENTARIENSIS manu acta judicialia sunt adnotanda, *L. 45. §. 7. de jure fisci.*

COMMENTARIUS *Principis.*

COMMENTARIUS Principis, *L. 32. ex quib. caus. maj.* Est libellus, in quo Princeps eorum omnium nomina perscribit, quibus aliqua Reipub. procuratio commissa est.

COMMENTATOR.

COMMENTATORES opus moderate confectum huc atque illuc in diversas sententias producentes in infinitum distrahunt, *L. 2. §. 21. C. de veteri jure en.*

COMMERCIUM.

COMMERCIA sunt de jure gentium, *L. 5. de I. & I.*

COMMERCIUM nullum de beneficiis excogitent Vasalli, *II. F. 52. pr.*

COMMILITIUM.

COMMILITIUM caritatem auget, *L. 19. pr. de castr. pec.*

COMMILITO.

COMMILITONES optimos fidelissimosque Principes appellant milites, *L. 1. pr. de testam. mil.*

COMMINATIO.

COMMINATIONIS verba prolata à judice non habent authoritatem rei judicatæ, *L. 4. & 6. C. comminationes* &c.

COMMINATIO Iudicis vim stipulationis obtinere non potest, qui *certas usuras præstituros eos* dixit, qui intra certum diem debitum non exolvissent, *L. 1. C. eod.*

COMMISSIO.

COMMISSIONES duæ super eodem negotio impetratæ, nisi una de altera faciat mentionem, non valent, *c. 16. in fin. X. de rescript.*

Talis COMMISSIO, per quam etiam sententiæ prolatio censetur committi, non expirat morte committentis, re jam non integra, *c. 7. de Off. Iud. deleg. in 6.*

COMMITTERE.

Qui COMMITTIT in legem, frustra legis auxilium invocat, *c. 14. X. de usur.*

In legem COMMITTIT, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem, *L. 5. C. de legibus* &c.

Hi in legem COMMITTUNT, qui vigorem ejus scrupulosis, & excogitatis artibus eludere festinant, *L. 14. §. 2. C. de Assessoribus* &c.

COMMISSUM, quod ante quinquennium factum dicitur, si lite res anticipata non est, vindicari non potest, *L. 2. C. de vectigal.*

Pro re, quæ in COMMISSI causam cecidit, si ipsa non existat, nec dolo supprimatur, pretium etiam intra quinquennium peti non potest, *ibid.*

Pœna COMMISSI militibus remittitur, non tamen ipsum portorium, *L. 3. C. eod.*

COMMIXTIO.

Si res aliqua COMMIXTIONE speciem mutat, definit esse prioris domini, & efficitur ejus, qui fecit commixtionem jure specificationis, *L. 5. §. 1. de R. V.*

COMMIXTUM.

Si sit COMMIXTUM argentum meum, & tuum sine dolo, illud commune est nobis, & unusquisque pro rata ponderis, quod in massa habemus, vindicare aut communi dividundo agere possumus, etsi incertum sit, quantum quisque ponderis in massa habet, *L. 3. §. 2.* & *L. 4. de R. V.*

Si argentum meum cum tuo COMMIXTUM fuerit dolo malo tuo, contra te possim agere actione furti, & ad exhibendum ita, ut in ad exhibendum actione pretii ratio haberi debeat, *L. 4. eod.*

Si frumentum duorum, non voluntate eorum COMMIXTUM fuerit, competit singulis in rem actio in id, in quantum patet in illo acervo suum cujusque esse, *L. 5. pr. eod.*

Si frumentum duorum voluntate COMMIXTUM fuerit, tunc communicatum videtur, & erit communi dividundo actio, *ibid.*

COMMODARE.

COMMODARI potest habitatio, *L. 1. §. 1. commodati*, &c.

COMMODARI potest res mobilis, non etiam soli, *ibid.*

Id COMMODARI non potest, quod usu consumitur, nisi forte ad pompam vel ostentationem quis accipiat, *L. 3. §. 6. eod.*

Sæpe ad hoc COMMODANTUR pecuniæ, ut dicis gratia numerationis loco intercedant, *L. 4. eod.*

Si res COMMODATA reddita sit, sed deterior reddita, non videbitur reddita, *L. 3. §. 1. eod.*

Rei COMMODATAE & possessionem, & proprietatem retinemus, *L. 8. eod.*

Nemo COMMODANDO, rem facit ejus, cui commodat, *L. 9. eod.*

COMMODARE possumus etiam alienam rem, quam possidemus, tametsi scientes alienam possidemus, *L. 15. eod.*

Si servus meus rem meam tibi, scienti nolle me tibi COMMODARI, *commodaverit*, & commodati & furti nascitur actio, & præterea condictio ex causa furtiva, *L. 14. eod.*

Si COMMODAVERO tibi equum, quo utereris usque ad certum locum, si nulla culpa tua interveniente, in ipso itinere deterior equus factus sit, non teneris commodati, *L. 23. eod.*

Rem COMMODATAM perdidi, & pro ea pretium dedi, deinde res in potestate tua venit, contrario judicio aut rem mihi præstare debes, aut, quod à me accepisti, reddere, *L. 17. §. 5. eod.*

COMMODARE potest fur vel prædo, & habet commodati actionem, *L. 16. eod.*

COMMODARE verbum quandoque large pro *mutuare* accipitur, *L. 2. C. de his qui ex publ. ration. X.*

Si quis majora pondera tibi COMMODAVERIT, cum emeres ad pondus, furti is venditori tenetur, *L. 52. §. 22. de furtis.*

Is, qui quid utendum accepit, ipse alii COMMODAVERIT, furti tenetur, *L. 54. §. 1. eod.*

COMMODANS furi ferramenta scienter ad effringendum ostium, vel armarium, tenetur furti, licet nullum ejus consilium expressum ad furtum faciendum intervenerit, *L. 54. §. 4. eod.*

Qui scalam furti scienter COMMODAVERIT ad ascendendum, licet nullum ejus consilium principaliter ad furtum faciendum intervenerit, furti tenetur, *ibid.*

COMMODANS mihi pugillares, ut caveret mihi debitor, non recte facit importune illas repetendo, tenetur enim mihi commodati contraria, eo quod non patitur me uti re ad eum usum, ad quem est commodata, *L. 17. §. 3. commodati* &c.

COMMODANS tigna ad insulam fulciendam si subtraxerit commodatario, aut sciens vitiosa commodaverit, tenetur commodati contraria, *ibid.*

COMMODANS scienter servum vitiosum tenetur commodati contraria ad emendandum damnum omne, & non, ut tradat servum noxæ, *L. 22. eod.*

Qui sciens *vasa vitiosa* COMMODAVIT, si ibi infusum vinum, vel oleum corruptum, effusumve est, condemnandus eo nomine est, *L. 18. §. 3. eod.*

COMMODATARIUS.

COMMODATARIUS re obligatur commodanti, *L. 1. §. 3. de O. & A. §. 2. I. quib. mod. re contr. obl.*

COMMODATARIUS de ea ipsa re, quam accepit, restituenda tenetur, *ibid.*

COMMODATARIUS potest agere actione furti contra furem, postquam dominus egit contra eum actione commodati, *L. 22. §. 1. C. de furtis.*

COMMODATARIUS, cui furtum rei commodatæ factum est, nulla actione tenetur commodanti, postquam commodans elegerit actionem furti contra furem, *ibid.*

COMMODATARIUS à fure rem, & pœnam exigens postquam commodanti satisfecit, non tenetur ei pœnam reddere, *d. L. 22. §. 3. C. eod.*

COMMODATARIUS exactam diligentiam custodiendæ rei præstare tenetur,

netur, nec sufficit ei tantam diligentiam adhibuisse, quantam suis rebus adhibere solitus est, §. 2. *quib. mod. re contr. obl.*

COMMODATARIUS non possidet civiliter, nec naturaliter, sed dicitur possidere pro alio, §. 5. *de interdict.*

COMMODATARIUS re commodata alio modo, quam debet, utens furtum committit, §. 7. *de oblig. quæ ex delicto* &c.

COMMODATARIUS utens alio modo, quam debet, tenetur condictione furtiva, etiamsi sine dolo malo & culpa ejus res interierit, *L. 16. de condict. furtiva.*

COMMODATARIO non imputatur id, quod senectute, vel morbo contingit, vel vi latronum ereptum est, aut quid simile accidit, nisi aliqua culpa præcesserit, *L. 5.* §. *4. commodati* &c.

COMMODATARIUS non tenetur de incendio, vel ruina, vel de aliquo damno fatali, nisi forte, cum possit res commodatas salvas facere, suas prætulit, *ibid.*

COMMODATARIUS custodiam plane commodatæ rei diligentem debet præstare, *d. L. 5.* §. *5. eod.*

COMMODATARIUS quandoque tenetur commodati de interitu rei commodatæ, ut si equum sibi commodatum, ut ad villam duceret, & duxit ad bellum, *L. 5. §. 7. eod.*

COMMODATARIUS, cui equus, ut ad bellum duceret, commodatus est, non tenetur de interitu, nam commodantis est periculum, *ibid.*

COMMODATARIUS tenetur de periculo rei commodatæ, quod culpa ejus contingit, *ibid.*

COMMODATARIUS tenetur præstare diligentiam non solum in re commodata, sed etiam in ea, quæ sequitur rem commodatam, *d. L. 5. §. 9. eod.*

Sic COMMODATARIUS, cui commodata fuit equa, quam pullus comitabatur, tenetur præstare etiam pulli custodiam, *ibid.*

COMMODATARIUS dolum tantum & latam culpam præstat, quoties quis sua ipsius causa rem commodavit, vel ita convenit, *L. 5 §. 10. eod.*

COMMODATARIUS, cui commodatus est servus cum lance, tenetur de lance, si servus eam lancem perdiderit, quia lanx videtur commodata, *L. 5. §. 13. eod.*

COMMODATARIUS non tenetur, si servus commodatus cum lance commodata aufugit, nisi fugæ præstiterit culpam, *ibid.*

COMMODATARIUS eos casus non præstat, quibus resisti non potest, veluti mortes servorum, quæ sine dolo & culpa ejus accidunt, latronum hostiumve incursus, piratarum insidias, naufragium, incendium, fugas servorum, qui custodiri non solent, *L. 18. pr. eod.*

COMMODATARIUS, cui res commodata est sui ipsius tantum gratia, non tenetur de incursu latronum, vel hostium, vel de insidiis piratarum, vel de naufragio, si commodata fuit ei, ut eam peregre secum ferret, secus si commodata esset ideo, quod is diceret se amicos ad cœnam invitaturum, & eam peregre secum portaverit, quo casu tenetur etiam de casu, cum culpa præcesserit casum, *ibid.*

COMMODATARIUS, cui res commodata est gratia utriusque, tenetur solum de dolo, & levi culpa, *ibid.*

COMMODATARIUS non tenetur damno dato à tertio, nisi culpa præcessit, aut damnum sit datum pro-

pter inimicitias, quas author damni habet cum commodatario, *L. 19. eod.*

COMMODATARIVS si servo suo idoneo tradidit rem perferendam ad commodantem, si perierit, perit periculo commodantis, *L. 20. eod.*

COMMODATARIVS si solvit æstimationem rei commodatæ sibi deperditæ commodanti, & postea repererit eam à commodatore sibi surreptam, contra commodantem potest agere commodati contraria utili ad reddendam sibi rem surreptam, vel æstimationem susceptam, *L. 21. pr. eod.*

COMMODATARIVS non tenetur de casu fortuito, nisi expresse se adstrinxerit, *L. 1. C. de commodato.*

COMMODATARII damno non imputantur ea, quæ vi, cui resisti non potest, auferuntur, *ibid.*

COMMODATARIVS, cui vestimenta commodata sunt, non potest, si scissa fuerint, lege Aquilia agere, sed domino ea competit, *L. 11. §. 9. ad L. Aquil.*

COMMODATARIVS si vestimenta commodata ruperit, tenetur commodati actione & etiam L. Aquilæ, & si agatur Aquilia, tollitur commodati actio, sed si prius agatur actione commodati, potest nihilominus postea agere Aquilia in eo, quod ultra est in Aquilia, *L. 34. §. 2. de O. & A.*

COMMODATARIO competit actio furti non solum pro servo commodato sibi subtracto, sed etiam pro vestibus illius servi, *L. 14. §. 15. de furtis.*

COMMODATARIO competit actio furti non solum pro jumento commodato sibi subtracto, sed etiam pro ejus pullo, vel equulo, quamvis pullus vel equulus non sit commodatus, *ibid.*

COMMODATARIVS non habet furti actionem contra commodantem, qui rem commodatam sibi subtraxit, nisi impensas in rem commodatam fecerit, quia eo casu quasi pignoris loco ea res fuit, *L. 15. §. 2. eod.*

COMMODATARIVS, cui à servo suo surrepta est res commodata, non tenetur furti, sed tantum commodati, *L. 53. §. 2. eod.*

COMMODATOR.

Si servus COMMODATORIS rem subripuit, & solvendo sit commodatarius, commodati cum eo, & contra dominum furti, servi nomine, agi potest, *L. 53. §. 1. de furtis.*

COMMODATOR furti agere potest, licet commodatarii heres agere non possit, *L. 14. §. 14. eod.*

COMMODATOR si commodaverit ancillam usque ad annum faciendum certum ministerium, adveniente tempore recuperabit eam, si probaverit se tradidisse eam usque ad illud tempus, *L. 2. C. de commodato.*

COMMODATVM.

COMMODATVM accipiens re obligatur, & tenetur commodati actione, *§. 2. quib. mod. re contr. oblig.*

COMMODATI causa finalis est datio utendi gratia, *ibid.*

COMMODATVM à mutuo differt, quia in commodato non transfertur dominium, sed in mutuo, *ibid.*

COMMODATVM tunc proprie intelligitur, si nulla merces constituitur, & res utenda tibi traditur, alioqui mercede interveniente, locatio & conductio est, *ibid.*

COMMODATVM gratuitum esse debet, *ibid.*

Inter COMMODATVM, & utendum datum hoc tantum interest, quantum inter genus & speciem, *L. 1. §. 1. commodati* &c.

COMMODATVM in pupilli persona sine

ne tutoris auctoritate non consistit, *d. L. 1. §. 2. eod.*

COMMODATUM plerumque, i. e. regulariter, solam utilitatem continet ejus, cui commodatur, qui culpam & diligentiam præstare tenetur, *L. 5. §. 2. eod.*

COMMODATUM ab initio officii est, & voluntatis, ex postfacto necessitatis, *L. 17. §. 3. eod.*

In COMMODATO hæc pactio, *ne dolus præstetur*, rata non est, *d. L. 17. pr. eod.*

In COMMODATO non tantum venit dolus, sed etiam culpa, *L. 8. §. 3. de precario.*

COMMODATUM differt à mutuo, quia is, qui commodatum recipit, tenetur de ipsa re, quam accepit, restituenda, & qui mutuum accepit, non tenetur restituere eandem rem, sed aliam ejusdem generis, & qualitatis, *L. 1. §. 2. 3. & 4. de O. & A.*

Cum gratia sui tantum quis COMMODATUM accepit, de levissima culpa tenetur, *c. un. X. de commodato.*

COMMODATUM non revocatur ante usum completum, *ibid.*

In COMMODATO non præstatur casus fortuitus, nisi acciderit commodatarii culpa, vel intervenerit pactum, seu in mora commodatarius fuisset, *ibid.*

COMMODUM.

Secundum naturam est, COMMODA cujusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda, *L. 13. de R. I.*

Qui sentit onus, sentire debet COMMODUM, & è contra, *c. 55. de R. I. in 6.*

Non est naturæ consonum illos recusare *Onera*, qui rerum COMMODA amplectuntur, *Clem. 1. de censib.*

COMMODUM rei ad eum non pertinet, ad quem non pertinet periculum, *L. 13. §. 1. commodati* &c.

Sicut COMMODA sentimus ex actu præpositi institoris, ita & incommoda sentire debemus, *L. 1. de instit. actione.*

COMMODUM vel fructum non debet quis sentire ex sua calliditate, *L. 25. C. de legatis.*

COMMODUM non debet quis consequi ex eo, quod nixus est impugnare, *L. 27. §. 2. ad SC. Trebel.*

COMMUNICARE.

Quibus viventibus non COMMUNICAVIMUS, mortuis communicare non possumus, *c. 1. q. 2. caus. 24.*

Quibus vivis COMMUNICAVIMUS, mortuis quoque communicare possumus, *c. 3. ead.*

COMMUNI *dividundo judicium.*

COMMUNI dividundo judicium s. *actio* cessat, si res communis non sit, *L. 1. communi divid.*

COMMUNI dividundo judicium ideo necessarium fuit, quod *pro socio* actio magis ad personales invicem præstationes pertinet, quam ad communium rerum divisionem, *ibid.*

COMMUNI dividundo judicium duplex est, *L. 2. §. 1. eod.*

In COMMUNI dividundo judicio ultra divisionem rerum ipsarum, quæ communes sunt, venit illud, quod in his damnum datum factumque est, aut quod occasione communionis abest alicui sociorum, aut ad eum pervenit ex re communi, *L. 3. pr. eod.*

Per COMMUNI dividundo judicium corporalium rerum fit divisio, quarum rerum dominium habemus, non etiam hereditatis, *L. 4. pr. eod.*

COMMUNI dividundo judicio agi potest de puteo, si solum ejus commune sit, *L. 4. §. 1. eod.*

COMMUNI dividundo judicium bonæ fidei est, *L. 4. §. 2. eod. §. 28. de A.*

COM-

COMMVNI dividundo judicio agi potest de ea re, quæ indivisa mansit, *L. 4. §. 2. eod.*

In COMMVNI dividundo judicio venit non solum ipsius rei divisio, sed etiam præstationes veniunt, & ideo si quis impensas fecerit, consequatur, *L. 4. §. 3. eod.*

Si COMMVNI dividundo judicio agatur non cum ipso socio, sed cum herede socii, veniunt impensæ & fructus à defuncto percepti ex re communi, *ibid.*

In COMMVNI dividundo judicium non veniunt fructus ante percepti, quam res communis esset, vel sumtus ante facti, *ibid.*

COMMVNI dividundo judicium locum habet & in vectigali agro, *L. 7. pr. eod.*

COMMVNI dividundo judicium locum non habet inter prædones, nec inter precario, vi aut clam possidentes, *L. 7. §. 4. eòd.*

COMMVNI dividundo judicium utile datur eis, qui rem pignori acceperunt, *L. 7. §. 6. eod.*

COMMVNI dividundo judicium datur inter eos, qui missi sunt in possessionem legatorum, *L 7. §. 7. eod.*

COMMVNI dividundo judicium neque colonis, neque eis, qui depositum susceperunt, competit, quamvis naturaliter possident, *L. 7. §. 11. eod.*

In COMMVNI dividundo judicium omnes res veniunt, nisi si quid fuerit ex communi consensu exceptum nominatim, ne veniat, *L. 13. eod.*

COMMVNI dividundo judicio recte agitur, sive neuter possideat, sive alter sociorum fundum non possideat, *L. 3?. eod.*

COMMVNI dividundo judicio veniunt tantum ea, quæ sunt communia, & vendita à socio parte sua respectu illius partis venditæ habet alius socius communem cum emptoribus, *L. 3. C. communi divid.*

In COMMVNI dividundo judicium veniunt sumptus, & fructus habita ratione doli & culpæ, *L. 4. C. eod.*

COMMVNIO.

Qui à COMMVNIONE malorum se non separant, participes efficiuntur pœnæ, *c. 31. §. 3. q. 1. caus. 24.*

In COMMVNIONE vel societate nemo compellitur invitus manere, *L. 5. C. communi divid.*

Ad COMMVNIONEM nemo invitus compellitur, *L. 26. §. 4. de condict. indeb.*

Vbi non est COMMVNIO, ibi locum non habet divisio, *L. 6. de rebus eorum, qui sub. tut.*

COMMVNIO nulla datur, si alius proprietatem, alius usumfructum habeat, *ibid.*

COMMVNIO non impedit partem pro indiviso in dotem dari, *L. 16. C. de jure dot.*

COMMVNIO, aut societas bonorum non impedit jus testandi, *L. 1. C. qui testam. facere* &c.

COMMVNIS, e.

In re COMMVNI potior est conditio prohibentis, *c. 56. de R. I. in 6.*

Naturali jure omnium COMMVNIA sunt illa, aër, aqua profluens, & mare, & per hoc littora maris, *L. 2. de D. R. & §. 1. de R. D.*

Si COMMVNES ædes tecum habeam, & pro tua parte damni infecti vicino cavero, dicendum est, quod præstitero, negotiorum gestorum actione potius, quam communi dividundo judicio, posse me petere, *L. 40. de N. G.*

COMMVNE prædium habens curator cum minore si vendat, contra venditionem minor potest restitui, & rescinditur venditio pro illa minoris parte,

parte, pro qua prædium commune fuit, nisi emptor à toto velit discedere, qui partem empturus non erat, *L. 47. §. 1. de minor.*

In COMMUNI re socius potest aliquid facere invito socio, scilicet quod ei prodest, & socio non nocet, posset tamen prohiberi, si socio noceret, *L. 19. pr. §. 1. de S. P. V.*

Si in re COMMUNI mea & tua damnum nobis dederit Titii servus, si cum eo agemus, erit noxali Aquiliæ actioni locus, ne damnatus in solidum singulis noxæ dedere cogatur, *L. 19. pr. de noxal. action.*

Cum societate res COMMUNIS est, veluti inter eos, qui pariter eandem rem emerunt, *L. 2. pr. communi divid.*

Sine societate res COMMUNIS est, veluti inter eos, quibus eadem res testamento legata est, *ibid.*

COMMUNIS res ne unquam dividatur, non valet pactum, secus si ad tempus fiat, *L. 14. §. 2. eod.*

Si is, cum quo fundum COMMUNEM habes, ad delictum non respondit, & ob id motu judicis villa diruta est, aut arbusta succisa sunt, præstabitur tibi detrimentum judicio communi dividundo, *L. 20. eod.*

Si fundus COMMUNIS in dotem datus erit, & socius egerit cum marito communi dividundo, adjudicatusque fundus socio fuerit, in dote erit quantitas, qua socius marito damnatus fuerit, *L. 78. §. 4. de jure dot.*

Si fundus COMMUNIS in dotem datus marito fuerit adjudicatus, pars utique data in dotem dotalis manebit, divortio autem facto sequetur restitutionem, propter quam ad maritum pervenit, etiam altera portio, scilicet ut recipiat tantum pretii nomine à muliere, quantum dedit ex condemnatione socio, *ibid.*

Si COMMUNIBUS ædibus arbor impendeat, singuli domini habent interdictum de arboribus cædendis, & quidem in solidum, quia & servitutum vindicationem singuli habent, *L. 1. §. 5. de arbor. cæd.*

COMMUNE si sit prædium duobus, unus eorum recte poterit vendere portionem solam ad se pertinentem, sed post litis contestationem non poterit, ceteris dominis non consentientibus, *L. 1. C. communi divid.*

COMMUNE prædium si dividi non potest, certis regionibus vel adjudicationibus fiet æstimatio & plus offerenti dabitur, & in pretio condemnabitur alii, *L. 3. C. eod.*

COMMUNIS non est res empta communi pecunia, vel redacta ex rebus communibus, nec venit communicanda, nisi inter socios omnium bonorum, sed pecunia peti debet, *L. 4. C. communia utriusque.*

COMMUNIS dicitur grex, si pecora Titii tuis pecoribus mixta fuerint ex voluntate vestra, secus si per errorem vel casu, §. 28. *de R. D.*

In re COMMUNI feudum ejusque investitura recte constituitur, *II. F. 58. §. 2.*

De re COMMUNI investitus potest ad divisionem provocare, *ibid.*

De COMMUNI emptum feudum novum habet fratrem successorem, *I. F. 20.*

Iure Divino omnia sunt COMMUNIA omnibus, *c. 1. dist. 8.*

COMMUNIA debent esse amicorum omnia, *c. 2. §. 2. q. 1. caus. 12.*

COMMUNIS usus omnium, quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit, per iniquitatem alius hoc suum esse dixit, & alius illud, *d. c. 2. §. 1. ead.*

COMMUNIS vita omnibus Clericis est servanda, *c. 2. pr. ead.*

COMMUNITAS.

Nulla COMMUNITAS potestatem habeat in Ecclesias, vel ecclesiasticas personas, neque potest eis collectas imponere, *Auth. Item nulla*, *C. de Episcop. & Cler.*

COMMUTATIO.

COMMUTATIONES rerum ecclesiasticarum factæ in casu non concesso, seu non servata solennitate juris, sunt revocandæ per successorem, *c. 2. X. de rerum permutat.*

COMMUTATIONES Præbendarum sine Episcopo de jure fieri non possunt, *c. 5. eod.*

COMOEDIA.

Reprehenduntur Sacerdotes, qui omissis Evangeliis COMOEDIAS legunt, *c. 2. dist. 37.*

COMPARATIO.

COMPARATIONES literarum ex chirographis & aliis instrumentis non publice confectis occasionem criminis falsitatis dare in judiciis & contractibus manifestum est, *L. 20. C. de fide instrum.*

COMPARATIO literarum ex chirographis fieri non licet, nisi trium testium subscriptiones habuerint, *ibid.*

COMPARATIO aliter fieri non potest, nisi juramento antea præstito ab his, qui comparationem faciunt, fuerit affirmatum, quod neque lucri causa, neque inimicitiis, vel gratia tenti faciunt hujusmodi comparationem, *Nov. 73. c. 7. pr. §. 3.* & *L. 20. C. de fide instrum.*

COMPARATIO potest fieri de scriptura, quæ producta est à parte adversa, *Auth. Ad hac. C. eod.*

COMPARATIO potest fieri ex scriptura desumpta ex archivo publico, *ibid.*

COMPASSIO.

Vera justitia COMPASSIONEM habet, falsa vero dedignationem, *c. 15. dist. 45.*

COMPATER.

Si vir est COMPATER, etiam uxor erit Commater parentibus infantis, qui vir & mulier caro una effecti sunt, *c. 3. q. 4. caus. 30.*

COMPATRIS uxorem ducere potest, cujus ipsa commater non fuerat, *c. 4. ead.*

COMPENSARE.

COMPENSARE potest fidejussor, *L. 4. de compensat.*

COMPENSARI potest naturale debitum, *L. 6. eod.*

COMPENSARE creditor non cogitur, quod alii quam debitori suo debet, *L. 18. §. 1. eod.* & *L. 9. C. eod.*

Si quis COMPENSARE potuit, nec tamen compensavit, sed solvit, solutum potest condicere tanquam indebitum, *L. 10. §. 1. eod.*

COMPENSARI ubique potest debitum certo loco habita ratione propter locum, *L. 15. eod.*

COMPENSARE non potest debitor obligatus heredi instituto in castrensibus illud, quod sibi debetur ab alio herede in paganicis, quia duæ hereditates sunt, *L. 16. pr. eod.*

COMPENSATIO.

COMPENSATIO est debiti & crediti inter se contributio, *L. 1. de compensat.*

COMPENSATIONES appositæ plerumque efficiunt, ut minus quisque consequatur, quam ei debeatur, *§. 39. de A.*

COMPENSATIO in causa fiscali ita demum locum habet, si eadem statio quid debeat, quæ petit, *L. 1. C. de compensat.*

COMPENSATIO judicatæ rei solvendæ non solutæ recte petitur, *L. 2. C. eod.*

COM-

COMPENSATIO fisco objici non potest petenti tributa, *L. 3. C. eod.*

COMPENSATIONIS vis hæc est, ut solutionis similitudinem habeat, i. e. ut qui compensare possit, solvisse videatur, *L. 4. C. eod.*

Qui totius debiti COMPENSATIONEM habet, integrum debitum, qui partis, eam partem solvisse, & ejusdem partis usuras legitime debitas sustulisse intelligitur, *ibid.*

COMPENSATIONES ex omnibus actionibus ipso jure fieri possunt, nulla differentia in rem, vel personalibus actionibus inter se observanda, *L. 14. pr. C. eod.*

COMPENSATIO locum non habet in actione depositi, *d. L. 14. §. 1. C. eod.*

COMPENSATIO non liquidi ad liquidum non fit, *ibid.*

COMPENSATIO possessionem alienam perperam occupantibus non datur, *L. 14. §. 2. C. eod.*

COMPENSATIO debiti cum debito, quod fisco, vel reipub. debetur ex causa vectigalium, tributorum, frumenti, olei, vel alimentorum statutorum alicui servienti reipub. vel ex Calendario non fit, *L. 3. C. eod.*

COMPENSATIO ideo necessaria, quia interest nostra potius non solvere, quam solutum repetere, *L. 3. de compens.*

Id etiam in COMPENSATIONEM venit, quod natura debetur, *L. 6. eod.*

Si rationem COMPENSATIONIS Iudex non habuerit, salva manet petitio, nec rei judicatæ exceptio objici potest, *L. 7. §. 1. eod.*

COMPENSATIONEM objicere potest filius de eo, quod debetur patri, si caveat patrem suum ratum habiturum, *L. 9. pr. eod.*

COMPENSATIO recte fit in debitis ex paribus causis, *L. 10. pr. eod.*

COMPENSATIO locum habet in stipulationibus, quæ instar actionum habent, i. e. prætoriis, *L. 10. §. 3. eod.*

COMPENSATIO tam in ipsa stipulatione, quam in ex stipulatu actione potest objici, *ibid.*

In COMPENSATIONEM non veniunt, quæ per exceptionem perimi possunt, *L. 14. eod.*

COMPENSATIO debiti si ex una causa facta sit, non potest objici in cæteris debitis ex alia causa, *L. 13. eod.*

COMPENSATIO tutori petenti nomine pupillorum non potest objici eius pecuniæ, quam ipse tutor suo nomine adversario debet, *L. 23. eod.*

COMPENSATIO doli cum dolo fit, *L. 3. §. 3. de eo, per quem factum erit, &c.*

COMPENSATIONI contra depositum locus non est, *c. 2. X. de depos.*

COMPENSATIO in adulterio admittitur, *c. 6. & 7. X. de adulteriis* &c.

COMPOSITIO.

Tenet COMPOSITIO super decimis facta cum assensu Superioris, *c. 2. X. de transact.*

Si COMPOSITIO non est juri contraria, non est à loci Episcopo reprobanda, *c. 5. eod.*

COMPOSITVM.

COMPOSITVM in componentia resolvi potest, *c. 8. X. de Celebr. missar.*

COMPRIVIGNVS.

COMPRIVIGNI nuptiis inter se jungi possunt, *L. 34. §. pen. de R. N. §. 8. de N. L. 134. de V. O.*

COMPROMISSARIVS.

COMPROMISSARII secreto & sigillatim voluntatibus omnium inquisitis illum, in quem major & sanior pars

Capituli consenserit, eligere tenentur, *c. 29. X. de elect. in 6.*

Si COMPROMISSARIUS non elegit intra tempus juris, ad proximum Superiorem devolvitur potestas providendi, *c. 37. eod.*

Si COMPROMISSARIUS eligit, sed indignum, indistincte redit ad compromittentes, nisi id scienter ratum habuerint, vel si Electus idoneus non consenserit, *ibid.*

Si COMPROMISSARIUS scienter eligit indignum, ipse solus ab Ecclesiasticis beneficiis triennio suspenditur, nisi id compromittentes scienter ratum habuerint, *ibid.*

COMPROMISSUM.

COMPROMISSUM infra certum tempus potest fieri, *c. 38. X. de Offic. & potest. deleg.*

Non valet COMPROMISSUM factum in duos sive plures, hoc adjecto, ut in casu discordiæ eligatur tertius per eosdem vel alios, *c. 12. X. de Arbitris.*

Valet COMPROMISSUM factum in unum vel in plures, ut ipsi per se causam definiant, vel per alios, quos ipsi elegerint, *c. 13. eod.*

COMPROMISSUM non extenditur in compromittentis heredes, si de ipsis in compromisso non caveatur, *c. 14. eod.*

COMPROMISSUM ad similitudinem judiciorum redigitur, & ad finiendas lites pertinet, *L. 1. de receptis, qui arbitrium* &c.

Ex COMPROMISSO non nascitur exceptio rei judicatæ, sed pœnæ petitio, *L. 2. eod.*

COMPROMISSUM si fiat inter duos, quorum unus non potest esse arbiter, alter sententiam dicere non cogetur, nec sententia valet, nisi esset adjectum in solidum, *L. 7. §. 1. eod.*

COMPROMISSUM validum est, quando alter rem, alter pecuniam stipulanti promisit, *L. 11. §. 2. eod.*

COMPROMISSUM interdum recte nudo pacto fit, ut puta si ambo debitores fuerunt, & pacti sunt, *Ne petat quod sibi debetur, qui sententiæ arbitri non paruit*, *L. 11. §. 3. eod.*

COMPROMISSUM, in quo dicitur, quod in casu discordiæ tertius assumatur, valet, quando assumendo tertium, non adimitur prioribus facultas sententiæ dicendæ, secus si assumendo tertium adimeretur eis facultas sententionandi, quia tunc valet compromissum, *L. 17. §. 5. eod.*

COMPROMISSUM si sit factum in arbitrum, ut certam sententiam absolutoriam, vel condemnatoriam dicat, nullum est arbitrium, nec arbiter cogi potest sententiam dicere, *L. 19. pr. eod.*

COMPROMISSUM si fuerit factum separatim de pluribus controversiis, & arbiter super una sententiam dixit, quantum ad illam controversiam arbiter esse desinit, sed non quoad alias, quia plura dicuntur compromissa, *L. 21. pr. eod.*

Plenum COMPROMISSUM appellatur, *quod de rebus controversiisve compositum est*, nam ad omnes controversias pertinet, *L. 19. §. 6. eod.*

COMPROMISSI diem proferendi facultate data arbitro, nulla alia facultas intelligitur data, quam prorogandi diem, & ideo conditionem primi compromissi neque minuere, neque mutare potest, *L. 25. §. 1. eod.*

In COMPROMISSO primo si fuerint adhibiti fidejussores, illo compromisso prorogato debent dari iidem, vel alii æque idonei fidejussores, *L. 25. §. 2. eod.*

Hoc

Hoc COMPROMISSVM plenum est, quod & doli clausulæ habet mentionem, *L. 31. eod.*

COMPROMISSO si adjiciatur, *ut si quid dolo in ea re factum sit*, quod tantum dari debeat, qui dolum commisit, potest ex stipulatu conveniri, sed si nihil sit dictum, contra dolosum datur actio, aut exceptio doli, *L. 31. eod.*

In COMPROMISSO minor an major sit pœna, quam res, de qua agitur, nihil interest, *L. 32. pr. eod.*

In COMPROMISSIS arbitrium personæ insertum personam non egreditur, *L. 45. eod.*

COMPROMISSVM simpliciter factum non extenditur ad lites futuras, *L. 46. eod.*

COMPROMISSVM solvitur morte unius ex arbitris, *L. 27. §. 1. eod.*

COMPROMISSVM solvitur homine mortuo, de quo erat compromissum, nisi aliquid intersit litigantium, *L. 32. §. 5. eod.*

COMPROMISSVM morte cujusvis ex litigatoribus solvitur, non solum, quando nulla heredis mentio facta est, sed etiam quando ab altera tantum parte heredis mentio facta est, *L. 49. §. 2. eod.*

COMPROMISSVM si sit juratum, & ab arbitro, vel à partibus tantum, vel ab arbitro tantum, ex arbitri sententia condemnatoria oritur actio, ex absolutoria exceptio, secus si juratum non appareat in actis, licet altera pars, vel arbiter afferat esse juratum, quia nec alteri parti, nec arbitro creditur, *L. 4. pr. §. 1. &c. C. de receptis arbitr.*

COMPROMISSVM hodie jure authenticorum prohibetur fieri cum juramento tam à partibus, quam ab arbitris, *Auth. Decernit jus novum* &c. *C. eod.*

COMPROMITTERE.

COMPROMITTI potest in libertum, & etiam in infamem, *L. 7. pr. de receptis, qui arbitr.*

COMPROMITTI non potest in servum, *L. 7. §. 1. eod.*

COMPROMITTI non potest in pupillum, furiosum, surdum, aut mutum, *L. 9. §. 1. eod.*

COMPROMITTI non potest in judicem ordinarium illius causæ etiam eo jubente, *L. 9. §. 2. eod.*

COMPROMITTI non potest de famoso delicto publico, vel privato criminaliter, nec de adulteriis, sicariis, & similibus, sed bene potest civiliter, & tunc sententia arbitri non infamat, *L. 32. §. 6. eod.*

COMPROMITTERE servus non potest, *L. 3. §. 8. de peculio.*

COMPROMITTERE non possunt Electores in præjudicium electi, *c. 21. X. de electione* &c.

COMPROMITTI potest autoritate Iudicis etiam delegati de causa spirituali in Clericum & Laicum, *c. 9. X. de arbitris.*

COMPVRGATOR.

COMPVRGATOR jurat de credulitate, *c. 13. X. de purg. canon.*

COMPVRGATORES debent esse honesti, & notum habere eum quem purgant, nec debent à Iudice vel alio impediri, & deficiens in purgatione, punitur ut convictus, *c. 7. X. eod.*

Numerus COMPVRGATORVM est arbitrarius, *c. 10. X. eod.*

Sufficit si COMPVRGATOR sit bonæ famæ, nec de crimine suspectus condemnatus, *c. 9. X. eod.*

COMPVTARE.

Qualiter COMPVTANTVR gradus parentelæ, *c. 4. q. 5. caus. 35.*

Quomodo COMPVTANDI sint gradus consanguinitatis, *c. 2. q. 5. ead.*

COMPVTATIO.

COMPVTATIO consanguinitatis incipienda est à stipite, *c. 7. X. de consang.*

CONATVS.

CONATVS solus Vasalli non punitur amissione feudi, *II. F. 51. c. 2.*

CONCEDERE.

CONCEDENDVM est facile id, quod nemini nocet, & petenti prodest, *L. 7. C. de precib.*

CONCEDI non debet quid una via alicui, quod alia via eidem negatur, *c. un. de Cler. conjug. in 6.*

Quod ob gratiam alicujus CONCEDITVR, non est in ejus dispendium retorquendum, *c. 61. de R. I. in 6.*

CONCESSA servitute videntur concessa omnia, sine quibus quis servitute uti non potest, *L. 11. §. 1. communia prædior.*.

CONCENTOR.

CONCENTOR dicitur, qui consonat, qui autem non consonat, nec concinit, nec cantor, nec concentor est, *c. 1. §. 16. dist. 21.*

CONCEPTIO.

CONCEPTIONIS tempus inspicitur, ut dignitates parentum prosint filiis, *L. 7. §. 2. de Senator.*

Qui CONCEPTIONEM immaculatæ Virginis devote celebrabunt, in eodem Festo, & ejus Octavis Officio intererunt, tales tribuuntur indulgentiæ, quales consequuntur Christi Fideles in Corporis Christi solennitate, *c. 1. Extrav. Com. de Reliquiis* &c.

CONCEPTVS.

CONCEPTVS antequam sit animatus, non dicitur committi homicidium per abortum, *c. 20. X. de homicid.*

CONCEPTVS quodammodo in rerum natura esse existimatur, *L. 7. de suis & legitimis* &c.

Si ante CONCEPTVS est puer, quam mater ejus in metallum condemnaretur, natus conditionis ejus est, cujus ante condemnationem mater ejus fuit, *L. 4. C. de pœnis.*

CONCESSIO.

Valet secunda CONCESSIO Ecclesiæ facta alteri Ecclesiæ per Episcopum & Patronum, non obstante priori facta per Patronum solum, *c. 20. X. de jure patron.*

CONCESSIO specialis prævalet generali, *L. 40. pr. de procur.*

In CONCESSIONE partis facta socio potest concedens fundum proprium servientem facere, *L. 32. de S. P. R.*

CONCESSIO ad usum indeterminatum dicitur precarium, non donatio, & transit ad heredes concedentis, & potest per eos revocari, *L. 32. de donat.*

CONCESSIONE generali ea videntur concessa, quæ verisimile est specialiter concedi, *L. 35. C. de inoffic. testam.*

CONCILIVM.

CONCILIA *Nicænum*, *Constantinopolitanum*, *Ephesinum*, & *Calcedonense*, recepta sunt à Iustiniano, *L. 4. C. de summa Trinit.*

CONCILIVM universitatis debet convocari in loco publico, *L. 5. C. de Legation. X.*

Ad CONCILIVM quando vocantur omnes de concilio, sufficit quod sint in concilio illi, qui sunt in civitate, nec sunt expectandi absentes, nec infirmi, vel aliter impediti, *L. 6. C. eod.*

CONCILIVM à communi intentione dictum quasi *consilium*, *c. 1. §. 7. dist. 15.*

Vel CONCILIVM dictum est à communi intentione, eo quod in unum dirigant omnem mentis obtutum, *ibid.*

CONCILIA sunt vel universalia vel provincialia, *c. 2. dist. 3.*

CONCILIORVM provincialium alia cele-

celebrantur autoritate Pontificis Romani, præsente videlicet Legato sanctæ Romanæ Ecclesiæ, alia vero autoritate Patriarcharum, vel Primatum, vel Metropolitanorum ejusdem Provinciæ, *ibid.*

Quatuor sunt CONCILIA, *Nicænum* scilicet, in quo perversum Arii dogma destruitur; *Constantinopolitanum*, in quo Eunomii & Macedonii error convincitur; *Ephesinum*, in quo Nestorii impietas judicatur; *Calchedonense*, in quo Eutychis Dioscorique pravitas reprobatur, *c. 2. pr. ead.*

Nicæni CONCILII viginti tantum Capitula in sancta Romana Ecclesia habentur *c. 13. dist. 16.*

Nicæni CONCILII capitula referuntur *c. 12. ead.*

CONCILIVM ratum non est, quod autoritate Romanæ Ecclesiæ fultum non fuerit, *c. 2. dist. 17.*

Sardiense CONCILIVM autoritate Apostolica recipitur, *c. 14. dist. 16.*

CONCILIORVM tempora enumerantur, *c. 9. ead.*

Sancta octo universalia CONCILIA autoritate Romani Pontificis roborantur *c. 8. ead.*

Qui sibimet dissentiunt, non agunt CONCILIVM, quia non consentiunt in unum, *c. 1. §. 7. dist. 15.*

Quæ in CONCILIIS statuuntur, singuli Episcoporum suis Ecclesiis notificent, *c. 17. dist. 18.*

Quo tempore CONCILIA Episcoporum sint celebranda, *c. 3. ead.*

Episcopale CONCILIVM ad morum correctionem, & controversiarum dissolutionem bis in anno fiat, *c. 4. ead.*

Non cogantur Presbyteri ad sacra CONCILIA eulogias deferre, *c. 8. ead.*

CONCILIA provincialia singulis annis celebranda sunt, *c. 25. pr. de accusat.*

Non est CONCILIVM, sed *Conventiculum*, quod sine Sedis Apostolicæ autoritate celebratur, *c. 5. dist. 17.*

CONCILIA provincialia sine Romani Pontificis præsentia pondere carent, *c. 6. ead.*

CONCIO.

Ad CONCIONEM audiendam omnes admittendi, *c. 67. dist. 1. de consec.*

CONCIONARE.

Ad CONCIONANDVM Laicus non est admittendus, *c. 29. dist. 23.*

Mulieri CONCIONARE non permittitur, *ibid.*

Non ordinati, ad CONCIONANDVM non sunt admittendi, *c. 13. §. 6. X. de Hæreticis.*

CONCIONATOR.

CONCIONATOR debet esse eruditus & doctus, irreprehensibilis, maturus, providus, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere, *c. 12. q. 1. caus. 8.*

CONCIONATORES à solo Episcopo ordinandi, *c. 1. X. de capellis Monachor.*

CONCLAVE.

In clauso CONCLAVI nisi eligentes intra triduum aliquem eligant, uno ferculo contenti esse debent, *c. 3. §. 1. X. de electione* &c.

CONCLAVE *est locus secretior domus, L. 28. de S. P. V.*

CONCLAVE & porticus cedit illi domui, ad cujus usum est deputatum vel destinatum, *L. 47. de damno infecto.*

CONCVBINA.

Qui non habet uxorem, sed loco illius CONCVBINAM, à communione non repellitur, *c. 4. dist. 34.*

Iustinianus Imper. quasdam CONCVBINAS comparat quodammodo uxoribus, quæ sine dotalium tabularum

larum solennitate ductæ fuerant, *ibid.* & *Nov. 18. c. 5.*

CONCUBINAM unam Christiano habere licet, *c. 5. dist. 34.*

Qui plures habuit CONCUBINAS, ex eo Bigamus non est, *c. 6. X. de bigamis* &c.

CONCUBINAM habenti Clerico, purgatio indicitur, *c. 8. X. de cohabit. Cler. & mulier.*

CONCUBINAE possunt transire ad honestum placitum nuptiarum, *c. 2. q. 1. caus. 31.*

CONCUBINAM habere non licet, *Nov. Leon. 91.*

CONCUBINA uxorem imitatur, *Nov. 18. c. 5.*

Ut Lege Iulia de adulteriis tenetur uxor, ita & CONCUBINA, *L. 13. pr. ad L. Iul. de adult.*

Ut secunda uxor patris, ita CONCUBINA filio quasi noverca est, ut eam ducere uxorem nequeat, *L. 4. C. de nupt.*

CONCUBINAM ex sola animi destinatione æstimari oportet, *L. 4. de concub.*

Cujuscunque ætatis CONCUBINAM habere posse, palam est, nisi minor annis duodecim sit, *L. 1. §. 4. eod.*

Honestius est Patrono libertam CONCUBINAM, quam matremfam. habere, *L. 1. pr. eod.*

CONCUBINAM constante matrimonio habere non licet, *L. un. C. de concub.*

CONCUBINARIUS.

CONCUBINARIUS publicus à denunciatione repellitur, *c. 20. X. de accus.*

Missam CONCUBINARII notorii nemo audiat, *c. 5. dist. 32.*

CONCUBINATUS.

CONCUBINATUM justum faciunt concubinæ ad tempus adhibitæ, licet causa filiorum non concumbant, *c. 5. q. 2. caus. 32.*

CONCUBINATUS est conjugium, sed inæquale, *L. 3. C. de natur. liber.*

Per CONCUBINATUM cœlebs stuprum non committit, *L. 3. de concub. L. 34. pr. ad L. Iul. de adulter.*

CONCUBINATUS extra legis pœnam est, quia per leges nomen assumpsit, *L. 3. §. 1. de concub.*

CONCUBINATUS furore non tollitur, *L. 2. eod.*

In CONCUBINATU potest esse & aliena liberta, & ingenua, & maxime ea, quæ obscuro loco nata est, vel quæstum corpore fecit, *L. 3. pr. eod.*

In CONCUBINATU mulierem ingenuam & honestæ vitæ habere non licet, *ibid.* & *L. 24. de R. N.*

Si qua in patroni fuit CONCUBINATU, deinde in filii esse cœpit, vel in nepotis, vel contra, non puto eam recte facere, quia prope nefaria est hujusmodi conjunctio, *L. 1. §. 3. de concub.*

Quæ in CONCUBINATU est, ab invito patrono poterit discedere, & alteri se aut in matrimonium aut in concubinatum dare, *L. 1. pr. eod.*

Solas eas in CONCUBINATU habere licet sine metu criminis, in quas stuprum non committitur, *L. 1. §. 1. eod.*

Qui damnatam adulterii in CONCUBINATU habuit, non tenetur Lege Iulia de adulteriis, d. *L. 1. §. 2. eod.*

Per CONCUBINATUM adulterium committitur, *L. 13. pr. ad L. Iul. de adult.*

Per CONCUBINATUM adulterium non committitur, *L. 3. §. 1. de concub.*

CONCUMBERE.

Si CONCUBUERIT Vasallus cum Domini uxore, vivente Domino, feudum amittit, *I. F. 5. pr.* & *21.*

Si CONCUBUERIT Vasallus cum filia, nepte ex filio, nupta filio, sorore Domini, feudum amittit, *I. F. 5. pr.*

CON-

CONCVPISCENTIA.

Ex CONCVPISCENTIA omnia mala oriuntur, *c. 4. X. de constitut.*

Lex CONCVPISCENTIAM prohibens, omnia mala prohibet, *ibid.*

CONCVSSIO.

CONCVSSIONIS judicium publicum non est, *c. 128. q. 1. caus. 1.* & *L. 2. de concuss.*

CONCVSSIONIS crimen est, cum aliquis occasione publici officii, quod habet, extorquet aliquid à subjectis, *L. 3. C. de condict. ob turp. caus.*

CONDEMNARE.

Absens in criminibus CONDEMNARI non debet, *L. 5. pr. de pœn.*

CONDEMNARI quis non debet ex suspicionibus, *ibid.*

CONDEMNARI quis non potest, ut de saxo præcipitetur, *L. 25. §. 1. eod.*

In opus metalli ad tempus nemo CONDEMNARI debet, sed qui ad tempus damnatus est, etiamsi faciet metallicum opus, non in metallum damnatus esse intelligi debet, hujus enim libertas manet, quamdiu etiam hi, qui non in perpetuum opus damnantur, *L. 28. §. 6. eod.*

CONDEMNATVS judicio publico non habet jus accusandi, nisi liberorum vel patronorum suorum mortem eo judicio, vel rem suam exequatur, *L. 4. de accusation.*

CONDEMNATVS ille dicitur, qui non provocavit, sed qui provocavit, nondum dicitur damnatus, *L. 2. §. 2. de pœnis.*

CONDEMNATVS non videtur ille, qui ab eo, qui jus damnandi non habuit, condemnatus est, *ibid.*

CONDEMNATVS dicitur quis, ubi condemnatio tenuit, *ibid.*

CONDEMNATVS ad mortem non debet ultra audiri, quidquid dicere velit, licet de salute principis se dicturum dicat, *L. 6. pr. eod.*

CONDEMNATVS in actione personali si intra quatuor menses non solvat, post quadrimestre tenetur etiam ad usuras centesimas, *L. 1. C. de usuris rei jud.*

CONDEMNATVS ad solvendum habet quatuor menses à die primæ sententiæ, si non fuerit appellatum, vel à die confirmationis, si fuerit appellatum, & postea currant usuræ centesimæ omni alia usura cessante, *L. 2. C. eod.*

Si plures CONDEMNANTVR ad unam summam simpliciter debitam ex una causa, quilibet censetur condemnatus pro parte virili, vel æquali, *L. 1. C. si plures una sent. condemn.*

Si furti, vel aliis famosis actionibus quis CONDEMNATVS provocavit, pendente judicio nondum inter famosos habetur, si autem omnia tempora provocationis lapsa sunt, retro infamis est, *L. 6. §. 1. de his, qui not. inf.*

Si quis alieno nomine CONDEMNATVS fuerit, non laborat infamia, & ideo nec procurator meus vel defensor, vel tutor, vel curator, vel heres, furti, vel ex alia simili specie *condemnatus*, infamia notabuntur, *L. 6. §. 2. eod.*

CONDEMNATVS in actione mandati directa infamis est, non vero mandati contraria, nisi in uno casu, *L. 6. §. 5. eod.*

CONDEMNATVS contrario judicio non est infamis, nec immerito, nam in contrariis non de perfidia agitur, sed de calculo, qui fere judicio solet dirimi, *L. 6. §. 7. eod.*

In actionibus, quæ ex contractu proficiscuntur, licet famosæ sint, & CONDEMNATI notantur, attamen pactus non notatur, *L. 7. eod.*

CONDEMNATVS licet sit quis ex suo nomi-

nomine, & ex suo facto ex instantia cœpta cum alio non est infamis, cum initio lis in eum contestata non sit, *L. 14. eod.*

CONDEMNATUS furti, quod non sit infamis, non potest efficere Præses provinciæ, *L. 63. de furtis.*

CONDEMNATUS Lege Iulia repetundarum, testimonium publice dicere, aut judex esse, postulareve prohibetur, *L. 6. §. 1. de L. Iul. repetund.*

CONDEMNATO ex falsis instrumentis appellatione non interposita subvenitur per restitutionem in integrum, *L. 2. C. si ex falsis instrum.*

Non parentum, sed propria culpa quemque CONDEMNAT, *c. 5. dist. 56.*

CONDEMNARI nemo potest, nisi aut convictus, aut sponte confessus fuerit, *c. 1. q. 1. caus. 2.*

Non debet quis CONDEMNARI de gravi crimine propter præsumptionem etiam vehementem, *c. 14. X. de præsumpt.*

Nullus CONDEMNANDUS est ante justam probationem, *c. 10. q. 5. caus. 30.*

Nulla Lex absentem CONDEMNAT, *c. 4. q. 9. caus. 3.*

Qui CONDEMNAT errantes, probat se odisse vitia, *c. 3. §. 1. dist. 86.*

Nemo CONDEMNANDUS est ante verum & justum judicium, *c. 13. q. 1. caus. 2.*

Frustra CONDEMNATUR ab homine, quem Deus justificat, *c. 53. q. 3. caus. 11.*

CONDEMNANDUS in expensis est, qui per falsas literas gravat adversarium, *c. 3. X. de rescript.*

CONDEMNATUS in actione injuriarum, fit infamis, nisi sit minima injuria, *c. 23. X. de sent. & re judic.*

CONDEMNATUS ob carmen famosum, intestabilis fit, *c. 3. §. 15. q. 2. caus. 4.*

Promptiores sumus ad absolvendum, quam ad CONDEMNANDUM, *ll. F. 28. §. 1.*

Rei capitalis CONDEMNATUM accipere debemus, qui morte, exiliove coërcitus est, *L. 4. pr. si quis caution.*

CONDEMNATIO.

In CONDEMNATIONE personarum, quæ in id, quod facere possunt, damnantur, non totum, quod habent, extorquendum est, sed & ipsarum ratio habenda est, ne egeant, *L. 173. pr. de R. I.*

Ad CONDEMNATIONEM non sufficit unius testimonium, *c. 10. X. de testibus* &c.

CONDEMNATIO ad perpetuum carcerem de Iure Canonico permissa est, *c. un. in fin. de pœnis, Extrav. comm.*

CONDEMNATIO capitalis est justa causa non sistendi in judicio, *L. 4. pr. si quis caution.*

CONDEMNATIO in quadruplo facta tenet, licet debuerit fieri in duplo, *L. 13. §. 7. de his, qui not. inf.*

In CONDEMNATIONE quadrupli facta contra metum inferentem, ut sibi res traderetur, continetur ea res & fit ejus restitutio, pœna autem usque ad triplum fit, *L. 14. §. 9. quod metus causa* &c.

CONDEMNATIO per inficiationem crescit, *Auth. contra. C. de non numer. pec.*

CONDEMNATIONIS spem moratoriis ambagibus excludere satis miserabile est, *L. 14. §. 1. C. de compensat.*

CONDICERE.

CONDICERE nemo potest rem suam, præterquam à furibus & similibus, *L. 12. usufructuarius quemad.*

CONDI-

CONDICERE, lingua prisca, est denunciare, §. 15. de A.

CONDICI potest res pignori data, pecunia soluta, L. 4. §. 1. de rebus creditis &c.

CONDICI possunt ea, quæ vi fluminum importata sunt, d. L. 4. §. 2. eod.

CONDICERE nobis licet certum ex omni obligatione, dummodo præsens sit obligatio, cæterum si in diem sit vel sub conditionem obligatio, ante diem vel conditionem non potero agere, L. 9. pr. de reb. creditis &c.

CONDICTIO.

CONDICTIO toties datur, quoties ex ea causa aliquid præstatur, ex qua actio esse potuisset, si dominium ad accipientem transisset, L. 14. de rebus creditis &c.

CONDICTIO datur, quando ex injusta causa, vel sine causa aliquid retinetur, L. 6. de donat. inter. vir.

In CONDICTIONIBUS cessat ignominia, quamvis ex famosis causis pendeant, L. 36. de O. & A.

CONDICTIO abusive dicitur actio in personam, qua actor intendit dari sibi oportere, §. 15. de A.

CONDICTIO *causa data causa non secuta.*

In CONDICTIONE *causa data* &c. venit naturalis accessio, i.e. fructus, sed non veniunt usuræ, L. 7. §. 1. de condict. causa data &c.

CONDICTIO *causa data* &c. succedit loco actionis primæ, & datur ad id, ad quod dabatur actio prima, L. 10. eod.

CONDICTIO *causa data* &c. datur pro dote soluta, quando matrimonium non potest inter eos esse, L. 1. C. de condict. ob caus.

CONDICTIONEM hanc inducit defectus separati patrocinii, quatenus causa deficit, L. 4. C. eod.

CONDICTIO *sine causa.*

CONDICTIO hæc est species condictionis, si quis sine causa promiserit, vel si solverit quis indebitum, L. 1. pr. de cond. sine causa.

CONDICTIO *sine causa* locum habet, si quis ob causam promisit, causa tamen secuta non est, d. L. 1. §. 1. eod.

CONDICTIO *sine causa* competit, licet ab initio sine causa quid datum sit, an causa, propter quam datum sit, secuta non sit, L. 4. eod.

CONDICTIO sine causa datur ad incertum, L. 3. eod.

CONDICTIO *certi & incerti.*

CONDICTIO certi ex mutuo datur adversus eum, qui mutuum accepit, pr. I. quib. mod. re contr. obl.

CONDICTIO incerti est subsidiaria, quæ datur, ubi alia ordinaria non datur, L. 22. §. 1. de condict. indeb.

CONDICTIO incerti datur creditori pignore sibi subtracto, L. 12. §. 2. de condict. furt.

CONDICTIO certi datur, cum pecunia numerata, vel aliæ res certæ petuntur, sed triticiaria datur pro omni re, excepta pecunia debita ex promissione, vel pacto, vel emptione, L. 1. pr. de condict. tritic.

CONDICTIO certi concurrit cum actione furtiva, rei vindicatione & actione rerum amotarum, L. 17. §. 2. & L. 24 de rer. amot. act.

CONDICTIO certi competit ex omni causa, ex omni obligatione, ex qua certum petitur, sive ex certo contractu petatur, sive ex incerto, L. 9. pr. de rebus creditis &c.

CONDICTIO *furtiva.*

CONDICTIO *furtiva* soli domino competit, L. 1. de condict. furt.

CONDICTIO *furtiva* datur adversus furem ejusque heredes, *L. 13. §. 2. de jurejur.* & *L. 5. de cond. fur.*

CONDICTIONI ex causa furtiva & furiosi, & infantes obligantur, cum heredes necessarii exstiterunt, quamvis cum eis agi non possit, *L. 2. de condict. furt.*

In CONDICTIONEM *furtivam* venit etiam illud, quod interest agentis furtum non fuisse factum, *L. 3. eod.*

CONDICTIONE *furtiva* non tenetur ille, cujus ope consiliove furtum factum sit, licet teneatur furti, *L. 6. eod.*

CONDICTIO *furtiva* locum habet, licet pro fure damnum decisum sit, decisione enim furti actio, non autem condictio tollitur, *L. 7. pr. eod.*

CONDICTIO *furtiva* rem furto oblatam petit, *d. L. 7. §. 1. eod.*

CONDICTIO *furtiva* per furti actionem non consumitur, *ibid.*

CONDICTIO *furtiva*, quia rei habet persecutionem, heredem ejus & cæteros successores obligat, *L. 7. §. 2. eod.*

CONDICTIO furtiva datur ad ipsam rem subtractam, si extat, ea tamen perempta ad ejus æstimationem, nisi sit perempta post factam oblationem à fure, *L. 8. pr. eod.*

In CONDICTIONE furtiva, re furtiva perempta, venit æstimatio quanti plurimi fuit res à tempore commissi furti, *L. 8. §. 1. eod.*

In CONDICTIONE furtiva etiam fructus veniunt, *L. 8 §. 2. eod.*

CONDICTIO *furtiva* datur contra furis heredes non pro parte, quæ pervenit, sed in solidum, *L. 9. eod.*

CONDICTIO *furtiva* datur domino contra furem manifestum, sive non manifestum, nisi possessio ad dominum sit reversa, *L. 10. pr. eod.*

CONDICTIO *furtiva* datur contra eum, qui tenetur vi bonorum raptorum, *L. 10. §. 1. eod.*

In CONDICTIONE *furtiva* venit etiam species facta ex materia furto subtracta, *L. 13. eod.*

CONDICTIONE *furtiva* agens non tenetur cavere de evictione ei, cum quo agitur, *L. 14. §. 1. eod.*

CONDICTIO *furtiva* non datur pro singulis membris bovis subtracti, sed tantum datur pro toto bove, *L. 14. §. 2. eod.*

CONDICTIO *furtiva* datur ad mustum & vinaciam uvis surreptis, *L. 14. §. 3. eod.*

CONDICTIO *furtiva* datur contra patrem, in quantum locupletatum est peculium filiæ ex rebus ab ea ammotis, *L. 19. eod.*

CONDICTIO *furtiva* quæsita mihi nomine servi mei surrepti durat mihi, etiamsi servum desierim habere, nisi redierit in meam potestatem, *L. 56. de O. & A.*

CONDICTIO *furtiva* competit adversus furem, etiamsi res furtiva aliqua ratione fuerit extincta, vel in potestatem hostium devenerit, *L. 46. pr. de furtis*

CONDICTIO *indebiti.*

CONDICTIO *indebiti* ei competit, qui indebitum ignorans solvit, *L. 1. §. 1. de condict. indeb.*

CONDICTIONEM indebiti non habet, qui sciens indebitum solvit, *ibid.* & *L. 9. C. de cond. indeb.*

CONDICTIO indebiti locum habet, si procuratori indebitum solutum sit, & dominus ratum non habeat, *L. 6. §. 1. eod.*

CONDICTIO indebiti soluti naturalis est, *L. 15. pr. eod.*

In CONDICTIONEM indebiti veniunt accessiones naturales rei indebitæ solutæ, ut puta partus, qui ex ancil-

ancilla natus sit, vel quod alluvione accessit; &c. *ibid.*

CONDICTIO hæc ex bono & æquo introducta revocat, quod alterius sine causa apud alterum deprehenditur, *L. 66. eod.*

CONDICTIO indebiti competit ad solam possessionem, quando sola possessio indebite translata est, *L. 15. §. 1. eod.*

CONDICTIO indebiti potest competere etiam ad incertum, *L. 22. §. 1. eod.*

CONDICTIO indebiti cessat, ubi inter partes nullum negotium gestum est, *L. 33. eod.*

CONDICTIO indebiti contra eos solos datur, quibus pecunia quoquo modo indebite soluta est, non contra eos, quibus solutio proficit, *L. 49. eod.*

Non solum tutori ejusque pupillo CONDICTIO indebiti datur, sed etiam iis, ad quos ex postfacto negotium cœpit pertinere, *L. 61. eod.*

CONDICTIO indebiti non competit, ubi per sententiam solutio facta est, *L. 21. pr. commod.* & *L. 1. C. de cond. indeb.*

CONDICTIO indebiti & condictio furtiva quandoque alicui competit ratione ejusdem quantitatis, *L. 80. §. 5. de fur.*

CONDICTIONE indebiti ea sola quantitas repetitur, quæ indebite soluta est, non autem usuræ, *L. 1. C. de cond. indeb.*

CONDICTIONE indebiti pupillus, cui sine tutoris autoritate indebitum per errorem datum est, conveniri non potest, *§. 1. quib. mod. re contr. obl.*

CONDICTIO *ex lege.*

CONDICTIO ex lege datur, quando obligatio immediate est introducta per legem civilem, nec exprimitur in ea, quo genere actionis experiamur, *L. un. de condict. ex lege.*

CONDICTIO ex *L. 35. §. 5. C. de donat.* quando donatio nudo pacto fuerit facta.

CONDICTIO ex *L. un. C. de suffrag.* datur, quando nudo pacto de salario præstando aliquid sit promissum.

CONDICTIO *Triticiaria.*

Per CONDICTIONEM Triticiariam eæ res petuntur, quæ sunt præter pecuniam numeratam, sive in pondere, sive in mensura constent, sive mobiles sint, sive soli, *L. 1. pr. de condict. Tritic.*

CONDICTIONE hac, vel alia non potest quis condicere rem suam, nisi ex causa furtiva, vel re mobili vi arrepta, *d. L. 1. §. 1. eod.*

CONDICTIO Triticiaria datur domino, vel possessori pro possessione rei amissa, *L. 2. eod.*

CONDICTIO *ob turpem causam.*

CONDICTIO ob turpem causam competit, si sola turpitudo accipientis versetur, nam si & dantis, tunc melior erit causa possidentis, *L. 5. §. 1. de calumniat.* & *L. 3.* & *4. §. 2.* & *L. 8. de cond. ob turp. caus.*

CONDICTIO ob turpem causam datur in contractu nominato, & etiam actio ex eo contractu, *L. 9. pr.* & *§. 1. eod.*

CONDITIO.

Iniqua CONDITIO alteri per alterum inferri non debet, *L. 74. de R. I.*

Melior CONDITIO nostra per servos fieri potest, deterior fieri non potest, *L. 134. pr. de R. I.*

Non debeo melioris CONDITIONIS esse, quam auctor meus, à quo jus in me transit, *L. 175. §. 1. eod.*

CONDITIONEM feudi Vasallus meliorem facere potest, non deteriorem sine domini voluntate, vel eorum agnatorum, ad quos per successionem pertinet, *II. F. 8. §. 1.*

Quotiens per eum, cujus interest, CONDITIONEM non impleri, fiat, quominus impleatur, perinde habetur, ac si impleta *conditio* fuisset, quod ad libertatem, &c. perducitur, *L. 161. de R. I.*

Qui potest facere, ut possit CONDITIONI parere, jam posse videtur, *L. 174. pr. eod.*

CONDITIONES conjunctæ, omnes adimplendæ, in disjunctis, electio est implentis, *L. 5. de condit. instit.*

Quæ sub CONDITIONE jurisjurandi relinquuntur, a Prætore reprobantur, *L. 8. pr. de condit. instit.*

CONDITIO juramenti licet remittatur, non tamen remittitur id, cujus nomine jurari debet, *L. 8. §. 6. eod.*

CONDITIO, *si potest*, subintelligitur in quocunque facti mandato, *d. L. 8. §. 7. eod.*

CONDITIONES, quæ testamento *contra bonos mores* inseruntur, remittendæ sunt, *L. 9. eod.*

CONDITIO nulla in præteritum vel præsens confertur, *L. 10. §. 1. eod.*

Paratus implere CONDITIONEM testamenti filius ex ipso testamento proprie, non per fictionem succedit, *L. 11. eod.*

CONDITIONES, quæ contra jus, aut contra bonos mores, aut derisoriæ sunt, in testamentis pro non scriptis habentur, *L. 14. eod.*

CONDITIO turpis adjecta filio instituto in potestate patris reddit testamentum nullum, *L. 15. eod.*

CONDITIO adjecta institutioni videtur repetita in legato & prælegato, *L. 18. pr. eod.*

Sub CONDITIONE heres institutus servus, sine jussu domini conditioni parere non potest, *L. 25. eod.*

Si pupillus sub CONDITIONE heres institutus fuerit, conditioni etiam sine tutoris auctoritate parere potest, *L. 26. eod.*

CONDITIO inhumana, quæ humanitati contraria est, tanquam juri contraria spernitur, *L. 27. pr. eod.*

Sub CONDITIONE potestativa, quæ in ejus sit potestate, filius institui potest, *L. 28. eod.*

CONDITIO, si reliquias testatoris in mare abjiciat in institutione apposita rejicitur, nec heres debet servare, *L. 27. pr. eod.*

CONDITIO de non petendo in ultimis voluntatibus per acceptilationem mutatur, *L. 20. pr. eod.*

CONDITIO turpis in institutione adjecta rejicitur etiam in testamento militis, *L. 29. §. 2. de testam. milit.*

CONDITIO existens in institutionibus trahitur retro, *L. 38. pr. eod.*

CONDITIO existens non retrotrahitur in legatis, *L. 1. §. 4. ad SC. Sillan.*

CONDITIO, quæ tacite, vel necessitate inest, legatum non facit conditionale, *L. 3. de legat. 1.*

CONDITIO impossibilis legatario apposita, pro non scripta habetur, *L. 104. §. 1. eod.*

CONDITIO si deficiat per mortem ejus, in cujus personam confertur, non extinguitur legatum, *L. 20. pr. de ann. legat.*

CONDITIO apposita in quacunque parte testamenti reddit legatum conditionale, *L. 4. §. 2. de condit. & demonstrat.*

Impossibiles CONDITIONES testamento adscriptæ pro nullis habentur, *L. 3. eod.*

Impossibilis CONDITIO in omnibus contractibus vitiatur, & stipulationibus, *L. 31. de O. & A.*

CON-

CONDITIONIBUS pupillus & sine tutoris auctoritate parere potest, *L. 5. pr. de cond. & demonst.*

CONDITIONEM servus vel filiusfamilias sino jussu patris vel domini implere possunt, quia eo facto nemo fraudatur, *L. 5. §. 1. eod.*

CONDITIO, quæ tacite inest, si exprimatur, legatum conditionale non facit, nisi testator aliter voluerit, *L. 19. pr.* & §. *1. eod.*

Turpis CONDITIO, veluti jurisjurandi, remittitur, *L. 20. eod.*

CONDITIONES aliæ facti sunt, aliæ juris, *L. 21. eod.*

Facti CONDITIO dicitur, quæ à testatore exprimitur, veluti, *Si navis ex Asia venerit, d. L. 21. eod.*

CONDITIO juris est, quæ à lege subintelligitur, veluti, si quis se filiumfamilias existimat, cum sit paterfamilias, *ibid.*

CONDITIO non nubendi mulieri legatariæ remittitur, *L. 22. eod.*

CONDITIO non nubendi uxori non remittitur, *Nov. 22. c. 44.*

CONDITIO dandi (*ut quævis alia*) non dividitur, *L. 23.* & *L. 56. eod.*

CONDITIO jurisjurandi licet remittatur, id tamen, quod in juramento continetur, impleri debet, *L. 26. pr. eod.*

CONDITIO potestativa facilis, statim, ut potest implenda est, *L. 29. eod.*

Inter CONDITIONEM & demonstrationem hoc interest, quod conditio futuram, demonstratio vero factam rem plerumque ostendit, *L. 34. §. 1. eod.*

Levissima libertatis CONDITIO ea intelligenda est, quæ ad libertatem perducit, quamvis natura gravior & durior sit, *L. 35. eod.*

CONDITIO, si voluerit legatarius, facit legatum conditionale, *L. 69. eod.*

CONDITIO legato adjecta habetur pro impleta, si pupillus, aut tutor impediat eam conditionem in personam ipsius pupilli collatam impleri, *L. 78. eod.*

CONDITIO novissima in legatis, levissima vero in libertatibus spectatur, *L. 87. eod.*

CONDITIONUM, quæ in futurum conferuntur, triplex natura est, *L. 91. eod.*

CONDITIONES extrinsecus, non ex testamento venientes, i. e. quæ tacite inesse videantur, non faciunt legata conditionalia, *L. 99. eod.*

In CONDITIONIBUS testamentorum voluntatem potius, quam verba considerari oportet, *L. 101. pr. eod.*

CONDITIO, quæ potest impleri vivo legatario, non impletur præstita cautione Muciana, *L. 106. eod.*

CONDITIONIS defectus per factum implere debentis impedit eum habere legatum, *L. 3. C. de condit. insertis.*

CONDITIO si deficit per casum fortuitum contingentem in persona ejus, in cujus persona debet impleri, deficit legatum, *L. 4. C. eod*

Impossibilis CONDITIO in institutionibus & legatis, nec non in fideicommissis & libertatibus pro non scripta habetur, §. *10. de hered. instit.*

Si plures CONDITIONES in institutionibus adscriptæ sunt, siquidem conjunctim, ut puta, *si illud & illud factum fuerit*, omnibus parendum est; si separatim, veluti *si illud aut illud factum erit*, cuilibet conditioni obtemperare satis est, *s. 11. eod.*

Impossibilis CONDITIO si obligationibus adjiciatur, nihil valet stipulatio, *s. 11. de inutil. stipul.*

CONDITIO impossibilis dicitur illa, cui natura impedimento est, quo minus existat, veluti: *Si digito cælum attigeris, ibid.*

CONDITIO necessaria, ut puta: *Si digito*

gito cœlum non attigeris, non vitiat ſtipulationem, *ibid.*

CONDITIO impoſſibilis in contractibus vitiat diſpoſitionem & facit locum condictioni ob cauſam, quaſi cauſa ceſſante, *L. 8. C. de cond. ob cauſ.*

CONDITIO poteſtativa quædam eſt, quæ in ultimo vitæ ſpiritu poteſt impleri, *ut dare decem*, & tunc nec ſubſtitutus, nec coheres, nec aliquis ab inteſtato venit, niſi poſt mortem filii inſtituti ſub conditione tali poteſtativa, *L. 28. de condit. inſtit.*

CONDITIO caſualis poteſt quandocunque impleri, etiam vivo teſtatore, *L. 36. pr. de condit. & demonſtr.*

CONDITIO pendens ex facto duorum, ſi caſu, non facto unius, deficit, non habetur pro impleta, *L. 31. eod.*

CONDITIO, quæ pendet ex poteſtate legatarii & alterius, ſi ex facto alterius impediatur absque cauſa legatarii, habetur pro impleta, *L. 13. pr. de annuis legatis.*

CONDITIO reddendi chirographi, liberationem debiti includit, *L. 84. §. 7. de legat. 1.*

Si ſub tali CONDITIONE matrimonium cum aliqua fuerit contractum, *ne filii ex ea nati, patri ab inteſtato ſuccedant*, in feudo tamen ſuccedunt, *II. F. 26. c. 5. §. 4.*

Nulla CONDITIONE rumpenda ſunt, quæ ſine ulla conditione voverunt, *c. un. q. 8. cauſ. 32.*

CONDITIO in nuptiis frangitur, & diſpenſatio irrefragabiliter tenetur, *c. 8. q. 2. cauſ. 27.*

Defectus turpis CONDITIONIS in contractu matrimonii appoſitæ, non vitiat matrimonium, ſed vitiatur, *c. 1. X. de condition. appoſ.*

Servus ea CONDITIONE manumiſſus, ut fiat Monachus, & Monaſterio ſerviat, alias in ſervitutem redeat, ſi hoc acceptato Monachus factus ſit, manumittentis voluntatem cogitur obſervare, *c. 2. X. eod.*

Sub CONDITIONE non improbata contrahens matrimonium, non compellitur matrimonium conſummare ante conditionis eventum, *c. 5. X. eod.*

Qui ſub honeſta CONDITIONE ſponſalia contrahit, & ante conditionis eventum deſponſatam cognoſcit, à conditione recedit, *c. 6. X. eod.*

Si CONDITIO turpis vel impoſſibilis contractui matrimonii apponitur, niſi ſit contra ſubſtantiam matrimonii, quia tunc vitiat contractum, *c. 7. X. eod.*

CONDITIONEM actus legitimi non recipiunt, neque diem, *c. 50. de R. J. in 6.*

Cum non ſtat per eum, ad quem pertinet, quo minus CONDITIO impleatur, haberi debet perinde, ac ſi impleta fuiſſet, *c. 66. eod.*

CONDITIO *pro ſtatu.*

CONDITIONEM non delinquentis deteriorem facere non eſt in aliena poteſtate, *L. 2. quod vi aut clam.*

CONDITIO quælibet, aut qualitas rei ſequitur rem ipſam, *L. 23. §. 2. de S. P. R.*

CONDITIONALIS, *e.*

Quæ differentia inter CONDITIONALIA & non conditionalia feuda ſit, *II. F. 75.*

Si quis alicui dederit beneficium ſ. feudum CONDITIONALE, utpote quæ dantur propter habitationem, deſerta habitatione beneficium amittetur, *ibid.*

CONDITIONALIA beneficia tacitæ conditiones ſequuntur, *II. F. 89.*

CONDITIONALE feudum eſt, ſi ſub tali conditione datur, *ut Vaſallus in feſtivis diebus vadat cum uxore ſua ad Eccleſiam*, *II. F. 2. §. 2.*

CON-

CONDITIONALIA legata & ſtipulationes perimuntur, ſi pendente conditione res exſtincta fuerit, *L. 8. pr. de periculo & comm.*

CONDITIONALIS diſpoſitio non debet operari plus quam pura, *L. 48. §. 1. de vulgari* &c.

CONDITIONALE legatum non perit, licet gravatus moriatur pendente conditione, *L. 65. de cond. & demonſtr.*

Ex CONDITIONALI ſtipulatione tantummodo eſt ſpes debitum iri, *L. 14. pr. de novat.*

CONDUCERE.

CONDUCERE poteſt quis rem ſuam, quam in pignus dedit, propter poſſeſſionem, quæ penes creditorem erat, *L. 35. §. 1. de pignor. act.*

CONDUCENS navem, ut in ea merces ſuæ conducerentur, habet actionem ex locato, & conducto contra nautam, qui nulla neceſſitate coactus in navem deteriorem, ſine conducentis voluntate tranſtulit, & merces cum illa nave perierunt, niſi utraque navis ea navigatione ſine dolo & culpa nautarum perierit, *L. 10. §. 1. ad L. Rhod.*

Si quis CONDUXIT vitulos paſcendos, vel ſarciendum quid poliendumve *conduxit*, culpam eum præſtare debere, & quod imperitia peccavit, culpam eſſe, quippe ut artifex conduxit, *L. 9. §. 5. locati conduct.*

CONDUCENS ſervum docendum ſi peregre eum duxerit, & aut ab hoſtibus captus ſit, aut perierit, ex locato competit actio, ſi modo non ſic conduxit, *ut & peregre duceret*, *L. 13. §. 3. eod.*

Si navicularius CONDUXERIT onus Minturnas vehendum, &, cum flumen Minturnenſe navis ea ſubire non poſſet, in aliam navem merces tranſtulerit, eaque navis in oſtio fluminis perierit, tenetur primus navicularius, quod vero limitatur, *d. L. 13. §. 1. eod.*

Si quis menſuras CONDUXERIT, easque Magiſtratus frangi juſſerit, ſiquidem iniquæ fuerunt, Sabinus diſtinguit, utrum ſcit conductor, an non, ſi ſcit, eſſe ex locato actionem, ſi minus, non, *L. 13. §. 8. eod.*

Si quis, cum in annum habitationem CONDUXISSET, penſionem totius anni dederit, deinde inſula poſt ſex menſes ruerit vel incendio conſumpta ſit, penſionem reſidui temporis, rectiſſime Mela ſcripſit, ex conducto actione repetiturum, non quaſi indebitum condicturum, non enim per errorem dedit plus, ſed ut ſibi in cauſam conductionis proficeret, *L. 19. §. 6. eod.*

Reſpectu ſolius poſſeſſionis poteſt res mea à me CONDUCI, precario rogari, emi & in ſtipulationem deduci, *L. 28. de acq. poſſ.*

Qui rem propriam CONDUXIT, exiſtimans alienam, dominium non transfert, ſed inefficacem conductionis contractum facit, *L. 20. C. de locato* &c.

CONDUCENS ignoranter vel ſcienter rem propriam à ſe poſſeſſam non mutat ſibi cauſam poſſeſſionis, *L. 23. C. eod.*

Pretio CONDUCI non debent teſtes ad teſtimonium dicendum, *c. 2. q. 2. cauſ. 4.*

CONDUCTIO.

A CONDUCTIONE diſceſſiſſe videtur, ſi quis ante conduxit, poſtea vero precario rogavit, *L. 10. pr. de acquir. poſſ.*

CONDUCTIO rei ſuæ non valet, & per talem conductionem locator non retinet poſſeſſionem naturalem, nec civilem, *L. 21. de uſurpat.*

CONDUCTIO ſive ſit perpetua, ſive tem-

temporalis, intra tempora locationis ad heredes conductoris transmittitur, *L. 10. C. de locato.*

Si quis CONDVCTIONIS titulo agrum, vel aliam quamcunque rem accepit, possessionem prius restituere debet, & tunc de proprietate litigare, *L. 25. C. eod.*

Si CONDVCTIONIS implestis fidem, ejusdem rei gratia factum instrumentum evanuit, *L. 26. C. eod.*

CONDVCTOR.

CONDVCTOR si post tempus conductionis finitum remanet in eadem conductione, tacito consensu eandem locationem una cum vinculo pignoris renovare videtur, *L. 16. C. de locato* &c.

CONDVCTOR potest rem conductam alteri locare, nisi sit actum, quod alteri locare non possit, *L. 6. C. eod.*

CONDVCTORIS heres tenetur ex conductione defuncti, *L. 14. C. eod.*

Mortuo CONDVCTORE intra tempora conductionis, heres ejus eodem jure in conductione succedit, *§. 6. de locatione* &c.

CONDVCTOR omnia secundum legem conductionis facere, & si quid in lege prætermissum fuerit, id ex æquo & bono præstare debet, *§. 5. eodem.*

Fidejussor CONDVCTORIS vectigalium finito tempore non tenetur, licet is, pro quo fidejusserit, de novo conduxerit, *L. 7. C. de locato.*

CONDVCTOR à locatore si fuerit expulsus de fundo, contra eum poterit agere actione ex conducto, & etiam petere pœnam à locatore promissam, *L. 15. C. eod.*

Si CONDVCTOR ædificia, quæ suscepit integra, destruxerit, hæc etiam heredes ejus instaurare tenentur, *L. 29. C. eod.*

CONDVCTORES, vel eorum heredes post tempora locationis impletæ inviti non sunt retinendi, vel non coguntur reconducere, *L. 11. C. eod.*

Quibus casibus locator CONDVCTOREM expellere potest, *L. 3. C. eod.*

CONDVCTOR ea, quæ locatione debet, tenetur sine mora solvere, & usuras eorum post moram, *L. 17. C. eod.*

CONDVCTORI actio ex conducto datur, *L. 15. pr. locati.*

CONDVCTOR omnia secundum legem conductionis facere debet, *L. 25. §. 3. eod.*

CONDVCTORI vis major, quam Græci θεῦ βίαν, i. e. vim divinam appellant, damnosa esse non debet, *L. 25. §. 6. eod.*

CONDVCTOR excipiens vim intelligitur excipere eam, quæ infertur ab extraneo, non eam, quæ à se vel a suis infertur, *L. 30. §. 4. eod.*

Si CONDVCTOR in fundo conducto sua opera aliquid necessario vel utiliter auxerit, vel ædificaverit, vel instituerit, cum id non convenisset, ad recipienda ea, quæ impendit, ex conducto cum domino fundi experiri potest, *L. 55. §. 1. eod.*

CONDVCTOR domo diruta ac refecta non cogitur habitare in ea, *L. 60. pr. eod.*

CONDVCTOR domus citra justam metus causam emigrans, pensionis remissionem non impetrat, *L. 27. §. 1. eod.*

CONDVCTORIS modica incommoditas non inducit statim mercedis deductionem, *L. 27. pr. eod.*

CONDVCTOR si re conducta uti prohibeatur, agit actione ex conducto ad interesse, *L. 7. eod.*

CONDVCTORES vectigalium fisci, necessitate subeundorum municipalium munerum non obstringuntur, *L. 5. §. 10. de jure immun.*

CONDVCTORI propter gravem sterilita-

litatem sine sua culpa contingentem remittitur pensio pro rata, nisi possit cum ubertate præcedentis, vel sequentis temporis compensari, *c. 3. X. de locato.*

Quatuor sunt casus, in quibus CONDUCTOR ante tempus conductionis finitæ licite potest expelli, *ibid.*

CONDUCTOR vel locator possessionum tenentur ad decimas, nisi se immunes ostendant, *c. 24. X. de decimis.*

CONFERRE.

CONFERRE non tenetur frater sibi quæsita ex causa donationis, vel aliunde fratribus, si repudiaverit avi successionem, *L. 25. C. familiæ ercisc.*

CONFERRE bona à patre donata non tenetur filius emancipatus, si sit institutus à patre una cum filiis in potestate constitutis, nisi testator hoc fieri caverit, *L. 1. C. de collat.*

CONFERRI solum debent ea bona, quæ reperiuntur penes fratres tempore mortis patris, & non alia, *L. 6. C. eod.*

CONFERRE dotem non tenetur filia, quæ petit illud, quod per fideicommissum, vel jure legati est relictum in codicillis, vel testamento, *L. 10. C. eod.*

CONFERVNTVR dos & donatio propter nuptias, *L. 19. C. eod.*

CONFERVNT nepotes & neptes suis patruis, avunculis, amitis & maternis dotem, & donationem propter nuptias, *ibid.*

CONFERENS suam etiam personam numerat in partibus faciendis, *L. 1. §. 24. de collat. bon.*

Inter se olim non CONFEREBANT emancipati, *ibid.*

CONFERENDI spatium aliquod dandum est conferenti, *L. 5. §. 1. eod.*

CONFERT aut contulisse is videtur, qui tantum ex bonis defuncti remittit, quantum ex collatione coheres habere debet, *L. 1. §. 12. eod.*

CONFESSIO.

CONFESSIONES falsæ naturalibus convenire debent, *L. 13. pr. de interrogation.*

CONFESSIONES non aliter ratæ sunt habendæ, quam si jus & naturam recipiant, *L. 14. §. 1. eod.*

CONFESSIO præjudicat quoad personam interrogantis, non quoad alios, *L. 22. eod.*

Manifestæ CONFESSIONIS & turpitudinis est, nolle nec jurare, nec jusjurandum referre, *L. 38. de jurejur.*

Contra CONFESSIONEM in scriptis factam non admittitur probatio, nisi per contrariam scripturam, *L. 25. §. 4. de probat.*

CONFESSIO incerta corpore, genere, & quantitate non valet, *L. 6. §. 1. de confessis.*

CONFESSIO, quæ generat sententiam, debet esse certa, sicut sententia, *L. 6. pr. eod.*

CONFESSIO potest fieri per nuncium, *L. 9. de cess. bonor.*

CONFESSIO falsa tutoris, vel procuratoris, aut curatoris super crimine non præjudicat domino, vel minori absenti, *L. 25. pr. § 1. ad L. Aquil.*

CONFESSIO procuratoris facta extra judicium non obligat dominum, *L. ... de O. & A.*

CONFESSIO facta per tormenta fragilis & periculosa est, *L. 1. §. 23. de quæstion.*

Ex CONFESSIONE facta in tormentis non debet quis damnari, *L. 21. eod.*

Omnis CONFESSIO Rei periculosa est, nec admittitur contra quemlibet, nisi in crimine læsæ Majestatis, *c. 5. q. 3. caus. 15. & c. 1. X. de confessis.*

Omnis CONFESSIO, quæ fit ex necessitate, fides non est, *c. 1. §. 1. q. 6. ead.*

CONFESSIO facta coram non suo Iudice, non præjudicat confitenti, *c. 4. X. de judic.*

CONFESSIO Advocati præjudicat parti suæ, nisi eadem die revocetur, *c. 61. de appellat.*

CONFESSIO facta in jure per œconomum Ecclesiæ, nocet ipsi Ecclesiæ, potest tamen revocari, si ante finitum negotium doceatur per errorem facti emanasse, *c. 3. X. de confessis.*

CONFESSIO conjugum contra matrimonium non præjudicat ipsi matrimonio propter collusionem, *c. 5. X. de eo, qui cognovit consang.*

Ad solam mulieris CONFESSIONEM asserentis se commisisse adulterium cum Sacerdote, non debet Sacerdos puniri, sed sibi infamato potest indici purgatio, quam si præstiterit, absolvitur, deficiens vero suspenditur ab officio, *c. 5. de adulter.*

CONFESSIO.

Melior est in malis factis humilis CONFESSIO, quam in bonis superba gloriatio, *c. 89. §. 2. q. 3. caus. 11.*

Omnis CONFESSIO, quæ fit ex necessitate, fides non est, *c. 1. §. 1. q. 6. c. 15.*

CONFESSIO spem salvandi tribuit, *c. 39. dist. 1. de pœnit.*

CONFESSIO aperit Paradisum, *ibid.*

CONFESSIO illa nos liberat, quæ fit cum pœnitentia, *ibid.*

Fit CONFESSIO ad ostensionem pœnitentiæ, non ad impetrationem veniæ, *c. 37. pr. dist. 1. de pœnit.*

CONFESSIO Sacerdoti offertur in signum veniæ acceptæ, non in causam remissionis accipiendæ, *ibid.*

Sine CONFESSIONE oris, & satisfactione operis nemo à peccato potest mundari, si tempus satisfaciendi habuerit, *d. c. 37. §. 1. ead.*

Votum CONFESSIONIS reputatur pro opere vocis, cum deest facultas confessionis, *c. 87. §. 2. ead.*

CONFESSORIA *actio.*

CONFESSORIAM directam actionem pro utendi & fruendi jure is solus potest intentare, qui habet usumfructum, dominus autem non potest, *L. 5. pr. si ususfr. petatur* &c.

CONFESSORIA actio ei, qui servitutes sibi competere contendit, datur, *L. 2. pr. si servitus vindic.*

CONFESSORIA actio est realis actio s in rem, *ibid.*

CONFESSORIA actio nulli alii, quam domino fundi, competit, *d. L. 2. §. 1. eod.*

In CONFESSORIA actione, quæ de servitute movetur, fructus etiam veniunt, *L. 4. §. 2. eod.*

CONFESSORIA competit contra eum, qui non servitutem, sed refectionem servitutis impedit, & etiam habet interdictum de itinere, actuque privato pro refectione, *L. 4. §. 5. eod.*

CONFESSORIA actio etiam pro haustu aquæ, cum sit servitus, competit, *L. 4. §. 6. eod.*

CONFESSORIA actio competit pro servitute tigni immittendi, ut in parietem ejus tigna immittere mihi liceat, ut super ea tigna porticum ambulatoriam facere, & super eum parietem columnas structiles mihi liceat imponere, quæ tectum porticus ambulatoriæ sustineant, *L. 8. §. 1. eod.*

CONFESSORIA actio verbis affirmativis proponitur, *§. 2. de A.*

CONFINIS.

CONFINES in rusticis prædiis dicuntur, *L. 4. §. 10. finium reg.*

CONFINIA dicuntur prædia rustica, quæ ita sibi proxima sunt, ut nullus paries medius sit, urbana autem consueverunt distingui, & terminari parietibus, *ibid.*

CON-

CONFIRMARE.

CONFIRMAT lex mandatam jurisdictionem, eo ipso, quod non infirmat, *L. 6. de jurisd.*

CONFIRMARI non potest principale ab accessorio, *L. 10. de jur. codic.*

Per manus impositionem CONFIRMENTUR, qui ab hæreticis Baptisma accipiunt, *c. 51. q. 1. cauf. 1.*

CONFIRMENT baptizatos Episcopi non nisi jejuni, *c. 7. dist. 5. de consecrat.*

De re scienter CONFIRMATA per Papam, inferior Iudex cognoscere non potest, nisi confirmatio non tenuerit, ut quia subreptitia, vel de re litigiosa, *c. 1. X. de confirm. util.*

CONFIRMATIO.

CONFIRMATIO contra jus obtenta non valet, *c. 3. X. de confirm. util.*

CONFIRMATIO per subreptionem obtenta non valet, *ibid.*

CONFIRMATIONE jus alterius non tollitur, *c. 9. eod.*

CONFIRMATIONES Papæ non debent judicari, nisi per falsi suggestionem fuerint obtentæ, *c. 2. X. eod.*

CONFIRMATIONIS literæ super sententia, à qua erat appellatum, non valent, si appellatus malitiose prævenit appellantem, *c. 3. X. de confirm. util.*

Cassata CONFIRMATIONE propter defectum jurisdictionis, vel solennitatem omissam, non propter hoc electio cassata dicetur, *c. 39. de elect. in 6.*

CONFIRMATIO super donatione non valente facta non valebit, *c. 31. X. de decim.*

CONFIRMATIO non trahitur ad id tempus, quo facere vel confirmare non potest, *L. 7. de jur. codic.*

CONFIRMATIO *sacramentalis.*

CONFIRMATIONIS Sacramentum post Baptismum præstetur, *c. 1. dist. 5. de consecrat.*

CONFIRMATIONIS effectus occurrunt in *c. 2. ead.*

Quare CONFIRMATIONIS Sacramentum baptizato tradatur, *c. 5. ead.*

Episcopi ad CONFIRMATIONEM non nisi jejuni veniant, *c. 6. ead.*

CONFIRMATIO nunquam debet reiterari, *c. 8. ead.*

CONFISCARE.

Si CONFISCATA est pecunia nautica vitio debitoris, creditori actio in debitorem non perit, *L. 3. C. de nautico fœnore.*

CONFISCANTUR bona ejus, qui mortem sibi conscivit ob criminis publici conscientiam, *L. 1. C. de bonis eorum qui.*

CONFISCATIS bonis viri res propriæ uxoris non debent occupari, & dotes illico debent sibi restitui, & donata ei ante matrimonium, vel eo constante ante commissum delictum debent apud eam permanere, *L. 9. pr. C. de bonis proscriptor.*

CONFISCATIS bonis patroni jura patronatus libertorum transeunt in fiscum, *L. 1. C. de bonis libert.*

CONFISCARI non possunt dotes uxorum innocentium, propter hæresin majorum, *c. 14. de hæreticis in 6.*

CONFISCATIO.

CONFISCATIO aut publicatio alicujus rei quando fit, non aliter fit, quam cum eadem conditione, & qualitate, quam res confiscata habet, *L. 23. §. 2. de S. P. R.*

CONFISCATIONES bonorum universorum apud Romanos in usu non fuerunt, stantibus liberis damnati, *L. 1. §. 1. de bonis damnat.*

CONFITERI.

CONFESSUS sponte, & convictus damnari potest, *c. 2. X. de confessis.*

De se CONFESSI super aliorum conscientiis interrogari non debent, *c. 1. X. eod.*

Si quis CONFESSVS de crimine in judicio fuerit, à testimonio repellitur, *c. 1. X. de exception.*

Nulli de se CONFESSO contra alium in eodem crimine est credendum, *c. 10. X. de testibus.*

CONFITERI cum de crimine, qui per contumaciam non comparet, manifestum est, *c. 10. q. 9. caus. 3.*

CONFITERI crimen intelligitur, qui paciscitur, *L. 5. de his, qui notant. infam.*

CONFESSVS pro judicato est, qui quodammodo sua sententia damnatur, *L. 1. de confessis.*

Certum CONFESSVS pro judicato erit, incertum non erit, *L. 6. pr. eod.*

Si is, cum quo Lege Aquilia agitur, CONFESSVS est, servum occidisse, licet non occiderit, si tamen occisus sit homo, ex confesso tenetur, *L. 4. eod.*

CONFESSVS se debere quantitatem, cogitur declarare eam, *L. 6. §. 1. eod.*

CONFESSVS in jure pro judicato habetur, *L. un. C. de confess.*

Is, qui de se CONFESSVS est, in caput aliorum non debet torqueri, *L. 16. §. 1. de quæstion.*

CONFESSO convictoque latroni non facile credendum, quoties ad societatem sceleris vocat eum, à quo oblatus & proditus est, nisi evidenter appareat, commisso communiter scelere, captandæ impunitatis gratia, hunc ad illius proditionem festinasse, *L. 4. C. de quæstion.*

CONFORMARE.

Quisquis debet se CONFORMARE illis, inter quos vivit, in his, quæ nec contra fidem sunt, nec contra bonos mores, *c. 11. dist. 12.*

CONFVGERE.

CONFVGIENS servus alicujus armatus ad Ecclesiam extrahendus est à clericis, quod si non possunt extrahere, domino debent denuntiare, cui concedatur facultas extrahendi etiam manu armata, adeo quod si servus in pugna occideretur, non adscribitur delicto domini, *L. 4. C. de his, qui ad Eccles. confug.*

CONFVGIENTES ad Ecclesiam, cujuscunque conditionis sint, non sunt extrahendi, præterquam Constantinopoli sub pœna capitis, *L. 6. pr. C. eod.*

CONFVGIENS ad Ecclesiam non potest ibi detineri ira, atque constringi, ut ei aliquid victualium rerum, aut vestis, aut requies negetur, *ibid.*

CONFVGIENS ad Ecclesiam citatus debet respondere per se, vel procuratorem, qui si non respondeat pro modo debiti, proceditur ad primum, & secundum decretum, & ad bonorum investigationem secundum juris ordinem, *d. L. 6. §. 1. 2. & 3. C. eod.*

CONFVNDERE.

Quod si duorum materiæ ex voluntate dominorum CONFVSAE sunt, totum id corpus, quod ex *confusione* fit, utriusque commune est: Veluti si qui vina sua *confuderint*, aut massas argenti vel auri conflaverint, §. *27. de R. D.*

CONFVNDI dicitur materia, sed species dicuntur misceri, *§. 27. & 28. eod.*

CONFVNDERE etiam abusive dicitur de frumento, *L. 5. pr. de R. V.*

CONGREGATIO.

CONGREGATIONES hæreticorum debent prohiberi, *L. 2. pr. C. de summa Trinitate* &c.

CONIECTVRA.

Quod profuturum CONIECTVRA nonnunquam credidit, experientia subse-

subsequens nocivum ostendit, *c. 2. pr. Extrav. de V. S. Ioan. XXII.*

CONIECTURA & mens testatoris quandoque inspici debet, *L. 3. C. de inoffic. testam.*

CONIECTURA est, quando sensus tacite ex litera elicitur, *L. 21. C. de furt.*

CONIUGIUM.

CONIUGIUM inter fratrem & fratris vel sororis filiam dicitur *contagium*, & nefandissimum scelus, quod rescripto principis impetrari non debet, & si impetretur, non tenet, *L. 2. C. si nuptiæ ex rescripto* &c.

CONIUGIUM sive *matrimonium* est viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ consuetudinem retinens, *c. un. q. 1. caus. 29.*

CONIUGIUM legitimum aliter non fit, nisi ab his, qui super ipsam fœminam dominationem habere videntur, & à quibus custoditur, uxor petatur, & à parentibus, & propinquioribus sponsetur, & Legibus dotetur, & suo tempore Sacerdotaliter, ut mos est, cum precibus, & oblationibus à Sacerdote benedicatur, & à paranymphis, ut consuetudo docet, custodita, & sociata, à proximis congruo tempore petita Legibus detur, ac solenniter accipiatur, & biduo, vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant, *c. 1. q. 5. caus. 30.*

CONIUGIA clandestina ineuntes, vel ignoranter in gradu prohibito, soboles ex tali conjunctione censetur illegitima, *c. 3. §. 1. X. de clandest. despons.*

Cum initiatur CONIUGIUM, conjugii nomen asciscitur, non cum puella viri admissione cognoscitur, *c. 35. q. 2. caus. 27.*

CONIUGIUM confirmat & perficit conjunctorum commixtio corporalis, *c. 36. ead.*

Ubi non est consensus utriusque, ibi non est CONIUGIUM, *c. 1. q. 2. caus. 30.*

CONIUGIUM pactio conjugalis, non defloratio virginitatis facit, *c. 5. q. 2 caus. 27.*

CONIUGIUM est, cum jungitur puella, non cum cognoscitur, *ibid.*

Prima CONIUGII fides, castitatis gratia est, *c. 15. q. 1. caus. 28.*

CONIUGIO copulandi non sunt fideles infidelibus, *ibid.*

CONIUGIA solvi non licet ob infirmitatem, vel damna corporis, *c. 25. q. 7. caus. 32.*

CONIUGIA inter diversæ Religionis Sectatores non fiant, *c. 9. §. 6. q. 1. caus. 28.*

CONIUGIA voventium continentiam non sunt dissolvenda, *c. 41. q. 1. caus. 27.*

Legitima servorum CONIUGIA sua autoritate domini non dirimant, *c. 8. q. 2. caus. 29.*

CONIUNCTIM.

CONIUNCTIM legatur, veluti si quis dicat, *Titio & Sejo hominem Stichum do, lego*, §. 8. *de legatis.*

Si CONIUNCTIM eadem res duobus legata sit, si ambo perveniant ad legatum, scinditur inter eos legatum, si vero alter deficiat, totum ad collegatarium pertinet, *ibid.*

CONIUNCTIM legatum duobus videtur, veluti: *Lego Titio & Mævio*; Vel, *Lego Titio cum Mævio*, *L. 36. §. 2. de legat. 1.*

CONIUNCTIO.

CONIUNCTIONES consanguineorum nec legitimæ sunt, nec manere possunt, sed sunt repellendæ, *c. 4. q. 4. caus. 3.*

CONIUNCTIO viri & fœminæ est Iuris

ris naturalis, *c. 7. dist. 1. pr. I. de I. N. G.* & *C.*

CONIVNCTIO licita maris & fœminæ à Iure civili matrimonium appellatur, *ibid.*

Semper in CONIVNCTIONIBVS non solum, quid liceat, considerandum est, sed & quid honestum sit, *L. 197. de R. I.*

CONIVNCTIO.

CONIVNCTIONEM nonnunquam pro disjunctione accipi, *Labeo* ait; ut in illa stipulatione, *Mihi heredique meo te, heredemque tuum*, *L. 29. de V. S.*

CONIVNCTIO aut re contingit, aut re & verbis, aut verbis tantum, *L. 142. eod.*

CONIVNCTIO realis est: *Titius heres esto: Cajus & Mævius æquis partibus heredes sunto, L. 66. de hered. instit.*

CONIVNCTIO verbalis: Cajus & Mævius æquis partibus heredes sunto, *ibid.*

CONIVNCTVS.

Pro CONIVNCTIS ex re habentur: Si quædam imposita sunt, cætera non desiderabuntur, *L. 53. §. 1. de V. S.*

CONIVNCTI in jure accrescendi non sunt, qui sine parte sunt instituti, *L. 17. §. 1. de hered. instit.*

CONIVNCTI re & verbis in solidum venientes faciunt sibi partes concursu, *L. 142. de V. S.*

CONIVNCTI re tantum faciunt sibi partes per concursum, *ibid.*

CONIVNCTI verbis tantum faciunt sibi partes ab initio, & non per concursum, *ibid.*

Re CONIVNCTI videntur, non etiam verbis, cum duobus separatim eadem res legatur, *L. 89. de legat. 3.*

Verbis tantum CONIVNCTI dicuntur, quibus una & eadem oratione partes ejusdem rei relinquuntur, v. g. *Titio & Sejo fundum æquis partibus do, lego, ibid.*

CONIVNCTVS simul re & verbis, præfertur re tantum vel verbis tantum conjunctis, *ibid.*

CONIVNCTVS re tantum non præfertur conjuncto verbis tantum in parte deficientis collegatarii, *ibid.*

CONIVNCTVS verbis tantum præfertur conjuncto re tantum in parte deficientis collegatarii, *ibid.*

CONIVNCTI verbis dicuntur illi, qui propter unitatem sermonis quasi in unum corpus redacti sunt, disjuncti vero, qui ab ipso testatoris sermone apertissime discreti sunt, *L. 1. §. 10. C. de caducis toll.*

CONIVNCTA interdum pro disjunctis accipiuntur, *L. 53. pr. de V. S.*

CONIVNCTVS.

CONIVNCTIS personis multa debemus, quæ extraneis non debemus, *L. 1. §. 2. de tut. & ration. distr.*

CONIVNCTVS vel consanguineus existens in civitate non præsumitur scire factum brevi tempore ab alio conjuncto existente in villa, vel ruri, *L. 25. §. 1. de liberis & posthumis* &c.

CONIVNCTAM personam non investiat Prælatus, *II. F. 91. X.*

CONIVNCTVS pro conjuncto admittitur ad testem in causis legatorum & fideicommissorum, *§. 11. de testam.*

CONIVNCTI sanguine præsumuntur scire ætatem cognatorum, *L. 7. C. de in integr. restit. minor.*

CONIVNCTVS admittitur pro conjuncto ad agendum sine mandato, *L. 12. C. de procurat.*

CONIVNCTAE personæ, quæ possunt agere sine mandato, sunt liberi, licet sint in potestate; item parentes, fratres, &c. *L. 25. pr. de procurat.*

CONIVRARE.

Clerici aut Monachi CONIVRANTES, pro-

proprio priventur honore, *c. 23. q. 1. cauf. 11.*

CONIVRATIO.

CONIVRATIONES & conventicula in civitatibus, vel extra, vel inter civitatem & civitatem, vel inter personam & personam, vel inter civitatem & personam nullo modo debent fieri, alias domus, ubi fiunt, destruitur, & conjuratorum bona confiscantur, *II. F. 53. §. 2.*

CONIVRATIO & conspiratio pro uno eodemque crimine accipiuntur, *c. 21. q. 1. cauf. 11.*

Ad detegendam veritatem CONIVRATIONIS coguntur socii, etiam jurati, *c. 11. X. de testib. cog.*

CONIVRATOR.

CONIVRATORES & conspiratores declarentur, qui juraverunt contra mandatum Papæ agere, quamdiu possunt resistere, *c. 2. §. cæterum de V. S. in 6.*

CONIVX.

CONIVGES non debent se libidinose diligere, *c. 5. q. 4. cauf. 32.*

CONIVGE mortua licet alteram ducere, sed non repudiatam vel desponsatam, *c. 13. q. 2. cauf. 27.*

CONIVX vocatur à prima fide desponsationis, *c. 6. & 9. ead.*

Raptores CONIVGES nullatenus habere possunt fœminas raptas, licet consensum parentum acceperint, *c. 11. q. 2. cauf. 36.*

CONIVX, quæ continentiam vovit, tenetur reddere debitum *conjugi*, licet ad tempus voto consenserit, *c. 11. X. de converf. conjugat.*

CONIVX ad morganaticam, *II. F. 29.*

CONIVGES seu *Iugales* si acquirunt feudum, quomodo illis succedatur, *II. F. 104. §. 2.*

CONIVGIS pars feudi si deficiat, Domino acquiritur, *II. F. 85.*

CONNEXA.

Quod de uno CONNEXORUM statuitur, ad aliud connexum extenditur, *c. 3. X. de constitut.*

CONQVERI.

CONQVERI possunt de facto parentum liberi, & Liberti de facto Patronorum, si modo crimen eis non intendant, *c. 14. pr. q. 1. cauf. 2.*

CONRADVS *Imperator.*

CONRADI Imperatoris Lex de successione nepotum in feuda, *I. F. 1. §. 2.*

CONSANGVINEVS.

CONSANGVINEOS *Cassius* definit eos, qui sanguine inter se connexi sunt, *L. 1. §. 10. de suis & legitimis* &c.

CONSANGVINEI erunt inter se illi, quorum pater deportatus fuit, licet patri sui heredes non extiterint, *ibid.*

CONSANGVINEI erunt inter se, etiam, qui nunquam in potestate fuerunt, ut puta, qui post captivitatem patris nascuntur, vel post ejus mortem, *ibid.*

Post CONSANGVINEOS admittuntur in successione agnati, si consanguinei non sunt, *L. 2. pr. eod.*

CONSANGVINEIS extantibus, licet ipsi hereditatem non adierint, legitimis non defertur hereditas, *ibid.*

CONSANGVINEI si non extent, nec nasci sperentur, tunc legitimis defertur hereditas, secus si nasci, vel de captivitate reverti potest, *ibid.*

CONSANGVINEI defunctæ uxoris in successione præferuntur ejus viro, *L. 3. C. quorum bonorum.*

Eos CONSANGVINEOS dicimus, quos Divinæ, & Imperatorum, ac Romanorum, atque Græcorum Leges consanguineos appellant, *c. 2. §. 1. q. 2. cauf. 35.*

CONSANGVINEI uxoris in eodem gradu sunt affines viri, *c. 3. q. 5. cauf. 35.*

CONSANGVINEI viri omnes sunt affines uxoris, *ibid.*

Inter CONSANGVINEOS viri & consanguineos uxoris affinitas nulla est, *c. 5. ead.*

CONSANGVINEI mariti cum consanguineis uxoris licite contrahunt matrimonium, *c. 5. X. de consanguinitate.*

CONSANGVINEORVM conjunctiones alias causa necessitatis permissæ, alias causa justæ rationis inveniuntur imperatæ, in *pr. q. 1. caus. 35.*

Qui CONSANGVINEAS ducunt uxores, infamia notentur, *c. 2. q. 2. caus. 35.*

Quod CONSANGVINEAS in conjugium nobis ducere liceat, hoc exemplis, & auctoritatibus probatur, in *princ. q. 1. caus. 35.*

CONSANGVINITAS.

CONSANGVINITAS usque ad sextum generationis gradum constituta est, & quidem ideo, ut sicut sex ætatibus Mundi generatio, & hominis status finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminetur, *c. un. q. 4. caus. 35.*

Iura CONSANGVINITATIS habent non solum naturales, sed etiam adoptivi cum his, qui sunt in familia, vel in utero, vel post mortem patris nati, *L. 1. §. 11. de suis & legitimis.*

CONSANGVINITAS seu *Ius sanguinis* nullo jure civili dirimi potest, *L. 8. de R. I.*

CONSANGVINITATIS necessitudo non epistolis, sed natalibus, h. e. *matrimonio*, vel adoptione probatur, *L. 13. C. de probat.*

CONSANGVINITATIS jus species est agnationis, *§. 4. de success. cognat.*

Testes, qui de CONSANGVINITATE deponunt, computationem debent à stipite, vel germine incipere, *c. 7. X. de consang.*

Quomodo CONSANGVINITATIS gradus dirimuntur, *c. 1. q. 5. caus. 35.*

CONSANGVINITATIS gradus quomodo sint computandi, *c. 2. ead.*

CONSANGVINITAS est attinentia personarum ex eo proveniens, quia una descendit ab altera, vel ambæ ab eadem, *c. 6. q. 5. caus. 35.* post arborem consanguinitatis.

CONSANGVINITAS est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum, *ibid.*

Dicitur CONSANGVINITAS, quasi sanguinis unitas, à *con* & *sanguine*, quia de communi sanguine descendunt, *ibid.*

CONSCIENTIA.

Non hominum linguas, sed CONSCIENTIAS curare debemus, *c. 55. q. 3. caus. 11.*

CONSCIENTIA nobis, & fama proximis est necessaria, *c. 56. ead.*

Quos CONSCIENTIA justificat, aliorum maledicta non timeant, *c. 52. ead.*

Quando Deus judex erit, alius testis, quam CONSCIENTIA tua, non erit, *c. 54. q. 3. caus. 11.*

Ex CONSCIENTIA ubi aliquid fit, ibi de juris apicibus non convenit disputari, *L. 2. C. de fideicommiss.*

CONSCIVS.

CONSCIVS criminis parricidii pœna parricidæ punitur, licet extraneus sit, *§. 6. de publicis judic.* & *L. 6. de L. Pompeja de parricid.*

CONSCII Satellites, & ministri etiam, si sunt *conscii* criminis læsæ majestatis, eadem pœna puniuntur, qua committentes, *L. 5. §. 6. C. ad L. Iul. Majestat.*

CONSECRARE.

CONSECRANDA Ecclesia non est, in qua Paganus sepultus invenitur, *c. 27. dist. 1. de consecrat.*

For-

Forma CONSECRANDI altaria, aliasque res sacras explicatur *c. un. X. de sacra unct.*

CONSECRENTUR Ecclesiæ, de quarum *consecratione* dubitatur, *c. 18. dist. 1. de consecrat.*

Ecclesia denuo CONSECRETUR, si vel igne exusta, vel sanguinis aut seminis effusione polluta fuerit, *c. 20. dist. 1. de consecrat.*

Non CONSECRETUR Ecclesia, quæ pro quæstu cupiditatis ædificatur, *c. 10. ead.*

Qui fecit Ecclesiam CONSECRARI, tenetur eam dotare, *c. 8. X. de consecrat. Eccles.*

CONSECRARI possunt Ecclesiæ diebus etiam non festis, *c. 2. X. eod.*

CONSECRARI debent Arianorum Ecclesiæ, *c. 22. dist. 1. de consecrat.*

CONSECRATIO.

CONSECRATIO Ecclesiarum absque Missa fieri non debet, *c. 3. dist. 1. de consecrat.*

CONSECRATIO Ecclesiarum non debet alibi fieri, quam in locis Deo sacratis, *c. 1. & 2. ead.*

Pro CONSECRATIONE Ecclesiæ procuratio peti potest, *c. 10. X. de Simonia.*

CONSECRATIO vel Ordinatio non censetur Simoniaca, licet Ordinatori aliquid donatum fuerit non ex pacto, *c. 18. X. eod.*

CONSENSUS.

Qui CONSENSUM jungit cum pravitate, latum pandit delinquentibus aditum, *c. 3. dist. 86.*

CONSENSUS liber dici non potest, qui in alieno arbitrio reservatur, *c. 5. X. de condit. appos.*

A Judicibus, quos communis CONSENSUS elegerit, non liceat provocare, *c. 33. q. 6. caus. 2.*

CONSENSUS privatorum eum, qui Jurisdictioni præest, potest suum Judicem constituere, *c. 18. X. de for. com.*

Sine CONSENSU Vasalli nemo alius investiri potest, *I. F. 22.*

CONSENSU Domini non indiget Vasallus ad alienandam dimidiam Feudi partem, *I. F. 13.*

CONSENSUS non est, ubi est error. *L. 2. pr. de judiciis.*

CONSENSUS nudus, *L. 35. de R. I.*

Nihil CONSENSUI est tam contrarium, quam vis, & metus, quem comprobare est contra bonos mores, *L. 116. pr. de R. I.*

CONSENSUM nullum habet errans, *L. 23. C. de locato.*

CONSENTIRE.

CONSENTIRE non videntur, qui errant, *L. 116. §. 2. de R. I.*

CONSENTIRE & non contradicere paria sunt, *L. 5. de adopt.*

CONSENTIENTIBUS agnatis filius tanquam de novo feudo investitur, *II. F. 45.*

CONSENTIENTIBUS agnatis alienatio feudi valet, *II. F. 39. pr.*

CONSENTIENS alienanti Vasallo, jus suum amittit, *II. F. 26. c. 5. §. 1.*

CONSENTIRE non potest religiosus sine licentia Superioris, *c. 27. de elect. in 6.*

Scienti & CONSENTIENTI non fit injuria neque dolus, *c. 27. de R. I. in 6.*

Qui desinit obviare, cum potest, CONSENTIT, *c. 11. q. 3. caus. 23.*

Qui tacet, CONSENTIRE videtur, *c. 43. de R. I. in 6.*

Qui semel CONSENTIT in aliquem, dissentire non potest, *c. 7. X. de desponsat. impub.*

CONSENTIRE videtur, qui non contradicit, *c. 2. X. de his, quæ fiunt à Prælato.*

CONSENTIT, qui non resistit erroribus, *c. 3. dist. 83.*

CONSENTIT erranti, qui non occurrit, *c. 5. ead.*

CONSEQVENS.

CONSEQVENS qui vult, idem vult antecedens, *L. 77. de acq. hered.*

CONSEQVENTER.

CONSEQVENTER, i. e. *convenienter, Auth. Et consequenter, C. de sent. & interloq.*

CONSEQVENTIA.

Quæ à jure communi exorbitant, nequaquam ad CONSEQVENTIAM sunt trahenda, *c. 28. de R. I. in 6.*

Per CONSEQVENTIAS interdum licet, quod directo non licet, *L. 1. pr. & L. 7. pr. de auctor. tut.*

CONSERVATOR.

CONSERVATOR à manifestis defendit injuriis, & judicialem indaginem non exercet, *c. 1. & 15. de officio & potest. deleg.*

CONSILIARIVS.

CONSILIARII propter consilium malum puniuntur, *c. 24. dist. 86.*

CONSILIARII vel Senatores, Consiliariorum, vel Senatorum filiis tutores creari possunt, *L. 22. de tutor. & curat. dat.*

CONSILIARII Principum à tutelis immunes sunt, *L. 30. pr. de excusat.*

CONSILIARII Principum ii dicuntur, qui circa latus Principum agunt, *ibid.*

CONSILIARII pars corporis Principis dicuntur, *L. 5. pr. C. ad L. Iul. majest.*

CONSILIVM.

CONSILIVM habuisse non nocet, nisi & factum secutum fuerit, *L. 53. §. 2. de V. S.*

CONSILII non fraudulenti nulla obligatio est, cæterum si dolus, & calliditas intercessit, de dolo actio competit, *L. 47. pr. de R. I.*

CONSILIVM fraudulentum obligat, *L. 8. de dolo.*

Nemo CONSILIVM suum in alterius injuriam mutare potest, *L. 75. de R. I.*

CONSILIVM præstans servo, ut fugeret, non facit furtum magis, quam si ei persuaserit, ut se præcipitaret, aut manus sibi inferret, *L. 36. pr. de furtis.*

CONSILIVM dare videtur, qui persuadet & impellit atque instruit consilio ad furtum faciendum, *L. 50. §. 3. eod.*

CONSILIVM, vel opem præbens, ut res alienæ furentur, tenetur furti, si dolo malo præbuit, secus si sine dolo malo præbuit, quo casu non tenebitur furti, sed actione in factum, *L. 50. §. 1. eod.*

CONSILIVM ad furtum faciendum tunc nocet, cum secuta est contrectatio, *L. 52. §. 19. eod. & L. 53. §. 2. de V. S.*

CONSILIVM corruptoris ad perniciem probitatis servi introductum, licet servus hoc deterior minime factus sit, tamen corruptor s. solicitator est puniendus, *§. 8. de oblig. quæ ex delicto* &c.

Nemo ex CONSILIO mandati obligatur, etiamsi non expediat ei, cui mandabatur, *§. 6. de mandato, & L. 2. §. 6. mandati.*

CONSILIVM regium quod ordinaverit, id ad beatitudinem imperii, & ad ipsius gloriam redundare, Princeps bene cognoscit, *L. 8. C. de legibus* &c.

CONSILIVM & auxilium Vasallus Domino præstare debet, *II. F. 6.*

CONSILIVM ex animi sui sententia Vasallus Domino præstare tenetur, & proinde non fraudulentum, *II. F. 7. pr.*

CONSILIVM quasi *consid.um*, *c. 1. §. 7. dist. 15.*

Vbi CONSILIVM datur. Offerentis arbitrium est, ubi præceptum, necessitas

fitas eft fervientis, *c. 3. §. 3. q. 1. cauf. 14.*

Nullus ex CONSILIO, dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur, *c. 62. de R. I. in 6.*

CONSILIA non funt præcipitanda, *c. 14. pr. dift. 50.*

CONSILIVM rectum Iurisconfulto vendere licet, *c. 71. q. 3. cauf. 11.*

CONSISTORIVM.

CONSISTORIVM five *Auditorium* Epifcopi & Officialis eft idem, *c. 3. pr. de appellat. in 6.*

CONSOBRINVS.

CONSOBRINI, confobrinæque funt, qui quæve ex duabus fororibus nafcuntur, quafi confororini, *L. 1. §. 6. de gradibus & affin.*

CONSOBRINI funt in quarto gradu, *ibid.* & §. 4. *de gradib. cognat.*

CONSOBRINVS, confobrinaque, i. e. qui quæve ex fororibus aut fratribus procreantur; Sed quidam recte confobrinos eos proprie dici putant, qui ex duabus fororibus progenerantur, quafi confororinos, *d. §. 4. de gradib. cognat.*

CONSOBRINIS datur bonorum poffeffio, *L. 1. C. unde legitimi.*

CONSOBRINORVM filii dicuntur propiores fobrini, *L. 2. C. eod.*

Duorum CONSOBRINORVM conjuges non poffunt uni eidemque nubere, *c. 22. q. 2.* & *3. cauf. 35.*

CONSOBRINI (*patrueles*) fuccedunt Capitaneis, & Valvaforibus, *I. F. 14. §. 1.*

CONSOBRINAM uxorem ducere licuit, *L. 24. de cond. inftit.*

CONSORS.

CONSORTES feudi, *II. F. 55. §. 1.*

CONSORTES ejusdem litis funt focii, inter quos communis eft res, & de qua litem fimul omnes conteftantur, vel unus eorum tantum, *L. 1. C. de confort. ejusd. lit.*

CONSPIRARE.

CONSPIRANTES Clerici, proprio amiffo gradu, retrudantur in carcerem, *c. 22. q. 1. cauf. 11.*

CONSPIRATOR.

CONSPIRATORES in nullius accufatione funt recipiendi, *c. 5. q. 4. cauf. 3.*

CONSPIRATORES probare non fufficit, nifi probetur, quod fecutus fuerit Iudex dicta eorum, *c. 22. X. de fent. & re jud.*

CONSTANTINOPOLITANVS, *a. m.*

CONSTANTINOPOLITANAE urbis Epifcopus fecundum à Romano Pontifice obtinet locum, propterea quod fit nova Roma, *c. 3. dift. 22.*

CONSTANTINOPOLITANA Ecclefia omnium aliorum eft caput, *L. 24. pr. C. de facrofanct. Eccl.*

CONSTANTINOPOLITANA urbs veteris Romæ prærogativa gaudet, *L. 6. C. eod.*

CONSTANTINVS.

CONSTANTINVS *Imper.* veneranda Chriftianorum fide Romanum munivit imperium, *L. 5. C. de natural. liber.*

CONSTANTINVS *Imper.* coronam, & omnem Regiam dignitatem in urbe Romana, & in Italia, & in partibus Occidentalibus Apoftolico conceffit, *c. 13. dift. 96.*

CONSTANTINVS *Imper.* quarta die fui Baptifmi privilegium Romanæ Ecclefiæ Pontifici contulit, ut in toto Orbe Romano Sacerdotes ita hunc caput habeant, ficut judices Regem, *c. 14. pr. eod.*

CONSTITVERE.

CONSTITVI feudum fine inveftitura nullo modo poteft, *I. F. 25.*

CONSTITVENS jus debet illud declarare, *c. 13. X. de conftitut.*

CONFESSIO facta coram non suo Iudice, non præjudicat confitenti, *c. 4. X. de judic.*

CONFESSIO Advocati præjudicat parti suæ, nisi eadem die revocetur, *c. 62. de appellat.*

CONFESSIO facta in jure per œconomum Ecclesiæ, nocet ipsi Ecclesiæ, potest tamen revocari, si ante finitum negotium doceatur per errorem facti emanasse, *c. 3. X. de confessis.*

CONFESSIO conjugum contra matrimonium non præjudicat ipsi matrimonio propter collusionem, *c. 5. X. de eo, qui cognovit consang.*

Ad solam mulieris CONFESSIONEM asserentis se commisisse adulterium cum Sacerdote, non debet Sacerdos puniri, sed sibi infamato potest indici purgatio, quam si præstiterit, absolvitur, deficiens vero suspenditur ab officio, *c. 5. de adulter.*

CONFESSIO.

Melior est in malis factis humilis CONFESSIO, quam in bonis superba gloriatio, *c. 89. §. 2. q. 3. caus. 11.*

Omnis CONFESSIO, quæ fit ex necessitate, fides non est, *c. 1. §. 1. q. 6. c. 15.*

CONFESSIO spem salvandi tribuit, *c. 39. dist. 1. de pœnit.*

CONFESSIO aperit Paradisum, *ibid.*

CONFESSIO illa nos liberat, quæ fit cum pœnitentia, *ibid.*

Fit CONFESSIO ad ostensionem pœnitentiæ, non ad impetrationem veniæ, *c. 37. pr. dist. 1. de pœnit.*

CONFESSIO Sacerdoti offertur in signum veniæ acceptæ, non in causam remissionis accipiendæ, *ibid.*

Sine CONFESSIONE oris, & satisfactione operis nemo à peccato potest mundari, si tempus satisfaciendi habuerit, *d. c. 37. §. 1. ead.*

Votum CONFESSIONIS reputatur pro opere vocis, cum deest facultas confessionis, *c. 87. §. 2. ead.*

CONFESSORIA *actio.*

CONFESSORIAM directam actionem pro utendi & fruendi jure is solus potest intentare, qui habet usumfructum, dominus autem non potest, *L. 5. pr. si ususfr. petatur* &c.

CONFESSORIA actio ei, qui servitutes sibi competere contendit, datur, *L. 2. pr. si servitus vindic.*

CONFESSORIA actio est realis actio ſ in rem, *ibid.*

CONFESSORIA actio nulli alii, quam domino fundi, competit, *d. L. 2. §. 1. eod.*

In CONFESSORIA actione, quæ de servitute movetur, fructus etiam veniunt, *L. 4. §. 2. eod.*

CONFESSORIA competit contra eum, qui non servitutem, sed refectionem servitutis impedit, & etiam habet interdictum de itinere, actuque privato pro refectione, *L. 4. §. 5. eod.*

CONFESSORIA actio etiam pro haustu aquæ, cum sit servitus, competit, *L. 4. §. 6. eod.*

CONFESSORIA actio competit pro servitute tigni immittendi, ut in parietem ejus tigna immittere mihi liceat, ut super ea tigna porticum ambulatoriam facere, & super eum parietem columnas structiles mihi liceat imponere, quæ tectum porticus ambulatoriæ sustineant, *L. 8. §. 1. eod.*

CONFESSORIA actio verbis affirmativis proponitur, *§. 2. de A.*

CONFINIS.

CONFINES in rusticis prædiis dicuntur, *L. 4. §. 10. finium reg.*

CONFINIA dicuntur prædia rustica, quæ ita sibi proxima sunt, ut nullus paries medius sit, urbana autem consueverunt distingui, & terminari parietibus, *ibid.*

CON-

CONFIRMARE.

CONFIRMAT lex mandatam jurisdictionem, eo ipso, quod non infirmat, *L. 6. de jurisd.*

CONFIRMARI non potest principale ab accessorio, *L. 10. de jur. codic.*

Per manus impositionem CONFIRMENTUR, qui ab hæreticis Baptisma accipiunt, *c. 51. q. 1. cauf. 1.*

CONFIRMENT baptizatos Episcopi non nisi jejuni, *c. 7. dist. 5. de consecrat.*

De re scienter CONFIRMATA per Papam, inferior Iudex cognoscere non potest, nisi confirmatio non tenuerit, ut quia subreptitia, vel de re litigiosa, *c. 1. X. de confirm. util.*

CONFIRMATIO.

CONFIRMATIO contra jus obtenta non valet, *c. 3. X. de confirm. util.*

CONFIRMATIO per subreptionem obtenta non valet, *ibid.*

CONFIRMATIONE jus alterius non tollitur, *c. 9. eod.*

CONFIRMATIONES Papæ non debent judicari, nisi per falsi suggestionem fuerint obtentæ, *c. 2. X. eod.*

CONFIRMATIONIS literæ super sententia, à qua erat appellatum, non valent, si appellatus malitiose prævenit appellantem, *c. 3. X. de confirm. util.*

Cassata CONFIRMATIONE propter defectum jurisdictionis, vel solennitatem omissam, non propter hoc electio cassata dicetur, *c. 39. de elect. in 6.*

CONFIRMATIO super donatione non valente facta non valebit, *c. 31. X. de decim.*

CONFIRMATIO non trahitur ad id tempus, quo facere vel confirmare non potest, *L. 7. de jur. codic.*

CONFIRMATIO *sacramentalis.*

CONFIRMATIONIS Sacramentum post Baptismum præstetur, *c. 1. dist. 5. de consecrat.*

CONFIRMATIONIS effectus occurrunt in *c. 2. ead.*

Quare CONFIRMATIONIS Sacramentum baptizato tradatur, *c. 5. ead.*

Episcopi ad CONFIRMATIONEM non nisi jejuni veniant, *c. 6. ead.*

CONFIRMATIO nunquam debet reiterari, *c. 8. ead.*

CONFISCARE.

Si CONFISCATA est pecunia nautica vitio debitoris, creditori actio in debitorem non perit, *L. 3. C. de nautico fœnore.*

CONFISCANTUR bona ejus, qui mortem sibi conscivit ob criminis publici conscientiam, *L. 1. C. de bonis eorum qui.*

CONFISCATIS bonis viri res propriæ uxoris non debent occupari, & dotes illico debent sibi restitui, & donata ei ante matrimonium, vel eo constante ante commissum delictum debent apud eam permanere, *L. 9. pr. C. de bonis proscriptor.*

CONFISCATIS bonis patroni jura patronatus libertorum transeunt in fiscum, *L. 1. C. de bonis libert.*

CONFISCARI non possunt dotes uxorum innocentium, propter hæresin majorum, *c. 14. de hæreticis in 6.*

CONFISCATIO.

CONFISCATIO aut publicatio alicujus rei quando fit, non aliter fit, quam cum eadem conditione, & qualitate, quam res confiscata habet, *L. 23. §. 2. de S. P. R.*

CONFISCATIONES bonorum universorum apud Romanos in usu non fuerunt, stantibus liberis damnati, *L. 1. §. 1. de bonis damnat.*

CONFITERI.

CONFESSUS sponte, & convictus damnari potest, *c. 2. X. de confessis.*

De se CONFESSI super aliorum conscientiis interrogari non debent, *c. 1. X. eod.*

Si quis CONFESSVS de crimine in judicio fuerit, à testimonio repellitur, *c. 1. X. de exception.*

Nulli de se CONFESSO contra alium in eodem crimine est credendum, *c. 10. X. de testibus.*

CONFITERI eum de crimine, qui per contumaciam non comparet, manifestum est, *c. 10. q. 9. caus. 3.*

CONFITERI crimen intelligitur, qui paciscitur, *L. 5. de his, qui notant. infam.*

CONFESSVS pro judicato est, qui quodammodo sua sententia damnatur, *L. 1. de confessis.*

Certum CONFESSVS pro judicato erit, incertum non erit, *L. 6. pr. eod.*

Si is, cum quo Lege Aquilia agitur, CONFESSVS est, servum occidisse, licet non occiderit, si tamen occisus sit homo, ex confesso tenetur, *L. 4. eod.*

CONFESSVS se debere quantitatem, cogitur declarare eam, *L. 6. §. 1. eod.*

CONFESSVS in jure pro judicato habetur, *L. un. C. de confess.*

Is, qui de se CONFESSVS est, in caput aliorum non debet torqueri, *L. 16. §. 1. de quæstion.*

CONFESSO convictoque latroni non facile credendum, quoties ad societatem sceleris vocat eum, à quo oblatus & proditus est, nisi evidenter appareat, commisso communiter scelere, captandæ impunitatis gratia, hunc ad illius proditionem festinasse, *L. 4. C. de quæstion.*

CONFORMARE.

Quisquis debet se CONFORMARE illis, inter quos vivit, in his, quæ nec contra fidem sunt, nec contra bonos mores, *c. 11. dist. 12.*

CONFVGERE.

CONFVGIENS servus alicujus armatus ad Ecclesiam extrahendus est à clericis, quod si non possunt extrahere, domino debent denuntiare, cui concedatur facultas extrahendi etiam manu armata, adeo quod si servus in pugna occideretur, non adscribitur delicto domini, *L. 4. C. de his, qui ad Eccles. confug.*

CONFVGIENTES ad Ecclesiam, cujuscunque conditionis sint, non sunt extrahendi, præterquam Constantinopoli sub pœna capitis, *L. 6. pr. C. eod.*

CONFVGIENS ad Ecclesiam non potest ibi detineri ita, atque constringi, ut ei aliquid victualium rerum, aut vestis, aut requies negetur, *ibid.*

CONFVGIENS ad Ecclesiam citatus debet respondere per se, vel procuratorem, qui si non respondeat pro modo debiti, proceditur ad primum, & secundum decretum, & ad bonorum investigationem secundum juris ordinem, *d. L. 6. §. 1. 2. & 3. C. eod.*

CONFVNDERE.

Quod si duorum materiæ ex voluntate dominorum CONFVSAE sunt, totum id corpus, quod ex *confusione* fit, utriusque commune est: Veluti si qui vina sua *confuderint*, aut massas argenti vel auri conflaverint, §. 27. *de R. D.*

CONFVNDI dicitur materia, sed species dicuntur misceri, *§. 27. & 28. eod.*

CONFVNDERE etiam abusive dicitur de frumento, *L. 5. pr. de R. V.*

CONGREGATIO.

CONGREGATIONES hæreticorum debent prohiberi, *L. 2. pr. C. de summa Trinitate* &c.

CONIECTVRA.

Quod profuturum CONIECTVRA nonnunquam credidit, experientia subse-

subsequens nocivum ostendit, *c. 2. pr. Extrav. de V. S. Ioan. XXII.*

CONIECTVRA & mens testatoris quandoque inspici debet, *L. 3. C. de inoffic. testam.*

CONIECTVRA est, quando sensus tacite ex litera elicitur, *L. 21. C. de furt.*

CONIVGIVM.

CONIVGIVM inter fratrem & fratris vel sororis filiam dicitur *contagium*, & nefandissimum scelus, quod rescripto principis impetrari non debet, & si impetretur, non tenet, *L. 2. C. si nuptiæ ex rescripto* &c.

CONIVGIVM sive *matrimonium* est viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ consuetudinem retinens, *c. un. q. 1. caus. 29.*

CONIVGIVM legitimum aliter non fit, nisi ab his, qui super ipsam fœminam dominationem habere videntur, & à quibus custoditur, uxor petatur, & à parentibus, & propinquioribus sponsetur, & Legibus dotetur, & suo tempore Sacerdotaliter, ut mos est, cum precibus, & oblationibus à Sacerdote benedicatur, & à paranymphis, ut consuetudo docet, custodita, & sociata, à proximis congruo tempore petita Legibus detur, ac solenniter accipiatur, & biduo, vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant, *c. 1. q. 5. caus. 30.*

CONIVGIA clandestina ineuntes, vel ignoranter in gradu prohibito, soboles ex tali conjunctione censetur illegitima, *c. 3. §. 1. X. de clandest. despons.*

Cum initiatur CONIVGIVM, conjugii nomen adsciscitur, non cum puella viri admissione cognoscitur, *c. 35. q. 2. caus. 27.*

CONIVGIVM confirmat & perficit conjunctorum commixtio corporalis, *c. 36. ead.*

Vbi non est consensus utriusque, ibi non est CONIVGIVM, *c. 1. q. 2. caus. 30.*

CONIVGIVM pactio conjugalis, non defloratio virginitatis facit, *c. 5. q. 2 caus. 27.*

CONIVGIVM est, cum jungitur puella, non cum cognoscitur, *ibid.*

Prima CONIVGII fides, castitatis gratia est, *c. 15. q. 1. caus. 28.*

CONIVGIO copulandi non sunt fideles infidelibus, *ibid.*

CONIVGIA solvi non licet ob infirmitatem, vel damna corporis, *c. 25. q. 7. caus. 32.*

CONIVGIA inter diversæ Religionis Sectatores non fiant, *c. 9. §. 6. q. 1. caus. 28.*

CONIVGIA voventium continentiam non sunt dissolvenda, *c. 41. q. 1. caus. 27.*

Legitima servorum CONIVGIA sua autoritate domini non dirimant, *c. 8. q. 2. caus. 29.*

CONIVNCTIM.

CONIVNCTIM legatur, veluti si quis dicat, *Titio & Sejo hominem Stichum do, lego*, §. *8. de legatis.*

Si CONIVNCTIM eadem res duobus legata sit, si ambo perveniant ad legatum, scinditur inter eos legatum, si vero alter deficiat, totum ad collegatarium pertinet, *ibid.*

CONIVNCTIM legatum duobus videtur, veluti: *Lego Titio & Mævio*; Vel, *Lego Titio cum Mævio*, *L. 36. §. 2. de legat. 1.*

CONIVNCTIO.

CONIVNCTIONES consanguineorum nec legitimæ sunt, nec manere possunt, sed sunt repellendæ, *c. 4. q. 4. caus. 3.*

CONIVNCTIO viri & fœminæ est Iuris

ris naturalis, *c. 7. dist. 1. pr. I. de I. N. G.* & *C.*

CONIUNCTIO licita maris & fœminæ à Iure civili matrimonium appellatur, *ibid.*

Semper in CONIUNCTIONIBUS non solum, quid liceat, considerandum est, sed & quid honestum sit, *L. 197. de R. I.*

CONIUNCTIO.

CONIUNCTIONEM nonnunquam pro disjunctione accipi, *Labeo* ait; ut in illa stipulatione, *Mihi heredique meo te, heredemque tuum*, *L. 29. de V. S.*

CONIUNCTIO aut re contingit, aut re & verbis, aut verbis tantum, *L. 142. eod.*

CONIUNCTIO realis est: *Titius heres esto: Cajus & Mævius æquis partibus heredes sunto*, *L. 66. de hered. instit.*

CONIUNCTIO verbalis: Cajus & Mævius æquis partibus heredes sunto, *ibid.*

CONIUNCTUS.

Pro CONIUNCTIS ex re habentur: Si quædam imposita sunt, cætera non desiderabuntur, *L. 53. §. 1. de V. S.*

CONIUNCTI in jure accrescendi non sunt, qui sine parte sunt instituti, *L. 17. §. 1. de hered. instit.*

CONIUNCTI re & verbis in solidum venientes faciunt sibi partes concursu, *L. 142. de V. S.*

CONIUNCTI re tantum faciunt sibi partes per concursum, *ibid.*

CONIUNCTI verbis tantum faciunt sibi partes ab initio, & non per concursum, *ibid.*

Re CONIUNCTI videntur, non etiam verbis, cum duobus separatim eadem res legatur, *L. 89. de legat. 3.*

Verbis tantum CONIUNCTI dicuntur, quibus una & eadem oratione partes ejusdem rei relinquuntur, v. g. *Titio & Sejo fundum æquis partibus do, lego, ibid.*

CONIUNCTUS simul re & verbis, præfertur re tantum vel verbis tantum conjunctis, *ibid.*

CONIUNCTUS re tantum non præfertur conjuncto verbis tantum in parte deficientis collegatarii, *ibid.*

CONIUNCTUS verbis tantum præfertur conjuncto re tantum in parte deficientis collegatarii, *ibid.*

CONIUNCTI verbis dicuntur illi, qui propter unitatem sermonis quasi in unum corpus redacti sunt, disjuncti vero, qui ab ipso testatoris sermone apertissime discreti sunt, *L. 1. §. 10. C. de caducis toll.*

CONIUNCTA interdum pro disjunctis accipiuntur, *L. 53. pr. de V. S.*

CONIUNCTUS.

CONIUNCTIS personis multa debemus, quæ extraneis non debemus, *L. 1. §. 2. de tut. & ration. distr.*

CONIUNCTUS vel consanguineus existens in civitate non præsumitur scire factum brevi tempore ab alio conjuncto existente in villa, vel ruri, *L. 25. §. 1. de liberis & posthumis* &c.

CONIUNCTAM personam non investiat Prælatus, *II. F. 91. X.*

CONIUNCTUS pro conjuncto admittitur ad testem in causis legatorum & fideicommissorum, *§. 11. de testam.*

CONIUNCTI sanguine præsumuntur scire ætatem cognatorum, *L. 7. C. de in integr. restit. minor.*

CONIUNCTUS admittitur pro conjuncto ad agendum sine mandato, *L. 12. C. de procurat.*

CONIUNCTAE personæ, quæ possunt agere sine mandato, sunt liberi, licet sint in potestate; item parentes, fratres, &c. *L. 35. pr. de procurat.*

CONIURARE.

Clerici aut Monachi CONIURANTES, pro-

proprio priventur honore, *c. 23. q. 1. cauſ. 11.*

CONIVRATIO.

CONIVRATIONES & conventicula in civitatibus, vel extra, vel inter civitatem & civitatem, vel inter perſonam & perſonam, vel inter civitatem & perſonam nullo modo debent fieri, alias domus, ubi fiunt, deſtruitur, & conjuratorum bona confiſcantur, *II. F. 53. §. 2.*

CONIVRATIO & conſpiratio pro uno eodemque crimine accipiuntur, *c. 21. q. 1. cauſ. 11.*

Ad detegendam veritatem CONIVRATIONIS coguntur ſocii, etiam jurati, *c. 11. X. de teſtib. cog.*

CONIVRATOR.

CONIVRATORES & conſpiratores declarentur, qui juraverunt contra mandatum Papæ agere, quamdiu poſſunt reſiſtere, *c. 2. §. cæterum de V. S. in 6.*

CONIVX.

CONIVGES non debent ſe libidinoſe diligere, *c. 5. q. 4. cauſ. 32.*

CONIVGE mortua licet alteram ducere, ſed non repudiatam vel deſponſatam, *c. 13. q. 2. cauſ. 27.*

CONIVX vocatur à prima fide deſponſationis, *c. 6. & 9. ead.*

Raptores CONIVGES nullatenus habere poſſunt fœminas raptas, licet conſenſum parentum acceperint, *c. 11. q. 2. cauſ. 36.*

CONIVX, quæ continentiam vovit, tenetur reddere debitum *conjugi*, licet ad tempus voto conſenſerit, *c. 11. X. de converſ. conjugat.*

CONIVX ad morganaticam, *II. F. 29.*

CONIVGES ſeu *Jugales* ſi acquirunt feudum, quomodo illis ſuccedatur, *II. F. 104. §. 2.*

CONIVGIS pars feudi ſi deficiat, Domino acquiritur, *II. F. 85.*

CONNEXA.

Quod de uno CONNEXORVM ſtatuitur, ad aliud connexum extenditur, *c. 3. X. de conſtitut.*

CONQVERI.

CONQVERI poſſunt de facto parentum liberi, & Liberti de facto Patronorum, ſi modo crimen eis non intendant, *c. 14. pr. q. 1. cauſ. 2.*

CONRADVS *Imperator.*

CONRADI Imperatoris Lex de ſucceſſione nepotum in feuda, *I. F. 1. §. 2.*

CONSANGVINEVS.

CONSANGVINEOS *Caſſius* definit eos, qui ſanguine inter ſe connexi ſunt, *L. 1. §. 10. de ſuis & legitimis* &c.

CONSANGVINEI erunt inter ſe illi, quorum pater deportatus fuit, licet patri ſui heredes non extiterint, *ibid.*

CONSANGVINEI erunt inter ſe, etiam, qui nunquam in poteſtate fuerunt, ut puta, qui poſt captivitatem patris naſcuntur, vel poſt ejus mortem, *ibid.*

Poſt CONSANGVINEOS admittuntur in ſucceſſione agnati, ſi conſanguinei non ſunt, *L. 2. pr. eod.*

CONSANGVINEIS extantibus, licet ipſi hereditatem non adierint, legitimis non defertur hereditas, *ibid.*

CONSANGVINEI ſi non extent, nec naſci ſperentur, tunc legitimis defertur hereditas, ſecus ſi naſci, vel de captivitate reverti poteſt, *ibid.*

CONSANGVINEI defunctæ uxoris in ſucceſſione præferuntur ejus viro, *L. 3. C. quorum bonorum.*

Eos CONSANGVINEOS dicimus, quos Divinæ, & Imperatorum, ac Romanorum, atque Græcorum Leges conſanguineos appellant, *c. 2. §. 1. q. 2. cauſ. 35.*

CONSANGVINEI uxoris in eodem gradu ſunt affines viri, *c. 3. q. 5. cauſ. 35.*

CONSANGVINEI viri omnes sunt affines uxoris, *ibid.*

Inter CONSANGVINEOS viri & consanguineos uxoris affinitas nulla est, *c. 5. ead.*

CONSANGVINEI mariti cum consanguineis uxoris licite contrahunt matrimonium, *c. 5. X. de consanguinitate.*

CONSANGVINEORVM conjunctiones alias causa necessitatis permissæ, alias causa justæ rationis inveniuntur imperatæ, in *pr. q. 1. caus. 35.*

Qui CONSANGVINEAS ducunt uxores, infamia notentur, *c. 2. q. 2. caus. 35.*

Quod CONSANGVINEAS in conjugium nobis ducere liceat, hoc exemplis, & auctoritatibus probatur, in *princ. q. 1. caus. 35.*

CONSANGVINITAS.

CONSANGVINITAS usque ad sextum generationis gradum constituta est, & quidem ideo, ut sicut sex ætatibus Mundi generatio, & hominis status finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminetur, *c. un. q. 4. caus. 35.*

Iura CONSANGVINITATIS habent non solum naturales, sed etiam adoptivi cum his, qui sunt in familia, vel in utero, vel post mortem patris nati, *L. 1. §. 11. de suis & legitimis.*

CONSANGVINITAS seu *Ius sanguinis* nullo jure civili dirimi potest, *L. 8. de R. I.*

CONSANGVINITATIS necessitudo non epistolis, sed natalibus, h. e. *matrimonio*, vel adoptione probatur, *L. 13. C. de probat.*

CONSANGVINITATIS jus species est agnationis, *§. 4. de success. cognat.*

Testes, qui de CONSANGVINITATE deponunt, computationem debent à stipite, vel germine incipere, *c. 7. X. de consang.*

Quomodo CONSANGVINITATIS gradus dirimuntur, *c. 1. q. 5. caus. 35.*

CONSANGVINITATIS gradus quomodo sint computandi, *c. 2. ead.*

CONSANGVINITAS est attinentia personarum ex eo proveniens, quia una descendit ab altera, vel ambæ ab eadem, *c. 6. q. 5. caus. 35.* post arborem consanguinitatis.

CONSANGVINITAS est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum, *ibid.*

Dicitur CONSANGVINITAS, quasi sanguinis unitas, à *con* & *sanguine*, quia de communi sanguine descendunt, *ibid.*

CONSCIENTIA.

Non hominum linguas, sed CONSCIENTIAS curare debemus, *c. 55. q. 3. caus. 11.*

CONSCIENTIA nobis, & fama proximis est necessaria, *c. 56. ead.*

Quos CONSCIENTIA justificat, aliorum maledicta non timeant, *c. 52. ead.*

Quando Deus judex erit, alius testis, quam CONSCIENTIA tua, non erit, *c. 54. q. 3. caus. 11.*

Ex CONSCIENTIA ubi aliquid fit, ibi de juris apicibus non convenit disputari, *L. 2. C. de fideicommiss.*

CONSCIVS.

CONSCIVS criminis parricidii pœna parricidæ punitur, licet extraneus sit, *§. 6. de publicis judic.* & *L. 6. de L. Pompeja de parricid.*

CONSCII Satellites, & ministri etiam, si sunt *conscii* criminis læsæ majestatis, eadem pœna puniuntur, qua committentes, *L. 5. §. 6. C. ad L. Iul. Majestat.*

CONSECRARE.

CONSECRANDA Ecclesia non est, in qua Paganus sepultus invenitur, *c. 27. dist. 1. de consecrat.*

For-

Forma CONSECRANDI altaria, aliasque res sacras explicatur *c. un. X. de sacra unct.*

CONSECRENTUR Ecclesiæ, de quarum *consecratione* dubitatur, *c. 18. dist. 1. de consecrat.*

Ecclesia denuo CONSECRETUR, si vel igne exusta, vel sanguinis aut seminis effusione polluta fuerit, *c. 20. dist. 1. de consecrat.*

Non CONSECRETUR Ecclesia, quæ pro quæstu cupiditatis ædificatur, *c. 10. ead.*

Qui fecit Ecclesiam CONSECRARI, tenetur eam dotare, *c. 8. X. de consecrat. Eccles.*

CONSECRARI possunt Ecclesiæ diebus etiam non festis, *c. 2. X. eod.*

CONSECRARI debent Arianorum Ecclesiæ, *c. 22. dist. 1. de consecrat.*

CONSECRATIO.

CONSECRATIO Ecclesiarum absque Missa fieri non debet, *c. 3. dist. 1. de consecrat.*

CONSECRATIO Ecclesiarum non debet alibi fieri, quam in locis Deo sacratis, *c. 1. & 2. ead.*

Pro CONSECRATIONE Ecclesiæ procuratio peti potest, *c. 10. X. de Simonia.*

CONSECRATIO vel Ordinatio non censetur Simoniaca, licet Ordinatori aliquid donatum fuerit non ex pacto, *c. 18. X. eod.*

CONSENSUS.

Qui CONSENSUM jungit cum pravitate, latum pandit delinquentibus aditum, *c. 3. dist. 86.*

CONSENSUS liber dici non potest, qui in alieno arbitrio reservatur, *c. 5. X. de condit. appos.*

A Iudicibus, quos communis CONSENSUS elegerit, non liceat provocare, *c. 33. q. 6. caus. 2.*

CONSENSUS privatorum eum, qui Iurisdictioni præest, potest suum Iudicem constituere, *c. 18. X. de for. com.*

Sine CONSENSU Vasalli nemo alius investiri potest, *I. F. 22.*

CONSENSU Domini non indiget Vasallus ad alienandam dimidiam Feudi partem, *I. F. 13.*

CONSENSUS non est, ubi est error. *L. 2. pr. de judiciis.*

CONSENSUS nudus, *L. 35. de R. I.*

Nihil CONSENSUI est tam contrarium, quam vis, & metus, quem comprobare est contra bonos mores, *L. 116. pr. de R. I.*

CONSENSUM nullum habet errans, *L. 23. C. de locato.*

CONSENTIRE.

CONSENTIRE non videntur, qui errant, *L. 116. §. 2. de R. I.*

CONSENTIRE & non contradicere paria sunt, *L. 5. de adopt.*

CONSENTIENTIBUS agnatis filius tanquam de novo feudo investitur, *II. F. 45.*

CONSENTIENTIBUS agnatis alienatio feudi valet, *II. F. 39. pr.*

CONSENTIENS alienanti Vasallo, jus suum amittit, *II. F. 26. c. 5. §. 1.*

CONSENTIRE non potest religiosus sine licentia Superioris, *c. 27. de elect. in 6.*

Scienti & CONSENTIENTI non fit injuria neque dolus, *c. 27. de R. I. in 6.*

Qui desinit obviare, cum potest, CONSENTIT, *c. 11. q. 3. caus. 23.*

Qui tacet, CONSENTIRE videtur, *c. 43. de R. I. in 6.*

Qui semel CONSENTIT in aliquem, dissentire non potest, *c. 7. X. de desponsat. impub.*

CONSENTIRE videtur, qui non contradicit, *c. 2. X. de his, quæ fiunt à Prælato.*

CONSENTIT, qui non resistit erroribus, *c. 3. dist. 83.*

CONSENTIT erranti, qui non occurrit, *c. 5. ead.*

CONSEQVENS.

CONSEQVENS qui vult, idem vult antecedens, *L. 77. de acq. hered.*

CONSEQVENTER.

CONSEQVENTER, i. e. *convenienter, Auth. Et consequenter, C. de sent. & interloq.*

CONSEQVENTIA.

Quæ à jure communi exorbitant, nequaquam ad CONSEQVENTIAM sunt trahenda, *c. 28. de R. I. in 6.*

Per CONSEQVENTIAS interdum licet, quod directo non licet, *L. 1. pr.* & *L. 7. pr. de auctor. tut.*

CONSERVATOR.

CONSERVATOR à manifestis defendit injuriis, & judicialem indaginem non exercet, *c. 1.* & *15. de officio & potest. deleg.*

CONSILIARIVS.

CONSILIARII propter consilium malum puniuntur, *c. 24. dist. 86.*

CONSILIARII vel Senatores, Consiliariorum, vel Senatorum filiis tutores creari possunt, *L. 22. de tutor. & curat. dat.*

CONSILIARII Principnm à tutelis immunes sunt, *L. 30. pr. de excusat.*

CONSILIARII Principum ii dicuntur, qui circa latus Principum agunt, *ibid.*

CONSILIARII pars corporis Principis dicuntur, *L. 5. pr. C. ad L. Iul. majest.*

CONSILIVM.

CONSILIVM habuisse non nocet, nisi & factum secutum fuerit, *L. 53. §. 2. de V. S.*

CONSILII non fraudulenti nulla obligatio est, cæterum si dolus, & calliditas intercessit, de dolo actio competit, *L. 47. pr. de R. I.*

CONSILIVM fraudulentum obligat, *L. 8. de dolo.*

Nemo CONSILIVM suum in alterius injuriam mutare potest, *L. 75. de R. I.*

CONSILIVM præstans servo, ut fugeret, non facit furtum magis, quam si ei persuaserit, ut se præcipitaret, aut manus sibi inferret, *L. 36. pr. de furtis.*

CONSILIVM dare videtur, qui persuadet & impellit atque instruit consilio ad furtum faciendum, *L. 50. §. 3. eod.*

CONSILIVM, vel opem præbens, ut res alienæ furentur, tenetur furti, si dolo malo præbuit, secus si sine dolo malo præbuit, quo casu non tenebitur furti, sed actione in factum, *L. 50. §. 1. eod.*

CONSILIVM ad furtum faciendum tunc nocet, cum secuta est contrectatio, *L. 52. §. 19. eod.* & *L. 53. §. 2. de V. S.*

CONSILIVM corruptoris ad perniciem probitatis servi introductum, licet servus hoc deterior minime factus sit, tamen corruptor s. solicitator est puniendus, *§. 8. de oblig. quæ ex delicto* &c.

Nemo ex CONSILIO mandati obligatur, etiamsi non expediat ei, cui mandabatur, *§. 6. de mandato*, & *L. 2. §. 6. mandati.*

CONSILIVM regium quod ordinaverit, id ad beatitudinem imperii, & ad ipsius gloriam redundare, Princeps bene cognoscit, *L. 8. C. de legibus* &c.

CONSILIVM & auxilium Vasallus Domino præstare debet, *II. F. 6.*

CONSILIVM ex animi sui sententia Vasallus Domino præstare tenetur, & proinde non fraudulentum, *II. F. 7. pr.*

CONSILIVM quasi *considium*, *c. 1. §. 7. dist. 15.*

Vbi CONSILIVM datur. Offerentis arbitrium est, ubi præceptum, necessitas

sitas est servientis, *c. 3. §. 3. q. 1. caus. 14.*

Nullus ex CONSILIO, dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur, *c. 62. de R. I. in 6.*

CONSILIA non sunt præcipitanda, *c. 14. pr. dist. 50.*

CONSILIUM rectum Iurisconsulto vendere licet, *c. 71. q. 3. caus. 11.*

CONSISTORIUM.

CONSISTORIUM sive *Auditorium* Episcopi & Officialis est idem, *c. 3. pr. de appellat. in 6.*

CONSOBRINUS.

CONSOBRINI, consobrinæque sunt, qui quæve ex duabus sororibus nascuntur, quasi consororini, *L. 1. §. 6. de gradibus & affin.*

CONSOBRINI sunt in quarto gradu, *ibid.* & §. 4. *de gradib. cognat.*

CONSOBRINUS, consobrinaque, i. e. qui quæve ex sororibus aut fratribus procreantur; Sed quidam recte consobrinos eos proprie dici putant, qui ex duabus sororibus progenerantur, quasi consororinos, *d. §. 4. de gradib. cognat.*

CONSOBRINIS datur bonorum possessio, *L. 1. C. unde legitimi.*

CONSOBRINORUM filii dicuntur propiores sobrini, *L. 2. C. eod.*

Duorum CONSOBRINORUM conjuges non possunt uni eidemque nubere, *c. 22. q. 2. & 3. caus. 35.*

CONSOBRINI (*patrueles*) succedunt Capitaneis, & Valvasoribus, *I. F. 14. §. 1.*

CONSOBRINAM uxorem ducere licuit, *L. 24 de cond. instit.*

CONSORS.

CONSORTES feudi, *II. F. 55. §. 1.*

CONSORTES ejusdem litis sunt socii, inter quos communis est res, & de qua litem simul omnes contestantur, vel unus eorum tantum, *L. 1. C. de consort. ejusd. lit.*

CONSPIRARE.

CONSPIRANTES Clerici, proprio amisso gradu, retrudantur in carcerem, *c. 22. q. 1. caus. 11.*

CONSPIRATOR.

CONSPIRATORES in nullius accusatione sunt recipiendi, *c. 5. q. 4. caus. 3.*

CONSPIRATORES probare non sufficit, nisi probetur, quod secutus fuerit Iudex dicta eorum, *c. 22. X. de sent. & re jud.*

CONSTANTINOPOLITANUS, a. m.

CONSTANTINOPOLITANAE urbis Episcopus secundum à Romano Pontifice obtinet locum, propterea quod sit nova Roma, *c. 3. dist. 22.*

CONSTANTINOPOLITANA Ecclesia omnium aliorum est caput, *L. 24. pr. C. de sacrosanct. Eccl.*

CONSTANTINOPOLITANA urbs veteris Romæ prærogativa gaudet, *L. 6. C. eod.*

CONSTANTINUS.

CONSTANTINUS *Imper.* veneranda Christianorum fide Romanum munivit imperium, *L. 5. C. de natural. liber.*

CONSTANTINUS *Imper.* coronam, & omnem Regiam dignitatem in urbe Romana, & in Italia, & in partibus Occidentalibus Apostolico concessit, *c. 13. dist. 96.*

CONSTANTINUS *Imper.* quarta die sui Baptismi privilegium Romanæ Ecclesiæ Pontifici contulit, ut in toto Orbe Romano Sacerdotes ita hunc caput habeant, sicut judices Regem, *c. 14. pr. ead.*

CONSTITUERE.

CONSTITUI feudum sine investitura nullo modo potest, *I. F. 25.*

CONSTITUENS jus debet illud declarare, *c. 13. X. de constitut.*

CONSVETVDO optima est legum interpres, *L. 37. eod.*

CONSVETVDO erronea non trahitur ad consequentiam, *L. 39. eod.*

CONSVETVDO non est sine consensu, *L. 40. eod.*

CONSVETVDO, cujus memoria non extat, habet vim legis, *L. 1. §. 23. de aqua pluv. arc.*

CONSVETVDO vim legis obtinet, *L. 31. C. de testam.*

CONSVETVDO & ratio, quæ consuetudinem suasit, custodienda est, *L. 1. C. quæ sit longa cons.*

Adversus CONSVETVDINEM non est judicandum, *ibid.*

CONSVETVDINIS usûsque longævi non vilis auctoritas est, *L. 2. C. eod.*

CONSVETVDO rationem non vincit, aut legem, *ibid.*

CONSVETVDO maxime dicenda est, quæ antiquitus probata & servata tenaciter, *L. 3. C. eod.*

CONSVETVDO legem imitatur, *ibid.*

CONSVETVDO legem retinet, i. e. impedit, quominus desuescat, *ibid.*

CONSVETVDO mala non est servanda, *Nov. 134. c. 1.*

CONSVETVDO maris, quæ legibus non repugnat, servari debet, *Nov. 106. c. 1.*

CONSVETVDINEM, qua causæ feudales deciduntur, Romanæ Leges non vincunt, *II. F. 1.*

CONSVETVDO bona, *II. F. 9. §. 1.*

Optima CONSVETVDINE interdicta est feudi alienatio, *II. F. 9.*

CONSVETVDO prava, *II. F. 9. §. 1.*

CONSVETVDO in causis feudalibus finiendis primum est spectanda, si existat, *II. F. 1.*

Si antiquitus CONSVETVDO fuerit, feudum dare possunt Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, Abbatissa, & Præpositus, *I. F. 1. pr.*

CONSVETVDO in tutore & curatore confirmandis servanda, *L. 13. §. 1. de excus.*

CONSVETVDO extra jus commune inducta minores etiam obligat, *L. 32. §. 7. de admin. & peric. tut.*

CONSVETVDO est Ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex, *c. 5. pr. dist. 1.*

CONSVETVDO vocatur, quia in communi est usu, *c. 5. §. 1. ead.*

Nihil refert, an CONSVETVDO scriptura, an ratione constet, *ibid.*

CONSVETVDO, quæ in scriptis redacta est, constitutio seu jus vocatur, *ibid.*

CONSVETVDO, quæ in scriptis redacta non est, generali nomine *consuetudo* appellatur, *ibid.*

CONSVETVDO rationi frustra opponitur, *c. 7. dist. 8.*

CONSVETVDO sine veritate, vetustas erroris est, *c. 8. ead.*

Non hominum CONSVETVDINEM, sed Dei veritatem sequi oportet, *c. 9. ead.*

CONSVETVDO veritati & rationi est postponenda, *c. 4. ead.*

CONSVETVDO perniciosa radicitus est evellenda, *c. 3. ead.*

CONSVETVDO Legibus cedit, *in princ. dist. 11.*

A CONSVETVDINE Romanæ Ecclesiæ membris dissentire non licet, *c. 3. dist. 11.*

Non potest usus & CONSVETVDO legem & rationem vincere, *c. 4. dist. 11.*

Inviolabilis est CONSVETVDO, quæ nec humanis legibus, nec sacris Canonibus obviare monstratur, *c. 5. ead.*

Laudabilis est CONSVETVDO, quæ nihil fidei contrarium usurpat, *c. 6. ead.*

CONSVETVDINI non est resistendum, cui canonica non obstat autoritas, *c. 3. dist. 12.*

CON-

CONSVETVDINES, quæ fidei non officiunt, ut à Majoribus traditæ sunt, observentur, *c. 4. ead.*

Quidquid contra longam CONSVETVDINEM fit, revocari oportet, *c. 7. ead.*

CONSVETVDO est optima legum interpres, *c. 8. X. de consuetud.*

Non valet CONSVETVDO, per quam quis inducitur ad peccandum, vel bona propria dissipandum, *c. 10. X. eod.*

CONSVETVDO rationabilis & legitime præscripta Iuri positivo præjudicium generat, *c. 11. X. de consuet.*

CONSVL.

CONSVLIS officium est, consilium præbere manumittere volentibus, *L. un. pr. de offic. consul.*

CONSVLES, sc. *duo*, & seorsum singuli manumittunt, *L. un. §. 1. eod.*

CONSVLES apud se servos suos manumittere posse, nulla dubitatio est, *L. un. §. 2. eod.*

Si CONSVL minor viginti annis sit, apud se manumittere non potest, cum ipse sit, qui ex senatusconsulto consilii causam examinat, *ibid.*

CONSVLES duo, exactis regibus, Romæ constituti sunt, penes quos summum jus esset, *L. 2. §. 16. de O. I.*

CONSVLES ab eo dicti sunt, quod plurimum reipublicæ consulerent, *ibid.*

Ne CONSVLES per omnia regiam potestatem sibi vindicarent, lege lata factum est, ut ab eis provocatio esset, *ibid.*

CONSVLES non poterant in caput civis romani animadvertere injussu populi, *ibid.*

CONSVLES solum poterant cives romanos coërcere, & in vincula publica duci jubere, *ibid.*

CONSVLES cum avocarentur bellis finitimis, neque esset, qui in civitate jus redderet, factum est, ut Prætor crearetur, qui *urbanus* appellatus est, d. *L. 2. §. 27. eod.*

CONSVLIBVS spargendi missilia facultatem *Marcianus* Imper. ademit, *L. 2. C. de consul. XII.* & *Nov. 105. præfat.*

CONSVLIBVS volentibus spargendi missilia facultatem *Iustinianus Imper.* permisit, ad certum modum tamen & septies tantum in anno, *d. Nov. c. 2. §. 1.*

Moris fuit CONSVLIBVS missilia in vulgus jactare, §. *46. de R. D.*

De septem CONSVLVM processionibus, vid. d. *Nov. 105. c. 1.*

CONSVLES Mediolanenses, *II. F. 32. pr.*

CONSVLES non possunt ingredi consulatum, nisi juraverint, vel jurent fidelitatem, antequam recipiant consulatum, *Constitutio de pace Constantiæ pr. §. in causis* &c.

CONSVLARIS.

CONSVLARIS vir, *§. 1. Constit. de novo cod. fac.*

CONSVLATVS.

CONSVLATVS alius honorarius, alius ordinarius, *L. 66. C. de Decurion.*

CONSVLATVS nomen & causa priscis Romanis debetur, *Nov. 105. præf.*

CONSVLATVS erat annuus, *L. 3. C. de consul. XII.*

CONSVMERE.

Si quis CONSVMPSERIT alienum vinum vel frumentum, non videtur damnum injuria dare, ideoque utilis danda est actio, *L. 30. §. 2. ad L. Aquil.*

CONTEMNERE.

CONTEMNERE Iudicem videtur ille, qui non respondet, *L. 11. §. 4. de interrogat.* &c.

CONTEMNI non debet judicialis autoritas, *c. 11. X. de pœnis.*

CONFESSIO facta coram non suo Iudice, non præjudicat confitenti, *c. 4. X. de judic.*

CONFESSIO Advocati præjudicat parti suæ, nisi eadem die revocetur, *c. 62. de appellat.*

CONFESSIO facta in jure per œconomum Ecclesiæ, nocet ipsi Ecclesiæ, potest tamen revocari, si ante finitum negotium doceatur per errorem facti emanasse, *c. 3. X. de confessis.*

CONFESSIO conjugum contra matrimonium non præjudicat ipsi matrimonio propter collusionem, *c. 5. X. de eo, qui cognovit consang.*

Ad solam mulieris CONFESSIONEM asserentis se commisisse adulterium cum Sacerdote, non debet Sacerdos puniri, sed sibi infamato potest indici purgatio, quam si præstiterit, absolvitur, deficiens vero suspenditur ab officio, *c. 5. de adulter.*

CONFESSIO.

Melior est in malis factis humilis CONFESSIO, quam in bonis superba gloriatio, *c. 89. §. 2. q. 3. caus. 11.*

Omnis CONFESSIO, quæ fit ex necessitate, fides non est, *c. 1. §. 1. q. 6. c. 15.*

CONFESSIO spem salvandi tribuit, *c. 39. dist. 1. de pœnit.*

CONFESSIO aperit Paradisum, *ibid.*

CONFESSIO illa nos liberat, quæ fit cum pœnitentia, *ibid.*

Fit CONFESSIO ad ostensionem pœnitentiæ, non ad impetrationem veniæ, *c. 37. pr. dist. 1. de pœnit.*

CONFESSIO Sacerdoti offertur in signum veniæ acceptæ, non in causam remissionis accipiendæ, *ibid.*

Sine CONFESSIONE oris, & satisfactione operis nemo à peccato potest mundari, si tempus satisfaciendi habuerit, *d. c. 37. §. 1. ead.*

Votum CONFESSIONIS reputatur pro opere vocis, cum deest facultas confessionis, *c. 87. §. 2. ead.*

CONFESSORIA actio.

CONFESSORIAM directam actionem pro utendi & fruendi jure is solus potest intentare, qui habet usumfructum, dominus autem non potest, *L. 5. pr. si ususfr. petatur* &c.

CONFESSORIA actio ei, qui servitutes sibi competere contendit, datur, *L. 2. pr. si servitus vindic.*

CONFESSORIA actio est realis actio s in rem, *ibid.*

CONFESSORIA actio nulli alii, quam domino fundi, competit, *d. L. 2. §. 1. eod.*

In CONFESSORIA actione, quæ de servitute movetur, fructus etiam veniunt, *L. 4. §. 2. eod.*

CONFESSORIA competit contra eum, qui non servitutem, sed refectionem servitutis impedit, & etiam habet interdictum de itinere, actuque privato pro refectione, *L. 4. §. 5. eod.*

CONFESSORIA actio etiam pro haustu aquæ, cum sit servitus, competit, *L. 4. §. 6. eod.*

CONFESSORIA actio competit pro servitute tigni immittendi, ut in parietem ejus tigna immittere mihi liceat, ut super ea tigna porticum ambulatoriam facere, & super eum parietem columnas structiles mihi liceat imponere, quæ tectum porticus ambulatoriæ sustineant, *L. 8. §. 1. eod.*

CONFESSORIA actio verbis affirmativis proponitur, *§. 2. de A.*

CONFINIS.

CONFINES in rusticis prædiis dicuntur, *L. 4. §. 10. finium reg.*

CONFINIA dicuntur prædia rustica, quæ ita sibi proxima sunt, ut nullus paries medius sit, urbana autem consueverunt distingui, & terminari parietibus, *ibid.*

CON-

CONFIRMARE.

CONFIRMAT lex mandatam jurisdictionem, eo ipso, quod non infirmat, *L. 6. de jurisd.*

CONFIRMARI non potest principale ab accessorio, *L. 10. de jur. codic.*

Per manus impositionem CONFIRMENTUR, qui ab hæreticis Baptisma accipiunt, *c. 51. q. 1. cauf. 1.*

CONFIRMENT baptizatos Episcopi non nisi jejuni, *c. 7. dist. 5. de consecrat.*

De re scienter CONFIRMATA per Papam, inferior Iudex cognoscere non potest, nisi confirmatio non tenuerit, ut quia subreptitia, vel de re litigiosa, *c. 1. X. de confirm. util.*

CONFIRMATIO.

CONFIRMATIO contra jus obtenta non valet, *c. 3. X. de confirm. util.*

CONFIRMATIO per subreptionem obtenta non valet, *ibid.*

CONFIRMATIONE jus alterius non tollitur, *c. 9. eod.*

CONFIRMATIONES Papæ non debent judicari, nisi per falsi suggestionem fuerint obtentæ, *c. 2. X. eod.*

CONFIRMATIONIS literæ super sententia, à qua erat appellatum, non valent, si appellatus malitiose prævenit appellantem, *c. 3. X. de confirm. util.*

Cassata CONFIRMATIONE propter defectum jurisdictionis, vel solennitatem omissam, non propter hoc electio cassata dicetur, *c. 39. de elect. in 6.*

CONFIRMATIO super donatione non valente facta non valebit, *c. 31. X. de decim.*

CONFIRMATIO non trahitur ad id tempus, quo facere vel confirmare non potest, *L. 7. de jur. codic.*

CONFIRMATIO *sacramentalis.*

CONFIRMATIONIS Sacramentum post Baptismum præstetur, *c. 1. dist. 5. de consecrat.*

CONFIRMATIONIS effectus occurrunt in *c. 2. ead.*

Quare CONFIRMATIONIS Sacramentum baptizato tradatur, *c. 5. ead.*

Episcopi ad CONFIRMATIONEM non nisi jejuni veniant, *c. 6. ead.*

CONFIRMATIO nunquam debet reiterari, *c. 8. ead.*

CONFISCARE.

Si CONFISCATA est pecunia nautica vitio debitoris, creditori actio in debitorem non perit, *L. 3. C. de nautico fœnore.*

CONFISCANTUR bona ejus, qui mortem sibi consciuit ob criminis publici conscientiam, *L. 1. C. de bonis eorum qui.*

CONFISCATIS bonis viri res propriæ uxoris non debent occupari, & dotes illico debent sibi restitui, & donata ei ante matrimonium, vel eo constante ante commissum delictum debent apud eam permanere, *L. 9. pr. C. de bonis proscriptor.*

CONFISCATIS bonis patroni jura patronatus libertorum transeunt in fiscum, *L. 1. C. de bonis libert.*

CONFISCARI non possunt dotes uxorum innocentium, propter hæresin majorum, *c. 14. de hæreticis in 6.*

CONFISCATIO.

CONFISCATIO aut publicatio alicujus rei quando fit, non aliter fit, quam cum eadem conditione, & qualitate, quam res confiscata habet, *L. 23. §. 2. de S. P. R.*

CONFISCATIONES bonorum universorum apud Romanos in usu non fuerunt, stantibus liberis damnati, *L. 1. §. 1. de bonis damnat.*

CONFITERI.

CONFESSUS sponte, & convictus damnari potest, *c. 2. X. de confessis.*

De se CONFESSI super aliorum conscientiis interrogari non debent, *c. 1. X. eod.*

Si quis CONFESSVS de crimine in judicio fuerit, à testimonio repellitur, *c. 1. X. de exception.*

Nulli de se CONFESSO contra alium in eodem crimine est credendum, *c. 10. X. de testibus.*

CONFITERI eum de crimine, qui per contumaciam non comparet, manifestum est, *c. 10. q. 9. caus. 3.*

CONFITERI crimen intelligitur, qui paciscitur, *L. 5. de his, qui notant. infam.*

CONFESSVS pro judicato est, qui quodammodo sua sententia damnatur, *L. 1. de confessis.*

Certum CONFESSVS pro judicato erit, incertum non erit, *L. 6. pr. eod.*

Si is, cum quo Lege Aquilia agitur, CONFESSVS est, servum occidisse, licet non occiderit, si tamen occisus sit homo, ex confesso tenetur, *L. 4. eod.*

CONFESSVS se debere quantitatem, cogitur declarare eam, *L. 6. §. 1. eod.*

CONFESSVS in jure pro judicato habetur, *L. un. C. de confess.*

Is, qui de se CONFESSVS est, in caput aliorum non debet torqueri, *L. 16. §. 1. de quaestion.*

CONFESSO convictoque latroni non facile credendum, quoties ad societatem sceleris vocat eum, à quo oblatus & proditus est, nisi evidenter appareat, commisso communiter scelere, captandae impunitatis gratia, hunc ad illius proditionem festinasse, *L. 4. C. de quaestion.*

CONFORMARE.

Quisquis debet se CONFORMARE illis, inter quos vivit, in his, quae nec contra fidem sunt, nec contra bonos mores, *c. 11. dist. 12.*

CONFVGERE.

CONFVGIENS servus alicujus armatus ad Ecclesiam extrahendus est à clericis, quod si non possunt extrahere, domino debent denuntiare, cui concedatur facultas extrahendi etiam manu armata, adeo quod si servus in pugna occideretur, non adscribitur delicto domini, *L. 4. C. de his, qui ad Eccles. confug.*

CONFVGIENTES ad Ecclesiam, cujuscunque conditionis sint, non sunt extrahendi, praeterquam Constantinopoli sub poena capitis, *L. 6. pr. C. eod.*

CONFVGIENS ad Ecclesiam non potest ibi detineri ira, atque constringi, ut ei aliquid victualium rerum, aut vestis, aut requies negetur, *ibid.*

CONFVGIENS ad Ecclesiam citatus debet respondere per se, vel procuratorem, qui si non respondeat pro modo debiti, proceditur ad primum, & secundum decretum, & ad bonorum investigationem secundum juris ordinem, *d. L. 6. §. 1. 2. & 3. C. eod.*

CONFVNDERE.

Quod si duorum materiae ex voluntate dominorum CONFVSAE sunt, totum id corpus, quod ex *confusione* fit, utriusque commune est: Veluti si qui vina sua *confuderint*, aut massas argenti vel auri conflaverint, §. 27. *de R. D.*

CONFVNDI dicitur materia, sed species dicuntur misceri, *§. 27. & 28. eod.*

CONFVNDERE etiam abusive dicitur de frumento, *L. 5. pr. de R. V.*

CONGREGATIO.

CONGREGATIONES haereticorum debent prohiberi, *L. 2. pr. C. de summa Trinitate* &c.

CONIECTVRA.

Quod profuturum CONIECTVRA nonnunquam credidit, experientia subse-

subsequens nocivum ostendit, *c. 2. pr. Extrav. de V. S. Ioan. XXII.*

CONIECTVRA & mens testatoris quandoque inspici debet, *L. 3. C. de inoffic. testam.*

CONIECTVRA est, quando sensus tacite ex litera elicitur, *L. 21. C. de furt.*

CONIVGIVM.

CONIVGIVM inter fratrem & fratris vel sororis filiam dicitur *contagium*, & nefandissimum scelus, quod rescripto principis impetrari non debet, & si impetretur, non tenet, *L. 2. C. si nuptiæ ex rescripto* &c.

CONIVGIVM sive *matrimonium* est viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ consuetudinem retinens, *c. un. q. 1. caus. 29.*

CONIVGIVM legitimum aliter non fit, nisi ab his, qui super ipsam fœminam dominationem habere videntur, & à quibus custoditur, uxor petatur, & à parentibus, & propinquioribus sponsetur, & Legibus dotetur, & suo tempore Sacerdotaliter, ut mos est, cum precibus, & oblationibus à Sacerdote benedicatur, & à paranymphis, ut consuetudo docet, custodita, & sociata, à proximis congruo tempore petita Legibus detur, ac solenniter accipiatur, & biduo, vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant, *c. 1. q. 5. caus. 30.*

CONIVGIA clandestina ineuntes, vel ignoranter in gradu prohibito, soboles ex tali conjunctione censetur illegitima, *c. 3. §. 1. X. de clandest. despons.*

Cum initiatur CONIVGIVM, conjugii nomen asciscitur, non cum puella viri admissione cognoscitur, *c. 35. q. 2. caus. 27.*

CONIVGIVM confirmat & perficit conjunctorum commixtio corporalis, *c. 36. ead.*

Vbi non est consensus utriusque, ibi non est CONIVGIVM, *c. 1. q. 2. caus. 30.*

CONIVGIVM pactio conjugalis, non defloratio virginitatis facit, *c. 5. q. 2 caus. 27.*

CONIVGIVM est, cum jungitur puella, non cum cognoscitur, *ibid.*

Prima CONIVGII fides, castitatis gratia est, *c. 15. q. 1. caus. 28.*

CONIVGIO copulandi non sunt fideles infidelibus, *ibid.*

CONIVGIA solvi non licet ob infirmitatem, vel damna corporis, *c. 25. q. 7. caus. 32.*

CONIVGIA inter diversæ Religionis Sectatores non fiant, *c. 9. §. 6. q. 1. caus. 28.*

CONIVGIA voventium continentiam non sunt dissolvenda, *c. 41. q. 1. caus. 27.*

Legitima servorum CONIVGIA sua autoritate domini non dirimant, *c. 8. q. 2. caus. 29.*

CONIVNCTIM.

CONIVNCTIM legatur, veluti si quis dicat, *Titio & Sejo hominem Stichum do, lego*, *§. 8. de legatis.*

Si CONIVNCTIM eadem res duobus legata sit, si ambo perveniant ad legatum, scinditur inter eos legatum, si vero alter deficiat, totum ad collegatarium pertinet, *ibid.*

CONIVNCTIM legatum duobus videtur, veluti: *Lego Titio & Mævio*; Vel, *Lego Titio cum Mævio*, *L. 36. §. 2. de legat. 1.*

CONIVNCTIO.

CONIVNCTIONES consanguineorum nec legitimæ sunt, nec manere possunt, sed sunt repellendæ, *c. 4. q. 4. caus. 3.*

CONIVNCTIO viri & fœminæ est Iuris

ris naturalis, *c. 7. dist. 1. pr. I. de I. N. G.* & *C.*

CONIVNCTIO licita maris & fœminæ à Iure civili matrimonium appellatur, *ibid.*

Semper in CONIVNCTIONIBVS non solum, quid liceat, considerandum est, sed & quid honestum sit, *L. 197. de R. I.*

CONIVNCTIO.

CONIVNCTIONEM nonnunquam pro disjunctione accipi, *Labeo* ait; ut in illa stipulatione, *Mihi heredique meo te, heredemque tuum*, *L. 29. de V. S.*

CONIVNCTIO aut re contingit, aut re & verbis, aut verbis tantum, *L. 142. eod.*

CONIVNCTIO realis est: *Titius heres esto: Cajus & Mævius æquis partibus heredes sunto, L. 66. de hered. instit.*

CONIVNCTIO verbalis: Cajus & Mævius æquis partibus heredes sunto, *ibid.*

CONIVNCTVS.

Pro CONIVNCTIS ex re habentur: Si quædam imposita sunt, cætera non desiderabuntur, *L. 53. §. 1. de V. S.*

CONIVNCTI in jure accrescendi non sunt, qui sine parte sunt instituti, *L. 17. §. 1. de hered. instit.*

CONIVNCTI re & verbis in solidum venientes faciunt sibi partes concursu, *L. 142. de V. S.*

CONIVNCTI re tantum faciunt sibi partes per concursum, *ibid.*

CONIVNCTI verbis tantum faciunt sibi partes ab initio, & non per concursum, *ibid.*

Re CONIVNCTI videntur, non etiam verbis, cum duobus separatim eadem res legatur, *L. 89. de legat. 3.*

Verbis tantum CONIVNCTI dicuntur, quibus una & eadem oratione partes ejusdem rei relinquuntur, v. g. *Titio & Sejo fundum æquis partibus do, lego, ibid.*

CONIVNCTVS simul re & verbis, præfertur re tantum vel verbis tantum conjunctis, *ibid.*

CONIVNCTVS re tantum non præfertur conjuncto verbis tantum in parte deficientis collegatarii, *ibid.*

CONIVNCTVS verbis tantum præfertur conjuncto re tantum in parte deficientis collegatarii, *ibid.*

CONIVNCTI verbis dicuntur illi, qui propter unitatem sermonis quasi in unum corpus redacti sunt, disjuncti vero, qui ab ipso testatoris sermone apertissime discreti sunt, *L. 1. §. 10. C. de caducis toll.*

CONIVNCTA interdum pro disjunctis accipiuntur, *L. 53. pr. de V. S.*

CONIVNCTVS.

CONIVNCTIS personis multa debemus, quæ extraneis non debemus, *L. 1. §. 2. de tut. & ration. distr.*

CONIVNCTVS vel consanguineus existens in civitate non præsumitur scire factum brevi tempore ab alio conjuncto existente in villa, vel ruri, *L. 25. §. 1. de liberis & posthumis* &c.

CONIVNCTAM personam non investiat Prælatus, *II. F. 91. X.*

CONIVNCTVS pro conjuncto admittitur ad testem in causis legatorum & fideicommissorum, *§. 11. de testam.*

CONIVNCTI sanguine præsumuntur scire ætatem cognatorum, *L. 7. C. de in integr. restit. minor.*

CONIVNCTVS admittitur pro conjuncto ad agendum sine mandato, *L. 12. C. de procurat.*

CONIVNCTAE personæ, quæ possunt agere sine mandato, sunt liberi, licet sint in potestate; item parentes, fratres, &c. *L. 35. pr. de procurat.*

CONIVRARE.

Clerici aut Monachi CONIVRANTES, pro-

proprio priventur honore, *c. 23. q. 1. cauſ. 11.*

CONIVRATIO.

CONIVRATIONES & conventicula in civitatibus, vel extra, vel inter civitatem & civitatem, vel inter perſonam & perſonam, vel inter civitatem & perſonam nullo modo debent fieri, alias domus, ubi fiunt, deſtruitur, & conjuratorum bona confiſcantur, *II. F. 53. §. 2.*

CONIVRATIO & conſpiratio pro uno eodemque crimine accipiuntur, *c. 21. q. 1. cauſ. 11.*

Ad detegendam veritatem CONIVRATIONIS coguntur ſocii, etiam jurati, *c. 11. X. de teſtib. cog.*

CONIVRATOR.

CONIVRATORES & conſpiratores declarentur, qui juraverunt contra mandatum Papæ agere, quamdiu poſſunt reſiſtere, *c. 2. §. cæterum de V. S. in 6.*

CONIVX.

CONIVGES non debent ſe libidinoſe diligere, *c. 5. q. 4. cauſ. 32.*

CONIVGE mortua licet alteram ducere, ſed non repudiatam vel deſponſatam, *c. 13. q. 2. cauſ. 27.*

CONIVX vocatur à prima fide deſponſationis, *c. 6. & 9. ead.*

Raptores CONIVGES nullatenus habere poſſunt fœminas raptas, licet conſenſum parentum acceperint, *c. 11. q. 2. cauſ. 36.*

CONIVX, quæ continentiam vovit, tenetur reddere debitum *conjugi*, licet ad tempus voto conſenſerit, *c. 11. X. de converſ. conjugat.*

CONIVX ad morganaticam, *II. F. 29.*

CONIVGES ſeu *Iugales* ſi acquirunt feudum, quomodo illis ſuccedatur, *II. F. 104. §. 2.*

CONIVGIS pars feudi ſi deficiat, Domino acquiritur, *II. F. 85.*

CONNEXA.

Quod de uno CONNEXORVM ſtatuitur, ad aliud connexum extenditur, *c. 3. X. de conſtitut.*

CONQVERI.

CONQVERI poſſunt de facto parentum liberi, & Liberti de facto Patronorum, ſi modo crimen eis non intendant, *c. 14. pr. q. 1. cauſ. 2.*

CONRADVS *Imperator.*

CONRADI Imperatoris Lex de ſucceſſione nepotum in feuda, *I. F. 1. §. 2.*

CONSANGVINEVS.

CONSANGVINEOS *Caſſius* definit eos, qui ſanguine inter ſe connexi ſunt, *L. 1. §. 10. de ſuis & legitimis &c.*

CONSANGVINEI erunt inter ſe illi, quorum pater deportatus fuit, licet patri ſui heredes non extiterint, *ibid.*

CONSANGVINEI erunt inter ſe, etiam, qui nunquam in poteſtate fuerunt, ut puta, qui poſt captivitatem patris naſcuntur, vel poſt ejus mortem, *ibid.*

Poſt CONSANGVINEOS admittuntur in ſucceſſione agnati, ſi conſanguinei non ſunt, *L. 2. pr. eod.*

CONSANGVINEIS extantibus, licet ipſi hereditatem non adierint, legitimis non defertur hereditas, *ibid.*

CONSANGVINEI ſi non extent, nec naſci ſperentur, tunc legitimis defertur hereditas, ſecus ſi naſci, vel de captivitate reverti poteſt, *ibid.*

CONSANGVINEI defunctæ uxoris in ſucceſſione præferuntur ejus viro, *L. 3. C. quorum bonorum.*

Eos CONSANGVINEOS dicimus, quos Divinæ, & Imperatorum, ac Romanorum, atque Græcorum Leges conſanguineos appellant, *c. 2. §. 1. q. 2. cauſ. 35.*

CONSANGVINEI uxoris in eodem gradu ſunt affines viri, *c. 3. q. 5. cauſ. 35.*

CONSANGVINEI viri omnes sunt affines uxoris, *ibid.*

Inter CONSANGVINEOS viri & consanguineos uxoris affinitas nulla est, *c. 5. ead.*

CONSANGVINEI mariti cum consanguineis uxoris licite contrahunt matrimonium, *c. 5. X. de consanguinitate.*

CONSANGVINEORVM conjunctiones alias causa necessitatis permissæ, alias causa justæ rationis inveniuntur imperatæ, in *pr. q. 1. caus. 35.*

Qui CONSANGVINEAS ducunt uxores, infamia notentur, *c. 2. q. 2. caus. 35.*

Quod CONSANGVINEAS in conjugium nobis ducere liceat, hoc exemplis, & auctoritatibus probatur, in *princ. q. 1. caus. 35.*

CONSANGVINITAS.

CONSANGVINITAS usque ad sextum generationis gradum constituta est, & quidem ideo, ut sicut sex ætatibus Mundi generatio, & hominis status finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminetur, *c. un. q. 4. caus. 35.*

Iura CONSANGVINITATIS habent non solum naturales, sed etiam adoptivi cum his, qui sunt in familia, vel in utero, vel post mortem patris nati, *L. 1. §. 11. de suis & legitimis.*

CONSANGVINITAS seu *Ius sanguinis* nullo jure civili dirimi potest, *L. 8. de R. I.*

CONSANGVINITATIS necessitudo non epistolis, sed natalibus, h. e. *matrimonio*, vel adoptione probatur, *L. 13. C. de probat.*

CONSANGVINITATIS jus species est agnationis, *§. 4. de success. cognat.*

Testes, qui de CONSANGVINITATE deponunt, computationem debent à stipite, vel germine incipere, *c. 7. X. de consang.*

Quomodo CONSANGVINITATIS gradus dirimuntur, *c. 1. q. 5. caus. 35.*

CONSANGVINITATIS gradus quomodo sint computandi, *c. 2. ead.*

CONSANGVINITAS est attinentia personarum ex eo proveniens, quia una descendit ab altera, vel ambæ ab eadem, *c. 6. q. 5. caus. 35.* post arborem consanguinitatis.

CONSANGVINITAS est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum, *ibid.*

Dicitur CONSANGVINITAS, quasi sanguinis unitas, à *con* & *sanguine*, quia de communi sanguine descendunt, *ibid.*

CONSCIENTIA.

Non hominum linguas, sed CONSCIENTIAS curare debemus, *c. 55. q. 3. caus. 11.*

CONSCIENTIA nobis, & fama proximis est necessaria, *c. 56. ead.*

Quos CONSCIENTIA justificat, aliorum maledicta non timeant, *c. 52. ead.*

Quando Deus judex erit, alius testis, quam CONSCIENTIA tua, non erit, *c. 54. q. 3. caus. 11.*

Ex CONSCIENTIA ubi aliquid fit, ibi de juris apicibus non convenit disputari, *L. 2. C. de fideicommiss.*

CONSCIVS.

CONSCIVS criminis parricidii pœna parricidæ punitur, licet extraneus sit, *§. 6. de publicis judic.* & *L. 6. de L. Pompeja de parricid.*

CONSCII Satellites, & ministri etiam, si sunt *conscii* criminis læsæ majestatis, eadem pœna puniuntur, qua committentes, *L. 5. §. 6. C. ad L. Iul. Majestat.*

CONSECRARE.

CONSECRANDA Ecclesia non est, in qua Paganus sepultus invenitur, *c. 27. dist. 1. de consecrat.*

For-

Forma CONSECRANDI altaria, aliasque res sacras explicatur *c. un. X. de sacra unct.*

CONSECRENTUR Ecclesiæ, de quarum *consecratione* dubitatur, *c. 18. dist. 1. de consecrat.*

Ecclesia denuo CONSECRETUR, si vel igne exusta, vel sanguinis aut seminis effusione polluta fuerit, *c. 20. dist. 1. de consecrat.*

Non CONSECRETUR Ecclesia, quæ pro quæstu cupiditatis ædificatur, *c. 10. ead.*

Qui fecit Ecclesiam CONSECRARI, tenetur eam dotare, *c. 8. X. de consecrat. Eccles.*

CONSECRARI possunt Ecclesiæ diebus etiam non festis, *c. 2. X. eod.*

CONSECRARI debent Arianorum Ecclesiæ, *c. 22. dist. 1. de consecrat.*

CONSECRATIO.

CONSECRATIO Ecclesiarum absque Missa fieri non debet, *c. 3. dist. 1. de consecrat.*

CONSECRATIO Ecclesiarum non debet alibi fieri, quam in locis Deo sacratis, *c. 1. & 2. ead.*

Pro CONSECRATIONE Ecclesiæ procuratio peti potest, *c. 10.* X. *de Simonia.*

CONSECRATIO vel Ordinatio non censetur Simoniaca, licet Ordinatori aliquid donatum fuerit non ex pacto, *c. 18. X. eod.*

CONSENSUS.

Qui CONSENSUM jungit cum pravitate, latum pandit delinquentibus aditum, *c. 3. dist. 86.*

CONSENSUS liber dici non potest, qui in alieno arbitrio reservatur, *c. 5. X. de condit. appos.*

A Iudicibus, quos communis CONSENSUS elegerit, non liceat provocare, *c. 33. q. 6. caus. 2.*

CONSENSUS privatorum eum, qui Iurisdictioni præest, potest suum Iudicem constituere, *c. 18. X. de for. com.*

Sine CONSENSU Vasalli nemo alius investiri potest, *I. F. 22.*

CONSENSU Domini non indiget Vasallus ad alienandam dimidiam Feudi partem, *I. F. 13.*

CONSENSUS non est, ubi est error. *L. 2. pr. de judiciis.*

CONSENSUS nudus, *L. 35. de R. I.*

Nihil CONSENSUI est tam contrarium, quam vis, & metus, quem comprobare est contra bonos mores, *L. 116. pr. de R. I.*

CONSENSUM nullum habet errans, *L. 23. C. de locato.*

CONSENTIRE.

CONSENTIRE non videntur, qui errant, *L. 116. §. 2. de R. I.*

CONSENTIRE & non contradicere paria sunt, *L. 5. de adopt.*

CONSENTIENTIBUS agnatis filius tanquam de novo feudo investitur, *II. F. 45.*

CONSENTIENTIBUS agnatis alienatio feudi valet, *II. F. 39. pr.*

CONSENTIENS alienanti Vasallo, jus suum amittit, *II. F. 26. c. 5. §. 1.*

CONSENTIRE non potest religiosus sine licentia Superioris, *c. 27. de elect. in 6.*

Scienti & CONSENTIENTI non fit injuria neque dolus, *c. 27. de R. I. in 6.*

Qui desinit obviare, cum potest, CONSENTIT, *c. 11. q. 3. caus. 23.*

Qui tacet, CONSENTIRE videtur, *c. 43. de R. I. in 6.*

Qui semel CONSENTIT in aliquem, dissentire non potest, *c. 7. X. de desponsat. impub.*

CONSENTIRE videtur, qui non contradicit, *c. 2. X. de his, quæ fiunt à Prælato.*

CONSENTIT, qui non resistit erroribus, *c. 3. dist. 83.*

CONSENTIT erranti, qui non occurrit, *c. 5. ead.*

CONSEQVENS.

CONSEQVENS qui vult, idem vult antecedens, *L. 77. de acq. hered.*

CONSEQVENTER.

CONSEQVENTER, i. e. *convenienter, Auth. Et consequenter, C. de sent. & interloq.*

CONSEQVENTIA.

Quæ à jure communi exorbitant, nequaquam ad CONSEQVENTIAM sunt trahenda, *c. 28. de R. I. in 6.*

Per CONSEQVENTIAS interdum licet, quod directo non licet, *L. 1. pr.* & *L. 7. pr. de auctor. tut.*

CONSERVATOR.

CONSERVATOR à manifestis defendit injuriis, & judicialem indaginem non exercet, *c. 1.* & *15. de officio & potest. deleg.*

CONSILIARIVS.

CONSILIARII propter consilium malum puniuntur, *c. 24. dist. 86.*

CONSILIARII vel Senatores, Consiliariorum, vel Senatorum filiis tutores creari possunt, *L. 22. de tutor. & curat. dat.*

CONSILIARII Principum à tutelis immunes sunt, *L. 30. pr. de excusat.*

CONSILIARII Principum ii dicuntur, qui circa latus Principum agunt, *ibid.*

CONSILIARII pars corporis Principis dicuntur, *L. 5. pr. C. ad L. Iul. majest.*

CONSILIVM.

CONSILIVM habuisse non nocet, nisi & factum secutum fuerit, *L. 53. §. 2. de V. S.*

CONSILII non fraudulenti nulla obligatio est, cæterum si dolus, & calliditas intercessit, de dolo actio competit, *L. 47. pr. de R. I.*

CONSILIVM fraudulentum obligat, *L. 8. de dolo.*

Nemo CONSILIVM suum in alterius injuriam mutare potest, *L. 75. de R. I.*

CONSILIVM præstans servo, ut fugeret, non facit furtum magis, quam si ei persuaserit, ut se præcipitaret, aut manus sibi inferret, *L. 36. pr. de furtis.*

CONSILIVM dare videtur, qui persuadet & impellit atque instruit consilio ad furtum faciendum, *L. 50. §. 3. eod.*

CONSILIVM, vel opem præbens, ut res alienæ furentur, tenetur furti, si dolo malo præbuit, secus si sine dolo malo præbuit, quo casu non tenebitur furti, sed actione in factum, *L. 50. §. 1. eod.*

CONSILIVM ad furtum faciendum tunc nocet, cum secuta est contrectatio, *L. 52. §. 19. eod.* & *L. 53. §. 2. de V. S.*

CONSILIVM corruptoris ad perniciem probitatis servi introductum, licet servus hoc deterior minime factus sit, tamen corruptor s. solicitator est puniendus, *§. 8. de oblig. quæ ex delicto* &c.

Nemo ex CONSILIO mandati obligatur, etiamsi non expediat ei, cui mandabatur, *§. 6. de mandato*, & *L. 2. §. 6. mandati.*

CONSILIVM regium quod ordinaverit, id ad beatitudinem imperii, & ad ipsius gloriam redundare, Princeps bene cognoscit, *L. 8. C. de legibus* &c.

CONSILIVM & auxilium Vasallus Domino præstare debet, *II. F. 6.*

CONSILIVM ex animi sui sententia Vasallus Domino præstare tenetur, & proinde non fraudulentum, *II. F. 7. pr.*

CONSILIVM quasi *considium, c. 1. §. 7. dist. 15.*

Vbi CONSILIVM datur. Offerentis arbitrium est, ubi præceptum, necessitas

sitas est servientis, *c. 3. §. 3. q. 1. caus. 14.*

Nullus ex CONSILIO, dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur, *c. 62. de R. I. in 6.*

CONSILIA non sunt præcipitanda, *c. 14. pr. dist. 50.*

CONSILIUM rectum Iurisconsulto vendere licet, *c. 71. q. 3. caus. 11.*

CONSISTORIUM.

CONSISTORIUM sive *Auditorium* Episcopi & Officialis est idem, *c. 3. pr. de appellat. in 6.*

CONSOBRINUS.

CONSOBRINI, consobrinæque sunt, qui quæve ex duabus sororibus nascuntur, quasi consororini, *L. 1. §. 6. de gradibus & affin.*

CONSOBRINI sunt in quarto gradu, *ibid.* & *§. 4. de gradib. cognat.*

CONSOBRINUS, consobrinaque, i. e. qui quæve ex sororibus aut fratribus procreantur; Sed quidam recte consobrinos eos proprie dici putant, qui ex duabus sororibus progenerantur, quasi consororinos, *d. §. 4. de gradib. cognat.*

CONSOBRINIS datur bonorum possessio, *L. 1. C. unde legitimi.*

CONSOBRINORUM filii dicuntur propiores sobrini, *L. 2. C. eod.*

Duorum CONSOBRINORUM conjuges non possunt uni eidemque nubere, *c. 22. q. 2.* & *3. caus. 35.*

CONSOBRINI (*patrueles*) succedunt Capitaneis, & Valvasoribus, *I. F. 14. §. 1.*

CONSOBRINAM uxorem ducere licuit, *L. 24. de cond. instit.*

CONSORS.

CONSORTES feudi, *II. F. 55. §. 1.*

CONSORTES ejusdem litis sunt socii, inter quos communis est res, & de qua litem simul omnes contestantur, vel unus eorum tantum, *L. 1. C. de consort. ejusd. lit.*

CONSPIRARE.

CONSPIRANTES Clerici, proprio amisso gradu, retrudantur in carcerem, *c. 22. q. 1. caus. 11.*

CONSPIRATOR.

CONSPIRATORES in nullius accusatione sunt recipiendi, *c. 5. q. 4. caus. 3.*

CONSPIRATORES probare non sufficit, nisi probetur, quod secutus fuerit Iudex dicta eorum, *c. 22. X. de sent. & re jud.*

CONSTANTINOPOLITANUS, *a. um.*

CONSTANTINOPOLITANAE urbis Episcopus secundum à Romano Pontifice obtinet locum, propterea quod sit nova Roma, *c. 3. dist. 22.*

CONSTANTINOPOLITANA Ecclesia omnium aliorum est caput, *L. 24. pr. C. de sacrosanct. Eccl.*

CONSTANTINOPOLITANA urbs veteris Romæ prærogativa gaudet, *L. 6. C. eod.*

CONSTANTINUS.

CONSTANTINUS *Imper.* veneranda Christianorum fide Romanum munivit imperium, *L. 5. C. de natural. liber.*

CONSTANTINUS *Imper.* coronam, & omnem Regiam dignitatem in urbe Romana, & in Italia, & in partibus Occidentalibus Apostolico concessit, *c. 13. dist. 96.*

CONSTANTINUS *Imper.* quarta die sui Baptismi privilegium Romanæ Ecclesiæ Pontifici contulit, ut in toto Orbe Romano Sacerdotes ita hunc caput habeant, sicut judices Regem, *c. 14. pr. ead.*

CONSTITUERE.

CONSTITUI feudum sine investitura nullo modo potest, *I. F. 25.*

CONSTITUENS jus debet illud declarare, *c. 13. X. de constitut.*

CONSTITVERE.

CONSTITVI potest aliud pro alio debito, *L. 1. §. 5. de constit. pec.*

CONSTITVERE frumentum ejusdem pretii potest debens centum, *ibid.*

CONSTITVI potest debitum ex quacunque causa, i. e. ex quocunque contractu, sive certi, sive incerti, & si ex causa emptionis quis pretium debeat, vel ex causa dotis, vel ex causa tutelæ, vel ex quocunque alio contractu, *L. 1. §. 6. eod.*

CONSTITVI potest etiam id, quod natura tantum debetur, *L. 1. §. 7. eod.*

CONSTITVI potest id, quod jure tantum honorario debetur, *L. 1. §. 8. eod.*

CONSTITVI non potest id, quod jure civili tantum debetur, *ibid.*

CONSTITVERE uxori solidam dotem maritus quidem potest, ut ex constituto in solidum teneatur, non tamen in solidum condemnatur, *L. 3. pr. eod.*

CONSTITVI debitum non potest, cujus petitio exceptione elidi potest, *d. L. 3. §. 1. eod.*

CONSTITVI alio loco potest, quod alio loco debetur, *L. 5. pr. eod.*

CONSTITVI potest non solum debitum proprium, sed etiam alienum, *L. 5. §. 2. eod.*

CONSTITVI potest filiofamilias, quod ejus patri debetur, *L. 7. pr. eod.*

CONSTITVI adjecto non potest, quod quis præsens sibi & adjectis stipulatur, *L. 7. §. 1. eod.*

CONSTITVI potest bonæ fidei possessori, quod ei debetur, *L. 6. eod.*

CONSTITVI non potest iis, qui neque petitionem habent, neque obligationem, *L. 7. §. 1. eod.*

Servo CONSTITVI potest, quod domino debetur, *L. 5. §. 10. eod.*

CONSTITVI potest tutori & curatori, quod pupillo, furioso vel adolescenti debetur, *L. 5. §. 7. eod.*

CONSTITVI potest actori municipum, quod municipibus debetur, *L. 5. §. 7. eod.*

CONSTITVI tantum potest ea quantitas, quæ debetur, *L. 11. pr. eod.*

CONSTITVI non possunt, quæ non debentur, *L. 11. §. 1. eod.*

Incertum CONSTITVI etiam potest, *L. 14. §. 1. eod.*

CONSTITVI potest pignus, licet non debeatur, accedit tamen debito, *d. L. 14. §. 1. eod.*

CONSTITVERE possunt præsentes & absentes, *L. 14. §. 3. eod.*

CONSTITVI potest per nuncium; *ibid.*

CONSTITVI mortuus homo potest ab eo, cui is post moram mortuus sit, *L. 23. eod.*

CONSTITVI potest, quod ex jurejurando delato vel relato debetur, *L. 25. §. 1. eod.*

CONSTITVI debitum potest absente ipso debitore, *L. 27. eod.*

CONSTITVI debitum ex delicto potest, *L. 29. eod.*

CONSTITVENS alienum debitum, tanquam debitum proprium, non tenetur, *L. 31. eod.*

CONSTITVERE quis non potest alium soluturum, & e contra non potest ipse alii constitui, *Nov. 115. c. 6.*

CONSTITVI potest pure, in diem, sub conditione, *L. [illegible] pr. C. de constit. pec.*

CONSTITVTIO.

CONSTITVTIO ad futura negotia trahitur, in præteritis vero jura vetera servantur, *Nov. 22. præf.*

CONSTITVTIO dicitur, quod princeps per epistolam constituit, aut cognoscens decrevit, vel edicto præcepit, *§. 6. de I. N. G. & C.* & *L. 1. §. 1. de constit.*

CONSTITVTIONES quædam sunt perso-

personales, quæ nec ad exemplum trahuntur, *ibid. L. 1. §. 2. eod.*

CONSTITVTIONES aliæ sunt generales, quæ omnes tenent, *ibid.*

CONSTITVTIO *Divi Marci* jubet hereditate non adita saltim à venientibus ab intestato libertatem servo competere, & bona ei addici, si idonee creditoribus caverit de solido, quo cuique debetur, solvendo, in quem etiam utiles actiones plerumque creditoribus competunt, *L. 2. & 3. de fideicom. libert.*

CONSTITVTIO *D. Marci* non habet locum, quamdiu incertum sit, existatne successor, vel non, & cum certum esse cœperit, tunc erit locus constitutioni, *L. 4. pr. eod.*

CONSTITVTIO *D. Marci* habet locum, etiam si is, qui in integrum restitui potest, abstinuerit se hereditate, *L. 4. §. 1. eod.*

CONSTITVTIONES feudales Domini Lotharii Imperatoris, quas ante januam beati Petri in civitate Romana condidit observandas, *I. F. 19.*

CONSTITVTIO, vel Edictum est, quod Rex, vel Imperator constituit, vel edicit, *c. 4. dist. 2.*

CONSTITVTIONIS Legum causa est, humanam coërcere audaciam, & nocendi facultatem refrænare, *c. 1. dist. 4.*

CONSTITVTIO alia est *civilis*, alia ecclesiastica, in *pr. dist. 3.*

CONSTITVTIO *civilis* forense, vel civile jus appellatur *ibid.*

CONSTITVTIO *ecclesiastica* canonis nomine censetur, *ibid.*

CONSTITVTIONI jurs naturale prævalet, *c. 1. §. dignitate dist. 8.*

CONSTITVTIONES Principum ecclesiasticis constitutionibus non præeminent, sed obsequuntur, in *pr. dist. 10.*

CONSTITVTIONES contra canones & decreta Præsidum Romanorum, vel bonos mores, nullius sunt momenti, *c. 4. ead.*

CONSTITVTIONES quædam temperari possunt, quædam non, *c. 2. dist. 14.*

CONSTITVTIO respicit futura, & non præterita, *c. 2. X. de constit.*

CONSTITVTIO futura respicit, & non præterita, nisi in ea de præteritis caveatur, *c. 13. X. eod.*

CONSTITVTIO Laicorum, Ecclesiam seu ejus bona non astringit, *c. 7. X. eod.*

CONSTITVTIONES Decretorum singularibus sunt opinionibus præferendæ, *c. 5. X. eod.*

CONSTITVTVM.

CONSTITVTVM ut valeat, sufficit, quod id, quod constituitur, sit debitum, etiamsi non appareat persona, quæ debeat, *L. 11. pr. de pecun. constit.*

CONSTITVTVM ut fiat, sufficit tempore constituti debitum fuisse, licet postea debitum esse desierit, *L. 18. §. 1. eod.*

CONSTITVTVM ut fiat, requiritur, quod verba concipiantur in personam constituentis, & ejus, cui constituitur, *L. 5. §. 3. eod.*

CONSTITVTVM non est, nisi antecedentis debiti, *L. 2. pr. C. de constit. pec.*

CONSVETVDO.

Inveterata CONSVETVDO pro lege non immerito custoditur, *L. 32. §. 1. de legibus* &c.

Diuturna CONSVETVDO pro jure & lege in his, quæ non ex scripto descendunt, observari solet, *L. 33. eod.*

CONSVETVDO jus est moribus constitutum, *L. 32. §. 1. eod.*

CONSVETVDINEM quilibet populus potest inducere, *ibid.*

CON-

CONSVETVDO optima est legum interpres, *L. 37. eod.*

CONSVETVDO erronea non trahitur ad consequentiam, *L. 39. eod.*

CONSVETVDO non est sine consensu, *L. 40. eod.*

CONSVETVDO, cujus memoria non extat, habet vim legis, *L. 1. §. 23. de aqua pluv. arc.*

CONSVETVDO vim legis obtinet, *L. 31. C. de testam.*

CONSVETVDO & ratio, quæ consuetudinem suasit, custodienda est, *L. 1. C. quæ sit longa consf.*

Adversus CONSVETVDINEM non est judicandum, *ibid.*

CONSVETVDINIS usùsque longævi non vilis auctoritas est, *L. 2. C. eod.*

CONSVETVDO rationem non vincit, aut legem, *ibid.*

CONSVETVDO maxime dicenda est, quæ antiquitus probata & servata tenaciter, *L. 3. C. eod.*

CONSVETVDO legem imitatur, *ibid.*

CONSVETVDO legem retinet, i. e. impedit, quominus desuescat, *ibid.*

CONSVETVDO mala non est servanda, *Nov. 134. c. 1.*

CONSVETVDO maris, quæ legibus non repugnat, servari debet, *Nov. 106. c. 1.*

CONSVETVDINEM, qua causæ feudales deciduntur, Romanæ Leges non vincunt, *II. F. 1.*

CONSVETVDO bona, *II. F. 9. §. 1.*

Optima CONSVETVDINE interdicta est feudi alienatio, *II. F. 9.*

CONSVETVDO prava, *II. F. 9. §. 1.*

CONSVETVDO in causis feudalibus finiendis primum est spectanda, si existat, *II. F. 1.*

Si antiquitus CONSVETVDO fuerit, feudum dare possint Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, Abbatissa, & Præpositus, *I. F. 1. pr.*

CONSVETVDO in tutore & curatore confirmandis servanda, *L. 13. §. 1. de excus.*

CONSVETVDO extra jus commune inducta minores etiam obligat, *L. 32. §. 7. de admin. & peric. tut.*

CONSVETVDO est Ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex, *c. 5. pr. dist. 1.*

CONSVETVDO vocatur, quia in communi est usu, *c. 5. §. 1. ead.*

Nihil refert, an CONSVETVDO scriptura, an ratione constet, *ibid.*

CONSVETVDO, quæ in scriptis redacta est, constitutio seu jus vocatur, *ibid.*

CONSVETVDO, quæ in scriptis redacta non est, generali nomine *consuetudo* appellatur, *ibid.*

CONSVETVDO rationi frustra opponitur, *c. 7. dist. 8.*

CONSVETVDO sine veritate, vetustas erroris est, *c. 8. ead.*

Non hominum CONSVETVDINEM, sed Dei veritatem sequi oportet, *c. 9. ead.*

CONSVETVDO veritati & rationi est postponenda, *c. 4. ead.*

CONSVETVDO perniciosa radicitus est evellenda, *c. 3. ead.*

CONSVETVDO Legibus cedit, in *princ. dist. 11.*

A CONSVETVDINE Romanæ Ecclesiæ membris dissentire non licet, *c. 3. dist. 11.*

Non potest usus & CONSVETVDO legem & rationem vincere, *c. 4. dist. 11.*

Inviolabilis est CONSVETVDO, quæ nec humanis legibus, nec sacris Canonibus obviare monstratur, *c. 5. ead.*

Laudabilis est CONSVETVDO, quæ nihil fidei contrarium usurpat, *c. 6. ead.*

CONSVETVDINI non est resistendum, cui canonica non obstat autoritas, *c. 3. dist. 12.*

CON-

CONSVETVDINES, quæ fidei non officiunt, ut à Majoribus traditæ sunt, obferventur, *c. 4. ead.*

Quidquid contra longam CONSVETVDINEM fit, revocari oportet, *c. 7. ead.*

CONSVETVDO est optima legum interpres, *c. 8. X. de consuetud.*

Non valet CONSVETVDO, per quam quis inducitur ad peccandum, vel bona propria dissipandum, *c. 10. X. eod.*

CONSVETVDO rationabilis & legitime præscripta Iuri positivo præjudicium generat, *c. 11. X. de consuet.*

CONSVL.

CONSVLIS officium est, consilium præbere manumittere volentibus, *L. un. pr. de offic. consul.*

CONSVLES, sc. *duo*, & seorsum singuli manumittunt, *L. un. §. 1. eod.*

CONSVLES apud se servos suos manumittere posse, nulla dubitatio est, *L. un. §. 2. eod.*

Si CONSVL minor viginti annis sit, apud se manumittere non potest, cum ipse sit, qui ex senatusconsulto consilii causam examinat, *ibid.*

CONSVLES duo, exactis regibus, Romæ constituti sunt, penes quos summum jus esset, *L. 2. §. 16. de O. I.*

CONSVLES ab eo dicti sunt quod plurimum reipublicæ consulerent, *ibid.*

Ne CONSVLES per omnia regiam potestatem sibi vindicarent, lege lata factum est, ut ab eis provocatio esset, *ibid.*

CONSVLES non poterant in caput civis romani animadvertere injussu populi, *ibid.*

CONSVLES solum poterant cives romanos coërcere, & in vincula publica duci jubere, *ibid.*

CONSVLES cum avocarentur bellis finitimis, neque esset, qui in civitate jus redderet, factum est, ut Prætor crearetur, qui *urbanus* appellatus est, d. *L. 2. §. 27. eod.*

CONSVLIBVS spargendi missilia facultatem *Marcianus* Imper. ademit, *L. 2. C. de consul. XII.* & *Nov. 105. præfat.*

CONSVLIBVS volentibus spargendi missilia facultatem *Iustinianus Imper.* permisit, ad certum modum tamen & septies tantum in anno, *d. Nov. c. 2. §. 1.*

Moris fuit CONSVLIBVS missilia in vulgus jactare, §. *46. de R. D.*

De septem CONSVLVM processionibus, vid. d. *Nov. 105. c. 1.*

CONSVLES Mediolanenses, *II. F. 32. pr.*

CONSVLES non possunt ingredi consulatum, nisi juraverint, vel jurent fidelitatem, antequam recipiant consulatum, *Constitutio de pace Constantiæ pr. §. in causis* &c.

CONSVLARIS.

CONSVLARIS vir, *§. 1. Constit. de novo cod. fac.*

CONSVLATVS.

CONSVLATVS alius honorarius, alius ordinarius, *L. 66. C. de Decurion.*

CONSVLATVS nomen & causa priscis Romanis debetur, *Nov. 105. præf.*

CONSVLATVS erat annuus, *L. 3. C. de consul. XII.*

CONSVMERE.

Si quis CONSVMPSERIT alienum vinum vel frumentum, non videtur damnum injuria dare, ideoque utilis danda est actio, *L. 30. §. 2. ad L. Aquil.*

CONTEMNERE.

CONTEMNERE Iudicem videtur ille, qui non respondet, *L. 11. §. 4. de interrogat.* &c.

CONTEMNI non debet judicialis autoritas, *c. 11. X. de pœnis.*

CONTENTIO.

Qui CONTENTIONES & rixas amant, sunt puniendi, *c. 5. pr. dist. 90.*

Si quæ CONTENTIONES inter Clericos, vel inter Laicos & Clericos, tam superioris ordinis, quam etiam inferioris fuerint exortæ, eas audiant congregati ejusdem Provinciæ Episcopi, *c. 26. q. 1. caus. 11.*

Si CONTENTIO fuerit inter Dominum & Vasallum, & Dominus habuerit aliquam rationem contra Vasallum, & Vasallus contra Dominum, Vasalli ratio prius discutiatur, *II. F. 79.*

Si CONTENTIO est inter dominum, & agnatos defuncti militis de feudo, agnati interim ante litem finitam constituendi sunt in possessione, *II. F. 26. pr.*

Si CONTENTIO est inter filiam & agnatos de beneficio, filia interim debet esse in possessione, *II. F. 26. §. 1.*

CONTINENTIA.

CONTINENTIA cum castitate Deo acceptissima est, *c. 16. dist. 30.*

Vxor post propositum CONTINENTIAE ducta dimitti non debet, *c. 2. q. 2. caus. 17.*

Non debet extorqueri mulieris consensus ad CONTINENTIAM Deo vovendam, *c. 2. q. 5. caus. 33.*

CONTINENTIAE meritum habet, qui pro incontinentia uxoris debitum sibi reddere cogitur, *c. 5. ead.*

CONTINENTIA *causæ.*

CONTINENTIA *causæ* dividi non debet, *c. 1. X. de causa poss. & propr. & c. 1. X. de sequestr.*

CONTINENTIAM *causæ* dividere nulli permittitur, *L. 10. C. de judic.*

CONTINERE.

CONTINERE debent conjuges prima nocte, ob reverentiam Sacerdotalis benedictionis, *c. 33. dist. 23.*

CONTINERE debent ambo, vivente altero, qui propter lepram supervenientem matrimonium solvunt, *c. 1. X. de conjug. leprос.*

CONTINERE pro *comprehendere.*

CONTINENTES provincias accipere debemus eas, quæ Italiæ juncta sunt, ut puta Galliam, sed & Provinciam Siciliam magis inter continentes accipere nos oportet, quæ modico freto Italia dividitur, *L. 99. pr. de V. S.*

CONTINENTIA ædificia, *L. 2. & L. 154. de V. S.*

Qui in CONTINENTIBVS urbis nati sunt, Romæ nati intelligantur, *L. 147. eod.*

Qui extra CONTINENTIA urbis est, abest, cæterum usque ad continentia non abesse videbitur, *L. 173. §. 1. eod.*

CONTINVARE.

CONTINVATVR omnis hereditas cum tempore mortis, *L. 138. de R. I.*

CONTINVATIO.

CONTINVATIO dominii in suis heredibus apparet, *L. 11. de liber. & posth.* &c.

CONTINVVS, *a. m.*

CONTINVA *prædia*, i. e. vicina, & se invicem contingentia, *L. 31. de S. P. R.*

Per quadriennium CONTINVVM respublica ludos non edidit, *L. 17. de usu & usufr. leg.*

CONTRA.

CONTRA legem facit, qui id facit, quod lex prohibet, *L. 29. de LL.*

Cum CONTRA sacras constitutiones judicatur, appellationis necessitas remittitur, *L. 1. §. 1. quæ sentent. sine appell.*

CONTRA constitutiones judicatur, cum de jure constitutionis, non de jure litigatoris pronuntiatur, *ibid.*

CONTRA hominis necem quid facere, i. e. in

i. e. in hominis necem, *L. 4. pr. ad L. Corn. de Sicar.*

CONTRA cavere, i. e. vicissim cavere ei, qui cavet, *L. 2. §. 1. de collat.*

CONTRA legem facere dicitur ille, qui directo contra mentem & verba legis facit, *L. 5. pr. C. de LL.*

CONTRACTVS.

CONTRACTVS dicitur, qui ultro citroque obligationem, quod Græci συνάλλαγμα vocant, producit, *L. 19. de V. S.*

CONTRACTVS quidam dolum malum duntaxat recipiunt, quidam dolum & culpam, quidam dolum tantum, *L. 23. de R. I.*

CONTRACTVS legem dat, *ibid.*

CONTRACTVS non valet, si convenerit, ne dolus præstetur, *ibid.*

CONTRACTVS est facti, *L. 7. §. 3. de curat. furios.*

CONTRACTVS nullus est, qui non habet in se conventionem, *L. 1. §. 3. de pactis.*

CONTRACTVS ubi non valet ipso jure, non debet Iudex se interponere, *L. 16. §. 3. de minor.*

In CONTRACTIBVS semper sequimur id, quod actum est, aut si non appareat, quid actum est, erit consequens, ut id sequamur, quod in regione, in qua actum est, frequentatur; quid ergo, si neque regionis mos appareat, quia varius fuit? ad id, quod minimum est, redigenda summa est, *L. 34. de R. I.*

In CONTRACTIBVS, quæ dubitationis tollendæ causa inferuntur, jus commune non lædunt, *L. 81. eod.*

CONTRACTVS omnes, qui jure contrahuntur, contrario jure pereunt, *L. 100. de R. I.*

CONTRACTVS, qui consensu contrahitur, contrario consensu, re non sequuta, dissolvitur, *§. 4. quib. mod. toll. oblig.*

CONTRACTVS ad bonum & sanum intellectum revocandos esse colligunt ex *Constitut. de pace Constantiæ, §. In Christi nomine.*

CONTRACTVS, qui celebrantur in scriptis, non valent, nisi completa scriptura munda, & sine vitio in forma, in qua fieri consuevit, & contractu absoluto, i. e. pro perfecto habito inter partes, *L. 17. C. de fide instrum.*

In CONTRACTIBVS bonam fidem considerari æquum est, *L. 4. C. de O. & A.*

CONTRACTVS ab initio est voluntatis, post facto necessitatis, *L. 5. C. eod.*

Ratione CONTRACTVS forum sortimur, *c. 20. X. de for. comp.*

CONTRACTVS, qui ex bona fide oritur, ad perfidiam minime debet referri, *c. 2. X. de depos.*

CONTRACTVS ex conventione, legem accipere dignoscuntur, *c. 85. de R. I. in 6.*

In loco CONTRACTVS, non potest conveniri viator, *c. 1. §. 3. de foro competente in 6.*

CONTRACTVS *innominatus.*

CONTRACTVS innominati do ut des, *vel* do ut facias, sequuto implemento producunt actionem incertam, præscriptis verbis, *L. 7. §. 2. de pactis.*

CONTRACTVS innominatus do ut des non constituit obligationem, si non subsit datio, vel factum, ex quo vestiatur, *L. 7. §. 4. eod.*

CONTRACTVS innominati sunt quatuor, sc. do ut des, do ut facias, facio ut facias, facio ut des, *L. 5. pr. de præscript. verb.*

CONTRACTVS facio ut facias recipit plures quæstiones, *d. L. 5. §. 4. eod.*

Ex CONTRACTV facio ut facias oritur actio præscriptis verbis, quæ habet

bet similitudinem cum actione mandati, *ibid.*

CONTRADICERE.

Qui non CONTRADICIT, consentire videtur, *c.2. X. de his, quæ fiunt à Prel.*

CONTRADICERE expresse, plus est, quam minime consentire, *c.3.* §. *Ille vero, X. de baptismo* &c.

CONTRADICTIO.

CONTRADICTIO minoris partis Capituli valet, si rationabilis probetur, *c.1. X. de his quæ fiunt à majori* &c.

CONTRADICTOR.

CONTRADICTOR justus in judicio esse debet, ut judicium valeat, *L.3. de collus. deteg.*

CONTRAHERE.

Quod CONTRAHENTIBUS obstat, & successoribus eorum obstabit, *L. 139.* §.*1. de R. I.*

In negotiis CONTRAHENDIS alia causa habita est furiosorum, alia eorum, qui fari possunt, quamvis actum rei non intelligerent, *L.5. de R.I.*

CONTRAHERE nemo compellitur, *L.5. C. de O. & A.*

CONTRAHENDI vel non contrahendi sicut libera fuit potestas ab initio, ita renunciare obligationi semel contractæ adversario non consentiente nemo potest, *ibid.*

CONTRAHENS in loco domicilii, ibi debet conveniri, *L.19.* §.*2. de judiciis.*

CONTRAHENS in alio loco, quam domicilii, si scitur statim se recessurum, non debet ibi conveniri, secus si ignoretur, vel sciatur se non statim recessurum, quia tunc ibi potest conveniri, *ibid.*

CONTRAHENS advena non debet conveniri in loco contractus, etiamsi ibi repertus sit postea, *ibid.*

CONTRAHENS advena quotquot locis navigat, vel iter facit, tot locis teneatur se defendere durissimum est, *ibid.*

CONTRAHENS cum fisco obligat tacite bona sua, quamvis specialiter id non exprimat, *L.2. C. in quibus caus. pign.*

Qui CONTRAHIT cum servo, jussu domini, fidem domini sequi videtur, *§.1. quod cum eo qui in al. potest.* &c.

CONTRARIETAS.

CONTRARIETAS nulla datur in legibus, neque simile invenitur, *L. 1. §. 8.* & *L. 2. pr. C. de veteri jure enucl.*

CONTRARIETAS, vel repugnantia scripturarum ab una parte productarum facit illis fidem non adhiberi, *L.14. C. de fide instrum.*

CONTRARIUM.

CONTRARIUM aliquid in Codice repet. præl. positum nullum sibi locum vindicabit, nec invenitur, si quis subtili animo diversitatis rationes excutiet, *L.2. §. 15. C. de veteri jure enucl.*

CONTRARIUM unum per aliud tollitur, *Nov.17. c. 7. pr.*

CONTRARIORUM eadem est ratio, *§. 3. de societate.*

Duo CONTRARIA in eodem subjecto esse non possunt, *c. 3. §. illud vero* &c. *X. de baptismo.*

CONTRARIA contrariis curantur, *c.1. dist. 2. de pœnitent.*

CONTRAVENIRE.

CONTRAVENIRI pacto vel transactioni dicitur, vel interpellando Judicem, vel supplicando principibus, vel non implendo promissa, *L. 41. C. de transaction.*

CONTRECTARE.

Si quis credat invito domino se rem commodatam sibi CONTRECTARE, domino autem volente id fiat, dicitur furtum non fieri, *§. 8. de oblig. quæ ex delicto* &c.

CON-

CONTRIBVERE.

CONTRIBVERE quilibet tenetur ad constructionem vel refectionem portus, aquæductus, vel murorum non obstante privilegio dignitatis, *L. 7. C. de operib. publ.*

CONTRITIO.

Per CONTRITIONEM cordis ante confessione oris peccati venia indulgetur, *c.34. §.1. dist. 1. de pœnit.*

Sola CONTRITIONE cordis, sine confessione oris, peccatum remittitur, *c. 36. ead.*

CONTROVERSIA.

CONTROVERSIAM facere dicitur reus, *L. 8. si pars heredit. pet.*

CONTROVERSIA dicitur esse etiam ante litis contestationem, *L.5. pr. de heredit. petit.*

Si CONTROVERSIA inter Episcopum & Vasallum de investitura ab ejus prædecessore facta est, pares curiæ cognoscunt, *II. F. 20.*

CONTROVERSIA inter capitaneos Regis orta, coram Rege debet definiri per Legem Corradi, *II. F. 34. pr.*

Si CONTROVERSIA inter Valvasores est, coram paribus curiæ finiatur, *ibid.*

CONTVBERNALIS.

CONTVBERNALES sunt milites in uno tentorio, *L.21. §. 1. commodati* &c.

CONTVBERNIVM.

Si Clericus pacis violatorem in CONTVBERNIO suo habuerit, pœna pecuniaria punitur, *II. F. 27. §. 1.*

CONTVMACIA.

Ex CONTVMACIA Vasalli Dominus in possessionem feudi mittitur, *II. F. 22.*

CONTVMACIA eorum, qui jus dicenti non obtemperant, litis damno coërcetur, *L. 53. pr. de re judic.*

Ex CONTVMACIA Rei æstimatur res ultra ejus pretium, *L.1. de in litem jur.*

CONTVMACIA Rei non auget obligationem fidejussoris, *ibid.*

CONTVMACIA præsumta fit per tres denunciationes, *L. 8. C. quomodo & quando Iudex.*

CONTVMACIA cumulat pœnam, *L. 2. C. de exactorib. tribut. X.*

Absens per CONTVMACIAM judicari potest, *c. 1. §. 4. q. 8. caus. 3.*

Contemptus CONTVMACIAE, & superbiæ debet in omnibus frangi, *c. 3. q. 7. caus. 15.*

CONTVMACIA, in causa præsertim Fidei, suspicioni præsumtionem adjicit vehementem, *c. 7. de hæretic. in 6.*

Propter CONTVMACIAM rei potest Iudex rem petitam sequestrare, & ipsum contumacem in expensas condemnare, *c. 2. X. de dolo & contum.*

CONTVMAX.

CONTVMAX mulctari potest, *L. 1. pr. si quis jus dicenti non obtemper.*

CONTVMAX dicitur ille, qui non respondet, *L. 11. §. 4. de interrogat.*

CONTVMAX est, qui tribus Edictis propositis, vel uno pro tribus, quod vulgo peremptorium appellatur, literis evocatus præsentiam sui facere contemnet, *L. 53. §. 1. de re judic.*

Pœnam CONTVMACIS non patitur quem adversa valetudo, vel majoris causæ occupatio defendit, *L. 53. §. 2. eod.*

CONTVMACES non videntur, nisi qui, cum obedire deberent, non obsequuntur, *L. 53. §. 3. eod.*

CONTVMAX non censetur, qui judici non suo non obtemperat, *ibid.*

CONTVMAX verus non appellat, *L. 23. §. 3. de appellat.* & *L. 1. C. quorum appellationes* &c.

Contra CONTVMACEM dantur tria remedia, scilicet captio personæ, vel pos-

possessionis translatio in petitorem, vel definitivæ sententiæ probatio, *L. 8. C. quomodo & quando Iudex* &c.

CONTVMAX reputatur reus, qui procuratorem non idoneum mittit, & sine licentia recedit, *c. 12. X. de procurat.*

Actore CONTVMACE testes recipi, & sententia fieri debet, etiam lite non contestata, reo instante, *c. 3. X. de dolo & contum.*

Si reus CONTVMAX est post litem contestatam, si alias liquet de causa, fertur definitiva sententia, si non liquet, actor in veram possessionem inducitur, *c. 4. X. eod.*

CONTVMELIA.

CONTVMELIA parentis morte luitur, *c. 20. dist. 86.*

CONTVMELIA à contemnendo dicitur, *L. 1. pr. de injur.*

CONTVMELIA crescit ex persona ejus, qui contumeliam facit, *L. 17. §. 3. eod.*

Ad CONTVMELIAM Domini nil faciat Vasallus, *II. F. 7. pr.*

CONVALESCERE.

Quod ab initio de jure non valuit, tractu temporis CONVALESCERE non debet, *II. F. 55.*

Quod ab initio vitiosum est, non potest tractu temporis CONVALESCERE, *L. 29. de R. I.*

Quod ab initio non tenuit, nullo tempore CONVALESCIT, si tamen venit ad talem statum, à quo incipere potest, convalescit, *c. 7. X. de immun.*

Electio, quæ nulla est, CONVALESCERE non potest ex post facto, *c. 29. X. de elect.*

CONVENIRE.

Sicuti CONVENIRE dicuntur, qui ex diversis locis in unum locum colliguntur, & veniunt, ita & qui ex diversis animi moribus in unum consentiunt, *L. 1. §. 1. de pactis.*

CONVENIRE potest vel re, vel per epistolam, vel per nuncium inter absentes, *L. 2. pr. eod.*

CONVENIRI.

Non potest quis CONVENIRI coram diversis Iudicibus, super diversis actionibus personalibus, *c. 43. X. de rescript.*

CONVENIRI potest possessor pro domino, *c. 5. §. 8. X. ut. lit. non contest.*

CONVENIRI debent coram eodem judice tam tutor, quam ejus heres, *L. 5. C. arbitrium tut.*

CONVENIRI ibi debet quis, ubi tutelam, curam, vel negotium, vel argentariam, aut quid aliud, unde oritur obligatio, gessit, & si ibi non haberet domicilium, qui si non respondere, fiet missio in bona sua, *L. 19. §. 1. de judic.*

CONVENIRI potest quis in loco, in quo quis merces vendidit, deposuit, aut comparavit, & ibi cogitur se defendere, nisi sit conventum, ut alio loco se defenderet, *L. 19. §. 2. eod.*

CONVENIRI non potest advena in loco, in quo à mercatore quid comparavit, vel ei vendidit, si mercator scivit eum profecturum, debet enim mercator eum convenire in loco domicilii, *ibid.*

CONVENIRI debet in loco contractus tabernam, pergulam, vel horreum aut officinam distrahens, *ibid.*

CONVENIRI potest Vasallus de feudo, *II. F. 26. c. 5. §. 10.*

CONVENTICVLVM.

CONVENTICVLA illicita etiam extra Ecclesiam in privatis domibus sunt prohibita, & si fiant, domus, in qua fiunt consentiente domino, publicabitur, *L. 15. C. de Episcop. & Cler.*

CONVENTICVLVM dicitur, quod sine Sedis Apostolicæ autoritate celebratur, *c. 5. dist. 17.*

CONVENTICVLA Hæreticorum & Schismaticorum non Ecclesia, sed con-

conciliabula appellanda sunt, *c. 35. q. 3. caus. 24.*

CONVENTIO.

CONVENTIO privatorum juri publico non derogat, *L. 45. §. 1. de R. I.*

CONVENTIONIS verbum generale est, ad omnia pertinens, de quibus negotii contrahendi, transigendique causa consentiunt, qui inter se agunt, *L. 1. §. 3. de pactis.*

Nullus est contractus, nulla obligatio, quæ CONVENTIONEM in se non habeat, *d. L. 1. §. 3. eod.*

CONVENTIONES fere omnes in aliud nomen transeunt, veluti in emptionem, locationem, pignus, vel stipulationem, *L. 1. §. 4. eod.*

CONVENTIONES tacite valent, ut in locatione invecta & illata locatori sunt obligata, licet nihil nominatim sit conventum, *L. 4. pr. eod.*

CONVENTIONUM tres sunt species, *L. 5. eod.*

CONVENTIO publica est, quæ fit per pacem, quotiens inter se duces belli quædam paciscuntur, *ibid.*

CONVENTIO privata, aut legitima, aut Iuris gentium est, *ibid.*

CONVENTIO legitima est, quæ lege aliqua confirmatur, & ideo interdum ex pacto actio nascitur vel tollitur, quotiens lege, vel senatusconsulto adjuvatur, *L. 6. eod.*

CONVENTIONES Iuris gentium quædam actiones pariunt, quædam exceptiones, *L. 7. pr. eod.*

CONVENTIONES, quæ pariunt actiones, in suo nomine non stant, sed transeunt in proprium nomen contractus, ut emptio, venditio, &c. *d. L. 7. §. 1. eod.*

CONVENTIO, etsi in alium contractum non transeat, si tamen subsit causa, i. e. datio, vel factum, quod vestiet pactum, pariet obligationem & ex ea actionem præscriptis verbis, *L. 7. §. 2. eod.*

CONVENTIO in contractibus innominatis non valet sine causa, *L. 7. §. 4. eod.*

CONVENTIO s. circumventio alterius alii non præbet actionem, *L. 49. de R. I.*

CONVENTUS.

CONVENTUS dicitur à conveniendo in unum, *c. 1. §. 7. dist. 15.*

Taciturnitas CONVENTUS habetur pro consensu in temporali alienatione, quam facit Prælatus, *c. 2. X. de his, quæ fiunt à Prælatis* &c.

CONVERSATIO.

CONVERSATIO cum Iudæis inhibetur Clericis & Laicis, *c. 28. q. 1. caus. 28.*

CONVERSATIO malorum sæpe corrumpit bonos mores, *c. 12. ead.*

CONVERSATIONE mala efficitur quis suspectus, *L. 3. §. 3. de administr. tutor.*

CONVERSIO.

CONVERSIO dicitur, quasi cordis undique versio, *c. 34. dist. 1. de pœnit.*

Quæ CONVERSIO, si contigerit alicui etiam in fine, desperandum non est de peccati remissione, *c. 6. dist. 26. de pœnitent.*

CONVERTERE.

CONVERTIMINI ad me in toto corde vestro, & convertar ad vos, *c. 34. dist. 1. de pœnit.*

CONVERSI & alii habitum religionis assumentes non succedunt in feudum paternum, imo si quod habent, perdunt, *II. F. 21.*

CONVITIUM.

CONVITIUM injuria est, *L. 15. §. 3. de injur.*

CONVITIUM dicitur, vel à concitatione, vel à conventu, h. e. à collatione vocum, cum enim in unum complures voces conferuntur, *convitium*

tium appellatur, quasi *convocium*, *ibid.*

CONVITIVM non tantum præsenti, sed etiam absenti fieri potest, proinde veniens ad domum tuam, vel ad stationem, vel ad tabernam absente te, & ibi dicat aliquid, quod sit contra bonos mores civitatis, dicitur convitium, *L. 15. §. 7. eod.*

Fecisse CONVITIVM non tantum is videtur, qui vociferatus est, verum is quoque, qui concitavit ad vociferationem alios, vel qui summisit, ut vociferentur, *L. 15. §. 8. eod.*

Si CONVITIVM incertæ personæ fiat, faciens non tenetur actione injuriarum, *L. 15. §. 9. eod.*

Si curaverit quis CONVITIVM alicui fieri, non tamen factum sit, non tenebitur, *L. 15. § 10. eod.*

Non omne maledictum CONVITIVM est, sed id solum, quod cum vociferatione dictum est, *L. 15. §. 11. eod.*

Qui CONVITIVM fratri intulerit, puniatur, *c. 5. dist. 60.*

CONVIVIVM.

Corripiendus est Episcopus, qui CONVIVIIS occupatur, *c. 5. dist. 44.*

CONVIVIA laudantur, modo detractionibus, fabulis, & ludis turpibus non misceantur. *c. 6. ead.*

Non oportet Christianos ex symbolis CONVIVIA celebrare, *c. 10. ead.*

CONVIVIA Hæreticorum & Schismaticorum Clerici vitare debent, *c. 35. q. 3. caus. 24.*

COPIA.

COPIA attestationum facienda est ei, contra quem proceditur, *c. 26. X. de accusat.*

COPVLARE.

Si COPVLAVERIT Vasallus inimicis Domini amicitias, feudo privabitur, *II. F. 57.*

Illegitime COPVLATVS testis esse non potest contra legitime copulatum, *c. 4. §. 1. q. 4. caus. 3.*

CORAM.

CORAM Titio aliquid facere jussus, non videtur præsente eo fecisse, nisi is intelligat, itaque si furiosus, aut infans sit, aut dormiat, non videtur coram eo fecisse, *L. 209. de V. S.*

CORAM dicere sententiam videtur, qui sapientibus dicit, *L. 27. §. 5. de receptis, qui arbitr.* &c.

CORAM pupillo non videtur sententia dicta, nisi tutor præsens fuerit, *ibid.*

CORBES.

CORBES cogendorum fructuum causa comparabantur, *L. 8. pr. de instruct. vel instrum.*

Per CORBEM mensuram Vini facere, *L. 1. §. 4. de peric. & com. rei vend.*

CORIVM.

CORIVM bovis mortui non est legatarii, *L. 49. pr. de legat. 2.* vid. *Bos.*

CORNICVLARIVS.

CORNICVLARIVS est, qui corniculo tribuni militum præest, *L. 6. de Iure immun.*

CORNVARIVS.

CORNVARIVS dicitur, qui cornua militaria conficit. *L. 6. de jure immun.*

CORONA.

CORONAE sacræ dabantur in sacris certaminibus victoribus, *L. 40. de re judic. L. 5. C. quæ res pign.*

In CORONIS *mensarum* gemmæ coronis cedunt, *L. 19. §. 14. de auro & arg.*

CORONAM donavit *Constantinus* Silvestro, qua uti debent Pontifices, *c. 14. §. 2. dist. 96.*

CORONATIO.

CORONATIO Imperatoris pertinet ad Papam, *c. 34. X. de elect. II. F. 54.*

CORPVS.

In CORPORE Domino non noceat Vasallus, *II. F. 6.*

CORPORA pecuniæ appellatione contineri

tineri, nemo est, qui ambiget, *L. 178. pr. de V. S.*

Quod nocet CORPORI, juvat spiritum, *c. 52. §. 3. dist. 1. de pœnit.*

Diversitatem CORPORUM sæpe diversitas sequitur animorum, *c. 5. X. de concess. præb.*

CORPUS humanum sepultum in uno loco potest in alium transferri, subsistente justa causa, & interveniente superioris autoritate, *L. 1. C. de religios.*

CORPUS humanum sepeliens in alieno loco domino ignorante vel invito non facit illum locum religiosum, *L. 2. C. eod.*

CORPUS Rei criminis digno supplicio subjecti non prohibetur sepeliri, *L. 11. C. eod.*

CORPORA mortuorum non debent in civitatibus sepeliri, *L. 12. C. eod.*

CORRECTIO.

In CORRECTIONE malorum Deus omnipotens placatur, *c. 47. q. 4. caus. 23.*

CORRECTIO debet fieri animo medendi, non sæviendi, *c. 2. dist. 86.*

CORRECTIO debet esse mixta cum benignitate & asperitate, *c. 9. pr. dist. 45.*

CORRECTOR.

CORRECTORES dicuntur, quibus aliqua pars provinciæ mandata est, *L. 10. de offic. Præsid.*

CORREUS.

CORREUS, qui ejusdem obligationis est particeps & socius, *L. 3. §. 3. de liberat. legat.* & *L. 16. pr. de acceptil.*

CORRIGERE.

Non amatur servus, vel filius, cum non CORRIGITUR, *c. 36. q. 5. caus. 23.*

Ferveat charitas ad CORRIGENDUM, ad emendandum, *ibid.*

CORRIGERE potest testis in continenti dictum suum, ex intervallo non, *c. 7. X. de testib. cog.*

CORRIGENDO aliquem occidens casu, innocens est, *c. 13. q. 1. caus. 15.*

A Principibus CORRIGANTUR, quos Ecclesia corrigere non valet, *c. 20. q. 1. caus. 11.*

CORRIGERE se ipsum melius est, quam expectari corrigi ab alio, *Nov. 127. c. 1.*

Si quis CORRIGENDI animo aliquem verberavit, actione injuriarum non tenetur, *L. 15. §. 38. de injur.*

CORRUMPERE.

CORRUPISSE tabulas recte dicitur, qui eas interleverit, *L. 42. ad L. Aquil.*

CORRUMPERE album Prætoris, *L. 7. pr.* & *L. 9. de Iurisdict.*

Si quis servo persuasit, ut chirographa debitorum CORRUMPAT, tenetur de servo corrupto, *L. 11. §. 1. de servo corrupto.*

Si quis CORRUPERIT viduam vel alii nuptam cognatam, cum qua nuptias contrahere non potest, in insulam deportandus est, *L. 5. de quæstion.*

CORRUMPENS Iudicem, vel adversarium, litem perdere debet, secus si bona fide transegit, *L. 1. §. 3. de calumniat. L. 1. C. de pœna Iudicis, qui male jud.*

Iudex CORRUPTUS famam perdit, & damnum resarcit, *L. 2. C. eod.*

CORRUMPENS Iudicem, vel adversarium, si sponte confessus sit se dedisse pecuniam & probaverit, veniam meretur in eventu litis, *Auth. Novo jure, C. eod.*

CORRUMPENS vel faciens corrumpi dolo malo album prætorium, datur in eum quingentorum aureorum judicium, quod populare est, *L. 7. pr. de Iurisdict.*

CORRUMPERE non licet inquisitores,

res, Iudices, testes, *c. 4. X. de collus. deteg.*

CORRVPTI appellatione continetur fractum, & ustum, *L. 27. §. 16. ad L. Aquil.*

CORRVPTI appellatione continetur vinum effusum, vel spurcatum, vel acetum factum, & ideo effundens, vel spurcans, aut acetum faciens vinum, tenetur L. Aquilia, *d. L. 27. §. 15. eod.*

COSTVM.

COSTVM s. *costus*, est radix herbæ nascentis in India, jucundi odoris, *L. 16. §. 7. de publicanis.*

COTIS.

COTEM ferro subigendo necessariam hostibus vendere, non sine periculo capitis licet, *L. 11. pr. de publicanis.*

Cæsar, cum Insulæ Cretæ *cotorias* locaret, legem ita dixerat: *Ne quis præter redemptorem post Idus Martias* COTEM *ex Insula Creta fodito, neve eximito, neve avellito, L. 15. eod.*

COTTAE.

COTTAE quid sint, vid. *L. 25. C. de episcopali audientia.*

CRABATTVS.

Instructis domibus legatis, CRABATTVS s. *Grabbatus* (*est lectulus meridiando idoneus*) argento inaurato tectus, mortis testatoris tempore in domibus non est repertus, sed in horreis, in quibus ad tempus allatus esset, nihilominus præstandus, *L. 20. §. 8. de instr. & instr. leg.*

CREATIO.

De CREATIONE hominis, quare non simul, sed unus ex altero sit creatus, vid. *c. 20. q. 5. caus. 33.*

CREATVRA.

Omnis CREATVRA sub vitio est, non quod omnis peccaverit, sed quia nulla est, quæ peccare non possit, *c. 45. §. Charitas, dist. 2. de pœnit.*

Omnis CREATVRA vitiosa dicitur, quia mutabilitatis est capax, juxta illud: *Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens, & astra non sunt munda in conspectu ejus, ibid.*

CREDENTIA.

CREDENTIAM, i. e. arcanum secretum, Domini manifestans Vasallus feudo privatur, *I. F. 17.*

CREDERE.

Innocens CREDIT omni verbo, *c. 23. q. 4. caus. 22.*

Eis non est CREDENDVM, qui Veritatis à se fidem abjecerunt, *c. 24. q. 7. caus. 2.*

Non est CREDENDVM contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicantur, nisi se prius probaverint innocentes, *c. 3. q. 11. caus. 3.*

CREDITVR potius viro, quam mulieri favore matrimonii, *c. 6. X. de despons. impuber.*

Aliud est CREDERE, aliud deponere, *L. 24. §. 2. de rebus auctoritat. Iudicis possid.*

CREDITVR juste, quod publice & communiter creditur, *L. 3. pr. de SCto Macedon.*

CREDENDI appellatio generalis est, *L. 1. de reb. creditis* &c.

CREDITOR.

CREDITORES conditionales dicuntur hi, quibus nondum competit actio, est autem competitura; vel qui spem habent, ut competat, *L. 54. de V. S.*

CREDITOR is est, qui exceptione perpetua summoveri non potest, *L. 55. eod.*

CREDITOR temporalem exceptionem timens similis est conditionali creditori, *ibid.*

CREDITORES accipiendos esse constat eos, quibus debetur ex quacunque actione, vel persecutione, vel Iure civili, vel honorario, vel extraordinatio, *L. 10. eod.*

CRE-

CREDITORUM appellatione non hi tantum accipiuntur, qui pecuniam crediderunt, sed omnes, quibus ex qualibet causa debetur, *L. 11. eod.*

CREDITORIS loco etiam est, qui ex delicto aliquid debet, *L. 12. pr. eod.*

Quod si ex populari causa debeatur, ante litis contestationem, recte dicetur CREDITORIS loco non esse, postea esse, *L. 12. §. 1. eod.*

CREDITOR nihil dolo facit, qui suum recipit, *L. 129 pr. de R. I.*

CREDITORES non fraudantur, cum quid non acquiritur à debitore, sed cum quid de bonis diminuitur, *L. 134. pr. de R. I.*

CREDITOR, qui permittit rem venire, pignus demittit, *L. 158. eod.*

Si in instrumento debiti exprimitur causa, condemnatur debitor, nisi probet indebitum, si non exprimitur, necesse est, ut CREDITOR probet id fore debitum, *c. 14. X. de fide instrum.*

CREDITORES compelluntur relaxare juramentum de usuris sibi solvendis, *c. 1. X. de jurejur.*

CREDITORIBUS non præjudicatur per receptionem usurarum juxta divisionem heredum debitoris, *L. 40. §. 2. de pactis.*

CREDITOR simpliciter accipiendo pecuniam intelligitur remisisse interesse, & pœnam, *L. 10. de eo, quod certo loco* &c.

CREDITOR prior habens hypothecam etiam generalem præfertur fisco postea contrahenti, *L. 3. C. de remissione pign.*

CREDITOR negligens intra tempus statutum à Iudice videtur juri hypothecarum renuntiasse, *L. 6. C. eod.*

CREDITOR si antequam sibi solvatur debitum, dederit pignus alicui in pignus, soluto debito priori creditori liberatur pignus etiam à secundo, *L. 40. §. 2. de pignorat. act.*

CREDITOR contraria pignoratitia potest agere contra debitorem, qui sibi rem alienam pignori dedit, etiam si debitor esset solvendo, *L. 32. eod.*

CREDITUM.

CREDITUM a mutuo differt, qua genus à specie, nam creditum consistit extra eas res, quæ pondere, numero, mensura continentur, *L. 2. §. 3. de rebus creditis, si certum* &c.

CREDITUM non dicitur proprie, quando quis ex necessitate credit pecuniam, & sic sponte alienam fidem non sequitur, improprie tamen dicitur creditum, *L. 20. eod.*

CREDULITAS.

Si quis ob nimiam CREDULITATEM uxorem delinquere patiatur, extra L. Iul. de adult. coërc. positus videtur, *L. 29. §. 4. ad L. Iul. de adult.*

CREDULUS.

CREDULUS qui fuit nimis, dicitur esse in culpa, *L. 1. §. 2. de eo, per quem factum* &c.

CRETA.

Permisisti mihi CRETAM eximere de agro tuo, *ita, ut eum locum, unde exemissem, replerem*, si non repleo locum, unde exemi, habeas contra me civilem actionem incerti, sed si cretam mihi vendidisses eodem pacto, ut locum non repleam, habes actionem ex vendito, sed si exemptam cretam repleta jam fossa non patiaris me tollere, contra te mihi competit actio ad exhibendum, *L. 16. pr. de præscriptis verbis* &c.

Si CRETAE fodiundæ causa specum quis fecisset, & *cretam* abstulisset, fur est, non quia fodisset, sed quia abstulisset, *L. 57. de furtis.*

Servitus CRETAE eximendæ vicinum tantum fundum habenti constitui potest, *L. 5. de S. P. R.*

CRETIFODINA.

CRETIFODINAS fructuarius instituere potest, *L. 13. §. 5. de usufr.*

CRETIFODINAE, si quas vir in fundo mulieris dotali invenerit, in fructu sunt, *L. 7. §. 14. soluto matrim.*

CRIMEN.

Nullum CRIMEN patitur is, qui non prohibet, cum prohibere non potest, *L. 109. de R. I.*

CRIMEN suspecti sc. *tutoris* è Lege duodecim tabularum descendit, *L. 1. §. 2. de suspect. tut.* & *pr. Inst. cod.*

CRIMEN licet extinguatur morte, tamen turpia lucra ab herede ejus extorqueri possunt, *L. 5. pr. de calumniat.*

CRIMEN capitale dicitur, in quo mors civilis, vel naturalis imponitur, *L. 2. de public. jud.*

Non omne CRIMEN damnatum infamat, sed publicum, *L. 7. eod.*

Id CRIMEN infamat, quod ex ea actione fuit, quæ etiam in privato judicio infamiam condemnato importat, veluti furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, *ibid.*

Levia CRIMINA audire & discutere de plano Proconsulem oportet, & vel liberare eos, quibus objiciuntur, vel fustibus castigare, vel flagellis servos verberare, *L. 6. de accusat.*

Si cui CRIMEN objiciatur, præcedere debet in crimen subscriptio, quæ res ad id inventa est, ne facile quis prosiliat ad accusationem, cum sciat inultam sibi accusationem futuram, *L. 7. pr. eod.*

In CRIMINIBUS privatis & extraordinariis omnes calumniosi extra ordinem pro qualitate admissi plectuntur, *L. 3. ad SCt. Turpill.*

Hisdem CRIMINIBUS, quibus quis liberatus est, non debet Præses pati eundem accusari, *L. 7. §. 2. de accus.* & *c. 6. X. de accus.*

CRIMEN expilatæ hereditatis sicut & actio furti non datur contra uxorem res mariti defuncti surripientem, *L. 17. C. de furtis.*

De CRIMINE capitali, excepto adulterio, transigere prohibitum non est, *L. 18. C. de transact.*

In CRIMINIBUS publicis, quæ sanguinis pœnam non ingerunt, transigere non licet, *ibid.*

Nomine CRIMINIS quodlibet peccatum intelligitur, *c. 3. §. 2. dist. 25.*

CRIMEN est querela, i. e. peccatum accusatione, & damnatione dignum, *ibid.*

CRIMINIS appellatio late patet, complectens omne peccatum, quod ex deliberatione procedit, *d. c. 3. §. 4. ead.*

CRIMEN est peccatum grave, accusatione & damnatione dignissimum, *c. 1. §. 1. dist. 81.*

CRIMEN suum commodis alienis impendere, indecens est, *c. 10. dist. 46.*

CRIMEN contrahitur, si & voluntas nocendi intercedat, *c. 47. dist. 50.*

CRIMEN punire pro Deo, non est crudelitas, sed pietas, *c. 13. q. 8. caus. 23.*

CRIMEN alienum nescientem non maculat, *c. 37. §. 8. q. 4. caus. 23.* & *c. 1. q. 4. caus. 1.*

CRIMEN paternum nullam maculam filio infligere potest, *c. 6. ead.*

CRIMEN non est, quando mos est, *c. 7. q. 4. caus. 32.*

CRIMINA in Baptismo solvuntur, non conjugia, *c. 1. q. 2. caus. 28.*

Qui de aliquo CRIMINE accusatur vel denunciatur, interim promoveri non potest, *c. 4. X. de accus.*

CRIMEN potest tribus modis opponi, denuntiando, excipiendo, accusando, *c. 16. X. eod.*

Quando CRIMEN in modum exceptionis opponitur, ut quis ab accu-

satio-

fatione, vel testimonio repellatur, non est necessaria inscriptio, *ibid.*

Quando CRIMEN in modum accusationis opponitur, inscriptio est necessaria, *ibid.*

Quando CRIMEN in modum denunciationis opponitur, non est inscriptio necessaria, *ibid.*

CRIMEN *læsæ Majestatis*.

CRIMEN læsæ Majestatis gladio feriatur, & bona fisco addicantur, filii repellantur ab hereditate, sint perpetuo egentes, pauperes, infames, ad nullos honores promoveantur, *c. 22. pr. q. 1. caus. 6.*

In CRIMINE læsæ Majestatis omnibus æqua conditio, *c. 23. ead.*

CRIMEN læsæ Majestatis, & Simonia pari pœna puniuntur, *c. 4. pr. q. 3. caus. 15.*

De CRIMINE læsæ Majestatis mulieri accusare non permittitur, *d. c. 4. §. 1. ead.*

CRIMEN læsæ Majestatis proximum sacrilegio dicitur, *L. 1. pr. ad L. Iul. Majest.*

CRIMEN majestatis illud est, quod adversus populum Romanum, vel adversus securitatem ejus committitur, *d. L. 1. §. 1. eod.*

CRIMINE læsæ majestatis tenetur ille, cujus opera dolo malo consilium initum erit, quo obsides, sine permissu principis fugerent, item quo armati homines cum telis lapidibusve in urbe sint, conveniantve adversus rempubl. locave occupent, vel templa, *ibid.*

CRIMINE læsæ majestatis tenetur ille, cujus opera dolo malo consilium initum erit, quo cœtus conventusve fiat, hominesve ad seditionem convocentur, aut quo quis contra rempublicam arma ferat, *ibid.*

CRIMINE læsæ majestatis tenetur, qui hostibus Populi Romani nuncium literasve miserit, signumve dederit, aut fecerit dolo malo, quo hostes Populi Romani consilio juventur adversus rempub., vel milites Populi Romani sollicitaverit, vel concitaverit, quo seditio tumultusve adversus rempubl. fiat, *ibid.*

CRIMINE læsæ majestatis tenetur, qui è provincia non discedit, cum ei successum esset, vel qui exercitum deseruit, aut privatus ad hostes perfugit, vel qui sciens falsum conscripsit, vel recitavit in tabulis publicis, *L. 2. eod.*

CRIMINE læsæ majestatis tenetur, qui majestatem publicam læserit, qualis est ille, qui in bellis cesserit, aut arcem tenuerit, aut castra concesserit, *L. 3. eod.*

CRIMINE læsæ majestatis tenetur ille, cujus dolo malo exercitus Populi Romani in insidias deductus hostibusve proditus erit, aut cujus dolo malo factum est, quo minus hostes in potestatem Populi Romani veniant, *L. 4. eod.*

CRIMINE læsæ majestatis liberatus est, qui statuas imperatorias reprobatas conflaverit, *L. 4. §. 1. eod.*

CRIMINE majestatis accusari potest, cujus ope, consilio, dolo malo provincia, vel civitas hostibus prodita est, *L. 10. eod.*

CRIMEN læsæ majestatis etiam post mortem potest inchoari, ut memoria ejus damnetur, & bona successoribus auferantur, *L. 8. C. ad L. Iul. Majest.*

In CRIMINE læsæ majestatis etiam conscii tenentur, nisi indicaverint, *L. 5. §. 6. C. eod.*

In CRIMINE læsæ majestatis memoria delinquentis damnatur, *§. 5. de heredit. quæ ab intest.*

CRIMINALIS.

CRIMINALE judicium est, ubi de anima

anima periculum eft, *Nov. 8. praef. §. 1.*

CRIMINALIS caufa propter civilem fifci favorem fufpenditur, *L. 21. de accuf.*

CRIMINALES caufæ biennio concludi, & finiri debent, *L. 13. pr. C. de Iudiciis.*

In CRIMINALIBVS fi deprehendantur Clerici Apoftatæ, non defenduntur ab Ecclefia, *c. 1. X. de apoftatis* &c.

In omnibus caufis, præterquam in CRIMINALIBVS, Epifcopi & Sacerdotes pro fe Advocatum habeant, *c. 3. q. 3. cauf. 5.*

In CRIMINALI caufa non eft teftis Vafallus contra Dominum, *II. F. 33. §. 3.*

CRIMINALITER.

CRIMINALITER accufans, vel accufatus per fe experiatur, *c. 2. q. 3. cauf. 5.*

CRIMINALITER poteft Clericus coram feculari judice latronem accufare, fi ad pœnam fanguinis non attendat, *c. 2. de homic. in 6.*

CRVDELIS.

CRVDELIS eft, qui famam fuam negligit, *c. 10. pr. q. 1. cauf. 12.*

Non eft CRVDELIS, qui crudeles jugulat, *c. 28. q. 5. cauf. 23.*

CRVDELITAS.

CRVDELITAS ulcifcendi, jure culpatur, *c. 4. pr. q. 1. cauf. 23.*

Non eft CRVDELITAS crimina punire, fed pietas, *c. 13. q. 8. cauf. 23.*

CRVDELITATEM omnium prædonum fuperat, qui res ecclefiafticas, quæ pauperum funt, defraudat, *c. 71. q. 2. cauf. 12.*

CRVX.

CRVCEM, vel fignum Salvatoris Chrifti non licet humi depingere, vel fculpere in filice, vel in marmore, alias faciens graviffima pœna debet mulctari, *L. un. C. nemini licet fignum cruc.* &c.

CRVCEM, vel fignum Salvatoris inveniens humi, vel in terra depictum vel in fculptum debet tollere ab illo loco, *ibid.*

CRVCES, cum quibus & in litaniis ingrediuntur, non alibi nifi in venerabilibus locis debent reponi, & quando opus fuerit ad celebrandas litanias, tunc ipfas fanctas cruces debent accipere hi, qui confueverunt portare, & cum Epifcopo, & clericis litanias celebrare, *Nov. 123. c. 32.*

CVBICVLARIVS.

CVBICVLARII principis & Auguftæ non coguntur refpondere, nifi coram officiorum magiftro, *L. 3. C. de prepof. facri cubiculi* &c. *XII.*

CVBICVLARII principis antequam ad dictum officium tranfeant, gaudent immunitate extraordinariorum munerum, & dignitate finita non recipiunt hofpitem inviti, & præfides contra facientes puniuntur in denis libris auri, *L. 2. C. eod.*

CVBICVLVM.

CVBICVLVM principis vel Auguftæ cuftodientes eandem dignitatem habent, quam præfectus urbi, & præfecti prætorio, & magiftri militum, & dignitate depofita nulla eft inter eos differentia, *L. 1. C. de prapof. facri cubiculi* &c. *XII.*

CVCVLLA.

De CVCVLLA vid. *Clem. 1. §. 1. de ftatu Monachorum.*

CVCVRBITARE.

Si fidelis f. Vafallus CVCVRBITAVERIT dominum, i. e. cum uxore ejus concubuerit, vel concumbere fe exercuerit, feudum amittit, *I. F. 5. pr. II. F. 57.*

CVLEVS.

CVLEVS dicitur faccus de corio, in quo

quo imponebatur parricida cum gallo, cane, vipera, & simia, & ita projiciebatur in flumen, *L. 1. C. de his, qui parentes* &c.

CVLEI dicuntur vasa quædam de corio, quibus annona & vinum mensurabatur, *L. 43. §. 1. de pignor. act.* & *L. 17. §. 1. de annuis legat.*

CVLPA.

CVLPA lata est nimia negligentia, i. e. non intelligere, quod omnes intelligunt, *L. 213. §. 2. de V. S.*

CVLPAE latæ finis est, non intelligere id, quod omnes intelligunt, *L. 223. pr. eod.*

CVLPA magna, dolus est, *L. 226. de V. S.*

CVLPA caret, qui scit, sed prohibere non potest, *L. 50. de R. I.*

Sine CVLPA Princeps Capitaneos devestire non potest, *I. F. 7.*

Sine CVLPA nemo feudum amittit, *I. F. 21.*

CVLPA dolo malo proxima dicitur lata culpa, *L. 22. §. 3. ad SCt. Trebell.*

CVLPA dicitur vitium, *L. 22. negot. gestor.*

CVLPA non intelligitur, si navem petitam tempore navigationis trans mare misit, licet ea perierit, nisi minus idoneis hominibus eam commisit, *L. 16. §. 1. de R. V.*

CVLPA est, cum quod diligenter provideri potest, non est provisum, *L. 31. ad L. Aquil.*

CVLPA facere non videtur, qui facit, ut solet fieri, *L. 52. §. 4. pro socio.*

CVLPA socii non ad exactissimam diligentiam dirigenda est, sufficit etenim talem diligentiam communibus rebus adhibere, qualem suis rebus adhibere solet, *L. 82. eod.*

In CVLPA quis dicitur esse tribus modis, sc. quando non fecit, quod diligens faceret, item quando facit contra pactionem, & quando est in mora, *L. 11. pr.* & *§. 1. locati.*

CVLPA abest, si omnia facta sunt, quæ diligentissimus quisque observaturus fuisset, *L. 25. §. 7. eod.*

CVLPAM in re communi quisque præstare cogitur, *L. 31. eod.*

Qui in CVLPA non est, neque debet esse in pœna, *L. 7. C. de his, quibus ut indig.*

CVLPAM committens in alienis non excusatur ex eo, quod in suis ita solitus sit versari, *§. 2. quibus modis re* &c.

Sine CVLPA, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus, *c. 23. de R. I. in 6.*

Non est sine CVLPA, qui rei, quæ ad eum non pertinet, se immiscet, *c. 19. eod.*

Sæpe sine CVLPA agitur, quod venit ex culpa, *c. 4. §. 2. dist. 5.*

CVLPA est, non punire culpam, *c. 10. dist. 28.*

Non parentum, sed propria CVLPA quemque condemnat, *c. 5. dist. 56.*

CVLPA non necessitate, sed voluntate reum constringit, *c. 5. q. 1. caus. 15.*

Qui pro aliqua CVLPA notantur infamia, infames fiunt, *c. 17. q. 1. caus. 6.*

CVLPAM attenuat metus, *c. 5. X. de his, quæ vi* &c.

CVLPAM incidisse naturæ est, delesse virtutis, *c. 25. §. 3. dist. 3. de pœnit.*

CVLPAM non debet excedere pœna, sed secundum modum culpæ puniendi sunt delinquentes, *c. 5. §. illud. de pœnis in 6.*

CVLTELLVS.

Solos CVLTELLOS minores, quibus nullus in præliis utitur, privatis facere, & vendere licitum est, *Nov. 85. c. 4.*

CVLTOR.

CVLTORES terrarum dicuntur quandoque domini colentes terras per alios,

alios, *L. 13. C. quod cum eo qui in aliena.* &c.

CVLTVRA.

Ad CVLTVRAM non pertinent illa, quæ ad ornatum, vel custodiam fundi pertinent, *L. 60. §. 3. de legat. 3.*

CVNICVLVS.

CVNICVLVS est foramen subterraneum, *L. 26. de damno infecto* &c. & *L. 11. pr. de aqua, & aquæ pluv.* &c.

CVPIDITAS.

CVPIDITAS radix est omnium malorum, *c. 13. dist. 2. de pœnit.*

Qui CVPIDITATEM à se non abscindit, bonorum Autori inhærere non valet, *c. 7. dist. 47.*

CVPRESSVS.

CVPRESSI arbores emens in Syria, vel in Aegypto punitur in quinque libris auri, & in tantundem venditor, *L. 1. C. de cupressis, XI.*

CVPRESSOS nullus potest incidere propria autoritate in loco Daphnensi, neque etiam eas collapsas alibi transportare, *L. 2. C. eod.*

CVRA.

CVRA masculorum & fœminarum eodem tempore finitur, *pr. Inst. de curat.*

CVRA vel tutela durante non potest collega contra concuratorem vel contutorem agere, *L. 2. C. de administr. tutor.*

CVRA bonorum vendendorum ad heredes non transit, *L. 9. de curator. furios.*

Si quis CVRAM ventris bonorumve administrat, ut suspectus potest accusari, *L. 3. §. 3. de suspect. tut.*

CVRATIO.

CVRATIO ejus (i. e. *patris furiosi*), cui bonis interdicitur, filio negabatur permittenda, *L. 1. §. 1. de curator. furioso* &c.

CVRATIO furiosæ matris ad filium pertinet, *L. 4. de curat. furios.*

Furiosi & prodigi in CVRATIONE agnatorum sunt, *§. 3. de curator.*

CVRATOR.

CVRATOR furiosi non tutelæ, sed negotiorum actione tenetur, *L. 4. §. 3. de tut. & ration. distr.*

Cum CVRATORE pupilli sive adolescentis agi potest, & si usque adhuc perseveret, *L. 16. eod.*

CVRATOR patri furioso filius esse potest, *L. 1. §. 1. & L. 2. de curator. furioso* &c.

CVRATOR bonis à Prætore datur, quando heredes instituti deliberant adire, *L. 3. eod.*

CVRATOR claræ personæ constituitur, distrahendorum bonorum gratia, *L. 4. eod.*

CVRATOR furioso datur causa cognita, *L. 6. eod.*

CVRATOR furiosi corpus & salutem ejus defendere debet, *L. 7. pr. eod.*

Vni ex CVRATORIBVS furiosi recte solvitur, *L. 7. §. 3. eod.*

CVRATOREM bonorum ventris nomine dari oportet, *L. 8. eod.*

CVRATOR bonorum vendendorum gratia constitui potest, *L. 9. eod.*

CVRATOR furiosi rem suo nomine vendens, non transfert dominium, secus si furiosi, vel suo & furiosi, *L. 10. §. 1. de curator. furios.*

A CVRATORE furiosi, res furiosi dedicari non potest, *L. 12. eod.*

CVRATOR uxori mente captæ dari non potest, *L. 14. eod.*

In bonis CVRATORIS privilegium furiosi furiosæve nec non prodigi servatur, *L. 15. §. 1. eod.*

CVRATOREM pater prodigo filio dare potest, *L. 16. §. 1. eod.*

CVRATOR furiosi nullo modo libertatem præstare potest, *L. 17. eod.*

CVRATOR testamento neque à patre recte datur, *L. 1. §. 3. de confirm. tut.*

Si

Si CVRATOR à matre testamento datus sit filiis ejus, decreto confirmatur ex inquisitione, *L. 2. §. 1. eod.*

CVRATOR solet aliquando dari tutorem habenti, *L. 13. pr. de tut.*

CVRATOR ad dotem dandam nupturæ constituendus, *L. 7. de tut. & curat.*

CVRATOR ei quoque, quæ jam nupta est, datur, *d. L. 7. eod.*

CVRATOR ad dotem augendam etiam datur, *ibid.*

CVRATOR mutandæ dotis gratia dari potest, *ibid.*

CVRATOR pupillo & pupillæ non datur, si tutor eorum absfuerit, *L. 11. eod.*

His CVRATOR dandus est, qui in ea causa sunt, ut rebus suis superesse non possint, *L. 12. pr. eod.*

CVRATOR patri filius dari potest, *L. 12. §. 1. eod.* & *L. 1. 2.* & *4. de curat. fur.*

In omnem rem CVRATOR dandus est in ejus tutoris locum, qui reipubl. causa absfuit, *L. 15. de tut. & curat.*

Ventri CVRATOR datur, non tutor, *L. 20. pr. eod.*

CVRATOREM habenti, *curator* dari potest, *L. 20. §. 1. eod.* & *L. 12. C. qui dare tut.*

CVRATOR impuberi datus quacunque ex causa, perseverat in diem pubertatis in eadem cura, *L. 25. de tut. & curat.*

Mater adultis CVRATOREM petere non tenetur, nisi si impubes curatore opus habeat, *L. 1. qui petant tutor.*

CVRATORES minores sibi petere possunt, *L. 2. §. 4. qui petant tut.*

Decreto Decurionum & ipse Magistratus CVRATOR dari potest, *L. 3. eod.*

Si plures CVRATORES dati sunt, ratum habendum, quod per unum gestum, *L. 3. pr. de adminis. & peric. tut.*

CVRATOR nonnunquam tutori testamentario adjungitur, *L. 3. §. 4. eod.*

CVRATORES testamento à patre dati, à Prætore sunt confirmandi, *L. 3. §. 5. eod. §. 1. de curat.*

Cœptum negotium CVRATOR finita etiam tutela perficere tenetur, *L. 5. §. 6. eod.*

CVRATOR actus sui rationem concuratori (al. *contutori*) reddere non est compellendus, *L. 19. eod.*

CVRATOR egreditur officium, qui id promittit sciens, quod scit pupillum non debere, *L. 43. §. 1. eod.*

CVRATOR dotem promittens pro pupilla, non videtur eam promittere animo donandi, sed repetendi, *ibid.*

CVRATORES bonorum & ventris à curatoribus furiosi & prodigi distinguuntur, *L. 48. eod.*

CVRATOR pro minore non tantum dotem dare debet, sed etiam impendia, quæ ad nuptias facienda sunt, *L. 52. eod.*

CVRATOR adolescentis vel furiosi licet habeat administrationem bonorum ejus, non tamen habet potestatem intercipiendi, & ideo si aliquid furandi animo amoverit, furtum facit, & tenetur actione furti, *L. 33. de furtis.*

CVRATORES ex inquisitione dati non tenentur satisdare, quia idonei electi sunt, *pr. Inst. de satisdat. tut.*

Dantur CVRATORES ab eisdem magistratibus, à quibus & tutores, *§. 1. de curator.*

CVRATORES adolescentes inviti non accipiunt, nisi in litem, *§. 2. de curator.*

CVRATOR ad certam causam dari potest, *ibid.*

CVRATORES dantur mente captis, & surdis,

furdis, & mutis, & his, qui perpetuo morbo laborant, quia rebus suis superesse non possunt, *§. 4. eod.*

CVRATOR datus bonis vendere potest bona pro satisfaciendo creditoribus, *L. 1. §. 1. de curatore bonis dando.*

CVRATORI bonis dato competit actio utilis, & etiam contra eum competit, *L. 2. §. 1. eod.*

Si tres CVRATORES bonorum fuerint, & unus ex his nihil attigerit, in eum datur actio, nisi invitus factus est, *L. 2. §. 5. eod.*

Nemo CVRATOR bonorum invitus creari potest, *L. 2. §. 3. eod.*

CVRATORES plures bonis quando constituuntur, quilibet potest agere & conveniri, *L. 2. §. 2. eod.*

CVRATORES impleta legitima ætate prodigis vel furiosis solent tribui, *L. 1. C. de curatore furiosi* &c.

CVRATOR minoris sicut non potest alienare vel obligare prædium minoris sine decreto, ita neque potest curator furiosi prædium furiosi, *L. 2. C. eod.*

CVRATOR furiosi habentis intervalla semper donec vivit, ideo manet curator, ne crebra vel quasi ludibriosa fiat curatoris creatio, *L. 6. C. eod.*

CVRATOR non datur furioso in potestate patris constituto, cum sufficiat pater ei quoad gubernationem rerum, quæ ex castrensi peculio, vel aliter ante furorem, vel in furore ad eum pervenerunt, *L. 7. pr. C. eod.*

CVRATOR furiosi, cui est delata hereditas extranei, potest agnoscere bonorum possessionem nomine furiosi, *L. 7. §. 3. C. eod.*

CVRATOR datur propter infirmitatem, *c. 2. §. 4. q. 7. caus. 3.*

CVRATOR & tutor dum fuerint suspecti, à tutela vel cura removentur, donec de suspecto cognoscatur, *c. 8. §. 3. q. 2. caus. 3.*

CVRIA.

Si quis Clericus accusans Clericum in CVRIAM introierit, anathema sit, *c. 10. q. 1. caus. 11.*

Quisque Clericus potest in CVRIA Romana conveniri, licet alias specifice forum ibi non sortiatur, habet tamen ex causa jus revocandi domum, *c. 20. X. de foro compet.*

CVRIA.

Qui obligatus CVRIAE ratione originis, eam declinare non potest, et si curia non pulsaverit patrem, filium pulsare non poterit, *L. 62. C. de Decurion. X.*

CVRIA liberant XII. dignitates enumeratæ in *L. 66. C. eod.*

CVRIAM deserere nemo curialis potest, *L. 50. C. eod.*

CVRIA.

Ad CVRIAM vocatur Vasallus contumax, *II. F. 22.*

Ad CVRIAM Domini quando invitus non trahitur Vasallus, *II. F. 15.*

In CVRIIS olim diversæ erant sententiæ super alienatione Feudorum, *II. F. 9. pr.*

CVRIAE judicio se committat Dominus Feudi, *II. F. 22.*

Sine CVRIA beneficium alienari potest, *II. F. 34. §. 1.*

In CVRIAE venditione non continetur Feudum, *II. F. 51. pr.*

CVRIALIS.

CVRIALIS Clericus fieri non potest, ne ex hoc venerabili Clero fiat injuria, *Auth. Sed neque &c. in pr. C. de Episcop.*

CVRIALIS factus Clericus potest curiæ per substitutum servire, *L. 12. C. eod.*

CVRIALES ultra terminos provinciæ civitatis non jubeantur à moderatoribus provinciarum exhibere sui præsentiam,

ſentiam, niſi publica neceſſitas exegerit, *L. 25. C. de Decurion. X.*

CVRIALIS dicitur, qui eſt obnoxius curiæ, aut qui ex origine eſt curialis, *L. 37. C. eod.*

CVRIALIS licet honoretur titulo comitivæ conſiſtorianæ, eſt tamen ſub Præſidis jurisdictione, *L. 47. C. eod.*

CVRIALIS quacunque fraude curiam evitans ſi per annum contumax fuerit, ejus bona curiæ applicabuntur, *L. 51. C. eod.*

CVRIALES maſculi deſcendentes, aut fœminæ curialibus nuptæ vel curiales extraneis ſuccedunt in totum, *L. 2. §. 1. C. quando & quibus quarta pars* &c. *X.*

CVRIALIS debet conveniri coram Iudice, qui præeſt curiæ Decurionum illorum, *L. 1. C. de curialib. urbis* &c. *XI.*

CVRIALIS vel cohortalis conditionis exiſtens ad armatam militiam aſſumi non poteſt, *L. 4. C. qui militare poſſunt* &c. *XII.*

CVRIOSVS.

CVRIOSVS non debet quis eſſe in negotiis alienis, *L. 19. de novat.*

CVRRVS.

Si ex CVRRV ſ. plauſtro lapis ceciderit, & quid ruperit, vel fregerit, Aquiliæ actione plauſtrarium teneri, placet, ſi male compoſuit lapides, & ideo lapſi ſunt, *L. 27. §. 33. ad L. Aquil.*

CVRSVS.

CVRSVS publici exhibitio ſecundum conſuetudinem locorum committitur, ut plauſtra, i. e. currus faciant onerari, *L. 14. C. de curſu publico XII.*

Si quis per publicum CVRSVM iter faciens, cujuscunque dignitatis, vel militiæ, ab itinere recto diverterit, pœna in eum competens proferatur, *L. 5. C. eod.*

Nullus dux, poſtquam ducatum ſuum intravit, uti debet CVRSV publico, ſed jumentis propriis, *L. 20. C. eod.*

CVRTIS.

Si quis Feudum habuerit in CVRTE Domini ſui, non poterit ipſum Feudum in aliqua parte libellario nomine alicui ſine conſenſu Domini ſui dare, vel pignori obligare, *I. F. 5. §. 1.*

CVRTIS eſt pars manſi, *I. F. 4. §. 5.*

Si Dominus in ipſa CVRTE nil ſibi retinuit, tunc omne incrementum jure feudi fidelis obtinebit, *ibid.*

CVRVVS.

CVRVVS ſc. *ſervus* dicitur ille, qui corpus habet curvum retro non rectum & directo diſpoſitum, *L. 3. de ædilitio edicto.*

CVSTODIA.

CVSTODIAE ſignificant publicam cuſtodiam, *L. 224. de V. S.*

CVSTODIA carceris ſolum ad rempub. pertinet, vincula tamen ad privatos, & ad rempub., *L. 9. ex quib. cauſ. major* &c.

CVSTODIA adverſus vim parum proficit, *L. 31. pr. de actione empti* &c.

Qui mercedem accipit pro CVSTODIA alicujus rei, is hujus periculum *cuſtodiæ* præſtat, *L. 40. locati* &c.

Diligens CVSTODIA etiam vincire permittit, *L. 1. §. 7. de fugitivis.*

De CVSTODIA Reorum Proconſul æſtimare ſolet, utrum in carcerem recipienda ſit perſona, an militi tradenda, vel fidejuſſoribus committenda, vel etiam ſibi, *L. 1. de cuſtodia* &c.

CVSTODIA non facile tyroni eſt credenda, *L. 14. pr. eod.*

Milites ſi amiſerint CVSTODIAS, ipſi in periculum deducuntur, *L. 12. pr. eod.*

CVSTODIRE.

CVSTODIANTVR ſacramenta puberum ſponte facta ſuper contractibus re-

rum suarum non retractandis, *II. F. 53. §. 3.*

CVSTODIRE tenetur Romana Sedes statuta Conciliorum, quæ sua authoritate confirmavit, *c. 1. q. 1. caus. 25.*

Princeps tunc sua jura ab omnibus CVSTODIENDA existimet, cum & ipse illis reverentiam præstat, *c. 2. dist. 9.*

CVSTOS.

CVSTODES plerumque puniuntur, cum cella, armarium, vel arca effringitur, *L. 3. §. 2. de offic. præfecti vigil.*

CVSTOS unus de duobus custodibus si aufugerit cum persona custodita, parcitur alteri custodi remanenti, *L. 14. §. 2. de custodia.*

CVSTOS occidens captum, ut homicida punitur, *L. 14. §. 4. eod.*

CYDONEVM.

CYDONEVM (ex malis cotoneis fit, hinc cotoneum vocatur) vini appellatione non continetur, *L. 9. pr. de tritico, vino*, &c.

CYLINDRVS.

Est CYLINDRVS gemmæ ac smaragdi species, *L. 32. §. 9. de auro, argento*, &c.

D.

DAEMON.

DAEMONES sanguinem amare dicuntur, ideoque quotiescunque Necromantia fit, cruore aqua miscetur, ut colore sanguinis facilius provocentur, *c. 14. §. 2. q. 5. caus. 26.*

DALMATICA.

DALMATICIS, absque Apostolica licentia, nec Episcopis nec Diaconis uti licet, *c. 10. dist. 23.*

DAMNARE.

Non potest quis sic DAMNARI, *ut de saxo præcipitetur*, *L. 25. §. 1. de pœnis.*

DAMNARI potest memoria alicujus post mortem, ut puta ex causa Majestatis, vel alia tali causa, *L. 6. §. 11. de injusto, rupto* &c.

Non DAMNATOS quidem duntaxat injuriæ, sed pactos quoque Perpetuum Edictum infamat, *L. 18. C. ex quib. caus. infam.*

DAMNATVS criminis capitalis dicitur is, cui pœna mors, aut aquæ & ignis interdictio sit, *L. 13. de bonor. possess.*

DAMNATVS in metallum post restitutionem potest petere alimenta præteriti temporis & futuri, *L. 11. de alimentis* &c.

DAMNATI ad bestias, vel ad gladium, vel in metallum, statim fiunt servi pœnæ, & si fuerint heredes instituti, pro non scriptis habebuntur, *L. 25. §. 3. de acquir. vel omitt. hered.*

DAMNATVS in opus perpetuum, i. e. publicum, similis est ei, qui in insulam deportatus est, *L. 1. C. de pœnis.*

DAMNATVS ob aliquod maleficium in insulam deportatur, *§. 1. quib. mod. jus patr. pot.*

DAMNATVS in insulam quandoque perdit etiam libertatem, *§. 2. de capit. dimin.*

DAMNANDA non est filia, quæ tenet feudum ex beneficio Domini, *I. F. 24.*

DAMNENTVR antiqua sententia publici latrones & convicti, *II. F. 27. §. 6.*

Qui DAMNARE potest, is absolvendi quoque potestatem habet, *L. 3. de re judic.*

DAMNATVS ob carmen famosum ad testamentum adhiberi non potest

(sc.

(sc. ut testis), *L. 18.* §. *1. qui testam. fac.*

DAMNUM.

Is DAMNUM dat, qui jubet dare, *L. 169. pr. de R. I.*

Nemo DAMNUM facit, nisi qui id fecit, quod facere jus non habet, *L. 151. eod.*

DAMNUM, quod quis culpa sua sentit, non intelligitur damnum sentire, *L. 203. eod.*

DAMNUM infectum est, damnum nondum factum, quod futurum veremur, *L. 2. de damno infecto* &c.

DAMNUM & *damnatio* ab ademptione & quasi deminutione patrimonii dicta sunt, *L. 3. eod.*

DAMNUM si contigerit ante petitam cautionem damni infecti, dominus non tenetur, si omnia, quæ jacent, habeat pro derelicto, *L. 6. eod.*

DAMNI appellatione non continentur expensæ, *c. 8. X. de injuriis.*

Rem, quæ culpa caret, in DAMNUM vocari non convenit, *c. 2. X. de constit.*

In DAMNIS illatis voluntas attenditur, *c. 6. X. de injur.*

DAMNUM faciens non excusatur ignorantia, si scire debuit, *c. 9. X. eod.*

DAMNUM, quod quis sua culpa sentit, sibi debet non aliis imputare, *c. 86. de R. I. in 6.*

DAMNI æstimatio solvi debet, *c. 4. X. de injuriis.*

De DAMNO infecto edictum pertinet ad futura damna, non ad præsentia, *L. 7.* §. *1. de damno inf.*

DAMNI infecti stipulatio interposita committitur, quando res suo vitio damnum dat, secus si aliqua vi exteriori illa res dejecta dederit damnum, *L. 24.* §. *9. eod.*

DAMNI species est luminibus vicini officere, *L. 25. eod.*

De DAMNO infecto quando plures stipulantur, debent stipulari simpliciter sine partis adjectione, sed si plures promittunt nomine vitiosarum ædium, debet quisque pro sua parte promittere, *L. 27. eod.*

In DAMNI infecti stipulatione venit quanti interest stipulatoris, *L. 28. eod.*

DAMNI infecti stipulatione consequitur quis damnum, si nemo hospitium conducere velit propter vitium ædium, *L. 29. eod.*

De DAMNO infecto debet satisdare ille, qui in alieno opus facit, sed qui in suo, sufficit quod repromittat, *L. 30. pr. eod.*

DAMNUM datum in sylvam per ignis immissionem, vel incisionem debet resarciri proposita actione Legis Aquiliæ, *L. 1. C. de L. Aquil.*

Pro DAMNO dato à quadrupede mansueta datur actio noxalis directa contra dominum, cum animal contra naturam sui generis damnum dedit, *pr. I. Si quadrup. paup.*

DAMNUM injuria datum L. Aquilia persequitur, *L. 49.* §. *1. ad L. Aquil.*

DAMNUM si quis dedit impulsu alicujus, contra eum, qui impulit, datur actio in factum subsidiaria L. Aquil. sed non contra eum, qui impulsus est, *L. 7.* §. *3. ad L. Aquil.*

DAMNI occasionem præstans damnum fecisse videtur, *L. 30.* §. *3. eod.*

DAMNUM culpa dans si aliter fieri non poterat, innoxius est, *L. 45.* §. *4. eod.*

DAMNUM vel jacturam debet sentire ille, qui alii nocendum esse existimavit, *L. 25. C. de legatis.*

DANIEL.

DANIEL & *Moyses* omni scientia Ægyptiorum, & Chaldæorum eruditi fuerunt, *c. 7.* §. *2.* & *c. 11. pr. dist. 37. Daniel. 1. v. 17. seqq.* & *Act. 7. v. 22.*

DARDANARIVS.

Pœna in DARDANARIOS varie ſtatuitur, nam plerumque, ſi negotiantes ſunt, negotiatione eis tantum interdicitur, interdum & relegari ſolent, humiliores ad opus publicum dari, *L. 6. pr. de extraordin. crimin.*

Mandatis cavetur, ne DARDANARII ullius mercis ſint, *ibid.*

DARDANARII, qui habent falſum menſurarum modum, ob utilitatem popularis annonæ, pro modo admiſſi puniuntur, *L. 37. de pœnis.*

DARE.

Inter DANTEM & accipientem debet eſſe diſtinctio perſonalis, *c. 7. X. de inſtitut.*

DARE quis non poteſt id, quod non habet, *c. 17. §. 1. q. 1. cauſ. 1.*

DARE habentibus, nihil aliud eſt, quam perdere, *c. 7. q. 2. cauſ. 1.*

DARE non valens, quod dare juraverat, in perjurium incidit, *II. F. 26. c. 5. §. 4.*

DARE per guardiam, *I. F. 4. §. 3.*

DARE quis non poteſt, quod non habet, *L. 4. §. 6. de officio Proconſ.*

Si DEDI tibi pecuniam ob aliquam cauſam eventuram, & per me ſtat, quo minus eveniat, poſſum repetere, *L. 1. de condict. cauſa data* &c.

Non videntur DATA, quæ eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt, *L. 167. pr. de R. I.*

DEDISSE intelligendus eſt etiam is, qui permutavit, vel compenſavit, *L. 76. de V. S.*

DANS pecuniam alicui ut calumnioſe ageret, non habet repetitionem, ſed datur repetitio ei, in cujus præjudicium datum eſt, *L. 3. §. 3. de calumniat.*

DANS pecuniam, ut rem accipiat, dicitur emptio & venditio, *L. 5. §. 1. de P. V.*

DATUM ob rem honeſtam repeti poteſt, ſi res, propter quam datum eſt, ſecuta non eſt, *L. 1. §. 1. de condict. ob turpem* &c.

Omne quod DATUR, aut ob rem datur, aut ob cauſam, & ob rem, aut turpem aut honeſtam; turpem autem, aut ut dantis ſit turpitudo, non accipientis, aut accipientis duntaxat, non etiam dantis, aut utriusque, *L. 1. pr. de condictione ob turpem* &c.

DATUM ob cauſam futuram honeſtam, veluti ut filius emanciparetur, vel ſervus manumitteretur, vel à lite diſcederetur, ſecuta cauſa, repeti non poteſt, *L. 1. pr. de condict. cauſ. dat.*

DATUM ob inſtitutionem, vel legatum ſibi relictum in teſtamento, falſum teſtamentum ſi ſcelere dantis, vel inoſficioſum pronuncietur, veluti cauſa non ſecuta, repeti poteſt, *L. 2. eod.*

DATUM, ut quis manumittat ſervum, non poteſt repeti, eo quod non caverit de manumittendo, niſi fuerit actum, *L. 3. §. 1. eod.*

DATUM ob cauſam, cui recipiens non paruit, cum poſſet, repetitur per condictionem ob cauſam, *L. 8. C. de condict. ob cauſ.*

DATUM* à conſtituto in libertate ob cauſam, ſcilicet ut filiæ ſuæ manumitterentur, cauſa non ſecuta, repetitur, *L. 9. C. eod.*

DATUM ob cauſam, ſi cauſa non ſit ſecuta, non ex cauſa accipientis, ſed caſu fortuito repeti non poteſt, *L. 10. C. eod.*

DATUM Advocato ob cauſam advocationis, ſi per eum ſteterit, quominus ſuſceptam fidem impleat, repetitur, *L. 11. C. eod.*

DATUM libidinis cauſa non repetitur, cum pari cauſa turpitudinis melior ſit conditio poſſidentis, *L. 2. C. ob turpem cauſ.*

DATUM

DATUM furi, ut rem subreptam restituat, turpiter ab eo accipitur, ideoque condici potest, *L. 6. C. eod.*

DATUM honeste, sed turpiter acceptum, licet causa, ob quam datum est, sit secuta, repetitur, usuræ tamen non repetuntur, *L. 4. C. eod.*

DATUM meretrici repeti non potest, non ex eo, quod versetur turpitudo ex parte utriusque, sed ex eo, quod versetur turpitudo ex parte dantis, *L. 4. §. 3. de condict. ob turp. caus.*

DATUM alicui, ut indicet servum fugitivum, vel furem, repeti non potest, quia ipse non turpiter accipit, sed si ille acceperit à fure, vel servo fugitivo, ne eum indicaret, competit condictio domino contra accipientem quasi furem, *d. L. 4. §. 4. eod.*

DATUM furi, vel furis aut fugitivi socio ob indicandum furem vel fugitivum, repeti potest, *ibid.*

Si DATUM fuerit aliquid a servo meo, ne furtum ab eo factum indicaretur, sive indicatum sit, sive non, competit repetitio dati domino, *L. 5. eod.*

DATUM ex injusta causa repeti potest, *L. 6. eod.*

DATUM commodatario, ut vestimenta commodata restituat, repetitur condictione ob turpem, & actione ex contractu, *L. 9. pr. eod.*

DATUM venditori vel conductori, ut rem locatam sibi, vel venditam à se redderet emptori, vel locatori, repetitur condictione ob turpem, vel actione ex locato vel vendito, vel mandati, *L. 9. §. 1. eod.*

DATUM alicui, ut id, quod ex testamento vel ex stipulatu debet, reddat, repetitur per condictionem ob turpem causam tantum, & non ex stipulatione, vel testamento, *ibid.*

DARE cogitur præcise, qui tenetur ad dandum, *L. 75. §. 10. de V. O.*

Si DATA fuerint decem Titio, ut Stichum intra calendas manumitteret, dans ante calendas nullam habet actionem, sed post calendas ita demum agere poterit, si Stichus non fuerit manumissus, *L. 19. pr. de rebus credit., si cert.*

Si DATA fuerit alicui pecunia, jussu testatoris ad faciendum monumentum, si ille non faciat monumentum, ab herede repeti potest, *L. 11. de condict. causa data* &c.

Si DATA tibi fuerit pecunia ut Capuam ires, deinde paratus ad proficiscendum casu fueris impeditus, cessat repetitio ex capite causæ non secutæ, potest tamen repeti ex capite pœnitentiæ residuum, *L. 5. pr. eod.*

DAVID.

DAVID post adulterium, & homicidium, Spiritum prophetiæ recepit, & in proprio gradu permansit, *c. 12. dist. 50.*

DAVID charitatem habuit, *c. 39. §. 3. dist. 2. de pœnit.*

DAVID aquam male concupitam effudit, *c. 2. dist. 41.*

DEBERE.

Verbum DEBUIT, omnem omnino actionem comprehendere intelligitur, sive civilis, sive honoraria, sive fideicommissi fuit persecutio, *L. 178. §. 3. de V. S.*

Nemo ex his, qui negant, se DEBERE, prohibetur etiam alia defensione uti, nisi lex impedit, *L. 43. pr. de R. I.*

DEBEO verbum prolatum à testatore heredem obligat, *L. 25. de liberat. legat.*

Is natura DEBET, quem jure gentium dare oportet, cujus fidem secuti sumus, *L. 84. de R. I.*

DEBENS alternative Stichum aut Pamphilum, si solverit Pamphilum, putans

tans in eo tantum se obligatum, non repetit, *L. 19. §. 3. de condict. indeb.*

DEBENS centum, si quasi deberet centum, solverit fundum ducentorum, competit repetitio fundi, & centum manent in obligatione, *L. 26. §. 4. eod.*

DEBITOR.

Vtrum præsente DEBITORE, an absente, constituat quis, parvi refert, *L. 27. de const. pec.*

DEBITOR etiam antequam solvat debitum potest repetere à creditore rem commodatam, quia res commodata pro debito retineri non potest, *L. 27. de pign. action.*

In DEBITORIS potestate quando est pecuniam non recipere, inspicitur tempus solutionis, non initium, *L. 4. quæ res pignori* &c.

Si DEBITOR se creditori suo dedit in arrogationem, potest arrogator deducere de peculio arrogati id, quod debebat ei arrogatus, *L. 7. de peculio legato* &c.

DEBITOREM non facit nuda ratio scripta in libro rationum sine insertione causæ, *L. 26. de donat.*

Contra DEBITOREM meum, qui jussu meo tibi donationis causa promisit, nondum tibi ab eo soluta pecunia possum agere veteri actione, quæ prius mihi competebat in id, quod ultra legitimum modum promisit, ita, ut in reliquum tantummodo tibi maneat obligatus, sed si pecuniam promissam exegisti à debitore meo, in id, quod modum legis excedit, adversus te possum agere condictione sine causa, *L. 21. eod.*

DEBITOR intelligatur is, à quo invito exigi pecunia potest, *L. 108. de V. S.*

DEBITOR non est cogendus in aliam formam nummos accipere, si ex ea re damnum aliquod passurus sit, *L. 99. de solut.*

DEBITOREM pupilli delegatio tutoris liberat, ita demum, si fuerit facta bona fide, *L. 96. pr. eod.*

Si meus DEBITOR jussu meo id, quod mihi debet, solvit creditori meo, ille à me, & ego à creditore meo liberor, *L. 64. eod.*

Si DEBITOR sit servi fructuarius, potest is servus per acceptilationem liberare eum, *L. 63. eod.*

Si DEBITOR pupilli, jubente eo sine tutoris autoritate pecuniam creditori ejus numeravit, pupillum quidem à creditore liberat, sed ipse manet obligatus, sed exceptione se tueri potest, *L. 66. eod.*

DEBITOR quantitatis si non habet aliunde, unde solvat, potest rem meliorem, quam habet, in solutum dare creditori subtili æstimatione per judicem facienda cum cautela de evictione præstanda creditori, quæ debitori possibilis sit, *Auth. Hoc, nisi debitor* &c. *C. de solut.*

DEBITOR si obligavit servum creditori, ut operæ ejus in debitum computarentur, si ex operis sit sibi satisfactum, debitor recuperabit servum, *L. 20. C. de solut.*

DEBITOR rem suam ratione possessionis potest habere precario, *L. 2. C. de distract. pign.*

Nisi DEBITOR universum debitum offerat, non habet potestatem denunciandi creditori, ne pignora vendat, nec emptori, ne emat, *L. 2. C. debitor. vendit. pignor. imped.*

DEBITOR in sua ultima voluntate non potest impedire, quominus creditor jure possit vendere prædia sibi obligata, *L. 1. C. eod.*

Si DEBITOR rem tibi jure pignoris obligatam, te non consentiente distraxit, dominium cum sua causa transtulit ad emptorem, *L. 12. C. de distract. pignor.*

DEBI-

DEBITOR si est paratus solvere residuum debiti, dum constat, quantum illud sit, pignus vendi non potest, *L. 5. eod.*

DEBITOR nomine constituti habet decem dies ad solvendum, & ei conceduntur ex æquitate à lege, *L. 21. §. 1. de pecun. constit.*

DEBITOR non compellitur invitus illud, quod debet, solvere alibi, quam in loco destinato, *L. 9. de eo quod certo loco* &c.

Si opera creditoris acciderit, ut DEBITOR pecuniam, quam soluturus erat, perderet, exceptione doli mali creditor removebitur, *L. 6. de doli mali except.*

DEBITOR diversarum summarum & ex diversis causis solvendo unam summam si non elegit in quam causam, vel elegit, sed non in continenti, potest creditor eligere, in quam causam cedat, dummodo eligat in continenti, & in illam causam, in quam verisimiliter ipse eligeret pro se, si ipse esset debitor, scilicet in graviorem, & si hoc ipse tacet & debitor tacet, tunc cedit similiter in eam, sed si contradicit, in nullam cedit, sed cogitur restituere, & si neuter eligat, cedit in duriorem causam, & si neutra sit durior, cedit in antiquiorem, *L. 1. 3. 4. & 5. de solution.*

DEBITOR poterit solvere partem debiti, & liberare unum ex fidejussoribus, quorum quilibet pro ea parte fidejusserat, *L. 5. §. 1. eod.*

Si DEBITOR ex causa famosa & non famosa debitum solvat, id solutum videtur, quod ex causa famosa debetur, *L. 7. eod.*

DEBITOR debens ex pluribus causis si solvat pecuniam simpliciter, intelligitur solvisse ex ea causa, ex qua tunc, cum solvebat, compelli poterat ad solutionem, *L. 103. eod.*

DEBITOR, qui mandato creditoris se obligavit alteri ad solvendum, potest illi solvere etiam creditore mortuo, vel invito, quia jus quæsitum est alteri ex illa stipulatione, *L. 108. eod.*

DEBITOR solvens pecuniam dicenti, se esse heredem creditoris, cum non esset ipse, sed alius, non transfert dominium pecuniæ in eum, & ille ita recipiens committit furtum, *L. 80. §. 6. de furtis.*

Si quis pecuniam tuam à DEBITORE tuo exegit, eamque solutionem ratam habuisti, habes adversus eum negotiorum gestorum actionem, *L. 9. C. de negotiis gestis* &c.

DEBITOR compelli potest ad solutionem captis etiam pignoribus secundum ordinem juris, quando debitum idoneis probationibus constat, *L. 1. C. de fide instrum.*

DEBITORI solventi tenetur creditor facere apocham solutionis, & debitor creditori tenetur facere antapocham, in qua contineatur se solvisse debitum creditori, *L. 19. C. eod.*

DEBITOR solvens & tradens debitum procuratori falso contra eum habet condictionem furti manifesti, *L. 19. C. de furtis.*

DEBITOR scienter solvens partem totius debiti confessati non habet soluti repetitionem, nec exceptionem non numeratæ pecuniæ, *L. 4. C. de non numerata pec.*

DEBITOR affirmans se solvisse mutuatam pecuniam, temporis diuturnitate non excluditur à probatione, *L. 10. C. eod.*

Si DEBITOR pupillo solvat, necessaria est debitori tutoris auctoritas, alioqui non liberabitur, *§. 2. quibus alienare licet.*

Debitor paternus, vel proprius si solverit minori debitam pecuniam, eamque ipse perdiderit, subvenitur minori, *L. 7. §. 2. de minor.*

Debitor non compellitur sine curatore solvere minori debitam pecuniam, *ibid.*

Debitor pupillaris pecuniam debet offerre, consignare, & deponere officio judicis ante litem contestatam, post litem tamen contestatam officio cujuslibet etiam delegati, & sic liberabitur, *L. 73. de procurat.*

Debitor non committit moram, si differt solutionem causa requirendi amicos adhibendi solutioni, per quos possit facilius probare, se solvisse, vel causa rogandi fidejussores, ut intersint solutioni, & sic videant se liberatos, *L. 21. de usuris.*

Debitor coactus reipub. causa subito abesse, ita ut excusationem sui, quare non solvat, mandare non possit, non est in mora, *L. 23. eod.*

Si **debitor** in vinculis hostiumve potestate esse cœperit, non videtur esse in mora solvendi, *ibid.*

Debitor non videtur moram solutioni facere, si juste ad judicium provocavit, *L. 24. pr. eod.*

Cum moram **debitor** facit, & fidejussor tenetur, *d. L. 24. §. 1. eod.*

Mora videtur creditori fieri, sive ipsi, sive ei, cui mandaverat, sive ei, qui negotia ejus gerebat, mora facta sit, *L. 24. §. 2. eod.*

Debitor moram faciens in solvendo potest emendare eam moram postea offerendo, *L. 91. §. 3. de V. O.*

Debitor rei post pactum de non petendo factum cum creditore non censetur esse in mora, & perempta re non tenetur creditori, cum ante pactum moram non fecerit, *L. 54. de pactis.*

Iusjurandum à **debitore** exactum efficit, ut pignus liberetur, est enim hoc acceptilationi simile, *L. 40. de jurejur.*

Debitor generis re oblata perempta liberatur ope exceptionis, *L. 84. §. 5. de legat. 1.*

Debitor speciei perempta specie ipso jure liberatur, nisi esset in mora, *L. 72. pr. de solut.*

Debitor speciei in diem, vel sub conditione si post diem, vel conditionis exitum interpellatus non dedit, illa postea perempta tenetur, secus si esset perempta ante diem, vel conditionem, *L. 23. de V. O.*

Debitor speciei in diem, perempta specie ante diem sine ejus culpa, vel dolo, liberatur, secus si periit post diem, *L. 33. eod.*

Debitor occidens servum debitum ex justa causa, ut quia invenerat adulterare uxorem, non tenetur creditori, *L. 96. eod.*

Debitor si pecuniam deposuerit penes depositarium electum per creditorem, periculum ejus pertinet ad creditorem, *L. 39. de solut.*

Debitor si in fraudem creditorum minori pretio fundum emptori scienti vendiderit, creditores per revocatoriam recuperant eum fundum ab emptore, nec tenentur ei restituere totum pretium nec partem, nisi extet illud penes debitorem vendentem, *L. 7. quæ in fraud. credit.*

Is, qui à **debitore**, cujus bona possessa sunt, sciens rem emit, iterum alii bona fide ementi vendidit, hic non tenetur, quia dolus ei duntaxat nocere debet, qui eum admisit, *L. 9. eod.*

Cum **debitore** contrahens ut teneatur actione in factum revocatoria non sufficit eum scire debitorem alienantem habere creditores, sed oportet

tet fraudem participare, *L. 10. §. 2. eod.*

Cum DEBITORE contrahens si sciat unum creditorem fraudare, ignoret tamen alios creditores fraudari, tenetur revocatoria illi, quem scivit fraudari, *L. 10. §. 7. eod.*

Omnes DEBITORES, qui in fraudem creditorum liberantur, per actionem Paulianam revocantur in pristinam obligationem, *L. 17. pr. eod.*

DEBITOR sciens se habere creditores, & facultates suas non sufficere, si tradidit omnia bona filio donandi animo, vel alias alienavit, dicitur alienasse vel donasse in fraudem creditorum, & ideo revocantur, etiamsi donatarius vel acceptor ignoraverit hanc mentem patris donantis, *d. L. 17. §. 1. eod.*

DEBITOR non potest de fundo pignorato pacisci in fraudem creditoris sui, ejusve, qui ab eo emit, *L. 21. eod.*

DEBITOR multorum creditorum si uni eorum pignus dedit, non revocatur illud pignus ab aliis creditoribus, nisi illud fuerit datum in fraudem aliorum creditorum, *L. 22. eod.*

A DEBITORE emens ancillam in fraudem creditorum non tenetur creditoribus actione revocatoria ad partum dictæ ancillæ editum, quia in bonis debitoris non fuit, *L. 25. §. 5. eod.*

Emens à DEBITORE fundum in fraudem creditorum tenetur creditoribus actione in factum Pauliana ad eum fundum, & ad fructus maturos, & etiam immaturos, qui tempore emptionis cohærent fundo, & ad fructus, qui post inchoatum judicium recepti sunt, sed non ad fructus medio tempore perceptos, *L. 25. §. 4. & 6. eod.*

Alienatis bonis à DEBITORE in fraudem creditorum, superest postea creditori actio personalis contra debitorem, & revocatoria contra eum, in quem facta est alienatio, *L. 1. C. de revocand. his, quæ in fraud.*

DEBITORIS bona si sint vendita, nec sufficiant ad solvendum creditoribus, possunt rursus bona ejusdem debitoris postea quæsita vendi postulantibus creditoribus, donec suum consequantur, *L. 7. de cessione bonor.*

DEBITORI liberatio debiti legari potest, *L. 3. pr. de liber. legata.*

DEBITOR, cui liberatio debiti legata fuit, potest uti exceptione, si ab eo petatur debitum, sed si non petatur, potest nihilominus agere, ut liberetur per acceptilationem, *L. 3. §. 3. eod.*

Omnibus DEBITORIBUS ea, quæ debent, recte leguntur, licet domini eorum sint, *L. 1. pr. de liberat. leg.*

Legans DEBITORI suo pignus sibi obligatum, non præsumitur ei debitum remisisse, *L. 1. §. 1. eod.*

Si DEBITORI à creditore res pignori data legetur, valet legatum, *ibid.*

DEBITOR alternativus, cui liberatio legata fuit ab una ex rebus alternative debitis, per acceptilationem liberatur etiam ab altera, nisi testator contrarium expresserit, *L. 7. §. 1. eod.*

DEBITOR, cui liberatio in 20. legata fuit, liberari debet in decem, quæ tantum debebat, *d. L. 7. §. 2. eod.*

DEBITOR potest legare fidejussori liberationem fidejussionis, & valet legatum propter interesse dicti fidejussoris, quia magis interest ejus agere contra heredem debitoris actione ex testamento ad non solvendum, quam post solutum agere mandati ex pristina obligatione, *L. 11. eod.*

Si DEBITOR, qui se exceptione perpetua tueri poterat, legaverit credi-

 tori,

tori, quod debebat, valet legatum, quia intelligendum est, debitorem voluisse creditori remittere exceptionem, *L. 13. eod.*

DEBITOR in diem, vel sub conditione potest debitum legare creditori, & valet legatum, *L. 14. eod. §. 14. de legat.*

DEBITOR si legaverit debitum creditori, non valet legatum, *L. 28. §. 13. eod. §. 14. de legat.*

DEBITOR ex legato liberationis debiti sibi facto per creditorem potest se tueri exceptione contra heredem creditoris agentem ad debitum, *L. 17. C. de fideicom.*

DEBITOR quando creditori succedit, juris fictione pro eodem habetur, ac si per Iudicem hereditati fieret solutio ab herede, *L. 41. §. 2. de evict.*

DEBITORI quando succedit creditor, minus in hereditate habere videtur, tanquam ipsa hereditas heredi solverit, *ibid.*

Si DEBITOR succedat creditori, liberantur fidejussores, quia pro eodem apud eundem debere non possunt, *L. 34. §. 8. de solut.*

Si DEBITOREM meum jussero *pecuniam Titio dare*, donaturus ei, quamvis Titius ea mente acceperit, ut meos nummos faceret, nihilominus *debitor* liberabitur, *L. 34. §. 7. eod.*

Si prædo id, quod à DEBITORIBUS hereditariis exegerat, petenti hereditatem restituerit, debitores liberabuntur, *L. 34. §. 9. eod.*

DEBITOR debitoris fisci per officium procuratoris Cæsaris compelli potest solvere debitum fisco, si fateatur, secus si neget, *L. 3. C. quando fiscus, vel privatus* &c.

DEBITOR *debitoris* fisci conveniri non potest à fisco, nisi constet principalem ejus debitorem non esse solvendo, *L. 4. C. eod.*

Definit DEBITOR esse is, qui nactus est exceptionem justam, nec ab æquitate naturali abhorrentem, *L. 66. de R. I.*

DEBITVM.

DEBITA hereditaria non solvit successor feudalis, *II. F. 45.*

DEBITA paterna non solvit filius investitus quasi de Feudo novo, *ibid.*

DEBITVM alienum non potest quis exigere sine creditoris voluntate, *L. 39. de negotiis gestis.*

DEBITVM contractum in societate de communi debet solvi, etiam, si postea quam societas distracta est, solvendum sit, *L. 27. pro socio.*

DEBITVM etiamsi tertius solvat, liberatur pignus tam conventionale, quam prætorium, & debitori acquiritur pignoratitia, *L. 40. de solut.*

DEBITVM si sit solutum ei, ad quem non pertinet, non repetitur, si postea cœpit ad illum pertinere, antequam repeteretur, *L. 96. §. 4. eod.*

DEBITA ante tempus exigi non possunt obstante exceptione, *L. 1. C. de condict. ex lege.*

DEBITVM non existentibus instrumentis, vel casu peremptis, probare debet creditor, *L. 5. C. de fide instrum.*

DEBITI oblatione in judicio, depositione, aut consignatione liberatio pignoris fit, *L. 10. C. de pignor. act.*

DEBITVM ex causa judicati solutum repeti non potest, neque compensatio ejus admitti potest, *L. 2. C. de compens.*

DEBITVM quando dicatur requirere majorem indaginem, vel examinationem, relinquitur arbitrio judicis, præterquam in fisco, in quo dicitur, quando intra duos menses probari non potest, *L. 14. §. 1. C. eod.*

Obsi-

Obsignatio DEBITI solenniter facta, liberationem parit. *L. 9. C. de solut.*

Oblatio DEBITI liberationem parit, si eo loco, quo debetur, solutio fuerit celebrata, *ibid.*

DEBITUM naturaliter solutum impedit repetitionem, *L. 3. §. 7. quod quisque jur.*

DEBITUM ex quacunque causa constitui potest, i. e. ex quocunque contractu, sive certi sive incerti, *L. 1. §. 6. de pecunia constit.*

DEBITUM naturale constitui potest, *d. L. 1. §. 7. eod.*

DEBITUM numero, pondere, vel mensura ibi dari debet, ubi peti debet legitime, nisi adjectum sit, *quod centum modios ex illo horreo*, aut vini amphoras ex illo dolio, darentur, nam tunc ex illo loco dari debent, *L. 38. de Iudiciis.*

DEBITI partem solvens pro alio non cogitur ad solutionem residui, *L. 4. C. ne uxor pro marito.*

DEBITUM quando contractum est in scriptis, ejus solutio vel liberatio non potest probari, nisi per aliam scripturam, vel per quinque idoneos testes, *L. 18. C. de testibus.*

DEBITUM quando est contractum in scriptis, ejus solutio probanda est per testes quinque, qui deponant, quomodo fuerunt præsentes solutioni, & debent esse rogati, & non fortuiti, & transeuntes, sed perdita scriptura duo testes similiter præsentes, & rogati deponentes de vera solutione, aut confessione creditoris sufficiunt, *Nov. 90. c. 2.*

Sub conditione DEBITUM, per errorem solutum, pendente quidem conditione repetitur, conditione autem existente repeti non potest, *L. 16. pr. de condict. indebiti.*

DEBITUM sub conditione, vel in diem contractum in societate si distracta societate conditio extitit, de communi solvendum est, interim tamen dum pendet conditio, si dissolvatur societas, cautiones sunt interponendæ de solvendo, conditione existente, *L. 27. pro socio.*

DEBITUM in diem certum potest ante diem solvi, licet non possit ante diem peti, *L. 137. §. 2. de V. O.*

DEBITUM purum, & in diem æquiparantur, *L. 8. §. 1. de novat.*

DEBITI demonstrati defectus impedit substantiam legati relicti à creditore debitori, sed non impedit substantiam legati relicti à debitore creditori, si certa quantitas exprimatur, alias secus, *L. 25. de liberat. legata.*

DEBITUM si quis solverit in casibus, in quibus ipso jure compensatio non admittitur, non repetit solutum, sed suum debitum petit, *L. 30. de condict. indebiti.*

DEBITUM mediante restitutione in integrum antequam restitutio impetretur, non potest in compensationem deduci, *L. 67. §. 4. eod.*

DEBITUM certo loco solvendum potest ubique compensari habita ratione interesse loci, *L. 15. de compens.*

DEBITUM alteri non potest compensari, *L. 16. pr. eod.*

DEBITUM potest compensari cum fructibus, nec fraus præsumitur, *L. 77. §. 31. de legat. 2.*

DEBITUM si compensatur cum Falcidia, præsumitur fraus, *ibid.*

Ad solvendum DEBITUM quadrimestre tempus à lege Reo conceditur, *c. 26. X. de offic. Deleg.*

DEBITA prædecessoris sui Prælatus pro Ecclesiæ necessitate contracta solvere tenetur, *c. 1. X. de solut.*

DEBITA patris filius solvere tenetur, *ibid.*

Si pro alienis DEBITIS Prælatus obligat Ecclesiam, est suspensus ipso fa-

cto ab administratione spiritualium & temporalium, & Ecclesia non tenetur, *c. 2. X, eod.*

Si Clericus non habet, unde DEBITA solvat, non debet excommunicari, nec aliter molestari, præstabit tamen cautionem saltem juratoriam de solvendo, cum venerit ad pinguiorem fortunam, *c. 3. X. eod.*

Pro DEBITIS Clerici solvendis potest Episcopus beneficia & stipendia ejus retinere, *c. 2. X. de fidejuss.*

DEBITA excipere & exigere possumus ab excommunicatis, *c. 34. X. de sent. Excomm.*

Iudex secularis, qui vult Clericum compellere ad DEBITA, etiam liquida, solvenda, per Ecclesiasticum Iudicem desistere compellatur, *c. 2. de foro compet. in 6.*

Peccat, qui ultra DEBITUM exigit, non qui sibi debita reposcit, *c. 2. q. 1. caus. 14.*

DEBITVM *conjugale* seu *carnale.*

DEBITI conjugalis immoderata exactio, vitium est humanum, non culpa nuptiarum, *c. 3. q. 2. caus. 32.*

DEBITI conjugalis moderata exactio permittitur, etiam præter causam procreandi, vel ob incontinentiam, *ibid.*

DECANVS.

Nullus Episcopus in Ecclesia sua, nisi Diaconus sit, Archidiaconum instituere, nec Archipresbyterum, aut DECANUM, nisi Presbyteri sint, ordinare præsumat, *c. 1. & seq. dist. 60.*

DECANVS.

DECANI dicebantur, qui decem militibus præerant, qui nunc caput contubernii vocantur, *L. 1. C. de Decanis, XII.*

DECANI ex ministerianis erant, *L. 2. C. eod.*

DECANI forum sortiuntur apud magistrum officiorum, *ibid.*

DECAPROTVS.

DECAPROTI etiam minores 25. ann. non militantes fieri possunt, *L. 3. §. 10. de munerib.*

DECEMVIRI.

DECEMVIRI, quos populus legibus scribendis creavit, leges ex libris Solonis, in latinum sermonem translatas, 12. tabulis exposuerunt, *c. 1. dist. 7. L. 2. §. 24. de O. I.*

DECEMVIRORUM nomina sunt: *Ap. Claudius, T. Genucius, P. Sestius, Sp. Veturius, C. Iulius, A. Manlius, Serv. Sulpitius, P. Curatius, T. Romilius, Sp. Posthumius, c. 2. ead.*

DECIMAE.

Liberum est Clericis DECIMAS Monachis concedere, *c. 68. q. 1. caus. 16.*

DECIMAE tributa sunt egentium animarum, *c. 66. pr. ead.*

Quod si DECIMAS dederis, non solum abundantiam fructuum recipies, sed & sanitatem corporis, & animæ consequeris, *ibid.*

Reus apud Deum habetur, qui DECIMAS Sacerdotibus non solverit, *c. 65. ead.*

DECIMAE juxta dispositionem Episcopi distribuantur, *c. 56. ead.*

DECIMAS non persolvant Abbates & Episcopi de propriis prædiis, *c. 46. ead.*

DECIMAE baptismalibus Ecclesiis dari debent, *c. 45. ead.*

Nec DECIMIS, nec ulla possessione antiquiores Ecclesiæ priventur, *c. 43. ead.*

DECIMAS s. *decimam partem* omnium frugum Leviticæ tribui populus ex lege debebat, *c. 1. X. de decimis.*

Ex ipsis DECIMIS Levitæ, hoc est, inferiorum Ministrorum gradus *decimas* dabant Sacerdotibus, *ibid.*

DECI-

DECIMAS Levitæ à Levitis non acceperunt, *c. 2. X. eod.*

DECIMAE de cunctis omnino proventibus sunt reddendæ, *c. 26. X. eod.*

DECIMAS sine deductione seminis & sumptuum Dominus & colonus solvere debent, *ibid.*

Prius solvendæ sunt DECIMAE, quam census seu tributa, & si prius illa solvuntur, postea decimari debent, *c. 33. X. eod.*

Illæ DECIMAE necessario sunt solvendæ, quæ debentur ex lege divina, vel loci consuetudine approbata, *c. 32. §. 1. X. eod.*

Si quis DECIMAS receperit & Ecclesiæ non reddiderit, Christiana sepultura privetur, *c. 19. X. eod.*

Non potest Laicus transferre DECIMAM in alium Laicum, etiamsi cum titulo illam possideat, *ibid.*

DECIMA Laico jure hereditario concedi non potest, *c. 15. X. eod.*

Cum DECIMAE non ab hominibus, sed ab ipso Domino sint institutæ, quasi debitum exigi possunt, *c. 14. X. eod.*

DECIMAS prædiales Judæi coguntur solvere, aut prædia dimittere, *c. 16. X. eod.*

DECIMAE vel oblationes Ecclesiæ Laicis concedi non possunt, & Prælatus contra faciens est puniendus, *c. 17. X. eod.*

DECIMAE personales debentur Ecclesiæ, ubi quis percipit Sacramenta, *c. 20. X. eod.*

DECIMAE de omni fructu prædii sunt solvendæ, *c. 21. X. eod.*

DECIMAE prædiales solvendæ sunt, expensis non deductis, *c. 22. X. eod.*

DECIMAE de reditibus molendini ad ventum sunt solvendæ, *c. 23. X. eod.*

Ad DECIMAS solvendas Locator & Conductor tenentur, nisi se immunes ostendant, *c. 24. X. eod.*

A solutione DECIMARUM Imperialis concessio, quantumcunque generaliter fiat, neminem potest eximere, nam hæ divina constitutione debentur, *c. 25. pr. X. eod.*

DECIMAE novalium non pertinent ad Laicum, qui *decimas* habet in feudum, *d. c. 25. §. 1. X. eod.*

Privilegium super DECIMIS non solvendis ecclesiasticæ personæ concessum novalia comprehendit, *c. 27. X. eod.*

Qui præscribit DECIMAS in aliena Parœcia, si ibi insurgunt novalia, ipsorum *decimas* non habebit, *c. 29. X. eod.*

Compositio super DECIMIS non tollitur per privilegium sequens, si de illa mentionem non facit, *c. 3. X. eod.*

Per excommunicationem compellitur quis ad solvendas DECIMAS de molendinis, fœno, lana, &c. *c. 5. X. eod.*

DECIMAE fructuum, statim cum collecti sunt, solvi debent, non deductis expensis, *c. 7. X. eod.*

Privilegiati super DECIMIS non solvendis, de iis prædiis, quæ ab aliis conducunt, decimas solvere tenentur, *c. 8. X. eod.*

Privilegium super DECIMIS laborum non extenditur ad terras, quæ aliis traduntur excolendæ, *c. 11. X. eod.*

DECIMAE novalium debentur Ecclesiæ, in cujus Parœcia surgunt, si vero non sunt in certa Parœcia, debentur Diœcesano, qui potest sibi retinere, vel alteri Ecclesiæ concedere, *c. 13. X. eod.*

Privilegium DECIMAS novalium concedens, non includit *Decimas* novalium, per alios possessas tempore impetrationis, & loca tantum includit,

cludit, ubi percipiebantur antiquæ, & ad portionem antiquam, *c. 2. pr. de decimis in 6.*

Privilegium DECIMARUM novalium limitatum ad mensuram antiquarum, non potest ultra dimidiam includere, fallit in Cistercienfibus & Carthusienfibus, *c. 2. §. 1. eod.*

Privilegiati super DECIMIS recipiendis, Ecclesiis Parœcialibus gratis assignare debent portionem pro debitis oneribus supportandis, *c. 2. §. 2. eod.*

DECIMAE per Laicos ante Lateranense Concilium in feudum receptæ à Religiosis per eos recognitæ in feudum, non possunt ipsis Religiosis concedi sine Diœcesanorum consensu, *c. 2. §. 3. eod.*

DECIMAE de vino, grano, fructibus arborum, pecoribus, hortis, negotiatione, de ipsa etiam militia, de venatione, & de omnibus bonis Ministris Ecclesiæ sunt tribuendæ, ita, ut qui de his eas solvere neglexerint, ecclesiastica districtione debeant percelli, *c. 22. X. de decim.*

Multa dubia circa Constitutionem Bonifacii VIII. de DECIMIS dandis orta, dissolvuntur fusè in *c. un. Extravag. commun. de decimis.*

DECIMAE à Deo constitutæ sunt per Moysem, ut persolverentur à populo filiis Levi pro ministerio, in quo deserviebant ei in tabernaculo, *c. 1. §. 1. q. 1. caus. 13.*

DECIMAS ibi dare debemus, ubi infantes nostri baptizantur, & nos per totum annum conciones audimus, *d. c. 1. §. 8. ead.*

DECIMAE datæ Laico in Feudum possunt revocari, *c. 7. in f. X. de his, quæ fiunt à Prel.*

DECIPERE.

DECIPERE f. *circumvenire* se invicem naturaliter licitum est contrahentibus in emptionibus & venditionibus, *L. 16. §. 4. de minorib. Nov. 97. c. 1.*

DECIPERE dicitur, qui non instruit, *L. 14. §. 2. de liberali causa.*

DECIPERE contrahentem secum licitum non est, *L. 29. C. de pactis.*

DECIPI nemo debet autoritate Principis, *L. 1. C. de his qui veniam* &c.

DECEPTIS non decipientibus opitulandum est, *L. 2. §. 3. ff. ad SC. Vellej.* & *L. 18. C. eod.*

DECEPTUS non videtur ille, qui jure communi usus est, *L. 51. §. 4. de fidejussor.*

DECEPTIS, & non decipientibus jura subveniunt, *c. 8. X. de rerum permut.*

DECIPIENTI se non subvenitur, *L. 1. §. 6. quod falso tutore.*

DECISIO.

DECISIONE facta super duplo, vel quadruplo damni dati à fure, furti actio tollitur, sed non condictio furtiva, *L. 7. pr. de condict. furtiva.*

Per DECISIONES Iustinianus Imp. antiqui juris altercationes placavit, *§. 3. de Libert.*

DECLINARE.

DECLINARI ordinaria jurisdictio non potest post litem contestatam, *L. 4. C. de jurisdict. omn.*

DECLINARI ordinarius judex regulariter prohibetur, *L. un. C. si quacunque præditus potestat.*

DECOLLARE.

DECOLLANTUR factiosi & læsæ Majestatis Rei, bonis omnibus confiscatis, *c. 22. pr. q. 1. caus. 6.*

DECRETALIS.

DECRETALES epistolæ vim autoritatis habent, *c. 1. dist. 19.*

DECRETALES epistolæ inter canonicas scriptutas connumerantur, *c. 6. ead.*

DECRETALES epistolæ, quas Beatissimi Papæ diversis temporibus ab urbe Romana pro diversorum Patrum con-

consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendæ sunt, *c. 3. §. 16. dist. 15.*

DECRETVM.

Anathema sit, qui Mandata, vel DECRETA Romanorum Pontificum servare contempserit, *c. 18. q. 2. caus. 25.*

Contra DECRETA Romanorum Pontificum non licet alicui Episcopo aliquid agere, *c. 12. q. 1. caus. 25.*

DECRETVM interpositum contra unum non præjudicat absentibus habentibus jus in re, *L. 30. de noxal.*

DECRETA Consulum & Præsidum quasi ambitiosa Divus Severus & Imperator noster interpretati sunt, *L. 3. pr. de minor.*

Sine DECRETO Pontificum & jussu Principis ossa, quæ ab alio illata sunt, vel corpus, domino loci effodere vel eruere non licet, *L. 8. pr. de religiosis* &c.

DECRETVM primum, quando interponitur in causa damni infecti pro pluribus, omnes mittuntur in possessionem ex primo decreto in totum, sed partes faciunt sibi per concursum, *L. 15. §. 17. de damno infecto.*

DECRETA à Prætoribus latine interponi debent, *L. 48. de re judicata* &c.

Illa DECRETA, quæ non legitimo numero Decurionum coacto facta sunt, non valent, *L. 2. de decretis ab ordine* &c.

DECRETA ambitiosa Decurionum rescindi debent, sive aliquem debitorem dimiserunt, sive largiti sunt, *L. 4. pr. eod.*

DECRETVM semel factum à Decurionibus rescindi non debet, nisi ex causa, i. e. si ad publicam utilitatem respiciat rescissio prioris decreti, *L. 5. eod.*

DECRETVM requiritur in alienatione rei hereditariæ curiæ, & in solutione hereditariæ rei curiæ facienda, *L. 2. C. de prædiis Decurionum* &c. *X.*

Sine DECRETO Decuriones non possunt vendere, alios autem contractus non prohibentur celebrare, *L. 3. C. eod.*

Ordinis ambitiosa DECRETA sacris constitutionibus improbantur, *L. 2. C. de decretis Decurion.* &c. *X.*

DECRETVM ex falsis allegationibus interpositum ad alienandum, vel obligandum prædium minoris est nullum, ideo illo non obstante non tenet alienatio, *L. 5. C. de prædiis & aliis* &c.

Sine DECRETO minor commune etiam prædium distrahere non potest, majore socio provocante, sine decreto dividere potest, *L. 17. C. eod.*

DECRETO interveniente res minoris alienari potest propter fiscale debitum, *L. 18. C. eod.*

DECRETI vim habet concessio Principis, vel voluntas defuncti in alienationibus rerum minoris, *L. 1.* & *2. C. quando decreto opus non est.*

Aliorum Scripturæ Romanorum Pontificum DECRETIS non sunt præponendæ, *c. 1. dist. 20.*

Qui DECRETA Romanorum Pontificum non habent, vel non observant, corripiendi & increpandi sunt, *c. 2. ead.*

DECRETIS canonicis, evangelicis & apostolicis, Imperatorum leges præjudicium non inferunt, *c. 1. §. 2. dist. 10.*

DECRETORVM constitutiones singularibus sunt opinionibus præferendæ. *c. 5. X. de constit.*

Si quis venerit contra DECRETVM Episcopi, ab Ecclesia abjiciatur, *c. 2. X. de major. & obed.*

Ex DECRETO obreptitio non transfertur dominium, *L. 5. §. 15. de rebus eorum, qui sub tut.*

A forma DECRETI non est recedendum,

dum, *L. 7. §. 3. de rebus eorum, qui sub tut.*

DECVRIO.

DECVRIONES contra patriam suam causas agere prohibentur præter superiores personas, *L. 10. §. 1. de postulando.*

DECVRIONES in originalibus curiis tenentur perseverare, *L. 1. de Decurion.*

DECVRIONES sedibus civitatis suæ relictis, si in alia loca transmigrarint, in patrium solum revocari possunt à Præside provinciæ, ut muneribus congruentibus fungantur, *ib.*

Spurii DECVRIONES fiunt, & ideo fieri poterit ex incestu quoque natus, non enim impedienda est dignitas ejus, qui nihil admisit, *L. 6. pr. eod.*

DECVRIONES minores viginti quinque annorum facti, sportulas Decurionum accipiunt, sed interim suffragium inter cæteros ferre non possunt, *d. L. 6.* §. *1. eod.*

DECVRIO suæ civitatis vectigalia exercere prohibetur, *L. 6. §. 2. eod.*

DECVRIONVM honore decorari non possunt, qui judicii publici quæstionem citra veniam abolitionis deseruerunt, *L. 6. §. 3. eod.*

DECVRIONES in sententiis ferendis primam vocem habent, qui decorati sunt pluribus honoribus jure Decurionum, item qui plures liberos habent in suo collegio, *L. 6.* §. *5. eod.*

Is, qui non sit DECVRIO, Duumvirato, vel aliis honoribus fungi non potest, *L. 7.* §. *2. eod.*

DECVRIONVM honoribus plebeji fungi prohibentur, *ibid.*

DECVRIONIBVS facultatibus lapsis alimenta decerni permissum est, maxime si ob munificentiam in patriam patrimonium exhauserint, *L. 8. eod.*

DECVRIONES quidam dictos ajunt ex eo, quod initio, cum coloniæ deducerentur, decima pars eorum, qui ducerentur, consilii publici gratia conscribi solita sit, *L. 238. §. 5. de V. S.*

DECVRIO potest fieri in sua civitate ille, qui natus est ex patre servo, & matre libera, *L. 9. pr. de Decurion.*

Navicularii non debent DECVRIONES creari, *d. L. 9. §. 1. eod.*

DECVRIONES fieri prohibentur, qui non tantum teneræ ætatis, sed etiam qui grandes natu sunt, *L. 11. eod.*

De DECVRIONE damnato non debere quæstionem haberi Divus Pius rescripsit, *L. 14. eod.*

Si desierit DECVRIO esse, deinde damnatur, non est torquendus, in memoriam prioris dignitatis, *ib.*

DECVRIONES in albo ita scriptos esse oportet, ut lege municipali præcipitur, *L. 1. pr. de albo scrib.*

In albo DECVRIONVM in municipio nomina ante scribi oportet eorum, qui dignitates Principis judicio consecuti sunt, postea eorum, qui tantum municipalibus honoribus functi sunt, *L. 2. eod.*

DECVRIONES olim cogebantur ab intestato curiæ relinquere quartam partem bonorum, *Nov. 38. præf. §. 1.*

DECVRIO minus liberam testandi potestatem habet quam cæteri, idque non favore solo liberorum curiæ obnoxiorum, cogitur enim eis relinquere novem uncias, in tribus reliquis potestatem testandi habet ac donandi, *Nov. 38. c. 3.*

Filiæ DECVRIONVM nuptæ Curiali, fruuntur eodem privilegio, quo liberi masculi *Decurionum*, utrorumque legitima est novem unciarum, *d. Nov. 38. c. 4.*

Non omnes filiæ DECVRIONVM nuptæ *Decurionibus* fruuntur privilegio, sed quæ nuptæ sunt *Decurionibus* suæ patriæ, *ibid.*

Qui

Qui DECVRIO est, Tabellio esse non potest, *L. 15. C. de Decurion. X.*

Literarum expertes & imperiti DECVRIONES creari possunt, *L. 6. C. eod.*

DECVRIONES, & Consiliarii non debent etiam causa rei suæ propriæ, vel reipubl. recedere à civitatibus, sine licentia Principis, alias puniuntur, *L. 16. C. eod.*

DECVRIONES habent immunitatem ab extraordinariis muneribus, cum satis sit, si civitatum munera congrue per eos compleantur, *L. 21. C. eod.*

DECVRIO noviter creatus non tenetur pro debitis prædecessoris, *L. 23. C. eod.*

DECVRIONES, & Curiales ultra terminos provinciæ civitatis exire cogi non debent, nisi publica necessitas exegerit, *L. 25. C. eod.*

DECVRIONES Alexandrini etiamsi fuerint Advocati, tamen non possunt advocare extra suam civitatem, cum ibi debeant subire munera, *L. 56. C. eod.*

DECVRIONIBVS militia interdicta est, *L. 55. C. eod.*

DECVRIO vel curialis deserens curiam suam propria autoritate potest ab aliquo capi, & duci ad curiam, ubi non habetur Iudicis copia, & ejus quæstio debet intra tres menses terminari, alias judices puniuntur, *L. 54. C. eod.*

DECVRIO, aut curialis si se dedit militiæ, ad conditionem vel curiam suam retrahitur, nec juvabitur præscriptione, *L. 55. C. eod.*

DECVRIONVM bona vendi non possunt à creditore, nisi causa probata apud acta Præsidis, *L. 1. C. de prædiis Decur. X.*

DECVRIONES possunt donare, vel permutare res suas etiam immobiles, & etiam alios contractus super eis facere interpositione decreti, *L. 3. C. eod.*

Si DECVRIONI alicui succedat extraneus non curialis sive ex asse, sive ex parte, sive jure civili, sive jure prætorio, curia debet habere quartam partem ejus, *L. 1. C. quando & quibus quarta pars* &c. *X.*

DECVRIONES & alii officiales delinquentes in eorum officio plumbatarum ictibus subjiciuntur, *L. 40. C. de Decurion. X.*

DECVRIONEM in opus publicum dari non oportere manifestum est, *L. 3. C. de pœnis.*

DECVRIONVM filii non debent bestiis subjici, *L. 12. pr. C. eod.*

DECVRIO capite puniri prohibetur, nisi parentem occidisset, posset etiam puniri Lege Cornelia de sicariis, *L. 15. de pœnis.*

Si quis DECVRIO pater sit duodecim liberorum, honoratissima munerum quiete donetur, *L. 24. C. de Decurion. X.*

DECVRIONATVS.

A muneribus DECVRIONATVS nec sententia Præsidis in perpetuum, nec anni quinquaginta, nec podagræ valetudo præstat excusationem, *L. 13. C. de Decurion. X.*

Cum DECVRIONATVS honorem sponte susceperis, ab albo eximi, licet annosum te esse dicas, non potes, *L. 3. C. eod.*

Ad DECVRIONATVS honorem majores annis quinquaginta quinque inviti vocari Constitutionibus prohibentur, *L. 2. §. 8. de Decurion.*

Ad DECVRIONATVM admittuntur, qui castigati sunt flagellis ab Aedilibus curulibus, eo quod mala victualia vendebant, si alii honestiores non reperiuntur, *L. 12. eod.*

DEDICARE.

Ingressi monasteria ipso ingressu se sua-

que DEDICANT Deo, *Auth. Ingressi, C. de Sacrosanct.*

De rebus Deo DEDICATIS f. *dicatis* testari non possumus, *ibid.*

Iure & moribus receptum est, Vasallum clericali se militiæ DEDICANTEM feudum amittere, *II. F. 109.*

Non DEDICETVR Ecclesia nova sine dignitate Episcopi sui, *c. 9. dist. 1. de consecrat.*

Ligna Ecclesiæ DEDICATA non debent ad aliud opus jungi, nisi ad aliam Ecclesiam, vel igni sunt comburenda, *c. 38. dist. 1. de consecrat.*

DEDICATIO.

Solennitates DEDICATIONVM Ecclesiarum, Episcoporum, & Sacerdotum per singulos annos solenniter sunt celebrandæ, *c. 16. dist. 1. de consecrat.*

DEDICATIO Ecclesiarum, Episcoporum, &c. octo diebus est celebranda, *c. 17. ead.*

DEFECTVS.

Si quis DEFECTVM aliquem Electo & promovendo opponat, prius de eo cognoscatur, & opponens si non subsistat in veritate, exclusus totaliter sit à prosecutione causæ, *c. 2. de V. S. in 6.*

DEFENDERE.

Qui DEFENDIT rem alienam, nunquam locuples habetur, *L. 166. de R. I.*

Non DEFENDERE videtur, non tantum, qui latitat, sed & is, qui præsens negat se defendere, aut non vult suscipere actionem, *L. 52. de R. I.*

DEFENDERE est eandem vicem quam reus subire, *L. 51. §. 1. de procurat.*

DEFENDERE est, id facere, quod dominus in litem faceret, & cavere idonee, *L. 35. §. 3. de procurator.*

Præter satisdationem procurator ita DEFENDERE videtur, si judicium accipiat, *ibid.*

DEFENDERE videtur procurator, & si in possessionem venire patiatur, cum quis damni infecti satis, vel legatorum desideret, *ibid.*

Ei, qui DEFENDIT eum, cujus nomine ipse non agat, liberum est vel in unam rem defendere, *L. 46. §. 1. eod.*

Qui alium DEFENDIT, satisdare cogitur, *L. 46. §. 2. eod.*

DEFENDERE est eandem vicem quam Reus subire, *L. 51. §. 1. eod.*

Non videtur DEFENDERE, nisi satisdare fuerit paratus, *L. 53. eod.*

Se DEFENDERE adversus periculum naturalis ratio permittit, *L. 4. pr. ad L. Aquil.*

DEFENDERE alium invitus nemo cogitur in actione noxali, *L. 33. de noxalib.*

Qui desinit DEFENDERE cum potest, consentit, *c. 11. q. 3. caus. 23.*

Qui libere non DEFENDIT veritatem, quam libere defendere convenit, proditor est veritatis, *c. 86. q. 3. caus. 11.*

Socios & patriam DEFENDERE ab injuria, Lex virtutis est, *c. 5. q. 3. caus. 23.*

DEFENDENDVS non est improbus, *c. 13. §. 1. q. 3. caus. 11.*

DEFENDERE malos Ecclesia non debet, sed pro eis intercedere, *c. 3. q. 6. caus. 14.*

DEFENDAT Dominus Vasallum in lite, *II. F. 25.*

DEFENSIO.

Is, qui suscepit DEFENSIONEM, etsi locupletissimus est, etsi Consularis sit, non videtur defendere, nisi satisdare fuerit paratus, *L. 51. §. 2. L. 52. & 53. de procur.*

Quod quis ob DEFENSIONEM f. tutelam corporis sui fecisse dicitur, jure fecisse existimatur, *L. 3. de I. & I.*

DEFEN-

DEFENSIO sui ipsius datur ei, qui damnum dedit, si liber fuerit, quamvis in aliena potestate fuerit, *L. 33. de noxal. act.*

DEFENSIONEM alienam suscipere, virile est officium, & ultra sexum muliebrem esse constat, *L. 18. C. de procurat.*

DEFENSIO Domini non est in feudo controverso, quando Vasallus feudum aliud non controversum possidet, *I. F. 4. §. 1.*

DEFENSIO dabitur Vasallo paternum feudum asserenti, *I. F. 4. §. 2.*

DEFENSIONEM opponere vindicanti Vasallus potest, *II. F. 8. c. rei autem. pr.*

DEFENSIO debet peti ab Imperatore contra hostes Ecclesiæ, *c. 2. q. 3. caus. 23.*

Catholici DEFENSIONEM possunt postulare adversus hæreticos à potestatibus ordinatis, *c. 3. ead.*

Qui pro DEFENSIONE Christianorum moritur, cœleste regnum à Deo consequitur, *c. 9. q. 8. ead.*

Nullus pluribus uti DEFENSIONIBUS prohibetur, *c. 20. de R. I. in 6.*

DEFENSOR.

DEFENSORES & fautores malorum, malis æquiparantur, *c. 49. X. de sent. excomm.*

DEFENSOR mariti in amplius, quam maritus facere potest, non est condemnandus, *L. 51. §. 1. de procurat.* & *L. 23. de re jud.*

Si DEFENSOR minor 25. annis existat, ex quibus causis in integrum restitui possit, *defensor* idoneus non est, *L. 51. pr. eod.*

DEFENSOR idoneus non est fœmina, miles, qui Reipubl. causa absfuturus est, aut morbo perpetuo tenetur, aut magistratum initurus est, aut invitus judicium pati non potest, *L. 54. pr. eod.*

Nemo alienæ litis idoneus DEFENSOR sine satisdatione intelligitur, *L. 46. §. 2. eod.*

Is, cujus nomine DEFENSOR existit, si ante litem contestatam in præsentia fuerit, & postulet suo nomine litem suscipere, causa cognita audiendus est, *L. 64. eod.*

DEFENSOR, cum satisdedit, domini loco habendus est, *L. 76. eod.*

DEFENSOR socii in id, quod socius facere potest, condemnari debet, *L. 63. §. 1. pro socio.*

DEFENSOR *civitatis.*

DEFENSOR civitatis mulctam imponere non potest, *L. 5. C. de Defensor. civitat.*

DEFENSORES civitatum non ex Decurionum seu ex cohortalium corpore, sed ex aliis idoneis personis sunt eligendi, *L. 2. C. eod.*

DEFENSOR civitatis abdicare publicam sollicitudinem non potest, sine imperiali permissione, *L. 10. C. eod.*

DEFENSOR civitatis usque ad 500. solidorum summam potest cognoscere de causa, *L. 1. C. eod.*

DEFENSORES civitatum vicem parentis plebi debent exhibere, neque rusticos urbanosque descriptionibus affligi permittant, occurrantque officialium insolentiæ, & Iudicum procacitati, neque patiantur ultra delegationem solitam à rusticis, vel urbanis exigi, *L. 4. C. eod.*

DEFENSORES civitatum nihil insolenter, nihil indebitum sibi vindicantes, nominis sui tantum fungantur officio, *L. 5. C. eod.*

DEFENSORES civitatum per omnes regiones, in quibus fera latronum insania fervet, debent adesse disciplinæ, neque sinant crimina impunita coalescere, *L. 6. C. eod.*

DEFENSORES civitatum oblatos sibi reos in ipso latrocinio, vel congressu

violentiæ, aut perpetrato homicidio, aut ſtupro, vel raptu, vel adulterio deprehenſos & actis publicis ſibi traditos, expreſſo crimine cum his, à quibus fuerint accuſati, mox ſub idonea perſecutione, ad Iudicium dirigant, *L. 7. C. eod.*

DEFENSORIS munus nemo poteſt declinare, *Nov. 15. c. 1. pr.*

Ad DEFENSORIS officium nobiliores ſunt promovendi, *ibid.*

A DEFENSORIBUS ad Præſides appellatur, *d. Nov. 15. c. 5. pr.*

DEFENSORES in cauſis omnibus pecuniariis uſque ad aureos trecentos judicabant, *Nov. 15. c. 3. §. 2.*

DEFENSORES civitatum olim nullum habebant archivum, *Nov. 15. præf.*

DEFENSOR eligitur à Clero & honeſtioribus civitatis, *Nov. 15. epilog.*

DEFERRE.

DEFERRE non poſſunt mulieres propter ſexus infirmitatem, & ita Sacris Conſtitutionibus cautum eſt, *L. 18. pr. de jure fiſci.*

DEFERRE non poſſunt Clariſſimi viri, *L. 18. §. 1. eod.*

DEFERRE non poſſunt damnati, *L. 18. §. 2. eod.*

DEFERRE non poſſunt illi, qui in metallum dati ſunt, *L. 18. §. 3. eod.*

DEFERRE prohibentur milites propter honorem ſtipendiorum, *L. 18. §. 6. eod.*

DEFERRE non poſſunt tutores, vel curatores cauſam pupillorum, vel adoleſcentium, *L. 18. §. 8. eod.*

Qui DEFERT ex neceſſitate officii, vel ex præcepto Iudicis, pœnam delatoris non ſuſtinet, *L. 2. C. de delator. X.*

DEFERRE non videtur, qui ad defenſionem ſuam alium nominat, *L. 3. C. eod.*

Servus punitur, ſi dominum DEFERAT, præterquam in crimine læſæ majeſtatis, *L. 6. C. eod.*

DEFERENS bona caduca, ſine fiſci advocato, aut per injuriam, ferro punitur, *L. 5. C. eod.*

DEFICERE.

DEFICIENTIBUS maſculis, fœminæ in beneficio, ſi pro his Vaſallus inveſtituram accepit, ſuccedunt, *II. F. 17.*

DEFICIENTE probatione, vindictæ ratio conquieſcit, *c. 23. q. 5. cauſ. 32.*

DEFICIENS in purgatione, punitur tanquam præſumptive convictus, *c. 7. X. de purg. canon.*

DEFICIENS in purgatione, & non ſubiens purgationem, æquiparantur, *c. 8. X. de cohabit. Cleric.*

DEFINIRE.

Quæ juſte DEFINITA ſunt, nulla excuſatione debent differri, *c. 3. q. 1. cauſ. 2.*

Semel DEFINITUM retractari non licet, niſi ubi major autoritas fuerit, *c. 6. q. 4. cauſ. 6.*

Quod rationabiliter DEFINITUM eſt, in nullo debet violari, *c. 9. q. 2. cauſ. 25.*

DEFINITIO.

Omnis DEFINITIO in jure civili periculoſa eſt, parum eſt enim, ut non ſubverti poſſit, *L. 202. de R. I.*

Sub DEFINITIONE rotunda ſ. regula cauſæ amittendi feudum comprehendi non poſſunt, *II. F. 23.*

DEFINITIO beneficii ſ. feudi, *ibid.*

DEFUNCTUS.

DEFUNCTI fama læditur, ſi heredem non habeat, *§. 1. quibus ex cauſis* &c.

DEFUNCTI rationes, quæ in bonis ejus inveniuntur, ad probationem ſibi debitæ quantitatis ſolæ ſufficere non poſſunt, *L. 6. C. de probat.*

Pro DEFUNCTIS oratio fiat in omnibus Miſſarum ſolennibus, *c. 72. diſt. 1. de conſecrat.*

Pro ſepultura DEFUNCTI quoad terram, nihil eſt exigendum, *c. 13. X. de ſepultura.*

Qui DEFUNCTI voluntatem non adimplet,

implet, privari debet illius successione, *c. 6. X. de vot. & vot. redempt.*

DEFVNCTORVM piæ voluntates ab herede intra annum sunt adimplendæ, *c. 3. X. de testament.*

DEFVNGI.

DEFVNGITVR noxæ deditione is, qui noxæ dedit animal, *L. 37. §. 1. ad L. Aquil.*

DEGRADARE.

DEGRADATVR quis, dum' dignitate spoliatur, *L. 1. C. de privileg. scholarum. XII.*

DEGRADARE & deponere de Ordine, pro eodem accipiuntur, *c. 7. & seq. dist. 81.*

DEGRADARI non potest Pontifex ab Imperatore, *c. 7. pr. dist. 96.*

DEGRADATIO.

DEGRADATIO & regradatio fit quoque senatorum, ut & Episcoporum, *L. 1. C. de privileg. scholar. X.*

DEGRADATIO qualiter fieri debeat, vid. *c. 2. de pœnis in 6.*

DEGRADATIO Clericorum est vel *verbalis* vel *actualis* s. *solennis*, & quomodo fieri debeant, vid. *c. 2. eod.*

DEIERARE.

DEIERANS Vasallus non protinus amittit Feudum, *II. F. 24. §. 2.*

DEIERANS calore iracundiæ non punitur, secus vero si non dejerasset calore iracundiæ, *L. 2. C. de reb. cred.*

DEIICERE.

DEIICIT, & qui mandat, *L. 152. §. 1. de R. I.*

DEIECISSE etiam is videtur, qui mandavit vel jussit, ut aliquis dejiceretur, parvi enim referre visum est, suis manibus dejiciat, an vero per alium, quare si familia mea ex voluntate mea dejecerit, ego videor dejecisse, *L. 1. §. 12. de vi & vi armata.*

Familiam DEIECISSE dicitur, si unus tantum servus vi dejecerit, *d. L. 1. §. 17. eod.*

Si filiusfam. vel mercenarius vi DEIECERIT, utile interdictum *unde vi* competit, *L. 1. §. 20. eod.*

Qui vi DEIECTVS est, quidquid damni senserit ob hoc, quod dejectus est, recuperare debet, pristina enim causa restitui debet, quam habiturus erat, si non fuisset dejectus, *L. 1. §. 31. eod.*

Qui à me vi possidebat, si ab alio DEIICIATVR, habet interdictum unde vi, *L. 1. §. 30. eod.*

Is DEIICITVR, qui amittit possessionem, non qui accipitur, *L. 1. §. 26. eod.*

DEIICITVR is, qui possidet, sive civiliter sive naturaliter possideat, *L. 1. §. 9. eod.*

Sive corpore sive animo possidens quis DEIECTVS est, palam est, eum vi dejectum videri, *L. 1. §. 24. eod.*

Ex die, quo quis DEIECTVS est, fructuum ratio habetur, *L. 1. §. 39. eod.*

Si vi me DEIECERIT quis nomine municipum, in municipes mihi interdictum unde vi competit, si quid ad eos pervenit, *L. 4. eod.*

DEIECTVS armis dicitur quis, etiam quando unus ex dejicientibus tenuit gladium, vel fustem, & etiam quando omnes armati venerunt, & si armis non sunt usi ad dejiciendum, & quando inermes venerunt, sed in ipso certamine eo processerunt, ut fustes vel lapides sumerent, *L. 3. §. 2. 3. & 4. eod.*

DEIECTVS armis ut quis dicatur, sufficit terror armorum, *d. L. 3. §. 5. eod.*

DEIECTVM ab usufructu in eandem causam Prætor restitui jubet, i. e. in qua futurus esset, si dejectus non esset, *L. 9. §. 1. eod.*

Quando aliquid DEIECTVM, vel effusum

sum est, is, ex cujus cœnaculo, vel proprio ipsius, vel conducto, vel in quo gratis habitabat, *dejectum* vel effusum est ita, ut alicui noceret, ex quasi maleficio obligatur, *§. 1. de obligation., quæ quasi ex malef.*

Vi DEJECTUS non videor, qui dejici non expectavi, sed profugi, *L. 9. pr. quod metus causa* &c.

DELATOR.

DELATORIS pœnam non sustinet, qui defert ex necessitate officii, vel ex præcepto Iudicis, *L. 2. C. de delatoribus. X.*

Vt DELATOR non punitur, qui venit ad defensionem reipubl. *L. 3. C. eod.*

DELATOR non admittitur sine patrono fisci, & male deferentes ex consuetudine, gravissime puniuntur, *L. 5. C. eod.*

DELATORIS pœna tenetur etiam ille, qui per suppositam personam *delatorem* subjecit, *L. 34. §. 1. de pœnis.*

Si DELATOR dicat se errasse, recte abolitionem petit, *L. 15. pr. de jure fisci.*

Si quis DELATOREM subjecerit, tantum in ærarium deferat, quantum præmii nomine *delator* consecuturus fuisset, si vicisset, *d. L. 15. §. 1. eod.*

De eo DELATORE, qui causam solus agere instituerat non habita mentione mandatoris, si postea desistat prætendens mandatorem causæ decessisse, puniendum Divi fratres rescripserunt, *L. 23. eod.*

Non tantum DELATOR punitur, si non probaverit, sed & mandator, quem exhibere debet delator, *L. 24. eod.*

Ejus, qui DELATOREM corrupit, ea conditio est, ut pro victo habeatur, nam in fiscalibus causis id constitutum est, *L. 29. pr. eod.*

DELATOR non est, qui protegendæ causæ suæ gratia aliquid ad fiscum nuntiat, *L. 44. eod.*

DELATOR si quis extiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit proscriptus, vel interfectus, placuit non nisi in fine accipere communionem, *c. 6. q. 6. caus. 5.*

DELATORI autem lingua capuletur, aut convicto caput amputetur, *c. 5. pr. ead.*

DELATORES autem sunt, qui invidia produnt alios, *d. c. 5. §. 1. ead.*

DELECTARE.

Cum caro sine anima DELECTARI nequeat, ipse tamen animus carnis voluptatibus reluctans, in delectatione carnali aliquo modo ligatur invitus, ut ei ex ratione contradicat, nec consentiat, & tamen delectatione ligatus sit, sed ligatum se vehementer ingemiscat, *c. 2. §. 2. dist. 6.*

DELEGARE.

DELEGARE est vice sua alium reum dare creditori, vel cui jusserit, *L. 11. pr. de novation.*

DELEGANS debitorem suum fingitur solvere, *L. 8. §. 3. ad SC. Vellej.*

DELEGARE scriptura, vel nutu, ubi fari non potest, debitorem suum quis potest, *L. 17. de novation.*

DELEGARE.

DELEGARE potest Princeps causas criminales Sacerdotibus, ubi pœna sanguinis non sequitur, *c. 4. X. de raptor.*

DELEGARI possunt causæ meri & mixti imperii in casu absentiæ, *L. 1. pr. de offic. ejus cui mand.*

Quæcunque DELEGARI possunt, quæ jure magistratus competunt, *ibid.*

DELEGARE nemo potest gladii potestatem sibi datam, vel alterius coërcitionis, *L. 70. de R. I.*

Non potest DELEGARI causa, quæ ad jurisdictionem delegantis non pertinet, & ille, cui delegatur, debet esse

esse de jurisdictione delegantis, *L. un. C. qui pro sua jurisdict.*

DELEGANS alii nihilominus dicitur sibi reservare, *L. 1. de damno infecto.*

Morte DELEGANTIS non expirat Iurisdictio Delegati, coram quo lis erat contestata. *c. 19. X. de offic. Deleg.*

Si causa simpliciter est DELEGATA duobus, sententia unius non tenet, *c. 16. X. eod.*

DELEGATIO.

DELEGATIO causæ, quæ non est de jurisdictione delegantis, qui licet in hominem suæ provinciæ deleget, non valet, *L. un. C. qui pro sua jurisdict.*

DELEGATIO facta dignitati non expresso nomine proprio, transit ad successorem, *c. 14. X. de offic. Deleg.*

DELEGATIO.

DELEGATIO debitoris non potest fieri, nisi eo consentiente, *L. 1. C. de novat.*

Ex DELEGATIONE, animo novandi facta, tollitur prior obligatio, *L. 2. C. eod.*

DELEGATIO fit vel per stipulationem, vel per litis contestationem, *L. 11. §. 1. de novation.*

DELEGATIO tutoris liberat debitorem pupilli, ita demum, si fuerit bona fide facta, *L. 96. pr. de solut.*

DELEGATIO nominum, vel actionis habet vicem solutionis, *L. 51. de peculio.*

DELEGATUS.

DELEGATUS non habet jurisdictionem propriam, sed ejus, qui mandavit, jurisdictione utitur, *L. 1. §. 1. de officio ejus cui mand.*

DELEGATUS licet sit ordinarius, veluti sit Prætor, tamen in causa delegata vice delegantis fungitur, & non suo jure ordinario, *L. 3. eod.*

DELEGATI duo ex tribus si tertio absente judicaverint, sententia non valet, etiamsi absens postea consentiat, *L. 18. de receptis, qui arbitrium &c. c. 22. X. de offic. delegat.*

DELEGATO si aliquid dubitabile in jure occurrerit, potest consulere delegantem, secus est, si dubitetur de facto, *L. 79. §. 1. de judiciis.*

DELEGATUS potest cognoscere de veritate rescripti, & potest pronunciare se esse judicem, vel non esse, quando ei opponitur de mendacio rescripti, *L. 2. C. si contra jus vel util. publ.*

Apertissimi juris est, licere litigatoribus judices DELEGATOS, antequam lis inchoetur, recusare, *L. 16. C. de judiciis.*

DELEGATIS judicibus ex causa recusans partes coguntur eligere arbitros, qui vice *delegatorum* fungantur, *ibid.*

DELEGATUS ad causam proprietatis, non potest cognoscere de causa possessionis, super qua non fuit delegatus, *L. 3. C. Si à non competente Iud.*

DELEGATUS Papæ potestatem habet non solum in Partes, sed etiam in alios, qui suam jurisdictionem impediunt, *c. 1. X. de officio & potest. judic. deleg.*

DELEGATUS Papæ impeditus subdelegare potest causam, quæ sine ipso commode terminari potest, *c. 3. X. eod.*

DELEGATUS Papæ exequitur sententiam suam, quam exequi non potest aut non vult is, qui eam commiserat exequendam, *c. 7. X. eod.*

DELEGATI jurisdictio expirat post definitivam executioni mandatam, *c. 9. X. eod.*

DELEGATUS Papæ in causa sibi commissa, jurisdictionem habet super Ordinarium, & quemcunque Majorem, *c. 11. X. eod.*

DELEGATUS Iuris formam servare debet,

bet, & rationabiles exceptiones admittere, ubi contraria voluntas Papæ non apparet, *c. 13. X. eod.*

DELEGATUS, qui est dominus impetrantis, recusari potest, *c. 17. X. eod.*

Morte delegantis, non expirat jurisdictio DELEGATI, coram quo lis erat contestata, *c. 19. X. eod.*

Si causa committitur tribus DELEGATIS cum clausula, *quod si non omnes*, &c. priusquam appareat de impotentia tertii, duo procedere non possunt, & si procedunt, nihil agunt, *c. 21. pr. X. eod.*

Si duo sunt DELEGATI cum clausula, *quod si ambo* &c. uno recusato, alter solus procedere potest, *c. 23. X. eod.*

DELEGATUS Papæ sententiam suam exequi potest usque ad integrum annum, *c. 26. X. eod.*

DELEGATUS Papæ potest principium, medium, & finem causæ conjunctim & divisim subdelegare, *c. 27. pr. X. eod.*

Non creditur quis DELEGATUS, nisi delegationem probet, *c. 31. X. eod.*

DELERE.

DELENS instrumentum animo sibi lucrandi, non tantum furti, sed etiam L. Aquil. actione tenetur, *L. 27. §. 3. de furtis.*

Si quis DELEVERIT imaginem vel librum, & hic tenetur damno injuriæ, quasi corruperit, *L. 31. pr. eod.*

DELIBERARE.

DELIBERANDI tempus non datur, nisi petenti, *L. 1. §. 1. de jure delib.*

DELIBERANDI jus dominis competit, non servis, *L. 1. pr. eod.*

Ad DELIBERANDI tempus pauciores centum dierum non sunt dandi, *L. 2. eod.*

DELIBERANDI tempus sæpius, ex magna tamen causa, dari potest, *L. 3. & 4. eod.*

DELIBERANDI tempus creditorum & heredum favore introductum, *L. 5. pr. eod.*

DELIBERANTI (sc. *heredi*) editio instrumentorum debet fieri, *L. 5. pr. de jure delib.*

DELIBERANTE pupillo bona hereditaria alienari vel actiones hereditariæ exerceri non possunt, nisi causa cognita, Prætoris permissu, *L. 7. pr. eod.*

Si quis suus heres, postea quam se abstinuerit, tunc petat tempus ad DELIBERANDUM, hoc ex causa impetrare potest, *L. 8. eod.*

Filius, dum DELIBERAT, alimenta habere debet ex hereditate, *L. 9. eod.*

Ad DELIBERANDUM an victus appellare debeat, vel non, dantur ei decem dies, *Nov. 23. c. 1. & c. 28. q. 6. caus. 2.*

DELIBERATIO.

DELIBERATIONE opus est in omnibus rebus, *c. 14. dist. 50.*

DELIBERATIONIS cautela laudabilis est, in qua totum ratio agit, & furor sibi nihil vindicat, *c. 67. q. 3. caus. 11.*

DELICIAE.

DELICIAE quælibet, si absque desiderio percipiantur, non officiunt, *c. 2. dist. 41.*

DELICTUM.

Nemo ex DELICTO suo meliorem suam conditionem facere potest, *L. 134. §. 1. de R. I.*

Præteriti DELICTI æstimatio nunquam crescit ex postfacto, *L. 138. §. 1. eod.*

Cum par DELICTUM est duorum, semper oneratur petitor & melior habetur possessoris causa, *L. 154. pr. eod.*

Paria DELICTA s. *crimina* compensatione mutua tolluntur, *c. 7. X. de adulteriis* &c.

DELICTA f. peccata latentia non habent vindictam, *c. 23. q. 5. cauf. 32.*

DELICTVM perpetrare videtur ille, qui non impedivit delictum eo casu, quoad eum spectabat prohibere, *L. 2. pr.* & *§. 1. de noxal.*

DELICTI autor dicitur dominus, qui cum posset prohibere servum delinquentem, non prohibuit, *L. 3. eod.*

DELICTI autor tenetur, *L. 10. de servo corrupto.*

DELICTA & noxæ caput sequuntur, *L. 1.* §. *18. depositi* &c.

DELICTVM delinquentis satius est relinqui impunitum, quam innocentem condemnari, *L. 5. pr. de pœnis.*

In DELICTIS omnibus sive majoribus sive minoribus attendi debet, an casu, an consulto sit commissum delictum, & juxta eam distinctionem debet imponi pœna gravior aut minor, *L. 5. §. 2. eod.*

Quædam DELICTA pagano aut nullam aut leviorem pœnam irrogant, *L. 14. eod.*

Quædam DELICTA militi graviorem pœnam irrogant, nam si miles artem ludicram fecerit, vel in servitutem se venire passus est, capite puniendus, *ibid.*

In DELICTORVM punitione septem considerantur, causa, persona, locus, tempus, qualitas, quantitas, & eventus, *L. 16.* §. *1. eod.*

Omnia DELICTA admissa in patronum, patronive filium, patrem, propinquum, maritum, uxorem, cæterasque necessitudines, gravius vindicanda sunt, quam in extraneos, *L. 28.* §. *8. eod.*

DELICTVM punitur, licet non sequatur effectus in raptu, *L. 5. C. de Episcopis* &c.

DELICTVM omnem honorem, & fori præscriptionem excludit, *L. 1. C. ubi Senatores vel clariss.*

Ex DELICTO Vasalli feudum amittitur, *II. F. 95.*

DELICTO amissum feudum cui deferatur, *II. F. 31.*

DELICTVM Vasalli quinque testibus probandum, *II. F. 57.*

Ob DELICTVM patris in causa hæreseos filius punitur, *c. 15. pr. de hæret. in 6.*

DELICTVM personæ, non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare, *c. 76. de R. I. in 6.*

DELICTORVM discussio ibi agenda est, ubi delictum f. crimen est admissum, *c. 7. q. 9. cauf. 3.*

DELINQVERE.

Si valde multi sunt, qui DELIQVERVNT, illi, quos magis causam delicti dedisse constiterit, puniendi sunt, *c. 4. X. de Cler. excomm.*

In personam DELINQVENTIS, non in facultates ejus ultio procedat, *c. 4. q. 6. cauf. 16.*

Qui DELINQVENTEM defendit, acrius quam ille, qui deliquit, coërceatur, *c. 100. q. 3. cauf. 11.*

Qui DELINQVENTEM defendit, maledictus erit apud Deum & homines, *ibid.*

Latum pandit DELINQVENTIBVS aditum, qui jungit cum pravitate consensum, *c. 3. §. 1. dist. 86.*

Via DELINQVENDI nemini aperienda est, *c. un. X. ut eccles. benef.*

DELINQVENDI cupiditatem parit impunitas, *Clem. 1. de offic. Iud. ord.*

DELINQVENDI animus & voluntas inspicitur, non factum, quando delinquens incidit in aliam delicti speciem, quam cogitaret, *L. 39. de furtis.*

DELINQVENS si tempore delicti sit servus, & tempore sententiæ erat liber, debet puniri ut servus, idem econtra, si tempore delicti erat liber, tempore vero sententiæ erat servus,

servus, debet puniri ut liber, *L. 1. pr. & §. 1. de pœnis.*

DELINQVENTI ubi est imposita pœna pecuniaria, & eam non potest solvere, extra ordinem debet puniri in corpore, *d. L. 1. §. 3. eod.*

DELINQVENTI parcere est injusta misericordia, *L. 11. pr. eod.*

DELINQVITVR aut proposito, aut impetu, aut casu, *L. 11. §. 2. eod.*

Proposito DELINQVVNT latrones, qui factionem habent, *ibid.*

Impetu DELINQVITVR, cum per ebrietatem ad manus, aut ferrum venitur, *ibid.*

Casu DELINQVITVR, cum in venando telum in feram missum, hominem interfecit, *ibid.*

DELINQVENS repertus in flagranti crimine magno potest diebus festivis etiam in honorem Dei inductis ad furcas mitti, *L. 10. C. de feriis.*

DELINQVENS propter mandatum alterius non excusatur, *L. 5. C. de accusat.*

DELINQVENS & mandatarius uterque tenentur, *ibid.*

DELINQVENTE mortuo non proceditur super delicto, nec bona auferuntur heredibus, nisi is sibi mortem conscivit, *L. 5. C. si reus vel accusator mort.*

DELINQVENTI non auferuntur bona statim atque in carcerem ductus est, sed demum post condemnationem, *L. 2. de bonis damnatorum.*

DELINIMENTA.

Parentes novercalibus DELINIMENTIS (i. e. blanditiis, deceptionibus,) instigationibusve corrupti, *L. 4. de inoffic. testam.*

DEMENTIA.

DEMENTIA à furore distinguitur, *L. 6. de curator. furioso* &c.

DEMENTIA si perseverans est, excusat à culpa in ea commissa, *c. 5. q. 1. caus. 15.*

DEMINVTVM.

DEMINVTVM dicitur, quod usucaptum est, & ob id de hereditate exiit, *L. 21. de hered. petit.*

DEMONSTRATIO.

DEMONSTRATIO falsa est, veluti si ita scriptum sit: Servum Stichum, quem de Titio emi: Fundum Tusculanum, qui mihi à Sejo donatus est, *L. 17. pr. de condict. & demonstr.*

Quod juris est in falsa DEMONSTRATIONE, hoc vel magis est in falsa causa, *d. L. 17. §. 2. eod.*

DEMONSTRATIO plerumque vice nominis fungitur, nec interest, falsa an vera sit, si certum sit, quem testator demonstraverit, *L. 34. pr. eod.*

Inter DEMONSTRATIONEM & conditionem hoc interest, quod demonstratio plerumque factam rem ostendit, conditio futuram, *L. 34. §. 1. eod.*

DEMONSTRATIO falsa legatum non perimit, *L. 40. §. 4. eod.*

Falsa DEMONSTRATIO neque legatario neque fideicommissario nocet, neque heredi instituto, *L. 33. pr. eod.*

DEMONSTRATIO vera magis attenditur, quam falsa, *L. 32. de V. O.*

Falsa DEMONSTRATIONE legatum non perimitur, *§. 30. de legat.*

DEMONSTRATIO falsa non vitiat legatum, si de corpore legato constet, *L. 10. de auro, argento,* &c.

DENA.

DENA dictio quando adjicitur præstationi annuæ, intelligitur de decem singulis annis, *L. 126. pr. de V. O.*

DENA dictio intelligitur de 20. secus vero, quando decem fuisset dictum, *L. 79. de legat. 1.* in *Præfat. 1. Digestorum. Const. Omnem. §. 7.*

DENVNCIARE.

DENVNCIANS debet esse honesta persona & gravis, alias repellitur à denunciando, *c. 27. X. de sponsal.*

DENVNCIARE alterius crimen ex charitate, charitatis est, denunciare insultando, impietatis est officium, *c. 5. §. 1. q. 5. caus. 5.*

DENVNCIARI potest consanguinitas, ut interdicatur matrimonium contrahendum, *c. 13. X. de desponsat. impub.*

DENVNCIARE domino tenetur conductor, quando veniente exercitu migrare vult, *L. 13. §. 7. locati* &c.

DENVNCIANS maleficium, si non probat, punitur, *L. 1. C. de curiosis* &c.

DENVNCIATIO.

DENVNCIATIO potest fieri per procuratorem, servum vel actorem, *L. 17. §. 4. & 5. ad L. Iul. de adult.*

DENVNCIATIO pro evictione interponenda pacto remitti potest, *L. 63. pr. de eviction.*

DENVNCIATIO facta procuratori non constituit dominum ignorantem in scientia & mala fide, nisi ipse procurator, vel alius, cui denunciatum est, eum certioraverit, sed non si certiorare potuit, & non fecit, *L. 20. §. 11. de heredit. petit.*

DENVNCIATIO non impune omittitur, *L. 31. ad L. Aquil.*

DENVNCIATIO trina debet fieri debitori ad venditionem pignoris, quod datum est creditori cum pacto, ne distraheretur, *L. 4. de pignor. act.*

DENVNCIATIONEM non impedit appellatio, *c. 53. §. 1. X. de appell.*

DENVNCIATOR.

DENVNCIATOR in probatione criminum deficiens, ab officio & beneficio suspenditur, donec innocentiam suam purget, *c. 2. X. de calumn.*

DENVNCIATOR in crimine Simoniæ & læsæ Majestatis admittitur ad testificandum, *c. 31. in f. X. de Simon.*

DENVNCIATOR criminis non se inscribit, quia ad correctionem tendit, *c. 16. X. de accusat.*

DEPECTVS.

DEPECTVS dicitur, qui turpiter pactus est, & tenetur edicto de calumniatoribus, *L. 3. §. 2. de calumn.*

DEPERDITVM.

DEPERDITVM intelligitur, quod in rerum natura esse desiit, *L. 21. de heredit. petit.*

DEPONERE.

Duplex DEPONENDI causa est, voluntas nempe, & necessitas, *L. 1. §. 2. depositi* &c.

DEPONERE tumultus, incendii, ruinæ, vel naufragii causa videtur, qui duntaxat propter imminens ex hisce periculum, non ullam aliam ob causam deponit, *L. 1. §. 3. eod.*

Quæ DEPOSITIS rebus accedunt, non sunt deposita, utputa si homo vestitus deponatur, vestis enim non est deposita, nec si equus cum capistro, nam solus equus depositus est, *d. L. 1. §. 5. eod.*

Si res DEPOSITA deterior reddatur, quasi non reddita, agi depositi potest, *L. 1. §. 16. eod.*

Sæpe evenit, ut res DEPOSITA vel nummi periculo sint ejus, apud quem deponuntur, *L. 1. §. 35. eod.*

Si DEPOSVERINT prædo vel fur, his recte actio depositi competit, *L. 1. §. 39. eod.*

DEPONERE possunt tam plures quam unus, *L. 17. pr. eod.*

Apud sequestrem nonnisi plures DEPONERE possunt, & in hoc casu in solidum unusquisque videtur deposuisse, *ibid.*

Rei DEPOSITAE proprietas apud deponentem manet, sed & possessio, nisi apud sequestrem deposita est, nam

nam tum demum sequester possidet, *L. 17. §. 1. eod.*

DEPONENTIVM eadem inter se conditio est, *L. 7. §. 3. eod.*

DEPONI duobus modis solent apud nummularios pecuniæ, nimirum custodiæ, aut fœnoris gratia, *L. 7. §. 2. eod.*

DEPONENS cistam signatam sive ostendendo singulas res, quas deponit, sive eas non ostendendo, poterit repetere depositi cistam & singulas res, habet tamen necesse probare, quæ ibi fuerint res, quas repetit, *L. 1. §. 41. eod.*

DEPONENTIS sigillum resignare licet, vel coram Prætore, vel honestis personis, *L. 1. §. 36. eod.*

Si apud duos sit DEPOSITA res, adversus unumquemque eorum agi poterit, nec liberabitur alter, si eum altero agatur, non enim electione, sed solutione liberantur, *L. 1. §. 43. eod.*

DEPONENS maritus rem suam propriam nomine uxoris ob tale depositum non perdit dominium illius rei, *L. 6. C. de donatione inter virum* &c.

Si DEPOSITA pecunia is, qui eam suscepit, usus est, non dubium est, etiam usuras debere præstare, *L. 4. C. depositi* &c.

DEPOSITAE rei restitutio est Iuris naturæ, *c. 7. dist. 1.*

DEPONERE.

Qui non DEPONIT animum peccandi, non est vere pœnitens, *c. 5. X. de pœnitent. & remiss.*

DEPONENDVS est Sacerdos, revelans confessionem, & in Monasterio, ad agendam perpetuam pœnitentiam, detrudendus, *c. 12. X. eod.*

DEPONATVR Clericus matronarum domicilia frequentans, *c. 20. & 29. dist. 81.*

DEPONATVR in crimine captus Presbyter, vel Diaconus, non tamen communione privetur, *c. 12. ead.*

DEPONENDVS est Simoniacus, *c. 6. & 11. X. de Simonia* &c.

Nullus DEPONITVR propter infirmitatem corporis, sed datur ei coadjutor, *c. 1. & 2. q. 1. caus. 7.*

DEPORTARE.

DEPORTARE non potest Præses, *L. 2. §. 1. de pœnis.* & *L. 6. §. 1. de interdict. & releg.*

DEPORTANDVM aliquem in insulam si Princeps statuerit, ille statim amittit civitatem, *ibid.*

DEPORTANDI jus habet Præfectus urbi, *ibid.*

DEPORTATIO.

DEPORTATIO in locum aquæ & ignis interdictionis successit, *L. 2. §. 1. de pœnis.*

Ea sola DEPORTATIONIS sententia aufert, quæ ad fiscum perveniunt, *L. 97. de R. I.*

DEPORTATIO ad tempus non fit, *L. 18. §. 1. de interdictis, & releg.*

DEPORTATIO, & damnatio in metallum non extinguit jus patronatus patrono restituto, *L. 1. §. 1. de sententiam passis* &c.

DEPORTATORIVM.

DEPORTATORIO onere Veterani non sunt afficiendi, *L. 1. C. de Veteranis. XII.*

DEPORTATVS.

DEPORTATVS civitatem amittit, non libertatem, & speciali quidem jure civitatis non fruitur, jure tamen gentium utitur, *L. 15. pr. de interdictis* &c.

DEPORTATVS à Præside sine Principe, & heres existere, & legata ex testamento capere potest, *d. L. 15. §. 1. eod.*

DEPORTATVS perdit honorem, qui sibi debetur ex jure patronatus, *L. 10. §. 6. de in jus vocando.*

DEPOR-

DEPORTATI, & fere omnes, qui testamenti factionem non habent, à milite heredes institui possunt, *L. 13. §. 2. de testam. milit.*

DEPORTATOS eos accipere debemus, quibus Princeps insulas annotavit, vel de quibus deportandis scripsit, *L. 1. §. 3. de legat. 3.*

Si DEPORTATI servo fideicommissum fuerit adscriptum, ad fiscum pertinere, dicendum est, *L. 7. pr. eod.*

DEPORTATI fideicommissum relinquere non possunt, quia nec testamenti faciendi jus habent, cum sint apolides, i. e. *extorres*, *L. 1. §. 2. eod.*

DEPORTATORUM in insulam ab eo, cui id faciendi jus erat, bona fisco vindicantur, *L. 8. C. de pœnis.*

DEPORTATUS dicitur civiliter mortuus, *§. 1. quibus modis jus patr.*

DEPOSITARIUS.

DEPOSITARIUS de culpa tenetur, si seipsum deposito obtulit, vel aliquid pro custodia recepit, *c. 2. X. de deposito* &c.

Si DEPOSITARIUS tabulas testamenti apud se depositas ita delevit, ut legi non possint, depositi actione, & ad exhibendum tenetur, quia corruptam rem restituerit, aut exhibuerit; Legis quoque Aquiliæ actio ex eadem causa competit, *L. 42. ad L. Aquil.*

DEPOSITARIUS tenetur statim, atque suscepit, ad rei restitutionem, & statim potest conveniri, quia eo ipso, quod reposcenti non restituit, dolo facere videtur, *L. 1. §. 22. depositi* &c.

DEPOSITARII heres si vendidit rem depositam absque dolo ignorans depositam, non tenetur, nisi de eo pretio, quod ad eum pervenit, *L. 1. §. 47. eod.*

DEPOSITARII heres si absque dolo & lata culpa vendidit rem depositam justo pretio, vel minoris, quam debuit, si pretium nondum exegit, solum tenetur deponenti cedere actiones suas adversus emptorem, *L. 2. eod.*

DEPOSITARII heres putativus, si absque dolo & ignoranter vendidit rem depositam, non tenetur, nisi de eo pretio, quod ad eum pervenit, *L. 4. eod.*

DEPOSITARIUS scribens epistolam deponenti se prospecturum, ne depositi numi vacui sint, i. e. usuras earum deponens accipiat, tenetur ex hac epistola ad usuras, si depositarius ipse percepit, vel in usus suos convertit, *L. 28. eod.*

DEPOSITARIUS accipiens pecuniam, ut redderet depositum, pro illa pecunia convenitur depositi, etiamsi depositum sine mora, & incorruptum reddiderit, *L. 34. eod.*

DEPOSITARIUS potest gravari onere fideicommissi ad præstandam rem depositam alicui, & heres, agens contra *depositarium* ad rem illam restituendam, repellitur per exceptionem, *L. 77. de legat. 1.*

DEPOSITARIUS re obligatur, & tenetur de ea re, quam accepit, restituenda, *L. 1. §. 5. de O. & A.*

DEPOSITARIUS dolum & latam culpam præstare tenetur, at non casum fortuitum, nisi aliter convenit, *ibid.* & *L. 1. C. depositi.*

DEPOSITARIUS accipit rem non sui gratia, sed ejus, à quo accepit, *ib.*

DEPOSITARIUS tenetur deponenti, non ille, cui pecunia deposita credita est à *depositario*, *L. 7. C. eod.*

DEPOSITARIUS deponenti suum depositum repetenti objicere hæc non licet, sc., compensationem, deductionem, doli exceptionem, actionem personalem, in rem hypothecariam, *L. 11. C. eod.*

DEPOSITARIUS suo nomine conventus, & condemnatus rem depositam non

non restituens, potest compelli ad restitutionem ejus cum infamiæ periculo, *L. 10. C. eod.*

DEPOSITARIUS tenetur depositum restituere, nec licet aliquibus extrinsecus interdictionibus uti, & retinere depositi restitutionem, *Nov. 88. c. 1.*

DEPOSITIO.

DEPOSITIO servi apud sequestrem facta non impedit dominum agere, *L. 33. depositi* &c.

DEPOSITIO & consignatio totius debiti facta etiam ab extraneo in eo loco, quo debetur, liberat debitorem, *L. 9. C. de solut.*

DEPOSITIO sortis facit cessare cursum usurarum, *L. 9. C. de usur.*

Quando DEPOSITIONI pecuniarum locus sit, *L. 5. pr. de administr. & peric. tut.*

DEPOSITOR.

DEPOSITOR potest depositum pro voluntate sua revocare, *c. 2. X. de deposito.*

Contra DEPOSITOREM compensatio vel deductio locum non habet, *ib.*

Si DEPOSITOR decesserit, relictis duobus heredibus, qui inter se contendunt & depositum petunt, depositarius uni depositum reddere potest, exacta ab eo defensionis cautione, *L. 1. §. 37. depositi* &c.

DEPOSITUM.

DEPOSITI contractus ex bona fide oritur, *c. 2. X. de deposito.*

DEPOSITUM est, quod custodiendum alicui datum est, *L. 1. pr. depositi* &c.

DEPOSITUM ex eo dictum est, quod ponitur, præpositio enim *de* auget depositum, ut ostendat, totum fidei ejus commissum, quod ad custodiam rei pertinet, *ibid.*

Si convenit, ut in DEPOSITO & culpa præstetur, rata est conventio, *L. 1. §. 6. eod.*

In DEPOSITI restitutione bona fides tantum exigitur, *L. 11. eod.*

DEPOSITUM eo loco restitui debet, in quo sine dolo malo ejus est, apud quem depositum est, ubi vero depositum est, nihil interest, *L. 12. §. 1. depositi* &c.

DEPOSITUM non consistit in re propria, ideo depositi agi non potest, *L. 15. eod.*

DEPOSITI natura, ac termini notissimi sunt, quod deponens neque dominium, neque possessionem amittit, & quod idem debet ei reddi, *L. 24. eod.*

In DEPOSITO non venit culpa levissima, nisi ex pacto, *L. 39. mandati.*

DEPOSITORUM duo sunt genera, unum, quando dominium transit in depositarium, ut in pecunia deposita non clausa, neque obsignata, in quo tantumdem redditur in eodem genere, aliud, quando dominium non transit, ut in veste, vel annulo deposito, in quo idem reddi debet, *L. 31. locati* &c.

Qui DEPOSITUM non restituit, suo nomine conventus & condemnatus, ad ejus restitutionem cum infamiæ periculo urgetur, *L. 10. C. depositi* &c.

DEPOSITUM ne reddatur, denunciatio facta depositario non valet, & qui talem denunciationem fecit, punitur ad interesse creditoris, in quo quandoque venire poterit totum depositum, *Nov. 88. c. 1.*

DEPRAEDARE.

DEPRAEDARE (jure & judicio) Dominum poterit Vasallus, *II. F. 22.*

DEPRECATIO.

DEPRECATIO dicitur libellus supplicatorius, *L. 9. de Lege Rhodia* &c.

DEPREHENDERE.

DEPREHENSUS in furto, vel adulterio, metu mortis ne interficeretur, si dedit

dedit aliquid, vel se obligavit, potest rescindere per actionem quod metus causa, *L. 7. §. 1. quod metus causa* &c.

DEPREHENSA in adulterio, ut sit infamis, non exigitur, uti in Lege Iulia de adulteriis, à quo, vel ubi deprehensa sit, sufficit enim à quocunque deprehensa sit, sive in domo mariti, vel patris, aut alibi, *L. 43. §. 12. de R. N.*

DERELINQVERE,

Vasallus, qui DERELINQVIT Dominum in bello, feudum amittit, *I. F. 17.*

Pro DERELICTO si res habita sit, statim nostra esse desinit, & occupantis fit, *L. 1. pro derelicto.*

Pro DERELICTO rem à domino habitam si sciamus, possumus acquirere, *L. 2. pr. eod.*

Id, quod pro DERELICTO habitum est, & haberi putamus, usucapere possumus, etiamsi ignoramus, à quo derelictum sit, *L. 4. eod.*

Id, quod quis pro DERELICTO habuerit, continuo meum fit, *L. 5. §. 1. eod.*

Nemo potest pro DERELICTO usucapere, qui falso existimaverit rem pro derelicto habitam esse, *L. 6. eod.*

Pro DERELICTO servum habere videtur, qui alimenta ei denegat, & alii tradi mandat, *L. 8. eod.*

DEROGARE.

DEROGATVR legi, cum pars detrahitur, *L. 102. de V. S.*

DESCENDENS.

Omnes ex latere per masculos DESCENDENTES, usque in infinitum in feudo paterno succedunt, *II. F. 50.*

DESCENDENTIVM uno mortuo absque heredibus collaterales succedunt Capitanei vel Valvasores, *I. F. 24. §. 2.*

DESCENDENTES in feudis in infinitum succedunt, *I. F. 1. §. 4.*

DESCENDENTES non admittuntur ad feudum culpa amissum, *II. F. 26. c. 5. §. 5.*

DESCENDENTES in successione ab intestato ascendentibus praeferuntur, *L. 12 C. de suis, & legitimis* &c.

DESCENDENTES, sive masculi, sive fœminæ sint, praeferuntur in successionibus parentum ascendentibus defuncti omnibus ejusque cognatis ex transverso, *Nov. 118. c. 1.*

DESCRIPTIO.

DESCRIPTIO bonorum quandoque sumitur pro æstimo, quas descriptiones faciunt principes cogentibus diversis negotiis, *L. 1. C. de apochis publicis* &c.

DESCRIPTIONES curialium non ante effectum habent, quam insinuatæ & receptæ à Præsidibus provinciarum, *ibid.*

DESERERE.

DESERERE vito non licet sine causa priorem uxorem, & alteram ducere, *c. 4. q. 2. caus. 31.*

Qui DESERVERIT excubias palatii, capite punitur, *L. 10. pr. de re milit.*

DESERENS militiam in pace eques gradu repellitur, pedes militiam mutat, sed deserens tempore belli capite punitur, sed si deserendo militiam aliud crimen faciat, veluti furtum, plagium, vel aggressuram, vel simile, gravius punitur, *L. 5. §. 1. & 2. eod.*

DESERTOR.

DESERTOR est, qui per prolixum tempus vagatus, reducitur, *L. 3. §. 3. de re militari.*

DESERTOR, si in urbe inveniatur, capite puniri solet, alibi adprehensus, ex prima desertione restitui potest, iterum deserendo, capite puniendus est, *L. 5. §. 3. eod.*

Non omnes DESERTORES similiter puniendi sunt, sed habetur & ordinis

nis stipendiorum ratio, gradus militiæ, vel loci, muneris deserti, & anteactæ vitæ, sed & numerus, si solus, vel cum altero, vel cum pluribus deseruit, aliudve quid crimen desertioni adjunxit, *L. 5. pr. eod.*

DESERTOR militiæ si se offerat, ex indulgentia Principis in insulam deportari debet, *L. 5. §. 4. eod.*

Qui DESERTOREM scienter recipit in agro vel in domo, & apud se diu passus fuerit delitescere, actor quidem, vel procurator loci, qui hoc sciens prudensque commiserit, capitali supplicio subjugetur, dominus vero, si hujus rei conscius fuerit, prædii, in quo latuerit desertor, amissione puniatur, *L. 1. C. de desertor. XII.*

DESERTOR inventus resistens, ut rebellis opprimitur, *L. 2. C. eod.*

DESERTVS *locus.*

DESERTVS *locus* dicitur, qui non habitatus penitus, neque cultus fuerit, *c. 1. de V. S. in 6.*

DESIGNATOR

DESIGNATORES artem ludicram non faciunt, quia ministerium, non artem ludicram exercent, *L. 4. §. 1. de his, qui notant.*

DESINERE.

DESIISSE habere non potest videri, qui nunquam habuit, *L. 208. de R. I.*

DESIISSE non videtur, quod nec incipit, *L. 96. pr. de condit. & demonstr.*

DESISTERE.

DESTITISSE is videtur, non qui distulit, sed qui liti renunciavit in totum, *L. 10. de re judic.*

DESISTERE est, de negotio abstinere, quod calumniandi animo instituerat, *ibid.*

Is DESTITISSE non videtur, qui, cognita rei veritate, suum negotium deseruerit, nolens in lite improba perseverare, quam calumniæ causa non instituerat, *ibid.*

DESISTERE liti non videtur, qui fraude adversarii destitit, *L. 21. pr. de inoff. testam.*

DESPERARE.

Nemo DESPERANDVS est, dum in hoc corpore constituitur, quia nonnunquam, quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore perficitur, *c. 11. §. 1. q. 2. caus. 32.*

DESPONSARE.

Qui DESPONSATAM puellam proximi sui acceperit in conjugium, anathema sit ipse, & omnes consentientes ei, quia secundum Legem Dei mori decernitur, *c. 12. q. 2. caus. 32.*

DESPONSATAM alii, mortua conjuge, viro non licet ducere, *c. 13. ead.*

DESPONSATAM puellam non licet parentibus alii viro tradere, licet tamen illi Monasterium sibi eligere, *c. 27. ead.*

DESPONSARE non possunt parentes in cunis puellas pueris, & contra, nisi uterque ad annos discretionis perveniens consentiat, *c. un. q. 2. caus. 30.*

DESPONSATIO.

DESPONSATIONEM probanti debet conjux restitui, *c. 8. X. de restitut. spol.*

DESPONSATIO irrefragabiliter tenetur, & conditio frangitur in nuptiis, *c. 8. q. 2. caus. 27.*

DESTRVERE.

DESTRVENDA est Ecclesia post nunciationem novi operis ædificata, expensis construentis, *c. 1. X. de novi oper. nunc.*

DETERIOR.

DETERIOREM rem reddens non est sine dolo, *L. 1. §. 16. depositi.*

DETERIVS.

In DETERIVS non potest mutari feudi origo Vasalli facto, *II. F. 52. c. 2.*

DETESTARI.

DETESTARI est, absenti denunciare, *L. 39. §. 2. de V. S.*

DE-

DETESTATUM est testatione denunciatum, *L. 238. §. 1. eod.*

DETESTATIO.

DETESTATIO est denunciatio facta cum testatione, *L. 40. pr. de V. S.*

DETRACTIO.

DETRACTIO facta à testatore de legato habetur loco ademptionis, *L. 24. §. 3. de legat. 1.*

DETRACTOR.

DETRACTOR dicitur non tantum, qui aliis detrahit, sed etiam qui detrahentes audit, *c. 77. q. 3. caus. 11.*

DETRACTORES in pulverem sufflant, & in oculos suos terram excitant, ut unde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant, *c. 55. §. 1. q. 3. caus. 11.*

DETRACTORES & inimicorum autores Episcopos accusare non possunt, *c. 10. q. 4. caus. 3.*

DETRACTORES Episcoporum raptoribus deteriores sunt, *c. 15. q. 1. caus. 6.*

DETRAHERE.

Summa iniquitas est, Fratres DETRAHERE, & accusare; unde scriptum est: *Omnis qui detrahit fratri suo, homicida est, & omnis homicida non habet partem in Regno Dei, c. 16. q. 1. caus. 6.*

DETRAHERE.

DETRAHERE potest maritus *diætam* f. parvulam domunculam, quam fecit in hortis uxoris, quos in dotem accepit, *L. 43. §. 1. de legat. 1.*

Quæ maritus DETRAHERE potest, hæc etiam potest legare, *ibid.*

DETRIMENTUM.

Formula: *Quanti res est*, omne DETRIMENTUM continet, *L. 11. pr. de servo corrupto.*

Ad DETRIMENTUM Domini Vasallus nihil pandat, *II. F. 5.*

Nemo cum alterius DETRIMENTO & Injuria locupletior fieri debet, *L. 206. de R. I.*

DEVESTIRE.

DEVESTIRE sine culpa Capitaneos Princeps non potest, *I. F. 7.*

DEVIRGINARE.

Præses cum cognoscat de ancilla DEVIRGINATA, severissime debet animadvertere, *L. 21. de offic. Præs.*

DEVNX.

DEVNX significat undecim uncias, quasi dempta uncia, *§. 5. de heredib. instit.*

DEVS.

Per DEVM jurare veteres quoque soliti; licet multitudinem Deorum faterentur, *L. 3. §. 4.* & *L. 33. de jurejur.*

DEI munus *Lex* est, *L. 2. de LL.*

Si quis donatum DEO immortali abstulerit, peculatus pœna tenetur, *L. 4. §. 1. ad L. Iul. pecul.*

Qui DEVM blasphemant, digni sunt supplicia sustinere, *Nov. 77. c. 1. §. 1.*

DEI misericordia non perditionem, sed conversionem & salutem vult, & delinquentes qui corriguntur, suscipit Deus, *Nov. 77. præf.*

DEI nomen invocandum est in principio cujusque operis, *Nov. 85. præf.*

DEVS quotidianis hominum peccatis semper ignoscere, & pœnitentiam suscipere nostram, & ad meliorem eam statum deducere, dignatur, *L. 23. pr. C. de nuptiis.*

DEVS est vita animæ, anima vero vita corporis, *c. 35. dist. 1. de pænit.*

DEVS est magis inspector cordis, quam operis, *c. 1. §. 2. q. 6. caus. 15.*

Apud DEVM verba nostra non ex ore, sed ex corde procedant, *c. 11. q. 5. caus. 22.*

DEVS benefacere semper paratus est, sed hominum malitia prohibetur, *c. 66. §. 3. q. 1. caus. 16.*

DEVS non præmium postulat, sed honorem, *d. c. 66. pr. ead.*

Quæ DEI sunt, ab homine dari non possunt, *c. 5. q. 1. caus. 8.*

Ad sancta DEI evangelia Vasallus jurare debet, *II. F. 5.*

DEO fidelitatem Imperator debet, *II. F. 100.*

DEXTANS.

DEXTANS significat decem uncias, quasi dempto sextante, §. 5. *de hered. instit.*

DIABOLVS.

DIABOLVS affligens homines, ipse plus affligitur, *c. 52. §. 2. dist. 1. de pœnit.*

DIACONISSA.

DIACONISSA in Sancta Ecclesia non debet ordinari, quæ minor sit annis quadraginta, aut si ad secundas pervenerit nuptias, *Auth. Diaconissam. C. de Episcopis.*

DIACONISSAM nullo modo cum viro, ex quo potest inhonestæ vitæ emergere suspicio, habitare permittitur, *Nov. 123. c. 30.*

Ad DIACONISSARVM consortium nulla, nisi emensis quinquaginta annis, secundum præceptum Apostoli, transferatur, *L. 9. C. de Episcop.*

DIACONVS.

DIACONI, si falsum testimonium perhibuisse convincantur in causa pecuniaria, à divino ministerio per tres annos separari, & monasteriis pro tormentis tradi debent, *Auth. Presbyteri. C. de Episcop.*

DIACONI aut *Subdiaconi* minores 25. annis fieri prohibentur, *Nov. 123. c. 13.*

Si DIACONVS aut Subdiaconus post ordinationem uxorem duxerit, expellatur à Clero, & curiæ civitatis illius, in qua Clericus erat, cum propriis rebus tradatur, *d. Nov. 123. c. 14.*

DIACONVS dum ordinatur, solus Episcopus, qui eum benedicit, manum super caput illius ponat, quia non ad Sacerdotium, sed ad ministerium consecratur, *c. 11. dist. 23.*

DIACONIS absque apostolica licentia Dalmaticis uti non licet, *c. 10. ead.*

DIACONIS in consecratione, chrismate manus perungere non licet, *c. 12. ead.*

DIACONIS calicem benedicere & panem dare non licet, *c. 16. dist. 93.*

DIACONI septem debent esse in unaquaque civitate, *c. 11. ead.*

DIACONORVM officium quod sit, vid. *c. 6. ead.*

DIACONI Presbyteris debent subesse, *c. 24. ead.*

DIACONVS non præferatur Sacerdotibus, nisi locum Metropolitani sui obtineat, *c. 26. ead.*

DIACONVS matrimonium contrahere non potest, & si contraxerit, debet separari, *c. 1. X. qui Clerici, vel voventes* &c.

DIALECTICA.

Non in DIALECTICA complacuit Deo salvum facere populum suum, *c. 6. dist. 37.*

In DIALECTICA disputatione omnem vim venenorum suorum hæretici constituunt, *ibid.*

DIALECTICA disputatio non astruendi vim, sed destruendi habere definitur, *ibid.*

DIARIA.

DIARIIS (vel *cibariis*) relictis, neque habitationem, neque vestiarium, neque calciarium deberi palam est, quoniam de cibo tantum testator sensit, *L. 21. de alimentis,* &c.

DICERE.

Qui aliud DICIT, quam vult, neque id dicit, quod vox significat, quia non vult, neque id, quod vult, quia id non loquitur, *L. 3. de rebus dubiis.*

Nemo existimandus est DIXISSE, quod non mente agitaverit, *L. 7. §. 2. de supellect. leg.*

DICTVM præcedens ad tempus retro actum quandoque trahitur, *L. 20. de ædilit. edicto.*

DI-

DICTARE.

DICTARE actionem & judicium, pro instituere, & inferre Iurisconsulti dicunt, *L. 1. §. 1. de edendo. L. 50. §. 2. de peculio.*

DICTATORES.

DICTATORES ex eo proditi sunt, quod populo aucto crebra oriebantur bell., & quædam acriora à finitimis inferebantur, *L. 2. §. 18. de O. I.*

DICTATORIBUS etiam capitis animadversio data fuit, & quod ab eis provocandi jus non esset, *ibid.*

DICTATORIBUS, cum ipsi summam potestatem habebant, non erat fas ultra sextum mensem retinere, *ibid.*

DICTATORIBUS ad tempus summa potestas apud veteres credebatur, *L. 1. pr. de offic. Praefect. Prætor.*

DIES.

DIES, more romano, à media nocte incipit, & sequentis noctis media parte finitur, *L. 8. de feriis* &c.

Cujusque DIEI major pars est horarum septem primarum diei, non supremarum, *L. 2. §. 1. de V. S.*

In DIEBUS *illud facito*, si nihil fuit adjectum, in biduo conditio est implenda, *L. 217. §. 1. eod.*

Præpositio DIEI & Consulis communis omnis rationis est, *L. 6. §. 6. de edendo.*

DIES *natalis* dicitur dies nativitatis, *L. 23. de annuis leg.*

DIES apposita ad conditionem implendam in persona heredis incipit currere à die aditæ hereditatis, *L. 46. de condit. & demonstr.*

DIES legati relicti servo legato cedit ab adita hereditate, *L. 17. quando dies legati* &c.

Si DIES apposita legato non est, præsens debetur aut confestim ad eum pertinet, cui datum est, *L. 21. pr. quando dies legatorum* &c.

DIES certa quamvis longa veluti calendis Ianuariis centesimis legato sit apposita, dies legati statim à morte testatoris cedit, sed ante diem peti non potest, *ibid.*

DIES celebratæ stipulationis expressus in stipulatione non facit censeri stipulationem esse in diem factam, ideo debitor eodem die potest conveniri, *L. 118. §. 1. de V. O.*

DIES termini computatur in termino, *L. 30. ad L. Iul. de adult.*

Intra DIEM mortis, vel testatoris, vel heredis quod aliquid fiat, si sit dictum, ipse quoque dies, quo is mortuus est, numeratur, *L. 133. de V. S.*

DIEM cedere, vid. *Cedere.*

Omnes DIES sunt juridici, *L. 7. C. de feriis* &c.

DIES festos majestati altissimæ dedicatos, nullis volumus voluptatibus occupari, nec ullis exactionum vexationibus profanari, *L. 11. pr. C. eod.*

DIES *intercalaris* non computatur in usucapionibus, quæ triennio expleri solent, nec in actionibus, quæ certo tempore finiuntur, veluti in plerisque ædilitiis actionibus, *L. 2. de diverſ. & tempor.*

DIES termini, si cadit in diem feriatum, debemus inspicere præcedentem diem non feriarum, *L. 2. in fin. C. de tempor. appell.*

DIES cœptus habetur pro completo in omnibus casibus, in quibus versatur favor, *L. 3. §. 3. de minor.*

DIES *dominicus.*

In DIE dominico emancipare ac manumittere licet, reliquæ vero causæ, vel lites quiescere debent, *L. 2. C. de feriis.*

DIE dominico nulla executio, admonitio, fidejussionis exactio, apparitio, advocatio, cognitio, subhastatio, controversiæ disceptatio fieri debet, *L. 11. C. eod.*

DIEBUS dominicis mercari, litigari, judicari, vel jurari non debet, sed de vespera in vesperam debent celebrari, *c.1. X. de feriis.*

DIEBUS dominicis & aliis præcipuis festivitatibus, sive inter Pascha & Pentecosten, genuum flexio nequaquam debet fieri, nisi aliquis ex devotione id velit facere in secreto, *c.2. §.1. X. eod.*

DIE dominico nihil aliud agendum est, nisi Deo vacandum, *c.16. dist.3. de consecr.*

DIEBUS dominicis, vel sabbatho Pentecostes, sacri ordines ab alio quam à Papa conferri non debent, *c.1. X. de tempor. ordinat.*

DIE dominico licet Episcopo virgines consecrare & ordines conferre, *ibid.*

DIETA.

Ultra duas DIETAS extra suam Diœcesin nemo citandus, *c. 7. X. de except.*

DIFFAMARI.

DIFFAMARI statum ingenuorum, seu errore, seu malignitate quorundam, periniquum est, *L. 5. C. de ingen. manum.*

Contra DIFFAMANTEM aliquem de servitute, potest Iudex ad instantiam diffamati, tempus illi præfigere, intra quod debeat agere, *ibid.*

DIFFERENTIA.

DIFFERENTIA inter vim & vim est, *c.6. X. de sponsal.*

DIFFERRE.

Non DIFFERENDARUM litium causa, sed tollendarum ad arbitros itur, *L.37. de recept. qui arbit.*

DIFFERRI non debet debiti solutio in tempus pubertatis prætextu ætatis pupilli debitoris, *L.4. C. de heredit. action.*

Cum mala puniri DIFFERUNTUR, ad iram Deus provocatur, *c.50. q.4. caus. 23.*

Nulla excusatione DIFFERRE debent, quæ juste definita sunt, *c.3. q.1. caus. 2.*

DIFFICILIS.

DIFFICILLIMOS nodos resolvere, & supervacuas distinctiones exulare, debet curare princeps, *L. 23. pr. C. ad SC. Vellej.*

DIFFICILE id Vasallus non faciat Domino, quod is sc. Dom. leviter poterat facere, *II. F. 6.*

DIFFICULTAS.

DIFFICULTAS præstationis in testamentis subducitur, & legatum firmum remanet, *L. 12. §.1. de legat. 1.*

DIFFICULTAS præstationis non facit inutilem stipulationem; *L. 2. §. 2. de V. O.*

DIFFICULTATIS causa ad incommodum promissoris, non ad impedimentum stipulatoris pertinet, *L. 137. §. 4. eod.*

DIGESTA.

DIGESTA habent centum quinquaginta millia versuum, & in septem partes dividuntur, *L.2. §.1. C. de veteri jure* &c. §.1. *Const. Tanta* &c.

Divisio DIGESTORUM in septem partes numerorum naturam & artem respicit, *ibid.*

DIGESTA s. Pandectæ libris quinquaginta constant, in quibus omne jus antiquum collectum est, *§. 4. Proœm. I.* & *d. L. 2. §. 9. C. de veteri jure* &c. & *§.1. Const. Tanta.*

DIGESTA confecta sunt per Tribonianum, Constantinum, Theophilum, Dorotheum, Anatolium, Cratinum, Stephanum, Mennam, Prosodocium, Eutholmium, Timotheum, Leonidem, Leontium, Platonem, Iacobum, Constantinum, Iohannem, *L.2. §.9. C. eod.*

DIGESTORUM s. Pandectarum libri, qui omnes disputationes & decisiones in se habent legitimas, & quod undique

dique fuit collectum, hoc in sinus receperunt, §. 1. *Const. Tanta.*

DIGESTA allegantur *II. F. 23.*

DIGITUS.

Si quis DIGITIS conjunctis nascatur, non videtur sanus esse, sed ita demum, si incommodatur ad usum manus, *L. 14. §. 6. de aedilit. edicto.*

DIGNITAS.

DIGNITAS consularis de patris potestate filium non liberat, *§. 4. quib. mod. jus patr. L. 1. §. ult. de SCt. Maced.*

DIGNITAS consularis solvit jus patriae potestatis, *Auth. Sed episcopalis. C. de Epist. & Cler.*

DIGNITAS senatoria non solvit patriam potestatem, §. 4. *quib. mod. jus patr.*

DIGNITAS episcopalis patriam potestatem tollit, *Auth. Sed episcopalis. C. de Episc. & Cler. Nov. 81. c. 3.* & *c. 13. X. qui filii sint legit.*

DIGNITAS urbicaria liberat à patria potestate, *Auth. Sed episcopalis. C. de Episc. & Cler.*

In DIGNITATUM feudo olim non erat successio, *I. F. 13.*

In feudis DIGNITATUM non succedit heres, nisi sit investitus, *I. F. 14. pr.*

DIGNITAS senatoria non amittitur adoptione inferioris dignitatis, *L. 6. §. 1. de Senator.*

Major DIGNITAS est in sexu virili, quam feminino, *L. 1. pr. eod.*

DIGNITATE spoliatus ad tempus finito tempore restituitur ad suam dignitatem, *L. 13. §. 1. de falsis.*

DIGNITAS clarissima non prodest, quamvis clarissimus conveniatur, *L. 1. C. ubi Senat. vel Clariss.*

Major DIGNITAS nulli debet circa prioris dignitatis, seu militiae privilegia praejudicium facere, *L. 3. C. de dignit. XII.*

Portae DIGNITATUM infamibus non pateant, *c. 88. de R. I. in 6.*

Nova DIGNITAS non debet in praejudicium aliarum dignitatum constitui, *c. 6. X. de consuetud.*

DIGNITATES & Praebendae non debent dividi, nec etiam permutari, *c. 8. X. de praebend. & dign.*

DIGNUS.

DIGNUS quilibet praesumitur, qui nescitur indignus, *c. un. X. de servt. in ordin. faciend.* & *L. 20. de manumiss. testam.*

DIGNIUS non continetur sub minus digno, *L. 45. pr. de legat. 2.*

DIGNUS quinam feudo, *II. F. 6.*

DILAPIDATOR.

DILAPIDATOR rerum ecclesiasticarum suspectus non statim removetur, sed datur ei coadjutor cum prohibitione alienandi quocunque modo, usque ad discussionem facti, *c. 37. X. de offic. & potest. Delegat.*

DILATIO.

DILATIO prorogatur propter impedimenta, *L. 13. §. 7. de excus.*

DILATIO alia non est danda post primam dilationem, nisi causa cognita, *L. 7. de feriis* &c.

In pecuniariis causis omnis DILATIO singulis causis plus semel tribui non potest, *L. 10. de feriis.*

In capitalibus Reo tres DILATIONES, accusatori duae dari possunt, sed utrumque, causa cognita, *ibid.*

DILATIONES potest dare Iudex ex causa, ut si instrumenta litis apud eos esse dicantur, qui reipubl. causa absunt, vel cum pater litigator filium, vel filiam, vel uxor virum, vel filius parentem amisit per mortem, *L. 36. pr. de judic.*

DILATIO non debet dari argentario vel tutori, aut debitori, nisi ex justa causa, scilicet, ut ex provincia libri afferantur, *L. 45. pr. & §. 1. eod.*

DILA-

DILATIO nulla in crimine adulterii danda est, nisi ut personæ exhibeantur, aut judex ex qualitate negotii motus, hoc causa cognita permiserit, *L. 41. ad L. Iul. de adult.*

DILATIONES tres dantur successive dicenti se velle allegare, quibus elapsis judex debet ferre sententiam juri conformem, *Auth. Iubemus* &c. *C. de judiciis.*

DILATIO viginti dierum, quæ datur Reo ad deliberandum, non potest minorari, sicut nec decem dies, qui dantur ad appellandum, nec annus, qui datur ad exercendam appellationem, *Auth. Offeratur. C. de litis contest.*

DILATIO probatoria danda est, & moderanda secundum locorum distantiam, neque est in potestate judicis dare, vel denegare, *L. 1. C. de dilation.*

DILATIO trium mensium datur ad producendum testes & instrumenta, quando testes & instrumenta sunt in eadem provincia, in qua lis est, sed quando sunt in continentibus provinciis, dantur sex menses, sed quando sunt ultra mare, dantur novem menses, *ibid.*

Nec de statu ac patrimonio litigantibus in transmarina etiam DILATIONE mensium novem spatia egredi concedatur, *L. 7. C. eod.*

DILATIONES non nisi causa cognita à Iudice dandæ, *c. 4 §. 3. q. 3. caus. 3.*

Si DILATIONES Procuratori generali denegantur ad consulendum dominium ex causa probabili absentem, poterit Procurator appellare, *c. 11. X. de Procurat.*

Præsumitur contra illum, qui DILATIONIBUS subterfugit judicium, *c. 4. X. de præsumpt.*

DILECTIO.

DILECTIO valida est, ut mors, *c. 4. dist. 2. de pœnit.*

DILECTIO virtuti mortis comparatur, quia nimirum mentem, quam semel ceperit, à delectatione Mundi funditus occidit, *ibid.*

DILIGENTIA.

DILIGENTIA sua nemini debet esse damnosa, *L. 25. §. 6. locati* &c.

Qui eam DILIGENTIAM in deposito non præstat, quam in suis rebus, dolum committit, *L. 32. deposit.*

Qui DILIGENTIAM non adhibet, quam debet, in culpa est, *c. 8. X. de homicid.*

Qui DILIGENTIAM in factis suis adhibet, licet aliquid sinistrum eveniat, ei non est imputandum, *c. 19. X. eod.*

DILIGERE.

Omnis, qui non DILIGIT, in morte manet, *c. 37. dist. 1. de pœnit.*

Quid sit DILIGERE Deum, fuse explicatur *c. 5. §. 2. dist. 2. de pœnit.*

Quod quis non eligit, nec optat, profecto non DILIGIT, quod autem non *diligit*, facile contemnit, *c. 4. §. 1. q. 3. caus. 20.*

DIMINUTUM.

DIMINUTUM dicitur, quod usucaptum est, & ob id de hereditate exiit, *L. 21. de hereditat. petit.*

DIMITTERE.

DIMITTENS eam, quam retinere non potest, non videtur esse in culpa, *L. 11. §. 13. ad L. Iul. de adult.*

DIMITTERE vir uxorem non potest, excepta fornicatione, *c. 21. q. 2. caus. 27.*

Qui fornicatur, fornicationis causa uxorem suam DIMITTERE non potest, *c. 1. q. 6. caus. 32.*

Qui ob fornicationem uxorem DIMITTIT, & aliam ducit, mœchari probatur, *c. 10. q. 7. caus. 32.*

DIMITTERE sterilem uxorem, & causa fœcunditatis aliam ducere alicui non licet, *c. 27. q. 7. caus. 32.*

Non

Non cogatur legitimam DIMITTERE uxorem, qui nesciens dormivit cum ejus sorore, *c. 6. q. 1. caus. 34.*

Licite DIMITTITUR uxor, quæ virum suum cogere quærit ad malum, *c. 5. q. 1. caus. 28.*

Si Gentilis gentilem uxorem DIMISERIT ante Baptismum, post Baptismum in potestate ejus erit eam habere, vel non habere, *c. 2. q. 1. caus. 28.*

DIMISSAM à viro ducens mœchus est, *c. 6. q. 7. caus. 32.*

DIOECESIS.

Sunt quædam DIOECESES, quæ certis limitibus distinctæ sunt, hæ nullo modo præscribi possunt, *c. 5. q. 3. caus. 16.*

DIOECESES non habeant Episcopum, quæ nunquam habuerunt, *c. 50. q. 1. caus. 16.*

Nihil de jure suæ DIOECESIS Episcopi præsumant auferre, *c. 60. q. 1. caus. 16.*

DIPLOMA.

Qui falso DIPLOMATE al. *duplomate* usus est, pro admissi qualitate gravissime puniendus est, *L. 27. §. 2. de L. Corn. de falsis.*

DIRECTARIUS.

DIRECTARII, al. *derectarii*, h. e. hi, qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo, plus quam fures puniendi sunt, *L. 7. de extraordin. crimin.*

DIRIMERE.

Error conditionis DIRIMIT matrimonium jam contractum, *c. 4. X. de conjugio servor.*

DIRIMITUR matrimonium inter baptizatum & levantem vel ejus uxorem ante cognitam, *c. 1. de cognatione spirituali.*

Ancillam in matrimonio susceptam viro DIMITTERE non licet, *c. 2. q. 2. caus. 29.*

Sua autoritate domini non DIRIMANT legitima servorum conjugia, *c. 8. ead.*

DISCEPTARE.

Iure DISCEPTARE, est juste judicare, *c. 10. X. de V. S.*

DISCEPTARE non debemus curiose de his, quæ non multum expediunt, *c. 1. de renunciat. in 6.*

DISCERE.

DISCERE prius quisque debet, antequam doceat, *c. 3. dist. 61.*

DISCIPLINA.

DISCIPLINA non est servanda sine misericordia, nec misericordia sine *disciplina*, *c. 9. dist. 45.*

Qui fines DISCIPLINAE excedit, in culpa est, *c. 7. X. de homicid.*

DISCIPLINA invigilet officio nominis, *c. 35. pr. q. 4. caus. 23.*

DISCIPULUS.

Magister DISCIPULUM, causa correctionis, verberare potest, *c. 1. X. de sentent. excommun.*

Miserum est eum, qui nunquam DISCIPULUS fuit, Magistrum fieri, *c. 4. dist. 61.*

DISCIPULI Christi ejus Baptismate creduntur abluti, *c. 147. dist. 4. de consecrat.*

DISCORDIA.

DISCORDIAM plerumque pariunt novitates, *c. 9. X. de consuetud.*

Inexpiabilis & gravis culpa DISCORDIAE ne passione purgatur, *c. 3. dist. 90.*

DISCRETIO.

DISCRETIO est mater omnium virtutum, *c. 3. q. 5. caus. 1.*

DISCRETIONE si Sacerdos caruerit, tamquam torto naso, Sacerdotalis officii judicatur indignus, *c. 5. §. pariter. dist. 43.*

Qui DISCRETIONE carent, suffragium in electione non habent, *c. 32. de elect. in 6.*

DISCVSSOR.

Quoties DISCVSSOR non probaverit discussionem à se cum fide, recteque factam esse, eodem ipse titulo urgeatur, quo alterum gravavit, *L. 1. C. de Discussor. X.*

DISCVSSOR rationum seu rerum ad civitates pertinentium à solo Principe mittebatur, non à P. Prætorio, non à Comite largitionum, aut privatarum, aut a Præside, *L. 4. C. eod. Nov. 128. c. 8.* vers. *Singulis autem.*

DISIVNCTA.

DISIVNCTA interdum pro conjunctis accipiuntur, *L. 53. pr. de V. S.*

DISIVNCTA sunt, veluti cum dicimus, *aut dies aut nox est*, quorum posito altero, necesse est, tolli alterum; Item sublato altero, poni alterum, *L. 124. eod.*

DISIVNCTIVA.

In DISIVNCTIVIS s. alternativis debitoris est electio & sufficit alterum adimpleri, *c. 70. de R. I. in 6.*

DISIVNCTIVA posita inter personas honoratas, vel gravatas favore pupillorum, tam in contractibus, quam in ultimis voluntatibus, resolvitur in conjunctivam, *L. 4. C. de V. S.*

DISIVNCTIVA posita inter res non resolvitur in conjunctivam, *ibid.*

DISIVNCTVS.

DISIVNCTI verbis tantum, sed re conjuncti dicuntur legatarii, quibus ita relinquitur, Sejo Stichum hominem lego, Titio Stichum hominem lego; Sed *disjuncti* re, & verbis dicuntur, quando ita legatur, lego Titio dimidiam servi, Sejo lego dimidiam ejusdem servi, *§. 8. de legatis.*

DISPENDIVM.

DISPENDIVM sumitur pro damno & incommodo, *L. 31. pr. de A. E. & V.*

DISPENDIVM grave non debet venire ex levi compendio, *c. 24. in fin. X. de accus.*

DISPENDIA litium debent Iudices ex æquitate coarctare, *c. 3. de rescript. in 6.*

DISPENSARE.

DISPENSARE potest Papa contra jus, *c. 4. X. de conc. Præbend.*

Episcopus potest cum Clericis in adulteriis, & aliis criminibus minoribus deprehensis DISPENSARE post peractam pœnitentiam, *c. 4. §. de adulteriis* &c. *X. de Iudic.*

Circa crimen usurarum DISPENSARI non potest, *c. 4. X. de usuris.*

DISPENSATVR cum Clerico in casuali homicidio, ut in suscepto ordine maneat, *c. 37. dist. 50.*

DISPENSATIO.

Nulla DISPENSATIO adversus Ius naturale admittitur, nisi forte duo mala ita urgeant, ut alterum eorum necesse sit eligi, in *pr. dist. 13.*

DISPENSATIO revocari non debet, *c. 9. X. de filiis Presbyter.* &c.

DISPENSATIO locum non habet contra matrimonium, *c. 11. X. de Procurat.*

DISPENSATIONEM non inducit ignorantia crassa & supina, *c. 1. X. de ordinat. ab Episcopo* &c.

DISPENSATOR.

Potest aliquis DISPENSATOR non esse servorum urbanorum numero, veluti is, qui rusticarum rerum rationes dispenset, ibique habitet, non multum abest à villico, *L. 166. pr. de V. S.*

DISPENSATORI, qui ignorante debitore remotus est ab actu, recte solvitur, ex voluntate enim domini ei solvitur, *L. 51. de solution.*

DISPENSATOR insularius servorum urbanorum numero est, *L. 166. pr. de V. S.*

DISPLICERE.

DISPLICERE amplius non poteſt, quod ſemel placuit, certis in caſibus, *c. 12. X. de renunciat.*

DISPONERE.

DISPONERE poteſt de rebus ſuis vidua, ſive Diaconiſſa, vel virgo Deo dicata, vel ſanctimonialis mulier, ſive quocunque alio nomine religioſi honoris, vel dignitatis fœmina nuncupata, pro monaſterio, vel pauperibus de Iure Codicis, *L. 13. C. de Sacroſanct. Eccleſ.*

DISPOSITIO.

DISPOSITIO reſpiciens ſolam autoritatem defuncti, non commodum alterius, non jure actionis, ſed officio judicis effectui demandantur, *L. 7. de annuis legat.*

DISPOSITIO teſtatoris quando ex aliqua cauſa commutatur in aliam, in diſpoſitione commutata non intelligitur repetita pœna, quæ erat in prima, *L. 27. de condit. & demonſtr.*

DISPOSITIO ultimæ voluntatis libera debet eſſe, poſtquam jam aliud non poſſit, *L. 1. C. de ſacroſanct.*

DISPVNGERE.

DISPVNGERE eſt conferre accepta & data, *L. 56. pr. de V. S.*

DISPVTARE.

DISPVTARE de principali judicio non oportet, ſacrilegii enim inſtar eſt, dubitare, an is dignus ſit, quem elegerit Imperator, *L. 3. C. de crimine ſacrilegii.*

Publice poteſt DISPVTARI ſuper dictis teſtium, cum fuerint publicata, *c. 15. X. de teſtibus.*

Laici, qui publice vel occulte DISPVTANT de fide catholica, excommunicati debent, *c. 2. §. 1. de hæreticis in 6.*

DISSENSVS.

DISSENSVS vitiat ſtipulationem, ſed non judicium, etiamſi conſtet de *diſſenſu, L. 83. §. 1. de V. O.*

DISSENTIRE.

Qui ſibimet DISSENTIVNT, non agunt Concilium, quia non conſentiunt in unum, *c. 1. §. 7. diſt. 15.*

DISSOLVERE.

Nihil tam naturale eſt, quam eo genere quidque DISSOLVERE, quo colligatum eſt, *L. 35. de R. I.*

DISSOLVVNTVR ſponſalia de futuro, ſi ſponſi ſe diſſolvunt, etiamſi fuerint jurata, *c. 2. X. de ſponſal.*

DISSOLVVNTVR ſponſalia, etiam jurata, per ſecunda ſponſalia de præſenti, non autem per ſecunda de futuro, *c. 22. X. eod.*

DISTARE.

DISTARE nihil videtur, quod ſex menſibus tantum diſtat, quod intra ſemeſtre fieri poteſt, *L. 17. pr. de excuſ.*

DISTRIBVTIO.

DISTRIBVTIONES quotidianæ ſolum reſidentibus in Eccleſiis, & his, qui interſunt horis Canonicis exhiberi debent, *c. 32. X. de præbendis* &c.

DISTRIBVTIONES pro defunctorum animabus, non dentur niſi præſentibus, alioquin non facient ſuas, excipiuntur illi, quos infirmitas, ſed juſta & rationabilis corporis neceſſitas, aut evidens Eccleſiæ utilitas excuſant, *C. un. de Cler. non reſid. in 6.*

DIVERSITAS.

DIVERSITAS factorum exigit diverſitatem pœnarum, *L. 48. ad L. Aquil.*

DIVERSITAS nominum non immutat rei ſubſtantiam, *c. 13. pr. X. de hæret.*

DIVERSITATEM corporum, *diverſitas* ſæpe ſequitur animorum, *c. 5. X. de conceſſ. præbenda* &c.

DIVERSORIVM.

Si DIVERSORIVM fuit conductum, tacita conventio de invectis illatis

locum habet, *L. 3. in quibus causis pign.*

DIVES.

DIVITES utantur superfluis, dent inopibus necessaria, utantur pretiosis, dent pauperibus vilia, *c. 3. dist. 41.*

Non cogantur DIVITES pauperum cibis vesci, *ibid.*

DIVITES & non pauperes sunt eligendi ad officia civitatis, *L. 45. C. de Decurion. X.*

DIVIDERE.

DIVIDI possunt feuda non regalia, *II. F. 55. §. 1.*

Non DIVIDATUR Principatus vel Comitatus, *ibid.*

DIVIDERE hereditatem paterfamilias in tot partes potest, quot voluerit, *L. 13. §. 1. de hered. instit.*

Ipso jure DIVISA sunt nomina inter heredes, *L. 6. C. famil. ercisc.*

DIVIDENDA veniunt post mortem illa, quæ non sunt divisa in vita, *L. 32. famil. ercisc.*

Major DIVIDIT, minor eligit, *c. 1. X. de Paroch.*

Continentia causæ DIVIDI non debet, *c. 1. X. de sequestr.*

Quod pro DIVISO nostrum est, id non pars, sed totum est, *L. 25. §. 1. de V. S.*

DIVINARE.

DIVINARE non debet ille, qui cum tutore contrahit, an tutor sit solvendo, nec ne, *L. 4. §. 23. de doli mali except.* &c.

DIVINANDI curiositas perpetuo omnibus sileat, *L. 5. C. de malefic.*

DIVINATIO.

Nunquam DIVINATIO in scripturis in bonam partem accipitur, *c. 24. q. 1. caus. 1.*

Non est augurium in Iacob, neque DIVINATIO in Israel, *ibid.*

Genus DIVINATIONIS à Persis fertur allatum, *c. 1. pr. q. 3. caus. 26.*

Varro dicit DIVINATIONIS quatuor esse genera, *Terram, Aquam, Aerem* & *Ignem*, *c. 1. §. 1. ead.*

Duo sunt genera DIVINATIONIS, *ars*, & *furor*, *c. 1. §. 2. ead.*

Qui DIVINATIONES expedit, quinquennio pœniteat, *c. 2. q. 6. caus. 26.*

DIVINUS, *a, m.*

DIVINIS negotiis non debet se implicare sæcularis, *c. 6. dist. 96.*

DIVINA lex præcipit, ut: Diliges Dominum Deum tuum, *c. 4. dist. 3.*

DIVINA lex *Fas* est, *c. 1. §. 1. dist. 1.*

DIVINAE res perfectissimæ sunt, in humana vero conditione nihil est, quod perpetuo stare possit, *L. 2. §. 18. C. de veteri jure* &c.

Quod DIVINI juris est, id nullius in bonis est, *§. 7. de R. D.*

DIVISIO.

Ea, quæ in nominibus sunt, DIVISIONEM non recipiunt, *L. 6. C. famil. ercisc.*

DIVISIO hereditatis non requirit scripturam, *L. 12. C. eod.*

DIVISIONEM bonorum à patre qualitercunque & minus solenniter factam inter liberos arbiter familiæ sequi debet, *L. 16. C. eod.*

Præsentium DIVISIO absentibus & ignorantibus non nocet, *L. 17. C. eod.*

DIVISIO bonorum hereditariorum si sit facta per Iudicem duobus filiis heredibus ab intestato, quorum uni si sint evicta, tenetur alius de evictione, actione præscriptis verbis, *L. 14. C. eod.*

DIVISIONE facta à patre de hereditate sua inter filios, ipsi non possunt agere de evictione contra reliquos filios, secus in divisione facta per Iudicem, vel per partes, *L. 21. C. eod.*

DIVISIO à patre facta de hereditate sua inter filios suos heredes, & emancipatos valet, etiam si sit imperfecta, vel

vel ex testamento minus solenni, *L. 26. C. eod.*

DIVISIONEM factam inter fratres non instrumentis, sed aliis probationibus si constet, stari debet omnino tali divisioni, nisi beneficio restitutionis rescindatur, *L. 4. C. communi divid.*

DIVISIO prædiorum vicem emptionis obtinet, *L. 1. C. communia utriusque judicii* &c.

DIVISIO facta à Iudice incompetenti potest validari partium consensu, *L. 2. C. eod.*

DIVISIO non cadit, ubi non est communio, *L. 9. C. eod.*

DIVISIO possessionum ita debet fieri, ut integra apud successorem unumquemque servorum adscriptitiæ conditionis, vel inquilinorum proximorum agnatio, vel affinitas permaneat, *L. 11. C. eod.*

DIVISIONIS beneficium competens pluribus fidejussoribus vel constituentibus fuit concessum ex epistola D. Hadriani, *L. 3. C. de constit. pec.*

In DIVISIONE non est necessaria auctorantis subscriptio, *L. 20. de autorit. tut.*

DIVISIO inter pupillos fieri potest, *ibid.*

DIVISIO patris inter filios habet vim ultimæ voluntatis, non vim simplicis donationis, *L. 20. §. 3. familiæ ercisc.*

Si DIVISIO in judicio famil. ercisc. vel communi divid. tam difficilis sit, ut pene impossibilis videatur, potest Iudex uni totam rem adjudicare condemnando eum præstare dimidiam partem rei in pecunia coheredi, *L. 55. eod.*

DIVISIO si consensu partium fuerit facta judicio pendente, illa non rescinditur, nisi beneficio minoris ætatis, *L. 57. eod.*

DIVISIONEM tam labor quam pecunia recipiunt, *L. 10. pr. de annuis legat.*

Ex DIVISIONE si feudum ad aliquem perveniat, succedunt prius, qui ex illa linea sunt, *II. F. 50.*

Ad DIVISIONEM provocare potest de re communi investitus, *II. F. 58. c. 2.*

Adversus DIVISIONEM inæqualem Iure feudali quadragenaria tantum præscriptio valet. *II. F. 58. c. 2.*

DIVITIAE.

DIVITIIS propriis studere, est ignominia Sacerdotis, *c. 71. pr. q. 2. caus. 12.*

DIVITIAE sunt lutum, *c. 71. §. 1. ead.*

DIVITIAS injuste possidet, qui ipsis male utitur, *c. 11. q. 4. caus. 14.*

DIVORTIVM.

DIVORTIVM inter virum & uxorem fieri dicitur, *L. 101. §. 1. de V. S.*

Inter DIVORTIVM & repudium hoc interest, quod repudiari etiam futurum matrimonium potest, non recte autem sponsa divortisse dicitur, *L. 191. eod.*

DIVORTIVM ex eo dictum est, quod in diversas partes eunt, qui discedunt, *eod.*

DIVORTIVM non est verum, nisi quod animo perpetuam constituendi discessionem fit, *c. 21. dist. 1. de pœnit.*

DIVORTIO facto manet vinculum conjugale, *c. 28. q. 7. caus. 32.*

Post DIVORTIVM cum sua coiens adulterium committit, *ibid.*

DIVORTIVM non fit propter furtum, vel simile, sed ob infidelitatem, vel adulterium commissum, *c. 2. X. de divort.*

Fornicatio carnalis & spiritualis DIVORTIVM causat, *c. 5. pr. & §. 1. q. 1. caus. 28.*

DIVORTIO dirimitur matrimonium, *L. 1. de divortiis* &c.

DIVORTIVM vel à diversitate mentium dictum est, vel quia in diversas par-

partes eunt, qui distrahunt matrimonium, *L. 2. pr. eod.*

DIVORTIUM non est, nisi verum, quod animo perpetuam constituendi dissensionem fit, *L. 3. eod.*

Nullum DIVORTIUM ratum est, nisi septem Civibus Romanis puberibus adhibitis, præter libertum ejus qui divortium faciet, *L. 9. eod.*

DIVORTIUM verum non est, quando uxor calore iracundiæ misso repudio brevi reversa est, *L. 3. eod.*

DIVORTIUM qui parat, videtur fateri esse matrimonium, *L. 4. eod.*

Si pater causam DIVORTII præstiterit, apud matrem ad secundas nuptias non venientem liberi nutriantur patris expensis, *Auth. Si pater, C. divortio facto* &c.

DIVORTIUM filiæ in potestate matris non est, *L. 4. C. de repudiis* &c.

DIVORTII causæ ad amittendum feudum, *II. F. 24. §. 2.*

DIUTURNITAS.

Ex DIUTURNITATE temporis præsumitur solennitatem requisitam fuisse observatam, *L. 6. §. 3. de acquir. vel omitt. hered.*

DOCERE.

Discere prius quisque debet, antequam DOCET, *c. 3. dist. 61.*

Pro DOCENDI licentia pecunia exigi non debet, etiamsi habeat consuetudo, *c. 3. X. de Magistr.*

DOCERE debet idoneus, *c. 1. X. eod.*

Mulier in conventu viros DOCERE non permittitur, *c. 29. dist. 23.*

Ad DOCENDUM liberalia studia non debet quis admitti, nisi prius fuerit approbatus, atque examinatus in moribus, & scientia, & alia habuerit, quæ requiruntur in actu doctorandi, *L. 7. C. de Professoribus* &c. *X.*

DOCENDO quis docetur, *L. 7. C. de excusat. artificum X.*

In DOCENTE exigitur solertia, & etiam fides, & scientia, *L. 57. de V. S.*

DOCENTES primas literas pueris non habent vacationem munerum, *L. 11. §. 4. de muner.*

DOCTOR.

DOCTORES legum excellere oportet moribus primum, deinde facundia, *L. 7. C. de Profess. & med. X.*

DOCTORES legum una cum uxoribus & filiis, nec non & rebus, quas in civitatibus suis possident, ab omni functione & ab omnibus muneribus immunes sunt, *L. 6. C. eod.*

DOCTORES in provinciis nec hospites recipere, nec ullo fungi munere tenentur, *d. L. 6. C. eod.*

DOCTORES legum in aliquo præsidatu docentes remissionem non habebunt, Romæ autem docentes, à tutela & cura remittuntur, *L. 6. §. 12. de excusation. tut.*

DOCTORES possunt docere discipulos in locis privatis, nisi sint *Doctores* de numero eorum, qui sunt deputati ad legendum omnibus, qui volunt eos audire, quia illi non possunt, & si faciant, perdunt salarium, & privilegia, quæ habent, eo quod publice non legunt, *L. un. C. de studiis liberal. XI.*

DOCTORES & Magistri, qui studia literarum, liberaliumque artium dogmata assidue doceant, ubique sunt constituendi, *c. 12. dist. 37.*

DOCTOR pro ingenio discentium moderetur verba doctrinæ, *c. 12. q. 1. caus. 8.*

DOCTORES Scholares pauperes gratis doceant, *c. 1. X. de Magistris* &c.

DOCUMENTUM.

DOCUMENTA idem sunt, quod instrumenta, quia veritatem docent, *Nov. 2. c. 5.*

DODRANS.

DODRANS idem est, quod novem unciæ,

ciæ, i. e. dempto quadrante ex asse, §. 5. *de hered. instit.*

DOLIVM.

DOLIA sunt, quæ ad quemlibet usum sunt apta, *L. 206. de V. S.*

DOLON.

DOLON, in Florentinis legitur *dolor*, dicitur flagellum, intra cujus virgam latet pugio, *L. 52. §. 1. ad L. Aquil. L. 1. §. 7. si quadrup. paup.*

DOLOR.

DOLOREM justum temperare difficillimum est, *L. 38. §. 8. ad L. Iul. de adult.*

DOLOR justus excusat quem à pœna, *L. 4. C. ad L. Iul. de adult.*

DOLVS.

Ne DOLVS præstetur, si convenerit, non valet, *L. 23. de R. I.*

Semper, qui DOLO fecit, quominus haberet, pro eo habendus est, ac si haberet, *L. 157. §. 1. de R. I.*

DOLO facit, qui petit, quod reddirurus est, *L. 173. §. 3. eod.*

Nemo videtur DOLO exsequi, qui ignorat causam, cur non debeat petere, *L. 177. §. 1. eod.*

Non potest DOLO carere, qui imperio Magistratus non paruit, *L. 199. eod.*

DOLVS bonus est fraudem excludere, *L. 77. §. 31. de legat. 2.*

DOLVS abest, ubi justa causa reperitur, *II. F. 52. c. f.*

DOLI capax major ætas, *II. F. 26. c. 4. §. 8.*

DOLVM malum *Servius* ita definit, machinationem quandam alterius decipiendi causa, cum aliud simulatur, & aliud agitur, *L. 1. §. 2. de dolo malo.*

DOLVM malum *Labeo* autem sic definiit, esse omnem calliditatem, fallaciam, machinationem ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam, *ibid.*

DOLVM bonum veteres pro solertia accipiebant, maxime, si adversus hostem latronemve quis machinetur, *L. 1. §. 3. eod.*

DOLVS solius fidejussoris non perpetuat obligationem ejus, sed parit actionem de dolo, *L. 19. eod.*

Cujus DOLO effectum est, ut lis temporibus legitimis transactis pereat, tunc judicium de dolo datur, *L. 18. §. 4. eod.*

Si duo DOLO malo fecerint, invicem de dolo non agent, *L. 36. eod.*

DOLVS non purgatur casu, *L. 16. de noxal. action.*

DOLO si quis desiit possidere, tenetur ipse, etiamsi in alium sit regressus, & uno electo alter liberatur, *L. 24. eod.*

DOLI verbum etiam ad eum, qui recepit, referendum est, ut non alius teneatur, nisi qui dolo malo fecerit, *L. 5. pr. de servo corrupto.*

DOLO facere videtur, qui id, quod potest restituere, non restituit, *L. 8. §. 9. mandati* &c.

DOLVS est, si quis nolit persequi, quod persequi potest, aut si quis non exegerit, quod exigere potest, *L. 44. eod.*

Ex DOLO suo conventus non habet regressum contra socios suos, quia ex dolo suo pœnam patitur, *L. 1. §. 14. de tutel. & rationib.*

Vnusquisque DOLI sui pœnam debet subire, *L. 15. eod.*

DOLO malo habere non videtur, qui suo jure utitur, *L. 3. §. 2. de homine libero exhib.*

DOLVS quando purgatur per actionem ex contractu, datur actio contra heredem etiam ante litis contestationem, *L. 121. §. 3. de V. O.*

DOLI mali mentio fit in edicto *vi bonorum raptorum*, & vim in se habet, nam qui vim facit, dolo malo facit, non tamen qui dolo malo facit, utique

que & vi facit, *L. 2. §. 8. de vi bonor. rapt.*

DOLVS habet in se, & vim, & sine vi, si quid callide admissum est, æque continebitur, *ibid.*

In Lege Cornelia DOLVS pro facto accipitur, nec in hac lege culpa lata pro dolo accipitur, *L. 7. ad L. Cornel. de sicar.*

Hæc verba, *Cui rei* DOLVS *malus aberit, absuerit*, generaliter comprehendunt omnem dolum, quicunque in hanc rem admissus est, de qua stipulatio est interposita, *L. 69. de V. S.*

DOLO adversarii deceptus si quis vendiderit prædium, officio judicis rescinditur venditio, *L. 5. C. de rescind. vend.*

DOLVS est contrarius bonæ fidei, *ibid.*

DOLVS abest, ubi est consensus & conscientia, *L. 11. pr. C. eod.*

DOLVM ex indiciis perspicuis probari convenit, *L. 6. C. de dolo malo.*

DOLO facere videtur dominus, qui servum intricare peculium patitur, *L. 21. pr. de peculio.*

Ex DOLO tutoris, & curatoris, procuratoris, & breviter gestoris, quis tenetur, quatenus locupletior factus est, *d. L. 21. §. 1. eod.*

Ex DOLO venditoris emptor non tenetur, nec heres, vel alius successor, nisi in id, quod ad se pervenit, *L. 21. §. 2. eod.*

DOLO desiisse possidere præsumitur in dubio, nisi contra probetur, *L. 17. de except. rei judic.*

An DOLO quid factum sit, ex facto intelligitur, *L. 1. §. 2. de doli mali* &c. *except.*

DOLVS committitur tam in contractibus, quam in testamentis, quam in Legibus, *L. 1. §. 3. eod.*

DOLO facit, quicunque id, quod quaqua exceptione elidi potest, petit, *L. 2. §. 5. eod.*

DOLO facere videtur quis in petendo nunc, quod petere non debeat, licet inter initia nihil dolo malo fecerit, quia ignoravit, nisi in eo sit talis ignorantia in petendo illud, ut dolo careat, *ibid.*

In DOLO censetur ille, qui fraudulose tacet, *L. 4. pr. eod.*

DOLVS emptoris qualitate facti, non quantitate pretii æstimatur, *L. 10. C. de rescind. vendit.*

DOLVS cum *dolo* compensatur, *L. 3. §. 3. de eo, per quem factum erit, quo minus* &c.

DOLVS tertii contractum non vitiat, sed dolus contrahentium si dedit causam contractui bonæ fidei, illum reddit ipso jure nullum, secus si incidit in contractum, *L. 7. pr. de dolo malo.*

DOLVS patris nocet filiæ, quæ causam lucrativam habet ex ejus dolo, *L. 49. §. 1. de soluto matrim.*

DOLVM malum abesse in contractu venditionis videtur tacite promitti, *L. 6. §. 9. de A. E. V.*

Si DOLO malo aliquid fecit venditor in re vendita, ex empto, eo nomine, actio emptori competit, *L. 6. §. 8. eod.*

DOLVS quando dat causam contractui, contractus est ipso jure nullus, *L. 3. §. 3. pro socio.*

Quod quis mandato facit Iudicis, DOLO facere non videtur, cum habeat parere necesse, *c. 24. de R. I. in 6.*

Scienti & consentienti non fit injuria neque DOLVS, *c. 27. eod.*

DOLO facit, qui petit, quod restituere oportet eundem, *c. 59. eod.*

DOLVS unius aliis imputari non debet, *c. 37. de elect. in 6.*

DOLVM vel fraudem in actibus suis Ecclesia non debet adhibere, *c. 5. X. de donat.*

DOLVS non præsumitur committi circa medica, *c. 8. X. de crimine falsi.*

DO-

DOMESTICVS.

Pro DOMESTICIS suis Vasallus curet, ne Dominum offendant, aut satisfaciat, *II. F. 55.*

DOMESTICI ac Protectores Principis salutantes Vicarios & Præfectum, ipsos osculari possunt, *L. 1. C. de domesticis* &c. *XII.*

Si DOMESTICVS, vel protector ante finitum officium decesserit, heres ejus salarium totius anni ac etiam subsequentis percipiet, *L. 4. C. eod.*

DOMICILIVM.

DOMICILIVM in Italia habentes, à rerum provincialium administratione excusantur, *L. 19. de excus.*

Ad aliud DOMICILIVM à Principe sciente translatus, intelligitur liberatus ab oneribus primi domicilii, & tutelis ibi gerendis, *L. 12. §. 7. de excusat.*

DOMICILIVM quis habere potest in duobus locis, *L. 11. de Senator.*

DOMICILIVM novum quæritur propter dignitatem, & non mutatur originale, *ibid.*

DOMICILIVM habere quis dicitur ibi, ubi ratione domicilii habet judicem, *L. 19. §. 2. de judiciis.*

DOMICILIVM Scholares non dicuntur constituere, ubi student, nisi decem annis steterint, vel alia ratione constiterint, *L. 2. C. de incolis* &c. *L. 5. §. 5. de injuriis.*

Non potest quis DOMICILIVM ubique habere, i. e. per omnes villas suas, *d. L. 5. §. 5. eod.*

DOMICILIVM in pluribus locis habere, non est à jure diffonum, *L. 5. ad municipal.*

DOMICILIVM constituitur facto & animo, *L. 4. eod.*

DOMICILIVM naturale nativitatis propriæ mutari non potest, *L. 6. pr. eod.*

DOMICILIVM patris non sequitur filius ex constitutione patris, *d. L. 6. §. 1. eod.*

DOMICILIVM in duobus locis potest quis habere, si utrobique ita se instruxerit, ut non ideo minus apud alios se collocasse videatur, *L. 6. §. 2. eod.*

DOMICILIVM mutandi animus præsumitur statim, quod quis recedit cum rebus suis, *ibid.*

DOMICILIVM patronorum libertini sequuntur, *L. 6. §. 3. eod.*

DOMICILIVM re & facto transfertur, non nuda contestatione, *L. 20. eod.*

DOMICILIVM facit incolas, *ibid.*

DOMICILIVM, ubi volumus, habere possumus, *L. 31. eod.*

DOMICILIA sunt libera, nisi in casibus exceptis, *ibid.*

DOMICILIVM suum desponsata ante nuptias contractas non mutat, *L. 32. eod.*

DOMICILIVM dignitatis Senatores in sacratissima urbe habent, *L. 8. C. de incolis X.*

DOMICILIVM non facit sola habitatio, vel domus, sine privilegio civitati dato, aut laribus non translatis, *L. 3. & 4. C. eod.*

Si DOMICILIVM in patria uxoris tuæ, vel qualibet alia defixisti, incolatus jure ultro te ejusdem civitatis muneribus obligasti, *L. 5. C. de incolis* &c. *X.*

Ratione DOMICILII forum quis sortitur, *c. 20. X. de foro comp.*

DOMINATIO.

DOMINATIONIS, propinquitatis & familiaritatis affectio, veritatem impedire solet, *c. 12. q. 5. caus. 3.*

DOMINIVM.

DOMINIVM directum qua ratione possit vendi, *II. F. 34. §. 1.*

DOMINII directi pars rustico potest alienari, *ibid.*

DOMINIA sunt distincta de jure gentium, *L. 5. de I. & I.*

DOMINIUM fœtus gregis pendere dicitur, non quod nullius sit, sed ideo, quia proprietarii non sit, donec à fructuario summissus non sit fœtus in locum prioris gregis demortui, *L. 70. §. 1. de usufr.*

Locus serviens non est in ejus DOMINIO, cui servitus debetur, sed jus eundi habet, *L. 4. pr. si servitus vindic.*

DOMINIUM unius rei non potest esse in solidum penes duos, neque possessio, *L. 5.* §. *15. commodati* &c.

DOMINIUM quarundam rerum nanciscimur jure gentium, quarundam jure civili, *L. 1. pr. de A. R. D.* & *§. 11. de R. D.*

Non est novum, ut qui DOMINIUM non habeat, alii *dominium* præbeat, *L. 46. eod.*

Sic creditor, pignus vendendo, caussam DOMINII præstat, quam ipse non habuit, *ibid.*

DOMINIUM rerum ex naturali possessione cœpit, *L. 1.* §. *1. de acquir. poss.*

Differentia inter DOMINIUM & possessionem hæc est, quod dominium minus ejus manet, qui dominus esse non vult, possessio autem recedit, ut quisque constituit nolle possidere, *L. 17. §. 1. eod.*

DOMINIUM rei solutæ quæritur creditori per aspectum, *L. 79. de solution.*

DOMINIUM potest probari per testes, vel per instrumenta, interdum per tormenta, *L. 10. C. de R. V.*

Traditione DOMINIUM transfertur, *L. 12. C. eod.*

DOMINIUM probatur per indicia & argumenta, *L. 19. C. eod.*

DOMINIUM non tantum instrumento emptionis, sed & quibuscunque aliis legitimis probationibus ostenditur, *L. 4. C. de probation.*

DOMINIUM, vel obligatio potest acquiri alicui per servum alienum bona fide possessum ex rebus ejus, qui eum possidet, vel ex operis servi, *L. 1. C. de R. V.*

Nullo justo titulo præcedente possidentes, ratio juris quærere DOMINIUM prohibet, *L. 24. C. eod.*

DOMINUS.

DOMINO, qui solvendo non est, licitum est, in testamento servum suum cum libertate heredem instituere, *§. 1. quibus ex caus. man.*

DOMINUS sine libertate servum suum heredem instituere potest, *§. 2. eod.*

DOMINO quod non licet, non licet ejus familiæ, *L. 10.* §. *4. de usu & habitat.*

DOMINIS in servos vitæ necisque potestas competebat, §. *1. de his qui sui* &c.

DOMINORUM asperitas erga servos constitutione D. Antonini coercetur, §. *2. eod.*

DOMINI cogi possunt servos suos bonis conditionibus vendere, *ibid.*

DOMINORUM potestatem in servos suos illibatam esse oportet, *ibid.*

DOMINUS suam rem non condicit, sed vindicat, *L. 53. de condict. indebiti.*

DOMINUS licet receperit à fullone pretium vestimentorum perditorum, nihilominus postea poterit recuperare vestimenta inventa penes furem, *L. 2. de condict. sine causa.*

DOMINUS potest quis dici ratione præeminentiæ, *L. 17. de peculio.*

DOMINUS, qui patitur colonum morari in fundo, videtur consentire, & ita colonus videtur reconducere, *L. 13. §. 11. locati* &c.

DOMINUS plebis non potest feudum dare de titulis, *I. F. 6. pr.*

DOMINUS invitus Vasallum non habet, *II. F. 12.*

DOMINUS si neget investituram, quo modo probetur, *II. F. 26. pr.*

Vasallus à DOMINO non potest exigere

gere juramentum calumniæ, *II. F. 33. §. 1.*

Nec DOMINVS potest exigere juramentum calumniæ à Vasallo, *ibid.*

DOMINVS cogitur investitum in vacuam possessionem mittere, quod si differat, omnem utilitatem ei præstabit, *II. F. 7. §. 1.*

DOMINVS de re aliena investiens ad evictionem sive sciens sive ignorans tenetur, *II. F. 8. pr.*

DOMINVS succedit in feudo novo sine descendentibus mortuo acquirente, *I. F. 14. §. 2.*

DOMINVS feudum guardiæ, & gastaldiæ quacunque hora auferre potest, *I. F. 11.*

DOMINVS Vasallum deprædare potest, *II. F. 22.*

DOMINVS defendat Vasallum in lite, *II. F. 25.*

DOMINVS feudum sine voluntate Vasalli alienare non potest, idque lege Conradi, quæ Mediolani non obtinet, *II. F. 34. §. 1.*

DOMINVS non potest feudum permutare sine consensu Vasalli, *I. F. 22. c. si quis.*

DOMINVS si permutat feudum sine consensu Vasalli, nulliter agit, *ibid.*

DOMINVS propter feloniam commissam in Vasallum, feudi proprietate privatur, *II. F. 47.*

DOMINI voluntas non sufficit ad alienandum feudum paternum, *II. F. 39. pr.*

DOMINI consensus requiritur in alienatione feudorum, quæ in curte aut districtu ejus vel honore sunt, *I. F. 5. §. 1.*

DOMINI consensu opus non est in alienatione feudi in fratrem vel nepotem, *I. F. 13.*

DOMINI voluntate non indiget Vasallus ad alienandum dimidium feudi, *ibid.*

DOMINI corpus, secreta, munitiones, possessiones, conservet Vasallus, *II. F. 6.*

DOMINI vitam & honorem Vasallus custodiat, *II. F. 5.*

DOMINO quomodo jurent Vasalli, *ibid.*

DOMINO guerram faciente alicui, si sciatur, quod juste, aut cum dubitatur, Vasallus eum adjuvare tenetur, *II. F. 28. pr.*

DOMINO ob feloniam in ipsum aperitur feudum, *II. F. 37. pr.*

DOMINO præjudicium non generatur, si Vasallus feudo servitutem imponi passus sit, *II. F. 8. §. Rei autem.*

DOMINO absente potest transigere Vasallus, *II. F. 43.*

DOMINO inferiori sine Vasalli voluntate non licet partem feudi alienare, *II. F. 34. §. 1.*

Ad DOMINVM quando feudum revertatur, *II. F. 24. §. f.*

Ad DOMINVM quando pertinent fructus feudi aperti ex defectu heredum, *II. F. 28. §. 3.*

Contra DOMINVM Vasallus in possessione defendendus est, *I. F. 4. pr.*

Si inter DOMINVM & Vasallum de feudo orta fuerit contentio, per pares terminanda, *II. F. 16.*

Qui DOMINO suo fidelitatem jurat, ista sex semper in memoria debet habere, incolume, tutum, honestum, utile, facile, possibile, *c. 18. pr. q. 5. caus. 22. II. F. 6.*

DOMINVS eadem fide tenetur subdito sic, sicut subditus *Domino* suo, *d. c. 18. §. 2. q. 5. caus. 22.*

DOMINI autoritate sua legitima servorum conjugia non dirimant, *c. 8. q. 2. caus. 29.*

DOMINVS membrorum suorum nemo est, *L. 13. pr. ad L. Aquil.*

DOMINO vindicanti rem propriam, quæ sibi fuit ablata per vim, vel fur-

 tum,

tum, & alii vendita, necessitas offerendi pretii non incumbit, *L. 23. C. de R. V.*

DOMINUS potest proprietatem obligare, licet alius habeat usumfructum, *L. 2. C. de usufr.*

DOMINUS, cujus hortatu servus accipit pecuniam, ut sibi solvatur, actione de dolo tenetur, *L. 20. pr. de dolo.*

DOMINUS unus ex pluribus pro servo communi in solidum conveniri & damnari potest, sive de peculio, sive de noxali agatur, *L. 8. §. 4. commun. divid.*

DOMINUS potest dare servum proprium alicui, ut torqueatur, *L. 15. de condict. causa data* &c.

DOMINUS obligatur servo naturaliter tantum, quæ obligatio sequitur servum etiam manumissum, & impedit repetitionem soluti per errorem juris, *L. 64. de condict. indebiti.*

Si DOMINUS in rationes suas referat, *se debere servo suo*, cum omnino neque mutuum acceperit, neque ulla causa præcesserat debendi, nuda *ratio* non facit eum debitorem, *L. 49. §. 2. de peculio.*

Voluntate DOMINI servum recipiens, neque fur est, neque plagiarius, *L. 48. §. 2. de furtis* &c.

DOMINUS vel pater in contractibus bonæ fidei non solum de peculio, sed etiam de eorum proprio dolo tenentur, *L. 36. de peculio.*

DOMUS.

Appellatione DOMUS habitationem significari, palam est, *L. 8. §. 1. ad L. Jul. de adult.*

Eam DOMUM unicuique nostrum debere existimari, ubi quisque sedes & tabulas haberet, suarumque rerum constitutionem fecisset, *L. 203. de V. S.*

DOMUM suam reficere unicuique licet, dum non officiat invito alteri, in quo jus non habet, *L. 61. de R. I.*

Nemo de DOMO sua extrahi debet, *L. 103. eod.* & *L. 21. de in jus voc.*

Si quis docet DOMUM Dei contemptibilem esse debere, & congregationes, quæ in ea fiunt, anathema sit, *c. 10. dist. 30.*

Qui ad generalem Judicem citatur, DOMUM revocandi jus habet, nisi ibi respondere voluerit, *c. 20. X. de foro comp.*

DOMUS sua tutissimum cuique refugium atque receptaculum est, *L. 18. de in jus voc.*

DOMUM construens juxta alterius prædium, debet duos pedes derelinquere, *L. 13. finium regund.*

DOMUS conducta si non potest habitari, vel ad habitandum locari, debet fieri remissio pensionis, nisi alia æque idonea præstetur, *L. 60. pr. locati* &c.

DOMUM emens bona fide nihil aliud possidet, quam ipsam domum, h. e. totum corpus integrale domus, non res singulares, ex quibus domus constituitur, *L. 23. pr. de usurpat. & usucap.*

A DOMUS emptore si columna, aut lignum, quod erat in domo, fuerit evicta per actionem de tigno injuncto, emptor habet regressum de evictione contra venditorem ex empto, *L. 23. §. 1. & 2. eod.*

DOMUS sine solo non potest usucapi, cum non possit possideri sine solo, *L. 26. eod.*

Qui in DOMUM alienam invito domino introiret, quamvis in jus vocati, actio injuriarum in eum competit, *L. 23. de injuriis* &c.

Si dominus inferioris DOMUS fumum fecerit causa injuriandi, & fumigandi *domum* superiorem vicini, tenetur ei injuriarum actione, *L. 44. eod.*

Qui DOMUM suam, ut stuprum, adulteriumve cum aliena matrefamilias,

vel

vel cum masculo fieret, sciens præbuerit, vel quæstum ex adulterio uxoris suæ fecerit, cujuscunque sit conditionis, quasi adulter punitur, *L. 8. pr.* & *L. 9. pr. ad L. Iul. de adult.*

Si qui DOMOS alienas, aut villas expilaverint, effregerint, expugnaverint, siquidem in turba cum telo fecerint, capite puniuntur, *L. 11. pr. ad L. Iul. de vi publ.*

DOMUS, in qua fit falsa moneta, est confiscanda, si dominus sit præsens, licet ignoraverit, si vero fuerit absens, nullum patitur damnum, *L. 1. C. de falsa moneta.*

DOMUS, in qua fit falsa moneta, non confiscatur, si sit viduæ, licet sit præsens, nisi evidens appareat ejus delictum, idem in pupillo, tutor tamen ejus non excusatur, sed tantum ex substantia tutoris fisco debet inferri, quantum ex substantia pupilli erat inferendum, si alias pupillus non fuisset, *ibid.*

DOMUS una ab alia in Constantinopolitana civitate debet distare spatio centum pedum, *Nov. 63. praf. & c. 1.*

DOMUS accipitur pro hospitio, *L. 1. §. 2. de agnosc. & alend. liber.*

Ad DOMUM habitationis debet fieri citatio, vel denunciatio, ut valeat, quando alicujus copia non potest haberi, *L. 1. §. 1. eod.*

Si quis DOMUM f. habitationem non habeat, citandus est ad prædium, *L. 4. §. 5. de damno infecto* &c.

DOMUS destructa potest usque ad pristinum statum restaurari, non obstante servitute ne luminibus officiatur, altius tamen reædificari non licet, *L. 31. de S. P. V.*

Si pars DOMUS, quæ in diem per fideicommissum relicta est, arserit ante diem fideicommissi cedentem, & eam heres sua impensa refecerit, deducendam esse impensam ex fideicommisso constat, & si sine deductione domum tradiderit, posse incerti condici, quasi plus debito dederit, *L. 40. §. 1. de condict. indeb.*

DOMUM si quis incendio concremaverit, vel demolierit, tenetur resarcire damnum, *L. 2. C. de L. Aquil.*

De DOMO una quædam marmora tollere, & ad aliam transferre licitum est, non tamen ita, ut publicus deformetur aspectus, *L. 2. de ædific. privat.*

DOMUM communem nomine proprio scienter si quis reædificaverit, sumptus non repetit, & ædificatum cedit solo, *L. 5. C. de ædific. privatis* &c.

DOMOS dirutas reædificare solum tenetur non curialis, curiales tamen urbium tenentur, vel antiquas reædificare, vel novas construere, *L. 8. C. eod.*

DOMUS si dicatur ruinosa, an totalis domus debeat destrui, vel ea destructa facies debeat restitui, residet in arbitrio judicis, qui debet inspicere consuetudinem loci, *L. 3. C. eod.*

DOMO vendita, vel legata veniunt omnia affixa, & quæ ibi sunt ad perpetuum usum domus, *L. 13. §. 31. L. 14. & 15. de A. E. & V.*

DOMO vendita, vel legata veniunt ea, quæ quasi pars domus, vel propter *domum* habentur, ut putealia, i. e. id, quo puteus operitur, *ibid.*

DOMO vendita, vel legata veniunt funes, quibus aqua trahebatur ad domum, labra, salientes aquæ, fistulæ, quæ salientibus aquis junguntur, item canales, quæ omnia licet longe excurrant extra ædificium, ædium tamen sunt, *L. 15. eod.*

DOMO vendita non veniunt pisces, qui sunt in piscina, nec pulli aut alia ani-

animalia, quia illæ ædium, vel fundi non sunt, *d. L. 15.* & *16. eod.*

DOMUS torcularia, & vasa vinaria si sunt perpetui usus gratia posita, dicuntur esse domus, secus si ad tempus, *L. 17. pr. eod.*

DOMUS dicuntur esse multa, quæ affixa non sunt domui, ut puta seræ, claves & claustra, *ibid.*

DOMUS dicuntur pictæ tabulæ, protectoriæ, & crustæ marmoreæ, sed reticuli circa columnas, plutei circa parietes, item Cilicia vela, ædium non sunt, *L. 17. §. 3.* & *4. eod.*

DOMUS esse non videtur id, quod insulæ causa paratum est, si nondum perfectum est, quamvis sit positum in ædificio, *L. 17. §. 5. eod.*

DOMUI cedunt fistulæ, & canales, nisi aliud dicatur, *L. 38. §. 2. eod.*

DOMUS appellatione comprehenditur ostium, *L. 41. §. 9. de legat. 1.*

Appellatione DOMUS insulam quoque injunctam domui videri, si uno pretio cum domu fuisset comparata, & utriusque pensiones similiter accepto latas rationibus ostenderetur, *L. 91. §. 6. de legat. 3.*

DOMO legata, neque instrumentum ejus, neque supellex aliter legato cedit, quam si id ipsum nominatim expressum à testatore fuerit, *L. 14. de supellect. leg.*

DONARE.

DONARI videtur, quod nullo jure cogente conceditur, *L. 82. de R. I.* & *L. 29. pr. de donat.*

DONARE mortis causa minores non possunt, *L. 1. §. 1. de tut. & ration. distrah.* & *L. 7. §. 4. de donat.*

Facilius se mulier obligat, quam alicui DONAT, *L. 4. §. 1. ad SCt. Vellej.*

Quando DONAVIT filiusfamil. patris jussu, aut voluntate, perinde est, ac si pater ipse donaverit, *L. 9. §. 2. de donat.*

DONARI non potest, nisi quod ejus sit, cui donatur, *d. L. 9. §. 3.*

DONARE filiusfamil. non potest, neque si liberam peculii administrationem habeat, non enim ad hoc ei conceditur libera peculii administratio, ut perdat, *L. 7. pr. eod.*

DONARE filiusfam potest, qui habet peculium castrense, vel quasi castrense, *L. 7. §. 6. eod.*

DONARI recte potest absenti, sive mittas, qui ferat, sive quod ipse habeat, sive habere eum jubeas, *L. 10. eod.*

Si quis DONAVERIT mihi rem alienam, inque eam sumptus magnos fecero, & sic evincatur, nullam mihi actionem contra donatorem competere, plane de dolo posse me adversus eum habere actionem, si dolo fecit, *L. 18. §. 3. eod.*

DONARE non potest mente captus, *L. 13. §. 1. eod.*

Mortis causa DONAVIT Telemachus Piræo, *L. 1. §. 1. de mortis causa donat.* & *§. 1. de donat.*

DONARE *mortis causa* licet, non tantum infirmæ valetudinis causa, sed periculi etiam propinquæ mortis, vel ab hoste, vel à prædonibus, vel ab hominis potentis crudelitate aut odio, aut navigationis ineundæ, *L. 3. eod.*

Qui DONAVIT *mortis causa*, ipse ex pœnitentia condictionem vel utilem actionem habet, *L. 30. eod.*

DONARI nec olim potuit feudum, *II. F. 9. §. 1.*

DONARE potest *mortis causa* tam is, qui testamentum facit, quam qui non facit, *L. 25. pr. de mortis causa don.*

Filiusfamilias, qui non potest facere testamentum, nec voluntate patris, tamen *mortis causa* DONARE patre permittente potest, *d. L. 25. §. 1. eod.*

Si

Si qui invicem sibi *mortis causa* DONAVERUNT, pariter decesserunt, neutrius heres repetet, quia neuter alteri supervixit, *L. 26. eod.*

Vbi ita DONATVR *mortis causa*, ut *nullo casu revocetur*, causa donandi magis est, quam mortis causa donatio, *L. 27. eod.*

DONARE quis non potest ignorans, aut invitus, *L. 10. C. de donat.*

DONARE quis potest partem suam, quam habet super re communi pro indiviso, *L. 12. C. eod.*

Si filius tuus res ad te pertinentes sponsæ suæ te non consentiente DONAVIT, ad eam, quod non habuit, transferre non potuit, *L. 14. C. eod.*

Quod mater filio DONAT, ex ingratitudine non revocatur, postquam transit ad secundas nuptias, nisi ex tribus causis. Primæ, si vita ejus insidiatur. Item si manus impias in eam intulerit. Tertia, si totius substantiæ molitus est jacturam, Auth. *Quod mater &c. C. de revoc. donat. Nov. 22. c. 35.*

Si diversis temporibus DONANTVR res variæ, plures donationes intelliguntur, *L. 34. §. 3. C. de donat.*

DONARE non potest uxori ille, qui aliquo jure subjectus est ejus marito, *L. 3. §. 2. de donation. inter vir. & uxor.*

DONARE prohibetur uxori, vel nutui etiam is, qui est in potestate soceri, *L. 3. §. 5. eod.*

DONARI non potest uxori, neque directe, neque per mediam personam, *L. 5. §. 2. eod.*

DONARE potest uxor marito, vel econtra locum causa sepulturæ, & si mortuum intulerit, faciet locum religiosum, *d. L. 5. §. 8. eod.*

DONARE maritus uxori potest ad Dei oblationem, ut donum Deo detur, *L. 5. §. 12. eod.*

DONARE maritus uxori suæ potest monumentum purum magni pretii, *L. 5. §. 10. eod.*

Qui *mortis causa* DONAT, potius habere vult, quam eum, cui donat, *L. 35. §. 2. de mortis causa donat.*

DONANTIVM mentes diversæ sunt, & ita donationes inter se differunt, *L. 1. pr. de donat.*

DONANS habitationem videtur donare mercedem, *L. 9. pr. eod.*

DONANS hereditatem, quam sibi obvenit, non censetur donasse in fraudem creditorum, *L. 28. eod.*

Is regulariter DONARE non valet, cui bonorum administratio etiam libera est concessa, *c. 3. de offic. Vic. in 6.*

Liberalis in DONANDO existimat se debere, quod donat, *c. 1. X. de donat.*

Promittentes aliquid DONARE, illud tanquam debitum adimplere tenentur, *ibid.*

Qui DONANT aliquid Venatori, graviter delinquunt, *c. 8 dist. 86.*

DONARE res suas Histrionibus vitium est immane, *c. 7. ead.*

Qui Venatoribus DONANT, non homini donant, sed arti nequissimæ, *c. 9. ead.*

DONARE non possunt Laici Ecclesias vel decimas, etiam si sunt Reges, nec ex eorum titulo præstatur causa præscribendi, *c. 31. X. de decimis* &c.

Constantinus Imperator DONAVIT Romam Sylvestro Pontifici, *c. 17. §. Ne autem. de elect. in 6.*

DONATARIVS.

DONATARIVS tenetur naturaliter ad antidora donatori, *L. 25. §. 11. de hered. petit.*

DONATARIVS non agit de evictione, *L. 62. de ædil. edict.*

DONATARIO obligato potest imponi onus fideicommissi, tanquam debitori, *L. 37. §. 3. de legat. 3.*

DONA

DONATARIUS servum sibi donatum à non domino, si antequam usucepisset, manumittat, non valet manumissio, & desinit usucapere, *L. 5. pro donato.*

DONATARIUS potest donare rem sibi donatam donatori, *L. 23. C. de donat.*

DONATARIUS certæ rei non tenetur ad onera debitorum, quæ non sequuntur rem donatam, sed debet conveniri universalis heres donatoris, *L. 15. C. eod.*

DONATIO.

DONATIO dicta est à dono, quasi dono datum, rapta à Græco, nam hi dicunt δῶρον καὶ δωρεῖσθαι, i. e. *donum & donare, L. 35. §. 1. de mort. caus. don.*

DONATIONIS verbum simpliciter loquendo, omnem donationem comprehendisse videtur, sive mortis causa, sive non mortis causa fuerit, *L. 67. §. 1. de V. S.*

In DONATIONIBUS plenissima fit interpretatio, & ob hoc clausula onerosa post multas donationes apposita, proximam donationem tantum respicit, *c. 6. X. de donat.*

DONATIO potest per donatorem, non per heredem ejus, qui tacuit, ob ingratitudinem. donatarii revocari in casibus expressis in *c. 10. X. eod.*

DONATIONES factæ histrionibus, venatoribus, aurigis, meretricibus reprehenduntur, *c. 8. dist. 86.*

DONATIO quinquagesimæ vel centesimæ, quam facit Episcopus cum gravi Ecclesiæ suæ detrimento, potest legitime revocari, nec etiam potest ultra quinquagesimam vel centesimam conferre, etiam cessante læsione Ecclesiæ sine autoritate superioris, *c. 9. X. de donat.*

DONATIONES complures sunt, *L. 1. pr. de donat.*

DONATIO consummari potest etiam per interpositam personam, *L. 4. de donat.*

Affectionis gratia neque honestæ neque inhonestæ DONATIONES sunt prohibitæ, honestæ, erga bene merentes amicos vel necessarios, inhonestæ, circa meretrices, *L. 5. eod.*

DONATIONES in concubinam collatæ, non possunt revocari, nec si matrimonium inter eosdem postea fuerit contractum, *L. 31. pr. eod.*

DONATIO videtur, in ædibus alienis habitare gratis, *L. 9. pr. eod.*

Qui ex DONATIONE se obligavit, ex rescripto D. Pii, in quantum facere potest, convenitur, *L. 12. eod.*

Qui DONATIONIS causa alienum fundum excolit, nullam retentionem propter impensas facere potest, *L. 14. eod.*

Is, qui DONATIONIS causa pecuniam, vel quid aliud promisit, de mora solutionis pecuniæ usuras non debet, & summæ æquitatis est, *L. 22. eod.*

DONATIONUM duo sunt genera, mortis causa, & non mortis causa, *pr. I. de donat.*

DONATIONES inter vivos si fuerint perfectæ, temere revocari non possunt, *§. 2. eod.*

DONATIONES inter vivos perficiuntur, cum donator suam voluntatem scriptis, aut sine scriptis manifestaverit, *ibid.*

DONATIONES, si majores fuerant ducentorum solidorum, olim insinuationem desiderabant, *ibid.*

Sunt quædam DONATIONES, quæ penitus insinuationem fieri minime desiderant, sed in se plenissimam habent firmitatem, *ibid.*

DONATIO bonorum omnium pro redimendis captivis facta valet, *L. 36. pr. C. de donat.*

Insinuationem hodie non requirit quælibet

libit DONATIO intra vel infra summam 500. aureorum facta, *L. 36. §. 3. C. eod.*

DONATIO olim intra 300. aureos facta, insinuationem non exigebat, ultra exigebat, *ibid.*

DONATIO perfecta conditiones postea non capit, *L. 4. C. de donat. quæ sub modo* &c.

DONATIO facta sub conditione emancipationis habet effectum, quandocunque donatarius efficiatur sui juris, *L. 5. C. eod.*

DONATIO quinque ex causis revocari potest, *L. 10. C. de revoc. donat.*

DONATIO ex causa ingratitudinis revocari potest, *ibid.*

DONATIO Constantiniana confirmatur Paschali Papæ à Ludovico Imperatore, *c. 30. dist. 63.*

DONATIO non est contractus bonæ fidei, sed stricti juris, & ideo non debentur usuræ pecuniæ donatæ ex mora solutionis, nec à litis contestatione, *L. 22. de donat.*

DONATIO non perficitur nuda ratione sine insertione causæ, sed bene cum insertione causæ, *L. 26. eod.*

DONATIONI recte factæ brevitas chartæ non nocet, *L. 13. C. de donat.*

In DONATIONE non consideratur, cujus res fuerit, dummodo sit donantis, *L. 19. C. eod.*

DONATIO *inofficiosa*

DONATIO *inofficiosa* collata in filium vel nepotem per alium revocatur usque ad legitimam, *L. 87. §. 3. de legat. 3.*

DONATIO immensa per patrem uni filiorum facta potest per alios filios tanquam inofficiosa usque ad legitimam eorum revocari, *Auth. unde si parens* &c. *C. de inoffic. testam.*

DONATIO immensa inter vivos à quovis parente cuivis facta revocari potest à donatoris liberis, *L. 1. C. de inoffic. donat.*

DONATIO inter vivos immensa revocatur, ad similitudinem inofficiosi testamenti, *L. 2. C. eod.*

DONATIO inofficiosa propter liberos revocatur, non in universum, sed ad finem legitimæ liberis debitæ, *L. 5. C. eod.*

DONATIO matris inofficiosa revocatur, quatenus modus exceditur, *L. 7. C. eod.*

DONATIO *mortis causa.*

DONATIO mortis causa est, cum quis habere se vult, quam eum, cui donat, magisque eum, cui donat, quam heredem suum, *L. 1. pr. de mortis caus. donat. §. 1. de donat.*

DONATIO mortis causa est, quæ propter mortis fit suspicionem, *§. 1. de donat.*

DONATIONES mortis causa ad exemplum legatorum redactæ sunt per omnia, *ibid.*

DONATIONIS mortis causa origo juris gentium est, *L. 1. §. 1. de mortis caus. donat.*

DONATIONUM mortis causa tres sunt species, *L. 2. eod.*

DONATIONIS mortis causa prima species est, cum quis nullo præsentis periculi metu conterritus, sed sola cogitatione mortalitatis donat, *ib.*

DONATIONIS mortis causa secunda species est, cum quis imminente periculo commotus, ita donat, ut statim fiat accipientis, *ibid.*

DONATIONIS mortis causa tertia species est, si quis periculo motus, non sic det, ut statim faciat accipientis, sed tunc demum, cum mors fuerit insecuta, *ibid.*

DONATIONIS mortis causa sunt causæ valetudo, peregrinatio, navigatio, bellum, *L. 3. eod.*

DONATIO mortis causa, etiam dum pendet, an convalescere possit donator, revocari potest, *L. 16. eod.*

DONATIONIS mortis causa conditio pacto seu lege mutari potest, *L. 13. §. 1. eod.*

In DONATIONIBUS mortis causa non tempus donationis, sed mortis intuendum est, an quis capere possit, *L. 22. eod.*

Non videtur perfecta DONATIO mortis causa facta, antequam mors insequatur, *L. 32. eod.*

DONATIO mortis causa etiam sic constitui potest, ut quid stipuletur in annos singulos, quoad viveret, scilicet ut post mortem promissoris incipiat exactio, *L. 34. eod.*

DONATIO mortis causa multis modis fit, *L. 35. §. 4. eod.*

Si quis societatem per DONATIONEM mortis causa inierit, nulla societas est, *L. 35. §. 5. eod.*

Quodcunque in legatis juris est, id in DONATIONIBUS mortis causa erit accipiendum, *L. 37. pr. eod.*

Si DONATIO mortis causa inter virum & uxorem facta sit, morte secuta reducitur ad id tempus donatio, quo interposita fuisset, *L. 40. eod.*

In DONATIONE mortis causa potest per fideicommissum substitui, *L. 1. C. de donat. mort.* &c.

DONATIO mortis causa, cujuscunque sit summæ & quantitatis, insinuatione hodie non indiget, *L. 4. C. eod.*

DONATIO mortis causa appellatione legati continetur, *L. 87. de legat. 3.*

DONATIO mortis causa tribus modis revocatur, scilicet si donans supervixerit, vel si pœnituerit donationis, vel si donatarius præmoriatur, *§. 1. de donation.*

DONATIO *ante nuptias.*

DONATIO ante nuptias hodie vocatur propter nuptias, *L. 1. C. si advers. donat.* & *Rubr. tit. C. de donation. ante nupt.*

Inter eos, qui matrimonio coituri sunt, DONATIO ante nuptias facta jure consistit, etiam si eodem die nuptiæ fuerint consecutæ, *L. 27. de donat. inter vir.* &c.

DONATIO ante nuptias tacitam in se conditionem habebat, ut tunc ratum esset, cum matrimonium esset insequutum, *§. 3. de donat.*

Ideo DONATIO ante nuptias appellabatur, quod ante matrimonium efficiebatur, & nunquam post nuptias celebratas talis donatio procedebat, *ibid.*

DONATIO ante nuptias sponsæ facta statim valet, *L. 13. C. de donat. inter vir* &c.

DONATIO *propter nuptias.*

DONATIO propter s. ante nuptias, sicut ad similitudinem dotis confertur, ita in legitima imputatur, *L. 29. C. de inoffic. testam.*

DONATIO propter nuptias constante matrimonio potest de novo augeri, & de novo constitui, & pacta de novo opponi, vel vetera prorogari, *L. 19. C. de donat. ante nupt.*

DONATIO propter nuptias potest fieri constante etiam matrimonio, *L. 20. C. eod.*

DONATIO propter nuptias ante & post nuptias celebrari potest, *ibid.*

DONATIO propter nuptias non est simpliciter donatio, sed propter dotem & nuptias facta, *ibid.*

DONATIO propter nuptias constante matrimonio facta dotis quantitatem excedere non debet, *ibid.*

Pater DONATIONEM propter nuptias, quam contulit in uxorem, non cogitur servare liberis prioris matrimonii, etsi ad secundas nuptias migraverit, *Auth. Pater donat. C. eod.*

DONATIO *remuneratoria.*

DONATIO remuneratoria s. antidoralis,

lis, vel remunerationis dicitur quoddam genus permutationis, *L. 25. §. 11. de petit. hered.*

DONATIO remuneratoria proprie, ac per se non est donatio, remissio autem juris, & actionis proprie est donatio, *L. 12. pr. mandati.*

DONATIO facta ex causa remunerationis, ut quia donatorem eripuit ab hostibus, vel à latronibus, irrevocabilis est, etiam ingratitudine sequuta, *L. 34. §. 1. de donat.*

DONATIO *inter sponsum & sponsam.*

DONATIO inter sponsum & sponsam facta valet, *L. 12. pr. de public. in rem act.*

DONATIO facta à sponso sponsæ valet, etiamsi traditio sit facta postea constante matrimonio, dummodo à sponso ante contractum matrimonium traditio fuerit facta procuratori uxoris, *L. 5. pr. de donat. inter vir.* &c.

DONATIO à sponso sponsæ collata in tempus matrimonii morte sponsi confirmatur, si perseveraverit in ea voluntate, *L. 32. §. 22. eod.*

DONATIO quando fit sponsæ à sponso, est completa donatio ante nuptias, & sic postea res donatæ possunt in dotem dari, & tanquam in dotem datæ repeti possunt, *L. 1. C. de donat. ante nupt.*

DONATIO sponsæ facta sub conditione, ut dominium ejus adipiscatur, cum nuptiæ fuerint secutæ, non valet, *L. 4. C. eod.*

DONATIO si sit facta sponsæ ab eo, qui eam ficto cœlibatu, cum aliam uxorem domi haberet, solicitavit ad nuptias, ipsa sponsa petere cum effectu non potest, *L. 5. C. eod.*

DONATIO sponsæ filii facta & perfecta, quam voluntas donantis jurisque autoritas facit ratam, rescindi non potest etiam rescripto Principis, *L. 9. C. eod.*

Quando à sponso DONATIO sponsæ facta, & non intervenit osculum, repetitur omne datum, sed si intervenerit osculum, repetitur dimidia pars, aliam lucratur sponsa ratione osculi, *L. 16. C. eod.*

DONATIO *inter virum & uxorem.*

DONATIONES inter conjuges factæ re & non promissione morte confirmantur, *L. 1. C. de donat. inter vir.* &c.

DONATIO marito facta ab uxore si sit suæ potestatis, & usque ad finem vitæ permansit in eadem voluntate, morte confirmatur, *L. 3. C. eod.*

DONATIO marito facta ab uxore cum patris voluntate, cum esset sub ejus potestate, si in eadem voluntate perseveraverint uxor & ejus pater usque ad mortem, valet, *ibid.*

DONATIO inter virum & uxorem prius mortuo eo, qui liberalitate accepit sine spe confirmationis, irrita est, *L. 6. C. eod.*

DONATIO fructuum etiam non valet inter conjuges, & eatenus revocatur, quatenus recipiens locupletior efficitur, *L. 8. C. eod.*

DONATIO inter conjuges revocata non impedit dominium ad heredes transire, *L. 15. C. eod.*

DONATIO inter virum & uxorem confirmatur, si donator postea captus ab hostibus ibi moriatur, *L. 27. eod.*

DONATIO inter virum & uxorem non valet, ne mutuo amore se invicem spolient donationibus abutentes, tum etiam quia sæpe separentur matrimonia, si non donaret is, qui posset, atque ita matrimonia venalia fierent, quod esse non debet, *L. 1. & 2. pr. de donat. inter vir.*

DONATIO inter virum & uxorem ita interdicta est, ut ipso jure nihil valeat, quod actum est, *L. 3. §. 10. eod.*

DONATIO inter virum & uxorem sepulturæ causa est concessa, *L. 5. §. 8. eod.*

DONATIONES mortis causa inter virum & uxorem receptæ sunt, *L. 9. §. 2. eod.*

DONATOR.

DONATOR in traditione rei suæ potest apponere pactum, sive modum, modo non sit contra leges, *c. 4. X. de condit. appos.*

DONATORIS liberalitatem successores absque causa revocare non possunt, *c. 10. X. de donat.*

DONATOR ex causa suæ liberalitatis pœnam pati non debet, *L. 62. de ædilit. edicto.*

DONATOR non debet in re donata repromittere donatario ea, quæ in rebus venditis repromittere debet venditor, *ibid.*

DONATOR de dolo debet, & solet se obligare donatario, *ibid.*

DONATOR sicut potest revocare & condicere corpus, vel pecuniam mortis causa donatam, ita & potest revocare, & condicere obligationem à se constitutam, *L. 76. de jure dot.*

DONATORI defectus causæ finalis parat condictionem ob causam, secus in defectu causæ impulsivæ, *L. 2. §. 7. de donat.*

DONATOR ex donatione tenetur in quantum facere potest deducto eo, quod creditoribus debet, non tamen deducetur, quod debet aliis ex simili causa, *L. 12. eod.*

Contra DONATOREM, qui rem alienam donaverit, inque eam donatarius sumptus magnos fecerit, & sic evincatur, nulla competit actio, nisi dolo fecerit, tunc adversus eum actio de dolo datur, *L. 18. §. 3. eod.*

DONATOR rem donatam, & traditam sola pœnitentia non potest revocare, vel alii alienare, *L. 3. C. de revocand. donat.*

DONATOR perfectam donationem non potest revocare sola pœnitentia eo prætextu, quod dicit donasse in fraudem creditorum, *L. 4. C. eod.*

DONATORIS heredi actio revocatoria non datur, *L. 10. C. eod.*

DONEC

DONEC particula an & quomodo inducat conditionem, & suspendat, vide *L. 56. de condict. indeb.*

Dictio DONEC non semper implicat, ut patet in *c. 5. X. de V. S.*

DONUM.

DONUM à donando dictum, *L. 194. de V. S.*

Inter DONUM & munus hoc interest, quod inter genus & speciem; nam genus est *donum*, & munus species, *ibid.*

DONA proprie sunt, quæ nulla necessitate juris, officii, sed sponte præstantur, quæ si non præstentur, nulla reprehensio est, & si præstentur, plerumque laus est, *L. 214. eod.*

DONUM cessante conditione, sub qua datur, revocatur, *c. 4. X. de condit. appos.*

DONUM secundum rei quantitatem, vel loci consuetudinem, ratum aut irritum judicandum, *c. 3. X. de donat.*

DONUM recipiens ab aliquo meo nomine tenetur mihi actione negotiorum gestorum, *L. 32. § 1. de N. G.*

DORMIRE.

DORMIENS homicidium non committit, licet aliquem occidat, *Clem. c. un. de homicid.*

DOS.

In ambiguis pro DOTIBUS responde-
re

re melius eſt, *L. 85. pr. de R. I.* & *L. 70. de jure dot.*

DOTIS cauſa perpetua eſt, & cum voto ejus, qui dat, ita contrahitur, ut ſemper apud maritum ſit, *L. 1. de jure dot.*

Reipublicæ intereſt mulieres DOTES ſalvas habere, propter quas nubere poſſunt, *L. 2. eod.*

DOTIS appellatio non refertur ad ea matrimonia, quæ conſiſtere non poſſunt, *L. 3. eod.*

DOS ſine matrimonio eſſe non poteſt, *ibid.*

Vbicunque matrimonii nomen non eſt, nec DOS eſt, *ibid.*

DOS ipſius filiæ proprium patrimonium eſt, *L. 3. §. 5. de minor.*

DOS relicta alicui nupturæ, ei debetur, cum eſt nubilis ætatis, hoc eſt, 13. annorum, licet nondum nupſerit, *L. 4. ubi pupill. educ.*

Si in DOTE danda circumventus ſit alteruter, etiam majori annis viginti quinque ſuccurrendum eſt, *L. 6. §. 2. de jure dot.*

DOTIS fructum ad maritum pertinere debere, æquitas ſuggerit, cum enim ipſe onera matrimonii ſubeat, æquum eſt, eum etiam fructus percipere, *L. 7. pr. eod.*

Si DOS mariti juſſu alii detur, nihilominus maritus de dote obligatur, *L. 19. eod.*

DOTEM, quæ in prius matrimonium data eſt, non aliter converti in poſterius matrimonium dicendum eſt, quam cum hoc agitur, dum hoc agi ſemper interpretemur, niſi probetur aliud conveniſſe, *L. 30. eod.*

DOS ejusdem matrimonii manebit, quando non divortium, ſed jurgium fuit, *L. 31. eod.*

Promittendo DOTEM, omnes obligantur, cujuscunque ſexus conditionisque ſint, *L. 41. pr. eod.*

DOS accepti quoque latione conſtituitur, cum debitori marito acceptum feratur dotis conſtituendæ cauſa, *d. L. 41. §. 2. eod.*

Res in DOTEM datæ, quæ pondere, numero, menſura conſtant, mariti periculo ſunt, quia in hoc dantur, ut eas maritus ad arbitrium ſuum diſtrahat, & quandoque ſoluto matrimonio, ejusdem generis & qualitatis alias reſtituat vel ipſe, vel heres ejus, *L. 42. eod.*

Maritus, qui ſciens accipit pro DOTE nomina non idonea, donare videtur, *L. 53. eod.*

DOS reſtituenda eſt, quando mulieres pro aliqua licita cauſa à propriis viris fuerint ſeparatæ, *c. 1. X. de donat. inter vir. & uxor.*

Soluto matrimonio cogitur vir DOTEM reſtituere, & bona dividere, quæ communiter eis obvenerunt, *c. 2. X. eod.*

DOTEM perdit mulier propter adulterium à viro ſeparata, *c. 4. X. eod.*

Vxor DOTEM dat viro, vir facit uxori donationem propter nuptias, *c. 6. X. eod.*

De ſolvenda DOTE cautio præſtari debet à Viro, cum ad inopiam vergit, *c. 7. X. eod.*

Sine DOTE nullum fiat conjugium, *c. 6. q. 5. cauſ. 30.*

DOS juxta poſſibilitatem fiat, *ibid.*

DOS in manu Viri eſt, uxore vivente, *c. 7. X. de donat. inter vir. & ux.*

DOTES viduarum Eccleſia protegere tenetur, *c. 6. X. de donat. inter vir. & uxor.*

DOTEM Eccleſiæ debet aſſignare fundator, *c. 8. X. de conſecr. Eccl.*

DOS conſtitui in dubio debet pro modo facultatum & dignitate mulieris maritique, *L. 60. de jure dot.*

Omnis DOTIS promiſſio futuri matri-

monii tacitam conditionem accipit, *L. 68. eod.*

DOTIS nomine mutus, surdus, & cœcus obligantur, quia & nuptias contrahere possunt, *L. 73. eod.*

Quamvis DOS in bonis mariti sit, mulieris tamen est, *L. 75. eod.*

In DOTEM quoties datur res communis, soluto matrimonio restituere maritus debet, quiquid ad eum ex ea re communi pervenit, *L. 78. §. 4. eod.*

DOS, soluto matrimonio, solvi mulieri debet, *L. 2. de soluto matrimon.*

DOTIUM causa semper & ubique præcipua est, nam & publice interest, dotes mulieribus conservari, cum dotatas esse fœminas ad sobolem procreandam replendamque liberis civitatem maxime sit necessarium, *L. 1. eod.*

DOS tota mulieris quando est publicata post litis contestationem factam in judicio dotis, totum judicium dotis expirat, *L. 24. §. 7. eod.*

DOTIS privilegium per transitum ad secundas nuptias non amittitur, *L. 30. pr. eod.*

DOTEM sibi pacto remissam pater non exigit soluto matrimonio, *L. 31. §. 1. eod.*

In DOTEM res data an extet, vel non, nihil interest in actione de dote, *L. 53. eod.*

Maritus DOTEM, quam non accepit, post divortium per errorem solvit, repetere potest, *L. 52. eod.*

DOS ad mulieris heredes revertitur, muliere mortua constante matrimonio, nisi sit aliud conventum, *L. 1. §. 6. C. de rei uxor. act.*

DOTIS quantitatem necessariæ impensæ minuunt, *L. 1. §. 5. C. eod.*

Mulier DOTEM suam præcipuam accipit, etiamsi à patre emancipata vel exheredata sit, vel cum heredibus scripta, *L. 1. §. 11. C. eod.*

Si DOS potestatis sive pactionis jure ad patrem redeat, non tamen licet ei, filia denuo nubente, diminuere priorem dotis mensuram, nisi forte substantia sua decrescat aliqua fortuita clade, tunc enim amplius secundo marito in dotem præstare non cogitur, nisi quantum facultates ejus patiuntur, Auth. *Sed quamvis. C. eod. Nov. 97. c. 5.*

DOS ab extraneo data, citra stipulationem redditionis, mulieri reddenda, præsumitur enim eo casu mulier sibi dotis redditionem stipulari, nec videtur extraneus tacite stipulari, *L. 1. §. 13. C. eod.*

DOTIS quantitas amplior aut minor esse potuit donationis propter nuptias quantitate, hodie æquales quantitates esse debent, *L. 9. C. de pactis conventis* &c. *Nov. 97. c. 1.*

DOS culpa mulieris amissa non revertitur ad eum, qui dedit, nisi id sibi stipulatus sit, *L. 24. C. de rei uxor. act.*

DOTEM æstimato acceptam vir tueri potest actione ex empto, *L. 10. C. eod.*

Ubi in DOTEM æstimata res datur, tenetur mulier viro actione ex empto, *ibid.*

DOTIS æstimatæ periculum & commodum maritum sequitur, *ibid.*

Nulla lege prohibitum est, in DOTEM universa bona marito fœminam dare, *L. 4. C. de jure dot.*

DOTEM æstimatam accipiens, non res ipsas, sed earum pretium consequutus intelligitur, *L. 5. C. eod.*

Pro oneribus matrimonii, mariti lucro fructus totius DOTIS esse, quos ipse cepit, *L. 20. C. eod.*

Fructus DOTIS à marito uxori donari possunt, donati tamen possunt repeti, qua facta est uxor locupletior, *ibid.*

DOTIS dominium constante matrimonio naturaliter est uxoris, *L. 30. C. eod.*

DOTIS sponsor post biennium à contracto matrimonio usuras præstat ad tertiam usque centesimæ usuræ partem, *L. 31. §. 2. C. eod.*

DOS ita stipulatione constituitur, ut etiamsi non intervenerit stipulatio, fingatur tamen intervenisse, *L. 1. C. de rei uxor. act.*

DOTEM promittente muliere non adjecta quantitate, aut re certa expressa, quæ in dotem detur, inutilis est promissio, cum possit mulier vilissimum quidpiam dotis loco dare, *L. 1. C. de dotis promiss.*

Ex promissione DOTIS agit maritus, non mulier, *L. 5. C. eod.*

DOTIS privilegia duo enumerantur in *Nov. 109. c. 1.*

In DOTEM feudum pro filia dare pater non potest invito suo Domino, *II. F. 9. §. 1.*

In DOTEM feudum uxor marito dare potest, *II. F. 13.*

Æstimata quæ quis in DOTEM accipit, empta ea habere intelligitur, *L. 3. locati.* & *L. 10. §. 5. de jure dot.*

DOTIS reddendæ pars est, peculium servi dotalis, *L. 67. de soluto matr.*

In DOTEM si fuerint datæ res æstimatæ ita, *ut, ex quacunque causa dos reddi deberet, ipsæ res restituerentur, habita ratione augmenti, & deminutionis, viri boni arbitratu, quæ vero non exstarent, æstimatio earum,* mulier soluto matrimonio potest petere sibi restitui, vel revocare à possidente res dotales extantes, quæ neque ea volente, neque ratum habente venditæ sunt à marito, *L. 50. eod.*

DOS *cauta.*

DOS cauta proprie dos non est, sed dos numerata, nam dotem numeratio, non scriptura dotalis instrumenti facit, *L. 1. C. de dote cauta non numerata.*

DOS *inofficiosa.*

DOS inofficiosa ita rescinditur per querelam inofficiosæ dotis, sicut donatio inofficiosa per querelam inofficiosæ donationis, *L. un. C. de inoffic. dotib.*

DOS *profectitia.*

DOS profectitia, soluto morte filiæ matrimonio, ad patrem, qui eam dedit, redire debet, *L. 4. C. soluto matrim.*

DOS data à patre est ipsius filiæ proprium patrimonium, *L. 3. §. 5. de minor.*

DOS à patre profecta sicut est mulieris, non ita dicitur patris, *L. 71. de evict.*

DOS profectitia est, quæ à patre vel parente profecta est de bonis, vel facto ejus, *L. 5. pr. de jure dot.*

DOS profectitia est, sive eam parens dedit, sive procurator ejus, sive jussit alium dare, sive, cum quis dedisset negotium ejus gerens, parens ratum habuerit, *L. 5. §. 1. eod.*

DOS profectitia dicitur, quando quis patri donaturus dotem dedit, secus quando filiæ contemplatione dotem patri donavit, *L. 5. §. 2. eod.*

DOS profectitia vocatur, si curator furiosi, vel prodigi, vel cujusvis alterius dotem filiæ furiosi vel prodigi dedit, *L. 5. § 3. eod.*

DOS profectitia etiam dicitur id, quod decreto Prætoris, vel Præsidis ex bonis patris, vel ab hostibus capti, vel à latronibus oppressi filiæ ejus in dotem datum est, *L. 5. §. 4. eod.*

DOS profectitia non est, si pater repudiaverit hereditatem dotis constituendæ causa, forte quod maritus erat substitutus, aut qui potuit ab intestato

ſtato hereditatem vindicare; vel ſi legatum in hoc repudiaverit pater, ut apud generum heredem remaneat dotis conſtituendæ cauſa, *L. 5. §. 5. eod.*

DOS profectitia non eſt, ſi pater, non quaſi pater, ſed alio dotem promittente fidejuſſit, & quaſi fidejuſſor ſolverit, quamvis pater ſervare à reo id, quod ſolvit, non poſſit, *L. 5. §. 6. eod.*

DOS profectitia vocatur, ſi dotem promiſit pater, & fidejuſſorem, vel rem pro ſe dedit, quia ſufficit, quod ſit obligatus ipſi reo, vel fidejuſſori ſolventi, *L. 5. §. 7. eod.*

DOS profectitia non eſt, quando quis certam quantitatem patri, vel matri donavit ita, ut eam pro filia in dotem daret, quia pater, vel mater ad dandum tantum tenentur, quod ſi non dederint, tenentur condictione, dicitur tamen illa dos adventitia, *L. 5. §. 9. eod.*

DOS profectitia eſt, quando filiusfam. dotem promiſit pro filia, & ſui juris factus dedit, non enim pro hereditate patris æs alienum ſolvit, ſed ſuum æs alienum ſuſceptum, dum filiusfamil. eſſet, paterfam. factus exoneravit, *L. 5. §. 10. eod.*

DOS profectitia dicitur, quando pater pro filia emancipata dotem dedit, *L. 5. §. 11. eod.*

DOTEM profectitiam nomen parentis facit, & non jus poteſtatis, ſed ita demum, ſi ut parens dederit, cæterum ſi, cum deberet filiæ, voluntate ejus dedit, adventitia dos eſt, *L. 5. §. 11. eod.*

DOS à patre profecta, ſi in matrimonio deceſſerit mulier filiafamilias, ad patrem redire debet, *L. 4. C. ſoluto matr.*

DOTALIS.

DOTALES res ſunt, quæ ex dotali pecunia comparatæ ſunt, *L. 54. de jure dot.*

Partus DOTALIUM ancillarum eſt portio dotis, *L. 69. §. 9. eod.*

DOTALE eſt, quod ſervo dotali legatum eſt, *L. 3. pr. de fundo dotali.*

DOTALE prædium manet, etiam diſempto matrimonio, *L. 12. pr. eod.*

In diſtrahendo DOTALI prædio voluntas ſoceri nulla eſt, *d. L. 12. §. 1. eod.*

DOTALE prædium accipere debemus, tam urbanum, quam ruſticum, *L. 13. pr. eod.*

DOTALE eſt prædium, quod ex cauſa dotis in dominio, vel quaſi dominio mariti eſt, *L. 13. §. 2. eod.*

Ex DOTALI fundo marmor erutum, neque dum exportatum, ſoluto matrimonio, mariti eſt, adeo ut & impenſas utiles cæſi marmoris repetat à muliere, *L. 18. pr. eod.*

DOTALIS fundi venditio facta à marito confirmatur eo rei dominium adepto, *L. 17. eod.*

Servi DOTALES, ſive empti de pecunia dotali, poſſunt à marito jure manumitti, *L. 7. C. de ſervo pignori dato* &c.

DOTALIS res eſt in dominio, & adminiſtratione mariti, *ibid.*

DOTALE prædium maritus invita muliere per L. Iuliam prohibetur alienare, quamvis ipſius ſit, dotis cauſa ei datum, *pr. Inſt. quibus alienare licet.*

DOTALES res dari inæſtimatas plerumque intereſt mariti, ne periculum earum ad eum pertineat, maxime ſi animalia maritus acceperit in dotem, vel veſtem, qua mulier utitur, *L. 10. pr. de jure dot.*

DOTALIUM pecorum fœtus ad maritum pertinent, quia fructibus computantur, ſic tamen, ut ſuppleri proprietatem prius oporteat, & ſummiſſis

missis in locum mortuorum capitum adgnatis, residuum in fructum maritus habeat, *L. 10. §. 3. eod.*

Si res DOTALES ante matrimonium sunt æstimatæ, hæc æstimatio quasi sub conditione est, *L. 10. §. 4. eod.*

In rebus DOTALIBVS virum præstare oportet tam dolum quam culpam, quia causa sua dotem accipit, sed etiam diligentiam præstabit, quam in suis rebus exhibet, *L. 17. pr. eod.*

DOTALIS servus potest per maritum in testamento, & inter vivos manumitti, *L. 3. C. de jure dot.*

Vxor prædium DOTALE inæstimatum non potest vendere, nec vendenti marito consentire, *L. 23. C. eod.*

Res DOTALES inæstimatæ manent uxoris, æstimatæ, subtili jure sunt mariti, naturali mulieris, si tamen extent, *L. 30. C. eod.*

DOTARE.

DOTARE filiam, vel neptem cogitur pater, vel avus, *L. 7. §. 5. de in rem verso.*

Mater DOTARE filiam non cogitur, nisi ex magna & probabili causa, vel lege specialiter expressa, *L. 14. C. de jure dot.*

DOTANS mater filiam potest in continenti pacisci de dote sibi reddenda, & habet actionem præscriptis verbis, pater vero *dotans* in continenti si pacifcatur dotem sibi reddi, nisi interveniat stipulatio, non acquirit actionem, *L. 6. C. eod.*

Stuprans virginem nondum desponsatam tenetur eam DOTARE & ducere in uxorem, si vero pater stupratæ illi eam dare recusaret, dotare tantum illam tenetur, *c. 1. X. de adulter.*

DVBITARE.

De statu suo DVBITANTES, vel errantes, testamentum facere non possunt, *L. 15. qui testam. fac.*

DVBITANS habetur pro ignorante, *L. 11. C. de condict. indeb.*

Si Iudex de jure DVBITANS vult consulere superiorem, debet consultationis copiam partibus edere, alias ejus verbis consultationis fides non adhibetur, *c. 68. X. de appell.*

DVBIVM.

Semper in DVBIIS benigniora præferenda sunt, *L. 56. de R. I.*

DVBIA in meliorem partem interpretari debent, *c. 2. X. de R. I.*

In DVBIO contra eum, qui legem apertius dicere potuit, interpretatio est facienda, *c. 57. de R. I. in 6.*

In DVBIIS favendum potius reo, quam actori, *c. 11. eod.*

In DVBIIS benigniorem interpretationem sequi non minus justius est, quam tutius, *L. 3. de his, quæ in testam. del.*

In DVBIIS ex æquitate debet eligi media via, *§. 7. quibus ex causis* &c.

DVCERE.

DVCERE tam ad maritum, quam ad uxorem pertinet, unde dicitur etiam uxor *ducere* maritum, *L. 3. C. soluto matrim.*

DVCENS uxorem damnatam de adulterio, vel maritus reducens intelligitur esse leno, & pœna lenocinii punitur, *L. 9. C. ad L. Iul. de adult.*

DVELLVM.

DVELLVM militi indicere rusticus non potest, h. e. ignobilis, *II. F. 27. §. 3.*

In DVELLO par utriusque decertatoris conditio exquiritur, *ibid.*

DVELLVM non fit de felonia, *II. F. 39. §. 3.*

DVELLA, & aliæ purgationes vulgares prohibitæ sunt, quia per eas multoties condemnatur absolvendus, & Deus tentari videtur, *c. 1. X. de purgat. vulg.*

Clericus iniens DVELLVM, sive obtulerit, sive susceperit, deponendus est, poterit tamen Episcopus cum eo

dispensare, si mors vel mutilatio membri non sit inde secuta, *c. 1. X. de Cleric. pugnant.*

DVM.

Hoc sermone, DVM *nupta* erit, primæ nuptiæ significant, *L. 89. §. 1. de V. S.*

DVM dictio facit conditionem, *L. 8. de condit. & demonstr.*

DVO.

DVO quoties relinquuntur, quæ simul valere non possunt, valet id, quod est favorabilius, *L. 48. §. 1. de vulg. & pup. subst.*

Cum DVO stramenta ardentia profilirent, si concurrerint, & ambo ceciderint, & alter flamma sit consumptus, nihil eo nomine potest agi, nisi intelligatur, uter ab utro eversus sit, *L. 45. §. 3. ad L. Aquil.*

DVOBVS magistratibus quis assidere non debet, nec duabus necessariis rebus unum sufficere est credendum, *L. 14. C. de assessor.*

DVORVM numero pluralis locutio contenta est, *II. F. 58. c. 1.*

DVORVM esse non potest homo ligius, *II. F. 99.*

In DVABVS Ecclesiis Clericus conscribi nullo modo debet, *c. 1. q. 1. caus. 21.*

DVOBVS Monasteriis unus Abbas præesse non potest, *c. 4. ead.*

Vnus Episcopus DVABVS præficitur Ecclesiis, *c. 5. ead.*

DVPLEX.

DVPLICIA Monasteria, Virorum nempe simul & mulierum, prohibita sunt, *c. 21. q. 2. caus. 18.*

DVPLEX cor non habet, qui propter varium eventum verba sua mutat, *c. 14. §. 2. q. 2. caus. 22.*

DVX.

Qui à Principe de ducatu aliquo investitus est, DVX solito more vocatur, *II. F. 10.*

DVX feudum dare potest, *I. F. pr.*

E.

EBRIETAS.

Vbi EBRIETAS, ibi libido dominatur, & furor, *c. 5 dist. 35.*

Per EBRIETATEM ignorantes ea committimus, quæ sobrii cavemus, *c. 7. pr. q. 1. caus. 15.*

EBRIETAS vitanda est, per quam crimina cavere non possumus, *ibid.*

Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aleæ, atque EBRIETATI deserviens, aut desinat aut certe damnetur, *c. 1. dist. 35.*

Omnis, qui cum EBRIETATE miscetur, non est sapiens, *c. 3. ead.*

Ante omnia Clericis vitetur EBRIETAS, quæ omnium vitiorum fomes, ac nutrix est, *c. 9. ead.*

Præclara EBRIETAS, quæ sobrietatem mentis operatur, *c. 83. §. 4. dist. 2. de consecrat.*

EBRIVS.

Triginta diebus à Communione abstineat Clericus, quem EBRIVM fuisse constiterit, *c. 9. dist. 35.*

Veniam habent, quæ ignorantes EBRII committunt, *c. 7. q. 1. caus. 15.*

EBRII f. *ebriosi* sunt fugiendi, *c. 24. q. 3. caus. 11.*

EBVR.

EBVR ad vectigal pertinet, *L. 16. §. 7. de public. & vectig.*

ECCLESIA.

ECCLESIA est collectio Catholicorum, *c. 8. dist. 1. de consecrat.*

ECCLESIARVM consecratio absque Missa fieri non debet, *c. 3. ead.*

ECCLESIA nova sine autoritate summi Ponti-

Pontificis non dedicetur, *c. 4.* & *5. ead.*

ECCLESIA nova non dedicetur, sine dignitate Episcopi loci, *c. 9. ead.*

ECCLESIA non consecretur, quæ pro quæstu cupiditatis ædificatur, *c. 10. ead.*

ECCLESIAE precibus divinis consecrentur, *c. 13. ead.*

ECCLESIAE, vel altaria, quæ ambigua sunt de consecratione, consecrentur, *c. 18. ead.*

Si ECCLESIA homicidio, vel adulterio violata fuerit, diligentissime expurgetur; & denuo consecretur, *c. 19. §. 1. ead.*

ECCLESIA consecretur, si altare fuerit motum, *c. 19. pr. ead.*

ECCLESIA salibus tantum exorcizetur, si parietes ejus mutantur, *ib.*

In ECCLESIA consecrata absque Episcopi permissu non erigatur altare, *c. 25. ead.*

ECCLESIAM, in qua Paganus sepultus est, non liceat consecrare, neque Missas in ea celebrare, *c. 27. ead.*

ECCLESIAM, in qua mortuorum cadavera Infidelium sepeliuntur, sanctificare non licet, *c. 28. ead.*

ECCLESIAE sacerdoti legatum, intelligitur esse annuum favore piæ causæ, *L. 20. §. 1. de annuis legatis.*

ECCLESIA romana est caput omnium Ecclesiarum, & est superior etiam Constantinopolitana, *L. inter claras* &c. & *L. f.* §. *6. C. de summa trinit.*

ECCLESIA nunquam redeuntibus gremium suum claudit, *ibid.*

Qui ECCLESIAE immunitatem violat, sacrilegium committit, *L. 5. C. de sacrosanct. Eccl.*

ECCLESIAE non sunt immunes à publicis collationibus, *L. 5. C. eod. Nov. 37*

Qui ad ECCLESIAM carthaginiensem confugerit, is impunitatem habeto, nisi homicidium, aut raptum virginis, aut vim in Christianum admiserit, *d. Nov. 37.*

ECCLESIIS Africæ ab aliquo pro sua ipsius salute oblata, à nemine prorsus auferuntor, *ibid.*

ECCLESIAE à muneribus præsertim sordidis sunt immunes, exceptis pontium & itinerum instructionibus, *L. 5.* & *7. C. de sacros. Eccles.*

ECCLESIAE obnoxiæ sunt angariis & parangariis expeditionis tempore, *L. 11. C. eod.*

ECCLESIA habens rem in emphyteusin ab alia Ecclesia si illam deteriorat, vel non solvit canonem per biennium, expellitur, *Auth. Qui rem* &c. *C. eod.* & *Nov. 120. c. 8.*

ECCLESIA est cultrix & auctrix Justitiæ, *I. F. 13.*

ECCLESIA non patitur quid fieri contra justitiam, *ibid.*

ECCLESIA non desinit esse heres, *ib.*

ECCLESIA est religionis & fidei mater, *L. 14. pr. C. de Sacros. Eccles.*

ECCLESIAE patrimonium perpetuum esse debet, *ibid.*

Res ECCLESIAE permutari potest, si id Ecclesiæ utile sit, *L. 17. §. 1. eod.*

ECCLESIA Constantinopolitana omnium aliarum est caput, *L. 24. C. eod.*

Sola ECCLESIA romana gaudet privilegio præscriptionis centum annorum, *Auth. Quas actiones* &c. *C. eod.*

ECCLESIAE Oeconomus conventus pro rebus Ecclesiæ nihil nomine sportularum tenetur solvere, *Auth. Sed hodie. C. de Episcop. & Cler.*

In ECCLESIIS exclamare non licet, *L. 5.* & *8. pr. C. de his, qui ad Eccles. conf.*

In ECCLESIIS & in aliis locis memorabilibus non debent fieri tumultus, conclamationes, seu conspirationes etiam

etiam contra privatam personam sub pœna ultimi supplicii, *L. 5. C. eod.*

Major ECCLESIA Constantinopolitana mater Imperii à Iustiniano vocatur, *Nov. 3. præf.*

ECCLESIA gladium non habet, nisi spiritualem, non occidit, sed vivificat, *c. 6. q. 2. cauf. 33.*

Sancta Dei ECCLESIA mundanis nunquam constringitur legibus, *ib.*

Ista ECCLESIA beata est, quæ persecutionem patitur propter justitiam, *c. 42. pr. q. 4. cauf. 23.*

ECCLESIA vera est, quæ persecutionem patitur, non quæ facit, *ib.*

Extra ECCLESIAM non sunt vera sacrificia, *c. 68. & 71. q. 1. cauf. 1.*

Quem romana depellit ECCLESIA, à nullo debet suscipi, *c. 2. dist. 93.*

Non est in ECCLESIA, qui Cathedram Petri non sequitur, *c. 3. ead.*

ECCLESIA Christi gloriosa est, non habens maculam, neque rugam, aut aliquid istiusmodi, *c. 70. dist. 1. de pœnit.*

Extra ECCLESIAM peccata non remittuntur, *c. 84. ead.*

ECCLESIAE Catholicæ autoritas valet ad fidem, *c. 9. dist. 11.*

Quod Romana servat ECCLESIA, ab omnibus servari debet, *c. 11. ead.*

ECCLESIIS novus census imponi non potest, nec antiquus augeri, *c. 7. X. de censib.*

ECCLESIIS, quas de novo Episcopi de manibus Laicorum eripiunt, non possunt ob hoc censum imponere, *c. 9. X. eod.*

Si ECCLESIAS gravant collectores, privari debent officio, *c. 12. X. eod.*

ECCLESIAE novum censum Patroni etiam Clerici imponere non possunt, nec veterem augere, & si super hoc juramenta vel cautiones exegerunt, coguntur absolvere, *c. 15. X. eod.*

ECCLESIAE tenentur Episcopo, in cujus Diœcesi sunt, respondere de procurationibus, quarta decimarum & aliis Episcopalibus, *c. 19. X. eod.*

Episcopus remittens ECCLESIAE servitia, quæ sibi debebat, & statuens, quod aliud servitium non imponetur, procurationem non intelligitur remisisse, *c. 21. X. eod.*

ECCLESIA etiam Civitatensis, tenetur procurare Episcopum visitantem, quanquam ipsum nunquam procuraverit, *c. 24. X. eod.*

ECCLESIAE diebus etiam non festis possunt consecrari, *c. 2. X. de consec. Eccles.*

Reconciliatur ECCLESIA, quæ propter homicidia & vulnera hominum ibi perpetrata, polluta est, *c. 4. X. eod.*

ECCLESIA vel Cœmeterium polluitur, si excommunicatus in ea sepelitur, *c. 7. X. eod.*

Qui fecit ECCLESIAM consecrari, tenetur eam dotare, *c. 8. X. eod.*

ECCLESIA polluta per Sacerdotem simplicem, reconciliari non potest, etiamsi aqua fuerit per Episcopum benedicta, *c. 9. X. eod.*

ECCLESIA etiam non consecrata, si polluitur, reconcilianda est, *c. 10. X. eod.*

Instituti in ECCLESIIS Patronatis, per novos Patronos mutari non possunt, nec vicissitudines *Ecclesiarum* per eos fieri, *c. 9. X. de jure patronatus.*

Laici spoliantes ECCLESIAM excommunicantur, *c. 21. §. 1. X. eod.*

Restituitur ECCLESIA læsa propter negligentiam Procuratoris, qui jura *Ecclesiæ* non produxit, *c. 2. X. de in integr.*

ECCLESIA læsa in probatione necessaria omissa, potest petere restitutionem in integrum, non obstante termino

mino juris probationis exclusivo, *c. 3. X. eod.*

ECCLESIA etiam contra sententiam Papæ restituitur, *c. 5. X. eod.*

ECCLESIA post terminum peremptorium de jure communi non auditur, auditur tamen per beneficium restitutionis in integrum, *c. 7. X. eod.*

ECCLESIA Imperatori tributum denegare non debet, *c. 27. q. 1. cauf. 11.*

Prædium ECCLESIAE Canonicus perpetuo locare non potest, *c. 9. X. de rebus Eccl. alien.*

ECCLESIA restituitur contra alienationem, per quam enormiter fuit læsa, *c. 11. X. eod.*

Res ECCLESIAE alienari non debent, *c. 5. pr. X. eod.*

Res ECCLESIAE intuitu religionis alienare licet, *c. 73. q. 2. cauf. 12.*

Quæ de rebus ECCLESIAE in remunerationem obsequii præstantur, rata permaneant, *c. 66. q. 2. cauf. 12.*

Rebus ECCLESIAE Episcopus tanquam commendatis, non tanquam propriis utatur, *c. 52. §. 1. eod.*

Sicut ECCLESIA proprias res amittere non debet, ita eam rapacitatis ardore invadere alienas non oportet, *c. 49. ead.*

Res ECCLESIAE, quæ absente Episcopo distrahantur, ad jus Ecclesiasticum revocentur, *c. 42. ead.*

Res ECCLESIAE Episcopus usurpare, vel alienare non præsumat, *c. 18. ead.*

Res ECCLESIAE desolatæ non præponantur captivis, *c. 16. ead.*

Prædia ECCLESIAE non liceat Papæ alienare, *c. 20. ead.*

ECCLESIAE pecunias auferens velut homicida damnatur, *c. 50. ead.*

ECCLESIA nulla, nullaque loca venerabilia civitatis Constantinopolitanæ, exceptis quibusdam, quibus conceditur, potest res immobiles, vel quæ inter immobilia computantur, donare, vel alienare, nisi fiat alienatio imperiali domui, *Nov. 120. c. 1. pr.*

ECCLESIA potest dare res in emphyteusin ei, qui accipit, & aliis duobus deinceps heredibus, & non amplius pensione diminuta in sexta parte, sed in *proastiis*, i. e. agris non proximarum villarum si reditus habeat aliquos, pro integro canone dantur, sed si nullos habeat reditus, dantur prout melius potuerunt, *ibid.*

ECCLESIA, quæ habet potestatem locandi rem, non potest ultra 30. annos locare, *d. Nov. 120. c. 3.*

ECCLESIA potest domos ruinosas reficiendas dare in emphyteusin perpetuam data electione emphyteutæ, utrum velit solvere tertiam partem pensionum, quæ ex habitatoribus adhuc stantibus colligebantur, aut velit prius reædificatis domibus solvere; quo casu dari debet ei pro medietate pensionum, quæ reædificato ædificio ultra solitas pensiones accipi possunt, *Nov. 120. c. 1. §. 2.*

ECCLESIAE rem immobilem potest œconomus ob debitum ejus supponere aut dare in speciale pignus, & creditor possidet eam, & ejus fructus colligat, & reputet sibi tam in sortem, quam in usuris non majoribus quam quartam partem centesimæ, & soluto debito res redit ad Ecclesiam, *Nov. 120. C. 4.*

ECCLESIAE res immobiles pro redemptione captivorum possunt alienari, *Nov. 120. c. 9. pr.*

ECCLESIA pro debito urgenti potest vendere servata solemnitate vasa superflua, & nullum necessarium usum facientia aliis *Ecclesiis*, aut conflare, & similiter vendere & eorum pretium in debitum præbere, *Nov. 120. c. 10.*

ECCLESIA tenetur ad tributum propter

pter subitum adventum principis, *L. 5. C. de SS. Eccles.*

ECCLESIAE nocet factum Prælati, *L. 60. C. eod.*

In ECCLESIA delinquens non debet ad *Ecclesiam* confugere, neque debet gaudere immunitate ecclesiastica, nec ab Ecclesia debet defendi, *Nov: 117. c. 15. §. 1.*

ECCLESIAE immunitate gaudere non debent virginum raptores, & adulteri confugientes ad *Ecclesiam*, quando extra *Ecclesiam* deliquit, & multo minus quando in ipsa *Ecclesia* perpetravit tale scelus, *ibid.*

ECCLESIA Romana mater est omnium *Ecclesiarum*, à cujus regulis nullatenus convenit deviare, *c. 1. dist. 12.*

ECCLESIA Romana est mater fidei, *c. 1. §. 1. dist. 22.*

ECCLESIAE Romanæ obediendum est, *c. 2. pr. dist. 12.*

Ad ECCLESIAM Romanam, quasi ad matrem appelletur ab omnibus, maxime tamen ab oppressis, *c. 8. q. 8. caus. 2.*

ECCLESIA Romana habet jus condendi Canones, *c. 16. §. 1. q. 1. caus. 25.*

ECCLESIA Romana caput est, & cardo omnium Ecclesiarum, à cujus regula nemini dissentire licet, *ib.*

In persona Petri ECCLESIA Romana ligandi & solvendi potestatem accepit, *c. 6. q. 1. caus. 24.*

ECCLESIAE Romanæ fides omnem hæresin destruit, nullam fovet, *c. 10. q. 1. caus. 24.*

ECCLESIA Romana nullis hæresibus succubit, *c. 11. ead.*

Ad ECCLESIAM Romanam referatur, quoties ratio fidei ventilatur, *c. 12. ead.*

Aliud, quam ECCLESIA Romana neque sentire, neque docere permittitur, *c. 15. ead.*

ECCLESIAE Alexandrinæ à Romana dissentire non licet, *c. 16. ead.*

Non possunt ab ECCLESIA absolvi post mortem, qui in hac vita ab ea noluerunt absolvi, *c. 1. q. 2. caus. 24.*

ECCLESIA viventes potest ligare, vel solvere, non mortuos, *c. 2. ead.*

Major ECCLESIA habeat per circuitum 40. passus, minor 30. uti & Capella, *c. 6. q. 4. caus. 17.*

Qui de atrio, vel porticibus ECCLESIAE fugientem abstrahit, excommunicetur, *c. 20. ead.*

Ante securitatem acceptam de atrio ECCLESIAE fugitivus non cogatur exire, *c. 36. ead.*

Si quis ECCLESIAM igne combusserit, quindecim annis pœniteat, & eam sedule restituat, & pretium suum pauperibus distribuat, *c. 14. ead.*

Ab ECCLESIA arceatur ingressu, qui aliquem de *Ecclesia* violenter rapuerit, *c. 10. ead.*

ECCLESIASTICUS, *a*, *m.*

ECCLESIASTICA pecunia furata, vel rapta, reddatur in quadruplum, populi vero duplicetur, *c. 16. q. 4. caus. 17.*

ECCLESIASTICA jura Lex Imperatorum dissolvere non potest, *c. 1. dist. 10.*

In ECCLESIASTICIS causis Regis voluntas Sacerdotibus est postponenda, *c. 3. ead.*

ECCLESIASTICAE censuræ appellatione comprehenditur excommunicatio, suspensio, & interdictum, *c. 20. X. de V. S.*

Contra ECCLESIASTICAS personas repræsaliæ concedi, vel concessæ extendi non debent, *c. un. de injuriis in 6.*

ECCLESIASTICI Iudices Delegati gratis judicare debent, nec exigere possunt decimam, vel etiam quotam litis,

litis, etiamsi hoc habeat consuetudo, *c. 10. X. de vita & honest. Cleric.*

ECCLESIASTICAS personas condemnare non debent seculares Iudices, *c. 2. X. de for. comp.*

Agenti super rebus ECCLESIASTICIS, non obstat exceptio spoliationis privatarum rerum, vel è converso, *c. 1. §. 2. de restitut. spoliat. in 6.*

Pro ECCLESIASTICIS beneficiis nihil dari debet, *c. 2. X. de Simon.*

De rebus ECCLESIASTICIS disponendis, Laicis nulla facultas relinquitur, *c. 1. q. 7. caus. 16.*

In ECCLESIASTICIS negotiis non ita agendum est, sicut in secularibus, nam in *secularibus* legibus, postquam vocatus quis venerit, & in foro decertare cœperit, non licet ei ante peractam causam recedere, in *ecclesiasticis* vero, dicta causa, recedere licet, si necesse fuerit, aut si se prægravari viderit, *c. 18. q. 6. caus. 2.*

ECCLESIASTICA prædia titulo emptionis, donationis, vel cujuscunque contractus acquirens amittit omne commodum, pretia, & munera, quæ dedit, *L. 14. §. 1. C. de sacros. Eccl.*

ECCLESIASTICA bona alienata vindicari possunt à Clericis, & ab œconomis temporalibus, *ibid.*

ECCLESIASTICA prædia urbana vel rustica in temporalem usumfructum petenti dari possunt, *L. 14. §. 5. C. eod.*

Quænam ECCLESIASTICA persona feudum dari possit, *I. F. 1. pr.*

ECCLESIASTICARVM rerum infeudationes ante Papam Vrbanum factæ habentur pro ratis, *I. F. 6. pr.*

Si ECCLESIASTICVS investitor ante diem vel eventum conditionis decesserit, successor ejus ratam investituram habere non cogitur, *I. F. 9.*

ECCLESIASTICVM beneficium s. feudum ad Successorem Clerici revertitur, *II. F. 40. §. 1.*

ECCLESIASTICAE emphyteusios pensio diminuitur ob sterilitatem in sexta parte, *Auth. Perpetua &c. C. de sacros. Eccles.*

ECHINVS.

ECHINVS, i. e. eboreus est partus piscis semipedalis, *L. 1. C. de monopol.*

EDERE.

Inter EDERE & reddi rationes multum interest, *L. 89. §. 2. de V. S.*

Nec is, qui EDERE jussus sit, reliquum reddere debet, *ibid.*

EDERE est copiam describendi facere, vel in libello complecti, & dare, vel dictare, *L. 1. §. 1. de edendo.*

Is quoque EDIT, qui producit adversarium suum ad album, & demonstrat, quod dictaturus est, *ibid.*

EDENDA sunt omnia, quæ quis apud Iudicem editurus est, *L. 1. §. 3. eod.*

EDERE non videtur, qui stipulationem totam non edit, *L. 1. §. 4. eod.*

Eis, qui ob ætatem, vel rusticitatem, vel ob sexum lapsi non ediderunt, vel ex alia justa causa, subvenietur, *L. 1. §. 5, eod.*

EDERE non tenetur Reus actori sua propria instrumenta, *c. 1. X. de probat.*

EDI debent parti petenti instrumenta communia, *c. 12. X. de fide instrument.*

EDI debent acta publica cum die & consule, *L. 1. §. 2. de edendo.*

EDI autem est, vel dictare, vel tradere libellum, vel codicem proferre, *L. 6. §. 7. eod.*

Dolo malo non EDIT, & qui malitiose edidit, & qui in totum non edit, *L. 8. pr. eod.*

EDENDA sunt acta publica tam civilia, quam criminalia, cuilibet prætendenti, *L. 2. C. de edendo.*

EDERE librum rationum potest cogi credi-

creditor à debitore, ut fides veri constare possit, *L. 5. eod.*

EDITA actio speciem futuræ litis demonstrat, quam emendari, vel mutari licet, prout Edicti Perpetui monet autoritas, vel jus reddentis decernit æquitas, *L. 3. C. eod.*

EDICTVM.

EDICTA Prætorum non modicam obtinent juris autoritatem, §. *7. de I. N. G. & C.*

EDICTA constituerunt jus honorarium, & honorarium dicitur eo, quod ab honore Prætoris venerat, *ibid.* & *L. 2.* §. *10. de O. I.*

EDICTA proposita fuerunt à magistratibus, ut scirent cives, quod jus de quaque re quisque dicturus esset, seque præmunirent, *L. 2.* §. *10. de O. I.*

EDICTA quædam præcipiunt aliquid fieri, quædam vero prohibent, *L. 52.* §. *6. de O. & A.*

EDICTVM dicitur lex generalis, aliquando sumitur pro edicto Prætoris, *L. 3. C. de LL.*

EDICTVM est, quod Rex vel Imperator constituit vel edidit, *c. 4. dist. 2.*

EDICTVM *ædilitium.*

EDICTVM proponebant Ædiles Curules de quibusdam causis, §. *7. de I. N. G. & C.*

EDICTVM ædilitium est juris honorarii portio, *ibid.*

EDICTVM *ædilitium de venditionibus* rerum est tam earum, quæ soli sunt, quam earum, quæ mobiles aut se moventes, *L. 1. pr. de ædilit. edicto.*

Causa hujus EDICTI proponendi est, ut occurratur fallaciis vendentium, & emptoribus succuratur, quicunque decepti à venditoribus fuerint, *d. L. 1.* §. *2. eod.*

Hoc EDICTVM *ædilit. de vendit.* non pertinet ad venditiones fiscales, *L. 1.* §. *3. eod.*

EDICTVM hoc locum habet, si Respubl. aliqua faciat venditionem, *L. 1.* §. *4. eod.*

EDICTO huic locus erit in pupillaribus quoque venditionibus, *L. 1.* §. *5. eod.*

EDICTVM hoc cessat, si intelligatur vitium, morbusque mancipii, *L. 1.* §. *6. eod.*

EDICTVM *ædilit. hoc de vendit.* non habet locum in servis, aleatoribus, vinariis, gulosis, impostoribus, mendacibus, & litigiosis venditis, *L. 4.* §. *2. eod.*

EDICTVM hoc non tantum ad perpetuos morbos, sed etiam ad temporarios pertinet, *L. 6. eod.*

EDICTVM hoc non habet locum in servo blæso, & atypo, & in eo, qui tardius loquitur, neque in varo & vatio, qui sani dicuntur, *L. 10.* §. *5. eod.*

EDICTVM *ædilit. de vendit.* cessat in servo habente inæquales maxillas, vel oculos, vel brachia, si nihil ex ministerio præstando subtrahitur, *L. 12.* §. *1. eod.*

EDICTO ædilitio continentur jumenta, & etiam pecora, *L. 38. pr. eod.*

EDICTO ædilitio quodam cavetur, ne quis canem, verrem, vel minorem aprum, lupum, ursum, pantheram, leonem ibi habeat, qua vulgo iter fit, *L. 40. 41. & 42. eod.* §. *1. si quadrupes pauper. fec.*

EDICTVM *de alienatione judicii mutandi causa facta.*

EDICTO hoc tenetur ille, qui hominem, quem petere volebam, manumiserit, quia deteriorem reddit conditionem meam, cum Prætores faveant libertatibus, *L. 3.* §. *1. de alienat. judic. mut.*

EDICTO *de alien. judic.* &c. agitur ad interesse expensarum, vel alterius incommoditatis contra eum, qui rem

rem mutandi judicii causa alienavit, *L. 3. §. 4. eod.*

EDICTUM hoc post annum, ex quo cœpit competere, non habet locum, *L. 6. eod.*

Hoc EDICTUM ad jura etiam prædiorum pertinet, modo si dolo malo fiat alienatio, *L. 4. §. 4. eod.*

EDICTO *de alien. judic.* &c. non tenetur ille, qui obligatus solverit mihi, quod ab eo petere velles, *L. 10. pr. eod.*

EDICTUM *de constituta pecunia.*

Hoc EDICTO Prætor favet naturali æquitati, qui constituta ex consensu facta custodit, quoniam grave est fidem fallere, *L. 1. pr. de pecunia constit.*

EDICTUM *D. Hadriani.*

EDICTUM *D. Hadriani* introductum fuit occasione vicesimæ partis, quam fisco dabat missus in possessionem, *L. 3. C. de edicto D. Hadriani* &c.

EDICTUM hoc hodie sublatum est cum sua vicesima & suis ambagibus, & cum aliis omnibus, quæ circa repletionem vel interpretationem ejusdem edicti promulgata sunt, *ibid.*

EDICTUM *de interrogationibus in jure faciendis.*

EDICTUM hoc ideo Prætor proposuit, quia sciebat difficile esse ei, qui heredem, bonorumve possessorem convenit, probare aliquem esse heredem, bonorumve possessorem, *L. 2. de interrogat. in jure* &c.

EDICTO hoc Prætor eum adstringere voluit, qui convenitur, ex sua in judicio responsione, ut vel confitendo vel mentiendo sese oneret, simul etiam portionis, pro qua quisque heres extitit, ex interrogatione certioretur, *L. 4. pr. eod.*

EDICTUM *ex quibus causis majores restituuntur.*

EDICTUM ex quibus causis majores restituantur justissimum est, *L. 1. pr. ex quib. caus. maj.*

EDICTUM hoc tres habet partes, in *prima* qualiter absens restituatur contra præsentem, in *secunda* qualiter præsens contra absentem, in *tertia* continetur generaliter, quod, quandocunque sit æquum, quod restituatur, Prætor restituit, *L. 1. §. 1. eod.*

EDICTUM *D. Marci.*

EDICTO hoc cavetur, si quis per vim extorquet, quod sibi debetur, jus crediti amittat, *L. 13. quod metus causa.*

EDICTUM *quod metus.*

EDICTO hoc Prætor cavet, ne id, quod metus causa gestum fuerit, nullo tempore ratum sit, *L. 1. quod metus causa.*

EDICTUM *nautæ, caupones, stabularii, ut recepta restituant.*

EDICTI hujus maxima est utilitas, quia necesse est plerumque eorum fidem sequi, & res custodiæ eorum committere, *L. 1. §. 1. nautæ, caupones,* &c.

EDICTUM hoc ad eas quoque res pertinet, quæ mercibus accedunt, veluti vestimenta, quibus in navibus uterentur, & cætera, quæ ad quotidianum usum habemus, *L. 1. §. 6. eod.*

Hoc EDICTO tenentur nautæ, qui navem exercent, non vero nautæ, qui navis navigandæ causa in navi sunt, *L. 1. §. 2. eod.*

Ex EDICTO hoc dantur duæ actiones, & ambæ dicuntur in factum, *una* datur in simplum ex contractu de recepto, & habet locum, quicunque

 dede-

dederit damnum, *alia* datur in duplum, & oritur ex delicto non proprie, sed quasi, quando familia exercitoris, quam habet in navi, dat damnum, secus si extraneus, *L. 3. §. 1.* & *L. 7. §. 1. eod.*

EDICTUM *de novi operis nunciatione.*

Hoc EDICTO promittitur, ut, sive jure, sive injuria opus fieret, per nunciationem inhiberetur, deinde remitteretur prohibitio hactenus, quatenus prohibendi jus is, qui nunciasset, non haberet, *L. 1. pr. de operis novi nunc.*

EDICTUM hoc, remediumque operis novi nunciationis, adversus futura opera inductum est, non adversus praterita, *L. 1. §. 1. eod.*

EDICTUM de novi operis nunciatione cessat, si quid operis fuerit factum, quod fieri non debuit, *ibid.*

Hoc EDICTUM non omnia opera complectitur, sed ea sola, quæ solo conjuncta sunt, quorum ædificatio, vel demolitio videtur opus novum continere; Idcirco placuit, si quis messem faciat, arborem succidat, vineam putet, quamquam opus faciat, tamen ad hoc *Edictum* non pertinere, *L. 1. §. 12. eod.*

EDICTUM *peremptorium.*

EDICTUM *peremptorium* inde nomen sumpsit, quod perimeret disceptationem, h. e. ultra non pateretur adversarium tergiversari, *L. 70. de judic.*

Ad EDICTUM *peremptorium* hoc ordine venitur, ut primo quis petat post absentiam adversarii *Edictum primum*, mox *alterum*, per intervallum non minus decem dierum, & *tertium*, quibus propositis, tunc *peremptorium* impetret, *L. 68. 69.* & *70. de judic.*

EDICTUM *peremptorium* potest proponi in prima citatione ob distantiam viarum, etiam ex alia justa causa, *c. 5. X. de in integr. restit.*

Inter EDICTUM & *edictum* olim decem dies debebant esse, hodie tamen debet esse intervallum 30. dierum, *L. 69. de judic.* & *Nov. 112. c. 3.*

In EDICTO *peremptorio* comminatur is, qui edictum edit, se etiam absente diversa parte cogniturum & pronunciaturum, *L. 71. de judic.*

EDICTUM *peremptorium* quandoque datur post tria edicta, quandoque post unum, quandoque post duo, quandoque statim, quod appellatur unum pro omnibus, judex tamen pro qualitate & conditione personarum, causæ, & temporis, ordinem edictorum & numerum dierum moderare debet, *L. 72. eod.*

Post EDICTUM *peremptorium* impetratum absens potest citari, & tunc, sive responderit, sive non, agetur causa, & pronunciabitur secundum justitiam, vel pro absente, vel contra absentem, *L. 73. pr. eod.*

EDICTUM *quemadmodum testamenta aperiantur.*

EDICTUM hoc locum habet in testamento in scriptis & etiam in nuncupativo per notarium in scriptis redacto, & in omni scriptura, quæ pertinet ad testamentum, & in aliis instrumentis hereditariis, *L. 1. pr. testamenta quemad. aper.*

Ratio hujus EDICTI manifesta est; neque enim sine judice transigi, neque apud judicem exquiri veritas de his controversiis, quæ ex testamento proficiscerentur, aliter potest, quam inspectis cognitisque verbis testamenti, *L. 1. §. 1. eod.*

EDICTUM hoc ut habeat locum, sufficit, quod semiplene probetur per unum

unum testem, vel aliam præsumptionem, eum, cujus testamentum petitur, inspici, vel aperiri, esse mortuum, *L. 2. §. 4. eod.*

EDICTVM quemadmodum testamenta aperiantur, habet locum contra confitentem penes se habere testamentum, sed contra negantem datur interdictum de tabulis exhibendis, *L. 2. §. 8. eod.*

EDICTVM *si quis omissa causa testamenti, ab intestato, vel alio modo possideat hereditatem.*

EDICTVM hoc propter eum est introductum, qui per fraudem omittit hereditatem ex testamento, ut habeat ab intestato, vel ut ad legitimum perveniat, vel ut vadat ad substitutum, *L. 1. pr. si quis omissa causa* &c.

EDICTO hoc tenetur legatarius, a quo fideicommissum relictum est in fraudem procurans, ut omittatur hereditas ex testamento, *L. 4. §. 2. eod.*

EDICTO *si quis omissa causa testamenti* tenetur ille, qui omittit bonorum possessionem contra tabulas & cedit ab intestato, *L. 6. §. 9. eod.*

EDITIO.

EDITIO instrumentorum, vel rationum ex causa fit judicis officio, *L. 1. C. de edendo.*

EDITIONIS finis, & utilitas est investigatio veritatis, *L. 2. C. eod.*

EDITIONES sine die & Consule fieri debent, ne quid excogitetur è die, & Consule, & prælato die fiat, *L. 1. §. 2. de edendo.*

EDITIO rationum tamen cum die & Consule fieri debet, quoniam accepta & data non alias possunt apparere, nisi dies & Consul fuerit editus, *ibid.*

Ad EDITIONEM rationum heredes argentarii compellendi sunt, *L. 6. §. 1. eod.*

EDITIONEM instrumentorum, vel rationum petens tenetur jurare de calumnia, *L. 6. §. 2. eod.*

EDITVS.

EDITVS bubum, *L. 55. §. 6. de legat. 3.* i. e. stercus, excrementum. Editus dicitur ab edendo, seu extra mittendo.

EDVCATIO.

EDVCATIO & successio liberorum est Iuris naturalis, *c. 7. dist. 1. pr. I. de I. N. G. & C.*

EFFECTVS.

Cujus EFFECTVS omnibus prodest, ejus & partes ad omnes pertinent, *L. 148. de R. I.*

Non præstat impedimentum, quod de jure non sortitur EFFECTVM, *c. 58. de R. I. in 6.*

Cessante causa, cessat EFFECTVS, *c. 26. in f. X. de jurejur.*

Cessante prohibitione, cessat EFFECTVS, *c. 8. X. de consanguin.*

EFFECTVS plus attenditur, quam verba, *L. 5. §. 1. quod cum eo qui in aliena* &c.

EFFRACTOR.

EFFRACTORES nocturni atrociores sunt, & ideo hi fustibus cæsi in metallum dari solent, *L. 2. de effract.*

EFFRACTORES diurni post fustium castigationem in opus perpetuum vel temporarium dandi sunt, *ibid.*

De EFFRACTORIBVS Præfectus vigilum cognoscit, *L. 3. §. 1. de offic. Præf. vigilum.*

EFFRACTVRA.

EFFRACTVRAE fiunt plerumque in insulis, in horreisque, ubi homines pretiosissimam partem fortunarum suarum reponunt, & cum vel cella effringitur, vel armarium, vel arca, *L. 3. §. 2. de offic. Præf. vigil.*

EFFUNDERE.

Is, qui EFFUDERIT milium vel frumentum meum, actione L. Aquil. tenetur, *L. 27. §. 19. ad L. Aquil.*

EFFUNDENS, vel *dejiciens* habitator in locum, quo vulgo iter fit, in duplum damni dati ex ea re tenetur, *L. 1. pr. de his, qui effuder.*

EFFUNDENS, vel *dejiciens* habitator condemnatur in 50. aureos, si ex eo, quod effuderit vel dejecerit, homo liber perierit, si vero vixerit, & nocitum sit ei, condemnatur in id, quod judici æquum videbitur, *ibid.*

EFFUNDENS, vel *dejiciens* aliquid in locum secretum, & per quem in illa via non commeabat, non tenetur edicto, etiamsi postea vulgo commeari cœperit, *L. 1. §. 2. eod.*

EFFUNDENS, vel *dejiciens* tenetur edicto de effusis non solum, quando *effudit* ad locum civitatis, vel ad vicos & suburbia, sed etiam ad vias, per quas vulgo iter fit, *L. 6. pr. eod.*

EFFUNDENS, vel *dejiciens* in illum, qui vadit de nocte, non punitur, secus si de die, *L. 6. §. 1. eod.*

EFFUSUM si sit aliquid pendens, quamvis nemo hoc effuderit, tamen inhabitans tenetur de effuso in duplum, *L. 1. §. 3. eod.*

Si EFFUSUM, vel dejectum sit aliquid à cœnaculo, in quo plures divisim & per se inhabitant, tenetur de dejecto ille solus, qui inhabitat eam partem, unde effusum est, *L. 5. pr. eod.*

EIICERE.

EIECTA sc. *mulier* est, quæ à marito vivente projicitur, *c. 16. dist. 34.*

Vi, aut timore ejecti, aut suis rebus exspoliati ad Synodum non vocentur, *c. 4. q. 2. caus. 5.*

Vi EIECTUS de possessione fundi dicitur ille, qui homines armatos venientes existimavit, atque omnino profugit, quamvis nemo eorum fundum ingressus fuerit, *L. 33. §. 2. de usurp. & usuc.*

ELECTIO.

ELECTIO debitoris est, quando certitudo est habenda per viam electionis, *L. 60. de contr. empt.*

Aliud est ELECTIO, aliud *Postulatio*; *Electio* fit cum solennitate Decreti omnium subscriptionibus roborati; *Postulatio* vero simplici petitione, *c. 10. dist. 61.*

ELECTIO non ex favore, sed ex judicio debet venire, *c. 17. q. 1. caus. 8.*

Si major pars eligat indignum, & minor dignum, valet minoris partis ELECTIO, *c. 53. X. de elect.*

Non valet ELECTIO Pontificis per Laicos & Canonicos facta, etiam si hoc habeat consuetudo, *c. 56. X. eod.*

ELECTIO facta à non majori parte Capituli, & omissa collatione non valet, *c. 50. X. eod.*

ELECTIO canonica confirmanda est, debet tamen superior ante confirmationem inquirere de conversatione & vita electi, ubi fuit conversatus, *c. 3. X. eod.*

ELECTIO facta post appellationem, & prima non cassata, & contra privilegia Ecclesiæ, cassanda est, *c. 10. X. eod.*

Is, cujus ELECTIO fuit cassata, non vitio personæ, sed electionis modo, iterum eligi potest, secus, si vitio personæ, *c. 12. X. eod.*

ELECTIO debet esse in libertate eligentium, nec valet contraria consuetudo, *c. 14. X. eod.*

ELECTIO per minorem partem Capituli facta non tenet, nec per subsequentem consensum ratificari potest, *c. 29. X. eod.*

ELECTIO Canonicorum potest de consuetudine ad solum Capitulum pertinere, *c. 31. X. eod.*

ELECTIO Imperatoris ſpectat ad Principes Germaniæ, tres Prælatos, & quatuor Laicos; & electio facta per eorum majorem partem, ceteris non contemptis, tenet, examinatio vero & coronatio ad Papam, *c. 44. X. eod.*

ELECTIO poſt collationem ex intervallo celebrata, non valet, *c. 46. X. eod.*

ELECTIO debet fieri verbo, & de illo, in quem conſenſerit major pars Capituli, & non reſpectu aliarum partium, *c. 48. X. eod.*

ELECTIO clandeſtina non valet, & omnino reprobatur, *c. 42. X. eod.*

Irrita eſt ELECTIO, quæ non à Catholicis facta probatur, *c. 6. q. 1. cauſ. 9.*

In ELECTIONE Epiſcopi populus debet adeſſe, *c. 11. diſt. 63.*

ELECTIO Abbatis pertinet ad Monachos ejusdem Monaſterii, *c. 8. X. de conſuetud.*

ELECTIO ex puris conſenſibus celebretur, *c. 2. de elect. in 6.*

ELECTIO ceſſat, dum libertas eligendi adimitur, *c. 3. §. 4. eod.*

ELECTIO Papæ elapſo decendio fieri debet, *c. 3. §. 1. eod.*

ELECTIO Papæ cum deliberatione Prædeceſſoris fieri debet, *c. 9. diſt. 79.*

Si in ELECTIONE Papæ fuerit diverſitas ſuffragiorum, vincat ſententia plurimorum, *c. 10. ead.*

ELECTIONEM Papæ Deus ſibi reſervavit, *c. 11. ead.*

ELECTIONE ſervi legata, ſemel duntaxat optare poſſumus, *L. 5. pr. de legat. 1.*

ELECTIO perſonæ cum morietur ſi alicui committitur, non poteſt is ante tempus cum effectu eligere, *L. 77. §. 10. de legat. 2.*

ELECTIONEM habens poteſt eligere in ultima voluntate, nec habet neceſſe eligere digniorem, vel proximiorem, *L. 67. §. 1. & 2. eod.*

Qui duos ſervos haberet, unum ex his legaſſet, ut non intelligeretur, quem legaſſet, ELECTIO eſt legatarii, *L. 20. de legat. 1.*

ELECTIO heredis eſt in legato partis bonorum, an velit ſolvere æſtimationem, an partem legatam, etiamſi bona recipiant commodam diviſionem, *L. 26. §. 2. eod.*

ELECTIO legatarii eſt in dubio in legato ſibi relicto in genere, adeo quod teneatur mediocrem eligere, nec poſſit eligere optimum, vel peſſimum, etiam in ſui damnum & præjudicium herede contradicente, *L. 37. pr. eod.*

ELECTIO ſ. *declaratio* heredis eſt, quando teſtator legavit lancem, nec appareat, quam voluit legare, *L. 37. §. 1. eod.*

Quotiens ſervi ELECTIO vel optio datur, legatarius optabit, quem velit, *L. 2. pr. de opt. leg.*

Scyphi ELECTIONE data, ſi non omnibus ſcyphis exhibitis legatarius elegiſſet, integram ei optionem manere placet, niſi ex his duntaxat eligere voluiſſet, cum ſciret & alios eſſe, *L. 4. eod.*

Si ELECTIO rerum depoſitarum mihi relicta ſit, & ad exhibendum cum eo, apud quem depoſitæ ſint, agere potero, & cum herede agere, ut is depoſiti agendo, facultatem mihi eligendi præſtet, *L. 8. §. 3. eod.*

ELECTIONEM non facit ſola animi deſtinatio, ſed requiritur, quod ſequatur electio efficaciter, *L. 141. §. 1. de V. O.*

ELECTIONES eccleſiaſticorum debent fieri conſiderando, quantum quisque mereatur, non quantum dare ſufficiat, *L. 31. C. de Epiſc. & Cler.*

ELECTIO & confirmatio facta per pecuniam non valet, *Nov. 6. c. 1. §. 1.*

ELECTIONEM confirmans debet de eligendi modo, de electionis ratione, & electi persona inquirere ex officio suo, *d. Nov. 6. c. 1. §. 10.*

In ELECTIONE officialium forma & lex data, & antiqua consuetudo est servanda, *L. 9. C. de jure fisci, X.*

ELECTIO debet notificari electo, *L. 2. C. de Decurion. X.*

ELECTIONEM ab inferioribus factam superior tenetur confirmare, *L. 59. eod.*

ELECTIO heredis est, quando quis habens plures Stichos legavit Stichum, nec constat, de quo senserit, *L. 32. §. 1. de leg. 1.*

Si generaliter servus vel res alia legetur, ELECTIO legatarii est, nisi aliud testator dixerit, *§. 22. de legat.*

ELECTIONEM potest variare usque ad mortem heres rogatus cum moreretur restituere uni de familia, cui volet, *L. 67. pr. de leg. 2.*

ELECTOR.

ELECTORES officialium publicorum non tenentur pro electis, licet fidejussores non receperint, si tempore depositæ administrationis solvendo fuerint, *L. 1. C. de periculo nominat.*

ELECTORES nolentes eligere, Papa supplet, *c. 34. X. de elect.*

ELECTOR publice excommunicatus repellitur ab electione, *ibid.*

ELECTORES non debent munera accipere, *c. 1. q. 2. caus. 8.*

ELECTORES ab Ecclesia Romana habent jus eligendi Regem, postea Imperatorem promovendi, *c. 34. X. de elect. Clem. c. un. in pr. de jurejur.*

ELECTORES in unum locum, in quo fuerit electio celebranda, conveniant, & invocata Spiritus Sancti gratia, personam nominent, *c. 14. X. de elect.*

ELECTORES non possunt in præjudicium Electi compromittere, *c. 21. X. eod.*

ELECTOR absens potest Legato, de certa eligenda persona speciale mandatum dare, *c. 46. §. 2. de elect. in 6.*

ELECTOR absens votum per literas exprimere non potest, cit. *c. 46. §. 3. eod.*

ELECTRUM.

ELECTRUM dicitur auri & argenti mixtura, in quo quinta est argenti portio, §. 27. *d. R. D.*

ELEEMOSYNA.

ELEEMOSYNAE consuetæ egenis sunt præstandæ, *L. 12. §. 2. C. de sacros. Eccles.*

Tria sunt genera ELEEMOSYNARUM, *una* corporalis, egenti dare, quidquid poteris; *altera* spiritualis, dimittere, à quo læsus fueris; *tertia*, delinquentes corrigere, & errantes in viam reducere veritatis, *c. 11. dist. 45.*

Duæ sunt ELEEMOSINAE, una cordis, altera pecuniæ, *c. 13. pr. ead.*

ELEEMOSYNA cordis est dimittere ei, à quo læsus es, *ib.*

ELEEMOSYNA cordis multo major est, quam eleemosyna corporis, d. *c. 11. §. 1. ead.*

Charitatis ELEEMOSYNA sine substantia terrena sufficit sibi, illa vero, quæ corporaliter datur, si non benigno corde tribuitur, omnino non sufficit, *c. 13. §. 2. ead.*

ELEEMOSYNAE de usuris fieri non possunt, *c. 1. q. 5. caus. 14.*

ELEEMOSINAE, & sacrificia non placent Deo, quæ offeruntur ex scelere, *c. 11. ead.*

ELEEMOSYNA nequaquam contemnenda, *c. 35. §. 1. q. 4. caus. 23.*

ELEEMOSYNA etiam viduis est danda, *c. 10. §. 1. q. 1. caus. 31.*

ELIGERE.

ELIGERE possunt Decuriones, & aliis ele-

electionem committere, *L. 6. §. 1. quod cujuscunque univers.*

ELIGERE potest heres, quem vult, quando testator sensit de certo legatario, nec apparet, de quo, ut si habens duos amicos ejusdem nominis, veluti Titii, legavit Titio, nec apparet, de quo, non tamen heres habet necesse eligere, *L. 8. §. 3. de leg. 2.*

ELECTUS ad aliquod munus si vult se excusare, debet appellare ab electione, & prosequi eam intra tempus statutum, & si non prosequatur, cogitur suscipere munus, *L. 1. pr. de vacat. muner.*

ELECTUS ad aliquod munus & absolutus si iterum eligatur, iterum debet appellare, sc. ab hac secunda electione, sed si per calumniam, & sæpius ab adversario vexandi causa eligatur, cogitur eligens de suo sumptus litis resarcire electo, *L. 1. §. 1. eod.*

ELIGENDI jus, vel facultas non perditur per deportationem, *L. 77. §. 4. de legat. 2.*

ELIGENDI facultas cohæret personæ, *L. 141. pr. de V. O.*

In ELIGENDIS vitæ honestas spectanda est, *L. 3. §. 2. de Decurion.*

ELIGENS postquam elegit, non potest variare, *L. 9. de servit.*

In ELIGENDIS ex numero parium judicibus, si dissentiant inter se dominus & vasallus, in eligendis judicibus præfertur dominus, *II. F. 16.*

ELIGAT judices uterque, Dominus & Vasallus, *ibid.*

ELECTUS ad clamorem populi non debet per superiorem confirmari, *c. 2. X. de elect.*

ELECTO in Archiepiscopum Sedes Apostolica Pallium non tradet, nisi prius præstet fidelitatis & obedientiæ juramentum, *c. 4. X. eod.*

ELECTUS in Romanum Pontificem à duabus partibus Cardinalium, nulla exceptione obstante est Papa, *c. 6. §. 1. X. eod.*

ELECTUS in Romanum Pontificem à minori numero Cardinalium, gerens se pro Papa, incidit una cum sibi adhærentibus in pœnas in *d. c. 6. §. 2. X. eod.* contentas.

ELECTUS ante confirmationem beneficia, vel aliter administrare, non potest, *c. 9. X. eod.*

Si ELECTUS non habet sufficientem scientiam, vel ante confirmationem administrat, ejus Electio cassari debet, *c. 17. X. eod.*

Tria præcipue in ELECTI persona sunt attendenda; ætas legitima, morum honestas, & literatura sufficiens, *c. 19. §. Et quia. X. eod.*

ELIGI non potest illegitimus, sed tantum postulari, *c. 20. X. eod.*

ELECTUS à majori & saniori parte Capituli, si est & erat idoneus tempore Electionis, confirmabitur, *c. 22. X. eod.*

ELIGENS scienter indignum in Episcopum, est ob hoc suspensus à Beneficiis Ecclesiæ per triennium, nec potest interim ad Dignitatem illius eligi vel assumi, *c. 26. X. eod.*

Non Monachus ELIGI non potest in Prælatum Regularem, *c. 37. X. eod.*

ELIGI quis in Abbatem non potest, nisi instructus fuerit in Regula Monachali, *c. 38. X. eod.*

Non Professus ELIGI in Abbatem non potest, *c. 49. X. eod.*

ELECTOS in Episcopos & confirmatos transferre potest solus Papa, *c. 2. X de translat. Episc.*

Non sunt ELIGENDI ad Episcopatum, nisi quos probabilis vita commendat, *c. 6. dist. 61.*

Qui ELIGITUR in Episcopum, non fit reus criminum, quæ sacra Lex morte punit, *c. 18. dist. 61.*

ELIGENDVS est Episcopus autoritate Apostolica, non Regio favore, *c. 4. dist. 63.*

Non ELIGANTVR à populo, qui sunt promovendi ad Clerum, *c. 8. ead.*

ELECTVS in Romanum Pontificem non ordinetur, nisi ejus decretum Imperatori primum præsentetur, *c. 21. ead.*

Liberum sit Clero, & populo de propria Diœcesi Episcopum ELIGERE, *c. 34. ead.*

Absque religiosorum virorum consilio Canonici majoris Ecclesiæ Episcopum non ELIGANT, *c. 35. ead.*

ELECTVS ante confirmationem administrare non debet per se vel per alium, in totum, vel in partem, sub quocunque colore, qui contra fecerint, ipso jure privati sunt jure ex electione quæsito, *c. 5. de electione* &c. *in 6.*

ELIGI Monachus in Abbatem non potest, nisi sit expresse professus, *c. 28. eod.*

ELOGIVM.

ELOGIVM condere significat testamentum facere, *L. 20. C. de jure deliber.*

ELOQVENTIA.

In Levitico etiam primitias mellis, i. e. dulcedinem humanæ ELOQVENTIAE, Domino jubemur offerre, *c. 7. §. 3. dist. 37.*

ELVDERE.

Iustum est, ut in eum, qui ELVDIT Ius & Iudicem, & Partem, jura insurgant, *c. 1. in f. de appellat. in 6.*

EMANCIPARE.

Non potest filius, qui est in potestate patris, ullo modo eum compellere, ut illum EMANCIPET, *L. 31. de adoption.* §. *10. quib. mod. jus patr. potest.*

EMANCIPATVS præteritus, si contra tabulas bonorum possessionem non acceperit, & scripti heredes adierint hereditatem, sua culpa amittit paternam hereditatem, *L. 2. si tabulæ testamenti nulla extant, unde liberi.*

Avus non cogitur EMANCIPARE neptem suam, *L. 4. C. de emancipat. liber.*

EMANCIPATIS potest donari, *L. 6. C. eod.*

EMANCIPATI, & sui de jure prætorio simul admittuntur ad successionem parentis, *§. 9. de heredit. quæ ab intest.*

EMANCIPATIS in testamento præteritis datur bonorum possessio contra tabulas, *L. 1. pr. si à parente quis man. sit.*

Ad EMANCIPANDVM filium pater compelli potest, si male contra pietatem eum afficiat, *L. 5. eod.*

EMANCIPARI nemo pôtest, nisi in imaginariam servilem causam deductus, *L. 3. §. 1. de capite minutis.*

EMANCIPATIO.

EMANCIPATIO est actus legitimus, *L. 77. de R. I.*

EMANCIPATIO generali nomine manumissio dicitur, *L. 16. §. 1. de inoff. testam.*

EMANCIPATIO per procuratorem fieri non potest, *L. 5. C. de emancip.*

Per EMANCIPATIONEM non solvuntur jura agnationis, *L. 6. C. eod.*

EMANCIPATIO non apud quemcunque judicem expediri potest, sed apud eum, ad quem actus emancipationis pertinet, *L. 5. C. eod.*

In EMANCIPATIONIBVS scriptura exigitur, *L. 2. C. eod.*

EMANCIPATIO non requirit scripturam secundum *Nov. Leonis 25. in f.*

In EMANCIPATIONE non requiritur causa, sed judicis autoritas, *L. 5. C. eod.*

EMANCIPATIO non fit, nisi consensus

sus emancipantis & emancipandi interveniat, *L. 4. & 5. C. eod.*

EMANCIPATIO & exheredatio in extraneo est res inepta, *L. 132. pr. de V. O.*

In EMANCIPATIONIBUS, & in donationibus potius attenditur veritas, quam scriptura, *L. 2. C. de emancip.*

EMANCIPATIO non potest fieri solum nudo consensu, sed fit solennitate debita interveniente, vel morte patris, *L. 3. C. eod.*

In EMANCIPATIONE absentis requiritur scriptura, *L. 5. C. eod.*

EMANCIPATIO olim per antiquam legis observationem procedebat, & fiebat per imaginarias, ac fictitias venditiones, & intercedentes manumissiones, *§. 6. quib. mod. patr. pot.* (vocabaturque *Legitima* ex Leg. XII. tabb.)

EMANCIPATIO olim etiam ex imperiali rescripto celebrabatur, *ibid.* (dicta *Anastasiana*)

EMANCIPATIO hodie fit, si patres apud competentes judices intrent & filios suos à sua manu dimittant, *ib.* (vocatur *Iustinianea.*)

EMANCIPATIONE solvitur patria potestas, *ibid.*

EMANSIO.

EMANSIONIS delictum levius habetur, ut erronis in servis, desertionis gravius, ut in fugitivis, *L. 4. §. 14. de re milit.*

EMANSOR.

EMANSOR est, qui diu vagatus, ad castra regreditur, *L. 3. §. 2. de re militari.*

EMANSORI ut subveniatur, examinantur semper causæ emansionis, i. e. & cur & ubi fuerit, & quid egerit, & datur venia valetudini, affectioni parentum, & affinium, & si servum fugientem sit persecutus, vel si qua hujusmodi causa fuit, sed & ignoranti adhuc disciplinam tyroni ignoscitur, *L. 4. §. 15. eod.*

EMBLEMA.

EMBLEMATA, (*dicuntur ea, quæ rei alicujus ornatus causa adjiciuntur*) quæ in facto argento legata sunt, sequuntur argentum, *L. 19. §. 5. de auro & argento leg.*

EMBOLA.

EMBOLA est annua specierum transmissio, ut in condito & ad militares sumptus habeantur, *Nov. 163. c. 2.* & *L. 10. C. de sac. eccles.*

EMENDARE.

EMENDANS subtiliter laudabilior est eo, qui primus invenit, *L. 1. §. 6. C. de veteri jure enucl.*

Novit Dominus mutare sententiam, si tu noveris EMENDARE delictum, *c. 64. dist. 1. de pœnit.*

EMERE.

EMI Ecclesia, vel redimi non potest, *c. 15. de simonia* &c.

Qui EMIT jus Patronatus, ut possit præsentare filium vel nepotem, seu quem vult, eo privari debet, *c. 6. X. de jure Patron.*

EMENTES & vendentes Ecclesiasticas administrationes, sunt Simoniaci, *c. 38. X. de simon.*

Qui Ecclesiastica Beneficia EMERIT, Ecclesias quoque emere probatur, *c. 7. q. 3. caus. 1.*

Qui dona Dei EMUNT, vel vendunt, pariter à Deo damnantur, *c. 10. q. 3. ead.*

Rapinam EMERE non licet, nisi ea intentione, ut cui est ablata, reddatur, *c. 5. q. 5. caus. 14.*

EMERE rem, cujus non sit commercium, sciens emptor non potest, *L. 6. pr. de contrah. empt.*

EMERE id, quod meum sit, non possum,

sum, rem tamen, in qua nudum usumfructum habeo, possum emere, *L. 16. §. 1.* & *L. 17. eod.*

Si duos quis EMERIT servos pariter uno pretio, quorum alter ante venditionem mortuus est, neque in vivo constat emptio, *L. 44. eod.*

Sub conditione res etiam nostras EMERE possumus, quia forte speratur nostras esse desinere, *L. 61. eod.*

EMERE quis non potest res sibi donatas & traditas, quia ex donatione & traditione dominus factus frustra emit, *L. 4. C. de contrab. empt.*

EMPTI fides, ac venditi, sine quantitate nulla est, *L. 9. C. eod.*

Qui EMIT nomen, non propterea efficitur dominus rei debitæ, sed agit ad illam actione personali, *L. 8. C. de heredi-tate vel act. vend.*

Palatini Comitis res EMERE vetantur, *L. 18. C. de rescind. vend.*

EMENDI conditio quando collata est in ementis, vel vendentis voluntatem, cum non adstringat necessitatem contrahentis, nulla est obligatio, *L. 13. C. de contrab. empt.*

EMENS ignoranter rem suam repetere potest, quod solvit, quia nulla fuit obligatio, *L. 16. pr. de contrab. empt.*

EMENS scienter ab eo, cui bonis interdictum est, vel ab eo, qui scit, nihil posse de hereditate vendere, ut quia accepit tempus ad deliberandum, non fit dominus, *L. 26. eod.*

EMENS scienter à debitore fraudante creditorem efficitur dominus, *ib.*

EMENS speciem, vel quantitatem post mensurationem non potest improbare, sed bene post gustationem, quia alia causa est degustandi, alia metiendi, gustus enim ad hoc proficit, ut improbare liceat, mensura vero non eo proficit, ut aut plus, aut minus veneat, sed ut appareat, quantum ematur, *L. 34. §. 5. eod.*

Tutor EMERE rem pupilli non potest; Idemque porrigendum est ad similia, i. e. curatores, procuratores, & qui negotia aliena gerunt, *L. 34. §. 7. eod.*

EMENS à fisco prædia tributaria cum suo onere etiam ad præteritorum annorum tributa tenetur, *L. 36. de jure fisci.*

EMENTIBUS pluribus ab eodem potior est is, cui traditio facta est, si à diversis, præfertur possessor, *L. 19. §. 4. de Public. in rem act.*

EMENS à pupillo sine tutore non præscribit, *L. 3. C. de autoritate præstanda.*

EMENS bona fide à furioso putans eum esse sanæ mentis potest usucapere rem emptam, *L. 13. §. 1. de usurp. & usucap.*

EMENS ab eo, quem Prætor vetuit alienare, idque scit, usucapere non potest, *L. 12. eod.*

Qui feudum EMIT, pretio & feudo carebit, *II. F. 52. in pr.*

EMI potest feudum, *I. F. 7.*

In EMPTO feudo de communibus bonis succedit frater, *I. F. 20.*

EMERITUM.

EMERITIS (i. e. commodis & præmiis, veteranis dari solitis) privatur, qui militiæ tempus in desertione implevit, *L. 3. §. 8. de re militari.*

EMERITUM capit, qui ab hostibus captus post multum temporis redit, *L. 5. §. 7. eod.*

EMPHYTEUSIS.

EMPHYTEUSIS est contractus separatus à similitudine venditionis, & locationis, & habet conceptionem, definitionemque propriam, *L. 1. C. de jure emphyteutico.*

In EMPHYTEUSIOS contractu cuncta, quæ inter utrasque contrahentium

tium partes super omnibus, vel etiam fortuitis casibus, pactionibus, scriptura interveniente habitis, placuerint, firma & illibata debent custodiri, *ibid.*

In EMPHYTEVSIOS contractu si de casu fortuito nihil sit conventum, & tunc si tanta emerserit clades, quæ prorsus etiam ipsius rei, quæ per emphyteusin data est, faciat interitum, hoc non emphyteuticario, sed rei domino pertinet, *ibid.*

In EMPHYTEVSI si particulare, vel aliud leve contigerit damnum, ex quo non ipsa rei penitus lædatur substantia, hoc ad emphyteuticarium pertinet, *ibid.*

Pactiones in EMPHYTEVSI servandæ, sive ad ipsam emphyteusin, sive ad ipsum emphyteutam ejusve refectionem pertineant, *L. 2, C. eod.*

EMPHYTEVSIOS dominus directus post cessationem canonis per triennium, vel poterit petere pensionem, vel dejicere emphyteutam, & eligendo unum alteri renunciasse videtur, *ibid.*

Finita EMPHYTEVSI culpa emphyteutæ, ipse emphyteuta *emponemata* seu meliorationes amittit, *ibid.*

EMPHYTEVSIOS dominus non potest accipere ultra quinquagesimam partem pretii, vel æstimationis rei pro laudemio, vel investitura ejus, cui venditæ sunt meliorationes, *L. 3. C. eod.*

EMPHYTEVSIS ecclesiastica ad heredes extraneos non descendit, *Nov. 7. c. 3. pr.*

Neque vir in EMPHYTEVSIM ecclesiasticam uxori datam succedit, neque uxor in mariti, nisi hoc expresse convenerit, *ibid.*

In EMPHYTEVSI ecclesiastica expectatur per biennium, sed in seculari per triennium ad hoc, ut per non solutionem canonis cadat in commissum, *Nov. 7. §. 2.*

EMPHYTEVSIS ecclesiastica vita accipientis finitur, nisi filios aut nepotes reliquerit, *Nov. 120. c. 1. pr.*

In EMPHYTEVSIM accipiens à fisco fundum fiscalem debet cavere de non deferendo sub hypotheca suorum bonorum, alias satisdare tenetur, quam satisdationem, si magistratus omiserit, ad suum redundat periculum, *L. 7. C. de fundis patrimon.* &c. *XI.*

In EMPHYTEVSI interitus totius rei pertinet ad dominum, sed particularis pertinet ad emphyteutam, *§. 3. de locat. & conduct.*

Si in perpetuam EMPHYTEVSIN dantur domus ruinosæ Ecclesiæ, conductori usuro materia destructarum ædium, pensio debet minui in tertiam partem ab ea, quæ ex stantibus adhuc ædibus haberi poterat, si vero vult ædes reædificare, dabitur ea pensio, quæ inde poterat haberi ante ædificationem, *c. 2. §. 8. q. 2. caus. 10.*

Ea sola dentur in EMPHYTEVSIN ecclesiasticam, quæ ad hoc congrua videntur Oeconomo, & aliis Gubernatoribus, *d. c. 2. §. 6. ead.*

EMPHYTEVTA.
f.
Emphyteuticarius.

EMPHYTEVTA Ecclesiæ meliorationes suas vendere non potest, nisi servatis certis conditionibus; si contra fecerit, vel canonem per biennium non solverit, nec moram postea celeri satisfactione purgaverit, juste potest expelli, non obstante, quod ei, ut canonem solveret, non fuerit nunciatum, *c. 4. X. de locato & conducto.*

EMPHYTEVTA jus emphyteuticarium alienans sine consensu domini, jure

jure suo cadit, nec in eum sententia requiritur, *L.3. C. de jure emphyt.*

EMPHYTEVTA jus emphyteuseos vendere volens, tenetur attestationem transmittere primario domino, eumque de pretio certiorem facere, qui si emere noluerit, liberum est *emphyteutæ* jus suum elapso bimestri spatio transferre, *ibid.*

EMPHYTEVTAE fundos patrimoniales emere non coguntur, *L.12. C. de fundis patrimon.* &c. *XI.*

EMPHYTEVTICVS, *a*, *m*.

EMPHYTEVTICA pacta inita inter dominum & emphyteutam sunt servanda, & maxime super rejectione emphyteutæ, qui solitam pensionem non præstat, *L. 2. C. de jure emph.*

EMPHYTEVTICVM prædium vitiose, & sine titulo possidens non juvatur vetustate temporis, quin ipse canonem solvere teneatur, licet non solverit, *L. 11. C. de fundis patrimon.* &c. *XI.*

EMPHYTEVTICVS contractus introductus fuit à jure civili, *§. 3. de locatione & conduct.*

EMPTIO.

EMPTIO ambulare dicitur, cum res empta rursus venditur ac revenditur, *L. 15. de minor.*

EMPTIO est juris gentium, & ideo consensu peragitur, & inter absentes contrahi potest, & per nuncium, & per literas, *L. 1. §. 2. de contr. empt.*

EMPTIO inter patrem & filium contrahi non potest, sed de rebus castrensibus potest, *L. 2. pr. eod.*

EMPTIONEM sine scriptis non pretii numeratio, sed conventio perficit, *d. L. 2. §. 1. eod.*

In EMPTIONE, & Venditione potius id, quod actum, quam quod dictum est, sequendum, *L. 6. §. 1. eod.*

Ab EMPTIONE tota sicut potest recedi re integra utriusque consensu, ita & conditio, quæ initio emptionis dicta est, potest postea alia pactione mutari, *d. L. 6. §. 2. eod.*

EMPTIO, *quanti tu eum emisti, quantum pretii in arca habeo*, valet, nec enim incertum est pretium tam evidenti venditione, magis enim ignoratur, quanti emtus sit, quam in rei veritate incertum est, *L. 7. §. 1. eod.*

In EMPTIONIBVS & *venditionibus* consensus debet intercedere, *L. 9. pr. eod.*

EMPTIO & *venditio* non potest fieri sine re, quæ vendatur, *L. 8. pr. eod.*

EMPTIO fructuum, ac partuum futurorum recte potest fieri, & cum editus est partus, jam tunc contracta est venditio, & si venditor egerit, & procuraverit, quominus fructus futuri, vel partus nascantur, tenetur ex empto ad interesse, *ibid.*

EMPTIO sine re quandoque potest consistere, veluti si quis emerit, quod fuerit in alea, vel emerit jactum retis, vel captum piscium, avium, & missilium, & tunc, etiamsi nihil inciderit, contrahitur emptio, quia spes emitur, & sic est *emptio spei*, *L. 8. §. 1. eod.*

In EMPTIONE *spei* evictio non debetur, *ibid.*

EMPTIO nulla est, etsi consensum fuerit in corpus, id tamen in rerum natura ante venditionem esse desierit, *L. 15. pr. eod.*

EMPTIO suæ rei non valet, sive sciens sive ignorans emi, *L. 16. pr. eod.*

EMPTIO, & non locatio dicitur, quando quis dat tibi pecuniam, ut statuam, vel vasa aut vestem ei faceres, *L. 20. eod.*

EMPTIO non est, sed locatio, quando quis dat aream alicui, ubi insulam ædificaret, *ibid.*

EMPTIO rei suæ tunc valet, cum ab initio agatur, ut possessionem emas, quam forte venditor habuit, & in judicio possessionis potior esset, *L. 34. §. 4. eod.*

Pro EMPTIONE quod arrhæ nomine datur, non datur, quasi sine arrha emptio fieri non possit, sed datur, ut evidentius probari possit convenisse de pretio, *L. 35. pr. eod.*

EMPTIO veneni mali, quod nullo modo per adjectionem alterius materiæ usui nobis esse potest, contrahi non potest, *L. 35. §. 2. eod.*

EMPTIONEM liberi hominis contrahi posse plerique existimaverunt, *L. 70. eod.*

EMPTIONIS substantia consistit in pretio, *L. 72. pr. eod. §. 1. de empt. & vendit.*

EMPTIO *venditio* valet, si contrahentes errent in nomine, sed de corpore constat, *L. 9. pr. eod.*

EMPTIO *pura* est, si hoc convenit: *ut meliore allata conditione discedatur ab emptione*, & sub conditione resolvitur, *L 2. pr. de in diem addict.*

EMPTIO vero *conditionalis* est, si hoc convenit: *ut perficiatur emptio, nisi melior conditio afferatur*, verbum enim *nisi* facit conditionem, *ibid.*

EMPTIO & venditio, sicut consensu contrahitur, ita contrario consensu resolvitur, antequam fuerit res secuta, *L. 3. de rescind. vendit.*

Si EMPTIO contracta sit, togæ, puta, aut lancis, & pactus sit venditor, *ne alterutrius emptio maneat*, puto resolvi obligationem hujus rei nomine duntaxat, *L. 4. eod.*

EMPTIO nuda conventione dissolvitur, si res secuta non fuerit, *L. 5. §. 1. eod.*

Veteres in EMPTIONE, venditioneque, appellationibus promiscue utebantur, *L. 19. de A. E. & V.*

EMPTIO valet, si quis emerit mulierem corruptam credens esse virginem, secus si emerit mulierem putans esse puerum, quia tunc nulla esset emptio, *L. 11. §. 1. de contrah. empt.*

EMPTIO & *venditio* contrahitur, simulatque de pretio convenerit, quamvis nondum pretium numeratum sit, ac ne arrha quidem data fuerit, *pr. I. de empt. & vendit.*

In EMPTIONIBUS, quæ scriptura conficiuntur, non aliter perfecta est venditio, nisi & instrumenta emptionis fuerint conscripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem scripta, à contrahentibus autem subscripta, & si per tabellionem fiunt, nisi & completiones acceperint, & fuerint partibus absoluta, donec enim aliquid deest ex his, & pœnitentiæ locus est, & potest emptor & venditor sine pœna recedere ab emptione & venditione, *ibid.*

In EMPTIONIS & *venditionis* contractu quando aliquem pœniteat, perdit arrhas, si est emptor, si est venditor, restituit duplum, *ibid.*

In EMPTIONE non potest dari res pro pretio, nam tunc non emptio, sed permutatio esset, *§. 2. eod.*

EMPTIO non potest constitui sine certo pretio, *§. 1. eod.*

EMPTIO tam pure, quam sub conditione contrahi potest, *§. 4. eod.*

EMPTIONES & cessiones litium prohibentur, & puniuntur jactura causæ, *c. 2. X. de alien. jud. mut.*

Si EMPTIO & *venditio* contracta sit sine scriptura, periculum rei venditæ statim ad emptorem pertinet, tametsi adhuc ea res emptori tradita non sit, *§. 3. de empt. & vendit.*

EMPTOR.

Plerumque EMPTORIS eadem causa esse debet circa petendum ac defen-

dendum, quæ fuit auctoris, *L. 156. §. 3. de R. I.*

EMPTOR non poteſt agere rei vindicatione, antequam res empta ſibi tradatur, *L. 50. pr. de R. V.*

EMPTORI debet reſtitui pretium à domino, quod in ejus utilitatem eſt verſum cum uſuris, habita tamen fructuum compenſatione, *L. 65. pr. eod.*

EMPTORI ſi boves experiundi dati fuerint à venditore, & ab altero bove cornu ſervus emptoris percuſſus ſit culpa ipſius ſervi, non tenetur venditor Aquilia ad damnum ſervi, niſi fuiſſet percuſſus vitio bovis, *L. 52. §. 3. ad L. Aquil.*

EMPTOR fundi ſi damnaverit heredem ſuum, ut venditorem à nexu venditionis liberaret, & poſtea ſi venditor ignorans liberationem tradidit fundum, poteſt illum repetere, *L. 26. §. 7. de condict. indeb.*

Ignorantia EMPTORI prodeſt, quæ non in ſupinum hominem cadit, *L. 15. §. 1. de contrab. empt.*

Si EMPTOR & venditor ſcit furtivum eſſe, quod venit, à neutra parte obligatio contrahitur; ſi emptor ſolus ſcit, non obligabitur venditor, *L. 34. §. 3. eod.*

EMPTOR quædam ſervat excipiendo, quæ non poteſt ſervare agendo, *L. 72. pr. eod.*

EMPTOREM, qui meliorem conditionem attulerit, præter corpus nihil ſequitur, quod venierit, *L. 14. §. 4. de in diem addict.*

Prior EMPTOR poſt meliorem conditionem allatam, ob pecuniam in exordio venditori de pretio ſolutam, contra ſecundum emptorem, citra delegationem jure ſtipulationis interpoſitam, agere non poteſt, *L. 20. eod.*

EMPTOR hereditatis vicem heredis obtinet, *L. 2. §. 18. de H. vel A. V.*

EMPTOR ſi fidejuſſorem accepit, poteſt recedi ab emptione nudo pacto, quia exceptiones pacti in actionibus bonæ fidei locum habent, *L. 3. de reſcind. vend.*

EMPTOR ſi emit rem pure, & poſtea eandem ſub conditione emerit, poſteriore emptione nihil agitur, *L. 7. pr. eod.*

EMPTOR vinum avehere debet, antequam dolia ad vindemiam fuerint neceſſaria, *L. 4. §. 2. de peric. & com. rei vend.*

Si EMPTOR moram adhibere cœperit, jam non culpam, ſed dolum tantum venditor præſtat, *L. 17. eod.*

Si per EMPTOREM & *venditorem* mora fuerit, Labeo ſcribit, emptori potius nocere, quam venditori, moram adhibitam, *L. 17. eod.*

EMPTORI vacua poſſeſſio tradita non intelligitur, ſi alius in ea legatorum fideive commiſſorum ſervandorum cauſa in poſſeſſione, aut creditores bona poſſideant; Idem dicendum eſt, ſi venter in poſſeſſione ſit, *L. 2. §. 1. de A. E. & V.*

Si EMPTOR vacuam poſſeſſionem tradi ſtipulatus ſit, & ex ſtipulatu agat, fructus non venient in eam actionem, *L. 3. §. 1. eod.*

Si per EMPTOREM mora fuerit, æſtimari oportet pretium, quod ſit, cum agatur, & quo loco minoris ſit, *L. 3. §. 4. eod.*

EMPTORI poſt mortem ſervi empti non datur actio evictionis, *L. 47. §. 1. de adilitio edicto* &c.

Si EMPTOR, qui lapides ex fundo emerit, tollere eos nolit, ex vendito agi cum eo poteſt, ut eos tollat, *L. 9. de A. E. & V.*

EMPTOR ſi emit jactum retis, & venditor nolit jactare, agitur ad intereſſe,

esse, quantum est verisimile quod caperet, considerando quod consuevit ibi capi, sed si jactavit, & quod extraxit piscium, reddere nolit, agitur ad æstimationem ejus, quod extraxit, *L. 12. eod.*

EMPTOR ut ex empto agat, requiritur, quod offerat pretium integrum venditori, & solvat, vel quod apud alium deponat, si venditorem habet suspectum, quod si offerat partem pretii, nondum habet actionem ex empto, *L. 13. §. 8. eod.*

EMPTORI prodest, quando dominium venditori accedit, *L. 46. eod.*

EMPTOR si repellit conductorem, venditor tenetur conductori ad interesse, *L. 25. §. 1. locati* &c.

EMPTOR dicitur, qui pretio emit, *L. 19. §. 5. de ædilit. edicto.*

EMPTOR venditori vectigal solutum, rei redhibitæ nomine imputat, *L. 27. eod.*

EMPTOR succedens domino, agit ex empto ob tacitam evictionem, *L. 9. de eviction.*

Si ab EMPTORE ususfructus petatur, proinde is venditori denunciare debet, atque is, à quo pars petitur, *L. 49. eod.*

EMPTOR ad denunciationem venditoris non cogitur intentare actionem, quæ sibi suo nomine non competit, *L. 66. pr. eod.*

EMPTOR non succedit in vitium personæ, sed heres, *L. 13. §. 4. de acquir. poss.*

EMPTORI acquiritur possessio fundi empti, si venditor ex turre emptoris ei demonstret fundum, & dicat vacuam possessionem se tradere, *L. 8. §. 2. eod.*

EMPTOR ingrediendo possessionem rei emptæ propria autoritate non ingreditur recte, imo prædo est, licet venditor mandaverit alicui, ut emptorem in vacuam possessionem induceret, *L. 33. eod.*

In quibus casibus, re evicta, non tenetur venditor EMPTORI de evictione, *c. 7. X. de emptione* &c.

Pro EMPTORE possidet, qui revera emit, nec sufficit, quod putet se emisse, cum non emerit, *L. 2. pr. pro emptore* &c.

EMPTORI tempus venditoris ad usucapionem procedit, *L. 2. §. 20. eod.*

EMPTOR habita fide de pretio rem emptam sibi traditam possidet, cum à venditore habeat eam, vel ejus voluntate tacita vel expressa, *L. 9. C. de contrah. empt.*

Dolus auctoris bonæ fidei EMPTORI non nocet, *L. 3. C. de peric. & commodo rei vend.*

EMPTOR si occupat fructus ante venditionem contractam, qui cum venditioni non accedant, tenetur restituere venditori actione ex vendito, *L. 2. C. de A. E.*

EMPTORIS sunt fructus post perfectum jure contractum, ad quem & functionum gravamen pertinet, nisi venditor exceperit, *L. 13. C. eod.*

EMPTOR nihil potest exigere ultra modum, & quantitatem tritici venditi citra pactum, nisi mora sit facta, quo casu venit interesse, *L. 15. C. eod.*

ENERGVMENVS.

Omni die Exorcistæ ENERGVMENIS manus imponant, *c. 11. dist. 5. de consecrat.*

ENERGVMENI pavimenta domorum Dei verrant, *ibid.*

ENVNCIATIO.

ENVNCIATIONIBVS testatoris super æstimatione rerum hereditariarum non statur in deductione Falcidiæ, *L. 15. §. 8. ad L. Falcid.*

EPISCOPVS.

EPISCOPVS dat feudum, *I. F. 1. pr.*

EPI-

EPISCOPUS non poteſt feudum dare de titulis, *I. F. 6. pr.*

EPISCOPUS coram Paribus cauſam agit, *II. F. 20.*

EPISCOPI ſucceſſor debet inveſtire Vaſallum, qui ab anteceſſore inveſtitus eſt, & deinde ſuper controverſia cognoſci, *II. F. 20.*

EPISCOPUM ad teſtimonium dicendum admitti non decet, nam & perſona oneratur, & dignitas ſacerdotis exempta confunditur, *L. 7. C. de Epiſcop. & Cler.*

EPISCOPUS invitus non compellitur teſtimonium dicere, volens autem debet Iudex, vel miniſter ad ejus domum accedere, *d. L. 7.* & *Auth. Sed judex. C. eod.* & *Nov. 123. c. 7.*

EPISCOPUS teſtimonium dicit propoſitis evangeliis ante eum, & non tactis, *d. Auth. Sed judex. C. eod.*

EPISCOPI judicio Clericorum numerus ordinetur, *L. 11. C. eod.*

EPISCOPUS epiſcopatu detrudi poteſt, ſi egerit aliquid contra quietem, & cuſtodiam publicam, neque rurſus petet ſacerdotium, à quo expulſus eſt, *L. 14. C. eod.*

EPISCOPO nullam mulierem ſecum habere permittitur, ſed ſi habere probetur, ab Epiſcopatu dejiciatur, quo ſe fecit indignum, *Auth. Epiſcopo. C. eod.*

Is, qui in crimine aliquo EPISCOPUM calumniatus fuerit, 30. auri libras fiſco pendere debet, *L. 22. pr. C. eod.*

EPISCOPUS non debet tradi ad judicium ſeculare invitus. & judex mandans *Epiſcopum* exhiberi, vel duci, privatur ſuo officio, & in 20. lib. auri condemnatur Eccleſiæ, *Auth. nullus. C. eod.* vid. *c. 8. q. 1. cauſ. 11.*

EPISCOPUM judicis juſſu executor ducens, vel faciens exhiberi ad judicium ſeculare privatur ſuo officio, & verberibus cædi, & in exilium deportari debet, *ibid.*

EPISCOPUS eſt executor ceſſante teſtamentario, & legata in redemptionem captivorum debet exigere, inventariumque facere pecuniæ, manifeſtareque numerum captivorum, & pretia, *L. 28. §. 1. C. eod.*

EPISCOPUS, vel œconomus ſemel, vel bis debent admonere executores teſtamentarios, ut exequantur voluntatem defuncti, qui ſi facere neglexerint, privare poſſunt eos omni commodo à defuncto percepto, & devolvitur executio ad Epiſcopum, *Auth. Licet teſtator. C. eod.*

EPISCOPUS dicitur, quod ſuperintendat, curam gerens ſubditorum, ab ἐπὶ ſuper & σκοπεῖν intendere, *c. 1. §. 7. diſt. 21.*

EPISCOPI dicuntur ſpeculatores, quod ſpeculentur & proſpiciant populorum ſuorum mores & vitam, *ib.*

EPISCOPI in locum Apoſtolorum ſuffecti ſunt, *c. 2. ead.*

Ordo EPISCOPORUM quadripartitus eſt, i. e. in Patriarchis, Archiepiſcopis, Metropolitanis, atque Epiſcopis, *c. 1. §. 1. ead.*

Conſtantinopolitanus EPISCOPUS autoritate Romani Pontificis deponitur, *c. 5. diſt. 22.*

Oportet EPISCOPUM irreprehenſibilem eſſe, i. e. non obnoxium reprehenſioni, *c. 3. §. 1. diſt. 25.*

Oportet EPISCOPUM ſine crimine eſſe, *ibid.*

A die Baptiſmi ſine crimine debet inveniri, qui in EPISCOPUM eſt ordinandus, *c. 6. ead.*

Poſt Baptiſmum debet eſſe *monogamus*, qui in EPISCOPUM eſt ordinandus, *c. 1. diſt. 26.*

EPISCOPUS uxorem propriam à cura ſua non abjiciat, ſcilicet, ut ei victum, & veſtitum largiatur, non ut cum

cum illa ex more carnaliter jaceat, *c. 11. dist. 31.*

EPISCOPVS Gentilium libros non legat; Hæreticorum autem pro necessitate, aut tempore, *c. 1. dist. 37.*

Ab EPISCOPO officialem libellum accipiant Presbyteri, cum ordinantur, *c. 2. dist. 38.*

EPISCOPVS corripiendus, qui conviviis occupatur, *c. 5. dist. 44.*

EPISCOPVS verborum correptione, non verberibus timeri debet, *c. 1. & 8. dist. 45.*

EPISCOPVS usuras à debitoribus exigens, aut desinat, aut certe deponatur, *c. 1. dist. 47.*

Si EPISCOPVS capitale crimen commiserit, aut chartam falsaverit, aut falsum testimonium dixerit, ab officii honore depositus in Monasterium retrudatur, & ibi, quamdiu vixerit, Laicam tantummodo communionem accipiat, *c. 7. dist. 50.*

A quibus in EPISCOPVM ordinandus immunis esse debeat, de his vid. *c. 5. dist. 51.*

Qui in EPISCOPVM eligitur, non sit reus criminum, quæ sacra Lex morte punit, *c. 18. dist. 61.*

Non sunt habendi inter EPISCOPOS, qui nec à Clericis eliguntur, nec à plebibus expetuntur, *c. 1. dist. 62.*

EPISCOPORVM electioni Imperator interesse non debet, *c. 3. dist. 63.*

EPISCOPI ab omnibus Comprovincialibus ordinentur, *c. 1. dist. 64.*

Nullus EPISCOPVM ordinare audeat extra conscientiam Metropolitani Episcopi, *c. 5. dist. 64.*

EPISCOPI à suo Metropolitano, & ipse ab eisdem consecretur, *c. 6. ead.*

Non erit EPISCOPVS, qui præter Metropolitani sententiam fuerit ordinatus, *c. 8. ead.*

Absque Primatis consensu Metropolitanus EPISCOPVM non ordinet, *c. 4. dist. 65.*

EPISCOPVS non minus, quam à tribus *Episcopis* ordinetur, *c. 2. dist. 66.*

EPISCOPI locum Apostolorum in Ecclesia teneant, *c. 6. dist. 68.*

Qui sine EPISCOPI consensu ordinatur, irrita sit ejus Ordinatio, *c. 3. dist. 71.*

Nullius EPISCOPI fiat electio, nisi post diem tertium depositionis alterius, *c. 7. dist. 79.*

Qui ordinatur EPISCOPVS, sine crimine & gravi peccato debet esse, *c. 1. dist. 81.*

Officio & Beneficio EPISCOPVS privetur, feminam accipiens, vel acceptam retinens, *c. 16. ead.*

Suspendatur EPISCOPVS ab officio, Clericorum suorum fornicationi consentiens, *c. 1. dist. 83.*

Miserrimus est EPISCOPVS, qui malorum laudibus gloriatur, *c. 6. dist. 83.*

EPISCOPVS ad vindictam facilis esse non debet, *c. 23. dist. 86.*

Non licet EPISCOPO propriis manibus suis aliquem cædere, *c. 25. ead.*

EPISCOPVS tuitionem testamentorum non suscipiat, *c. 5. dist. 88.*

EPISCOPVS nequaquam seculares curas assumat, sin aliter, dejiciatur, *c. 3. ead.*

EPISCOPVS nullam rei familiaris curam ad se revocet, sed lectioni, & orationi, & verbi Dei prædicationi tantummodo vacet, *c. 6. ead.*

EPISCOPVS gubernationem viduarum, & pupillorum, ac peregrinorum non per se ipsum, sed per Archipresbyterum, aut per Archidiaconum agat, *c. 7. ead.*

Dissidentes EPISCOPOS, si non timor Dei, Synodus reconciliet, *c. 6. dist. 90.*

Coram EPISCOPIS docere licet, *c. 6. dist. 95.*

EPISCOPI & Clerici invicem sibi honorem exhibeant, *c. 7. ead.*

EPISCOPUS in quolibet loco sedens stare Presbyterum non patiatur, *c. 9. ead.*

EPISCOPUS in Ecclesia, & in consessu Presbyterorum sublimior sedeat, *c. 10. ead.*

Damnatur EPISCOPUS, qui per pecuniam ordinationem facit, *c. 8. q. 1. caus. 1.*

EPISCOPIS nec altaria, nec præbendas vendere licet, *c. 4. q. 3. caus. 1.*

EPISCOPI non nisi LXXII. testibus idoneis condemnandi sunt, *c. 3. pr. q. 4. caus. 2.*

EPISCOPUM dignitas non facit, sed vita, *c. 29. q. 7. caus. 2.*

Non EPISCOPI nomen, sed vita reverentiam meretur, *c. 30. ead.*

Non EPISCOPI nomen, sed vita Majorem facit, *c. 34. ead.*

EPISCOPUS pravos in sua societate habere non debet, *c. 59. ead.*

EPISCOPI viros boni testimonii semper secum habeant, *c. 60 ead.*

Infames, & exules fiant, qui EPISCOPOS persequuntur, *c. 9. q. 4. caus. 3.*

Iudices duodecim quilibet EPISCOPUS accusatus, si necesse fuerit, eligat, à quibus ejus causa juste judicetur, *c. 1. §. 3. q. 8. ead.*

A quot EPISCOPIS audiatur Episcopus, qui in reatum inciderit, *c. 2. ead.*

EPISCOPUS, si Clerico, vel Laico crimen impegerit, deducatur ad probationem in Synodum, *c. 1. q. 2. caus. 6.*

EPISCOPUS non proferat, quod probare non potest, *c. 2. ead.*

Quando EPISCOPUS alterius Parochianum excommunicare valet, *c. 4. q. 3. ead.*

Vivente EPISCOPO alius sibi succedere non valet, *c. 5. q. 1. caus. 7.*

Non est EPISCOPUS, qui in locum viventis irrepserit, *c. 6. ead.*

Qui cum EPISCOPO pacem non habet, non est in Ecclesia, *c. 7. ead.*

Non licet EPISCOPO Ecclesiam suam dimittere, *c. 11. ead.*

EPISCOPO gravato infirmitate, alius subrogari potest, *c. 13. ead.*

Viventi EPISCOPO non successor, sed Coadjutor datur, *c. 18. ead.*

EPISCOPUS, vel quilibet Clericus relicta sua Ecclesia non debet ad aliam transire, *c. 19. ead.*

EPISCOPO nulli conceditur principalem Cathedram relinquere, & ad aliam Ecclesiam se transferre, *c. 21. ead.*

Ab EPISCOPO alienæ plebes non usurpentur, *c. 27. ead.*

EPISCOPO non licet alienos Clericos ordinare, & altaria consecrare, *c. 28. ead.*

Removendus est EPISCOPUS ab Ecclesia, cui irrepserit, & ad suam cogendus est redire, *c. 30. ead.*

Necessitatis, vel utilitatis causa EPISCOPORUM mutationes fieri possunt, *c. 34. §. 1. 2. & c. 35. ead.*

EPISCOPI sponsa, i. e. Ecclesia, illo vivente, ei est alligata, eo vero defuncto, soluta est, *c. 39. ead.*

EPISCOPO non licet pro infestationibus *Malorum* gregem suam relinquere, *c. 46. ead.*

EPISCOPUS in persecutionibus Ecclesiam suam non deserat, *c. 47. ead.*

EPISCOPO non licet pro se alterum successorem sibi constituere, licet ad exitum vitæ perveniat, *c. 3. & 4. q. 1. caus. 8.*

Populus judicabit EPISCOPUM sua officia non agentem, *c. 22. q. 1. caus. 8.*

In electione EPISCOPI non munerum datio, nec aliquorum patrocinia convalescant, *c. 1. q. 2. ead.*

Qui in EPISCOPUM eligitur, de rebus

bus Ecclesiasticis aliquam securitatem nulli faciat, *c. 1. q. 3. ead.*

Judicio & potestate EPISCOPI res Ecclesiasticæ gubernentur, *c. 5. q. 1. caus. 10.*

EPISCOPUS invaletudine grapatus, visitationis officium aliis committat, *c. 11. ead.*

Secundum loci mediocritatem EPISCOPIS convivia parentur, *c. 10. q. 3. ead.*

Deponantur EPISCOPI, qui excommunicatis communicant, *c. 10. q. 3. caus. 11.*

Clerici, & Laici, qui EPISCOPIS non obediunt, infames efficiuntur, *c. 11. ead.*

EPISCOPO non obediens, Dæmonum ore discerpitur, *c. 14. ead.*

Quibus EPISCOPI non communicant, non communicetis; & quos ejecerint, non recipiatis, *c. 27. ead.*

Injusta EPISCOPORUM damnatio irrita est, & idcirco à Synodo retractanda, *c. 35. ead.*

Si EPISCOPUS ante damnati absolutionem obitu rapiatur, correctum aut pœnitentem successori licebit absolvere, *c. 40. ead.*

EPISCOPUS de rebus patrimonialibus testari potest, de rebus vero Ecclesiæ, seu intuitu Ecclesiæ quæsitis, testari non valet, *c. 1. X. de testamentis* &c.

EPISCOPUS debet adimplere voluntatem defuncti, si heres in ea negligens fuerit, *c. 3. X. eod.*

EPISCOPUS compellit fideicommissarios, seu executores testamenti ad exequendas pias voluntates defunctorum, etiamsi testator hoc interdixisset, *c. 17. X. eod.*

EPISCOPUS Parochianum alterius sine ipsius licentia ordinare non potest, nec eum aliter judicare, *c. 3. X. de parochiis* &c.

EPISCOPI tutores aut curatores esse non possunt, *Nov. 123. c. 5.*

Ab EPISCOPO Clericus criminum reus degradatur, *Nov. 123. c. 21. §. 1.*

EPISCOPI officio legati fungi possunt pro sua civitate, aut pro suis Ecclesiis, *Nov. 123. c. 26.*

EPISCOPI legationis tempore conveniri non possunt, *ibid.*

EPISCOPUS ab Episcopo, vel ab alio conventus conveniendus est sub Archiepiscopo, & ad Patriarcham appellandum est nulla cautione, vel fidejussione pro lite finienda interposita, *Nov. 123. c. 22.*

EPISTOLA.

EPISTOLA ita scripta: *Centum nummos, quos hac die commendasti mihi, annumerante servo Sticho actore, esse apud me, ut notum haberes, hac epistola, manu mea scripta, tibi notum facio: quæ, quando voles, & ubi voles, confestim tibi numerabo*; obligat scribentem, *L. 24. depositi* &c.

EPISTOLA usuræ constitui possunt, *L. 28. eod.*

Per EPISTOLAM tibi ego feci notum, me habere à te decem, & discos duos, & saccum signatum, ex quibus mihi debes duodecim, & decem ex ratione patris tui, per hanc *epistolam* non nascitur obligatio aliqua, inducitur tamen probatio rerum depositarum penes scribentem, & sic contra eum, sed non in ejus favorem pro illis duodecim, & decem, quæ sibi deberi scripsit, nisi & in his is, cui scribitur, consentiat, & approbet *epistolam*, *L. 26. §. 2. eod.*

EPISTOLA, in qua quis aliquam sororem nominat, non probat consanguinitatem, *L. 13. C. de probat.*

Per EPISTOLAM non potest fieri sententia etiam in favorem reipubl. *L. 2. C. comminationes, epistolas* &c.

EPISTOLA D. Hadriani non reperi-

 tur

tur scripta in jure, sed mentio de ea in multis juris partibus fit, §. 4. *de fidejuss.*

EPISTOLA Philiberti, *II. F. 6.*

EPISTOLAE *decretales.*

EPISTOLAE *decretales* Inter canonicas scripturas connumerantur, *c. 6. dist. 19.*

EPISTOLAE *decretales* canonibus Conciliorum pari jure exæquantur, *pr. dist. 20.*

EPISTOLAE decretales Romanorum Pontificum vim autoritatis habent, etsi in canonico codicis ordine non inveniantur, *c. 1. dist. 19.*

EQVA.

EQVA prægnans si ictu à te percussa fœtum ejecerit, teneris L. Aquilia, *L. 27. §. 22. ad L. Aquil.*

EQVAM prægnantem si quis non percusserit, sed tantum attigerit, & ob id fœtum ejecerit, tenetur in factum Aquilia, *L. 39. pr. eod.*

EQVITARE.

Equum tibi commodavi, in eo tu cum EQVITARES, & una complures res *equitarent*, unus ex his irruit in equum, teque dejecit, & eo casu crura equi fracta sunt; Labeo negat, tecum ullam actionem esse, sed si equitis culpa factum esset, cum equite sane, non cum equi domino, agi posse Iavolenus putat, *L. 57. ad L. Aquil.*

EQVITES.

EQVITES Romani secundum gradum post Clarissimatus dignitatem obtinent, *L. un. C. de equest. dign. XII.*

EQVVS.

EQVVS calcitrosus si calce percusserit, & damnum dederit, contra ejus Dominum datur actio de pauperie, *L. 1. §. 4. si quadrupes pauper.*

EQVVS, quem in tabernam mulio duxit, si olfecit mulam, quæ calcem rejecit, & crus mulioni fregit, mulio potest agere actione de pauperie contra dominum mulæ, *L. 5. eod.*

EQVI impetum si equitans propter imperitiam, vel infirmitatem retinere non potuit, tenetur L. Aquilia, si damnum secutum est, *L. 8. §. 1. ad L. Aquil.*

Si EQVVS tuus equam meam prægnantem fecerit, non est tuum, sed meum, quod natum est, *L. 5. §. 2. de R. V.*

EQVIS legatis, & equæ continentur, *L. 65. §. 6. de legat. 3.*

EQVVM, vel asinum alienum si quis coegit in equas suas causa suscipiendi fœtus, tenetur actione in factum domino equi, sed non furti, nisi furandi quoque animo id fecisset, *L. 52. §. 20. de furtis.*

EQVI, qui publico cursui deputati sunt, non lignis, vel fustibus, sed flagellis tantummodo agitari debent, *L. ✠. C. de cursu publ. XII.*

EQVIS communibus quæsitum feudum, *II. F. 12.*

EQVVM pabulare, *II. F. 27. §. 8.*

EREMITA.

EREMITA in Abbatem potest eligi, *c. 13. X. de elect.*

EREMITA de rebus suis testari potest, non vero Religiosus, *c. 8. §. è contra q. 3. caus. 19.*

EREMODICIVM.

Si EREMODICIVM (*dicitur ab eremo,* i. e. *deserto, & sic dicitur judicium desertum*) ventilatur, sive pro actore, sive pro reo, examinatio causæ sine ullo obstaculo celebretur, *L. 13. §. 4. C. de judic.*

ERRARE.

ERRARE *in facto* dicitur ille, qui scit bonorum possessionem alii delatam, nescit autem tempus bonorum possessionis præteriisse ei, & etiam *errat in facto* ille, qui putat eum bonorum possessionem accepisse, cum repudiasset,

affect, *L. 1. §. 3. de juris & fact. ignor.*

ERRARE *in jure* dicitur ille, qui ex asse heres institutus non putat se bonorum possessionem petere posse ante apertas tabulas, sed si nesciat esse tabulas, dicitur errare in facto, d. *L. 1. §. 4. eod.*

In jure ERRANTI non procedit usucapio, *L. 32. §. 1. de usurpation.*

ERRANS præsumitur dolo carere, maxime si justis ducatur rationibus, *L. 2. §. 20. de vi bonor. rapt.*

ERRANS in articulis fidei punitur ut sacrilegus, *L. 1. C. de crimine sacrilegii.*

ERRANTIS nullus est consensus, *L. 9. C. de juris & facti ign.*

Qui ERRAT, non sentit, non ergo consentit, i. e. simul cum aliis sentit, *c. un. §. 1. q. 1. caus. 19.*

ERRANTE damnabilior est, qui ejus defendit errorem, *c. 32. q. 3. caus. 24.*

Non qui aliquid nescit, sed qui putat se scire quod nescit, ERRARE probatur, *c. 11. dist. 38.*

Qui ERRANTES contemnit, probat se odisse vitia, *c. 3. §. 1. dist. 86.*

Quare divina providentia multos ERRARE permittat, *c. 40. q. 3. caus. 24.*

ERRO.

ERRONEM ita definit Labeo, pusillum fugitivum esse, *L. 17. §. 14. de ædilit. edicto.*

ERRO proprie dicitur, qui non quidem fugit, sed frequenter sine causa vagatur, & temporibus in res nugatorias consumptis serius domum redit, *ib.*

ERROR.

Non omnis ERROR consensum excludit, *c. un. §. 2. q. 1. caus. 29.*

ERROR alius est *personæ*, alius *fortunæ*, alius *conditionis*, alius *qualitatis*, *ib.*

ERROR *personæ* est, quando hic putatur esse Virgilius, & ipse est Plato, *ibid.*

ERROR *fortunæ*, quando hic putatur esse dives, qui est pauper, vel econverso, *ibid.*

ERROR *conditionis*, quando putatur esse liber, qui servus est, *ibid.*

ERROR *qualitatis*, quando putatur esse bonus, qui malus est, *ibid.*

ERROR *fortunæ*, & *qualitatis* conjugii consensum non excludit, *ibid.*

ERROR *personæ*, & *conditionis* conjugii consensum non admittit, *ib.*

ERROR in corpore vel nomine appellativo institutionem vitiat, *L. 9. pr. de hered. inst. L. 4. de legat. 1.*

ERROR in quota vel quantitate institutionem non vitiat, *L. 9. §. 2. de hered. inst.*

ERROR facti, necdum finito negotio, nemini nocet, *L. 7. C. de jur. & facti ignor.*

Iustus ERROR excusat, *II. F. 92.*

ERROR litigatorum non habet consensum, *L. 2. pr. de judiciis.*

ERROR in vocabulo rei non vitiat judicium rei vindicationis, si de corpore constat, *L. 5. § 4. de R. V.*

ERROR nominis in contractu emptionis non annullat emptionem, cum de corpore constat, *L. 9. §. 1. de contrah. empt.*

ERROR in materia substantiali, vel in corpore, vel in sexu, vel essentia vitiat emptionem, *L. 9. §. 2. & L. 11. §. 1. eod.*

ERROR circa dominium rei, quæ traditur, ut quia tradens credit esse suam, impedit translationem dominii, *L. 15. §. 2. eod.*

ERROR ubi est, ibi necessario cessat dolus, *L. 20. C. ad L. Corn. de fals.*

Cujus per ERROREM dati repetitio est, ejus consulto dati donatio est, *L. 53. de R. I.*

ERROR in persona, cui fit injuria, facit, ut non oriatur actio injuriarum, *L. 3. §. 4. de injur.*

ERROR Librarii non nocet, *L. 92. de R. I.*

ERROR calculi, i. e. computationis, sive ex uno contractu, sive ex pluribus emerserit, veritati non affert præjudicium, *L. un. C. de errore calcul.*

Si per ERROREM calculi velut debitam quantitatem, cum esset indebita, promisisti, condictio liberationis tibi competit, *ibid.*

ERRORES eorum, qui desideria, i. e. preces scribunt, veritati præjudicium afferre non possunt, *L. 2. C. de errore advocat.*

ERROR Advocatorum litigatoribus non nocet, *L. 3. C. eod.*

ERROR in materia, vel qualitate substantiali non vitiat stipulationem, dummodo consensus sit in corpore, sed decepto succurritur, *L. 22. de V. O.*

ERROR in nomine proprio ejus, super quo interponitur stipulatio, non vitiat stipulationem, quando de corpore constat, *L. 32. eod.*

ERROR in nomine appellativo rei legatæ nocet, & vitiat legatum, *L. 4. pr. de legat. 1.*

Qui non resistit ERRORIBUS, consentit, *c. 3. dist. 83.*

ERRORE relicto sequamur veritatem, *c. 8. dist. 8.*

Qui justo ERRORE ductus negaverit, *se heredem*, venia dignus est, *L. 11. §. 10. de interrogation.*

ERROR juris non inducit malam fidem, quando heres scriptus putans testamentum valere, cum inutile esset, & sic in jure errans possedit hereditatem, *L. 25. §. 6. de petitione hered.*

ERVBESCENTIA.

ERVBESCENTIA ipsa de malo, partem habet remissionis, *c. 88. pr. dist. 1. de pœnit.*

ERVBESCERE.

Qui ERVBESCIT pro Christo, fit dignus misericordia, *c. 88. pr. dist. 1. de pœnit.*

ESSE.

Verbum ERIT, non solum futurum, sed interdum etiam præteritum tempus demonstrat, *L. 123. de V. S.*

Verbum EST, non solum præsens, sed & præteritum tempus significat, *ib.*

ESSE in loco non videntur numi repositi ibi, ut mutuo dentur, secus ut ibi perpetuo sint, *L. 79. §. 1. de legat. 3.*

ESSE in loco, à quo fugit, dicitur ille, qui fugit, *L. 82. eod.*

ESSE in loco dicuntur res, ubi perpetuo esse solent, non ubi casu desunt, vel absunt, *L. 86. eod.*

EVANGELIVM.

EVANGELIA non sedendo, sed stando audire debemus, *c. 68. dist. 1. de cons.*

Antequam EVANGELIVM clarescceret, multa permittebantur, quæ tempore perfectionis disciplinæ penitus sunt eliminata, *c. 1. pr. q. 2. caus. 26.*

Iuro ad (s. super) hæc sancta Dei EVANGELIA, *II. F. 5. & 7. pr.*

EVCHARISTIA.

EVCHARISTIAM non nisi jejuni debemus accipere, *c. 54. dist. 2. de cons.*

Pro infirmitatibus EVCHARISTIAM Presbyter semper habeat paratam, *c. 93. ead.*

Si per ebrietatem, vel voracitatem EVCHARISTIAM evomuerit, quadraginta diebus pœniteat, si Laicus est; Clerici vel Monachi, seu Diaconi, & Presbyteri septuaginta diebus pœniteant; Episcopi 90. Si pro infirmitatis causa evomuerint, septem diebus pœniteant, *c. 28. ead.*

Etiam qui indigne communicat s. EVCHARISTIAM accipit, corpus Christi accipit, *c. 68. ead.*

EVECTIO.

EVECTIONES sunt diplomata, sive Codicilli, quibus cursu publico utendi

di facultas datur, quæ & synthemata, & combinæ & tractatoria dicuntur, *L. 3. C. de cursu publico* &c. *XII.*

EVECTIONIS potestatem habet Senatus, cum ad principem vadit, quando evocatur à principe, aut discedit à principe, *L. 6. C. eod.*

Faciendæ EVECTIONIS copia omnibus judicibus denegetur, excepto Præfecto prætorio, & officiorum magistro, *L. 9. C. eod.*

Nullus EVECTIONE utatur privatus, tametsi valuerit impetrare, *L. 11. C. eod.*

EVENTUS.

EVENTUM quando lex considerat, non debemus requirere, quod actualiter evenerit, *L. 5. §. 11. de his qui effuder.*

EVICTIO.

Dominus Vasallo cum extraneo litem habenti de feudo, de EVICTIONE tenetur, si monitus eum non defendit, *II. F. 25.*

EVICTIO non debetur ei, qui sciens feudum alienatum accepit, *II. F. 80.*

EVICTIONIS non agit in dominum, qui sciens ab eo investitus est de feudo alieno, nisi evictionis periculum fuerit sibi stipulatus, *II. F. 8. pr.*

De EVICTIONE non potest agere, qui habet causam lucrativam, *L. 62. de ædilitio edicto.*

EVICTIONIS causam non parat vitium rei venditæ post contractum superveniens, *L. 3. de eviction.*

EVICTIONIS nomine cautio præstatur secundum consuetudinem loci contractus, *L. 6. eod.*

In EVICTIONIS causa venit omne lucrum, quod emptor sensisset, si res ejus effecta fuisset, *L. 8. eod.*

EVICTIONIS casus post emptionem perfectam contingentes, ad emptorem pertinent, *L. 11. pr. eod.*

Quem de EVICTIONE tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, *L. 17. eod.*

EVICTIONEM emptori, cujus facto res periit, non præstat venditor, *L. 25. eod.*

EVICTIO uti locum habeat, non interest, quo genere evictionis res evincatur, *L. 34. §. 1 eod.*

EVICTIONIS nomine tenetur, qui liberum hominem sciens vel ignorans tanquam servum vendat, *L. 39. §. 3. eod.*

EVICTIONIS nomine perpetuo obligatur, qui statu liberum tradit, *nisi dixerit eum statu liberum esse*, *L. 39. §. 4. eod.*

EVICTIONIS actio potest incipere ab herede, *L. 51. §. 1. eod.*

EVICTIONIS stipulatio non solum in contractu venditionis, sed etiam in aliis contractibus obtinet, *L. 52. eod.*

EVICTIONIS agit, qui necessitate cogitur compromittere, at non, qui voluntarie compromisit, *L. 56. §. 1. eod.*

EVICTIONIS admonitus intelligitur, qui fuga vel absentia sua effecit, ne evictionis admoneretur, *L. 56. §. 5. eod.*

EVICTIO pupillo denunciari potest etiam sine tutoris autoritate, si modo tutor non appareat, *L. 56. §. 7. eod.*

EVICTIONIS agi potest, rescissa præscriptione per in integrum restitutionem, *L. 66. §. 1 eod.*

EVICTIONIS agit emptor actione ex empto, etiamsi postea per venditorem res evicta ei offertur, omisso eo, quod ejus intersit, secus, si id, quod ejus intersit, offeretur, *L. 66. §. 3. eod.*

EVICTIONEM qui non præstat, etiamsi res emptori evicta sit, à pretii petitione non repellitur, *L. 68. pr. eod.*

EVI-

EVICTIONIS non agit adversus primum debitorem creditor post factam cum eo novationem, hoc est, dissolutam obligationem, d. *L. 68. §. 1. eod.*

EVICTIO rerum singularum non præstatur emptori universitatis, h. e. rerum universarum, *L. 1. C. de evict.*

EVICTIONE rerum singularum hereditatis venditor non tenetur, nisi aliud sit conventum, *ibid.*

Donator EVICTIONIS ex nuda promissione non tenetur, ex stipulatione tenetur, *L. 2. C. eod.*

Ante EVICTIONEM non agitur de evictione, *L. 3. C. eod.*

EVICTIONIS venditor etiam citra conventionem, ex ipsa contractus natura tenetur, *L. 6. C. eod.*

EVICTIO tribus casibus emptori à venditore non præstatur: *Primus* casus est, si venditor evictionem non denunciavit: *Secundus*, si emptor ipse judicio non adfuit: *Tertius*, si judicis injuria res ei fuerit evicta, *L. 8. C. eod.*

EVIDENS.

EVIDENS & manifestum Synonyma sunt, *c. 2. pr. de V. S. in 6.*

EVIDENTER.

EVIDENTER apparere dicitur id, quod ex conjecturis apparet, *L. 30. in f. de vulgar.*

EVINCERE.

Sive pars, sive totus fundus EVINCATUR, tenetur venditor, *L. 1. de evictión.*

Quod EVINCITUR, in bonis non est, *L. 190. de R. I.*

EVICTUS fundus dotalis à marito, videtur quoque evictus à muliere, *L. 22. §. 1. de evictión.*

EVICTA re, propter restitutionem in integrum agitur ex empto, *L. 39. pr. eod.*

EVICTA non dicitur res, donec superest actio ad vindicandum, d. *L. 39. §. 1. eod.*

EVICTA re pro debito pecuniæ dotis in solutum data, maritus ex dotis promissione agere potest, *L. 98. de solution.*

EVICTAE si sint res alicui datæ ex divisione facta à judice, adversa pars tenetur ei de evictione per actionem præscriptis verbis, sicut ex divisione contrahentium, nisi ipse receperit in se rei eventum, *L. 14. C. famil. ercifcund.*

EVICTA re, venditor de evictione emptori non tenetur, si emptor venditori non denunciarit, ut rem sibi venditam defendat; vel contumaciter se absentaverit tempore sententiæ; vel per injuriam Iudicis, sententia lata fuerit contra ipsum, *c. 7. X. de empt. & vendit.*

EVLOGIAE.

Non cogantur Presbyteri ad sacra Concilia EVLOGIAS deferre, *c. 8. dist. 18.*

EVNVCHVS.

Si quis EVNVCHOS in Orbe Romano fecerit, capite puniatur, *L. 1. C. de Eunuchis.*

EVNVCHI facti Barbari Romano imperio non subjecti extra Romanum imperium ubique vendi possunt, *L. 2. C. eod.*

EVNVCHI non possunt fieri subditi Romano imperio, & facti non possunt in aliquem alienari sub pœna capitis, & tabellio faciens instrumentum alienationis eadem pœna punitur, *ibid.*

EVNVCHIS liceat facere testamentum, componere postremas exemplo omnium voluntates, conscribere codicillos salva testamentorum observantia, *L. 5. C. qui testam. fac.*

EVNVCHOS faciens accusatur, *L. 4. §. 2.*

§. 2. *ad L. Cornel. de sicar.* conf. *Nov. Leonis 60.*

EXACTIO.

EXACTIONEM facienti contra modum potest licite resisti, & si probetur criminosus, potest puniri, *L. 5. C. de executoribus* &c. *XII.*

EXACTIONI tributorum Præsides seu Rectores provinciarum debent incumbere, *L. 7. C. de exactoribus* &c. *X.*

EXACTIONEM facere intra certum tempus quando tenetur quis, si eam non facit, tenetur solvere de suo, *ib.*

EXACTOR.

EXACTORES non debent exigere, nisi eos, qui in *brevibus* continentur, seu ex actis à tabulario sibi datis, *L. 1. C. de exactoribus* &c. *X.*

EXACTORES tributorum debent remittere ad curiam in scriptis, quid exactum sit, & quid non, ut ex eorum scriptura officium reddatur instructum, *L. 5. C. eod.*

Ad petitionem EXACTORUM cogitur præses facere exactionem, *L. 6. C. eod.*

EXACTOR intra annum debet ostendere, quid exegit, & si non exegit, causam denotare, cur non exegerit, alias punitur, *L. 3. C. de executoribus* &c. *XII.*

EXAMEN.

EXAMEN, (pro universitate apium) quod ex alveo nostro evolaverit, eo usque nostrum esse intelligitur, donec in conspectu nostro est, nec difficilis ejus persecutio est, alioquin occupantis fit, *L. 5. §. 4. de A. R. D.* & §. *14. de R. D.*

EXAMEN pro *Iudicio.*

EXAMEN curiæ Vasallis declinare non licet, *II. F. 15.*

EXAMINARE.

Diligenter & sigillatim EXAMINANDI sunt testes, *c. 52. X. de testib.*

Iterum EXAMINANDUS est testis, qui obscure deposuit, ex Iudicis officio, *c. 53. X. eod.*

EXAMINAT Iudex bonus causæ merita, non mutat, *c. 4. §. 1. q. 7. caus. 3.*

EXAMINATIO.

EXAMINATIO à non suo Iudice facta non valet, *c. 5. X. de offic. Legati.*

Absque EXAMINATIONE nullus Clericus est ordinandus, *c. 2. dist. 24.*

EXARMARE.

EXARMARE, i. e. armis spoliare, *L. 2. §. 1. ad L. Rhodiam.*

EXCEPTIO.

EXCEPTIONES comparatæ sunt defendendorum eorum gratia, cum quibus agitur, *pr. I. de except.*

EXCEPTIONES quædam sunt civiles, quædam prætoriæ, *§. 7. eod.*

In EXCEPTIONIBUS Reus partibus actoris fungitur, *L. 19. pr. de probat.*

EXCEPTIONES aliæ perpetuæ & peremptoriæ sunt, aliæ temporales & dilatoriæ, de quibus suis locis, *§. 8. I. de except.* & *L. 2. §. 4. L. 3. de except.*

Is etiam, qui EXCEPTIONE utitur, agere videtur, nam Reus in exceptione actor est, *L. 1. de exception.*

EXCEPTIO dicta est quasi quædam exclusio, quæ opponi actioni cujusque rei solet ad excludendum id, quod in intentionem condemnationemve deductum est, *L. 2. pr. eod.*

Omnis EXCEPTIO exclusoria est, nam actorem excludit, *L. 2. §. 2. eod.*

EXCEPTIONES, quæ personæ cujusque cohærent, non transeunt ad alios; veluti ea, quam socius habet exceptionem, quod facere possit, vel parens patronusve, non competit fidejussori, *L. 7. pr. eod.*

EXCEPTIONES, quæ rei cohærent, etiam fidejussoribus competunt; ut rei

judicatæ, doli mali, jurisjurandi, quod metus causa factum est, *ib.*

Nemo prohibetur pluribus EXCEPTIONIBUS uti, quamvis diversæ sint, *L. 8. eod.*

Omnes EXCEPTIONES, quæ Reo competunt, fidejussori quoque, etiam invito Reo competunt, *L. 19. eod.*

EXCEPTIONES opponuntur, *aut* quia factum sit, quod fieri oportet, e. g. exceptio rei venditæ & traditæ, & rei judicatæ; *aut* quia factum sit, quod fieri non oportuit, e. g. exceptio doli mali; *aut* quia factum non sit, quod fieri debuerat, e. g. bonorum possessionis non datæ, *L. 20. eod.*

EXCEPTIO est conditio, quæ modo eximit Reum damnatione, modo minuit damnationem, *L. 22. eod.*

EXCEPTIONEM habens nihilominus potest agere, *L. 9. §. 3. quod metus causa* &c.

EXCEPTIO superveniens post litis contestationem nihil operatur, *L. 37. de noxalib.*

EXCEPTIONES, quæ requirunt altiorem indaginem, non admittuntur in causis summariis, sed in causis principalibus reservantur, *L. 3. §. 13. ad exhibend.*

EXCEPTIONIBUS, quæ institutis in judicio contra reos actionibus opponuntur, etiam is uti potest, qui ex sua responsione convenitur, veluti pacti conventi, rei judicatæ, &c. *L. 12. de interrogat. in jure* &c.

EXCEPTIO omissa parit actionem, *L. 22. §. 1. de condict. indebiti.*

EXCEPTIONE tutus personaliter obligatus si solvat, non repetit, *L. 51. eod.*

EXCEPTIONES omnes, quæ competunt fidejubenti pro libero de sistendo judicio, competunt fidejubenti pro servo, præterquam, si reipub. causa abesse diceretur, *L. 7. si quis cautionibus in judicio* &c.

EXCEPTIONEM novam objiciens jurabit, se noviter illam percepisse, *c. 4. X. de except.*

EXCEPTIO contra testem probetur ante prolationem sententiæ, *c. 1. X. eod.*

EXCEPTIONEM objiciens non videtur de intentione adversarii confiteri, *c. 63. de R. I. in 6.*

Non est in mora, qui potest EXCEPTIONE legitima se tueri, *c. 60. eod.*

Nemo pluribus EXCEPTIONIBUS uti prohibetur, quamvis diversæ sint, *c. 20. eod.*

EXCEPTIO multo magis illi competit, cui competit actio, *c. 71. de R. I. in 6.*

EXCEPTIO & negotium principale simul tractari non debent, *c. 19. X. de Judic.*

EXCEPTIO *annalis.*

EXCEPTIONE annali sublata omnes personales actiones triginta annorum spatio tolluntur, *L. 1. pr. C. de annali except.* &c.

EXCEPTIO *citationis.*

EXCEPTIO citationis ultra duas Diætas valet, *c. 7. X. de except.*

EXCEPTIO *compensationis.*

EXCEPTIO compensationis potest in executione sententiæ opponi, *L. 2. C. de compensat.*

EXCEPTIO *criminis.*

EXCEPTIO criminis non obstat agenti possessorio adipiscendæ in beneficialibus, nisi de eo sit infamatus, *c. 23. X. de accus.*

EXCEPTIO *dilatoria.*

EXCEPTIO dilatoria est, quæ differt actionem, veluti procuratoria exceptio, *L. 2. §. 4. de except.*

EXCEPTIO dilatoria debet opponi ante

ante litem contestatam, non postea, & si postea instituerit, ut audiatur, in una libra auri condemnatur, *L. 12. C. de except.*

EXCEPTIO dilatoria, quæ non fuit opposita in causa principali ante litis contestationem, amplius non potest opponi in causa appellationis, dato casu, quod in causa appellationis nondum sit lis contestata, *L. 13. C. de procurat.*

EXCEPTIO dilatoria opponi debet in initio causæ, sed post litis contestationem fundata intentione actoris probari debet, *L. 19. C. de probation.*

EXCEPTIO dilatoria debet prius discuti & terminari, quam super principali procedatur, *c. 1. pr. de restit. spoliat. in 6.*

Iudex statuere debet terminum ad omnes EXCEPTIONES dilatorias proponendas, post quem excipientem non audiet, nisi forte aliqua de novo sibi competens exorta fuerit; vel is, qui voluit eam opponere, fidem faciat juramento, se postmodum ad illius notitiam pervenisse, *c. 4. X. de except.*

EXCEPTIONES dilatoriæ ante litis contestationem sunt opponendæ, *c. 62. X. eod.*

EXCEPTIO *doli.*

EXCEPTIO doli non solet nocere his, quibus voluntas testatoris non refragatur, *L. 19. §. 1. de R. I.*

EXCEPTIONE doli submovetur, qui petit, quod est restituturus, *c. 59. de R. I. in 6.*

EXCEPTIONEM doli Prætor proposuit, ne cui dolus suus per occasionem Iuris Civ. contra naturalem æquitatem prosit, *L. 1. §. 1. de doli mali & metus excep.*

EXCEPTIO doli ex eadem causa proposita est, ex qua causa proposita est de dolo malo actio, *L. 2. pr. eod.*

EXCEPTIO doli, quod actorem attinet, est in personam, quia sufficit dicere; *Dolo fecisti, ibid.*

EXCEPTIO doli obstat agenti ex contractu bonæ fidei contra æquitatem ex sui natura, *L. 84. §. 5. de legat. 1.*

EXCEPTIO doli nocet ei, qui sine causa stipulatus est, si postea ex ea stipulatione agat, quia licet tempore stipulationis nihil dolo admiserit, quia credebat causam inesse, tamen cum litem contestatur, dolo facere videtur, eo quod perseverat ex ea stipulatione petere, *L. 2. §. 3. de doli mali & met. exc.*

EXCEPTIONE doli repellitur ille, qui petit, quod promissum est sub pœna, & cum eo ipsam pœnam, *L. 4. §. 7. eod.*

Si minor mihi infantem donaverit, deinde eum vindicet, EXCEPTIONE doli repellendus est, nisi alimenta reddat, & si quis alius sumptus probabilis in eum factus sit, *L. 4. §. 9. eod.*

Contra EXCEPTIONEM doli mali specialem non datur replicatio doli, sed bene contra exceptionem doli generalem, *L. 4. §. 13. eod.*

EXCEPTIO doli licet non infamet, gravat tamen opinionem, unde filius, vel libertus non admittitur ad opponendam eam contra patrem, vel patronum, *L. 4. §. 16. eod.*

EXCEPTIO doli perpetua est, licet actio doli certo tempore finiatur, *L. 5. §. 6. eod.*

EXCEPTIO, vel replicatio doli potest perpetuo contra pactum opponi, *L. 6. C. de exception.*

EXCEPTIO *epistolæ D. Hadriani.*

EXCEPTIO hæc competit fidejussoribus ad dividendas actiones, *§. 4. de fidejuss.*

EXCEPTIO *epistolæ D. Hadriani* non facit locum repetitioni, *L. 4. §. 1. de fid. juss.*

EXCEPTIO *excommunicationis.*

EXCEPTIO excommunicationis in quacunque parte Iudiciorum opposita, lites differt, & repellit agentes, *c. 1. de exception. in 6.*

Si EXCEPTIO excommunicationis post rem judicatam proponitur, executionem impedit, sed sententia, quæ præcessit, non minus robur debitum obtinebit, *ibid.*

EXCEPTIO excommunicationis, quamvis dilatoria sit, quandoque potest opponi, *c. 12. X. de except.*

EXCEPTIO *falsi.*

EXCEPTIO falsi differendæ executionis causa, vel processus non debet admitti, sed debitor ad solutionem compellendus est reservato jure accusandi, *L. 2. C. ad L. Corn. de falsis.*

EXCEPTIO falsi semper potest opponi, & sententia falsorum instrumentorum prætextu lata, usque ad 20. annorum spatium, veritate comperta retractari, *c. 6. X. de except.*

EXCEPTIO *jurisdictionis.*

Si EXCEPTIO jurisdictionis exclusiva, propter quam fuit appellatum, probatur vera, Index appellationis non debet de principali cognoscere, sed supersedere, *c. 7. X. de except.*

EXCEPTIO *jurisjurandi.*

Filiusfamilias EXCEPTIONEM jurisjurandi patri quærit, si eum dare non oportere juraverit, *L. 24. de exception.*

EXCEPTIO jurisjurandi non tantum, si ea actione quis utatur, cujus nomine exegit jusjurandum, opponi debet, sed etiam si alia, si modo eadem quæstio in hoc judicium deducatur, *L. 28. §. 4. de jurejur.*

EXCEPTIONE jurisjurandi tutus per errorem solvens repetit, *L. 43. de condict. indebiti.*

EXCEPTIONEM jurisjurandi solam etiam cum aliis exceptionibus potest quis proponere, *L. 5. de fidejuss.*

EXCEPTIO jurisjurandi actionem non tollit, sed eam elidit, *§. 4. de except.*

EXCEPTIO *nativitatis.*

EXCEPTIO *nativitatis* obstat petenti hereditatem, quæ prius debet coram ecclesiastico judice terminari, *c. 3. X. de ordine cognit.*

EXCEPTIO *non numeratæ dotis.*

EXCEPTIO non numeratæ dotis intra legitimum tempus absente eo, qui dicitur numerasse, debet opponi coram judice loci, vel nullo judice existente, coram Episcopo, *L. 14. §. 4. C. de non numerata pec.*

EXCEPTIO non numeratæ dotis in scriptis fieri oportet, & si quis eam in judicio faciat, oportet mulieri, vel ei, qui dotem conscripsit, innotescere, *Auth. Hanc autem. C. eod.*

EXCEPTIO non numeratæ dotis semel proposita est effecta perpetua, & ad heredes transmittitur, *Nov. 100. c. 1.*

EXCEPTIO non numeratæ dotis locum habet, si intra biennium solvatur matrimonium, si autem ultra biennium usque ad decimum annum extendatur, & ipsi marito & heredi ejus intra tres menses querela permittitur; sed si decennium transcurrerit, omnino querela denegatur, permissa restitutione in integrum præfinita, & specialiter si minor ætas interveniat, *Auth. Quod locum. C. de dote cauta. Nov. 100 c. 2.*

EXCEPTIO *non numeratæ pecuniæ.*

EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ olim intra quinquennium, hodie intra

tra biennium debet opponi, *L. 14. pr. C. de non num. pec.*

EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ sicut potest opponi pro tota quantitate confessata, & non numerata, ita & pro parte non numerata, *L. 2. C. eod.*

EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ ibi locum habet, ubi quasi credita pecunia petitur, *L. 5. C. eod.*

Is EXCEPTIONEM non numeratæ pecuniæ opponere non potest, qui alterius in se obligationem suscipit, *L. 6. C. eod.*

EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ in heredem datur, *L. 8. C. eod.*

EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ ultra biennium non potest opponi, *L. 10. C. eod. pr. I. de litrar. oblig.*

EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ non potest opponi contra petentem ex causa transactionis, *L. 11. C. eod.*

EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ tam mandatori quam fidejussori exemplo rei principalis competit, *L. 12. C. eod.*

EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ, quæ quibusdam propter aliquas causas olim post quinquennium dabatur, hodie etiam illis post quinquennium dari debet, *L. 14. pr. C. eod.*

EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ competens intra biennium habet locum in mutuo super pecunia, & re, quæ pondere, numero, & mensura consistit, *ibid.*

EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ non potest opponi contra instrumentum, in quo confitetur se recepisse certas res, vel pecunias, in depositum, *L. 14. §. 1. C. eod.*

EXCEPTIONEM non numeratæ pecuniæ non habet maritus, qui gemina confessione confitetur dotem retro sibi promissam recepisse, *ibid.*

EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ intra 30. tantum dies admittitur contra confessionem creditoris ad liberandum prætextu numerationis emanatam, nec non contra promissionem reddendi instrumenti cancellati, *L. 14. §. 2. C. eod.*

EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ ubi non potest opponi ab initio vel post lapsum biennii, neque ibi potest juramentum deferri, *L. 14. §. 3. C. eod.*

EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ intra legitimum tempus absente eo, qui dicitur numerasse, debet opponi coram judice ordinario loci, vel nullo judice ibi existente, coram Episcopo, *L. 14. §. 4. C. eod.*

EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ in scriptis fieri oportet, sicut exceptio non numeratæ dotis, *Auth. Hanc autem. C. eod.*

EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ locum habet & in talibus nominibus, vel fœneratitiis, vel aliis cautionibus, quæ etiam sacramenti habent mentionem, *L. 16. C. eod.*

EXCEPTIO *pacti conventi.*

De EXCEPTIONE pacti conventi, doli mali, jurisjurandi, & rei judicatæ, poterit cognoscere judex in actione ad exhibendum, *L. 3. §. 13. ad exhibend.*

EXCEPTIO pacti conventi perpetui, i. e. ne omnino pecunia petatur, dicitur perpetua, & peremptoria, *L. 3. de except.*

EXCEPTIO perpetua pacti conventi, vel doli repellit petitionem adversarii, *L. 5. C. de pactis.*

EXCEPTIO pacti conventi, cum ita convenerit, ne intra certum tempus ageretur, veluti intra quinquennium, nam finito eo tempore non impeditur actor rem exequi, est temporalis atque dilatoria, *§. 10. de exception.*

EXCEPTIO *paupertatis.*

EXCEPTIO paupertatis f. inopiæ, de qua constat, à Clerico opposita, impedit executionem sententiæ etiam latæ in possessorio, *c.16. X. de restit. spoliat.*

EXCEPTIO *peremptoria.*

EXCEPTIO peremptoria, qualis est præscriptio longi temporis, sufficit, in initio litis, contestari, *c.2. § Exceptio. q. 6. caus. 3.*

Per EXCEPTIONEM peremptoriam non fit litis contestatio, *c.2. de litis contestat. in 6.*

EXCEPTIO peremptoria litis contestationem non impedit, nisi sit de re semel finita, *c.1. eod.*

EXCEPTIO peremptoria & perpetua est, quæ semper agentibus obstat, & semper rem, de qua agitur, perimit, qualis est exceptio doli, quod metus causa, &c. *§.9. de exception. L.3. de exception.*

EXCEPTIO peremptoria potest opponi ante sententiam, non postea, nisi ope restitutionis in integrum ratione ætatis, *L. 2. Sententiam rescindi non posse.*

EXCEPTIO *præscriptionis.*

EXCEPTIO præscriptionis non potest opponi in initio, sed probanda venit fundata intentione actoris, *L. 9. C. de præscript. longi tempor.*

EXCEPTIO præscriptionis, quæ competit parti, debet ei per judicem observari, & non auferri, *L. 5. C. ad L. Jul. de adulter.*

EXCEPTIO præscriptionis competens possessori rei adversus vendentem eandem rem, competit etiam adversus emptorem, *L.12. de diversis temporibus* &c.

EXCEPTIO *procuratoria.*

EXCEPTIONES *procuratoriæ* sunt dilatoriæ, quæ evitari possunt, *L. 3. de exception. §. 11. de except.*

EXCEPTIONEM *procuratoriam* objiciens eo quod non licuit adversario dare procuratorem, ut in popularibus actionibus, & in omnibus criminalibus, vel fieri procuratorem, ut quia erat miles, tenetur has exceptiones probare, *L. 19. §.2. de probat. d. §. 11. de except.*

EXCEPTIO *rei judicatæ.*

EXCEPTIO rei judicatæ tacite continere videtur omnes personas, quæ rem in judicium deducere solent, *L.4. de except. rei judic.*

EXCEPTIO rei judicatæ obstat agenti alia actione ex eadem causa, *L. 6. eod.*

EXCEPTIO rei judicatæ obstat petenti partem fundi pro indiviso, vel pro diviso, aut certum locum ex eo fundo, quem petiit & succubuit, *L. 7. pr. eod.*

EXCEPTIO rei judicatæ obstat petenti unam rem, vel unum corpus ex duobus, quæ petierat & succubuit, *ibid.*

EXCEPTIO rei judicatæ obstat petenti arbores excisas ex eadem causa ex fundo, quem petiit rei vindicatione & succubuit, *ibid.*

EXCEPTIO rei judicatæ obstat petenti lapides, & tigna ex eadem causa, ex qua domum, vel aream petiit, & succubuit, secus si ex alia causa, *ibid.*

EXCEPTIO rei judicatæ obstat vindicanti singulas tabulas navis ex eadem causa, ex qua navem petierat & succubuit, *ibid.*

EXCEPTIO rei judicatæ obstat, quotiens inter easdem personas eadem quæstio revocatur, vel alio genere judicii, & ideo si hereditate petita singulas res petat, vel singulis rebus petitis hereditatem petat, exceptione

ne hac summovebitur, *d. L. 7. §. 4. eod.*

EXCEPTIO rei judicatæ obstat agenti familiæ ercifcundæ, vel communi dividundo, qui antea fundi partem petiit, & succubuit, *L. 8. eod.*

EXCEPTIO rei judicatæ à persona auctoris ad emptorem transire solet, retro autem ab emptore ad auctorem reverti non debet, *L. 9. §. 2. eod.*

EXCEPTIO rei judicatæ non obstat petenti iter per fundum, per quem actum petiit, & succubuit, *L. 11. §. 6. eod.*

EXCEPTIO rei judicatæ obstat ex parte actoris omnibus personis, quæ possunt rem in judicium deducere, ut est procurator verus, tutor, vel curator furiosi vel pupilli, actor municipii, & similes, quia sententia lata contra eos nocet ei, ad quem res pertinet, *L. 11. §. 7. eod.*

Evidenter iniquissimum est, EXCEPTIONEM rei judicatæ proficere ei, contra quem judicatnm est, *L. 16. eod.*

Non competit EXCEPTIO rei judicatæ reo absoluto, quia non possidebat, *c. 13. X. de except.*

EXCEPTIO rei judicatæ per Ecclesiasticum Iudicem admitti debet in foro seculari, & è converso, *c. 2. de exception. in 6.*

EXCEPTIO rei judicatæ obstat petenti gregem auctum, vel diminutum numero, quem antea petiit & succubuit, *L. 21. §. 1. de except. rei jud.*

EXCEPTIO rei judicatæ obstat petenti speciale corpus ex grege, quem petiit, & succubuit, si illud corpus eo tempore, quo petiit, & succubuit, fuit in grege, *ibid.*

EXCEPTIO rei judicatæ obstat petenti Stichum tantum ex eadem causa, ex qua antea petiit eundem Stichum, & Pamphilum, & succubuit, *d. L. 21. §. 2. eod.*

EXCEPTIO rei judicatæ non obstat petenti sortem, eo quod antea petierit usuras, & succubuerit, *L. 23. eod.*

EXCEPTIONE rei judicatæ non repellitur ille, qui cum heres non esset, petiit hereditatem, & succubuit, si postea heres factus eandem hereditatem petat, *L. 25. pr. eod.*

EXCEPTIO rei judicatæ nocebit ei, qui in dominium successit ejus, qui judicio expertus est, *L. 28. eod.*

EXCEPTIO rei judicatæ non obstat agenti actione personali, qui antea agens reali succubuit, *L. 31. eod.*

EXCEPTIO rei judicatæ ei demum obstat, vel successoribus ejus, inter quos cognitum super ea re & pronunciatum est, *L. 2. C. de except.*

EXCEPTIO *spoliationis.*

EXCEPTIO spoliationis in civilibus non admittitur, facta ab alio, quam ab actore, *c. 1. pr. de restitut. spoliator. in 6.*

EXCEPTIO spoliationis in criminalibus admittitur facta à tertio, dummodo sit de tota substantia vel majori parte, *ibid.*

EXCEPTIO spoliationis probari debet intra quindecim dies, alias fit condemnatio expensarum, *ibid.*

Agenti super rebus Ecclesiasticis, non obstat EXCEPTIO spoliationis privatarum rerum, vel è converso, *d. c. 1. §. 2. eod.*

EXCEPTIO *de suspecto judice.*

EXCEPTIO de suspecto judice admittitur, *c. 5. X. de exception.*

EXCEPTIO *suspensionis.*

Si per EXCEPTIONEM suspensionis, contra quam replicatur de nullitate, ordinatio Ecclesiæ retardatur, fit absolutio ad cautelam, *c. 9. X. de except.*

EXCEPTIO *temporalis.*

EXCEPTIO temporalis ad tempus nocet,

cet, & temporis dilationem tribuit, *c. 10. de except.*

EXCEPTIONES temporales non semper locum habent, sed evitari possunt, *L. 3. de except.*

EXCEPTIO *transactionis.*

EXCEPTIO transactionis, quæ impedit litis contestationem, si omittatur à parte, non reddit judicium nullum, *L. 23. §. 3. de condict. indebiti.*

EXCEPTIO transactionis, quæ supervenit post litis contestationem, potest opponi post litis contestationem, & idem operatur, ac si fuisset opposita ante contestationem, *ibid.*

EXCEPTIO *tutoris illegitimi.*

EXCEPTIO tutoris illegitimi potest opponi in quacunque parte judicii, *L. 2. C. de eo qui pro tutore &c.*

EXCESSVS.

EXCESSVS subditorum sunt corrigendi, quod publicæ utilitatis interest, ne crimina remaneant impunita, *c. 35. X. de sentent. excommun.*

De EXCESSIBVS inferiorum debet superior ex officio suo inquirere, *c. un. X. ut Eccl. Benef.*

Vnius EXCESSVS, non debet alteri præbere licentiam excedendi, *c. 20. X. de privil.*

EXCESSVS Clericorum puniendi sunt pœna spirituali, non pecuniaria, *c. 3. X. de pœnis.*

EXCIPERE.

EXCIPERE condictionem est judicium actionis condictitiæ suscipere & subire, *L. 20. de condict. furt.*

EXCIPIENS tenetur exceptionem suam probare, *L. 19. §. 2. de probat.*

EXCIPIENS exceptionem non numeratæ pecuniæ & opponens exceptionem solutionis & similes quidem sunt, quatenus uterque negat, sed differunt, quia unus factum negat, alter factum asserit, *L. 10. C. de non num. pec.*

EXCIPIENS non videtur fateri ea, quæ in exceptione includuntur, *c. 6. X. de except.*

EXCIPERE Reus debet intra tempus datum, ultra illud non auditur, nisi aliquid de novo emerserit, *c. 4. X. eod.*

Qui nihil EXCIPIT, cum potest, alienasse intelligitur totum jus suum, *c. 22. X. de privil.*

Crimen opponitur EXCIPIENDO, accusando, denunciando, *c. 16. X. de accusat.*

EXCOMMVNICARE.

EXCOMMVNICARE possunt Archidiaconi, & alii Ecclesiæ Prælati, *c. 1. X. de eo, qui furtive ordin. susc.*

Licet Abbatissa Subditos EXCOMMVNICARE non possit, ipsi tamen sibi obedire tenentur, *c. 12. X. de major. & obed.*

Abbas vel Prior EXCOMMVNICARE potest Monachos suos, *c. 10. X. eod.*

EXCOMMVNICATVS alium excommunicare non potest, *c. 4. q. 1. caus. 24.*

Pro aliquo facinore ab Hæreticis EXCOMMVNICATVS, à Catholicis non est recipiendus, *c. 38. ead.*

Ad judicandum EXCOMMVNICATI non recipiantur, *c. 37. ead.*

EXCOMMVNICANDI delinquentes Principes, *c. 10. dist. 96.*

Qui illicite aliquem EXCOMMVNICAT, semetipsum, non illum condemnat, *c. 2. q. 3. caus. 24.*

EXCOMMVNICANDVS est, qui duas simul uxores habere præsumit, *c. 19. ead.*

Qua pœna feriatur, qui illicite aliquem EXCOMMVNICAT, *c. 6. ead.*

Errantes, & in errorem mittentes EXCOMMVNICENTVR, *c. 13. ead.*

EXCOMMVNICANDI sunt falsi testes & homicidæ, *c. 20. ead.*

EXCOM-

EXCOMMVNICETVR Potens, qui Clericum, Pauperem, vel Religiosum spoliare præsumit, *c. 21. ead.*

EXCOMMVNICENTVR, qui Oratores, & Ecclesias, bonaque earum, & personas ibi servientes infestare præsumunt, *c. 24. ead.*

Non contradicit, sed potius obedit Evangelio, qui Malos EXCOMMVNICAT, *c. 37. ead.*

EXCOMMVNICARE potest Papa Principes terræ, *Extrav. commun. c. 3. in pr. de sent. excomm.*

EXCOMMVNICATVM Dominum juvare Vasallus non tenetur, *II. F. 28. in pr.*

EXCOMMVNICATVS restitutus Ecclesiæ, feudum recuperat excommunicationis causa amissum, *ibid.*

EXCOMMVNICETVR, qui domos incendit, gratia, vel odio alicujus, *c. 32. q. 8. caus. 23.*

Satanæ traditur, qui ab Ecclesia EXCOMMVNICATVR, *c. 32. q. 3. caus. 11.*

EXCOMMVNICATIO.

EXCOMMVNICATIO dicitur, quando quis sententia à communione corporis & sanguinis Christi notatus prohibetur, *c. 24. §. 1. q. 3. caus. 11.*

EXCOMMVNICATIONIS contrahit pœnam, qui excommunicatis communicat, *c. 28. q. 3. caus. 11.*

Modus & forma EXCOMMVNICATIONIS sequenti modo fit: Debent, nempe, duodecim Sacerdotes Episcopum circumstare, & lucernas ardentes in manibus tenere, quas in conclusione anathematis, vel excommunicationis projicere debent in terram, & conculcare pedibus, deinde Epistola per parochias mittatur continens Excommunicatorum nomina, & causam excommunicationis, *c. 106. ead.*

EXCOMMVNICATIO à fidelitatis juramento absolvit eos, qui excommunicatis obstricti fuerant, *c. 4. q. 6. caus. 15.*

EXCOMMVNICATIONIS exemplum debet tradere requisitus excommunicans, intra mensem excommunicato, *c. 1. de sententia excomm. in 6.*

EXCOMMVNICATIONIS sententia dicitur nulla, quando in ea appositus est error intolerabilis, *c. 2. eod.*

EXCOMMVNICATIO non potest ferri in corpus universitatis vel collegii, *c. 5. eod.*

EXCOMMVNICATIO executionem secum trahit, *c. 53. §. 1. X. de appell.*

EXCOMMVNICATIONI injustæ parendum est usque ad causæ cognitionem, *c. 40. §. præmissis* &c. *q. 3. caus. 11.*

EXCVSARE.

EXCVSANTVR à tutela & curatoria, qui septuaginta annos compleverunt, *L. 2. pr. de excusat. §. 13. de excusat.*

EXCVSATVR à quarta tutela filius ejus, qui habet tres tutelas, vel curas, & econtra excusatur pater propter tres tutelas, vel curas, quas habet filius ejus, *L. 4. §. 1. eod.*

EXCVSATVR filius habens unam tutelam, & duas ejus pater, vel è contrario, *ibid.*

EXCVSANTVR Grammatici, Sophistæ, Rhetores, Medici, qui περιοδευταί, i. e. circulatores vocantur, à muneribus, *L. 6. §. 1. eod.*

EXCVSARE se tutor per libellos non poterit, *L. 25. eod.*

Qui corporis item collegii jure EXCVSANTVR, à collegarum filiorumque eorum tutela *excusantur*, exceptis his, quibus hoc specialiter tributum est, *L. 41. §. 3. eod.*

Non EXCVSATVR ab aliis tutelis libertus Senatoris, filiorum ejus tutelam administrans, *L. 43. eod.*

EXCVSARI à tutela non potest ille, qui

qui promisit patri se fore tutorem filiorum ejus, etsi aliter haberet excusationem, *L. 15. §. 1. eod.*

EXCUSATUR ingenuus libertino tutor datus, *L. 3. C. de excusat. tutor.*

Nunquam EXCUSANTUR liberti à tutela liberorum patroni, *L. 5. C. eod.*

Neque à tutela, neque à cura ideo quis EXCUSATUR, quod creditor sive debitor ejus est, cui tutor sive curator datus est, *L. 7. C. eod.*

Non EXCUSANTUR à muneribus civilibus coloni fisci, (i. e. *conductores prædiorum ad fiscum pertinentium*) *L. 8. C. eod.*

Non EXCUSATUR tutor à tutela suscepta oculo amisso, *L. 9. C. eod.*

EXCUSANTUR à tutelis exactores tributorum, *L. 10. C. eod.*

EXCUSATUR à tutela sive cura unus Senatoris libertus, qui patroni negotia gerit, *L. 13. C. eod.*

EXCUSANTUR à tutelis & curationibus Navicularii, *L. 24. C. eod.*

EXCUSANTUR Silentiarii à tutelis & curationibus suscipiendis, *L. 25. C. eod.*

EXCUSAT violentia omni tempore, *c. 9. X. de desponsat. impuber.*

EXCUSAT ignorantia, *c. 2. X. de cogn. spirit.*

Ignorantia facti, non juris EXCUSAT, *c. 13. de R. I. in 6.*

EXCUSAT ebrietas à tanto, sed non à toto, *c. 9. q. 1. caus. 15.*

EXCUSATIO.

EXCUSATIO manifesta non prodest civibus & incolis non appellantibus à nominatione muneris publici, *L. 11. C. de appellat.*

EXCUSATIONEM à muneribus decurionatus nec sententia Præsidis in perpetuum, nec anni quinquaginta, nec podagræ valetudo præstat, *L. 13. C. de Decurion. X.*

EXCUSATIONEM à muneribus etiam patrimonialibus præstat alicui numerus XII. filiorum, sed à personalibus etiam numerus quinque filiorum sufficit, *L. 24. C. eod.*

EXCUSATIONEM à muneribus personalibus habentium numerus in unaquaque civitate certus debet esse, *L. 6. §. 2. de excusation.*

Tractatus EXCUSATIONUM tutelæ & curatoriæ utilissimus est, *L. 1. pr. eod.*

De EXCUSATIONIBUS tutelæ & curatoriæ doctrinam manifestam tradidit Modestinus enarrans legalia græcorum voce, & quando non potuit bene fieri de græco in latinum translatio, opponebat dicendorum narrationi etiam ipsa legum græcarum verba, d. *L. 1. §. 1. & 2. eod.*

EXCUSATIONEM tutelæ, vel curæ præstat perfectus numerus filiorum legitimorum, & naturalium superstitum tempore creationis, etiamsi non sint in potestate, & in his computantur etiam nepotes, qui supersunt ex præmortuis filiis ita, quod plures nepotes ex uno filio loco unius computantur, & excusanti non nocet, quod aliqui filii vel nepotes postea moriantur, *L. 2. §. 2. 3. & 7. eod.*

EXCUSATIONEM tutelæ, vel curæ non præstat numerus filiorum tantum naturalium, neque legitimorum tantum, ut adoptivorum, *L. 2. §. 3. eod.*

EXCUSATIONEM tutelæ non præstat numerus filiorum, qui decesserunt, vel ab hostibus capti sunt, antequam tutor crearetur, *L. 2. §. 4. eod. pr. I. de except.*

EXCUSATIONEM tutelæ non præstant filii, qui sunt in ventre tempore creationis, *L. 2. §. 6. eod.*

EXCUSATIONEM tutelæ præstat numerus filiorum, qui in acie decesserunt, hi enim, qui pro republica ceci-

ciderunt, in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur, *pr. I. de except.*

EXCVSATIONEM tutelæ præſtant avo nepotes ex filio maſculo, ſi patre eorum mortuo illius locum ſupplent avo, ita, ut plures nepotes ex uno filio loco unius computentur, *L. 2. §. 7. de excuſat.*

EXCVSATIONEM tutelæ præſtant Romæ *tres* filii, *quatuor* in Italia, in provinciis *quinque* tempore, quo quis creatur tutor, neque ſufficit, quod poſt creationem generentur, *L. 2. §. 8. eod.*

EXCVSATIONEM tutelæ, vel curæ præſtant tres tutelæ, vel tres curatoriæ, aut commiſtim tres tutelæ, & curatoriæ adhuc manentes, & in curarum numero computantur curatores furioſi, & prodigi, *L. 2. §. 9. eod.*

EXCVSATIONEM præſtant tria onera tutelarum pupillorum habentium diverſa, ac ſeparata patrimonia, *L. 3. eod.*

EXCVSATIONEM & immunitatem Medici, Grammatici, & Sophiſtæ, qui decreto ſenatus inſcripti ſunt uſque ad ſtatutum numerum, niſi circa operationes negligenter ſe habeant, quo caſu amittunt immunitatem, *L. 6. §. 1. 2. eod.*

EXCVSATIONEM à muneribus perſonalibus habent tantum quinque Medici, tres Sophiſtæ & tres Grammatici in minoribus civitatibus, ſed in majoribus ſeptem Medici, quatuor Sophiſtæ, & totidem Grammatici, in maximis autem decem Medici, quinque Rhetores, & totidem Grammatici habent immunitatem à tutela, & ab aliis muneribus perſonalibus, quem numerum excedere non licet, ſed bene minuere, *L. 6. §. 2. eod.*

EXCVSATIONEM à tutelis habent Philoſophi, Oratores, Grammatici, qui publice juvenibus proſunt, *L. 6. §. 5. eod.*

EXCVSATIONEM habent in propria patria docentes ibi grammaticam, & philoſophiam, & medici ibi curantes, ſecus ſi docerent, vel curarent in patria aliena, niſi ſint valde inſtructi, quia tunc ubique docentes vel curantes etiam extra numerum excuſationem & immunitatem conſequentur, *L. 6. §. 9. 10. eod.*

EXCVSATIONEM habent à tutelis Romæ philoſophantes cum ſalario vel ſine ſalario, ita ac ſi in propria patria docerent, *L. 6. §. 11. eod.*

EXCVSATIONEM à tutela non habent Doctores legum in aliquo præſidatu docentes, Romæ autem docentes, à tutela & cura remittuntur, *L. 6. §. 12. eod.*

EXCVSATIONEM à tutela habent Athletæ, ſed qui ſacris certaminibus coronati ſunt, *L. 6. §. 13. eod.*

EXCVSATIONEM à tutela & cura habent Præſides Aſiæ, Bythiniæ & Capadociæ, interim dum ſunt in præſidatu, *L. 6. §. 14. eod.*

EXCVSATIONEM à tutela & cura habent Magiſtratus civitatum, *L. 6. §. 16. eod.*

EXCVSATIONEM à tutela & cura interdum præſtat mediocritas & ruſticitas, *L. 6. §. 19. eod.*

Paupertas EXCVSATIONEM à tutela & cura dat, ſi quis imparem ſe oneri injuncto poſſit probare, *L. 7. eod.*

EXCVSATIO à tutela ejus, qui ſe neget literas ſcire, accipi non debet, ſi modo non ſit expers negotiorum, *L. 6. §. 19. eod.*

EXCVSATIONEM debet proponere tutor coram judice ſedente pro tribunali in ſcriptis, vel viva voce, *L. 13. §. 10. eod.*

EXCVSATIONEM à tutela nulli dignitas tribuit, *L. 15. §. 2. eod.*

EXCVSATIONEM à tutela non habent librarii, neque calculatores, *L. 15. §. 5. eod.*

EXCVSATIONEM non habent fidejussores alicujus tutoris, *L. 15. §. 9. eod.*

EXCVSATIONEM à tutela non habent illi, qui ob honorem tutores conscripti sunt, *ibid.*

EXCVSATIONEM à tutela non habet ille, qui conduxit vectigalia à civitatibus, nec ille, qui plures excusationis species habet, nullam tamen perfectam, *L. 15. §. 10. 11. eod.*

EXCVSATIONEM à tutela non habet ille, qui duas tutelas, & duos filios, & 60. annos habet, aut alia quædam talia dicit per se ipsa perfectum auxilium non præbentia, quæ tamen si invicem conjuncta sint, justa appareant, *L. 15. §. 11. eod.*

EXCVSATIONEM à tutela, vel cura non habet ille, qui in genere immunitatem civilium, ac publicorum munerum suscepit, *L. 15. §. 12. eod.*

EXCVSATIONEM à tutela non habet ille, qui dicit se ignotum esse patri, vel matri pupilli, *L. 15. §. 14. eod.*

EXCVSATIONEM à quarta tutela non habet ille, qui tres tutelas, vel curas affectavit, *L. 15. §. 15. eod.*

Apud EXCVSATIONEM tutelæ inspicienda est magnitudo patrimoniorum trium tutelarum, & ejus, quæ suscipienda est, & etiam ætas priorum vel posteriorum pupillorum, ut si prope pubertatem sint, ita ut tantummodo tempus semestre reliquum fuerit, non dabitur tunc excusatio, *L. 17. pr. eod.*

EXCVSATIONEM Ilienses à tutelis illorum habent, qui Ilienses non sunt, & quidem propter inclytam nobilitatem civitatis, & propter conjunctionem originis Romanæ, *L. 17. §. 1. eod.*

EXCVSATIONEM à tutela non habent omnia collegia, vel corpora, quamvis muneribus municipalibus obstricta non sint, nisi nominatim id privilegium indultum sit, *L. 17. §. 3. eod.*

EXCVSATIONEM à tutela non habent domini navium, licet ab aliis muneribus quandoque excusantur, *L. 17. §. 6. eod.*

EXCVSATIONEM tutelæ non habent Geometræ, vel terræ mensores, *L. 22. eod.*

Ius EXCVSATIONIS à tutela Mensores frumentarii habent, *L. 26. eod.*

EXCVSATIONEM à tutela suscepta habent Iurisperiti in consilium Principum assumpti, *L. 30. pr. eod.*

EXCVSATIONEM tutelæ habet ille, qui domicilium non habet in civitate, in qua tutor datus est à testatore, *L. 46. §. 2. eod.*

EXCVSATIONEM etiam à tutela filiorum collegarum habent pistores urbici, *L. 46. §. 1. eod.*

Nulla EXCVSATIONE differri debent, quæ juste definita sunt, *c. 3. q. 1. caus. 2.*

EXCVTERE.

EXCVTIENS de manu alicujus numos si ita perierint, quod ad aliquem non pervenerint, ut quia in flumen, vel in mare, vel in clocam ceciderint, tenetur utili Aquiliæ actione, & etiam in factum; sed si ad aliquem pervenerint ope, & consilio, tenetur actione furti, *L. 27. §. 21. ad L. Aquil.*

EXECVTIO.

Ab EXECVTIONE non est inchoandum, sed primo debet de causa cognosci & per definitivam sententiam terminari, *L. 1. C. de execut. rei judic.*

EXECVTIO potest fieri in nominibus debitorum, *L. 5. C. eod.*

EXECVTIO non debet fieri in stipendiis

diis militum, vel Clericorum, nisi in subsidium, *L. 4. C. eod.*

EXECUTIO fit in æstimatione mortua specie debita post moram, *L. 7. C. eod.*

EXECUTIO tunc petenda est, quando reus est confessus, vel si negavit, cum est convictus, & condemnatus, *L. 9. C. eod.*

EXECUTIO sententiæ Iudicis debet differri usque ad 20. diem, propter deliberationem, *c. 69. q. 3. caus. 11.*

EXECUTIONEM sententiæ latæ in possessorio impedit exceptio inopiæ, *c. 16. X. de restitut. spoliat.*

EXECUTIONI non debet mandari sententia lata per falsas literas, *c. 2. X. de crimine falsi.*

EXECUTIO sententiæ non tollitur per cautionem de judicatum solvendo, nisi fiat animo novandi, nec tollitur per dationem pignorum, vel fidejussorum, *L. 4. §. 4. de re judic.*

EXECUTIO cui mandatur, videtur mandata cognitio, sed non econtra, *L. 15. pr. eod.*

Pro EXECUTIONE sententiæ capta pignora possunt vendi post duos menses à tempore captorum pignorum, *L. 31. eod.*

In EXECUTIONE sententiæ pignora capta, quæ emptorem non reperiunt, debent per judicem adjudicari victori, pro quantitate, quæ sibi debetur, & si nolit pignora habere in solutum, quia sint minoris pretii, quam sit creditum suum, potest illa pro credito possidere & fructus percipere, *L. 15. §. 2. eod.*

EXECUTOR.

EXECUTOR si vendidit pignora emptori non solventi pretium, auferuntur ab eo pignora vendita, ac si venditio facta non fuisset, & alteri venditur præsenti pecunia, & pretium in causam judicati convertitur, nec compellitur primus emptor ad solutionem pretii per captionem bonorum suorum & venditionem, *L. 15. §. 7. eod.*

EXECUTOR sententiæ debet pignora capta vendere præsenti pecunia, & sic non debet facere terminum solvendi, alias venditio haberetur pro non facta, cum possit retractari non soluto pretio, *ibid.*

Ab EXECUTORE sententiæ appellare non licet, *L. 4. pr. de appell.*

EXECUTOR est ille, qui sententiam rite latam ad effectum perducit, *L. 8. C. de execut. rei judic.*

Merus EXECUTOR non potest assumere partes judicis, & de justitiæ sententia cognoscere, vel pronunciare, *L. 6. C. eod.*

EXECUTOR, ob negligentiam, officio suo potest privari, *L. 3. C. de sportulis* &c.

EXECUTOR delinquens in officio corporali multa puniri à majore judice potest, *ibid.*

EXECUTOR ab Ecclesiis, vel ecclesiasticis personis exigens salarium ultra debitum modum, tenetur in duplum ejus, quod exactum est, si miles est, nudandus cingulo, si Clericus, à consortio Clericorum removendus. *Auth. Sed hodie &c. C. de Episcopis &c. Nov. 123. c. 28.*

EXECUTORUM pertinax & avara protervitas quando extraneos, & idoneos fidejussores flagitat, multiplex innoxiæ paupertati infligatur incommodum, *L. 33. §. 2 C. eod.*

EXECUTORES à quocunque judice dati ad exigenda debita ea, quæ civiliter poscuntur, servos aratores, aut boves aratorios, aut instrumentum aratorium, pignoris causa de possessionibus non abstrahant, ex quo tributorum illatio retardatur, *L. 7. C. quæ res pignori obligari* &c.

EXECVTOR *testamentarius.*

EXECVTOR testamentarius, qui suscepit illud officium, exequi compellitur, *c. 19. X. de testamentis.*

Episcopi possunt EXECVTORES testamenti compellere, ut voluntatem defuncti ad pias causas adimpleant, *c. 17. X. eod.*

EXECVTOREM testamenti, si deliquerit in executione, potest Episcopus punire, *Clem. c. un. eod.*

EXECVTOREM potest judex dare, ubi testator nullum *executorem* testamentarium dedit, *L. 3. de aliment. & cibar. leg.*

EXECVTOR testamentarius habet licentiam exigendi legata relicta in redemptionem captivorum, qui pro sua conscientia debet illa distribuere, *L. 28. §. 1. C. de Episcopis* &c.

EXECVTOR in testamento specialiter est designandus, *ibid.*

EXECVTORE testamentario nullo existente Episcopus habet licentiam exigendi legata relicta in redemptionem captivorum, & etiam distribuendi ea judicio suo intra annum prius faciendo inventarium pecuniæ receptæ, & manifestandi numerum captivorum, & pretia data pro illis, *ibid.*

EXECVTRIX *testamentaria.*

EXECVTRIX in testamento potest esse mulier, & cogitur illud officium suscipere, si legatum sibi relictum agnoverit, *L. 15. pr. de alim. & cibar. legat.*

EXEMPLAR.

EXEMPLAR fidem non facit absque originali, *c. 1. X. de fide instrum.*

EXEMPLAR per Tabellionem autoritate Ordinarii confectum, eandem vim habet cum originali, *c. 16. X. eod.*

EXEMPLVM.

EXEMPLIS sana ratio præfertur, *c. 11. dist. 9.*

Propter EXEMPLVM aliquid omittitur, *c. 3. X. de cognat. spirit.*

EXEMPTIO.

Per solutionem census, quæ fit Rom. Eccl. non probatur EXEMPTIO à jurisdictione Episcoporum, *c. 8. X. de privilegiis* &c.

Per EXEMPTIONEM concessam Monasterio, Capellæ sibi subjectæ non censentur exemptæ, *c. 17. X. eod.*

EXEQVIAE.

EXEQVIARVM pompa magis vivorum solatium est, quam subsidium mortuorum, *c. 22. §. 1. q. 2. caus. 13.*

EXERCERE.

Si plures navem EXERCEANT, cum quolibet eorum in solidum agi potest, ne in plures adversarios destringatur, qui cum uno contraxerit, *L. 1. §. 25. & L. 2. de exercitoria actione.*

EXERCITOR.

EXERCITOR dicitur ille, ad quem obventiones, & reditus omnes perveniunt, sive is dominus navis sit, sive à domino navem per aversionem conduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum, *L. 1. §. 15. eod.*

EXERCITOR ut teneatur ex contractu magistri, nihil refert, an sit masculus, an mulier, an paterfamilias, an filiusfamilias, an servus, *L. 1. §. 16. eod.*

EXERCITOR navis si fuerit pupillus, requiritur tutoris autoritas in ponendo magistrum ad hoc, ut obligetur ex contractu magistri, *ib.*

EXERCITORI contra contrahentes cum magistro non datur actio ex contractu magistri, sed aut ex locato cum magistro, si mercede ei operam exhibeat, aut si gratuitam, mandati agere potest, *L. 1. §. 18. eod.*

EXER-

EXERCITORI adversus contrahentes cum magistro navis officio judicis subvenitur in subsidium, i. e. si magister non fuerit solvendo, *ibid.*

EXERCITOR, & magister in solidum tenentur, & solutio unius liberat alium, *L. 1. §. 24. eod.*

EXERCITUS.

EXERCITUS non dicitur una cohors vel una ala, sed numerus multus militum, *L. 2. §. 1. de his qui notantur infam.*

EXERCITUI præesse dicitur is, qui legionem, vel legiones cum suis auxiliis ab Imperatore commissas administrat, *ibid.*

Officium regentis EXERCITUM non tantum in danda, sed etiam in observanda disciplina constitit, *L. 12. pr. de re militari.*

EXERCITUS nomen ab exercitatione traxit, *L. 1. §. 1. de testam. milit.*

EXHEREDARE.

Nominatim quis EXHEREDARI videtur, sive ita exheredatur, *Titius filius meus exheres esto:* Sive ita, *filius meus exheres esto;* non adjecto proprio nomine, scilicet, si alius filius non exstet, *§. 1. de exheredatione liberorum. L. 17. de liber. & posthum.*

Multi non notæ causa EXHEREDANT filios, nec ut eis obsint, sed ut eis consulant, *L. 2. & 18. de liber. & posthum.*

EXHEREDATUS ante heredis institutionem, ab omnibus gradibus summotus est, *L. 3. §. 3. eod.*

Inter duos gradus EXHEREDATUS, ab utroque remotus est, *L. 3. §. 4. eod.*

Pure EXHEREDANDUS est filius, *L. 3. §. 1. eod.*

Filius recte EXHEREDATUR inter medias heredum institutiones, *L. 3. §. 2. eod.*

Nominatim satis EXHEREDATUS videtur is, cujus nomen, vel prænomen, vel cognomen exprimitur, *L. 1. eod.*

Si filium nominatim EXHEREDAVERO, & cum postea heredem instituero, heres erit, *L. 21. eod.*

Filius nominatim EXHEREDARI potest ante heredis institutionem, *L. 1. pr. de heredibus instit.*

EXHEREDATUS si sit extraneus, & postea ab eo arrogatus, rumpit is testamentum, *L. 23. pr. de liberis & posthum.*

EXHEREDARI non potest filia à patre ex eo, quod nolit divertere à viro jussu patris, vel matris, ideo datur ei querela inofficiosi, *L. 18. C. de inoffic. testam.*

EXHEREDARI potest filia à patre, eo quod turpiter, & cum flagitiosa fœditate vivit, *L. 19. C. eod.*

EXHEREDATUS filius non videtur ex his verbis, *quisquis est, qui filium meum esse dicat, exheres esto*, *L. 1. §. 9. de carboniano edicto.*

EXHEREDATIO.

EXHEREDATIONIS causa testamento est adjicienda, *L. 16. §. 1. de curat. furios.*

EXHEREDATIO vitiosa est, si quis ita exheredaverit; *Quisquis mihi erit filius, exheres esto*, *L. 3. §. 2. de liber. & posthum.*

EXHEREDATIO non potest incipere post mortem exheredati, *L. 29. §. 10. eod.*

Si EXHEREDATIO ita facta sit; *Si filius natus, natave sit, exheres esto*, utrisque natis, non rumpitur testamentum, *L. 14. de injusto, rupto, &c.*

EXHEREDATIONIBUS interdum causa non turpis adjiciebatur, *L. 61. de hered. instit.*

EXHEREDATIO aliorum non debet fieri propter Ecclesiæ promotionem, *c. ult. q. 4. caus. 17.*

EXHE-

EXHEREDATIONIS causæ ad amissionem feudi applicantur, *II. F. 24.* §. *2.*

EXHEREDATIO filiorum non requiritur in testamento matris de jure civili, nec de jure prætorio, *§. 7. de exhered. filiorum.*

Loco EXHEREDATIONIS filiorum in testamento matris, aut avi materni, est eorum præteritio, *ibid.*

In EXHEREDATIONE filiorum sublata est differentia sexus, emancipationis, & patriæ potestatis, & posthumorum jam natorum, §. *5. eod.*

EXHEREDATIONIS filiorum justæ causæ sunt quatuordecim, *Nov. 115. c. 3. pr.* & §. *1. seqq. Auth. Non licet &c. C. de liber. præt.*

EXHEREDATIONIS parentum, & superiorum causæ justæ, quibus superiores ab inferioribus exheredantur, sunt septem, d. *Nov. 115. c. 4. pr.* & *§. 1. seqq.*

EXHEREDATIONIS fratris, vel sororis causæ legitimæ, quibus frater, vel soror potest exheredari, etiam turpi persona instituta, sunt tres, *Nov. 22. c. 47. pr.*

EXHEREDATIO si fiat ab omnibus gradibus tacite, vel expresse, valet testamentum, *L. 1. C. de liberis præteritis* &c.

EXHEREDATIO filii si fiat causa inserta in testamento, probari debet, *Auth. Non licet. &c. C. de liberis præteritis* &c.

Ex injusta causa EXHEREDATIONIS, vel præteritionis irritum fit testamentum, quantum ad institutiones, cætera namque firma permanent, *Auth. Ex causa &c. C. eod.*

EXHEREDATIO facta etiam verbis injuriosis valet, veluti filium meum gladiatorem, latronem, vel ex adulterio natum exheredo, *L. 3. pr. de liberis & posthumis* &c.

EXHEREDATIO filii facta à certa persona institutorum non valet, *L. 3.* §. *2. eod.*

EXHEREDATIO filii facta inter duos gradus, scilicet inter institutos & substitutos, refertur ad utrumque gradum, *L. 3.* §. *4. eod.*

EXHEREDATIO filii potest fieri per verba præteriti imperfecti vel futuri temporis, veluti filius exheres sit, vel exheres erit, *L. 17. eod.*

EXHEREDATIO filii impuberis, cui post pubertatem hereditas per fideicommissum relinquitur, videtur esse ad consilium, & non ad ejus injuriam factam, *L. 18. eod.*

EXHEREDATIO filiæ his verbis facta, te autem filia ideo exheredavi, quia contentam te esse dote volui, valet, *L. 61. de heredibus instit.*

EXHIBERE.

Eum, pro quo quis apud officium cavit, EXHIBERE cogitur, *L. 17. de in jus vocando.*

EXHIBERE tenetur, qui apud acta promisit se exhibiturum aliquem, *ibid.*

EXHIBERE est facere in publico potestatem, ut ei, qui agat, experiundi sit copia, *L. 2. ad exhibendum.*

EXHIBERI debet res ibi, ubi fuit, cum lis contestaretur, nisi actor velit duci ad locum judicii suis sumptibus, *L. 11.* §. *1. eod.*

Si justa ex causa statim EXHIBERI res non possit, jussu Judicis cavere debebit, *se illo die exhibiturum*, *L. 12.* §. *5. eod.*

EXHIBERE sufficit in eadem forma, licet non exhibeatur in eadem qualitate, *L. 17. eod.*

EXHIBERE verbum apud ICtos pro alere, & curare usurpatur, *L. 5.* §. *6. de agnoscend. liber.* vid. *I. F. 6. §. 2.*

EXHIBET, qui præstat ejus, de quo agitur, præsentiam, *L. 246. pr. de V. S.*

EXHORTARE.

EXHORTANS mandatoris opera non fungitur, *L. 20. de his, qui notant. infam.*

EXIGERE.

EXIGERE aliud est, & aliud solutionem recipere, *L. 3. soluto matr.*

EXIGI non debet ultra id, quod debetur, *L. 1. C. de exactoribus. X.*

Verbum EXACTAE *pecuniæ*, non solum ad solutionem referendum est, verum etiam ad delegationem, *L. 187. de V. S.* vid. *Bona fides.*

EXILIUM.

EXILIUM triplex est, aut certorum locorum interdictio, aut lata fuga, ut omnium locorum interdicatur, præter certum locum, aut in Insulæ vinculum, i. e. relegatio in Insulam, *L. 5. de interdictis, & relegatis,* &c.

In EXILIUM perpetuum relegantur ignobiles, pacem Ecclesiæ turbantes, *c. 32. q. 1. caus. 24.*

EXILII pœna potest per Iudicem ecclesiasticum infligi, *c. 3. X. de crimine falsi.*

EXIMERE.

Verbum EXIMENDI generale est, *eripere* est de manibus auferre per raptum, *eximere* vero est quoquo modo auferre, *L. 4. pr. ne quis eum, qui in jus vocabitur* &c.

EXIMERE dicitur, quando quis non rapuit quem, sed moram fecit, quo minus in jus veneris, ut actionis dies exiret, vel res tempore amitteretur, & quamvis corpus non exemerit, sed etsi eo loci detinuerit, & non abduxerit, *ibid.*

EXIMENS violenter eum, qui in jus vocatus erat ad Iudicem non suum, non tenetur ad aliquam pœnam, *L. 2. eod.*

EXIMENS vi servum in jus vocatum non tenetur pœna edicti, *ne quis eum, qui in jus vocabitur, vi eximat,* tenetur tamen ad exhibendum, *L. 3. pr. eod.*

Si quis ad pedaneum Iudicem vocatum EXIMAT, pœna ejus edicti, *ne quis eum, qui* &c. cessabit, *L. 3. §. 1. eod.*

Si quis eum, qui per calumniam vocabatur, EXEMERIT, constat eum hoc Edicto teneri, *L. 4. §. 1. eod.*

Si per alium quis EXEMERIT, pœna hujus edicti tenetur, sive præsens fuerit, sive absens, *L. 5. pr. eod.*

In eum, qui vi EXEMIT, in factum judicium datur, *L. 5. §. 1. eod.*

EXISTIMATIO.

EXISTIMATIO Vasalli si gravatur, non statim feudum amittit, *II. F. 24. §. 2.*

EXISTIMATIO est dignitatis inlæsæ status, legibus ac moribus comprobatus, qui ex delicto nostro auctoritate legum aut minuitur, aut consumitur, *L. 5. §. 1. de extraordinariis cognition.*

Si testes ejusdem EXISTIMATIONIS sunt, standum est numero testium, *c. 32. X. de testibus.*

EXORCISTA.

EXORCISTAE ex Græco in Latinum adjurantes, sive increpantes vocantur, invocant enim super Catechumenos, vel super eos, qui habent spiritum immundum, nomen Domini Iesu, adjurantes per eum, ut egrediatur ab eis, *c. 1. §. 18. dist. 21.*

EXORCISTA cum ordinatur, accipiat de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi Episcopo: Accipe & commenda memoriæ, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum, sive baptizatum, sive catechumenum, *c. 17. dist. 23.*

EXORCIZARE.

Non EXORCIZENT, qui ab Episcopo provecti non sunt, *c. 2. dist. 69.*

EXORCIZENTUR energumeni omni die, *c. 11. dist. 5. de consecr.*

EXORCIZANDO Sacerdotes Dæmona repellunt, *c. 67. dist. 4. de consecrat.*

EXPECTARE.

EXPECTARE melius est, quam rem impotenter, ac importune petere, & melius tantisper expectare, quam rem novo judici committere, si in mora modici temporis futurum non est periculum, *L. 30. §. 14. de fideicomm iss. libert.*

EXPECTANDI Pares ad investituram novam, *II. F. 33. pr.*

EXPECTATIVA *feudi.*

EXPECTATIVA *feudi* non nisi Vasallo consentiente valet, *I. F. 27. c. 2.*

An EXPECTATIVAM sine consensu Vasalli facere possit Dominus, *I. F. 22.c.si quis.*

Ad EXPECTATIVAM non requiritur consensus Vasalli, *II. F. 26. c. 2.*

EXPECTATIVA etiam ignorante Vasallo alteri dari potest, *II. F. 26. c. 2.*

EXPECTATIVA pure dari non potest, *I. F. 9.*

EXPENSA.

EXPENSAS debet erogare ille, qui petit aliquid fieri, *L. 4. §. 5. de edendo.*

EXPENSAE, & sumptus Iudicis officio peti possunt, *L. 38. de heredit. petit.*

In EXPENSIS servari debet modus probabilis, & non debent excessive fieri, *L. 50. §. 1. eod.*

EXPENSAS factas bonæ fidei possessor in re aliena retinet per exceptionem doli, admissa compensatione fructuum perceptorum, & sumptuum, *L. 48. de R. V.*

Nullus casus intervenire potest, qui EXPENSARUM deductionem impediat, *L. 51. pr. famil. ercisc.*

EXPENSAS, quas unus ex pluribus, qui missi fuerunt in possessionem ex causa damni infecti, fecit in fulciendo insulam, antequam possidere juberentur, non potest consequi communi dividundo judicio, *L. 4. §. 4. communi dividundo.*

EXPENSAE, quas quis fecit in fundo, quem existimat proprium, qui vero communis est, aut est alienus, non veniunt communi dividundo, sed possessori datur partis socii retentio pro illis expensis, & hæc retentio transit etiam ad singularem successorem, *L. 14. §. 1. eod.*

Aliud est EXPENSARUM satisfactio, aliud damnorum restauratio, *c. 8. X. de injuriis & damno dato.*

Ad EXPENSAS non extenditur statutum super damnis non petendis. *ib.*

Victus condemnatur Victori præsenti in EXPENSIS, etiam in causis pecuniariis, nisi pro absente sententia feratur, *c. 4. X. de pœnis.*

EXPENSAS debet solvere, qui in quarta productione testium defecerit, *c. 36. X. de testib.*

EXPENSAS solvit post restitutionem possessionis, qui illicite tenuit possessionem, *c. 1. X. de sequestrat.*

EXPENSAS ratione processus retardati debet solvere, qui retardavit, *c. 1. de except. in 6.*

EXPENSAS refundere debet plus petens sine causa, *c. un. pr. X. qui plus petit.*

EXPENSAS factas in curationem, & operas amissas præstabit percutiens hominem, *c. 1. X. de injur. & damno dato.*

EXPENSAS repetere non potest is, qui per literas falsas gravat adversarium, *c. 3. X. de rescript.*

EXPENSAS solvit adversario appellans, si ante inchoatam prosecutionem appellationis petit, ut invito appellato remittatur ad judicem à quo, & simul remittitur, *c. 70. §. 2. X. de appell.*

EXPENSAE non improbe dicuntur, quæ vel in alimenta pupilli, vel disciplinas factæ, *L. 2. pr. ubi pupillus educ.*

EXPENSAS qui præstat, id semper spectare debet, ut minor sit expensa, quam reditus; ut plus sit in reditu, quam in expensa, *L. 3. §. 1. eod.*

EXPENSAE pro reditu patrimonii fieri debent, *ibid.*

EXPENSAS modicas, quas maritus fecit in ædibus dotalibus de novo ædificandis, vel reficiendis, vel in propagandis vineis, vel in valetudine dotalium mancipiorum non repetit actione de dote, alioquin sequeretur, quod nulla esset differentia inter actionem de dote, & actionem negotiorum gestorum, in qua veniunt etiam modicæ expensæ, *L. 12. de impensis in res dot. factis.*

EXPENSAS, quas maritus facit in re dotali ad temporalem custodiam rei, vel causa quærendorum fructuum, non repetit, *L. 15. eod.*

Ex EXPENSARUM qualitate præsumitur quis, an animo repetendi eas fecerit, an non, *L. 47. de donation. inter virum*

EXPENSARUM quædam sunt necessariæ, quædam utiles, quædam voluptuariæ, *L. 1. pr. de impensis in res do factis.*

EXPENSAE necessariæ dicuntur, quæ haben in se necessitatem impendendi, d *L. 1. §. 1. eod.*

In EXPENSIS necessariis hoc sciendum est, eas demum impensas dotem minuere, quæ in dotem factæ sunt, cæterum, si in dotem factæ non sint, non habent in se reputationem, *L. 1. §. 2. eod.*

Inter EXPENSAS necessarias esse, Labeo ait, moles in mare vel flumen projectas; vel & si pistrinum, vel horreum necessario factum sit, in necessariis expensis habendum ait, *L. 1. §. 3. eod.*

EXPENSAE utiles in res dotales factæ sunt, quas maritus utiliter fecit, remque meliorem uxoris fecerit, h. e. dotem, veluti si novelletum in fundo factum sit, aut si in domo pistrinum, aut tabernam adjecerit, si servos artes docuerit, *L. 5. §. 3. & L. 6. eod.*

EXPENSAE voluptuariæ in res dotales factæ sunt, quas maritus ad voluptatem fecit, & quæ species exornant, *L. 7. pr. eod.*

EXPENSAE factæ in arando agrum, aut in seminando dicuntur fieri gratia quærendorum fructuum, *L. 7. §. 16. soluto matrim.*

EXPENSAE factæ in seminando frumentum etiamsi non responderint messes, ex vindemia ejusdem anni, & ejusdem fundi deducuntur, *L. 8. §. 1. eod.*

EXPENSAE utiles & necessariæ sunt, veluti quæ fiunt reficiendorum ædificiorum gratia, aut in novellata, aut cum servorum gratia litis æstimatio solvitur, cum id utilius sit, quam ipsos dedi, *L. 39. pr. de heredit. petit.*

EXPENSAE factæ, ne res pereat, repetuntur ab eo, ad quem res spectat, non inspecta falsa opinione gerentis, *L. 6. §. 8. de negotiis gestis.*

EXPENSAE utiliter in negotio alicujus factæ ad honores, ad quos gradatim pervenitur, repetuntur actione negotiorum gestorum, *L. 45. pr. eod.*

EXPENSAE utiles dotis quantitatem mi-

minuunt, *L. 1. §. 5. C. de rei uxoriæ actione* &c.

EXPENSAS utiles, voluntate mulieris factas, maritus servat mandati actione, citra voluntatem mulieris factas, actione negotiorum gestorum, *ibid.*

EXPERIENTIA.

EXPERIENTIA est Magistra rerum, *c. 6. de election. in 6.*

EXPILARE.

Si quis alienam hereditatem EXPILAVERIT, extra ordinem solet coërceri per accusationem expilatæ hereditatis, *L. 1. expilatæ hereditatis.*

EXPILATAE hereditatis crimine vel petitione hereditatis agere in electione heredis est, quando res hereditariæ sunt expilatæ, *L. 3. eod.*

EXPILATAE hereditatis crimine uxor idcirco non accusatur, quia nec furti cum ea agitur, *L. 5. eod.*

EXPILATAE hereditatis crimine privignus potest agere contra vitricum, *L. 2. C. de crimine expilatæ hered.*

EXPILATAE hereditatis crimen intentari non potest, quando communis arcæ rebus inspectis claves coheredi sunt traditæ, *L. 1. C. eod.*

EXPILATAE hereditatis crimen reverentia novercæ non facit silere, quando de alia quam de mariti agitur hereditate, *L. 3. C. eod.*

EXPILATAE hereditatis crimen loco deficientis actionis intendi consuevisse, non est juris ambigui, *L. 6. C. eod.*

EXPILATAE hereditatis crimine coheres non potest agere contra coheredem post aditam hereditatem, sed debet agere familiæ ercifcundæ, *L. 3. C. famil. ercisc.*

EXPILATOR *hereditatis.*

EXPILATOR hereditatis atrocior s. improbior est fure, *L. 1. §. 1. de effractoribus* &c.

EXPILATORES hereditatum puniuntur arbitrio judicum, qui solent punire eos, vel in opus publicum, vel in perpetuum, vel temporarium, honestiores autem solent ordine ad tempus movere, vel jubere patriæ fines excedere, *ibid.*

EXPLORATOR.

EXPLORATORES, qui secreta nunciaverunt hostibus, proditores sunt, & capitis pœnas luunt, *L. 6. §. 4. de re militari.*

EXPOSITVS

seu

Expostitius.

Infans EXPOSITVS à patre, vel alio, eo consentiente, vel ratum habente, hoc ipso à patria potestate liberatur, *c. un. X. de infantibus, & languidis expositis.*

EXPOSITOS defendat Ecclesia, si quis eorum calumniator extiterit, *c. 9. dist. 87.*

EXPOSITI pueri sunt liberi, & sui juris, etiamsi quis eos recollegerit sub conditione, ut sui servi fierent, *L. 24. C. de episcop. aud.*

EXPRESSIO.

EXPRESSIO ejus, quod tacite inest, non inducit dispositionem conditionalem, *L. 6. §. 1. de tutelis.*

EXPRESSIO ejus, quod ex dispositione legis ad effectum alicujus actus necessario requiritur, si id fit in vim conditionis, nihil operatur, *L. 3. de legatis* &c. *1.*

EXPRESSVM.

EXPRESSA nocent, non expressa non nocent, *L. 195. de R. I.*

EXPRESSA quædam nocent, quæ tacita non nocent, *L. 68. de heredib. instit.*

EXPRESSA nocent, non expressa non nocent, quandoque econtra expressa pro-

profunt, non expressa nocent, *L. 52. de condit. & demonstr.*

EXPROMISSOR.

EXPROMISSOR, i. e. defensor alienæ rei nemo videtur idoneus, nisi cum satisdatione, *L. 110. §. 1. de R. I.*

EXQVAESTOR.

EXQVAESTOR nomen est dignitatis, sicut Quæstor, Consul, & Exconsul, dicitur enim Exconsul, vel Exquæstor, qui desiit esse Consul, vel Quæstor, *§. 3. in proœm. Inst. pr. Const. Tanta §. 1. Const. de novo Cod. fac.*

EXTENSIO.

EXTENSIO unius etiam jure speciei ad aliam permittitur, *L. 34. §. 7. de contrah. empt.*

EXTENVATIO.

EXTENVATIONE Rei uti debent ad minuendam causam, *c. 1. q. 4. caus. 4.*

EXTORQVERE.

EXTORQVERI dicitur illud, quod obtinetur per importunitatem verborum, *c. 2. de concess. præb. in 6.*

EXTRANEVS.

EXTRANEVS dicitur omnis, qui non habet in potestate dotatam personam, *L. 6. de condict. causa data* &c.

EXTRANEI ratione delicti dicuntur esse alicujus jurisdictionis, *L. 3. de officio Præsidis.*

EXTRANEI dicuntur matres, cognati, & alii, *L. 31. pr. C. de jure dotium.*

Cum EXTRANEVS dat dotem pro muliere, ea datio respectu viri dicitur donatio ob causam, respectu mulieris donatio simplex, nec indiget insinuatione, licet olim secus, *ibid.*

EXTRANEVM dotare intelligimus omnem citra parentem per virilem sexum ascendentem, & in potestate dotandam personam habentem, *L. 1. §. 13. C. de rei uxoriæ actione.*

EXTRANEIS nemo ex Lege falcidia plus in testamento legare potest, quam ut quarta pars heredibus superfit, *c. 6. dist. 2.*

EXTRANEVS conscius parricidii ut parricida punitur, §. *6. de public. judic.*

EXTRAORDINA-
RIVS, *a. m.*

EXTRAORDINARIVM judicium appellatur officium judicis, *L. 17. de rebus creditis, si certum petatur.*

EXTRAORDINARIVM remedium competit adversus diversas personas, præsertim, quando ordinaria actio efficax non est, *L. 1. §. 18. de exercitor. act.*

EXTRAVAGANS.

Si de EXTRAVAGANTI dubitatur, an Decretalis sit authentica, aut est juri consona, & tunc judicatur secundum illam, aut dissona, & tunc Papa consulitur, *c. 8. X. de fide instrum.*

EXVL.

EXVL quandoque ponitur improprie pro relegato, *L. 20. pr. de minor.*

Nemo EXVLI potest commeatum remeatumve dare, nisi Imperator, ex aliqua causa, *L. 4. de pœnis.*

EXVLARE.

EXVLARE jussus Decurio ad tempus ob crimen non importans infamiam post impletum tempus admittitur ad pristinam dignitatem, sed non ad novos honores, nisi tanto tempore his abstinuit, quanto per fugam latam absfuit, *L. 2. C. de his, qui in exilium dati* &c. *X.*

F.

FABER.

FABROS tignarios dicimus non eos duntaxat, qui tigna dolant, sed omnes, qui ædificant, *L. 235. §. 1. de V. S.*

Si FABER incudem vel malleum fregerit, non imputatur ei, qui locavit opus, *L. 2. §. 1. de L. Rhodia de jactu.*

FABER non poteſt malleare juxta ſcholas, quia publica utilitas, quæ replet civitatem ſapienribus, præfertur, *L. un. in f. C. de ſtudiis* &c. *XI.*

FABRICENSIS.

Si quis FABRICENSIS ſine liberis, vel legitimo herede deceſſerit non condito teſtamento, ejus bona, cujusque ſummæ ſint, ad eos pertinent, qui velut creditores decedentium attinentur, qui fiſco pro intercepto reſpondere coguntur, *L. 5. C. de hereditat. Decurionum* &c.

FABRICENSES dicuntur illi, qui habent officium, & neceſſitatem faciendi arma, *Nov. 85. c. 3. pr.*

FABRICENSIS primicerius poſt biennium non ſolum habet vacationem à muneribus, ſed etiam honore decorari debet, & ſingulis bienniis admittitur ad ſalutandum principem, *L. 2. C. de Fabricenſibus. XI.*

FABRICENSIUM brachiis ſtigmata (h. e. nota publica) ad imitationem tyronum infliguntur, ut hoc ſaltem modo poſſint latitantes agnoſci, *L. 3. C. eod.*

Ad FABRICENSIUM ordinem volens convolare, debet, convocatis his, quorum intereſt, prius acta conficere, ſeſeque docere, non avo, non patre curiali progenitum, ſe nulli civi eſſe obligatum, atque ita geſtis confectis apud moderatorem provinciæ, vel defenſorem civitatis admittitur ad militiam fabricenſium, *L. 4. C. eod.*

FABRICENSES una cum ſobole debent fabricæ ſervire, & unus tenetur pro alio de illo corpore, vel collegio, *L. 5. C. eod.*

FABRICENSES, & eorum uxores, & liberi durante officio vel finito non poſſunt, niſi coram Præfecto prætorio vel magiſtro officiorum, conveniri, *L. 6. C. eod.*

FABRICENSES non debent ſe immiſcere conductioni vel adminiſtrationi, vel agriculturæ alienarum rerum, alioquin qui eas conducunt, & domini, qui eas locaverant, puniantur, *L. 7. C. eod.*

FABRICENSIUM domus ad hoſpites recipiendos gravari non poſſunt, *L. 4. C. de metatis. XII.*

FABULA.

FABULAE ſ. figmenta Poëtarum Chriſtianis non ſunt legendæ, *c. 15. diſt. 37.*

Non iteratis FABULIS ſæpe recreata actio, *L. 1. §. 1. C. de annali exceptione.*

FABULAE antiquæ, (per has THEOPHILUS intelligit *Caji* & *Ulpiani* Inſtitutiones) *§. 3. Proœm. Inſt.*

FACERE.

FACIENDI verbo, reddendi etiam cauſa continetur, *L. 175. de V. S.*

FACERE *oportere*, hanc ſignificationem habet, ut abſtineat quis ab eo facto, quod contra conventionem fieret, & curaret, ne fiat, *L. 189. de V. S.*

Verbum FACERE omnem omnino faciendi cauſam complectitur, dandi, ſolvendi, numerandi, judicandi, ambulandi, *L. 218. de V. S.*

FACTUM neque pacta, neque ſtipulationes tollere poſſunt, *L. 31. de R. I.*

Pro FACTO habetur, quod fieri propter metum non potuit, *L. 22. C. de his, qui propter met.*

Qui non FACIT, quod facere debet, videtur facere adverſus ea, quia (al. *qua*) non facit, *L. 121. de R. I.*

Qui

Qui FACIT, quod facere non debet, non videtur facere id, quod facere juſſus eſt, *ibid.*

FACTVM cuique ſuum, non adverſario nocere debet, *L. 155. pr. de R. I.*

FACTA, quæ lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, & contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt, *L. 15. de condit. inſtit.*

FACERE quod vult, cuilibet licet in ſuo, ſed non in alieno, *L. 8. §. 5. ſi ſervitus vindicetur* &c.

FACERE quod tenetur in alterius perſona, id & in ſua facere tenetur, *L. 15. eod.*

FACERE poſſe quiſque videtur illud, quod dolo facit, quominus poſſit facere, *L. 63. §. 7. pro ſocio.*

Ex FACTO Rei promittendi doli ſtipulatio heredem ejus tenet, ſicut ex cæteris aliis contractibus; veluti, mandati, depoſiti, *L. 121. §. 1. de V. O.*

FACERE per alium non poteſt quis, quod per ſe non poteſt facere, *L. 66. de V. O.*

FACTA repeti non poſſunt, *L. 26. §. 12. de condict. indeb.*

Poteſt quis per alium, quod poteſt FACERE per ſeipſum, *c. 68. de R. I. in 6.*

Qui FACIT per alium, eſt perinde, ac ſi faciat per ſeipſum, *c. 72. eod.*

FACERE is intelligitur, cujus autoritate fit, *c. 35. in f. X. de ſentent. excom.*

Non tantum FACIENTES, ſed etiam facientibus conſentientes, rei ſunt, *c. 2. in fin. q. 1. cauſ. 27.*

Qui negligit emendare quod valet, FACIENTIS culpam habet, *c. 3. diſt. 86.*

FACTVM proprium non debet quis ignorare, *c. 41. X. de reſcript.*

Præſumitur FACTVM notum in vicino loco, quod eſt notum in remoto, *c. 8. X. de præſumptionibus.*

FACTI notitia in loco vicino, præſumitur ex vicinitate, *c. 7. X. eod.*

Ignorantia FACTI, non juris excuſat, *c. 13. de R. I. in 6.*

Illicite FACTVM, obligationem non inducit, *c. 5. X. de R. I.*

Qui FACIT aliter quam debet, *facere* non dicitur, *c. 8. X. eod.*

Per FACTVM Superioris, non præjudicatur inferiori, *c. 20. X. de ſent. & re judic.*

FACTI error non nocet, modo ante ſententiam error facti probetur, *c. 3. X. de confeſſis.*

Quod quis mandato FACIT Iudicis, dolo *facere* non videtur, cum habeat parere neceſſe, *c. 24. de R. I. in 6.*

FACTVM legitime retractari non debet, licet caſus poſtea eveniat, à quo non potuit inchoari, *c. 73. eod.*

De FACTO alieno jurare iniquum, *II. F. 58. c. f.*

FACTO Vaſalli non mutatur feudi origo in deterius, *II. F. 52. c. 2.*

FACTVM Vaſalli agnatis non obeſt, *II. F. 93.*

FACTVM Vaſalli non nocet, licet in plures generationes feudum devenerit, *II. F. 52. §. 2.*

FACIENDVM etiam quod bonum eſt, *II. F. 6.*

FACTVM procuratoris, tutoris, vel curatoris reputatur factum domini, pupilli, vel adulti, *L. 5. §. 18. de inſtitut. act.*

FACTVM in fraudem legis ipſo jure non valet, *L. 16. pr. de jure patron.*

FACTA poſſunt in ſtipulationem deduci, in quibus utile eſt adjicere pœnam, ne alias ſtipulator habeat neceſſe probare intereſſe, *§. 7. de V. O.*

Incaute FACTVM pro non facto habetur, *L. 1. §. 1. de his, quæ in teſtam. del.*

FACIES.

In FACIE vel in fronte non debet ſignari

gnari damnatus in metallum, *L. 17. C. de pœnis.*

FACIES, quæ ad similitudinem pulchritudinis est cœlestis figurata, minime maculanda, *ibid.*

FACILIS, *e.*

FACILE (Vasallus rat. Domini) non reddat Domino difficile, *II. F. 6.*

A FACILIORIBUS inchoandum est, *§. 2. de I. & I.*

FACILITAS.

FACILITAS veniæ, incentivum tribuit delinquendi, *c. 33. q. 4. caus. 33.*

FACINVS.

Qui manifesto FACINORI desinit obviare, cum potest, consentit, *c. un. q. 3. caus. 17.*

FACTIO.

Qui FACTIONEM initam prodit, præmio & honore donatur, *c. 22. §. 1. q. 1. caus. 6.*

FACVLTAS.

FACVLTAS solvendi aliud pro alio transit ad singularem successorem, *L. 109. §. 1. de legatis* &c. *1.*

FACVLTAS eundi per viam publicam non præscribitur, *L. 2. de via publica & itinere publ.*

De FACVLTATIBVS suis amplius sæpe, quam in his est, sperant homines, *§. 3. quib. ex caus. man.*

FACVLTATES alicujus suscipiens dicitur suscipere hereditatem, *L. 3. C. unde liberi.*

Cui sola deest FACVLTAS, non ideo minus delinquit, *c. 30. dist. 1 de pœnit.*

FALCIDIA.

FALCIDIA retineri dicitur jure testamenti, *L. 42. de vulg. & pupill. subst.*

In FALCIDIA æstimatio pretii rerum ex veritate facienda est, *L. 42. ad L. Falcid.*

In FALCIDIAE ratione retentiones omnis temporis heredi in quadrantem imputantur, *L. 11. pr. eod.*

In FALCIDIAM computantur fructus ex re legata percepti, sed non computantur fructus, qui non erant sati tempore mortis, *L. 15. §. 6. eod.*

FALCIDIAE non imputantur data inter vivos filio à patre vel extraneo, dotis vel donationis causa, *L. 14. pr. eod.*

In FALCIDIAE computationem non veniunt legata, quæ non valent, *L. 30. §. 9. eod.*

In FALCIDIAM licet non imputetur datum causa conditionis implendæ, tamen datum ut pretium, imputatur, *L. 30. §. 7. eod.*

In FALCIDIAE ratione non habetur pro puro legatum, quod in diem relictum est, commodum tamen medii temporis computatur heredi in *Falcidiam*, *L. 45. pr. eod.*

In FALCIDIAM non id incidit, quod pœnæ causa adcrevit, *L. 60. §. 1. eod.*

FALCIDIAE ratio non habetur ejus summæ, in quam legatarius in litem juravit, sed tantum quanti re vera id legatum fuit, *ibid.*

FALCIDIAE stipulatio statim committitur, ubi conditio legati vel debiti exstitit, *L. 70. eod.*

In FALCIDIAE ratione æstimari debet quantitas patrimonii non solum deducto ære alieno, sed etiam deducto eo, quod impenditur per heredem causa explicandarum venditionum faciendarum propter solvendum æs alienum, *L. 72. eod.*

In FALCIDIAE ratione æstimari debet quantitas patrimonii tempore mortis testatoris, nec consideratur diminutio sequens, vel incrementum, quandoque tamen inspicitur tempus aditæ hereditatis, quandoque etiam post aditionem, *L. 73. pr. eod.*

In FALCIDIA imputatur heredi illud tantum, quod capit ex judicio testatoris jure hereditario, nisi testator jusse-

jusserit in falcidiam imputari, *L. 74. eod.*

In FALCIDIAM non imputantur prælegata, quatenus capiuntur à coherede, nec id, quod datur gratia conditionis implendæ, nisi fuerit hereditarium, d. *L. 74. & 75. eod.*

FALCIDIAE subjecta est pecunia ad alimenta puerorum relicta, *L. 89. pr. eod.*

FALCIDIA habet locum, licet testamentum non valeat, & sic ab intestato, *L. 18. pr. eod.*

In FALCIDIAM non imputantur ea, quæ heredi inter vivos donata sunt, nisi ideo donata sint, ut integra heres legata præstaret, *L. 56. §. 5. eod.*

FALCIDIA non deducitur ex legato dotis uxori relegatæ, *L. 57. eod.*

FALCIDIA detrahitur de legatis relictis Deo, vel municipio, *L. 1. §. 5. eod.*

FALCIDIA detrahitur non solum de re propria testatoris, sed etiam de alienis, & etiam de his omnibus, quæ ex bonis defuncti erogantur, sive illa constent in corpore certo, sive incerto, sive pondere, numero, aut mensura, d. *L. 1. §. 6. & 7. eod.*

FALCIDIA detrahitur de dividuis de ipsa re, & non de æstimatione, sed de individuis detrahitur de æstimatione, *L. 1. §. 9. eod.*

FALCIDIA una detrahitur in testamento patris, & filii, & fit contributio legatorum, & bonorum, in qua falcidia detrahenda tempus mortis patris inspicitur, & bonorum augmentum, & diminutio postea contingens non prodest, nec nocet legatariis, *L. 11. §. 5. eod.*

FALCIDIAM detrahere potest servus, liber, vel filiusfam. heres institutus à domino, vel patre imponente necessitatem de restituendo tacitum fideicommissum, *L. 13. eod.*

FALCIDIA non deducta de una re, vel patre soluta potest deduci ex alia re, vel parte ejusdem solvenda, *L. 16. pr. eod.*

FALCIDIA non detrahitur de statuis ipsis legatis, cum sint individuæ, sed tantum de earum æstimatione detrahitur, *L. 26. pr. eod.*

FALCIDIAM non detrahit legatarius, nec fideicommissarius de legatis à se relictis, *L. 47. §. 1. eod.*

Quantitas FALCIDIAE tempore mortis spectatur, *§. 2. de L. Falcidia.*

FALCIDIA locum habet in legatis, & in fideicommissis particularibus, *pr. Inst. eod.*

FALCIDIAE ratio adversus omnes pro modo legatorum, & fideicommissorum locum habet, *L. 2. C. ad L. Falcid.*

FALCIDIA cessat in his, quæ ad pias causas relicta sunt, *Auth. Similiter Falcidia. C. eod.*

FALCIDIA cessat in ea re, quæ ita relicta est, *ne alienetur, sed permaneat apud successores ejus, cui relicta est, Aut. Sed &c. C. eod.*

FALCIDIA pertinet etiam ad testamenta confirmata per fictionem Legis Corneliæ, *L. 1. §. 1. ad L. Falcidiam.*

FALCIDIA in legatis Principi datis locum habet, *L. 4. C. ad L. Falcid.*

FALCIDIA de donatione mortis causa detrahitur, *L. 5. C. eod.*

Ante FALCIDIAM æs alienum deducitur, vel id etiam, quod stricto jure aditionis confusum videri potest, *L. 6. pr. C. eod.*

FALCIDIA de legatis ad opera publica & statuas publicas relictis detrahitur, *L. 0. §. 1. C. eod.*

Etsi FALCIDIA cessat in testamento militis, potest tamen heres deducere bona sua per defunctum possessa, *L. 7. C. eod.*

Heres FALCIDIAM non detrahit, cum testator prohibuit, *Auth. Sed cum testator, C. eod.*

FALCIDIAM heres inventarium etiam conficiens detrahit, *ibid.*

FALCIDIA in donationibus morte confirmatis locum habet, *L. 12. C. eod.*

FALCIDIAE beneficium detrahendæ ad heredes transmittitur, *L. 10. C. eod.*

FALCIDIA nec de dote prædiorum, nec de instrumentis detrahitur, *L. 15. C. eod.*

FALCIDIAM non deducit, qui sciens solvit solida legata, & qui solida promittit, *L. 19. C. eod.*

FALCIDIAE beneficio utitur heres, si fecerit inventarium, alias non potest, *c. 18. X. de testamentis.*

FALCIDIVS.

FALCIDIVS Tribunus Plebis sub Imperatore Octaviano legem fecit, ne quis plus extraneis in testamento legaret, quam ut quarta pars superesset heredibus, ex cujus nomine Lex Falcidia nuncupata est, *c. 6. dist. 2.*

FALLERE.

Qui FALLENDI animum non habet, non mentitur, *c. 5. q. 2. caus. 22.*

FALLERE semper est voluntatis, falli autem vel infirmitatis, vel temeritatis, d. *c. 5* §. *1. q. 2. caus. 22.*

FALLERE aliquem in contractibus minus malum est, quam falli in articulis fidei, *c. 7. ead.*

FALLI in his, quæ ad fidem non pertinent, aut parvum, aut nullum est peccatum, *c. 6. ead.*

FALSARE.

Clericus FALSANS sigillum Principis, deponitur, eique character imprimitur, & in exilium mittitur, *c. 3. X. de crimine falsi.*

FALSARIVS.

FALSARIVS falsi tenetur, etiamsi falso instrumento, quod ipse fecit, se velle uti neget, *L. 8. C. ad L. Corn. de falsis.*

FALSARII cum fautoribus & defensoribus, ipso jure sunt excommunicati, *c. 7. X. de crimine falsi.*

FALSIDICVS.

FALSIDICVS tribus personis est obnoxius; *primum* Deo, cujus præsentiam contemnit; *deinde* Iudici, quem mentiendo fallit; *postremo* innocenti, quem falso testimonio lædit, *c. 1. X. de crimine falsi.*

FALSITAS.

FALSITAS literarum præcipue deprehenditur in Bulla, filo, charta, stylo, *c. 5. & 6. X. de crimine falsi.*

FALSITATIS crimen committit, qui Papales literas contra constitutionem, scienter non de manu Papæ, vel Bullatoris accipit; Item ille, qui accedens ad Bullam, literas caute projicit, ut de vera Bulla cum aliis signentur, *c. 5. X. eod.*

FALSITATEM committens circa acta in causa perdit eam, *L. 45. §. 7. de jure fisci.*

FALSVS, *a, m.*

Ille FALSVM jurando mentitur, qui scit falsum esse, quod jurat, *c. 5. q. 2. caus. 22.*

FALSA remedia sunt abjicienda, quæ veris sunt periculis graviora, *c. 7. X. de celebr. miss.*

FALSAE sunt literæ Papales, in quibus Episcopus vocatur filius, vel inferior frater, vel uni scribitur in plurali, *c. 6. X. de crimine falsi.*

FALSI nominis vel cognominis asseveratio pœna falsi coercetur, *L. 13. pr. ad L. Cornel. de falsis.*

FALSI crimine ille tenetur, qui in aurum vitii quid addiderit, qui argenteos nummos adulterinos flaverit, *L. 9. pr. eod.*

FALSI pœna non tantum is punitur, qui falsa moneta utitur, sed & qui alium falsa moneta uti facit, nec defert, *L. 9. §. 1. eod.*

FAL-

FALSI vel quasi falsi pœna est deportatio, & omnium bonorum publicatio, & si servus eorum quid admiserit, ultimo supplicio affici jubetur, *L. 1. §. 13. eod.*

In FALSI pœnam incidit, qui testamentum amoverit, celaverit, eripuerit, deleverit, interleverit, subjecerit, resignaverit; quive testamentum falsum scripserit, signaverit, recitaverit dolo malo, cujusve dolo malo id factum erit, *L. 2. eod.*

FALSUM aliquid dolo malo signans etiam in alio, quam in testamento, vel curans signari punitur pœna falsi, *L. 9. §. 3. eod.*

Cum FALSI reus ante crimen illatum, aut sententiam dictam, vita decedit, cessante Cornelia, quod scelere quæsitum est, heredi non relinquitur, *L. 12. eod.*

FALSUM instrumentum recitans Decurio coram Præside si ob id remotus sit decennio à decurionatu, finito tempore recuperat decurionatum, *L. 13. §. 1. eod.*

FALSUM recitans incidit in Legem Corneliam, licet falsum non sit ab eo factum, *ibid.*

Qui FALSAM monetam percusserint, si id totum formare noluerunt, suffragio justæ pœnitentiæ absolvuntur, *L. 19. eod.*

FALSI pœna coërcentur, & qui ad litem instruendam advocatione, testibus, pecuniam acceperunt, obligationem, pactionem fecerunt, societatem inierunt, ut aliquid eorum fieret, curaverunt, *L. 20. eod.*

Quid sit FALSUM quæritur? & videtur id esse, si quis alienum chirographum imitetur, aut libellum, vel rationes intercidat vel describat, non qui alias in computatione vel in ratione mentiuntur, *L. 23. eod.*

FALSI pœna plectuntur, qui Edicta proposita dolo malo corrumpunt, *L. 32. pr. eod.*

FALSI tenetur, qui mensuras publice probatas vini, frumenti, vel cujuslibet rei corrumpit, *L. 32. §. 1. eod.*

FALSI crimine locus est, si à debitore, prælato die, pignoris obligatio mentiatur, *L. 28. eod.*

FALSI pœna tenetur, qui contra signum suum *falsum* præbuit testimonium, *L. 27. §. 1. eod.*

FALSUM signum vel adulterinum faciens, aut sculpens punitur lege Cornelia de falsis, *L. 30. pr. eod.*

FALSAS leges allegans punitur pœna falsi, *L. 33. eod.*

FALSIS constitutionibus, aut legibus, quæ nullum habent justum autorem, si quis utitur, aqua & igni interdicitur, *ibid.*

FALSO rescripto utens plus punitur, quam si uteretur alio simplici instrumento, *L. 4. C. ad L. Corn. de falsis.*

FALSO utens ignoranter excusatur à falso, *ibid.*

Mater à liberis FALSI criminaliter conveniri non potest, civiliter potest, *L. 5. C. eod.*

Qui FALSAS tabulas dixerit, nec obtinuerit, ad defuncti judicium aspirare non potest, *L. 6. C. eod.*

FALSUM instrumentum faciens non ideo excusatur de *falso*, quod neget se illis uti, excusatur tamen de falso, si non utatur, quando non ipse, sed alius fabricavit illud instrumentum falsum, *L. 8. C. eod.*

FALSI quæstio incidenter potest agitari coram pedaneo judice, vel etiam coram delegato, *L. 11. C. eod.*

Querela FALSI temporalibus præscriptionibus non excluditur, nisi viginti annorum exceptione, sicut cætera quoque fere crimina, *L. 12. C. eod.*

FALSA scriptura non prodest scriben-

 ti,

ti, ſed eum aſtringit crimini falſi, *L. 13. C. eod.*

FALSI crimen committit, qui celat, vel amovet teſtamentum, vel aliud inſtrumentum, *L. 14. C. eod.*

FALSUM titulum habens non intelligitur juſtus poſſeſſor, & etiam poteſt accuſari de falſo, *L. 18. C. eod.*

Non eſt FALSUM ſine dolo, *L. 20. C. eod.*

In FALSI crimine acerrime indagatio fieri debet argumentis, teſtibus, ſcripturarum collatione, aliiſque veſtigiis, etiam per torturam accuſatoris, & accuſati, *L. 22. C. eod.*

FALSUM quocunque modo committatur, poteſt de eo civiliter, & criminaliter agi, & electa via civili debet ſuperſedere in cauſa criminali, ſed ea finita poteſt criminalis quæſtio inchoari, & convictus ſubjici pœnis legitimis, *L. 23. C. eod.*

FAMA.

FAMA Vaſalli ſi gravatur, non protinus feudum amittitur, *II. F. 24. §. 2.*

FAMA conſentiens fidem confirmat, non facit, *L. 3. §. 2. de teſtibus.*

FAMA falſa & publica, non tamen affectata & conficta excuſat à dolo, *L. 11. §. 12. ad L. Jul. de adult.*

FAMAM patroni liberto laceſſere non facile conceditur, *L. 38. §. 9. eod.*

FAMAE alicujus quando eſt parcendum, multo magis eſt parcendum vitæ, *ibid.*

FAMA patris per creditores injuriari videtur, *L. 7. C. ex quib. cauſ. infam. irrogat.*

FAMAM ſuam negligens, crudelis eſt, *c. 10. pr. q. 1. cauſ. 12.*

Contra FAMAM admittitur probatio, *c. 27. X. de ſponſalibus.*

FAMAE etiam in probationibus ratio eſt habenda, *c. 13. X. de probation.*

FAMA tamen ſola non ſufficit, cum teſtibus ſit judicandum, *c. 8. X. de cohabit. Cleric.*

FAMA & multæ præſumptiones faciunt probationem ſufficientem, *c. 27. X. de teſtibus.*

Qui in alterius FAMAM publice ſcripturam, aut verba contumelioſa confinxerit, & repertus ſcripta non probaverit, flagelletur, & qui ea prius invenerit, rumpat, ſi non vult Autoris facti cauſam incurrere, *c. 1. q. 1. cauſ. 5.*

FAMES.

Si quis hominem FAME necaverit, actione in factum tenetur, *L. 9. §. 2. ad L. Aquil.*

FAMILIA.

FAMILIAE appellatione liberi quoque continentur, *L. 40. §. 2. de V. S.*

Vnicus ſervus FAMILIAE appellatione non continetur, *L. 40. §. 3. eod.*

FAMILIA urbana & ruſtica, non loco, ſed genere diſtinguitur, *L. 166. pr. de V. S.*

FAMILIAE appellatio varie accipitur; nam & in *res* & in *perſonas* deducitur, *L. 195. §. 1. eod.*

FAMILIA pro rebus interdum accipitur, ut puta in Lege XII. Tab. his verbis, *agnatus proximus familiam habeto*, *ibid.*

FAMILIA quandoque pro perſonis ſumitur, cum de patrono & liberto loquitur Lex XII. Tab. *Ex ea familia*, inquit, *in eam familiam*, *ibid.*

FAMILIA refertur etiam ad corporis cujuſdam ſignificationem, quod aut jure *proprio* ipſorum, aut *communi*, univerſæ cognationis continetur, *L. 195. §. 2. eod.*

Iure *proprio* FAMILIAM dicimus plures perſonas, quæ ſunt ſub unius poteſtate, aut natura, aut jure ſubjectæ, ut puta patremfamilias, matremfamilias, filiumfam. filiamfam., qui-

que

que deinceps vicem eorum sequuntur, ut puta nepotes & neptes, & deinceps, *ibid.*

Iure *communi* FAMILIAM dicimus omnium agnatorum, nam etsi, patrefamilias mortuo, singuli singulas familias habent, tamen omnes, qui sub unius potestate fuerunt, recte ejusdem familiæ appellabuntur, qui ex eadem domo & gente proditi sunt, *ibid.*

FAMILIAE appellatione servi continentur, *L. 195. §. 3. eod.*

FAMILIAE appellatione & filii continentur, *ibid.*

FAMILIA *publicanorum*, denotat corpus quoddam servorum hujus rei causa paratum, h. e. vectigalis causa, *ibid.*

FAMILIA plurium personarum dicitur, quæ ab ejusdem ultimi genitoris sanguine proficiscuntur; sicuti dicimus familiam Juliam, quasi à fonte quodam memoriæ, *L. 195. §. 4. eod.*

FAMILIAE appellatione & ipse Princeps familiæ continetur, *L. 196. pr. de V. S.*

FAMILIAM non faciunt duo, sed plures servi, *L. 40. §. 3. eod.*

FAMILIA servorum si furtum fecerit, ad tantum tenetur dominus, ad quantum unus liber faciens furtum tenetur, *L. 31. de noxalib. act.*

FAMILIA servorum si furtum fecerit, & ex pretiis noxæ deditorum servorum duplum colligatur, contra cæteros servos non datur actio, quoniam pretium servorum noxæ deditorum imputatur in pœna dupli, *ibid.*

FAMILIA una appellatur una domus, *L. 1. §. 15. de SCto Syllaniano* &c.

FAMILIAE appellatione in edicto de publicanis continentur servi publicanorum, & etiam alieni ei sive bona sive mala fide servientes, & etiam liberi homines, quos habet ad illud ministerium, *L. 5. §. 1. de publicanis* &c.

FAMILIAE appellatio servos continet, *L. 1. §. 16. de vi & vi armata.*

FAMILIAM constituere dicitur unus tantum servus, *L. 1. §. 17. eod.*

FAMILIAE appellatione in *edicto unde vi* continentur etiam hi, quos loco servorum habemus, *L. 1. §. 18. eod.*

FAMILIAE relictum debetur propinquis, & conjunctis, & etiam genero, & nurui secundum ordinem proximitatis, & post eos libertis, *L. 5. C. de V. & R. S.*

FAMILIAE appellatione veniunt parentes, liberi & omnes propinqui, & etiam liberti, d. *L. 5. C. eod.*

FAMILIA quandoque accipitur pro *substantia*, quia & servi & aliæ res in patrimonio uniuscujusque sunt, *ibid.*

FAMILIAM patris, non matris sequitur filius, *c. 2. X. de convers. infidel.*

FAMILIAE *erciscundæ judicium.*

vid.

ACTIO *familiæ erciscundæ.*

FAMILIARIS.

In FAMILIARI servitio Judæorum, Christiani esse non debent, *c. 8. X. de Judæis, Sarracenis,* &c.

FAMILIARES non admittuntur testes contra matrimonium, *c. 24. X. de testibus.*

FAMILIARES, suspecti, de domo prodeuntes non recipiantur in accusatione, *c. 12. q. 5. caus. 3.*

FAMOSUS, *a, m.*

Ob carmen FAMOSUM damnatus, intestabilis est, *c. 3. §. 15. q. 2. caus. 4.*

FAMOSI severius sunt puniendi, quam qui

qui sunt integræ famæ, *L. 28. §. 16. de pœnis.*

Qui FAMOSVM carmen de aliquo invenerit, illud pandere non debet, *L. un. C. de famosis libellis.*

FAMOSVM libellum faciens, aut pandens pœna capitis punitur, nisi docuerit vera esse, quæ dixit, vel pandet, *ibid.*

FAMVLVS.

FAMVLI dictio ponitur quandoque pro servo, *L. 4. C. de præpositis sacri cubiculi* &c. *XII.*

FANATICVS.

Si servus inter FANATICOS non semper caput jactaret, & aliqua profatus esset, nihilominus sanus est, *L. 1. §. 9. de adilitio edicto.*

FARI.

Cum FARI *potuerit, & postquam* FARI *potuerit*, multum interest, *L. 217. de V. S.*

FAS.

FAS, Lex divina est, *c. 1. §. 1. dist. 1.*

Transire per agrum alienum FAS est, jus non est, *ibid.*

FASCES.

Non amplius, quam sex FASCIBVS (*proprie dicuntur à fasciculis virgarum, cum quibus securis alligata erat*) Pro-Consules utuntur, *L. 14. de officio Pro-Consulis.*

FASTVS.

FASTVS, dicitur liber, in quo leges, & Consules scribuntur, *L. 1. C. publica lætitia* &c. *XII.*

FATALE.

FATALE primum est duorum mensium, quando appellatur à delegato illustris, vel spectabilis, & dantur alia tria fatalia unius mensis pro quolibet, *L. 2. C. de temporibus & reparationibus appellat.*

FATALIS ultima dies si cadit in feriatam, præcedens inspicitur, *ibid.*

FATALIBVS elapsis pro non appellante habetur appellans, *ibid.*

FATALE primum hodie est unius anni, & ex justa causa biennii, quo elapso prima sententia transit in rem judicatam, *Auth. Ei qui, C. eod.*

FATALIBVS elapsis non conceduntur alia, *L. 3. C. eod.*

FATALIA non currunt, si steterit per principem, sed si per alium Iudicem, currunt, sed datur restitutio, *Auth. Sed & lis.* & *Auth. Si appellatione* &c. *C. eod.*

FATVM.

FATO fieri non sufficit, quando quis obligatus est quid facere, *L. 2. de condit. & demonstr.*

Quæ ex improviso, & casu potius, quam fraude accidunt, FATO plerumque, non noxæ imputantur, *c. 47. dist. 50.*

FATVVS.

FATVVS præsumitur, qui in publico loquitur verba derisoria, & contemnenda, *L. 4. §. 1. & 3. de adilitio edicto.*

FAVERE.

FAVENT delinquentibus, qui facinori eorum manifesto, cum possint, non obviant, *c. 47. X. de sentent. excomm.*

Reo FAVENDVM est potius, quam actori, cum jura partium sunt obscura, *c. 11. de R. I. in 6.*

FAVOR.

Quod FAVORE quorundam constitutum est, quibusdam casibus ad læsionem eorum torqueri non potest, *L. 6. C. de LL.*

Odia restringi, & FAVORES convenit ampliari, *c. 15. de R. I. in 6.*

FAVORE fidei multa statuuntur contra regulam juris communis, *c. 10. de hæret. in 6.*

Quod ob FAVOREM s. gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum, *c. 61. de R. I. in 6.*

FAVOR non debet attendi in electione, sed judicium, *c. 4. dist. 63.*

FAVOR non est servandus in judiciis, sed æquitas, *c. 5. X. de exceptionib.*

FAVORABILIS, *e.*

FAVORABILES causæ sunt, matrimonium, libertas, dos, testamentum, *c. 26. X. de sentent. & re judic.*

FAVTOR.

FAVTORES hæreticorum cum hæreticis æqualiter puniuntur, *c. 8. X. de hæreticis*, & *c. 49. X. de sentent. excomm.*

FAVVS.

FAVOS, quos apes in nostra arbore effecerint, antequam à nobis alveo includantur, sine furto quilibet possidere potest, *L. 5. §. 3. de A. R. D.* & *§. 14. de R. D.*

FAX.

Ad FACES (ligna) parata lignorum appellatione non comprehenduntur, nisi fuerit voluntas testatoris, *L. 55. §. 9. de legat. 3. L. 167. de V. S.*

FEBRICITARE.

FEBRICITANS non tenetur in loco judicii expectare, *L. 60. de re judicata.*

FEBRICVLA.

FEBRICVLA levis, vel vetus quartana actioni redhibitoriæ locum non dat, *L. 1. §. 8 de ædilitio edicto.*

FEBRIS.

FEBRIS, est motus corporis contra naturam, *L. 60. de re judicata.*

FEBRIVM differentia est aliqua, *ib.*

Si rei judicandæ tempore alter ex litigatoribus FEBREM habuit, res non videtur judicata, *ibid.*

FEBRI tertiana, quartana, aut podagra, aut comitiali morbo laborantes, ne his quidem diebus, quibus vacant morbis, recte sani esse dicuntur, *L. 53. de ædilitio edicto.*

FEBRVARIVS.

FEBRVARIVS habebat triginta dies, sed *Augustus* ei abstulit unum diem, & *Iulius Cæsar* alium, & sic nunc habet 28. dies, & in uno de quatuor annis habet 29. & tunc est bisextus, *L. 98. pr. & §. 1. de V. S. L. 3. §. 3. de minorib.*

FELONIA.

Ex omni FELONIA, qua Vasallus feudo privatur, & dominus proprietate privetur, *II. F. 47.*

FELONIA magna, *ib.*

FELONIAM apertam facere, *ib.*

Si FELONIAM communis Vasallus contra unum Dominum ex pluribus fecerit, ejus solius partis privabitur, *II. F. 38.*

FELONIA commune verbum est, tam Domini quam Vasalli, *II. F. 26. c. 5. §. 11.*

FELONIAM etiam Dominus feudi committit, *ib.*

Indignus est filius successione feudi ob FELONIAM commissam vivo patre, nisi à patre ad Dominum reductus eum placarit, *II. F. 51. §. 1. & tit. 55. §. 2.*

De FELONIA, aut de infidelitate, secundum consuetudinem Mediolanensem non fit pugna, sed secundum legem Longobardorum, *II. F. 39. §. 2.*

FENESTRA.

FENESTRAM faciens in alieno pariete vi aut clam, cogitur suis sumptibus rem in pristinum statum restituere, *L. 8. C. de servitutibus.*

FENESTRAM in pariete communi non potest quis facere, nisi ei fuerit concessum, *L. 40. de S. P. V.*

FERIAE.

FERIAE à forensibus tantum negotiis dant vacationem, *L. 9. de feriis* &c.

FERIARVM tempore negotia militaria expediri possunt, *ibid.*

FERIIS renunciari potest non solum expresse, sed etiam tacite, *L. 1. pr. eod.*

FE-

FERIARUM tempore vocatus si sit quis, vocatio non tenet, sed ex quo vocatus consentit sponte, ex tunc tenet principaliter judicium, cum juri suo possit renunciare, *L. 1. §. 1. eod.*

FERIARUM tempore potest quis cogi ad judicium venire, ut litem contestetur, quando res, vel actio tempore peritura est, *L. 1. §. 2. eod.*

FERIAE extra ordinem indictæ dicuntur *repentinæ*, quæ indicuntur ob prospere gestas res, vel in honorem Principis, & permissu Principis, & non alias, *L. 26. §. 7. ex quib. caus. major.*

Ob FERIAS repentinas si aliquis fuerit læsus, restituitur, secus si propter *ferias solennes*, in quibus sibi imputet, si potuit eas prospicere, ne in eas incideret, *ibid.*

FERIIS solennibus, puta die dominico emancipare, ac manumittere licet, reliquæ autem causæ quiescere debent, *L. 2. C. de feriis.*

FERIAE messium conceduntur à die octavo Calendarum Iulii usque ad Calendas Augusti, in quibus lites & causæ quiescere debent, *ibid.*

FERIAE vindemiales conceduntur à decimo Calendarum Septembris usque ad Idus Octobris, à Calendis tamen Augusti, usque ad decimum Calendarum Septembris agendarum causarum licentia unicuique tribuitur, *ibid.*

FERIAS solennes, scilicet diem Paschæ, Natalis Domini, Epiphaniæ, & septem dies, qui præcedunt, & septem, qui sequuntur, sine strepitu judiciorum esse servandas constitutissimum est, *ibid.*

FERIAS statas & solennes, non autem repentinas potest inferior à Principe indicere, *L. 4. π de feriis* & *L. 4. C. eod.*

FERIAE messium, & vindemiarum non sunt observandæ in causis fiscalibus, *L. 5. pr. C. eod.*

FERIAE aliæ institutæ sunt in honorem Dei & Sanctorum; aliæ in favorem hominum, *c. 5. X. de feriis.*

FERIATUS, *a, m.*

FERIATO die potest procedi usque ad litis contestationem etiam invito reo, quando res, vel actio est tempore peritura, *L. 1. §. 2. de feriis.*

FERIÁTO die alterutro litigantium recusante post litis contestationem procedi non potest, *ibid.*

FERIATIS s. *Feriaticis* diebus tutores, vel curatores dari possunt, excusationes allegari, alimenta constitui, & probari ætates, *L. 2. eod.*

FERIATO die potest mitti in possessionem ventris nomine, vel rei servandæ causa, vel legatorum, vel fideicommissorum, vel damni infecti causa, *ibid.*

FERIATIS diebus lata sententia non valet, neque aliquis tenetur ex ea obedire illi, nisi partes aliter statuant consentiendo judicatis, *L. 6. eod.*

FERIATIS diebus Scholares scribere & legere possunt, *L. 9. eod.*

FERIATIS quindecim diebus paschalibus, nec publicorum, nec privatorum debitorum debet fieri exactio, *L. 7. C. de feriis.*

FERIATIS diebus etiam in honorem Dei indictis consensu partium possunt exerceri ea, quæ sunt voluntariæ jurisdictionis, *L. 8. C. eod.*

FERIATIS diebus, scilicet Dominicis, & in honorem Dei inductis debet cessare omnis cognitio, & executio, *L. 11. C. eod.*

FERRI.

FERRI proprie dicimus ea, quæ quis suo corpore bajulat, *L. 235. pr. de V. S.*

FERRVM.

FERRVM Indicum, *L. 16. §. 7. de publ. & vectig.*

Ad FERRVM damnati libertatem perdunt, bonaque eorum publicantur, *L. 8. §. 4. qui testam. facere* &c.

FERRI candentis, & aquæ purgatio non debet fieri à Clero, *c. 9. X. ne Clerici vel Monachi* &c

FESTIVITAS.

FESTIVITATES civitatis nullus Iudex debet impedire animalia necessaria ad ludos tollendos, vel aliud faciendum, per quod impediatur publica festivitas, & contra faciens, ut violator legis punitur, *L. 5. C. de spectaculis* &c. *XI.*

Servetur ab omnibus FESTIVITAS Inventionis Dominicæ crucis, *c. 19. dist. 3. de consecr.*

FESTIVVS, *a, m.*

Feudum sub hac conditione datum, ut Vasallus in FESTIVIS diebus vadat cum uxore Domini ad Ecclesiam, *II. F. 2. §. 2.*

FESTVM.

FESTA duodecim Apostolorum, quatuor Evangelistarum, & quatuor Doctorum & Confessorum Ecclesiæ, scilicet Gregorii, Augustini, Ambrosii, & Hieronymi, sub officio duplici debent solenniter celebrari, *c. 1 de reliquiis & venerat. Sanct. in 6.*

FESTVM Corporis Christi celebrari debet feria quinta, post Octavam Pentecostes, & certæ indulgentiæ conceduntur iis, qui in *festo*, vel intra Octavam Officio vel Horis intererunt, *Clem. un. de reliquiis.*

Speciale FESTVM de Trinitate Romana Ecclesia non facit, servatur tamen de hoc cujusque Ecclesiæ consuetudo, *c. 2. §. 3. X. de feriis.*

FESTORVM principium & finis fieri debet secundum ipsorum magnitudinem & consuetudinem regionis, d. *c. 2. pr. X. eod.*

In præcipuis FESTIS & intra Pascha & Pentecosten, non fit solennis genuum flexio, nisi aliquis ex devotione id velit facere in secreto, d. *c. 2. §. 1. X. eod.*

In FESTIS solennibus ab omni opere servili abstinendum, excipitur tamen necessitas, *c. 3 X. eod.*

Diebus FESTORVM solennibus populus non debet intendere saltationibus & turpibus canticis, *c. 2. dist. 3. de consecr.*

FESTA secularia in Ecclesia nulla sint, *c. 12. X. de vita & honest. Cleric.*

FEVDALE *jus.*

Iuris FEVDALIS Methodus & Ordo, *II. F. 8. pr. &. 15. II. F. 46.* ibi: *Quod supra diximus. I. F. 22. c. sancimus* &c. *II. F. 28. §. 1. Tu scias. I. F. 1. pr.* ibi: *Tractaturi sumus* &c.

FEVDALIS juris progressus, *I. F. 1. pr. §. 1. 2. 4. I. F. 13. I. F. 9. pr. II F. 104. pr.*

Iuris FEVDALIS alia observantia Mediolan. *I. F. 1. §. 4.*

FEVDALIS juris discrepantia in curiis, *II. F. 9. pr.*

Sententiæ FEVDALES variæ, *I. F. 8. §. 1. II. F. 28. §. 2. II. F. 30. II. F. 76. II. F. 91. II. F. 98. 99. & 104. pr. §. 2.*

Iuris FEVDALIS compilator, *II. F. 47.* ibi: *Mihi placet. II. F. 51. c. 1. quæsitum apud me scio. II. F. 22. respondeo. II. F. 24. §. 2.* ibi: *In alio libello tibi hac scripsisse credo. II. F. 10.* ibi: *Dummodo scias, II. F. 81. 84. 88. 100. 101. 102. 106. 107.* & *108.*

Iuris FEVDALIS compilator alius præter Gerhardum & Obertum, *II. F. 51. c. 3.*

Ex quo jure causæ FEVDALES decidendæ, *II. F. 1. pr.*

Deficiente jure FEVDALI ad jus scriptum recurrendum, *II. F. 1 pr.*

FEVDISTA.

FEVDISTARVM dissensus, *I. F. 9. 10. 15. 17.*

staldiæ, non jure proprii feudi, *I. F. 2. §. 1.*

FEVDVM Prælatus non potest conferre in fraudem successoris sui, *I. F. 3.*

FEVDVM fœmineum, *I. F. 15.*

FEVDVM venditum tolli non potest, *I. F. 16.*

FEVDA guardiæ, & gastaldiæ non sunt perpetua, cum quacunque hora post annum Vasallo suo possit ea auferre Dominus, *I. F. 11.*

De FEVDO Vasalli viventis inviti potestne Dominus alium quendam investire? Placentini præcise negant: Mediolanenses & Cremonenses adhibita distinctione putant id feudum etiam conferri posse, dummodo nullum præjudicium fiat ipsi Vasallo viventi, aut ejus successoribus, eo mortuo, *I. F. 27.*

FEVDVM à persona Ecclesiastica datum, quæ non solita est infeudare, *I. F. 6. pr.*

FEVDVM non potest dari de titulis, *ibid.*

FEVDVM novum de communi emptum habet fratrem successorem, *I. F. 20.*

FEVDVM emptum utriusque fratris nomine, *ibid.*

FEVDO paterno alienato, vel de quo est filia investita, succedit masculus superstes, *I. F. 8. §. 1.*

In FEVDO filia non succedit, licet Vasallus decesserit sine herede masculo, nisi investitura facta fuerit in patre, ut filii, & filiæ succedant in feudum, *ibid.*

FEVDVM habens in curte Domini, feudum suum alteri infeudare non potest, *I. F. 5. §. 1.*

FEVDVM in curte non potest in libellum, nec pignori dari, nec in parte gravari, *ibid.*

FEVDVM olim auferri poterat à Domino pro lubitu, *I. F. 1. §. 1.*

FEVDVM an revertatur ad Dominum cum incremento, *I. F. 4. §. 6.*

FEVDI incrementum ad se pertinere quando probet Vasallus, *I. F. 4. §. 5.*

FEVDVM in pignus datum, si intra 30. annos non reluatur, *I. F. 28.*

FEVDVM præscriptione acquisitum, transit etiam ad heredes, *ibid.*

FEVDVM non traditum morte Domini Clerici exinanitur, *I. F. 25. §. si Dominus.*

FEVDVM non adimendum sine culpa, *I. F. 22. c. Sancimus* &c.

FEVDVM Vasallo auferre Dominus non potest, etiamsi sit Imperator, vel ejus successor, ubi eum semel investivit, nisi convictum & per sententiam, *I. F. 7.*

FEVDVM amittitur gravando illud libello, aut pignore ultra dimidium, *I. F. 5. pr.*

FEVDVM amittitur adulteratione uxoris Domini, *I. F. 17.*

FEVDVM amittitur concurbitatione, *I. F. 5. pr.*

FEVDVM amittitur concumbendo cum uxore Domini (& aliis causis), *I. F. 5. pr. & tit. 21. §. Si quis.*

FEVDVM ex concubitu cum propinqua Domini amittitur, *I. F. 5. pr.*

FEVDVM amittitur fratricidio, *I. F. 5. pr.*

FEVDVM amittitur assaliendo Dominum, *I. F. 5. pr. I. F. 17.*

FEVDVM manifestando secretum amittitur, *I. F. 17.*

FEVDVM sine investitura constitui non potest, *I. F. 25.*

FEVDVM qui dare possunt, *I. F. 1. pr.*

FEVDVM amittit derelinquens Dominum, *I. F. 5. pr. I. F. 17.*

FEVDI successio ad septimum gradum, hodie in infinitum extenditur, *I. F. 1. §. 4.*

FEVDA dividi regulariter possunt, *I. F. 5. §. 1.*

Si FEVDVM, in quo Dominus districtum, i. e. jurisdictionem, vel alium honorem habet, Vasallus sine voluntate Domini alienaverit, jure ad Dominum revertitur, *ibid.*

FEVDI alienatio cum Domini voluntate stabilis, *I. F. 13.*

FEVDI alienatio inter Agnatos sine consensu Domini valida est, *ibid.*

FEVDI pars quando ad Dominum revertitur, *I. F. 5. §. 1.*

FEVDI pars alienata Domino aperitur, *I. F. 18. c. si aliquis* &c.

FEVDI divisi pars quando ad Dominum revertitur, *I. F. 5. §. 1.*

De FEVDI natura, *I. F. 7. Rubr. & pr.*

Quasi FEVDVM non transit in heredem, *I. F. 25. c. Sciendum* &c.

De FEVDI investitura controversia, *I. F. 4. pr.*

In FEVDO paterno olim ad quartum gradum, non ultra succedebatur, *I. F. 8. §. 1.*

De FEVDO alieno (alterius Vasalli) investitus, *I. F. 9.*

De FEVDO investitus cum omni incremento, *I. F. 4. §. 6.*

In FEVDO filii æqualiter succedunt, *I. F. 8. pr.*

In FEVDO novo frater fratri non succedit, sed Dominus, nisi ita pactum sit, *I. F. 14. §. 2.*

In FEVDIS dignitatum non succedit heres, nisi sit investitus, *I. F. 14. pr.*

Ex FEVDO magno alimenta debentur, *I. F. 6. §. 2.*

FEVDO quando quis privetur, ob non præstita servitia, *I. F. 21. c. Sancimus.*

FEVDA olim per annum firmitatem habebant, *I. F. 1. §. 1.*

FEVDA dare possunt Capitanei, *I. F. 1. pr.*

FEVDVM dare potest is, qui à Comite feudum habet, *ibid.*

FEVDA Dux, Marchio, Comes dare possunt, *ibid.*

FEVDO imposita servitus durat, donec feudum Vasallus tenet, *II. F. 8. c. rei autem.*

FEVDO reverso servitus tollitur, *II. F. 8. c. rei autem.*

Pro FEVDO potest agere & conveniri Vasallus, *II. F. 43. II. F. 8. c. rei autem.*

In FEVDO paterno succedunt fratres & agnati, *II. F. 11. I. F. 19. c. si quis miles.*

In FEVDO paterno investiti fratres sibi succedunt, *II. F. 12.*

In FEVDO paterno alienato post mortem Vasalli succedit agnatus, *I. F. 8. §. 1.*

In FEVDO succedunt fœminæ ex pacto vel conditione feudi, *II. F. 11.*

In FEVDO fœmineo succedunt filiæ, *II. F. 30.*

In FEVDI successione masculus in una linea fœminas ex altera, licet è masculo, excludit, *II. F. 17.*

FEVDO alienato pretio cariturus est Vasallus, *II. F. 24. §. f.*

In FEVDO paterno potior agnati ratio quam Domini, *II. F. 9. §. 1.*

FEVDO cadit, qui non certiorat Dominum de periculo, *II. F. 24. §. 2.*

FEVDA scutiferorum, ut ad libitum dominorum possint adimi, rationis non est, dum tamen serviant secundum laudationem curiæ, *II. F. 74.*

Sunt quædam FEVDA, pro quibus fidelitas non est præstanda, *II. F. 24. §. 1.*

FEVDA dare possunt personæ ecclesiasticæ, *I. F. 6. pr.*

FEVDA Rectores Ecclesiæ dare possunt, *II. F. 55.*

FEVDA accipi possunt per procuratorem, *II. F. 3. §. 1.*

FEVDVM mutus retinere non potest, scil. qui nullo modo loquitur, *II. F. 6. §. 2.*

FEVDA

FEVDA olim usque ad vitam Vasalli firmitatem habebant, *I. F. 1. §. 1.*

Si de FEVDO inter filiam & agnatos contentio est, filia interim debet esse in possessione, *II. F. 26. pr.*

In FEVDUM adoptivus filius non succedit, *II. F. 26. c. 4. §. 4.*

Ad FEVDI successionem naturales filii, licet postea fiant legitimi, nec soli, nec cum aliis admittuntur, *II. F. 26. c. 4. §. 6.*

In FEVDO non succedunt filii Morganatici, *II. F. 29.*

FEVDUM iisdem causis amittitur, quibus fit exheredatio, donationis revocatio, & matrimonii dissolutio, *II. F. 24. §. 2.*

Causæ FEVDI amittendi certa regula constitui non possunt, *II. F. 23.* vid. *Causa.*

FEVDUM amittit deserens Dominum in prælio, *II. F. 24. §. 2.*

FEVDUM amittit, qui delator Domini est, *ibid.*

FEVDUM amittit accusator, aut testis, *II. F. 33. §. 3.*

FEVDUM amittit qui justitiam non facit Domino, *II. F. 24. §. 2.*

FEVDUM amittit, Vasallus religionem intrans, *II. F. 21.*

FEVDUM alienatum retrahit agnatus præ Domino, *II. F. 9. §. 1.*

FEVDUM novum confert, qui administrationem bonorum habet, *II. F. 3. pr.*

FEVDUM non dat Minor 18. vel 25. annis, *II. F. 91.*

FEVDUM novum dare potest fœmina, *II. F. 3. §. 1.*

FEVDUM dare potest procurator, *II. ibid.*

FEVDUM nec olim donari potuit, *II. F. 9. §. 1.*

FEVDUM locari potest, nisi in fraudem fiat, *ibid.*

FEVDUM paternum quodnam, *II. F. 11. II. F. 50.*

FEVDUM à fide, fidelitate, *II. F. 3. §. 1.*

FIBULÆ.

FIBULAE ornamentorum magis, quam vestis sunt, *L. 25. §. 2. de auro, argento, mundo*, &c.

FICTIO.

FICTIO *fictionis* datur in adoptione in locum nepotis, quando adoptans non habuit filium, *§. 5. de adoption.*

FICTIO non trahitur à lege super ea, quæ sunt à jure impossibilia, *L. 30. pr. de legat. 1.*

FICTIO non fingit super his, quæ sunt impossibilia de natura, *L. 29. §. 7. de liber. & posthum.*

FICTIONES duæ quandoque concurrere possunt, *L. 69. §. 4. de jure dotium.*

FICTIO *legis Corneliæ.*

FICTIO legis Corneliæ, qua pater fingitur eo ipso momento, quo captus est, mortuus, & ita filiusfam. sui juris factus, *§. 5. quib. mod. jus patr. potest. L. 12. qui testam. fac. L. 18. de capt. & postlim. revers.*

FICTIO *postliminii.*

FICTIO postliminii fingit filium stipulatum patri ab hostibus reverso, *L. 11. de V. O.*

FICTIO postliminii cessat in iis, qui armis victi hostibus sese dederant, *L. 17. eod.*

FICTIO postliminii cessat in transfugis, *L. 19. §. 4. eod.*

FICTIO postliminii cessat, si quis sua sponte apud hostes manserit, *L. 20. pr. eod.*

FICTIO postliminii cessat in armis & vestibus, *L. 3. §. 2. & L. 4. eod.*

FIDEICOMMISSARIUS.

FIDEICOMMISSARIUS, cui restituta est hereditas ex Trebelliano, per- inde

inde habetur, ac si ipse adiisset hereditatem quoad fori privilegium, *L. 28. pr. de judiciis.*

Ad FIDEICOMMISSARIVM pertinet id, quod jure accrescendi acquiritur post restitutionem factam, nec opus est nova restitutione, *L. 43. ad SCt. Trebell.*

FIDEICOMMISSARIVS licet pecuniam continentem quartam Trebellianicam, quam debet dare heredi, tardius solvat, ad usuras non tenetur, quia nec fructus recuperat, *L. 63. §. 5. eod.*

FIDEICOMMISSARIO succurritur, ut restituatur, & agnoscere cogatur succedens de jure prætorio rogatus restituere, qui passus est labi tempus agnoscendæ bonorum possessionis, *L. 63. §. 14. eod.*

FIDEICOMMISSARIVS, cui ex Trebelliano restituta fuit hereditas ejus pupilli, cui sine tutoris autoritate pecunia credita erat, si solverit creditori, non repetit, quod si heres post restitutionem solvat, repetit, quia ab eo in fideicommissarium translata fuit naturalis obligatio, *L. 64. pr. eod.*

FIDEICOMMISSARIVS sortitur forum ex persona propria & defuncti, non heredis, *L. 66. §. 3. eod.*

FIDEICOMMISSARIVS, cui restituta est hereditas, ibi conveniendus est, ubi domicilium habet, vel pars major restitutæ hereditatis habetur, non ubi heres, qui hereditatem ei restituit, domicilium habet, *L. 66. §. 4. eod.*

FIDEICOMMISSARIVS si cogit heredem adire, cogitur actiones hereditarias pati, *L. 67. pr. eod.*

FIDEICOMMISSARIVS etiam post restitutionem sibi factam potest dimittere fideicommissum propter partem heredis, quæ incipit de novo vacare, *L. 89. eod.*

FIDEICOMMISSARIVS universalis restituendo secundo fideicommissario transfert in eum actiones, non tamen potest quartam retinere, *L. 1. §. 8. eod.*

In FIDEICOMMISSARIVM per Trebellianum non transfertur id, quod ad heredem heredis non transit, *L. 55. pr eod.*

Ad FIDEICOMMISSARIVM hæ actiones transeunt, quæ ex bonis defuncti pendent, *L. 66. §. 2. eod.*

FIDEICOMMISSARIVS primus si sit morosus in restituendo secundo, primo decedente sine herede ante restitutionem, utiles actiones transferuntur in secundum, *L. 7. §. 1. C. ad SC. Trebell.*

FIDEICOMMISSARIVS specialis contra fideicommissarium universalem, cui restitutio facta est, potest agere, *L. 8. C. eod.*

FIDEICOMMISSARIO datur pro rebus alienatis per heredem rei vindicatio, sed hypothecaria in aliis rebus hereditariis, quæ non continentur in fideicommisso, *Auth. Contra rogatus &c. C. eod.*

FIDEICOMMISSARIO utile judicium familiæ erciscundæ competit ad petendam partem sibi relictam, *L. 40. famil. ercisc.*

FIDEICOMMISSARIVS potest petere rem per fideicommissum relictam, vel æstimationem ejus, quam testator ex necessitate rei familiaris, vel quia erat peritura, alienavit, nisi heres probet animo adimendi fideicommissum testatorem alienasse, secus si alienasset ex voluntate, *L. 11. §. 12. de legatis &c. 3.*

FIDEICOMMISSARIO denegatur petitio fideicommissi in his rebus, quas subtraxit, *L. 48. ad SC. Trebell.*

FIDEI-

FIDEICOMMISSARIUS, *a*, *m*.

FIDEICOMMISSARIA libertas non debetur ei, quem postea vinxit dominus, *L. 43. de fideicommiss. libert.*

De FIDEICOMMISSARIA libertate præstanda servus cum domino recte contendit, *L. 44. eod.*

FIDEICOMMISSARIA libertas ita potest dari: *Heres si voluerit, fidei tuæ committo, ut Stichum manumittas:* Quamvis nihil aliud in testamento potest valere ex nutu heredis, *L. 46. pr. eod.*

Is, cui FIDEICOMMISSARIA libertas debetur, non est liber, sed liberi quodammodo loco; non statu liber, sed statu liberi locum obtinet, *L. 51. §. 3. eod.*

FIDEICOMMISSARIA restitutio dicitur, quando quis bona sua aliquem rogaverit restituere, *L. 30. §. 1. ad SC. Trebell.*

In FIDEICOMMISSARIIS substitutionibus locum habet quartarum deductio, in directis autem non, *c. 1. de testam. in 6.*

FIDEICOMMISSUM.

FIDEICOMMISSA quocunque sermone relinqui possunt, non solum Latina, vel Græca, sed etiam Punica, vel Gallicana, vel alterius cujuscunque gentis, *L. 11. pr. de legatis 3.*

Omnia FIDEICOMMISSA primis temporibus infirma fuerunt, quia nemo invitus cogebatur præstare id, de quo rogatus erat, *§. 1. de fideicommissar. heredit.*

Ideo FIDEICOMMISSA appellata sunt, quia nullo vinculo juris, sed tantum pudore eorum, qui rogabantur, continebantur, *ibid.*

FIDEICOMMISSUM vel pure, vel sub conditione, vel ex certo die relinqui potest, *§. 2. eod.*

Prima FIDEICOMMISSORUM cunabula à fide heredum pendent, & tam nomen, quam substantiam acceperunt, ideo D. Augustus ad necessitatem juris ea retraxit, *§. 12. eod.*

FIDEICOMMISSUM est vel universale vel speciale, *ibid.*

FIDEICOMMISSA vice legatorum funguntur, *L. 8. §. 2. de cond. instit.*

FIDEICOMMISSA legatis sunt exæquata, *L. 1. de legat. 1.*

FIDEICOMMISSUM relinquere possunt, qui testandi jus habent, *L. 2. eod.*

FIDEICOMMISSI onere potest gravari ille, cui acquiritur commodum ex testamento sive immediate per se, sive per mediam personam alterius, & sic sive capiat ex dispositione testatoris, sive ex dispositione legis, & tacita voluntate testatoris, *L. 11. eod.*

In tacitis FIDEICOMMISSIS fraus legi fieri videtur, quotiens quis neque testamento, neque codicillis rogaretur, sed domestica cautione vel chirographo obligaret se ad præstandum fideicommissum ei, qui capere non potest, *L. 103. eod.*

FIDEICOMMISSO potest quandoque obstringi alius, quam rogatus est restituere illud, *L. 108. §. 14. eod.*

FIDEICOMMISSUM potest relinqui per hæc verba: *Cupio ut des*, opto ut des, credo te daturum, *L. 115. eod.*

FIDEICOMMISSUM potest relinqui ita: *Desidero ut des*, vel *volo hereditatem meam Titii esse, scio hereditatem meam te restituturum Titio*, *L. 118. eod.*

In FIDEICOMMISSIS sola voluntas servatur, *L. 127. eod.*

FIDEICOMMISSUM si sit ita relictum: *Rogo restituas libertis meis, quibus voles*, potest heres eligere etiam indignum, secus si esset rogatus

tus restituere libertis, quos dignos putaverit, quia tunc si indignum elegerit, ac ei restituerit, illi, qui digni sunt, possunt repetere ab indigno electo ab herede, *L. 24. de legatis* &c. *2.*

FIDEICOMMISSUM non extinguitur morte gravati, *L. 32. §. 4. eod.*

In FIDEICOMMISSO, quod *familiæ* relinquitur, hi ad petitionem ejus admitti possunt, qui nominati sunt, *L. 32. §. 6. eod.*

In FIDEICOMMISSIS *familiæ* repræsentatio locum habet, sic filius ingreditur locum patris defuncti, *ibid.*

FIDEICOMMISSA ab instituto relicta, à substitutis debentur, *L. 61. §. 1. eod.*

FIDEICOMMISSI petitionem inducunt verba enunciativa futuri temporis ad gravatum directa, veluti non dubito uxorem meam à me heredem institutam restituturum filiis suis quidquid cepisset, & in tale fideicommissum veniunt ea, quæ debuerunt scribi, tenet fideicommissum, *L. 67. §. 10. eod.*

FIDEICOMMISSUM ita relictum; *Peto Luci Titi, contentus sis centum aureis*, valet, & heres tenetur præstare ei centum aureos per fideicommissum quasi tacite relictum, *L. 69. pr. eod.*

FIDEICOMMISSUM inducunt hæc verba prolata in scriptura aperienda post mortem scribentis; *Scire te volo, donare me tibi aureos octingentos*, *L. 75. pr. eod.*

FIDEICOMMISSUM per verbum *dono*, fieri potest, quia fideicommissum est donatio, *ibid.*

FIDEICOMMISSO adstringuntur etiam ignorantes, *L. 77. §. 3. eod.*

FIDEICOMMISSUM potest relinqui in codicillis sine mentione prioris testamenti, *L. 77. §. 12. eod.*

FIDEICOMMISSUM relictum servo, cui libertas est legata, cedit eo tempore, quo libertas, *L. 5. C. de fideicommiss.*

FIDEICOMMISSUM non transmittitur ad heredes, si dies fideicommissi non cessit fideicommissario vivente, *L. 21. C. eod.*

FIDEICOMMISSUM etiam non agnitum transmittitur ad heredem etiam tunc non existentem in rerum natura, si dies fideicommissi cessit vivente fideicommissario, *ibid.*

FIDEICOMMISSUM universale transmittitur ad heredes fideicommissarii, etiamsi fideicommissarius moriatur ante restitutionem fideicommissi verbo facti, *L. 3. C. eod.*

Ex FIDEICOMMISSO universali facto verbis generalibus non solum debetur hereditas, sed etiam prælegata, nisi aliud appareat de voluntate testatoris, *L. 16. C. eod.*

FIDEICOMMISSUM filiofam. relictum à patre herede instituto in hæc verba; *Volo eum habere*, vel *volo ad eum pertinere*, valet, & in id tempus intelligitur relictum, quo filius sui juris efficiatur, *L. 11. §. 10. de legat. 3.*

FIDEICOMMISSUM filiofam. relictum sub conditione, *si morte patris sui juris effectus fuerit*, debetur, etiamsi emancipatione, & non morte patris effectus sit sui juris, & sic etiam statim post emancipationem debetur, *L. 11. §. 11. eod.*

FIDEIUBERE.

Pro se quis FIDEIUBERE non potest, *L. 21. §. 2. de fidejussor.*

FIDEIUBERE pro alio potest quisque, etiamsi promissor ignoret, *L. 30. eod.*

FIDEIUSSISSE verbum si in scriptura reperiatur, intelligitur ex vi verborum

horum stipulationem intervenisse, §. *fin. de fidejuss. L. 30. de fidejuss.*

FIDEIVBENS pro alio non potest accipere fidejussorem, sed bene potest accipere promissorem de indemnitate, *L. 4. pr. eod.*

FIDEIVBENS censetur habere mandatum de solvendo ab eo, pro quo fidejussit, *§. 4. de replic.*

FIDEIVBENS pro alio habet actionem negotiorum gestorum, si principali absente & sine mandato fidejussit, *L. 4. de negotiis gestis. L. 20. §. 1. mandati.*

FIDEIVBENS pro præsente habet mandati actionem, *L. 20. §. 1. mandati.*

Si pro te præsente & vetante FIDEIVSSERIM, nec mandati actio, nec negotiorum gestorum est, *L. 40. eod.*

FIDEIVBENS in minorem summam, quam fuerit sibi mandatum, habet mandati actionem, si in majorem, eatenus habet mandati actionem, quatenus sibi mandatum est, & non in plus, *L. 33. eod.*

FIDEIVBENS mandato alicujus expresso, & pro Titio præsente nec contradicente, habet mandati actionem contra utrumque, scilicet contra mandantem expresso mandato, & contra Titium ex tacito, quia tacite mandare videtur fidejubendo pro eo præsente, *L. 53. eod.*

FIDEIVBENS pro servo vendente tenetur, si fidejuberet pro libero homine, *L. 24. §. 2. de A. E.*

FIDEIVBERE non possunt servi, *L. 20. de fidejuss.*

FIDEIVBERE Clerici non possunt, *Nov. 123. c. 6.* & *c. 1. X. de fidejussor.*

Milites FIDEIVBERE non possunt, *L. 31. C. de locato* &c.

FIDEIVBERE non potest Monachus, nec mutuum accipere sine licentia Abbatis & Conventus, *c. 4. X. de fidej.*

FIDEIVSSOR.

Semel FIDEIVSSORI exceptio acquisita, ei auferri non potest, *L. ult. de pact.*

Plures FIDEIVSSORES ab uno tutore constituti non gaudent beneficio divisionis, *L. f. rem pup. salv. for.*

FIDEIVSSORES à pluribus tutoribus dati, habent exceptionem divisionis ex persona tutorum, *L. 6. & 7. de fidejuss. & nomin.*

Compellitur Clericus servare FIDEIVSSOREM indemnem per assignationem redituum suorum, *c. 2. X. de fidejuss.*

Potest FIDEIVSSOR contra debitorem agere, ut se à fidejussione liberet, in tribus casibus, 1.) si diu hæreat in solvendo debito. 2.) si incipiat bona sua dissipare. 3.) si fidejussor condemnatus fuit, *c. 5. X. eod.*

FIDEIVSSOR omni obligationi accedere potest, *L. 1. de fidejuss.* & *L. 8. §. 1. eod.*

FIDEIVSSOR adhiberi potest tam futuræ, quam præcedenti obligationi, dummodo sit aliqua, vel naturalis futura obligatio, *L. 6. §. 2. eod.*

FIDEIVSSOR naturali obligationi accedere potest, *L. 7. eod.*

Pro eo etiam, qui jure honorario obligatus est, posse FIDEIVSSOREM accipi sciendum est, *L. 8. §. 2. eod.*

FIDEIVSSOR post litem contestatam accipi potest, quia & civilis & naturalis subest obligatio, *L. 8. §. 3. eod.*

FIDEIVSSOR judicio sisti non tenetur post definitivam sententiam; fidejussor totius causæ tenetur, *L. 8. §. 3. eod.*

Pro FIDEIVSSORE fidejussorem accipi, nequaquam dubium est, *L. 8. §. 12. eod.*

FIDEIVSSOR & ipse obligatur, & heredem obligatum relinquit, cum Rei locum obtineat, *L. 4. §. 1. eod.*

FIDEIVSSOR obligatus se dare alternative, puta Stichum, aut decem pro Reo, qui *tantum* debebat Stichum, vel tantum decem, non tenetur, quia in aliam potius obligationem acceptus censetur, quam Reus principalis tenebatur, *L. 8. §. 8. eod.*

FIDEIVSSORES & in partem pecuniæ, & in partem rei recte accipi possunt, *L. 9. eod.*

Vbi neque civilis, neque honoraria est obligatio, ibi FIDEIVSSOR accipi non potest, *L. 11. eod.*

Reus principalis FIDEIVSSORI suo succedens non potest adversus creditorem uti exceptione, qua fidejussor uti adversus eum potuit, *L. 14. eod.*

FIDEIVSSOR obligari non potest ei, apud quem Reus promittendi obligatus non est, *L. 16. pr. eod.*

FIDEIVSSOR acceptus, si reus principalis non solverit, obligatur, & tenetur, si Reus principalis interpellatus in judicio, vel extra non solvit, vel si, antequam interpellaretur, decesserit, *L. 16. §. 6. eod.*

FIDEIVSSORIBVS succurri solet, ut *stipulator* compellatur ei, qui solidum solvere paratus est, *vendere*, alias *cedere* cæterorum nomina, *L. 17. eod.*

Non est novum, ut FIDEIVSSOR duabus obligationibus ejusdem pecuniæ nomine teneatur, nam si in diem acceptus, mox pure accipiatur, ex utraque obligatur, *L. 21. §. 1. eod.*

FIDEIVSSOR duorum reorum potest quis esse, *L. 21. §. 4. eod.*

FIDEIVSSOR, mortuo reo promittendi, & ante aditam hereditatem, accipi potest, quia hereditas personæ vice fungitur, *L. 22. eod.*

Inter FIDEIVSSORES non ipso jure dividitur obligatio ex epistola D. Hadriani, *L. 26. eod.*

FIDEIVSSORIBVS datum beneficium ad fidejussores fidejussorum pertinet, *L. 27. §. 1. eod.*

FIDEIVSSOR principalis adversus fidejussorem suum beneficio divisionis uti non potest, adversus fidejussorem confidejussoris potest, *L. 27. §. 4 eod.*

FIDEIVSSOR adhiberi non potest, si sub impossibili conditione stipulatus sim, *L. 29. eod.*

Si FIDEIVSSOR, vel quis alius pro Reo ante diem creditori solverit, expectare debebit diem, quo eum solvere oportuit, *L. 31. eod.*

Vt FIDEIVSSOR adversus confidejussorem suum agat, danda actio non est, *L. 39. eod.*

FIDEIVSSORI solventi jura ceduntur contra reum principalem, *L. 36. eod.*

FIDEIVSSOR in casum inopiæ debitoris acceptus non tenetur, nisi facta excussione rei & heredis ejus, *L. 41. pr. eod.*

Pro eo, qui promittit, solent alii obligari, qui FIDEIVSSORES appellantur, *pr. I. de fidejussor.*

FIDEIVSSORES homines accipere solent, dum curant, ut diligentius sibi cautum sit, *ibid.*

FIDEIVSSOR non tantum ipse obligatur, sed etiam heredem relinquit obligatum, §. *2. eod.*

FIDEIVSSOR & præcedere obligationem, & sequi potest, *§. 3. eod.*

Si plures sint FIDEIVSSORES, quotquot erant numero, singuli in solidum tenentur, itaque liberum est creditori, à quo velit solidum petere, *§. 4. eod.*

FIDEIVSSORI competit beneficium divisionis, *ibid.*

FIDEIVSSORES ita obligari non possunt,

sunt, ut plus debeant, quam debet is, pro quo obligantur, §. 5. *eod.*

FIDEIVSSORUM obligatio, accessio est principalis obligationis, nec plus in accessione potest esse, quam in principali re, *ibid.*

Si quid FIDEIVSSOR pro Reo solverit, ejus recuperandi causa habet cum eo mandati judicium, §. 6. *eod.*

FIDEIVSSOR damnatus injuria judicis non habet regressum contra reum principalem, *L. 67. de fidej.*

FIDEIVSSOR non liberatur, etiamsi creditor debitoris bona omnia occupaverit, *L. 68.* §. *1. eod.*

FIDEIVSSORES nisi in omnem obligationem se adstrinxerunt, usurarum nomine non tenentur, *L. 68. §. 1. eod.*

FIDEIVSSORES Magistratuum in pœnam vel multam, quam non spopondissent, conveniri non possunt, *L. 68. pr. eod.*

FIDEIVSSORES conveniri non possunt, liberato Reo transactione, *L. 68. §. 2 eod.*

Si pro furioso jure obligato FIDEIVSSOREM accepero, tenetur fidejussor, *L. 70. §. 4. eod.*

FIDEIVSSORI filiifam. accipientis mutuam pecuniam subvenitur per SC. Macedonianum, *L. 7. pr. ad SC. Macedon.*

FIDEIVSSORES pro defensore filii absentis si mandato matris ejus intercesserint, exceptione SCti Vellejani tanquam fidejussores mulieris juvantur, si actor scivisset mulierem mandasse, secus si ignoravit, *L. 6. ad SC. Vellej.*

FIDEIVSSOR usurarum nomine non tenetur, nisi usuras expresse promiserit, *L. 10. pr. C. de fidejuss. & mandator.*

FIDEIVSSORI adversus debitorem, ejusve heredem competit mandati actio sine cessione, *L. 14. C. eod.*

FIDEIVSSOR omissis pignoribus potest conveniri, nisi in subsidium pignoris sit acceptus, *L. 17. C. eod.*

Heres FIDEIVSSORIS Reo principali succedens, convenitur ut principalis, non ut fidejussor, *L. 24. C. eod.*

FIDEIVSSOR ante principalem debitorem conveniri non potest, *Auth. Præsente &c. C. eod. Nov. 4. c. 1.*

FIDEIVSSORIS, mandatoris & correi similitudo hæc est, ut ne unius eorum electione seu conventione alter liberatus intelligatur, *L. 28. C. eod.*

FIDEIVSSOR usurarum potest accipi, d. *L. 28. C. eod.*

FIDEIVSSOR tutoris duobus modis obligari potest, uno modo pure ac simpliciter, altero si non idoneus sit tutor, *L. 2. C. de fidejuss. tut.*

FIDEIVSSOR, solvente Reo, liberatur, *ibid.*

FIDELIS.

FIDELIS, i. e. Vasallus, *I. F. 1. §. 2. I. F. 4. pr. §. 5. I. F. 5. pr. I. F. 10.*

Omnium FIDELIUM nostrorum universitas, *II. F. 52.*

FIDELIS, *e.*

FIDELIS ero, sicut debet Vasallus, *II. F. 5.*

FIDELIS tibi Cajo Domino meo ero, *II. F. 7. pr.*

FIDELITAS.

FIDELITATEM præcedere debet investitura, *II. F. 4.*

FIDELITATEM dicimus jusjurandum, quod à Vasallo præstatur Domino, *ibid.*

Qualiter FIDELITATEM Vasallus jurare debeat, vid. *II. F. 5.*

FIDELITATEM etiam ii jurant, qui subsunt alicujus jurisdictioni, *ibid.*

FIDELITATE præstita in possessionem mittendus Vasallus, *II. F. 7. §. 1.*

Iuramentum FIDELITATIS detrectans feudum amittit, *II. F. 24. §. 1.*

Vasallus, qui FIDELITATEM Domino non juravit, pro pari non est eligendus, *II. F. 16.*

FIDELITATEM non facit Ecclesia, i. e. Iuramento fidelitatis soluta est, *II. F. 101.*

FIDELITATEM non facere cogitur pupillus, *II. F. 26. c. 4. §. 7.*

FIDELITATEM nec alius facere cogitur pro pupillo, *II. F. 26. c. 5. pr.*

FIDELITATEM omnes filii facere debent, *II. F. 26. c. 4. §. 3.*

FIDELITATEM præstat solus ex liberis, qui feudum consequitur, *II. F. 99.*

FIDELITATEM Imperatori debet omne hominum genus, *II. F. 100.*

Qui FIDELITATEM jurant, si voluntate utrorumque separatio facta fuerit, fidelitas finitur, *II. F. 76.*

FIDELITATEM jurat, si sua voluntate utrorumque separatio facta fuerit, *ibid.*

FIDELITATEM & defensionem jurare debet Imperator Romanæ Ecclesiæ ac Papæ, *Clem. c. un. de jurej.*

A juramento FIDELITATIS subditos absolvit Papa propter excessus Domini, *c. 3. q. 6. caus. 15.*

FIDELITATIS juramenta Clerici, qui non habent temporalia à Laicis, non tenentur præstare, *c. 30. X. de jurejur.*

Qui FIDELITATEM Domino suo jurat, ista sex semper in memoria debet habere; Incolume, tutum, honestum, utile, facile, possibile, *c. 18. q. 5. caus. 22.*

FIDES.

Tacitam FIDEM accommodat, qui incapaci partem ex eo, quod accepit, dat, *L. 43. §. 3. de vulgari & pupill. subst.*

FIDES per dilectionem operatur, *c. 18. dist. 2. de pœnit.*

Vbi sana FIDES non est, non potest esse justitia, quia justus ex *fide* vivit, *c. 29. q. 1. caus. 24.*

Omne, quod non est ex FIDE, peccatum est, *c. 14. §. Ex his &c. q. 1. caus. 28.*

FIDEM promissam non servat alienans Vasallus, *II. F. 24. §. 2.*

FIDES reciproca inter Dominum & Vasallum sit, *II. F. 6.*

Sine FIDE, & charitate nec Evangelium habetur, nec prosunt aliqua bona, *c. 64. q. 1. caus. 1.*

A FIDE non est recedendum amore cujuslibet, *c. 7. q. 1. caus. 28.*

Qui pro FIDEI veritate, & salvatione patriæ, ac defensione Christianorum mortuus est, cœleste regnum à Deo consequitur, *c. 9. q. 8. caus. 23.*

Non asperis, sed blandis verbis, ad FIDEM sunt aliqui provocandi, *c. 3. dist. 45.*

Non exhibet FIDEM Christo, qui corpus ejus discerpit, *c. 23. q. 1. caus. 24.*

Dubius in FIDE, infidelis est, *c. 1. X. de hæreticis.*

Errare in FIDE convincitur, qui alios errantes, cum potest, ab errore non revocat, *c. 2. X. eod.*

Qui in FIDE Catholica suspecti sunt, ad pulsationem Episcoporum non admittantur, *c. 4. q. 5. caus. 5.*

FIDES Rempublicam magis, quam labores vel sudores corporales gubernat, *c. 23. pr. q. 8. caus. 23.*

FIDES non est appellanda, quæ ad peccatum faciendum adhibetur, *c. 20. q. 4. caus. 22.*

FIDES quando promittitur, etiam hosti servanda est, contra quem bellum geritur, *c. 3. q. 1. caus. 23.*

FIDEI *malæ* possessor ullo tempore non præscribit, *c. 2. de R. I. in 6.*

Qui contra jura mercatur, *bonam* FIDEM

DEM præsumitur non habere, *c. 82. eod.*

Frustra sibi FIDEM quis postulat ab eo servari, cui fidem à se præstitam servare recusat, *c. 75. eod.*

FIDEM in malis promissis non expedit observari, *c. 69. eod.*

Bonæ FIDEI possessor est, quamdiu ignorat, se alienum possidere, cum vero scierit, nec ab aliena possessione recesserit, tunc malæ fidei possessor perhibebitur, *c. 5. q. 1. caus. 34.*

FIDICVLAE.

FIDICVLARVM tormenta est genus tormenti, *L. 16. C. de quæstion. L. 4. C. ad L. Iul. Majestat.*

FIDVCIARIVS.

FIDVCIARIVS sc. *heres* is dicitur, de quo testator spem fiduciamque concipit restituendæ hereditatis post mortem suam, *L. 46. ad SC. Trebellian.*

FIGVLINAE.

FIGVLINAE sunt figulorum officinæ, in quibus figuli opera sua fingunt, *L. 6. pr. de S. P. R.*

FILIA.

Nomen FILIARVM, & in posthumam cadere, quæstionis non est, *L. 164. pr. de V. S.*

Qui ex FILIA tua nascuntur, in potestate tua non sunt, sed in patris eorum, *§. 3. de patr. potest.*

FILIA in possessione collocata, cui movent agnati de feudo controversiam, *II. F. 26. c. 1. pr.*

FILIA spiritualis dicitur non solum ejus, qui accipit, sed etiam ejus, qui trinæ mersionis vocabulo eam sacro Baptismate tingit, *c. 7. §. Filia, q. 1. caus. 30.*

Si quis Sacerdos cum FILIA spirituali fornicatus fuerit, sciat se grave adulterium commisisse, *c. 9. ead.*

FILIAM spiritualem ducens separetur, *c. 5. ead.*

Iuramento patris non cogitur FILIA nubere, cui nunquam assensum adhibuit, *c. 1. q. 2. caus. 31.*

FILIAM & matrem possunt ducere filius & pater, *c. 5. X. de consang.*

FILIA redimere potest feudum à Domino, *I. F. 24.*

FILIA non succedit in feudo, licet Vasallus decesserit sine herede masculo, nisi investitura facta fuerit in patre, ut filii, & filiæ succedant in feudo, *I. F. 8. §. 1.*

FILIAE duæ simul noviter investitæ non succedunt sibi, nisi pacto id actum sit, *I. F. 14. §. 2.*

FILIAS succedere contra feudi consuetudinem, *II. F. 2. §. 2.*

Præ FILIA datur agnato jusjurandum, *II. F. 51. c. 5.*

Pro FILIA in dotem non potest dari feudum, *II. F. 9. §. 1.*

Ad FILIAS Vasalli fruges extantes pertinent, *II. F. 86.*

FILIAE succedunt in feudo fœmineo, deficientibus masculis, *II. F. 30.*

Præ FILIABVS in feudis succedunt filii, *I. F. 8. pr.*

FILIA matri & patri in fœmineo feudo succedit, *II. F. 50.*

FILIAE & ex illis nepotes & neptes removentur à successione feudi, *II. F. 11.*

FILIA in dimidiam feudi à parentibus acquisiti succedit, *II. F. 104. §. 2.*

FILIA præsens, & non contradicens evidenter dicitur consentire patri agenti actione de dote, *L. 2. §. 2. soluto matrimonio.*

Si FILIA ab hostibus capta, quæ nupta erat, & dotem à patre profectam habebat, ibi decesserit, propter fictionem Legis Corneliæ fingitur, ac si nupta decessisset, *L. 10. pr. eod.*

FILIA contradicens patri agenti pro dote profectitia soluto matrimonio non videtur contradicere, nisi ju-

 stam

ſtam cauſam contradicendi habeat, *L. 37. eod.*

FILIARVM appellatione non continentur filii maſculi, *L. 16. pr. de teſtam. tutela.*

FILIARVM appellatione continetur poſthuma in legato facto filiabus, ſi de ea teſtatorem feciſſe mentionem in aliqua parte teſtamenti appareat, ſed non alias, *L. 15. §. 1.* & *L. 17. pr. de legat. 1.*

Clariſſimarum fœminarum nomine, Senatorum FILIAE, niſi quæ viros clariſſimos ſortitæ ſunt, non habentur, *L. 8. de Senator.*

Ex FILIA Senatoris natus, conditionem patris ſequitur, *L. 10. eod.*

FILIA etiam videtur contineri his verbis: *Quisquis mihi alius filii filiusve heres ſit*, *L. 116. de V. S.*

FILIAE emancipantur etiam patre invito, ſi ipſe pater neceſſitatem peccandi impoſuerit, *L. 12. C. de epiſc. aud.*

FILIA dicitur manere in ſacris, dum eſt in vinculis patriæ poteſtatis, *L. 12. C. de collationibus.*

FILIA, quæ renunciat parti hereditatis, in qua heres fuit inſtituta, poterit prælegatum conſequi, *L. 12. C. de legat.*

FILIA emancipata ſi petat contra tabulas, vel ſi ſuccedat cum fratribus, cogitur conferre dotem, *L. 1. pr. de dotis collat.*

FILIAM, quæ ab inteſtato patri heres ſit, conferre dotem oportet, *L. 1. §. 8. eod.*

FILIA in adoptionem data & heres inſtituta debet, ſicut emancipata, non ſolum bona ſua, ſed & dotem, quæ ad eam pertinere poterit, conferre, ſi adhuc pater adoptivus vivit, hic neceſſe habet conferre, *L. 2. eod.*

Si FILIA heres fuerit inſtituta, collatione dotis non fungetur, *L. 3. eod.*

Si pater pro FILIA dotem promiſerit, deinde exheredatæ, vel etiam emancipatæ & præteritæ legatum dederit, habebit *filia* etiam dotem præcipuam & legatum, *L. 4. eod.*

Si FILIA, quæ ſoluto matrimonio dotem conferre debuit, moram collationi fecit, viri boni arbitratu cogetur uſuras quoque dotis conferre, *L. 5. §. 1. eod.*

FILIA dotata heres inſtituta cum fratribus, ſi dote contenta abſtineat ſe à bonis paternis, non cogitur conferre dotem, & ideo non ſolum dos data tunc remanet apud maritum, ſed etiam dos promiſſa poteſt exigi à fratribus heredibus, cum ſit æris alieni loco, *L. 9. eod.*

FILIA in patris poteſtate conſtituta poteſt exigere dotem à marito vergente ad inopiam cum conſenſu patris, *Nov. 97. c. 6.*

FILIVS.

FILII appellatione omnes liberos intelligimus, *L. 84. de V. S.*

Si ita, FILIO, *filiisque meis hosce tutores do*, in teſtamento ſcriptum ſit, maſculis duntaxat tutores dati ſunt, *L. 122. eod.*

Verba: *Quisquis mihi alius* FILII *filiusve heres ſit*, Labeo non videri filiam contineri, qui verborum figuram ſequitur; Proculus contra reſpondit, qui mentem teſtantis ſequitur, *L. 116. eod.*

FILII appellatione filiafamilias & nepos continetur, *L. 201. eod.*

Idcirco FILIOS, filiasve concipimus atque edimus, ut ex prole eorum, earumve diuturnitatis nobis memoriam in ævum relinquamus, *L. 220. §. 3. de V. S.*

FILIVS auctor in rem patris eſſe non poteſt, *L. 7. §. 2. de autorit. tutor.*

FILI-

FILIVS à patre sub conditione, quæ non est in ipsius potestate, male heres instituitur, *L. 28. pr. de liber. & posthum.*

FILIVS, qui est apud hostes, præteriri potest, si non revertatur, *L. pen. eod.*

FILIVS habet minorem virtutem quam Pater, *II. F. 58. c. fin.*

FILIVS non potest recusare hereditatem patris absque feudo, *II. F. 45. II. F. 51. c. 4.*

FILIVS non admittitur feudum ad culpa amissum, *II. F. 26. c. 5. §. 5.*

FILIVS non adspirat feudum ad delicto amissum, *II. F. 31.*

FILIVS si Dominum offenderit, satisfacere debet Domino, aut pater eum separare, *II. F. 55.*

FILIVS Vasalli privatur feudo ob feloniam à se patre vivo commissam, *II. 51. c. 1.*

FILIVS non succedit, si Dominum vivo patre offendit, nec satisfecit, *II. F. 55.*

FILIVS in successione patruo præfertur, *I. F. 19. c. Si quis miles.*

Ad FILIOS olim non perveniebat feudum, *I. F. 1. §. 1.*

FILII succedunt Capitaneis & Valvasoribus, *I. F. 14.* §. *1.*

FILII tantum succedunt in feudis præ filiabus, *I. F. 8. pr.*

FILII fidelitatem facient omnes, *II. F. 6. c. 4. §. 3.*

FILIVM Dominus investire potest de feudo paterno repudiata hereditate, *ibid.*

FILII matrimonii prioris potiores, *II. F. 26. c. 4. §. 5.*

FILII Morganatici quomodo succedunt in feudo, *II. F. 26. c. 5. §. 3. II. F. 29.*

FILIORVM uno mortuo absque heredibus succedunt collaterales Capitaneis & Valvasoribus, *I. F. 14. §. 1.*

FILIIS & filiabus investitis, hæ illis non extantibus succedunt, *I. F. 8. §. 1.*

FILII naturales, licet postea fiant legitimi, ad successionem feudi, nec soli, nec cum aliis admittuntur, *II. F. 26. c. 4. §. 7.*

FILIVS adoptivus in feudum non succedit, *II. F. 26. c. 4. §. 5.*

FILIVM eum definimus, qui ex viro & uxore ejus nascitur, *L. 6. de his, qui sui, vel al.* &c.

Inviti FILII naturales, vel emancipati, non rediguntur in patriam potestatem, *L. 11. eod.*

FILII, etiamsi non sint heredes patris, habent jura sepulchrorum, *L. 6. pr. de religios.*

FILIVS patrem, vel pater *filium* potest occidere sine scelere pro patriæ, vel sui defensione, imo præmio tunc esset afficiendus, *L. 35. eod.*

Si FILIVS in alterius erat potestate, cum mutua daretur, nunc in alterius, mens SCti Macedon. non cessat, dabitur itaque exceptio, *L. 7.* §. *4. de SC. Macedon.*

In FILIO quæ dicuntur, censentur dicta etiam in nepote, *L. 14. eod.*

Si FILIVS emancipatus impubes sit, patrem inopem alere cogetur, iniquissimum quis merito dixerit, patrem egere, cum filius sit in facultatibus, *L. 5. §. 13. de agnosc. liber.*

Si quis FILIO tutorem dederit, & plures filios habeat, omnibus filiis dedisse videtur, *L. 16.* §. *1. de testament. tut.*

FILIVS pure est exheredandus, *L. 3.* §. *1. de liberis & posth. hered. instit.*

FILIVS inter medias heredum institutiones recte exheredatur, *L. 3.* §. *2. eod.*

FILII etiam hoc modo exheredantur; *filius exheres sit, filius exheres erit, L. 17. eod.*

Si

Si FILIVS sub conditione heres institutus, si pendente conditione arrogandum se dedit, necessarius heres non erit, *L. 20. eod.*

Si FILIVM nominatim exheredavero, & eum postea heredem instituero, heres erit, *L. 21. eod.*

FILIVS non in honore, sed in veritate æquatur, vel præponitur patri, *c. 36. q. 7. caus. 2.*

FILIVS sapiens est gloria patris, *c. 7. §. 6. dist. 95.*

Si quis sponsam FILII sui oppresserit, & postea *filius* eam duxerit, pater postmodum non habeat uxorem, nec mulier virum; filius, qui patris facinus ignoravit, aliam accipiat, *c. 32. q. 2. caus. 27.*

FILIOS suos tenetur pater verbo & exemplo à vitiis ad virtutum studia provocare, *c. 8. §. necesse* &c. *dist. 47.*

FILIORVM curam debet habere pater, *c. 14. dist. 30.*

FILII post triennium à patre sunt alendi, *L. 9. C. de patria potest. c. 2. X. de convers. infidel.*

FILIVS in patris potestate constitutus sequitur ejus familiam, *c. 2. X. de convers. infidel.*

Non debent FILII thesaurizare parentibus, sed parentes filiis, *c. 6.* §. *1. X. de censibus.*

FILII ex libero & ancilla, servilis conditionis sunt, *c. 15. pr. q. 4. caus. 32.*

FILII, qui non sunt de legitimo matrimonio, matrem potius, quam patrem sequuntur, *c. 15. §. 1. ead.*

FILIVM pater castigare debet, quod est charitatis, *c. 36. q. 5. caus. 23.*

FILIVS non portabit iniquitatem patris, neque pater iniquitatem filii, in *pr.* §. *4. q. 3. caus. 24.*

FILIVS pro peccatis patris non est anathematizandus, *c. 1. ead.*

FILIO crimen, vel pœna paterna nullam maculam infligere potest, *c. 6. q. 4. caus. 1.*

FILIIS perfidia parentum obesse non debet, *c. 7. ead.*

FILIVS heres convenitur ex contractu defuncti, *c. 3. X. de pignor.*

FILIVS rogatus de restituenda hereditate sub conditione, detrahit debitam jure naturæ, & Trebellianicam, in qua computantur fructus post litis contestationem percepti, *c. 16. X. de testamentis.*

FILIVM pater non potest privare quarta legitima, vel etiam in ea gravare, *ibid.*

Ex delicto FILII impuberis pater non tenetur, *c. 2. X. de delictis puer.*

FILII Presbyterorum à sacris prohibentur Officiis, *c. 1. dist. 56.*

Illegitimus FILIVS Sacerdotis, qui hoc tacito per rescriptum Apostolicum paternam Ecclesiam impetravit, removetur ab illa, *c. 2. X. de filiis Presbyterorum.*

FILIVS Sacerdotis non potest Ecclesiæ paternæ præesse, *c. 3. X. eod.*

FILIVS præesse potest Ecclesiæ, cui pater præfuit mediate, *c. 7. X. eod.*

FILIVS præesse potest Ecclesiæ, in qua pater sine Titulo ministravit, *c. 8. X. eod.*

FILIVS etiam legitimus, removetur ab Ecclesia, in qua immediate successit patri Vicario vel Rectori, *c. 11. X. eod.*

Alius quam Papa non dispensat, ut FILIVS in Ecclesia paterna immediate succedat, *c. 17. X. eod.*

FILIVS illegitimus absque dispensatione Papæ ad dignitatem, vel Personatum, vel Beneficium curatum, promoveri non potest, *c. 18. X. eod.*

FILIVS ex persona sui sibi obligari non potest, *L. 11. de legat. 1.*

Si FILIVS patroni exheredatus, in partem obtinuerit de inofficioso, in partem

partem victus sit, nocet ei exheredatio, *L. 12. §. 4. de bonis libertor.*

FILIVS patroni exheredatus, quamvis nepos ex eo heres scriptus fuerit, bonorum possessionem contra tabulas paternorum libertorum accipere non potest, *L. 13. eod.*

Vivo FILIO si nepos exheredatur, nocebit ei exheredatio ad bona libertorum avitorum, *L. 27. eod.*

Qui FILIVM suum subtrahit militiæ belli tempore, exilio & bonorum parte mulctandus est, *L. 4. §. 11. de re militari.*

Eum, qui FILIVM debilitavit, dilectu per bellum indicto, ut inhabilis militiæ sit, præceptum Divi Trajani deportavit, *L. 4. §. 12. eod.*

FILII Clericorum gaudent privilegio Clericorum, & sunt immunes à muneribus sordidis, *L. 2. §. 3. C. de Episcopis* &c.

Parentes FILIOS, qui ingrediuntur monasteria, velut ingratos, exheredare non possunt, *Nov. 123. c. 41.*

FILIOS monasticam vitam eligentes non possunt parentes ex venerabilibus monasteriis abstrahere, *ibid.*

FILIVS natus sine legitimo matrimonio matrem sequitur, nisi lex specialis aliud inducat, *L. 24. de statu hom.*

FILIOS susceptos ex vilissimis mulieribus si viri in dignitate positi voluerint habere in numero legitimorum, infames sunt, *L. 1. C. de natural. liber.*

FILII naturales per subsequens matrimonium legitimantur, & efficiuntur in potestate parentum, & possunt succedere ex testamento, vel ab intestato parentibus etiam cum fratribus postea natis, *L. 5. 6. 10. & 11. C. eod.*

FILIVS naturalis si, postquam est oblatus curiæ, suscipiat liberos ex legitimo matrimonio, & tales liberi sunt facti Decuriones, omnino curiales sunt, *L. 9. pr. C. eod.*

FILIOS naturales poterit pater tradere curiæ patriæ suæ, sive habeat legitimos, sive non, *L. 9. §. 3. C. eod.*

FILII naturales antea nati præstant occasionem legitimi nominis filiis, qui ex subsequuto matrimonio postea procreati sunt, *L. 11. C. eod.*

FILII naturales legitimantur per subsequens matrimonium etiamsi ex illo matrimonio nullus postea nascatur, vel natus suus non reperiatur tempore mortis testatoris, *ibid.*

FILII naturales ex ancilla legitimantur per subsequens matrimonium, si non extent legitimi ex alia conjuge, & conficiantur dotalia instrumenta, *Auth. Sed nova, C. eod. Nov. 18. c. ult.*

FILII naturales amplectentes voluntatem patris, qui carens legitimis in testamento dixit, *se velle filios suos naturales fore legitimos successores*, ostendendo principi post mortem testamentum ejus, & principis, & legis dono fiunt heredes, sed si alii filii naturales volunt legitimi fieri, alii non, volentes fiunt, cæteri in jure naturali remanent, *Auth. Item si ne, C. eod. Nov. 89. c. 10.*

FILII ex damnato coitu nati, nec alimenta à parentibus consequantur, *Nov. 89. c. 15.*

Quomodo FILII naturales succedunt, *Nov. 89. c. 12. §. 1. sq.*

FILIVS naturalis invitus non legitimatur, *Nov. 89. c. 12. pr.*

FILII naturales debent ali de bonis paternis, sive legitimi extent, sive non, & succedunt patri, sive conjuge viva quilibet alii sunt heredes, *Auth. Licet, C. de natural. liber.*

FILIVS naturalis per subsequens matrimonium non legitimatur de jure civili, si instrumenta dotalia non sint facta, *§. ult. de N.*

FILII naturales à patribus suis in arroga-

rogationem suscepti nullis extantibus legitimis efficiuntur sui, & in potestate, & legitimi, & succedunt parentibus ex testamento, vel ab intestato, aut ex contractu inter vivos, *L. 6. C. de natural. liber.*

FILII naturales nati non ex incestu, vel nefario coitu etiam non extantibus legitimis per adoptionem, vel per arrogationem hodie non efficiuntur sui, & in potestate, nec legitimi, *L. 7. c. eod.*

FILII naturales emancipati beneficio Prætoris gradum liberorum retinent, *§. 11. de hered. quæ ab intest.*

FILIUM naturalem si aggregaverit pater muneribus municipalibus, declarat se elegisse eum filium successorem omnium bonorum suorum, *L. 4. C. de natural. liber.*

FILII naturales ab intestato nullam communionem habent ad patris naturalis successionem, ex voluntate tamen patris promittitur eis capere usque ad sex uncias, si hoc ipse pater voluerit, excedere tamen non poterit pater ultra sex uncias, *L. 8. C. eod.*

FILIO naturali totam hereditatem pater non potest relinquere, potest tamen nepoti naturali ex filio naturali legitimo nato, vel nepoti legitimo ex filio naturali, nulla legitima sobole existente, *L. 12. C. eod.*

FILIUS naturalis à parente Curiali scriptus heres tacite intelligitur oblatus curiæ, & ita legitimatus, *Nov. 89. c. 6.*

FILIUM naturalem pater tradendo curiæ civitatis, unde pater oritur, efficit legitimum, & poterit eum in solidum heredem instituere, vel ei donare, *L. 3. C. de natural. liber.*

FILIIS naturalibus, non extantibus legitimis filiis vel parentibus, potest pater relinquere totam suam substantiam tam in testamento, quam inter vivos, *Auth. Licet, C. eod.*

FILIIS naturalibus pater, relicta quarta parte debita jure naturæ parentibus suis, potest reliquam suam substantiam relinquere, *ibid.*

FILIUS vulgo quæsitus nullos habet agnatos, *§. 4. de success. cognat.*

FILII vulgo quæsiti dicuntur, qui non habent certum patrem, *§. 12. de N.*

FILII vulgo quæsiti ad matris hereditatem ex SCto Orphitiano admittuntur, *§. 3. de SCto Orphit.*

FILIIS susceptis ex ancilla, vel ancillæ filia, vel ex liberta, vel filia libertæ ex tabernaria, vel ejus filia ex lenonis, aut arenarii filia, quidquid pater in dignitate constitutis donaverit, totum donatum legitimæ soboli redditur, aut fratri, aut sorori, aut patri, aut matri, *L. 1. C. de natural. liber.*

FILIUS mariti non est, quando absente marito per decennium & reversus anniculum illum invenerat in domo sua, *L. 6. de his, qui sunt sui* &c.

FILIUS mariti censetur, quando maritus assidue cum uxore moratus est, *ibid.*

FILIUS in domo natus, licet vicinis scientibus, non est mariti, si constat maritum aliquamdiu cum uxore non concubuisse interveniente infirmitate, vel alia causa, ut generare non posset, *ibid.*

FILIUS editus constante matrimonio agere potest præjudiciali de partu agnoscendo, petendo se agnosci in filium, donec probet pater se non esse suum filium, *L. 3. §. 1. de agnosc. & alendis liber.*

FILIUS editus post mortem patris vivente avo, in cujus potestatem recasurus est, potest agere actione præjudiciali, petendo vivo avo se agnosci

fci in filium quoad omnia, donec avus agat, & ipsum non esse filium ostendat, *L. 3. §. 2. eod.*

FILIVS in potestate patri acquirit dominium rerum omnium, exceptis castrensibus, *L. 2. C. de patria potest.*

Si FILIVS tuus in potestate tua est, res acquisitas tibi alienare non potest, *L. 33. C. eod.*

FILIVM Senatoris accipere debemus, non tantum eum, qui naturalis est, verum adoptivum quoque, neque interest, à quo, vel qualiter adoptatus fuerit, nec interest, jam in Senatoria dignitate constitutus eum susceperit, an ante dignitatem Senatoriam, *L. 5. de Senator.*

FILIVS Senatoris est & is, quem in adoptionem accepit, quamdiu tamen in familia ejus manet, emancipatus vero nomen filii emancipatione amittit, *L. 6. pr. eod.*

FILIVS Senatoris à Senatore in adoptionem si sit datus ei, qui est inferioris dignitatis, quasi Senatoris filius videtur, *L. 6. §. 1. eod.*

FILIVS legitimus & naturalis emancipatus à patre Senatore, vel natus post mortem patris Senatoris, vel conceptus ante remotionem patris à Senatu, licet natus post remotionem, nihilominus dicitur filius Senatoris, *L. 7. pr.* & *§. 1. eod.*

FILIVS & nepos Senatoris dicitur ille, qui patrem & avum Senatores habet, *L. 7. §. 2. eod.*

FILIVS conceptus post remotionem patris à Senatu non intelligitur Senatoris filius, sed si habeat avum Senatorem, dicitur nepos Senatoris, ut avi potius dignitas prosit, quàm obsit casus patris, *ibid.*

FILII Senatoris dicuntur non solum filius Senatoris natus ex ipso Senatore, sed etiam qui nati sunt ex filiis suis, sive sint naturales, sive adoptivi, *L. 10. eod.*

FILIVS si natus sit ex filia Senatoris, origo patris inspicitur, ut si pater est Senator, & erit etiam ejus filius, Senatoris filius, *ibid.*

FILIVS legitimus natus ante decurionatum est filius decurionis, quoad hoc, ne fustibus castigetur, & ne in metallum damnetur, *L. 2. §. 2. de Decurionibus.*

FILIVS, cujus pater ante conceptionem remotus est à decurionatu, censetur quasi plebeji filius, secus si post conceptionem filii fuisset remotus, quia tunc habetur ut decurionis filius, *L. 2. §. 3. eod.*

FILIVS Decurionis remoti ad tempus à decurionatu interim conceptus, & natus dicitur filius Decurionis, licet pater decedat, antequam in ordinem venerit, *L. 2. §. 5. eod.*

FILIVS conceptus à plebejo, & antequam nascatur, si pater ejus decurionatum adeptus amiserit illum, dicitur *filius* Decurionis, & medium tempus illi prodest, *L. 2. §. 6. eod.*

FILIVS civitatem, ex qua pater ejus naturalem originem ducit, non domicilium sequitur, *L. 6. §. 1. ad municip. & de incol.*

FILIVS, qui non sequitur conditionem patris, sequitur conditionem matris, *L. 22. & 61. C. de Decurion. X.*

FILIVS natus ex patre Decurione, & avo militari, sequitur potius conditionem & functionem patris, quam avi, *L. 27. C. eod.*

FILIVS ex uno parente tamiaco, & altero libero natus, tamiacus est, *L. 1. C. de prædiis tamiacis* &c. *XI.*

FILII nati ex ingenuo, & colonis ancillis Principis sequuntur originem, ex qua matres eorum sunt, *L. 4. C. de agricol. & municip. XI.*

FILIVS natus ex utroque parente censito, vel patre tantum censito, censitus est, & sequitur patrem, non matrem, *L. 13. C. de agricol & censit. XI.*

FILII sequuntur patrem, non matrem, quoad patriam potestatem, & familiam, §. *3. de patria potest.*

FILIVS adoptivus potest parentes patris adoptivi in jus vocare sine venia, quia hi parentes ejus non sunt, *L. 7. de in jus vocando.*

FILIVS adoptivus tantum his cognatus fit, quibus & agnatus, *ibid.*

FILIVS adoptivus, quamdiu est in potestate, patrem adoptivum in jus vocare non potest, & id jure magis potestatis, quam præcepto Prætoris, nisi sit filius, qui castrense habuit peculium, tunc enim causa cognita permittitur, *L. 8. pr. eod.*

FILIVS patrem naturalem, ne quidem dum est in adoptiva familia, in jus vocare potest, *ibid.*

FILIVS adoptatus à muliere etiam jussu Principis si fuerit exheredatus à muliere, non habet querelam inofficiosi contra heredem scriptum, *L. 29. §. 3. de inoffic. testam.*

Adversus testamentum FILII in adoptionem dati pater naturalis recte de inofficioso testamento agere potest, *L. 30. pr. eod.*

FILIVS adoptivus si emancipetur, eam, quæ patris adoptivi uxor fuit, ducere non potest, quia *novercæ* locum habet, *L. 14. pr. de R. N.*

FILIO, quem pater post emancipationem à se factam, iterum arrogavit, exheredatio ante scripta nocet, *L. 23. pr. de liberis & posthum.* &c.

A FILIIS fideicommissum relictum, *si quis ex his sine liberis diem suum obierit*, adoptionis commento non excluditur, *L. 76. de condition. & demonstr.*

FILIO emancipato, si nepos retentus sit, & utrique præteriti, nepoti & filio competit bonorum possessio contra tabulas, *L. 6. §. 3. de bonor. possess. contra tabul.*

FILIVS in adoptionem extraneo datus non perdit jura succedendi patri naturali ex testamento ab intestato, vel contra tabulas, *L. 10. pr. C. de adopt.*

FILIVS in adoptionem datus extraneo succedit ei ex testamento, & ab intestato, *L. 10. §. 1. C. eod.*

FILIVS adoptatus à Decurione habet privilegia filii Decurionis, *L. 4. C. de Decurion. X.*

FILIVS adoptivus dicitur esse ad imaginem filii naturalis, *ibid.*

FILII adoptivi etiam sunt in potestate, *pr. I. de adopt.*

FILIVS patre major ætate fingi non potest, *§. 4. eod.*

FILIO in adoptionem dato nepos ex eo antea conceptus remanet in potestate avi, secus si post adoptionem fuisset conceptus, quia tunc erit in potestate patris adoptivi, *§. 9. quib. mod. patr. potest.*

FILII adoptivi ex bonis parentum damnatorum non minus, quam filii naturales debent habere portionem legitimam sibi debitam, nisi fraudis causa facta sit adoptio, *L. 7. §. 2. de bonis damnatorum.*

FILIVS in potestate absente patre potest agere actione pœnali contra libertum patris sui, eo quod in jus eum, sc. filium sine venia vocaverit, *L. 12. de in jus voc.*

Si pater emancipati FILII res à se donatas administravit, *filio* actione negotiorum gestorum tenetur, *L. 37. §. 2. de negotiis gestis.*

Quem FILIVS meus emancipatus adoptaverit, is nepos meus non erit, *L. 26. de adopt.*

FILIVSFAMILIAS.

Cum FILIVSFAMILIAS viaticum suum mutuum dederit, cum studiorum causa Romæ ageret, responsum est à *Scævola*, extraordinario judicio esse illi subveniendum, *L.17. de rebus creditis* &c.

Si FILIVSFAMILIAS contra Senatusconsultum mutuatus pecuniam solverit, patri nummos sc. *extantes* vindicanti nulla exceptio objici potest, *L. 14. eod.*

In FILIOFAMILIAS nihil dignitas facit, quo minus Senatusconsultum Macedonianum locum habeat, *L. 1. §. 3. de SC. Macedon.*

FILIIFAMILIAS in castrensi peculio vice patrumfamiliarum funguntur, *L. 2. eod.*

Vulgo dicitur, FILIOFAMILIAS credi non licere, non ad verba referendum est, sed ad numerationem, *L. 4. eod.*

Si FILIVSFAMILIAS fidejusserit, *Neratius* lib. I. & II. Responsorum cessare Senatusconsultum Macedon. ait. *L. 7. pr. eod.*

Si FILIVSFAMILIAS patre suo relegato, vel longo tempore absente, dotem pro filia promiserit, & rem patris pignori dederit, Senatusconsultum cessabit, patris tamen res non tenebitur. *L. 7. §. 2. eod.*

Nihil interest, quis FILIOFAMILIAS crediderit, utrum privatus, aut civitas, nam in civitate quoque Senatusconsultum Macedon. locum habet, *L. 15. eod.*

FILIVSFAMILIAS si in id acceperit mutuam pecuniam, *ut eam pro sorore sua in dotem daret*, pater ejus de in rem verso actione tenebitur, ipsi enim, mortua in matrimonio puella, repetitio dotis datur, *L. 17. eod.*

Creditorem FILIVSFAMILIAS, mortuo eo, fidejussorem accipere non posse, *Iulianus* scribit, quia nulla obligatio aut civilis aut naturalis supersit, cui fidejussor accedat, *L. 18. eod.*

Si FILIVSFAMILIAS ex aliqua noxa, ex qua patri actio competit, velit experiri, ita demum permittitur ei agere, si non sit, qui patris nomine agat, *L. 18. §. 1. de Iudic.*

Si FILIVSFAMILIAS legationis, vel studiorum gratia aberit, & vel furtum, vel damnum injuria passus sit, potest utili judicio agere, ne, dum pater expectatur, impunita sint maleficia, *ibid.*

In FILIVMFAMILIAS tam ex contractibus, quam ex delictis competit actio, *L. 57. eod.*

FILIOFAMILIAS post litis contestationem mortuo judicium cum eo agitatum transfertur in patrem tantum de peculio, & de eo, quod versum est in rem ejus, *ibid.*

Si quasi procurator alicujus FILIVSFAMILIAS judicium acceperit, mortuo eo, in eum, quem defenderit, transactio vel judicati datur, *ibid.*

FILIVSFAMILIAS petitione hereditatis potest conveniri à vero herede, si habet restituendi facultatem, *L. 37. §. 1. de hereditatis petitione.*

FILIVS actione ad exhibendum tenetur, si facultatem rei exhibendæ habet, *L. 12. §. 1. ad exhibendum.*

Quoties nemo FILIVMFAMILIAS ex causa delicti defendit, in eum judicium datur, *L. 34. de noxal. action.*

Cum FILIVSFAMILIAS tutor aut curator datur, pater tutelæ vel negotiorum gestorum judicio de peculio & de in rem verso conveniendus est, *L. 1. C. quod cum eo qui in aliena* &c.

FILIVSFAMILIAS sui juris factus ex ante gesto etiam voluntate patris non tenetur, nisi in quantum facere potest,

est, si abstinuit se ab hereditate paterna, *L. 2. C. eod.*

FILIVSFAMILIAS suo nomine nullam actionem habet, nisi injuriarum, & quod vi aut clam, & depositi, & commodati, *L. 9. de O. & A.*

FILIVSFAMILIAS ex omnibus causis tanquam paterfamilias obligatur, & ob id agi cum eo tanquam cum patrefamilias potest, *L. 39. eod.*

Si FILIOFAMILIAS servove commodatum sit, duntaxat de peculio agendum erit, cum filio autem familias ipso & directo quis poterit, *L. 3. §. 4. commodati vel contra.*

Licet FILIVSFAMILIAS absque patris assensu, sibi possit libere eligere sepulturam, pro anima tamen sua præter ipsius assensum, nisi peculium castrense, aut quasi castrense habeat, aliquid judicare non potest, *c. 4. de sepulturis in 6.*

FILIVSFAMILIAS non solum ad negotia, sed etiam ad judicia procurator potest fieri absque patris consensu, *c. 5. §. 1. de procurat. in 6.*

FILIVSFAMILIAS sine patris assensu agit causam spiritualem, *c. 3. de judiciis in 6.*

FILIOSFAMILIAS non solum natura, verum & adoptiones faciunt, *L. 1. pr. de adopt.*

FILIIFAMILIAS veterani sui juris morte patris factum testamentum irritum non fit, *L. 6. §. 13. de injusto, rupto*, &c.

FILIVSFAMILIAS post susceptum arbitrium cogi potest ferre sententiam, *L. 5. de receptis, qui arbitrum* &c.

FILIVSFAMILIAS potest esse arbiter, & judex de re patris, *L. 6. eod.*

FIMVM.

Si quis FIMO corrupto aliquem perfuderit, fit injuria contra bonos mores, & extra ordinem punitur, *L. 1. §. 1. de extraord. crimin.*

FINIS.

FINES antiqui non præsumuntur mutati, nisi probetur, *L. 11. finium regundorum.*

In FINIVM quæstione antiquis terminis statur, nisi probetur varietate successionum, vel arbitrio possessorum fines aliquo addito vel detracto permutatos fuisse, *ibid.*

FINES debent poni, tantum quod dominus demonstravit tempore, quo vendidit, *L. 12. eod.*

Si FINES agri irruptione fluminis confudit inundatio, ideoque usurpandi quibusdam loca, in quibus jus non habent, occasionem præstat; Præses provinciæ *alieno eos abstinere, & domino suum restitui, terminosque per mensorem declarari jubet*, *L. 8. pr. eod.*

Ad officium de FINIBVS cognoscentis pertinet, mensores mittere, & per eos dirimere ipsam finium quæstionem, ut æquum est, si ita res exigit, oculisque suis subjectis locis, d. *L. 8. §. 1. eod.*

FINES publicos à privatis detineri non oportet, *L. 5. §. 1. de operib. publicis.*

Extra FINES civitatis militare, *II. F. 107.*

FINES diœcesum probantur per libros antiquos, adminicula, testes & famam, *c. 13. X. de probat.*

FINES prædiorum ecclesiasticorum quadraginta annorum spatio præscribuntur, *c. 9. X. de præscription.*

FISCALIS, *e.*

FISCALEM rem quando vendit procurator fisci, debet eam vendere justo pretio, quod non ex præterita emptione, sed ex præsenti æstimatione constitui debet, *L. 3. §. 5. de jure fisci.*

FISCALEM rem vendens procurator Cæsaris quamvis duplum, vel triplum

plum pro evictione promiserit emptori, licèt evincatur emptori, fiscus non tenetur præstare duplum, vel triplum promissum, sed tantum simplum, *L. 5. pr. eod.*

FISCALIS res vendita à procuratore Cæsaris, & tradita emptori tunc fit emptoris, cum solverit pretium, d. *L. 5. §. 1. eod.*

FISCALIA bona debent de facto occupari, & in fiscum incorporari post cognitiones jussu principis, *L. 5. C. de bonis vacantibus* &c. *X.*

FISCALES causæ judicatæ, ex causa retractari possunt intra triennium, post triennium vero, si prævaricatio, vel manifesta fraus arguatur, *L. un. C. de sententiis adversus fiscum latis* &c. *X.*

FISCALIS possessor ad munera extraordinaria, vel superindicta non cogitur, *L. 1. C. de privilegiis domus Augustæ* &c. *XI.*

FISCUS.

Hoc tollit FISCUS, quod non accipit Christus, *c. 8. q. 7. caus. 16.*

FISCO applicanda sunt bona hæreticorum, *c. 26. de V. S.*

FISCO applicantur bona ejus, nihilque ad posteros transmittitur, qui Cardinalem hostiliter insequitur, vel percutit, vel capit, *c. 5. pr. de pœnis in 6.*

Ad FISCUM variis ex causis nuntiatio fieri solet, *L. 1. pr. de jure fisci.*

Bonorum FISCO vindicatorum actores venundari à procuratoribus non possunt, & si distrahantur, irritam fieri venditionem rescriptum est, *L. 8. eod.*

Si FISCUS alicui status controversiam faciat, fisci advocatus adesse debet, quare si sine fisci advocato pronunciatum sit, nihil est actum, *L. 7. eod.*

FISCUS, cum in privati jus succedit, privati jure pro anterioribus suæ successionis temporis utitur, cæterum posteaquam successit, habebit privilegium suum, *L. 6. eod.*

FISCUS habet tacitam hypothecam in bonis ejus, cum quo contraxit, *L. 28. eod.*

FISCUS semper habet jus pignoris ex suo contractu, *L. 46. §. 3. eod.*

Qui FISCO compensationem opponit, intra duos menses debitum sibi docere debet, d. *L. 46. §. 4. eod.*

In FISCI causis pacti cum delatoribus pro confessis habentur, si modo pretium, vel modicum dederunt, *L. 4. eod.*

FISCUS non potest alienare bona, quæ sunt in controversia, *L. 22. pr. eod.*

FISCUS defuncto majestatis Reo ejus bona non potest vendere parato herede purgare innocentiam mortui, sed differenda est venditio illorum, *ibid.*

FISCUS potest vendere res sibi obligatas, sed non res antea alii obligatas, nisi de pretio faciat solvi prioribus creditoribus, vel ipse solvat eis, *L. 22. §. 1. eod.*

FISCUS quando vendit res minoris tanquam sui debitoris, minor non juvatur, nisi fraus intercesserit, vel solennitas servata non fuerit, *L. 3. C. si adversus fiscum.*

FISCUS hereditate vendita, speciali jure non tenetur creditoribus hereditariis respondere, sed emptor est conveniendus ab eis, *L. 1. C. de hered. vendit.*

FISCUS creditor si sciente priore creditore pignus vendit, prior creditor videtur remisisse actioni hypothecariæ, *L. 8. C. de remiss. pign.*

Retractare FISCUM, quod semel vendidit, æquitatis honestatisque ratio non patitur, *L. 2. C. ne fiscus rem, quam vendidit, evincat. X.*

Res

Res FISCI solenniter vendita non evincitur, licet non pertinuerit ad stationem venditoris, *L. 1. C. eod.*

FISCVS pecuniam suam repetens, omnibus præfertur, pœnam vero persequens, creditoribus cedit in eo, quod mulctæ nomine petitur, *L. un. C. de pœnis fiscalib. X.*

FISCVS succedens privato, eas usuras præstat, quas creditor à privato potuisset exigere ex pacto nudo pignori adjecto, *L. 2. C. de fiscalibus usuris X.*

FISCVS non potest stipulari usuras ultra legitimum modum usurarum, nec jam ab alio stipulatas exigere, *L. 3. C. eod.*

FISCVS ratione partis potest vendere totum, *L. un. C. de vendit. rerum fiscal. X.*

Res FISCI ab emptore non usucapitur, *L. 2. C. communia de usuc.*

A FISCI officialibus accipiens mutuam pecuniam etiam sub usuris tenetur in quadruplum condictione ex lege, vel actione in factum, *L. 1. C. de his, qui ex publ. ration. mutuam* &c. *X.*

FISCVS ex suis contractibus usuras non dat, sed ipse accipit, ut solet à foricariis, qui tardius pecuniam inferunt, item ex vectigalibus; Cum autem in loco privati successit, etiam dare solet, *L. 17. §. 5. de usur.*

FISCVS, ex mutuo jure speciali, potest petere usuras, etiamsi promissæ non sint, *L. 43. eod.*

FISCVS, ad quem bona vacantia pervenerunt Lege Iulia, tenetur præstare legata, & fideicommissa, quæ tenebatur præstare heres, à quo relicta fuerunt, *L. 96. §. 1. de legat. 1.*

Cum FISCO caduca bona defuncti addicantur propter inultam mortem, in eum legatorum actio datur, *L. 9. de SCto Sillaniano* &c.

FISCVS semper id neus successor est, & solvendo, *L. 2. §. 1. de fundo dotali.*

FISTVLA.

Si FISTVLAE, per quas aquam ducas, ædibus meis applicatæ, damnum mihi dent, in factum actio mihi competit, sed & damni infecti stipulari à te potero, *L. 18. de S. P. V.*

FISTVLAM junctam parieti communi, quæ aut ex castello, aut ex cœlo aquam capit, non jure haberi, *Proculus* ait, *L. 19. pr. eod.*

FLAGELLARE.

FLAGELLATIS à domino, afflictio addi non debet, *c. 2. q. 1. caus. 7.*

FLAGELLETVR, qui in alterius famam publice scripturam, aut verba contumeliosa confinxerit, & repertus scripta non probaverit, *c. 1. q. 1. caus. 5.*

FLOCVS.

Nomine Cucullæ habitus longus & amplus; sed manticas non habens intelligitur; nomine vero FLOCI, intelligitur habitus. qui longas & amplas habet manticas, *Clem. 1. §. 1. in f. de statu Monachorum.*

FLVMEN.

FLVMINVM quædam publica sunt, quædam non, *L. 1. §. 3. de fluminib.*

FLVMEN publicum esse *Cassius* definit, quod perenne sit, *ib.*

FLVMEN à rivo magnitudine discernendum est, aut existimatione circumcolentium, *L. 1. §. 2. eod.*

FLVMINVM quædam sunt perennia, quædam torrentia, *L. 1. §. 2. eod.*

FLVMEN perenne est, quod semper fluat ἀέναος, si tamen aliqua æstate exaruerit, quod alioquin *perenne* fluebat, non ideo minus perenne est, *ibid.*

FLVMEN torrens, ὁ χειμάῤῥους, i. e. hyeme fluens, *ibid.*

Ad FLVMINA publica *Interdictum de*

de fluminibus &c. pertinet, *L. 1. §. 4. eod.*

In FLVMINE publico factum accipere debemus, quidquid in aqua fiat, nam si quid extra factum sit, non est in flumine factum, & quod in ripa fiat, non videtur in flumine factum, *L. 1. §. 11. eod.*

Non autem omne, quod in FLVMINE publico ripave fit, coërcet Prætor, sed si quid fiat, quo deterior statio & navigatio fiat, *L. 1. §. 12. eod.*

FLVMINA publica, quæ fluunt, ripæque eorum publicæ sunt, *L. 3. pr. eod.*

Ex FLVMINE publico non navigabili potest duci aqua, nisi Imperator aut Senatus vetet, *L. 2. eod.*

In FLVMINIS superioris parte non debet quis lavare equos vel pannos, per quod lavacrum commune poculum, i. e. *ipsum flumen* corrumpitur, *L. 12. C. de re militari XII.*

Si vicinus FLVMEN, vel torrentem averterit, ne aqua ad eum perveniat, & hoc modo sit effectum, ut vicino noceatur, agi cum eo aquæ pluviæ arcendæ non potest, *L. 2. §. 9. de aqua pluv. arc.*

Si FLVMEN navigabile sit, non oportere Prætorem concedere ductionem ex eo fieri, *Labeo* ait, quæ flumen minus navigabile efficiat; Idemque est, & si per hoc aliud flumen fiat navigabile, *L. 10. §. 2. eod.*

Quod FLVMEN per alluvionem agro nostro adjicit, jure gentium nobis acquiritur, *L. 7. §. 1. de A. R. D.*

Quod si vis FLVMINIS partem aliquam ex tuo prædio detraxerit, & meo prædio attulerit, palam est eam tuam permanere, plane si longiore tempore fundo meo hæserit, arboresque, quas secum traxerit, in meum fundum radices egerint, ex eo tempore videtur meo fundo acquisita esse, *L. 7. §. 2. eod.* §. *21. de R. D.*

Quod si FLVMEN uno latere perruperit, & alia parte novo rivo fluere cœperit, deinde infra novus iste rivus in veterem se converterit, ager, qui à duobus rivis comprehensus, in formam insulæ redactus est, ejus est scilicet, cujus & fuit, *L. 7. §. 4. eod.*

FLVMINIS natura hæc est, ut cursu suo mutato, alvei causam mutet, *L. 30. §. 2. eod.*

FLVMINA censitorum vice funguntur, ut ex privato in publicum addicant, & ex publico in privatum, *L. 30. §. 3. eod.*

Quod FLVMINE aut mari occupatum est, possidere desinimus, *L. 30. §. 3. de acquir. vel amitt. poss.*

FLVMINA navigabilia, *II. F. 56.*

FOCVS.

Contra FOCVM habentem juxta parietem communem non potest agi, ut removeat, si non intersit, nisi sic habeat, ut quotidie flamescat paries, *L. 27. §. 10. ad L. Aquil.*

FOEDVS.

FOEDERA sunt juris Gentium, *c. 9. dist. 1.*

FOEDERIS faciendi nexus est juris militaris, *c. 10. ead.*

FOEMINA.

FOEMINA varium & mutabile testimonium semper producit, *c. 10. in f. X. de V. S.*

FOEMINA potest feudum novum dare, *II. F. 3. §. 1.*

FOEMINA potest investire de feudo antiquo, *II. F. 91.*

FOEMINA quando cum masculo succedat, *II. F. 104. §. 1.*

FOEMINA, quæ in capillo dicitur, *II. F. 24. §. 2.*

FOEMINA feudum in dotem dat, *II. F. 13.*

FOEMINAS puerperas appellant recentes ex partu, *L. 163. §. 1. de V. S.*

FOEMINARVM liberi in familia earum non sunt, quia qui nascuntur, patris, non matris familiam sequuntur, *L. 196 §. 1. eod.*

FOEMINAE ab omnibus officiis civilibus, vel publicis remotæ sunt, *L. 2. pr. de R. I.*

FOEMINAE nec Iudices esse possunt, nec Magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio intervenire, nec procuratores existere, *ib.*

FOEMINAS raptas, raptores habere non possunt, licet consensum parentum acceperint, *c. 11. q. 2. caus. 36.*

FOEMINA in casu necessitatis baptizare potest, *c. 4. q. 3. caus. 30.*

FOEMINA non est facta ad imaginem Dei, *c. 13. q. 5. caus. 33.*

FOEMINA in signum subjectionis debet habere caput velatum, in *pr. q. 3. caus. 15.*

FOEMINA succedit in feudo, pro quo servitium certum præstitum est, *II. F. 104.*

FOEMINA non succedit in feudo, quamdiu masculus superest, *II. F. 17.*

FOEMINAE non succedunt in feudis, *I. F. 3. §. 3. II. F. 150.*

Præ FOEMINA succedit masculus in feudo etiam fœmineo, *II. F. 51. c. 3.*

FOEMINAE habenti feudum non succedit maritus, nisi pacto, *I. F. 15.*

FOEMINAE datur juramentum contra Dominum, *II. F. 41.*

FOEMINAE in omnibus causis ut testes reprobantur usu Mediolanensi *II. F. 32.*

Conditio FOEMINARVM in multis juris nostri articulis deterior est quam masculorum, *L. 9. de statu homin.*

FOEMINAE pro aliis postulare non possunt, *L. 1. §. 5. de postulando.*

FOEMINAE virilibus officiis fungi non debent, *ib.*

FOEMINAE minores ad impetrandam veniam ætatis propter pudorem, & verecundiam non coguntur cœtui publico demonstrari, *L. 2. C. de his, qui veniam ætatis* &c.

FOEMINAE post duodecimum annum creduntur esse viri potentes, *pr. I. quibus modis tutela* &c.

FOEMINAE consulari vir consularis est præferendus, *L. 1. pr. de Senator.*

FOEMINAE consulares dicuntur consularium uxores, d. *L. 1. §. 1. eod.*

FOEMINAE nuptæ clarissimis personis, clarissimarum personarum appellatione continentur, *L. 8. eod.*

Clarissimarum FOEMINARVM nomine, Senatorum filiæ, nisi quæ viros Clarissimos sortitæ sunt, non habentur, *ib.*

FOEMINIS dignitatem clarissimam mariti tribuunt, parentes vero donec plebeji nuptiis fuerint copulatæ, *ibid.*

FOEMINA clarissima tamdiu est, quamdiu Senatori nupta est, vel clarissimo, aut separata ab eo, alii inferioris dignitatis non nupsit, *ib.*

FOEMINEVS, *a, m.*

In FOEMINEO feudo succedunt filiæ deficientibus masculis, *II. F. 30.*

FOEMINEVM feudum non transit in filias masculis extantibus, *ib.*

In FOEMINEO feudo succedunt filiæ omnibus masculis deficientibus, *II. F. 13.*

In FOEMINEO feudo non succedit foemina, quamdiu masculus superest, *II. F. 17. II. F. 104. §. 1.*

FOEMINEAE conditionis feudum admittit fœminas, *II. F. 11. II. F. 50.*

FOEMINEVM non est feudum pro foemina datum, *II. F. 17.*

FOENERATOR.

FOENERATOR est, qui plus, quam dedit,

dedit, expectat accipere, *c. 1. q. 3. caus. 14.*

FOENVS.

Ad exercendum FOENVS, nemo debet alienigenis locare domos, imo si sciant, jam talem conduxisse, debent expellere eos intra tres menses sub pœna excommunicationis, *c. 1. de usuris in 6.*

Qui FOENVS exercent, omnibus patrimonii intributionibus fungi debent, etsi possessionem non habeant, *L. 22. §. 7. ad municipal.*

FOETOR.

FOETOR & malus odor quando exiit de domo alicujus in viam publicam, potest agi contra eum interdicto, *ne quid in loco publico fiat, L. 2. §. 29. ne quid in loco publico* &c.

FONS.

FONS publicus ab initio, vel ex post facto publicus effectus, usui privatorum non applicatur etiam ex rescripto super hoc impetrato, *L. 9. C. de aquæductu XI.*

Antequam chrisma infundatur, ad aspergendum aquam de FONTE accipere licet, *c. 126. dist. 14. de cons.*

FORMA.

FORMA mutata prope interimitur substantia rei, *L. 9. §. 3. ad exhibend.*

FORMA verborum, quando est de substantia rei, ea omissa nihil agitur, *c. 1. X. de baptismo.*

FORMIDVLOSVS.

FORMIDVLOSI dicuntur illi, qui timent ea, quæ nulla suspicione sunt digna, *L. 22. pr. C. de jure deliber.*

FORMVLA.

Iuris FORMVLAE aucupatione syllabarum insidiantes cunctorum actibus radicitus amputentur, *L. 1. C. de formulis.*

FORNACARIVS.

Si FORNACARIVS (i. e. *pistor*) servus coloni ad fornacem obdormisset, & villa fuerit exusta, *Neratius* scribit, ex locato conventum præstare debere, si negligens in eligendis ministeriis fuit, *L. 27. §. 9. ad L. Aquil.*

FORNICARI.

Qui FORNICATVR, fornicationis causa uxorem suam dimittere non potest, *c. 1. q. 6. caus. 32.*

Repellitur uxor petens restitutionem mariti, si notorie FORNICATA est, & maritus continuit, *c. 4. X. de divortiis.*

Ex delectatione FORNICANDI varia gignuntur flagitia, quibus & Regnum, Dei clauditur, & homo à Deo separatur, *c. 15. pr. q. 7. caus. 32.*

FORNICATIO.

Sive vir ab uxore, sive uxor à viro FORNICATIONIS causa discesserit, alteram prohibetur habere, *c. 3. q. 7. caus. 32.*

Non solum de commissa FORNICATIONE peccatum regnat in homine, sed, si adhuc delectetur, atque animum teneat, procul dubio regnat, *c. 15. pr. ead.*

FORNICATIO carnis, adulterium est, *ibid.*

FORNICATIO animæ, Idolorum est servitus, *ibid.*

FORNICATIO spiritualis est, de qua Matth. 5. v. 28. Dominus ait: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo, ibid.*

Omnis immunda pollutio, FORNICATIO dicitur, quamvis quisque diversa turpitudinis voluptate prostituatur, *ibid.*

FORNICATIO nulli impune conceditur, *c. 20. q. 1. caus. 27.*

FORNICATIO non est diversa, sive persona, quæ cognoscitur, pulchra sit, sive turpis, *c. 4 q. 6 caus. 14.*

FORNICATOR

FORNICATOR (al. *Fornacator*, is est, qui

qui fornacem balnei caminumque succendit) instrumento balneario legato, continetur, *L. 14. de instructo vel instrumento legato.*

FORTITVDO.

FORTITVDO, quæ vel in bello tuetur à Barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus socios, plena justitiæ est, *c. 5. q. 3. caus. 23.*

Si quis FORTITVDINEM latronis, & piratæ, & furis enervat, infirmosque eos reddit, prodest illis sua infirmitas, *c. 6. ead.*

FORTITVDO sine justitia non est commendanda, *Nov. 69. praef.*

FORTVITVS, *a, m.*

FORTVITI casus apud Græcos exilio voluntario luebantur, *L. 16. §. 8. de pœnis.*

FORVM.

Heres sequitur FORVM defuncti, nec potest adversus id proprium privilegium allegare, *L. 19. pr. de judiciis.*

FORVM in loco contractus, seu ubi quisque contraxit, quisque sortitur, *L. 19. §. 1. eod.*

FORVM viator sortitur, ubi contraxit, *L. 19. §. 2. eod.*

FORVM sortitur quis ratione contractus celebrati per alium, *L. 19. §. 3. eod.*

FORO suo renunciare videtur quis incipiendo solvere, *L. 50. §. 2. eod.*

FORVM sortitur quis in persona sui manumissoris, licet de necessitate eum manumiserit, *L. 2. C. de municipib. X.*

Non nisi in FORO suo accusatus audiatur, *c. 2. q. 6. caus. 3.*

FORI exceptio dilatoria est, atque ideo in initio litis debet opponi, & probari, *ibid.*

Ad FORVM seculare principaliter pertinent causæ viduarum, *c. 11. X. de foro compet.*

Non nisi in FORO suo audiatur Clericus, *c. 48. q. 1. caus. 11.*

Ad FORVM seculare Clerici à Laicis trahi non debent, *c. 17. X. de judiciis.*

Ad FORVM ecclesiasticum causæ viduarum & miserabilium personarum spectant, *c. 26. X. de V. S.*

FORVM sortiuntur Laici coram Iudice Ecclesiastico ratione juramenti, *c. 3. de foro compet. in 6.*

FORVM feudale, *I. F. 18.*

FORVM *suarium.*

FORVM *suarium* (dicitur, in quo sues venduntur) sub *Praefecti Vrbi* cura erat, *L. 1. §. 11. de officio Praefecti urbi.*

FORVS.

FORVS est exercendarum litium locus à fundo dictus, sive à *Foroneo* Rege, qui primus Græcis legem dedit, *c. 10. X. de V. S.*

Constat FORVS causa, lege, & judicio, *ibid.*

FOSSA.

Si in confinio FOSSA sit, neque purgari vicinus patiatur eam partem, quæ tibi accedat, potes agere aquæ pluviæ arcendæ, *L. 2. §. 2. de aqua, & aqua pluv. arc.*

FOSSA vetus agrorum siccandorum causa est, cujus memoria non extat, quando facta est, *L. 2. §. 1. eod.*

Eam FOSSAM, ex qua ad inferiorem fundum aqua descendit, cogendus est vicinus purgare, sive extet fossæ memoria, sive non extet, *L. 2. §. 4. eod.*

FOSSAM potest quis facere agrorum siccandorum causa, nec tenetur aqua pluvia arcenda, etiamsi damnum contingat vicino, nisi fossas faceret animo nocendi vicino, *L. 1. §. 4. eod.*

Si FOSSA manu facta sit, per quam fluit publicum flumen, publica fit, *L. 1. §. 8. de fluminibus &c.*

Si FOSSAM quis fecerit in sylva publica, & bos meus in eam inciderit, potest

potest conveniri interdicto quod vi aut clam, *L. 7. §. 8. quod vi aut clam.*

Si FOSSAM miles transiluit, militia rejicitur, *L. 3. §. 18. de re militari.*

FOSSATUM.

Si à FOSSATO i. e. fossa miles recedit, capite puniendus est, *L. 3. §. 4. de re militari.*

FOVEA.

Qui FOVEAS, ursorum cervorumque capiendorum causa faciunt, si in itineribus fecerunt, eoque aliquid decidit, factumque deterius est, lege Aquilia obligati sunt, at si in aliis locis, ubi fieri solent, fecerunt, nihil tenentur, *L. 28. ad L. Aquiliam.*

FRAGILITAS.

Prætextu humanæ FRAGILITATIS delictum decipientis in periculo homines innoxium esse non debet, *L. 6. §. 7. de officio Præsidis.*

FRANGERE.

FRANGENS s. *effrangens* januam injuriæ causa, quamvis inde per alios res amotæ sint, non tenetur furti, nam maleficia voluntas & propositum delinquentis distinguit, *L. 53. pr. de furtis.*

FRATER.

FRATER est, & qui ex eadem matre tantum natus est, *L. 10. §. 6. de gradibus.*

Qui FRATER non est, si fraterna caritate diligitur, recte cum nomine suo sub appellatione *fratris* heres instituitur, *L. 58. §. 1. de heredib. instituend.*

FRATRES appellat Papa Patriarchas, Archi-Episcopos, &c. *c. 6. X. de crimine falsi.*

Uxor FRATRIS *fratrissa* potius, quam cognata vocatur; Mariti frater *levir* dicitur; duorum autem fratrum uxores vocantur *janitrices*, quasi eandem januam terentes, vel per eandem januam intrantes; Viri soror *glos* appellatur; Sororis autem vir non habet speciale nomen, nec uxoris frater, *c. 5. q. 5. caus. 35.*

Non licet FRATRIS relictam in uxorem accipere, & de facto ducta separanda est, nisi aliter Ecclesia dispenset, *c. 9. X. de divortiis.*

FRATER sponsam *fratris* post ejus mortem ducere non potest, *c. 11. q. 2. caus. 27.*

FRATER *fratris* sponsam corrumpens, licet à fratre postea dimissa fuerit, ducere hanc non potest, aliam tamen potest, & illa alii potest nubere, *c. 31. q. 2. caus. 27.*

FRATER illius, qui venenum emit, ut patri dares, si cognoverit tantum illud, nec patri indicaverit, relegandus est, *L. 2. de L. Pompeja de parricidiis.*

FRATER in fratris caput non potest torqueri, *L. 1. §. 10. de quæstion.*

FRATRES, vel sorores uterini ab inofficiosi actione contra testamentum fratris, vel sororis penitus arceantur, *L. 27. C. de inoff. testam.*

FRATRIS, vel sororis filii, patrui vel avunculi, amitæ etiam & materteræ testamentum inofficiosum frustra dicunt, *L. 21. C. eod.*

FRATER emancipatus non potest se excusare à fratris, vel sororis tutela, ob hoc, quod sit emancipatus, vel sub prætextu capitis diminutionis, *L. 4. C. de legit. tutela.*

FRATER emancipatus sicut vocatur ad legitimam hereditatem fratris, vel sororis, ita & ad sororum, vel fratrum, ac eorum filiorum tutelam vocatur, nisi justam causam excusationis habeat, *ibid.*

FRATRES emancipati vocantur ad successionem fratrum sororumve & ad tutelam, si minores illi sint, sive majores, furiosi tamen & prodigi,

L. 4. & *5. C. de Curatore furiosi & prodigi.*

FRATER *fratris* impuberis in potestate retenti est legitimus, & fiduciarius tutor ex mente, & verbis legum duodecim tabul. §. *un. I. de fiduciar. tutela.*

FRATRES & sorores ad successionem pariter admittuntur, *L. 1. C. de legitimis heredibus.*

FRATRES, sororesve ex uno latere, & eorum filii admittuntur ad successionem fratris vel sororis mortui deficientibus ascendentibus, & descendentibus & fratribus utrinque conjunctis & eorum filiis, *Auth. Post fratres* &c. *C. eod. Nov. 118. c. 3.*

FRATRES, & sorores utrinque conjuncti & eorum, qui ex his præmortui sunt filii reliquis agnatis & cognatis omnibus præferuntur, qui fratrum filii vocantur in stirpes, cum ascendentibus in gradu proximis, *Auth. Cessante, C. eod. Nov. 118. c. 2. §. 1.* & *Nov. 127. c. 1.*

FRATRUM filii cum pares sint defuncti fratribus, præferuntur procul dubio ejusdem defuncti patruis, & aliis similibus, *Auth. Post fratres. C. eod.*

Post FRATRES, fratrumve filios vocantur, quicunque gradu sunt proximiores, ut pares in gradu pariter admittantur, sublata differentia masculorum & fœminarum, *Auth. Post fratres. C. eod. Nov. 118. c. 3.*

FRATER jure consanguinitatis succedere potest, defunctis suis extantibus heredibus, & abstinentibus, vel repudiantibus hereditatem, *L. 6. C. eod.*

FRATER patris, h. e. patruus præfertur sorori matris, h. e. materteræ, *L. 7. C. eod.* Hodie non anteponitur, *Nov. 118.*

FRATER uterinus tanquam si consanguineus fuisset, admittitur ad successionem fratris cum legitimis fratribus & sororibus adjecto etiam gradu cognationis, *L. 15. §. 2. C. eod.*

FRATER emancipatus cum sorore in potestate existente ad successionem fratris emancipati pariter vocatur, *L. 1. C. communia de success.*

FRATRES ex utroque latere conjuncti præferuntur solis consanguineis & uterinis, *Auth. Itaque C. eod.*

Pro FRATRE suppresso fratri competit Legis Fabiæ accusatio, *L. 5. C. ad L. Fabiam de plagiariis.*

FRATER potest accusare fratrem, vel sororem de crimine levi, sed non de graviori, *L. 18. C. de his qui accusare.*

FRATER fratrem accusare volens de crimine capitali, non auditur, sed relegabitur in exilium, *L. 13. C. eod.*

Si duo FRATRES simul investiti fuerint de beneficio novo, & non de paterno, si unus eorum sine descendentibus masculini sexus mortuus fuerit, dominus succedit, non *frater, I. F. 14. §. 2.*

FRATER per pactum succedere potest, *ibid.*

Si FRATER meus alienaverit partem suam feudi, vel fecerit investiri filiam suam, si moriatur sine herede masculo, nihilominus revertitur ad me, *I. F. 8. §. 1.*

FRATER facto suo non potest mutare feudum in deterius, *II. F. 52. c. 2.*

Si duo FRATRES in heredes masculos & fœminas de beneficio investituram acceperint, altero decedente filia relicta, neptis cum patruo ad feudum venit, *II. F 90.*

FRATRUM filii cum fratribus in feudo succedunt, *II. F. 11.*

FRATRES primo inter collaterales in feudo succedunt, *ibid.*

FRATRES duo simul investiti, unus alteri non succedit, nisi ita pactum fuerit, *II. F. 12.*

FRA-

FRATRES si feudum pro masculis & fœminis acquisierint, filia unius admittitur in portione patris præ fratre, *II. F. 18.*

Si quis FRATREM suum occiderit, feudum amittit, *II. f. 24.* §. *f.* & *II. F. 37.*

Vasallus si FRATREM Domini sui interfecit, non amittit feudum, *II. F. 37.*

FRAUDARE.

Nemo videtur FRAUDARE eos, qui sciunt & consentiunt, *L. 145. de R. I.*

FRAUDANS mensuras & pondera, triginta diebus in pane & aqua pœnitere debet, *c. 2. X. de empt. & vendit.*

FRAUS.

Aliud FRAUS est, aliud pœna, *L. 131. pr. de V. S.*

FRAUS sine pœna esse potest, pœna sine fraude esse non potest, *ibid.*

FRAUS & ipsa noxa dicitur, quasi pœnæ quædam præparatio, *ibid.*

Generaliter, cum de FRAUDE disputatur, non quid habeat actor, sed quid per adversarium habere non poterit, considerandum est, *L. 78. de R. I.*

FRAUDIS interpretatio semper in jure civili non ex eventu duntaxat, sed ex consilio quoque desideratur, *L. 79. eod*

FRAUDEM facere non videtur creditoribus defunctus, qui eum servum manumittit, quem ex fideicommisso manumittere debet, *L. 55. de hered. inst.*

Nulla FRAUS, nec ullum malum ingenium inter Dominum & Vasallum intervenire debet, *II. F. 52. c. ult.*

FRAUS legi fit, ubi, quod fieri noluit, fieri autem vetuit, id fit, *L. 30. de LL.*

FRAUDEM facere non videtur, qui fraudem excludit, *L. 77. §. 31. de legat. 2.*

FRAUS dicitur fieri à liberto patrono, in damno pecuniario, non in affectione rei ratione vicinitatis, cœli, vel opportunitatis, *L. 1. §. 15. si quid in fraud. patroni* &c.

In FRAUDEM creditorum relicta libertas à testatore non competit, *L. 18. pr. qui & à quibus manum.*

Semper in FRAUDEM creditorum libertas datur ab eo, qui sciret se solvendo non esse, quamvis bene merenti dedisset hoc, *L. 23. eod.*

In FRAUDEM creditorum manumittitur, liberque esse prohibetur, sive dies solvendæ pecuniæ jam cessit, sive in diem, vel sub conditione sit debitum, *L. 27. pr. eod.*

In FRAUDEM facere is videtur, qui non facit, quod facere debet, *L. 4. quæ in fraudem creditorum* &c.

Filio delatam bonorum possessionem, patri ad FRAUDEM filii repudiare non licet, *L. 2. C. de repudianda bonorum poss.*

FRAUDI locus non debet relinqui, *c. 2. de rescript. in 6.*

FRAUDEM allegans, fraudem probare debet, *c. 20. X. de rescript.*

FRAUS & dolus alicui patrocinari non debent, *c. 16. X. eod.*

Quæ ex improviso, & casu potius, quam FRAUDE accidunt, fato plerumque, non noxæ imputantur, *c. 47. dist. 50.*

FRENUM,

FRENA & equestres sellæ, & balthei non possunt exornari margaritis, & smaragdis, & hiacinthis, sed bene aliis gemmis, & contra faciens punitur quinquaginta libris auri, *L. un. C. nulli licere in frenis* &c. *XI.*

FREQUENS.

Ea, quæ FREQUENTI prævaricatione iterantur, frequenti sententia condemnentur, *c. 1. X. de pœnis.*

FRIBUSCULUM.

FRIBUSCULUM, al. *friviusculum, frivusculum, frivolusculum*, & *friguscu-lum*,

lum, dicitur, cum ob subitariam iram conjuges recedunt, neque divortiunt, sed cessante *fribusculo*, iraque quiescente, revertuntur, & sic donatio inter illos facta valet, *L. 32. §. 12. de donat. inter vir. & uxor.*

FRIDRICVS
Imperator.

FRIDERICI Lex, *II. F. 3. §. 1.*

FRIDERICVS Princeps noster, cum Dux esset, *II. F. 100.*

FRIGIDITAS.

Ad FRIGIDITATEM probandam triennium datur à tempore celebrati conjugii, *c. 5. X. de frigid. & malefic.*

FRIGIDVS.

FRIGIDVM se simulans, si post dimissionem ducat alteram, debet redire ad priorem, *c. 1. X. eod.*

FRVCTVARIVS.

Cum FRVCTVARIVS paratus est ususmfructum derelinquere, non est cogendus domum reficere, in quibus casibus usufructuario hoc onus incumbit, *L. 64. de usufruct.*

FRVCTVARIO competit actio in rem adversus quemlibet possessorem, *L. 5. §. 1. si ususfructus petatur* &c.

FRVCTVARIO in rem confessoriam agenti fructus præstandi sunt, *L. 5. §. 6. eod.*

FRVCTVARIO competit interdictum possessorium de itinere, si triginta diebus, vel vicibus eo anno usus sit, *L. 2. §. 3. si servitus vindic.*

FRVCTVARIVS custodiam præstare debet, *L. 2. usufructuarius quemad. caveat.*

Si FRVCTVARIVS proprietatem assecutus fuerit, desinit fructus ad eum pertinere, *L. 4. eod.*

FRVCTVS.

FRVCTVS rei est vel pignori dare licere, *L. 72. de R. I.* & *L. 49. de usuris.*

FRVCTVS feudi creditor retinet, *II. F. 86.*

FRVCTVS si Vasallus nullo herede relicto ante Martium decesserit, Domino pertinent, ad quem devolvitur feudum, *II. F. 28. §. 3.*

FRVCTVS extantes, Vasallo, nullo in feudo herede relicto, mortuo, non ad Dominum, sed ad filias Vasalli pertinent, *II. F. 86.*

De FRVCTIBVS feudi quatenus debita defuncti solvantur, *II. F. 45.*

FRVCTVS feudi simul habitantium fratrum communes sunt, *II. F. 12.*

FRVCTVS omnes augent hereditatem, sive ante aditam, sive post aditam hereditatem accesserint, *L. 20. §. 3. de heredit. petit.*

Loco FRVCTVVM sunt mercedes à colonis acceptæ, *L. 29. eod.*

FRVCTVVM etiam loco sunt operæ servorum, vecturæ navium & jumentorum, *ibid.*

FRVCTVS intelliguntur deductis impensis, quæ quærendorum, cogendorum, conservandorumque eorum gratia fiunt, quod non solum in bonæ fidei possessoribus naturalis ratio expostulat, verum etiam in prædonibus, sicut *Sabino* quoque placuit, *L. 36. §. 5. eod.*

FRVCTVS suos prædo non facit, sed augent hereditatem, ideoque eorum quoque fructus præstabit, *L. 40. §. 1. eod.*

De FRVCTIBVS, quos percepit, vel culpa sua non percepit, tenetur malæ fidei possessor in judicio universali, & in singulari, *§. 2. de officio judicis.*

De FRVCTIBVS, quos percepit, & consumpsit, vel de his, quos non percepit, non tenetur bonæ fidei possessor, sed post litis contestationem tenetur de consumptis, & de his, quos culpa non percepit, *ibid.*

FRV-

FRVCTVVM vicem usuræ obtinent, & merito non debent à fructibus separari, *L. 34. de usuris* &c.

Pro FRVCTIBVS prædiorum urbanorum pensiones accipiuntur, *L. 36. eod.*

FRVCTVS an & quando in actionibus personalibus debeantur, *L. 38. pr. §. 1. & sqq. eod.*

FRVCTVS percipiendo uxor, vel vir ex re donata, suos facit, illos tamen, quos suis operis acquisierit, veluti serendo; nam si pomum decerpserit, vel ex sylva cædit, non fit ejus, sicuti nec cujuslibet bonæ fidei possessoris, quia non ex facto ejus is *fructus* nascitur, *L. 45. eod.*

Quod in FRVCTVS redigendos impensum est, non ambigitur ipsos *fructus* deminuere debere, *L. 46. eod.*

Hoc FRVCTVVM nomine continetur, quod justis sumptibus deductis superest, *L. 1. de fructibus & litium expens.*

Factus malæ fidei possessor per litem contestatam tenetur de FRVCTIBVS perceptis & de percipiendis, & vitium ejus transit in heredem, *L. 2. C. eod.*

FRVCTVS mala fide percepti sunt restituendi, non vero bona fide, *L. un. C. si dos constante matrim.*

Si pendentes FRVCTVS jam maturos reliquisset testator, fructuarius eos feret, si, die legati cedente, adhuc pendentes deprehendisset, nam & stantes fructus ad fructuarium pertinent, *L. 27. pr. de usufructu.*

FRVCTVS alii dicuntur percepti, alii percipiendi, *L. 33. de R. V.*

FRVCTVS civiles, i. e. mercedes & pensiones, rei vindicatione, ut naturales, peti possunt, *L. 62. pr. eod.*

FRVCTVS pendentes pars fundi videntur, *L. 44. eod.*

FRVCTVS percipiendi intelliguntur, qui à petitore percipi potuerunt, *L. 62. §. 1. eod.*

FRVCTVS percepti dicuntur, non solum quando perfecte sunt collecti, i. e. in horreis reconditi, sed etiam quando sunt cœpti, ita, ut terra continere se fructus desierint, *L. 78. eod.*

FRVCTVS debentur usque ad tempus illud, quo desierunt posse percipi, *L. 79. eod.*

In FRVCTV hominis homo esse non potest, *L. 68. pr. de usufructu.*

FRVCTVS fructuarii tunc fieri, cum eos perceperit, bonæ fidei autem possessoris, mox, quum à solo separati sint, *L. 13. quibus modis ususfruct.*

FRVCTVS sine usu esse non potest, sed usus potest esse sine fructu, *L. 14. §. 1. de usu & habitat.*

Si, FRVCTV legato, usus adimatur, *Aristo* scribit, nullam esse ademptionem, *ibid.*

FRVCTVS hominis in operis constitit, & retro, in *fructu* hominis operæ sunt, *L. 4. de operis servorum.*

Vt in cæteris rebus FRVCTVS, deductis necessariis impensis, intelligitur, ita & in operis servorum, *ibid.*

FRVCTVS appellatione continentur arundines, & sylva cædua, *L. 40. §. 4. de contrahenda empt.*

FRVCTVS percepti, vel vinum ex villa, non sunt villæ, *L. 17. §. 1. de A. E. V.*

FRVCTVS eos esse constat, qui deducta impensa supererunt, *L. 7. pr. soluto matrim.*

Illos FRVCTVS, quos mulier percepit, antequam nuberet, non in contributionem veniunt, *L. 7. §. 4. eod.*

De FRVCTIBVS percipiendis qui tenetur, tenetur ad eos, quos percipere potuit petitor, non ipse possessor tam in prædiis rusticis, vel in urbanis, quam in aliis quibuscunque, *L. 39. §. 1. de legatis 1.*

FRVCTVS aridi, (dicuntur frumentum, & oleum), *Auth. Ad hac. C. de usuris, Nov. 34. c. 1.*

FRVCTVS perceptos bonæ fidei possessor restituere non tenetur, *§. 35. de R. D.*

FRVCTVS consumptos malæ fidei possessor cogitur restituere, *ibid.*

In FRVCTV homo non est, *§. 37. eod.*

Omnes FRVCTVS rerum *natura* gratia hominis comparavit, *ibid.*

FRVCTVS non solum in finium regundorum, sed & familiæ ercifcundæ judicio, præteriti quoque temporis veniunt, *L. 56. v. famil. ercisc. L. 9. C. eod.*

Ex eo non debet quis FRVCTVM consequi, quod nisus extitit impugnare, *c. 38. de R. I. in 6.*

FRVCTVS alienari non possunt, nisi cum onere decimarum, *c. 28. X. de decimis.*

Si quis FRVCTVS alienos immisso pecore depavit, de damno dato tenetur, *c. 4. X. de injur.*

FRVGIS.

FRVGEM pro reditu appellari, non solum (*quod*) frumentis, aut leguminibus, verum & (*quod*) ex vino, silvis cæduis, cretifodinis, lapidicinis capitur, *L. 77. de V. S.*

Julianus scribit FRVGES omnes esse, quibus homo vescatur, falsum esse, non enim carnem, aut aves ferasve, aut poma fruges dici, *ibid.*

FRVMENTVM.

FRVMENTVM autem id esse, quod arista se teneat, recte *Gallum* definisse; lupinum vero & fabam fruges potius dici, quia non arista, sed siliqua continentur, quæ *Servius* apud *Alfenum* in frumento contineri putat, *L. 77. de V. S.*

Si quis FRVMENTVM meum effuderit in flumen, actione Aquiliæ tenetur, *L. 27. §. 19. ad L. Aquil.*

Si quis FRVMENTO arenam, vel aliud quid immiscuit, ut difficilis separatio sit, quasi de corrupto agi poterit, *L. 27. §. 20. eod.*

In FRVMENTO indebito soluto & bonitas est, & si consumpsit frumentum, pretium repetet, *L. 65. §. 6. de condict. indebiti.*

Cum FRVMENTVM deberetur, fidejussor Africum (*quod optimum est*) dedit, quod plus est, mandati judicio consequetur, *L. 50. §. 1. mandati* &c.

FRVMENTVM in alieno fundo, quem Titius bona fide mercatus fuerat, sevi, Titius bonæ fidei emptor perceptos fructus suos facit, *L. 25. §. 1. de usuris.*

Si in meo fundo FRVMENTVM tuum severim, segetes, & quod ex messibus collectum fuerit, meum fit, *ibid.*

FRVMENTVM excussum ex alienis spicis ejus est, cujus & spicæ fuerunt, *L. 7. §. 7. de A. R. D.*

FRVMENTA, quæ sata sunt, ea ratione intelliguntur cedere solo, qua ratione plantæ, quæ terra coalescunt, solo ceduntur, *L. 9. pr. eod.*

FRVMENTVM seminans in alieno bona fide habet exceptionem doli mali contra dominum soli petentem solum, nisi sibi reddiderit æstimationem seminis, *ibid.*

Si FRVMENTVM Titii *frumento* tuo mistum fuerit, si quidem ex voluntate vestra, commune est, *§. 28. de R. D.*

Si FRVMENTVM casu vel sine alterius voluntate mistum fuerit, non videtur commune esse, quia singula corpora in sua substantia durant, *ibid.*

FRVMENTVM civibus suis vendere vilius, quam annona exigit, non coguntur Decuriones, *L. 3. pr. de L. Iul. de annona.*

Cura FRVMENTI comparandi munus *personale* est, & ab eo ætas septuaginta

ginta annorum, vel numerus quinque incolumium liberorum excusat, *L. 3. §. 12. de muner. & honor.*

FRVMENTVM (*quod gratuito Constantinopoli præbetur à principe*) pro pane, populo præberi non oportet, sed integrum id quidem mancipibus, i. e. pistoribus dandum est, deinde populo panis coctus exhibendus, *L. 1. C. de frumento urbis Constant. XI.*

Ad FRVMENTI publici coëmptionem auri statuta erat Constantinopoli quantitas, ei rei perpetuo ita dicta destinataque, ut nefas esset etiam urbi Præfecto eam minuere vel in alios usus vertere, *L. 2. C. eod.*

FRVMENTVM vetus in horreis urbis conditum donec consumatur, non debet erogare novum, *L. 1. C. de conditis in publicis horreis. X.*

FRVMENTVM vel alias species in horreis publicis depositas nullus debet in suam utilitatem convertere, *L. 3. C. eod.*

FRVSTRA.

FRVSTRA dictio significat actum ipso jure nullum, *L. 7. de vulgari & pup. substit.*

FRVSTRATOR.

FRVSTRATOR dicitur ille, qui est in mora ex interpellatione, non ex delicto, *L. 19. de vi & vi armata.*

FRVSTRATORIVS, *a. m.*

FRVSTRATORIA appellatio non valet, *c. 61. X. de appellat.*

FVCARE.

FVCANDAE atque distrahendæ purpuræ, vel in serico, vel in lana, quæ blatta vel oxiblatta atque hyacinthina dicitur, facultatem nullus potest habere privatus, *L. 1. C. quæ res venire non possunt.*

FVCVS.

FVCVS (*Succus*) pertinet ad vectigal, *L. 16. §. 7. de public. & vectig.*

FVGA.

Per servum, qui in FVGA sit, nihil posse nos possidere, *Nerva* filius ait, *L. 1. §. 14. de acquir. vel amitt. poss.*

FVGAE nomen non solum consilii, sed & facti est, *L. 43. §. 1. de ædilit. edicto.*

FVGERE.

Si FVGERIT violator pacis à facie judicis, res ejus mobiles à judice in populum publicentur, & dispensentur, heredes autem sui hereditatem, quam ipse tenebat, sub certa conditione recipiant, *II. F. 27. pr.*

FVGIENTES ad sacrosanctas Ecclesias nemini licet abducere, *L. 2. C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt.*

FVGIENTES ad Ecclesiam extrahere non licet, *c. 6. dist. 87.*

FVGIENDI sunt honores, & *fugientibus* offerendi *c. 9. q. 1. caus. 8.*

FVGIT Christus à facie Herodis in Ægyptum, *c. 48. §. Hic autem. q. 1. caus. 7. Matth. 2. v. 14.*

FVGIT Paulus, qui à fratribus per murum submissus est in sporta, *ibid. Act. 9. v. 25.*

FVGITIVVS.

Quis sit FVGITIVVS, definit *Ofilius*, *L. 17. pr. de ædilitio edicto* &c.

FVGITIVVS est, qui extra domini domum fugæ causa, quo se à domino celaret, mansit, *ibid.*

FVGITIVVM, *Cælius ait*, esse eum, qui ea mente discedat, ne ad dominum redeat, tametsi, mutato consilio, ad eum revertatur, *L. 17. §. 1. eod.*

FVGITIVVM, *Cassius* scribit, esse, qui certo proposito dominum relinquat, *L. 17. §. 2. eod.*

FVGITIVVS magnus erro est, *L. 17. §. 14. eod.*

FVGITIVVS est, non is, qui solum consilium fugiendi à domino suscepit, licet id se facturum jactaverit, sed

qui ipso facto fugæ initium deduxerit, *L. 225. de V. S.*

FVGITIVVM & erronem non secundum propositionem solam, sed cum aliquo actu intelligi constat, *ibid.*

FVGITIVVS sententia sua fit suspectus, *L. 7. §. 2. de suspect. tutor.*

FVGITIVVS non est, confugiens ad asylum, vel si eo se conferat, quo solent venire, *L. 17. §. 12. de ædil. edicto.*

Non est FVGITIVVS, qui ad amicum domini deprecaturus confugit, *L. 43. §. 1. eod.*

FVGITIVVS est, qui persuasu alterius à domino recessit, licet id non fuerit facturus citra consilium ejus, qui persuasit, *L. 43. §. 2. eod.*

Qui FVGITIVO iter monstravit, furtum non committit, *L. 62. de furtis.*

FVLCINIVS.

FVLCINIVS Iurisperitus, *L. 79. pr. de V. S.*

FVLCIRE.

FVLCIENTI ædificium vetus novum opus nunciari non potest, hic enim non opus novum facit, sed veteri sustinendo remedium adhibet, *L. 1. §. 13. de operis novi nunciatione.*

FVLLO.

FVLLO vel sarcinator non pro custodia, sed pro arte mercedem accipiunt, & tamen custodiæ nomine ex locato tenentur, *L. 5. pr. nautæ, caupones,* &c.

FVLLONI competit actio, si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, *L. 2. pr. si quadrupes* &c.

Si FVLLO vestimenta lavanda conduxerit, deinde, amissis eis, domino pretium ex locato conventus, præstiterit, posteaque dominus invenerit vestimenta, contra dominum potest agere actione ex locato, vel condictione sine causa ad recuperandum solutum, *L. 2. de condictione sine causa.*

Si FVLLO vestimenta polienda acceperit, eaque mures roserint, ex locato tenetur, quia debuit ab hac re cavere, *L. 13. §. 6. locati* &c.

Si FVLLO pallium permutaverit, & alii alterius dederit, ex locato actione tenebitur, etiamsi ignarus fecerit, *ibid.*

Si FVLLO aut sarcinator vestimenta perdiderit, eoque nomine satisfecerit, necesse est domino vindicationem eorum & condictionem cedere, *L. 25. §. 8. eod.*

FVLLO, qui curanda, polienda vestimenta accepit, semper agit, præstare enim custodiam debet, si autem solvendo non est, ad dominum actio redit, nam qui non habet quod perdat, ejus periculo nihil est, *L. 12. pr. de furtis.*

FVLLO & sarcinator, qui polienda vel sarcienda vestimenta accepit, si forte his utatur, ex contrectatione eorum furtum fecisse videtur, quia non in eam causam ab eo videntur accepta, *L. 82. pr. eod.*

Si FVLLONI polienda curandave vestimenta quis dederit, nulla statim mercede constituta, sed postea tantum daturus, quantum inter eos convenerit, non proprie locatio & conductio contrahi intelligitur, sed contractus innominatus, *§. 1. de locatione conduct.*

FVMVS.

FVMVM immittere non potest dominus inferioris domus in superiorem, ita ut dominus superioris partis cogatur fumum recipere, nisi servitus sit constituta, *L. 8. §. 5. si servitus vindic.*

FVMVM non gravem, quod liceat sibi in suo facere, pacisci non potest, cum jure communi hoc concedatur, *L. 8. §. 6. eod.*

FVNCTIO.

Si quis pro publicis FVNCTIONIBVS,

quæ flagitantur, aliquo se defendere tentet munimine, adeat judicem, & promat, quæ duxerit afferenda, *L. 2. C. de offi in civilium judicum.*

FVNDATIO.

Sola FVNDATIONE s. constructione Ecclesiæ facta de consensu Episcopi acquiritur jus patronatus, *c. 25. X. de jure patronatus.*

FVNDATOR.

FVNDATOR Ecclesiæ tenetur eam dotare, *c. 8. X. de consecrat. Eccles.*

FVNDATORES Ecclesiarum, si inopes cœperint esse, ab eisdem alimenta accipiant, *c. 30. q. 7. caus. 16.*

FVNDATORES Ecclesiarum Ordinandos in eis Episcopo offerant, *c. 32. ead.*

FVNDVS.

Recte dicimus eum FVNDVM totum nostrum esse, etiam cum ususfructus alienus est, *L. 25. pr. de V. S.*

FVNDVS integrum aliquid est, *L. 60. pr. eod.*

FVNDVS habet suos fines, *L. 60. §. 2. eod.*

Quælibet portio FVNDI, potest fundus dici, *L. 60. pr. eod.*

Quæstio est, FVNDVS à possessione, vel agro, vel prædio quid distet, *L. 115. eod.*

FVNDVS est omne, quidquid solo tenetur, *ibid.*

Si, cum FVNDVM tibi darem, legem ita dixi: *Uti optimus maximusque esset*: Et adjeci: *Ius fundi deterius factum non esse per dominum, præstabitur:* Amplius eo præstabitur nihil, *L. 126. eod.*

Qui FVNDVM vendidit, pomum recepit, nuces, & ficos, & uvas duntaxat duracinas & purpureas, & quæ ejus generis essent, quas non vini causa haberemus, recepta videri, *L. 205. eod.*

FVNDI appellatione omne ædificium & omnis ager continetur, *L. 211. eod.*

FVNDVS pupillaris autoritate Magistratus distrahi & pignori dari potest, *L. 3. §. 1. de rebus eorum, qui sub tut.*

Si FVNDVS pupillaris à tutore petitus sit, nec restituatur, & litis æstimatio oblata, parit alienationem, *L. 3. §. 2. eod.*

FVNDO pupilli vel adolescentis servitus imponi non potest, *L. 3. §. 5. eod.*

FVNDVM bona fide à pupillo emptum tutor alienare non potest, *L. 5. §. 2. eod.*

FVNDVM pupillo pignoratum tutor vendere potest, *L. 5. §. 3. eod.*

Si FVNDVM parens, vel alius, cui pupillus successerit, vendidit, eum potest sine Magistratus autoritate reddere, *L. 5. §. 6. & 7. eod.*

FVNDVM dotalem si legaverit miles, non erit ratum legatum, *L. 16. de testam. milit.*

Si FVNDVS municipum vectigalis ipsis municipibus sit legatus, legatum valet, *L. 71. §. 5. de legat. 1.*

Si ex FVNDO meo summa terra sublata, & alia regesta esset, idcirco meum solum non desinit esse, non magis, quam stercorato agro, *L. 24. §. 2. quib. mod. ususfr. vel usus amitt.*

FVNDVS, in quo est locus religiosus, venit in judicium divisorium loco religioso excepto, *L. 30. famil. ercisc.*

Si FVNDVS cum instrumento legatus est, sive instructus, duo legata intelliguntur, *L. 1. pr. de instructo vel inst. leg.*

FVNDO cum instrumento legato & alienato, instrumentum non vindicabitur ex sententia defuncti, *L. 1. §. 1. eod.*

Si cui FVNDVM & instrumentum ejus legare vis, nihil interest, quomodo leges: *Fundum cum instrumento*, an *Fundum & instrumentum*, *L. 5. eod.*

benti filium defunctum in potestate, *L. 21. eod.*

Si quis FVNERAVERIT patremfamilias, credens se heredem, ex hac justa causa habet actionem funerariam, quamvis non fecerit animo alium obligandi, nec gerens quasi alienum negotium, *L. 14. §. 11. eod.*

FVNERANS testatorem ille, cui testator mandavit, habet contra heredem actionem funerariam, etiamsi funeraverit prohibente herede, *L. 14. §. 13. eod.*

FVNERANS filiamfam. antequam dos patri reddatur, cum ejus marito funeraria recte potest agere, maritus tamen eo minus dotem restituit patri mulieris, *L. 29. §. 1. eod.*

FVNERANS filiumfam. militem habet funerariam prius contra successores ejus, qui successerunt ex testamento in peculio castrensi, sed si nullos successores habuit, tunc habet contra ejus patrem, *L. 31. pr. eod.*

FVNVS.

Si cui FVNERIS sui curam testator mandaverit, & ille, accepta pecunia, funus non duxerit, de dolo actionem in eum dandam *Mela* scripsit, *L. 14. §. 2. de religios.*

FVNERIS hæ sunt impensæ, elatio mortui, loci sepulturæ pretium, delatio mortui ex peregrino loco, cadaveris custodia, vestitus, arca, depositio, *L. 14. §. 3. & 4. eod.*

FVNVS, & sepultura filii æs alienum patris est, *L. 19. de in rem verso.*

FVNVS eum facere oportet, quem decedens eligit, sed, si ille non fecit, nulla est hujus rei pœna, nisi aliquid pro hoc emolumentum ei relictum est, tunc enim, si non paruerit voluntati defuncti, ab hoc repellitur, *L. 12. §. 4. de religiosis.*

De FVNERE sibi faciendo si defunctus nihil cavit, nec ulli delegatum id munus est, scriptos heredes ea res contingit, si nemo scriptus est, legitimos, vel cognatos quosque suo ordine, quo succedunt, *ib.*

Sumptus FVNERIS arbitrantur pro facultatibus, vel dignitate defuncti, *L. 12. §. 5. eod.*

Ad FVNVS sumptus Prætor, vel Magistratus municipalis decernere debet, si quidem est pecunia in hereditate, ex pecunia, si non est, distrahere debet ea, quæ tempore peritura sunt, quorum retentio onerat hereditatem, si minus, si quid auri, argentique fuerit, distrahi, aut pignorari jubebit, ut pecunia expediatur, vel à debitoribus, si facile exigi possit, *L. 12. §. 6. L. 13. eod.*

FVNERIS sumptus fieri debent ex dignitate defuncti, ex causa, ex tempore, & ex bona fide, ut neque plus imputetur sumptus nomine, quam factum est, neque tantum, quantum factum est, si immodice factum est, *L. 14. §. 6. eod.*

FVNERIS impensam & patronus, qui bonorum possessionem petit contra tabulas, præstat, *L. 15. eod.*

FVNERIS. impensa, æs alienum dotis est, *L. 18. eod.*

FVNERIS sumptus accipitur, quidquid corporis causa, veluti unguentorum, erogatum est, & pretium loci, in quo defunctus humatus est, & si qua vectigalia sunt, vel sarcophagi, & vectura, & quidquid corporis causa, antequam sepeliatur, consumptum est, funeris impensa est, *L. 37. pr. eod.*

Si FVNVS possessor hereditatis fecerit, deinde victus in restitutione non deduxerit, quod impenderit, utilis ei funeraria competit, *L. 32. eod.*

Impensa FVNERIS semper ex hereditate deducitur, quæ etiam omne creditum

ditum solet præcedere, cum bona solvendo non sint, *L. 45. eod.*

FVNERIS sumptus non recuperat quis, si fecit eos pietatis gratia, & non animo repetendi, *L. 14. §. 7. eod.*

FVNERIS impensa statim repetitur non expectata dilatione legali, *L. 60. soluto matr.*

FVR.

FVREM non facit necessitas, sed voluntas, *c. 26. dist. 5. de consecrat.*

Qui dicit, FVREM non esse, de hominis proposito loquitur (i. e. *moribus & affectione*), *L. 174. de V. S.*

FVR occultus potest post restitutionem & pœnitentiam ad sacros ordines promoveri, *c. 5. X. de furtis.*

Non indicans FVREM propter lucrum, quod ab eo consequitur, reus peccati est, *c. 4. X. eod.*

FVRIBVS & latronibus in peccato obeuntibus Sacramenta Ecclesiastica deneganda sunt, secus si in morte eos pœnituit, *c. 2. X. eod.*

FVRI de patibulo suspenso, non deneganda sepultura, *c. 30. q. 2. cauf. 13.*

FVRES ad accusationem, vel ad testimonium non sunt admittendi, quia infames sunt, & juste repellendi, vox enim eorum funesta est, *c. 9. q. 5. cauf. 3.*

FVRES vocantur, qui occulte & sine armis hujusmodi delinquunt, qui autem violenter aggrediuntur aut cum armis, aut sine armis, aut in domibus, aut in itineribus, aut in mari, pœnis legalibus subjiciantur, *Auth. Sed novo &c. C. de servis fugitivis* &c.

FVREM sola cogitatio furti faciendi non facit, *L. 1. §. 1. de furtis.*

FVR manifestus est, quem Græci *ἐπ' αὐτοφώρῳ* appellant, h. e. eum, qui deprehenditur cum furto, *L. 3. pr. eod. §. 3. de oblígat. quæ ex delicto* &c.

Si quid FVR fregerit, aut ruperit, quod non etiam furandi causa contrectaverit, ejus nomine cum eo furti agere non potest, *L. 22. pr. eod.*

Qui lancem rasit, totius FVR est, & furti tenetur ad id, quod domini interest, d. *L. 22. §. 2. eod.*

FVR non est, qui servo persuasit, ut fugeret, *L. 36. pr. eod.*

Qui FVREM novit, sive indicet eum, sive non indicet, fur non est, cum multum intersit, *furem* quis celet, an non indicet, qui novit, furti non tenetur, qui celat, hoc ipso tenetur, *L. 48. §. 1. eod.*

FVR non est, qui putavit se domini voluntate rem attingere, *L. 46. §. 7 eod.*

Is FVR est, qui adtrectavit, quod invito domino se facere scivit, *ib.*

Cum FVR rem furtivam vendidisset, eique nummos pretii dominus rei per vim extorsit, furtum nummorum facit, *L. 48. §. 7. eod.*

FVR est, si quis cretæ fodiundæ causa specum fecisset, & cretam abstulisset, non quia fodisset, sed quia abstulisset, *L. 57. eod.*

FVR manifestus non est, si rem furtivam pertulit, quo destinavit, tametsi deprehendatur cum re, *L. 5. §. 1. eod.*

FVR improbus dicitur, qui rem alienam vi rapit, *pr. Inst. de vi bon. rapt.*

FVR manifestus est non solum is, qui in ipso furto deprehenditur, sed etiam is, qui in eo loco deprehenditur, quo furtum fit; veluti qui in domo furtum fecit, & nondum egressus januam deprehensus fuerit; & qui in oliveto olivarum, aut in vineto uvarum furtum fecit, quamdiu in eo oliveto aut vineto deprehensus

sus fuerit, §. 3 *de obligation. quæ ex delicto* &c.

FVRES balnearii extra ordinem, causa cognita, puniuntur, usque ad pœnam operis publici temporatii, non ultra, *L. 1. de furibus balnear.*

De FVRIBVS nocturnis extra ordinem cognoscendum est, & puniuntur causa cognita usque ad pœnam operis publici temporarii, non ultra, *ibid.*

FVREM interdiu deprehensum non aliter occidere Lex XII. tabular. permisit, quam si telo se defendat, *L. 54. §. 2. de furtis.*

FVREM celans tenetur furti, *L. 48.* §. *1. eod.*

FVR semper moram facere videtur, *L. 8. §. 1. de condict. furt.*

FVR deteriorem rem factam dando non liberatur, *ibid.*

FVR tenetur ante oblationem ad damnum interemptæ rei furtivæ, *L. 2. C. de condict. furtiva.*

FVR si transegerit cum domino super furto, dominus non potest agere actione furti, *L. 13. C. de furto* &c.

FVR si non transegerit cum domino super furto, sed dederit tantum partem de sublatis, residuum potest dominus vindicare, condicere, & actione furti agere, *ibid.*

FVREM nocturnum si quis occiderit, ita demum impune feret, si parcere ei sine periculo suo non potuit, *L. 9. ad L. Cornel. de sicariis* &c.

FVR bove surrepto, & occiso tenetur condictione furtiva ad bovem & etiam ad corium, & ad carnem, si postea contrectet corium & carnem, ita tamen, quod si præstiterit æstimationem bovis, habeat exceptionem contra dominum agentem ad corium, sed si prius pretium corii, vel carnis præstitit, tantum minus postea præstat de bovis æstimatione, *L. 14. §. 2. de condict. furt.*

FVR tenetur pluribus actionibus, puta condictione furtiva, rei vindicatione, &c. *§. 14. de A.*

FVRARI.

FVRARI non licet pecuniam ex re furtiva redactam, *L. 38. §. 2. de noxal. action.*

FVRARI totum proponens si partem furatus est, tenetur furti nomine partis tantum, & non totius, si totum tollere non potuit, secus si potuit, *L. 21. §. 8. de furtis.*

Qui FVRANDI animo in aliena cœnacula se dirigunt, plus quam fures puniendi sunt, *L. 7. de extraordin. crimin.*

Si quis FVRATVS fuerit ex metallis Cæsarianis aurum, argentumve, exilio vel metallo, prout dignitas personæ, punitur, *L. 6. §. 2. ad L. Iul. peculatus.*

Qui aliquid de Ecclesia FVRATVR, Iudæ perdito comparatur, *c. 3. q. 4. caus. 23.*

FVRANDI mens attenditur, non res furto ablata, *c. 4. q. 6. caus. 14.*

FVRANS saccum cum pecunia potest conveniri actione furti, etiam sacci nomine, quamvis non fuerit ei animus sacci surripiendi, *c. 45. dist. 50.*

Si quis propter necessitatem famis, aut nuditatis FVRATVS fuerit cibaria, vestem, vel pecus, pœniteat hebdomadas tres, & si reddiderit, non cogatur jejunare, *c. 3. X. de furtis.*

Qui FVRATVR hominem & vendiderit eum, convictus noxæ, morte moriatur, *c. 1. X. eod.*

FVRERE.

Qui post Sacerdotium FVRERE inceperit, Sacerdotio non carebit, nisi forte numquam ad sanæ mentis officium illum redire contingat, *c. 13. §. 1. q. 1. caus. 15.*

Qui FVRERE cœpit, & statum, & dignitatem, in qua fuit, & magistratum,

tum, & potestatem videtur retinere, sicut rei suæ dominium retinet, *L. 20. de statu homin.*

Si FVRERE cœperint maritus vel uxor constante matrimonio, quid faciendum sit, *L. 22 §. 7. soluto matr.*

FVRIOSVS.

FVRIOSI vel ejus, cui bonis interdictum sit, nulla voluntas est, *L. 40. de R. I. L. 47. de acquir. hered.*

FVRIOSVS absentis loco est, *L. 124. §. 1. de R. I.*

FVRIOSI filius potest sine patris interventu matrimonium sibi copulare, *pr. inst. de N.*

FVRIOSVS tutor esse nequit, §. *2. qui testam. tutor.*

FVRIOSI mente carent, *§. 1. quibus non est permiss. fac. testam.*

FVRIOSI sensum (sc. *animi*) non habent, *L. 22. §. 7. soluto matr.*

FVRIOSVS matrimonium contrahere non potest, *c. 24. X. de sponsalib.*

Si FVRIOSVS, aut infans, seu dormiens, hominem mutilet, vel occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit, *Clement. c. un. de homicidio voluntario.*

Res FVRIOSI alienari ab ejus agnato tutore non possunt, sicut nec res pupilli, *L. 2. C. de curatore furiosi* &c.

Cum FVRIOSVS, quem morbus detinet perpetuus, in sacris parentis sui constitutus est, indubitate curatorem habere non potest, *L. 7. C. eod.*

FVRIOSVS & pupillus sine tutoris autoritate non potest incipere possidere, quia affectionem tenendi non habent, licet maxime corpore suo rem contingant, sicuti si quis dormienti aliquid in manu ponat, *L. 1. §. 3. de acquir. vel amitt. possess.*

Ex causa peculiari FVRIOSVS acquirit possessionem, & usucapit, *L. 1. §. 5. eod.*

FVRIOSVS æquiparatur ignoranti, *L. 4. de divortiis.*

FVRIOSI status omnis, & habitus à pupilli conditione non multum abhorret, *L. 7. §. 11. quibus ex causis in possess.*

FVRIOSIS, si non possint per necessarias contineri, eo remedio per Præsidem obviam eundum est, scilicet, ut carcere contineantur, *L. 13. §. 1. de officio Præsidis.*

FVRIOSI & dementis filii, cujuscunque sexus sint, nuptias contrahere possunt, dotem constituere, & donare propter nuptias, curatore & judice adhibitis, *L. 25. C. de nuptiis. L. 28. C. de episcopali audient.*

FVRIOSVS habetur pro consentiente eo casu, quo, si fuisset sanæ mentis, non habuisset causam contradicendi, alias secus, *L. 2. §. 2. soluto matrim.*

FVRIOSVM sive stipulatur, sive promittat, nihil agere, natura manifestum est, *L. 1. §. 12. de O. & A.*

In FVRIOSVM actio commodati non datur, sed ad exhibendum adversus eum dabitur, ut res exhibita vindicetur, *L. 2. commodati vel contra.*

In FVRIOSI curatorem actio de peculio datur, *L. 3. §. 4. de peculio.*

FVRIOSVS si hominem occiderit, lege Cornelia non tenetur, cum fati infelicitas eum excusat, *L. 12. ad L. Cornel. de sicar.*

Quod FVRIOSVS possessor perdidit, vel corrupit, impunitum est, *L. 69. de R. V.*

FVRIOSVS si damnum dederit, quia in eo culpa non est, non tenetur, *L. 5. §. 2. ad L. Aquil.*

FVRIOSVS acquirere sibi commodum hereditatis ex testamento non potest, nisi si necessarius patri aut domino heres existat, per alium autem acquiri ei potest, veluti per servum, vel

vel eum, quem in potestate habet, *L. 63. de acquir. vel amitt. poss.*

FVRIOSVS habet potestatem in liberos ante, vel post furorem natoss, *L. 8. pr. de his, qui sunt sui* &c.

Si à FVRIOSO, cum eum compotem mentis esse putarem, pecuniam quasi mutuam acceperim, eaque in rem meam versa fuerit, condictio *furioso* acquiritur, *L. 24. pr. de O. & A.*

FVRIOSO acquiritur actio ex stipulatu, quando servus *furiosi* stipulatur, *ib.*

Si FVRIOSI vel infantis servo res tradita sit, usu per eum eas personas capere posse constat, *L. 28. de usurpat. & usucapion.*

FVRIOSVS non potest esse testis, cum compos mentis non sit, *L. 20. §. 4. qui testamenta facere possunt* &c.

FVRIOSVS habens intermissionem eo tempore adhiberi potest testis ad testamentum, *ib.*

FVRIOSVS non intelligitur codicillos facere, qui nec aliud quicquam agere intelligitur, cum per omnia, & in omnibus, absentis vel quiescentis loco habeatur, *L. 2. §. 3. de jure codicillor.*

Si FVRIOSVS testamento tutor detur, siquidem *cum furere desierit*, tutor recte datur, *L. 10. §. 3. de testament. tut.*

FVRIOSI curator nullo modo libertatem præstare potest, quod ea res ex administratione non est, *L. 17. de curatoribus furioso* &c.

FVRNVS.

FVRNVM juxta parietem communem habens tenetur actione in factum, si paries exustus est, & antequam damnum detur, cogi potest dominus *furni* dare cautionem damni infecti, *L. 27. §. 10. ad L. Aquil.*

FVROR.

FVROR quin sponsalibus impedimento sit, plusquam manifestum est, sed postea interveniens sponsalia non infirmat, *L. 11. de spons.*

In FVRORE aut dementia constitutus Prætor aut Præses provinciæ tutorem dare non potest, *L. 8. §. 1. de tutoribus & curator. datis.*

FVROR administrationem tollit, non dignitatem, *ib.*

FVROR superveniens revocat mandatum, *L. 47. de acquir. hered.*

Nullo FVRORE Rectores in dictandis sententiis ducantur, *c. 70. q. 3. caus. 11.*

FVROR non debet dominari in Præpositis, sed ratio, *c. 67. ead.*

Quod FVRORE promulgatum est, ratio debet corrigere, *c. 69. ead.*

FVRTIVVS, *a, m.*

Si rem FVRTIVAM imprudens quis emerit, & ei subrepta, habebit furti actionem, *L. 52. §. 10. de furtis.*

Si ex causa FVRTIVA condicatur servus, id venit in condictionem, quod intersit agentis, *L. 3. de condict. furtiva.*

Ex FVRTIVA causa filiofamilias condici potest, *L. 5. eod.*

In re FVRTIVA condictio ipsorum corporum competit, *L. 8. pr. eod.*

Si ex causa FVRTIVA res condicatur, ejus temporis æstimatio fit, quo res unquam plurimi fuit, *L. 8. §. 1. eod.*

Si FVRTIVAM rem dominus pure legaverit furi, heres ei condicere non potest, *L. 10. §. 3. eod.*

FVRTIVAE res, & quæ vi possessæ sunt, usucapi non possunt, licet longo tempore bona fide possessæ fuerint, *§. 2. de usucapion.*

FVRTIVARVM rerum usucapionem Lex XII. tabularum, & Lex Atilia prohibent, *ibid.*

FVRTIVA res, vel vi possessa usucapi potest, veluti si in domini potestatem reversa fuerit, tunc enim vitio

se

rei purgaio, procedit ejus usucapio, *§. 8. eod.*

FVRTIVVM non est, quod sciente domino inclusum est, *L. 63. de donat. inter vir. & uxor.*

FVRTIVVM non est pretium redactum ex re furtiva, *L. 48. §. 7. de furtis.*

Licet res FVRTIVA fuerit extincta, tamen furti remanet actio adversus furem, *L. 46. pr. eod.*

Si FVRTIVA res ad dominum rediit, & iterum contrectata est, competit alia furti actio, *L. 46. §. 9. eod.*

FVRTIVAM rem perferendam scienter accipiens si deprehendatur, ipse duntaxat fur manifestus est, secus si ignorabat, *L. 35. eod.*

Si FVRTIVA res, vel vi possessa ad dominum ignorantem pervenerit, non videtur in potestatem domini reversa, & ideo nec usucapio sequitur, si post talem domini possessionem bona fide ementi vendiderit, *L. 86. eod.*

FVRTIVA usurpatio præjudicium non generat, *c. 22. dist. 93.*

FVRTIVAE res non possunt usucapi ab emptoribus, ut vitiosæ, sed domino & ejus heredi restitui debent, *L. 10. C. de furtis.*

FVRTIVAS res ablatas à servo in custodia recipiens tenetur non solum condictione furtiva, sed etiam pœnali furti actione, *L. 14. C. eod.*

FVRTVM.

FVRTVM est contrectatio rei fraudulosa lucrifaciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus, possessionisve, quod lege naturali prohibitum est admittere, *L. 1. pr. de furtis. §. 1. de oblig. quæ ex delicto nasc.*

FVRTVM à furvo, i. e. nigro, dictum *Labeo* ait, quod clam & obscuro fiat, & plerumque nocte; vel à fraude, ut *Sabinus* ait; vel à ferendo, & auferendo; vel à Græco sermone, qui φῶρας appellant fures; imo & Græci ἀπὸ τοῦ φέρειν, i. e. à *ferendo* φῶρας dixerunt, *ibid.* & §. *2. eod.*

Non statim FVRTI tenetur, qui depositum abnegat, sed ita si intercipiendi causa occultaverit, *L. 1. §. 2. eod.*

FVRTORVM genera duo sunt, manifestum, & nec manifestum, *L. 2. eod.* §. *3. eod.*

FVRTVM conceptum & oblatum, species potius actionis sunt furto cohærentes, quam genera furtorum, *§. 3. eod.*

Conceptum FVRTVM dicitur, cum apud aliquem testibus præsentibus furtiva res quæsita & inventa sit, nam in eum propria actio constituta est, quamvis fur non sit, quæ appellatur concepti, §. *4. eod.*

Oblatum FVRTVM dicitur, cum res furtiva ab aliquo tibi oblata sit, eaque apud te concepta sit, utique si ea mente tibi data fuerit, ut apud te potius, quam apud eum, qui dedit, conciperetur, nam tibi, apud quem concepta sit, propria adversus eum, qui obtulit, quamvis fur non sit, constituta est actio, quæ appellatur oblati, *§. 4. eod.*

FVRTVM, quod manifestum non est, id nec manifestum dicitur, *§. 3. eod.* & *L. 8. eod.*

FVRTI manifesti pœna quadrupli est, tam ex servi, quam ex liberi persona, nec manifesti, dupli, §. *5. eod.*

FVRTVM autem fit, non solum cum quis intercipiendi causa rem alienam amovet, sed generaliter cum quis alienam rem invito domino contrectat, *§. 6. eod.*

FVRTVM natura turpe est, *L. 42. de V. S.*

FVRTVM sine affectu furandi non committitur, *§. 7. eod.*

FVRTVM committit, qui rebus commoda-

modatis aliter utitur, quam utendas accepit, *ibid.*

FVRTVM non fit, si credat quis invito domino se rem commodatam sibi contrectare, domino autem volente id fit, *§. 8. eod.*

FVRTVM interdum liberorum hominum fit, veluti si quis liberorum nostrorum, qui in potestate nostra sunt, subreptus fuerit, *§. 9. eod.*

FVRTVM suæ rei quis committere potest, veluti si debitor rem, quam creditori pignoris causa dedit, subtraxerit, *§. 10. eod.*

Interdum FVRTI tenetur, qui ipse furtum non fecit, qualis est is, cujus ope & consilio *furtum* factum est, *§. 11. eod.*

FVRTVM committit, qui aurum dedit, deinde cum dixisset se ponderare, aut obsignare velle, æs subjecit, rem enim pignori datam intervertit, *L. 20. pr. de furtis.*

FVRTVM non fit, cum æs pignori datur, & aurum esse dicitur, sed turpiter fit, *ibid.*

Qui FVRTI faciendi causa conclave intravit, nondum fur est, quamvis furandi causa intravit, *L. 21. §. 7. eod.*

Si quis ex acervo frumenti modium sustulit, totius rei FVRTVM non facit, sed ejus tantum, quod abstulit, dissentiunt *Ofilius* & *Trebatius*, *L. 21. pr. eod.*

Impuberem FVRTVM facere posse, si jam doli capax sit, *Iulianus* libro XXII. Digestorum scripsit, *L. 23. eod.*

Immobilis rei nomine FVRTI agi non potest, *L. 25. pr. eod.*

Abolita est quorundam veterum, sc. *Masurii*, *Sabini*, *Bruti*, *Manilii*, & *Labeonis* sententia existimantium, etiam fundi locive furtum fieri, *L. 38. de usurpat. & usucap. L. 25. pr. de furtis.*

Si ope impuberis FVRTVM factum fuerit, ille non tenetur, *L. 23. de furtis.*

Qui tabulas vel cautiones amovet, FVRTI tenetur non tantum pretii ipsarum tabularum, verum ejus, quod interfuit, *L. 27. pr. eod.*

FVRTVM facit tutor, si furandi animo aliquid amoverit, nec res usucapi potest, *L. 33. eod.*

Is, qui opem FVRTVM facienti fert, nunquam manifestus sc. fur est, *L. 34. eod.*

FVRTVM non facit, qui alicui malum consilium furandi dedit, non magis, quam si ei persuasit, ut se præcipitet, aut manus sibi inferret, *L. 36. pr. eod.*

Is FVRTI tenetur, qui alicui fugam persuasit, ut ab alio subripiatur, quasi ope, consilio ejus furtum factum sit, *ibid.*

Is, qui filio, vel servo, vel uxori opem fert, FVRTVM facientibus, *furti* tenetur, *L. 36. §. 1. eod.*

Si quis meretricem alienam ancillam rapuit vel celavit, FVRTVM non est, nec enim factum quæritur, sed causa faciendi, causa autem faciendi libido fuit, non *furtum*, *L. 39. eod.*

FVRTVM facit, qui jumenta sibi commodata longius duxerit, alienave re invito domino usus sit, *L. 40. eod.*

FVRTVM facit falsus creditor (h. e. is, qui se simulat creditorem), si quid acceperit, *L. 43. §. 1. eod.*

Qui alienum quid jacens, lucri faciendi causa sustulit, FVRTI obstringitur, sive scit, cujus sit, sive ignoravit, nihil enim ad *furtum* minuendum facit, quod, cujus sit, ignoret, *L. 43. §. 4. eod.*

Quod si dominus id derelinquit, FVRTVM non fit ejus, etiam si ego furandi

randi animum habuero, *L. 43. §. 5. eod.*

FVRTVM non fit, nisi sit, cui fiat, *ib.*

FVRTVM in proposito nulli fit, *ibid.*

FVRTI non tenetur, si quid non fuit derelictum, putavit tamen derelictum, *L. 43. §. 6. eod.*

FVRTVM non facit, qui εὕρετρα i. e. *inventionis præmia* petit, *L. 43. §. 9. eod.*

Si servus hereditarius nondum adita hereditate, FVRTVM heredi fecerit, qui testamento domini manumissus est, furti actio adversus eum competit, quia nullo tempore heres dominus ejus factus est, *L. 44. §. 2. eod.*

Si socius communis rei FVRTVM fecerit, (potest enim communis rei *furtum* facere,) indubitate dicendum est furti actionem competere, *L. 45. eod.*

Nemo FVRTVM facit sine dolo malo, *L. 50. §. 2. eod.*

FVRTI suasores atque auxiliatores sine dolo esse non possunt, *ib.*

Ad FVRTVM faciendum consilium dare videtur, qui persuadet & impellit atque instruit, *L. 50. §. 3. eod.*

FVRTI tenetur, qui uxori res mariti subtrahenti opem consiliumve accommodaverit, *L. 52. pr. eod.*

Si quis FVRTVM cum uxore fecerit, tenebitur furti, cum ipsa non teneatur, *L. 52. §. 4. eod.*

Si filius meus, qui habet castrense peculium, FVRTVM mihi fecerit, possum actione furti utili adversus eum agere, *L. 52. §. 5. eod.*

Si quis asinum meum coëgisset, & in equas suas geniturae suscipiendique fœtus gratia admisisset, furti non tenetur, nisi furandi quoque animum habuit, *L. 52. §. 20. eod.*

Si quis juraverit se FVRTVM non fecisse, deinde rem furtivam contrectet (vulgata, *non contrectet*), furti quidem actio perimitur, rei tamen persecutio domino servatur, *L. 52. §. 27. eod.*

FVRTI tenetur creditor, si pignore utatur, *L. 54. pr. eod.*

FVRTI tenetur, qui ferramenta sciens commodaverit ad effringendum ostium, vel armarium, vel scalam sciens commodaverit ad ascendendum, licet nullum ejus consilium principaliter ad furtum faciendum intervenerit, *L. 54. §. 4. eod.*

Si filiofamilias FVRTVM factum esset, recte is paterfamilias factus eo nomine aget, *L. 58. eod.*

Ancilla fugitiva quemadmodum sui FVRTVM facere intelligitur, ita partum quoque contrectando, furtivum facit, *L. 60. eod.*

Si is, qui rem pignori dedit, vendiderit eam, quamvis dominus sit, FVRTVM facit sive eam tradiderat creditori, sive speciali pactione tantum obligaverat, *L. 66. pr. eod.*

FVRTVM nemo facit, inficiando depositum, nec enim furtum est ipsa inficiatio, licet prope *furtum* est, *L. 67. pr. eod.*

FVRTVM rei hereditariæ fieri *Iulianus* negabat, nisi forte, pignori dederat defunctus, aut commodaverat, *L. 68. eod.*

FVRTVM pecuniæ falsus procurator facit, si nomine veri procuratoris, quem creditor habuit, assumpto, debitorem alienum circumvenerit, *L. 80. §. 6. eod.*

Si libertus patrono, vel cliens, vel mercenarius ei, qui conduxit, FVRTVM fecerit, furti actio nascitur, *L. 89. eod.*

Nemo opem, aut consilium alii præstare potest, qui ipse FVRTI faciendi consilium capere non potest, *L. 90. §. 1. eod.*

Cum plures servi ejusdem rei FVRTVM

qui ipso facto fugæ initium deduxerit, *L. 225. de V. S.*

FVGITIVVM & erronem non secundum propositionem solam, sed cum aliquo actu intelligi constat, *ibid.*

FVGITIVVS sententia sua fit suspectus, *L. 7. §. 2. de suspect. tutor.*

FVGITIVVS non est, confugiens ad asylum, vel si eo se conferat, quo solent venire, *L. 17. §. 12. de adil. edicto.*

Non est FVGITIVVS, qui ad amicum domini deprecaturus confugit, *L. 43. §. 1. eod.*

FVGITIVVS est, qui persuasu alterius à domino recessit, licet id non fuerit facturus citra consilium ejus, qui persuasit, *L. 43. §. 2. eod.*

Qui FVGITIVO iter monstravit, furtum non committit, *L. 62. de furtis.*

FVLCINIVS.

FVLCINIVS Iurisperitus, *L. 79. pr. de V. S.*

FVLCIRE.

FVLCIENTI ædificium vetus novum opus nunciari non potest, hic enim non opus novum facit, sed veteri sustinendo remedium adhibet, *L. 1. §. 13. de operis novi nunciatione.*

FVLLO.

FVLLO vel sarcinator non pro custodia, sed pro arte mercedem accipiunt, & tamen custodiæ nomine ex locato tenentur, *L. 5. pr. nautæ, caupones,* &c.

FVLLONI competit actio, si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, *L. 2. pr. si quadrupes* &c.

Si FVLLO vestimenta lavanda conduxerit, deinde, amissis eis, domino pretium ex locato conventus, præstiterit, posteaque dominus invenerit vestimenta, contra dominum potest agere actione ex locato, vel condictione sine causa ad recuperandum solutum, *L. 2. de condictione sine causa.*

Si FVLLO vestimenta polienda acceperit, eaque mures roserint, ex locato tenetur, quia debuit ab hac re cavere, *L. 13. §. 6. locati* &c.

Si FVLLO pallium permutaverit, & alii alterius dederit, ex locato actione tenebitur, etiamsi ignarus fecerit, *ibid.*

Si FVLLO aut sarcinator vestimenta perdiderit, eoque nomine satisfecerit, necesse est domino vindicationem eorum & condictionem cedere, *L. 25. §. 8. eod.*

FVLLO, qui curanda, polienda vestimenta accepit, semper agit, præstare enim custodiam debet, si autem solvendo non est, ad dominum actio redit, nam qui non habet quod perdat, ejus periculo nihil est, *L. 12. pr. de furtis.*

FVLLO & sarcinator, qui polienda vel sarcienda vestimenta accepit, si forte his utatur, ex contrectatione eorum furtum fecisse videtur, quia non in eam causam ab eo videntur accepta, *L. 82. pr. eod.*

Si FVLLONI polienda curandave vestimenta quis dederit, nulla statim mercede constituta, sed postea tantum daturus, quantum inter eos convenerit, non proprie locatio & conductio contrahi intelligitur, sed contractus innominatus, *§. 1. de locatione conduct.*

FVMVS.

FVMVM immittere non potest dominus inferioris domus in superiorem, ita ut dominus superioris partis cogatur fumum recipere, nisi servitus sit constituta, *L. 8. §. 5. si servitus vindic.*

FVMVM non gravem, quod liceat sibi in suo facere, pacisci non potest, cum jure communi hoc concedatur, *L. 8. §. 6. eod.*

FVNCTIO.

Si quis pro publicis FVNCTIONIBVS, quæ

quæ flagitantur, aliquo se defendere tentet munimine, adeat judicem, & promat, quæ duxerit afferenda, *L. 2. C. de offi in civilium judicum.*

FVNDATIO.

Sola FVNDATIONE f. constructione Ecclesiæ facta de consensu Episcopi acquiritur jus patronatus, *c. 25. X. de jure patronatus.*

FVNDATOR.

FVNDATOR Ecclesiæ tenetur eam dotare, *c. 8. X. de consecrat. Eccles.*

FVNDATORES Ecclesiarum, si inopes cœperint esse, ab eisdem alimenta accipiant, *c. 30. q. 7. caus. 16.*

FVNDATORES Ecclesiarum Ordinandos in eis Episcopo offerant, *c. 32. ead.*

FVNDVS.

Recte dicimus cum FVNDVM totum nostrum esse, etiam cum ususfructus alienus est, *L. 25. pr. de V. S.*

FVNDVS integrum aliquid est, *L. 60. pr. eod.*

FVNDVS habet suos fines, *L. 60. §. 2. eod.*

Quælibet portio FVNDI, potest fundus dici, *L. 60. pr. eod.*

Quæstio est, FVNDVS à possessione, vel agro, vel prædio quid distet, *L. 115. eod.*

FVNDVS est omne, quidquid solo tenetur, *ibid.*

Si, cum FVNDVM tibi darem, legem ita dixi: *Vti optimus maximusque esset*: Et adjeci: *Ius fundi deterius factum non esse per dominum, præstabitur:* Amplius eo præstabitur nihil, *L. 126. eod.*

Qui FVNDVM vendidit, pomum recepit, nuces, & ficos, & uvas duntaxat duracinas & purpureas, & quæ ejus generis essent, quas non vini causa haberemus, recepta videri, *L. 205. eod.*

FVNDI appellatione omne ædificium & omnis ager continetur, *L. 211. eod.*

FVNDVS pupillaris autoritate Magistratus distrahi & pignori dari potest, *L. 3. §. 1. de rebus eorum, qui sub tut.*

Si FVNDVS pupillaris à tutore petitus sit, nec restituatur, & litis æstimatio oblata, parit alienationem, *L. 3. §. 2. eod.*

FVNDO pupilli vel adolescentis servitus imponi non potest, *L. 3. §. 5. eod.*

FVNDVM bona fide à pupillo emptum tutor alienare non potest, *L. 5. §. 2. eod.*

FVNDVM pupillo pignoratum tutor vendere potest, *L. 5. §. 3. eod.*

Si FVNDVM parens, vel alius, cui pupillus successerit, vendidit, eum potest sine Magistratus autoritate reddere, *L. 5. §. 6. & 7. eod.*

FVNDVM dotalem si legaverit miles, non erit ratum legatum, *L. 16. de testam. milit.*

Si FVNDVS municipum vectigalis ipsis municipibus sit legatus, legatum valet, *L. 71. §. 5. de legat. 1.*

Si ex FVNDO meo summa terra sublata, & alia regesta esset, idcirco meum solum non desinit esse, non magis, quam stercorato agro, *L. 24. §. 2. quib. mod. ususfr. vel usus amitt.*

FVNDVS, in quo est locus religiosus, venit in judicium divisorium loco religioso excepto, *L. 30. famil. ercisc.*

Si FVNDVS cum instrumento legatus est, sive instructus, duo legata intelliguntur, *L. 1. pr. de instructo vel inst. leg.*

FVNDO cum instrumento legato & alienato, instrumentum non vindicabitur ex sententia defuncti, *L. 1. §. 1. eod.*

Si cui FVNDVM & instrumentum ejus legare vis, nihil interest, quomodo leges: *Fundum cum instrumento*, an *Fundum & instrumentum*, *L. 5. eod.*

Cum FVNDVS sine instrumento legatus sit; dolia, molæ olivariæ, & prælum, & quæcunque infixa inædificataque sunt, fundo legato continentur, nulla autem ex his rebus, quæ moveri possunt, paucis exceptis, fundi appellatione continentur, *L. 21. eod.*

FVNDO legato, *ut optimus maximusque est*, retia apraria, & cætera venationis instrumenta continebuntur, quod etiam ad instrumenta pertinet, si quæstus fundi ex maxima parte in venationibus consistat, *L. 22. pr. eod.*

FVNDO legato *cum mancipiis, & pecoribus, & omni instrumento rustico & urbano:* peculium actoris ante testatorem defuncti, si ex eodem fundo fuerit, magis placet ad legatarium pertinere, *L. 22. §. 1. eod.*

FVNDVS, qui locatus erat, legatus est cum instrumento, instrumentum sc. *testatoris*, quod colonus in eo habuit, legato cedit, *L. 24. eod.*

FVNDI instrumento legato, id pecus cedere putabat *Tubero*, quod is fundus sustinere potuisset; *Labeo* vero contra sentit, cujus sententia probatur, *L. 25. pr. eod.*

Quidam, cum in FVNDO figlinas haberet, figulorum opera, majore parte anni, ad opus rusticum utebatur, deinde ejus *fundi* instrumentum legaverat, *Labeo*, *Trebatius* dicunt, non videri figulos s. *figlinas* in instrumento *fundi* esse, *L. 25. §. 1. eod.*

Cum FVNDI instrumentum omne legatum esset, excepto pecore, pastores oviliones, ovilia quoque legato contineri, *Ofilius* non recte putat, *L. 25. §. 2. eod.* Et merito, nam remoto principali (pecoribus sc.) & accessorium (pastor sc.) removetur.

Qui alienum FVNDVM ingreditur venandi aut aucupandi gratia, potest à domino, si is præviderit, prohiberi, ne ingrediatur, *§. 12. de R. D.*

Si FVNDVS medius alterius inter me & te intercedit, haustus servitutem fundo tuo imponere potero, si mihi medius dominus iter ad transeundum cesserit, *L. 17. §. 4. de aqua pluv. arc.*

FVNDI speciem inundatio non mutat, & ob id cum recesserit aqua, palam est ejusdem esse, cujus & fuit, *§. 23. de R. D. & L. 7. §. 6. de A. R. D.*

FVNDOS suos muris seu murali ambitu cingere cuivis licet, *L. 10. C. de ædific. privatis.*

FVNDOS patrimoniales emphyteutæ emere non coguntur, *L. 12. C. de fundis patrimon. XI.*

FVNDI patrimoniales, limitrophi, vel saltuenses, qui per tractum Orientis positi sunt, in alium alienari non possunt sub pœna 50. librarum auri, *L. 13. C. eod.*

FVNDI patrimoniales ab extraordinariis muneribus excusantur, *L. 2. C. de collatione fundor. patrimon. XI.*

FVNDI patrimoniales principi præstant auri species & frumentum, *ib.*

FVNDORVM patrimonialium & privati *fundi* possessoris eadem in inferendis solennibus præstationibus ratio est, *L. 5. C. eod.*

FVNDVS fiscalis in perpetuam emphyteusin concessus ab emphyteuta non potest avelli, licet alius afferat meliorem conditionem, *L. 3. C. eod.*

Si FVNDVM tibi vendidero, & *ei fundo iter accessurum* dixero, omnimodo tenebor itineris nomine, quia utriusque rei quasi unus venditor obligatus sum, *L. 6. §. 6. de A. E. V.*

FVNDI nihil est, nisi quod terra se tenet, *L. 17. pr. eod.*

FVNDO vendito, vel legato, sterculinum & stramenta, emptoris & legatarii sunt, ligna autem, venditoris & he-

& heredis, quia non sunt fundi, tametsi ad eam rem comparata sunt, *L. 17. §. 2. eod.*

Si tibi FVNDVM vendidero, *ut eum conductum certa summa haberem*, ex vendito, eo nomine, mihi actio est, quasi in partem pretii ea res sit, *L. 21. §. 4. eod.*

Si ita FVNDVM tibi vendidero, *ut nulli alii eum, quam mihi venderes*, actio eo nomine ex vendito est, si alii vendideris, *L. 21. §. 5. eod.*

Si, FVNDO vendito, in qualitate jugerum captio est, ex empto erit actio, *L. 34. eod.*

Si cum FVNDVM vendidisti, in quo sepulchrum habuisti, nec nominatim tibi sepulchrum excepisti, parum habes eo nomine cautum: *Paulus*; Minime, si modo in sepulchrum iter publicum transit, *L. 53. §. 1. eod.*

FVNDI non sunt pali, qui vineæ causa parati sunt, antequam collocentur, sed qui exempti sunt hac mente, ut collocentur, *fundi* sunt, *L. 17. §. 11. eod.*

Cum FVNDVS locetur, & æstimatum instrumentum colonus accipiat, *Proculus* ait id agi, ut instrumentum emptum habeat colonus, *L. 3. locati conducti.*

Si FVNDVS, quem mihi locaveris, publicatus sit, teneri te actione ex conducto, ut mihi frui liceat, quamvis per te non stet, quo minus id præstes, *L. 33. eod.*

Si decem tibi locem FVNDVM, tu autem existimes quinque te conducere, nihil agitur, *L. 52. eod.*

Si FVNDVS pupilli sit sterilis, vel saxosus, vel pestilens, sine decreto vendi non potest, *L. 13. de rebus eorum, qui sub tut.*

FVNDVS dotalis servo legatus, ad legem Iuliam pertinet, quasi dotalis, *L. 3. pr. de fundo dotali.*

Totiens non potest alienari FVNDVS dotalis, quotiens mulieri actio de dote competit, aut omnimodo competitura est, *L. 3. §. 1. eod.*

Vir in FVNDO dotali, uxoris rogatu, olivetum succiderat, hoc ut novellum reponeret, postea vir mortuus erat, & uxoris dotem relegaverat, ligna, quæ ex oliveto excisa, oportere mulieri reddi respondit, *L. 8. eod.*

FVNERARE.

FVNERARI debet colonus, & inquilinus, si non est unde funeretur ex invectis & illatis, & si quid superfluum remanserit, illud solum pro debita pensione remanet obligatum, *L. 14. §. 1. de religios.*

Satius est FVNERARI testatorem de suo, quam alius consequi legata à se relicta, *ibid.*

Qui mandatu alterius FVNERAVIT, non habet funerariam actionem, sed is scilicet, qui mandavit funerandum, *L. 14. §. 15. eod.*

FVNERARI debet materfamilias ex dote tantum, si ejus hereditas non sit solvendo, *L. 20. §. 2. eod.*

FVNERARI debent mulieres, sicut de aliis suis patrimoniis, ita & de suis dotibus, *L. 16. eod.*

FVNERANDA est mulier ex dote, quæ penes virum remanet, & cæteris mulieris bonis, pro portione, *L. 22. eod.*

FVNERANDO quis defunctum locupletem modico sumptu videtur contumeliam defuncto facere, & ideo illum amittit, *L. 14. §. 10. eod.*

FVNERANDI jus publicum est, & pacto infringi non potest, *L. 20. pr. eod.*

FVNERANDI sunt mortui de suo, *L. 14. §. 13. eod.*

FVNERANDI onus competit patri habenti

benti filium defunctum in poteſtate, *L. 21. eod.*

Si quis FVNERAVERIT patremfamilias, credens ſe heredem, ex hac juſta cauſa habet actionem funerariam, quamvis non fecerit animo alium obligandi, nec gerens quaſi alienum negotium, *L. 14. §. 11. eod.*

FVNERANS teſtatorem ille, cui teſtator mandavit, habet contra heredem actionem funerariam, etiamſi funeraverit prohibente herede, *L. 14. §. 13. eod.*

FVNERANS filiamfam. antequam dos patri reddatur, cum ejus marito funeraria recte poteſt agere, maritus tamen eo minus dotem reſtituit patri mulieris, *L. 29. §. 1. eod.*

FVNERANS filiumfam. militem habet funerariam prius contra ſucceſſores ejus, qui ſucceſſerunt ex teſtamento in peculio caſtrenſi, ſed ſi nullos ſucceſſores habuit, tunc habet contra ejus patrem, *L. 31. pr. eod.*

FVNVS.

Si cui FVNERIS ſui curam teſtator mandaverit, & ille, accepta pecunia, funus non duxerit, de dolo actionem in eum dandam *Mela* ſcripſit, *L. 14. §. 2. de religioſ.*

FVNERIS hæ ſunt impenſæ, elatio mortui, loci ſepulturæ pretium, delatio mortui ex peregrino loco, cadaveris cuſtodia, veſtitus, arca, depoſitio, *L. 14 §. 3. & 4. eod.*

FVNVS, & ſepultura filii æs alienum patris eſt, *L. 19. de in rem verſo.*

FVNVS eum facere oportet, quem decedens eligit, ſed, ſi ille non fecit, nulla eſt hujus rei pœna, niſi aliquid pro hoc emolumentum ei relictum eſt, tunc enim, ſi non paruerit voluntati defuncti, ab hoc repellitur, *L. 12. §. 4. de religioſis.*

De FVNERE ſibi faciendo ſi defunctus nihil cavit, nec ulli delegatum id munus eſt, ſcriptos heredes ea res contingit, ſi nemo ſcriptus eſt, legitimos, vel cognatos quosque ſuo ordine, quo ſuccedunt, *ib.*

Sumptus FVNERIS arbitrantur pro facultatibus, vel dignitate defuncti, *L. 12. §. 5. eod.*

Ad FVNVS ſumptus Prætor, vel Magiſtratus municipalis decernere debet, ſi quidem eſt pecunia in hereditate, ex pecunia, ſi non eſt, diſtrahere debet ea, quæ tempore peritura ſunt, quorum retentio onerat hereditatem, ſi minus, ſi quid auri, argentique fuerit, diſtrahi, aut pignorari jubebit, ut pecunia expediatur, vel à debitoribus, ſi facile exigi poſſit, *L. 12. §. 6. L. 13. eod.*

FVNERIS ſumptus fieri debent ex dignitate defuncti, ex cauſa, ex tempore, & ex bona fide, ut neque plus imputetur ſumptus nomine, quam factum eſt, neque tantum, quantum factum eſt, ſi immodice factum eſt, *L. 14. §. 6. eod.*

FVNERIS impenſam & patronus, qui bonorum poſſeſſionem petit contra tabulas, præſtat, *L. 15. eod.*

FVNERIS. impenſa, æs alienum dotis eſt, *L. 18. eod.*

FVNERIS ſumptus accipitur, quidquid corporis cauſa, veluti unguentorum, erogatum eſt, & pretium loci, in quo defunctus humatus eſt, & ſi qua vectigalia ſunt, vel ſarcophagi, & vectura, & quidquid corporis cauſa, antequam ſepeliatur, conſumptum eſt, funeris impenſa eſt, *L. 37. pr. eod.*

Si FVNVS poſſeſſor hereditatis fecerit, deinde victus in reſtitutione non deduxerit, quod impenderit, utilis ei funeraria competit, *L. 32. eod.*

Impenſa FVNERIS ſemper ex hereditate deducitur, quæ etiam omne creditum

ditum solet præcedere, cum bona solvendo non sint, *L. 45. eod.*

FVNERIS sumptus non recuperat quis, si fecit eos pietatis gratia, & non animo repetendi, *L. 14. §. 7. eod.*

FVNERIS impensa statim repetitur non expectata dilatione legali, *L. 60. soluto matr.*

FVR.

FVREM non facit necessitas, sed voluntas, *c. 26. dist. 5. de consecrat.*

Qui dicit, FVREM non esse, de hominis proposito loquitur (i. e. *moribus & affectione*), *L. 174. de V. S.*

FVR occultus potest post restitutionem & pœnitentiam ad sacros ordines promoveri, *c. 5. X. de furtis.*

Non indicans FVREM propter lucrum, quod ab eo consequitur, reus peccati est, *c. 4. X. eod.*

FVRIBVS & latronibus in peccato obeuntibus Sacramenta Ecclesiastica deneganda sunt, secus si in morte eos pœnituit, *c. 2. X. eod.*

FVRI de patibulo suspenso, non deneganda sepultura, *c. 30. q. 2. caus. 13.*

FVRES ad accusationem, vel ad testimonium non sunt admittendi, quia infames sunt, & juste repellendi, vox enim eorum funesta est, *c. 9. q. 5. caus. 3.*

FVRES vocantur, qui occulte & sine armis hujusmodi delinquunt, qui autem violenter aggrediuntur aut cum armis, aut sine armis, aut in domibus, aut in itineribus, aut in mari, pœnis legalibus subjiciantur, *Auth. Sed novo &c. C. de servis fugitivis* &c.

FVREM sola cogitatio furti faciendi non facit, *L. 1. §. 1. de furtis.*

FVR manifestus est, quem Græci *ἐπ' αὐτοφώρῳ* appellant, h. e. eum, qui deprehenditur cum furto, *L. 3. pr. eod. §. 3. de obligat. quæ ex delicto* &c.

Si quid FVR fregerit, aut ruperit, quod non etiam furandi causa contrectaverit, ejus nomine cum eo furti agere non potest, *L. 22. pr. eod.*

Qui lancem rasit, totius FVR est, & furti tenetur ad id, quod domini interest, d. *L. 22. §. 2. eod.*

FVR non est, qui servo persuasit, ut fugeret, *L. 36. pr. eod.*

Qui FVREM novit, sive indicet eum, sive non indicet, fur non est, cum multum intersit, *furem* quis celet, an non indicet, qui novit, furti non tenetur, qui celat, hoc ipso tenetur, *L. 48. §. 1. eod.*

FVR non est, qui putavit se domini voluntate rem attingere, *L. 46. §. 7 eod.*

Is FVR est, qui adtrectavit, quod invito domino se facere scivit, *ib.*

Cum FVR rem furtivam vendidisset, eique nummos pretii dominus rei per vim extorsit, furtum nummorum facit, *L. 48. §. 7. eod.*

FVR est, si quis cretæ fodiundæ causa specum fecisset, & cretam abstulisset, non quia fodisset, sed quia abstulisset, *L. 57. eod.*

FVR manifestus non est, si rem furtivam pertulit, quo destinavit, tametsi deprehendatur cum re, *L. 5. §. 1. eod.*

FVR improbus dicitur, qui rem alienam vi rapit, *pr. Inst. de vi bon. rapt.*

FVR manifestus est non solum is, qui in ipso furto deprehenditur, sed etiam is, qui in eo loco deprehenditur, quo furtum fit; veluti qui in domo furtum fecit, & nondum egressus januam deprehensus fuerit; & qui in oliveto olivarum, aut in vineto uvarum furtum fecit, quamdiu in eo oliveto aut vineto deprehensus

ſus fuerit, §. 3 *de obligation. quæ ex delicto* &c.

FVRES balnearii extra ordinem, cauſa cognita, puniuntur, usque ad pœnam operis publici temporarii, non ultra, *L. 1. de furibus balnear.*

De FVRIBVS nocturnis extra ordinem cognoſcendum eſt, & puniuntur cauſa cognita usque ad pœnam operis publici temporarii, non ultra, *ibid.*

FVREM interdiu deprehenſum non aliter occidere Lex XII. tabular. permiſit, quam ſi telo ſe defendat, *L. 54. §. 2. de furtis.*

FVREM celans tenetur furti, *L. 48. §. 1. eod.*

FVR ſemper moram facere videtur, *L. 8. §. 1. de condict. furt.*

FVR deteriorem rem factam dando non liberatur, *ibid.*

FVR tenetur ante oblationem ad damnum interemptæ rei furtivæ, *L. 2. C. de condict. furtiva.*

FVR ſi tranſegerit cum domino ſuper furto, dominus non poteſt agere actione furti, *L. 13. C. de furto* &c.

FVR ſi non tranſegerit cum domino ſuper furto, ſed dederit tantum partem de ſublatis, reſiduum poteſt dominus vindicare, condicere, & actione furti agere, *ibid.*

FVREM nocturnum ſi quis occiderit, ita demum impune feret, ſi parcere ei ſine periculo ſuo non potuit, *L. 9. ad L. Cornel. de ſicariis* &c.

FVR bove ſurrepto, & occiſo tenetur condictione furtiva ad bovem & etiam ad corium, & ad carnem, ſi poſtea contrectet corium & carnem, ita tamen, quod ſi præſtiterit æſtimationem bovis, habeat exceptionem contra dominum agentem ad corium, ſed ſi prius pretium corii, vel carnis præſtitit, tantum minus poſtea præſtat de bovis æſtimatione, *L. 14. §. 2. de condict. furt.*

FVR tenetur pluribus actionibus, puta condictione furtiva, rei vindicatione, &c. *§. 14. de A.*

FVRARI.

FVRARI non licet pecuniam ex re furtiva redactam, *L. 38. §. 2. de noxal. action.*

FVRARI totum proponens ſi partem furatus eſt, tenetur furti nomine partis tantum, & non totius, ſi totum tollere non potuit, ſecus ſi potuit, *L. 21. §. 8. de furtis.*

Qui FVRANDI animo in aliena cœnacula ſe dirigunt, plus quam fures puniendi ſunt, *L. 7. de extraordin. crimin.*

Si quis FVRATVS fuerit ex metallis Cæſarianis aurum, argentumve, ex illo vel metallo, prout dignitas perſonæ, punitur, *L. 6. §. 2. ad L. Iul. peculatus.*

Qui aliquid de Eccleſia FVRATVR, Iudæ perdito comparatur, *c. 3. q. 4. cauſ. 23.*

FVRANDI mens attenditur, non res furto ablata, *c. 4. q. 6. cauſ. 14.*

FVRANS ſaccum cum pecunia poteſt conveniri actione furti, etiam ſacci nomine, quamvis non fuerit ei animus ſacci ſurripiendi, *c. 45. diſt. 50.*

Si quis propter neceſſitatem famis, aut nuditatis FVRATVS fuerit cibaria, veſtem, vel pecus, pœniteat hebdomadas tres, & ſi reddiderit, non cogatur jejunare, *c. 3. X. de furtis.*

Qui FVRATVR hominem & vendiderit eum, convictus noxæ, morte moriatur, *c. 1. X. eod.*

FVRERE.

Qui poſt Sacerdotium FVRERE inceperit, Sacerdotio non carebit, niſi forte numquam ad ſanæ mentis officium illum redire contingat, *c. 13. §. 1. q. 1. cauſ. 15.*

Qui FVRERE cœpit, & ſtatum, & dignitatem, in qua fuit, & magiſtratum,

tum, & potestatem videtur retinere, sicut rei suæ dominium retinet, *L. 20 de statu homin.*

Si FVRERE cœperint maritus vel uxor constante matrimonio, quid faciendum sit, *L. 22 §. 7. soluto matr.*

FVRIOSVS.

FVRIOSI vel ejus, cui bonis interdictum sit, nulla voluntas est, *L. 40. de R. I. L. 47. de acquir. hered.*

FVRIOSVS absentis loco est, *L. 124. §. 1. de R. I.*

FVRIOSI filius potest sine patris interventu matrimonium sibi copulare, *pr. inst. de N.*

FVRIOSVS tutor esse nequit, *§. 2. qui testam. tutor.*

FVRIOSI mente carent, *§. 1. quibus non est permiss. fac. testam.*

FVRIOSI sensum (sc. *animi*) non habent, *L. 22. §. 7. soluto matr.*

FVRIOSVS matrimonium contrahere non potest, *c. 24. X. de sponsalib.*

Si FVRIOSVS, aut infans, seu dormiens, hominem mutilet, vel occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit, *Clement. c. un. de homicidio voluntario.*

Res FVRIOSI alienari ab ejus agnato tutore non possunt, sicut nec res pupilli, *L. 2. C. de curatore furiosi* &c.

Cum FVRIOSVS, quem morbus detinet perpetuus, in sacris parentis sui constitutus est, indubitate curatorem habere non potest, *L. 7. C. eod.*

FVRIOSVS & pupillus sine tutoris autoritate non potest incipere possidere, quia affectionem tenendi non habent, licet maxime corpore suo rem contingant, sicuti si quis dormienti aliquid in manu ponat, *L. 1. §. 3. de acquir. vel amitt. possess.*

Ex causa peculiari FVRIOSVS acquirit possessionem, & usucapit, *L. 1. §. 5. eod.*

FVRIOSVS æquiparatur ignoranti, *L. 4. de divortiis.*

FVRIOSI status omnis, & habitus à pupilli conditione non multum abhorret, *L. 7. §. 11. quibus ex caussis in possess.*

FVRIOSIS, si non possint per necessarias contineri, eo remedio per Præsidem obviam eundum est, scilicet, ut carcere contineantur, *L. 13. §. 1. de officio Præsidis.*

FVRIOSI & dementis filii, cujuscunque sexus sint, nuptias contrahere possunt, dotem constituere, & donare propter nuptias, curatore & judice adhibitis, *L. 25. C. de nuptiis. L. 28. C. de episcopali audient.*

FVRIOSVS habetur pro consentiente eo casu, quo, si fuisset sanæ mentis, non habuisset causam contradicendi, alias secus, *L. 2. §. 2. soluto matrim.*

FVRIOSVM sive stipulatur, sive promittat, nihil agere, natura manifestum est, *L. 1. §. 12. de O. & A.*

In FVRIOSVM actio commodati non datur, sed ad exhibendum adversus eum dabitur, ut res exhibita vindicetur, *L. 2. commodati vel contra.*

In FVRIOSI curatorem actio de peculio datur, *L. 3. §. 4. de peculio.*

FVRIOSVS si hominem occiderit, lege Cornelia non tenetur, cum fati infelicitas eum excusat, *L. 12. ad L. Cornel. de sicar.*

Quod FVRIOSVS possessor perdidit, vel corrupit, impunitum est, *L. 60. de R. V.*

FVRIOSVS si damnum dederit, quia in eo culpa non est, non tenetur, *L. 5. §. 2. ad L. Aquil.*

FVRIOSVS acquirere sibi commodum hereditatis ex testamento non potest, nisi si necessarius patri aut domino heres existat, per alium autem acquiri ei potest, veluti per servum,

 vel

vel eum, quem in potestate habet, *L. 63. de acquir. vel amitt. poss.*

FVRIOSVS habet potestatem in liberos ante, vel post furorem natoss, *L. 8. pr. de his, qui sunt sui* &c.

Si à FVRIOSO, cum eum compotem mentis esse putarem, pecuniam quasi mutuam acceperim, eaque in rem meam versa fuerit, condictio *furioso* acquiritur, *L. 24. pr. de O. & A.*

FVRIOSO acquiritur actio ex stipulatu, quando servus *furiosi* stipulatur, *ib.*

Si FVRIOSI vel infantis servo res tradita sit, usu per eum eas personas capere posse constat, *L. 28. de usurpat. & usucapion.*

FVRIOSVS non potest esse testis, cum compos mentis non sit, *L. 20. §. 4. qui testamenta facere possunt* &c.

FVRIOSVS habens intermissionem eo tempore adhiberi potest testis ad testamentum, *ib.*

FVRIOSVS non intelligitur codicillos facere, qui nec aliud quicquam agere intelligitur, cum per omnia, & in omnibus, absentis vel quiescentis loco habeatur, *L. 2. §. 3. de jure codicillor.*

Si FVRIOSVS testamento tutor detur, siquidem *cum furere desierit*, tutor recte datur, *L. 10. §. 3. de testament. tut.*

FVRIOSI curator nullo modo libertatem præstare potest, quod ea res ex administratione non est, *L. 17. de curatoribus furioso* &c.

FVRNVS.

FVRNVM juxta parietem communem habens tenetur actione in factum, si paries exustus est, & antequam damnum detur, cogi potest dominus *furni* dare cautionem damni infecti, *L. 27. §. 10. ad L. Aquil.*

FVROR.

FVROR quin sponsalibus impedimento sit, plusquam manifestum est, sed postea interveniens sponsalia non infirmat, *L. 11. de spons.*

In FVRORE aut dementia constitutus Prætor aut Præses provinciæ tutorem dare non potest, *L. 8. §. 1. de tutoribus & curator. datis.*

FVROR administrationem tollit, non dignitatem, *ib.*

FVROR superveniens revocat mandatum, *L. 47. de acquir. hered.*

Nullo FVRORE Rectores in dictandis sententiis ducantur, *c. 70. q. 3. caus. 11.*

FVROR non debet dominari in Præpositis, sed ratio, *c. 67. ead.*

Quod FVRORE promulgatum est, ratio debet corrigere, *c. 69. ead.*

FVRTIVVS, *a, m.*

Si rem FVRTIVAM imprudens quis emerit, & ei subrepta, habebit furti actionem, *L. 52. §. 10. de furtis.*

Si ex causa FVRTIVA condicatur servus, id venit in condictionem, quod intersit agentis, *L. 3. de condict. furtiva.*

Ex FVRTIVA causa filiofamilias condici potest, *L. 5. eod.*

In re FVRTIVA condictio ipsorum corporum competit, *L. 8. pr. eod.*

Si ex causa FVRTIVA res condicatur, ejus temporis æstimatio fit, quo res unquam plurimi fuit, *L. 8. §. 1. eod.*

Si FVRTIVAM rem dominus pure legaverit furi, heres ei condicere non potest, *L. 10. §. 3. eod.*

FVRTIVAE res, & quæ vi possessæ sunt, usucapi non possunt, licet longo tempore bona fide possessæ fuerint, §. 2. *de usucapion.*

FVRTIVARVM rerum usucapionem Lex XII. tabularum, & Lex Atilia prohibent, *ibid.*

FVRTIVA res, vel vi possessa usucapi potest, veluti si in domini potestatem reversa fuerit, tunc enim vitio

rei

rei purgato, procedit ejus usucapio, *§. 8. eod.*

FVRTIVVM non est, quod sciente domino inclusum est, *L. 63. de donat. inter vir. & uxor.*

FVRTIVVM non est pretium redactum ex re furtiva, *L. 48. §. 7. de furtis.*

Licet res FVRTIVA fuerit extincta, tamen furti remanet actio adversus furem, *L. 46. pr. eod.*

Si FVRTIVA res ad dominum rediit, & iterum contrectata est, competit alia furti actio, *L. 46. §. 9. eod.*

FVRTIVAM rem perferendam scienter accipiens si deprehendatur, ipse duntaxat fur manifestus est, secus si ignorabat, *L. 35. eod.*

Si FVRTIVA res, vel vi possessa ad dominum ignorantem pervenerit, non videtur in potestatem domini reversa, & ideo nec usucapio sequitur, si post talem domini possessionem bona fide ementi vendiderit, *L. 86. eod.*

FVRTIVA usurpatio præjudicium non generat, *c. 22. dist. 93.*

FVRTIVAE res non possunt usucapi ab emptoribus, ut vitiosæ, sed domino & ejus heredi restitui debent, *L. 10. C. de furtis.*

FVRTIVAS res ablatas à servo in custodia recipiens tenetur non solum condictione furtiva, sed etiam pœnali furti actione, *L. 14. C. eod.*

FVRTVM.

FVRTVM est contrectatio rei fraudulosa lucrifaciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus, possessionisve, quod lege naturali prohibitum est admittere, *L. 1. pr. de furtis. §. 1. de oblig. quæ ex delicto nasc.*

FVRTVM à furvo, i. e. nigro, dictum *Labeo* ait, quod clam & obscuro fiat, & plerumque nocte; vel à fraude, ut *Sabinus* ait; vel à ferendo, & auferendo; vel à Græco sermone, qui φῶρας appellant fures; imo & Græci ἀπὸ τοῦ φέρειν, i. e. à *ferendo* φῶρας dixerunt, *ibid.* & §. 2. *eod.*

Non statim FVRTI tenetur, qui depositum abnegat, sed ita si intercipiendi causa occultaverit, *L. 1. §. 2. eod.*

FVRTORVM genera duo sunt, manifestum, & nec manifestum, *L. 2. eod.* §. *3. eod.*

FVRTVM conceptum & oblatum, species potius actionis sunt furto cohærentes, quam genera furtorum, §. *3. eod.*

Conceptum FVRTVM dicitur, cum apud aliquem testibus præsentibus furtiva res quæsita & inventa sit, nam in eum propria actio constituta est, quamvis fur non sit, quæ appellatur concepti, §. *4. eod.*

Oblatum FVRTVM dicitur, cum res furtiva ab aliquo tibi oblata sit, eaque apud te concepta sit, utique si ea mente tibi data fuerit, ut apud te potius, quam apud eum, qui dedit, conciperetur, nam tibi, apud quem concepta sit, propria adversus eum, qui obtulit, quamvis fur non sit, constituta est actio, quæ appellatur oblati, *§. 4. eod.*

FVRTVM, quod manifestum non est, id nec manifestum dicitur, *§. 3. eod.* & *L. 8. eod.*

FVRTI manifesti pœna quadrupli est, tam ex servi, quam ex liberi persona, nec manifesti, dupli, §. *5. eod.*

FVRTVM autem fit, non solum cum quis intercipiendi causa rem alienam amovet, sed generaliter cum quis alienam rem invito domino contrectat, *§. 6. eod.*

FVRTVM natura turpe est, *L. 42. de V. S.*

FVRTVM sine affectu furandi non committitur, *§. 7. eod.*

FVRTVM committit, qui rebus commoda-

modatis aliter utitur, quam utendas accepit, *ibid.*

FVRTVM non fit, si credat quis invito domino se rem commodatam sibi contrectare, domino autem volente id fit, *§. 8. eod.*

FVRTVM interdum liberorum hominum fit, veluti si quis liberorum nostrorum, qui in potestate nostra sunt, subreptus fuerit, *§. 9. eod.*

FVRTVM suæ rei quis committere potest, veluti si debitor rem, quam creditori pignoris causa dedit, subtraxerit, *§. 10. eod.*

Interdum FVRTI tenetur, qui ipse furtum non fecit, qualis est is, cujus ope & consilio *furtum* factum est, *§. 11. eod.*

FVRTVM committit, qui aurum dedit, deinde cum dixisset se ponderare, aut obsignare velle, æs subjecit, rem enim pignori datam intervertit, *L. 20. pr. de furtis.*

FVRTVM non fit, cum æs pignori datur, & aurum esse dicitur, sed turpiter fit, *ibid.*

Qui FVRTI faciendi causa conclave intravit, nondum fur est, quamvis furandi causa intravit, *L. 21. §. 7. eod.*

Si quis ex acervo frumenti modium sustulit, totius rei FVRTVM non facit, sed ejus tantum, quod abstulit, dissentiunt *Ofilius* & *Trebatius*, *L. 21. pr. eod.*

Impuberem FVRTVM facere posse, si jam doli capax sit, *Iulianus* libro XXII. Digestorum scripsit, *L. 23. eod.*

Immobilis rei nomine FVRTI agi non potest, *L. 25. pr. eod.*

Abolita est quorundam veterum, sc. *Masurii, Sabini, Bruti, Manilii,* & *Labeonis* sententia existimantium, etiam fundi locive furtum fieri, *L. 38. de usurpat. & usucap. L. 25. pr. de furtis.*

Si ope impuberis FVRTVM factum fuerit, ille non tenetur, *L. 23. de furtis.*

Qui tabulas vel cautiones amovet, FVRTI tenetur non tantum pretii ipsarum tabularum, verum ejus, quod interfuit, *L. 27. pr. eod.*

FVRTVM facit tutor, si furandi animo aliquid amoverit, nec res usucapi potest, *L. 33. eod.*

Is, qui opem FVRTVM facienti fert, nunquam manifestus sc. fur est, *L. 34. eod.*

FVRTVM non facit, qui alicui malum consilium furandi dedit, non magis, quam si ei persuasit, ut se præcipitet, aut manus sibi inferret, *L. 36. pr. eod.*

Is FVRTI tenetur, qui alicui fugam persuasit, ut ab alio subripiatur, quasi ope, consilio ejus furtum factum sit, *ibid.*

Is, qui filio, vel servo, vel uxori opem fert, FVRTVM facientibus, *furti* tenetur, *L. 36. §. 1. eod.*

Si quis meretricem alienam ancillam rapuit vel celavit, FVRTVM *non* est, nec enim factum quæritur, sed causa faciendi, causa autem faciendi libido fuit, non *furtum*, *L. 39. eod.*

FVRTVM facit, qui jumenta sibi commodata longius duxerit, alienave re invito domino usus sit, *L. 40. eod.*

FVRTVM facit falsus creditor (h. e. is, qui se simulat creditorem), si quid acceperit, *L. 43. §. 1. eod.*

Qui alienum quid jacens, lucri faciendi causa sustulit, FVRTI obstringitur, sive scit, cujus sit, sive ignoravit, nihil enim ad *furtum* minuendum facit, quod, cujus sit, ignoret, *L. 43. §. 4. eod.*

Quod si dominus id derelinquit, FVRTVM non fit ejus, etiam si ego furandi

randi animum habuero, *L. 43. §. 5. eod.*

FVRTVM non fit, nisi sit, cui fiat, *ib.*

FVRTVM in proposito nulli fit, *ibid.*

FVRTI non tenetur, si quid non fuit derelictum, putavit tamen derelictum, *L. 43. §. 6. eod.*

FVRTVM non facit, qui εὕρετρα i. e. *inventionis præmia* petit, *L. 43. §. 9. eod.*

Si servus hereditarius nondum adita hereditate, FVRTVM heredi fecerit, qui testamento domini manumissus est, furti actio adversus eum competit, quia nullo tempore heres dominus ejus factus est, *L. 44. §. 2. eod.*

Si socius communis rei FVRTVM fecerit, (potest enim communis rei *furtum* facere,) indubitate dicendum est furti actionem competere, *L. 45. eod.*

Nemo FVRTVM facit sine dolo malo, *L. 50. §. 2. eod.*

FVRTI suasores atque auxiliatores sine dolo esse non possunt, *ib.*

Ad FVRTVM faciendum consilium dare videtur, qui persuadet & impellit atque instruit, *L. 50. §. 3. eod.*

FVRTI tenetur, qui uxori res mariti subtrahenti opem consiliumve accommodaverit, *L. 52. pr. eod.*

Si quis FVRTVM cum uxore fecerit, tenebitur furti, cum ipsa non teneatur, *L. 52. §. 4. eod.*

Si filius meus, qui habet castrense peculium, FVRTVM mihi fecerit, possum actione furti utili adversus eum agere, *L. 52. §. 5. eod.*

Si quis asinum meum coëgisset, & in equas suas genituræ suscipiendique fœtus gratia admisisset, furti non tenetur, nisi furandi quoque animum habuit, *L. 52. §. 20. eod.*

Si quis juraverit se FVRTVM non fecisse, deinde rem furtivam contrectet (vulgata, *non contrectet*), furti quidem actio perimitur, rei tamen persecutio domino servatur, *L. 52. §. 27. eod.*

FVRTI tenetur creditor, si pignore utatur, *L. 54. pr. eod.*

FVRTI tenetur, qui ferramenta sciens commodaverit ad effringendum ostium, vel armarium, vel scalam sciens commodaverit ad ascendendum, licet nullum ejus consilium principaliter ad furtum faciendum intervenerit, *L. 54. §. 4. eod.*

Si filiofamilias FVRTVM factum esset, recte is paterfamilias factus eo nomine aget, *L. 58. eod.*

Ancilla fugitiva quemadmodum sui FVRTVM facere intelligitur, ita partum quoque contrectando, furtivum facit, *L. 60. eod.*

Si is, qui rem pignori dedit, vendiderit eam, quamvis dominus sit, FVRTVM facit sive eam tradiderat creditori, sive speciali pactione tantum obligaverat, *L. 66. pr. eod.*

FVRTVM nemo facit, inficiando depositum, nec enim furtum est ipsa inficiatio, licet prope *furtum* est, *L. 67. pr. eod.*

FVRTVM rei hereditariæ fieri *Iulianus* negabat, nisi forte, pignori dederat defunctus, aut commodaverat, *L. 68. eod.*

FVRTVM pecuniæ falsus procurator facit, si nomine veri procuratoris, quem creditor habuit, assumpto, debitorem alienum circumvenerit, *L. 80. §. 6. eod.*

Si libertus patrono, vel cliens, vel mercenarius ei, qui conduxit, FVRTVM fecerit, furti actio nascitur, *L. 89. eod.*

Nemo opem, aut consilium alii præstare potest, qui ipse FVRTI faciendi consilium capere non potest, *L. 90. §. 1. eod.*

Cum plures servi ejusdem rei FVRTVM

TVM faciunt, & unius nomine cum domino his conteſtata eſt, tamdiu aliorum nomine actio ſuſtineri debebit, quam diu priore judicio poteſt actor conſequi, quantum conſequeretur, ſi liber id furtum feciſſet, *L. 1. §. 3. ſi familia furtum feciſſe dicatur.*

Si in FVRTO balneario quis apprehenſus eſt, ignominia mitti debet, *L. 3. de furibus balneariis.*

An FVRTVM committat ille, qui ſciēnter emit rem ex pecunia alicujus, ſtat in voluntate domini pecuniæ, *L. 1. C. de furtis.*

FVRTI vitium purgatur, ſi fur voluntate domini rem furtivam habere incipiat, *L. 32. pr. de uſurpat. & uſucap.*

FVRTI nomine intelligitur omnis illicita uſurpatio rei alienæ, *c. 11. q. 4. cauſ. 32.* & *c. 13. q. 5. cauſ. 14.*

Amico quidpiam rapere, FVRTVM eſt; Eccleſiam vero fraudare, ſacrilegium, *c. 10. q. 2. cauſ. 13.*

FVRTVM committit, qui inventum non reddit, *c. 6. q. 5. cauſ. 14.*

Non ſolum in majoribus FVRTVM committitur, ſed etiam in minoribus, *c. 4. q. 6. cauſ. 14.*

FVRTO ſublata res eccleſiaſtica reddatur in quadruplum, laica in duplum, *c. 16. q. 4. cauſ. 17.*

FVRTVM legitime puniatur, *ll. . 53. §. 1.*

FVSTIS.

Omnes, qui FVSTIBVS cædi prohibentur, eandem habent honoris reverentiam, quam Decuriones, *L. 2 §. 5. de pœnis.*

Non omnes FVSTIBVS cædi ſolent ſed hi duntaxat, qui liberi ſunt, & quidem tenuiores homines, honeſtiores vero fuſtibus non ſubjiciuntur, *L. 28. §. 2. eod.*

FVSTIVM ictus infamiam non importat, ſed cauſa, propter quam id pa meruit, ſi ea fuit, quæ infamiam damnato irrogat, *L. 22. de his, qui notantur inf am.*

FVTVRVS, *a, m.*

FVTVRVM tempus ſicut non contine præſens, ita præſens non contine futurum, *L. 7. de auro & argento & c*

FVTVRAE rei judicium eſſe poteſt, *L 76. §. 1. de V. O.* vid. *L. 35. de judiciis*

FVTVRI fructus & partus recte emuntur, *L. 8. pr. de contrab. empt.*

FVTVRA ſcire expedit, & modo debito ſunt inquirenda, *c. 4. pr. q. 7 cauſ. 1.*

FVTVRA non ſunt per conſtellatione inveſtiganda, *c. 1. pr. q. 2. cauſ. 26.*

Conſtitutio reſpicit FVTVRA, & no præterita, *c. 2. X. de conſtitut.*

G.

GALLINA.

GALLINARVM & anſerum non eſt feræ naturæ, palam eſt enim alias eſſe feras *gallinas*, & alios feros anſeres, itaque ſi quolibet modo anſeres mei, & *gallinæ* meæ, turbati turbatæve adeo longius evolaverint, ut ignoremus, ubi ſint, tamen nihilominus in noſtro dominio tenentur, & qui eos apprehenderit animo lucrandi, tenetur ei actione furti, *L. 5 §. 6. de A. R. D.*

GALLVS.

GALLVS gallinaceus (dicitur, qui diligit gallinas), *L. 9. pr. de L. Pompeja de parricidiis.*

GASTALDIA.

GASTALDIAE feudum elapſo ann revocari poteſt, *I. F. 2. pr.*

GASTA

GASTALDIAE feudum, vid. *Feuda gastaldiæ.*

GASTALDUS.

GASTALDUS non defendit sibi possessionem ejus, quod dicit proprii feudi nomine se possidere, *I. F. 2. §. 1.*

GEMINATIO.

GEMINATIO ejusdem actus nihil ultra primum operatur, *L. 18. de V. O.*

GEMMA.

GEMMA inclusa auro alieno, vel sigillum candelabro, vindicari non potest, sed, *ut excludatur*, ad exhibendum agi potest, *L. 6. ad exhib.*

Si, ut habiliter GEMMAE geri possint, inclusæ auro fuerint, tum aurum *gemmis* cedit, *L. 20. de auro, argento, mundo*, &c.

Si GEMMA ex annulo legetur, vel aliæ materiæ junctæ, vel emblemata, recte legantur, & separantur, & præstanda sunt, *L. 17. eod.*

GEMMAE sunt perlucidæ materiæ, quas (ut refert *Sabin. libb. ad Vitellium*) Servius à lapillis eo distinguebat, quod gemmæ essent perlucidæ materiæ, veluti smaragdi, chrysolithi, amethusti; lapilli autem contrariæ superioribus naturæ, ut obsiani, venientani, *L. 19. §. 17. eod.*

GEMMIS legatis non continentur vasa murrina, *L. 19. §. 19. eod.*

GEMMIS legatis continentur & gemmea vasa, *L. 19. §. 20. eod.*

GEMMAE, lapilli, & margaritæ non acquiruntur sola inventione, nisi accedat naturalis apprehensio, *L. 1. §. 1. de acquir. possess. §. 18. de R. D.*

GENER.

GENERI appellatione & neptis, & proneptis, tam ex filio, quam ex filia editorum, cæterarumque maritos contineri, manifestum est, *L. 136. de V. S.*

GENER appellatur filiæ vir, *L. 4. §. 4. de gradibus* &c.

GENER divortio facto socero solvens dotem ignorante filia non liberatur à filia, & ideo potest repetere à socero, nisi filia ratum habuisset, *L. 34. §. 6. de solution.*

GENER à socero dotem arbitratu soceri certo die dari non demonstrata re, vel quantitate si fuerit stipulatus, valet stipulatio etiam arbitrio detracto, *L. 69. §. 4. de jure dot.*

GENER, aut socer invitus ad testimonium dicendum cogi non potest, *L. 5. de testibus. c. 3. §. 7. qu. 3. caus. 4.*

GENERI appellatione continetur sponsus filiæ, & soceri appellatione continetur pater sponsæ, *ibid.*

GENER si convenit cum socero, ne dos vivo socero peteretur, post mortem soceri divortio facto nondum exacta dote potest *gener* agere dotis actione adversus heredes soceri, *L. 44. §. 1. soluto matr.*

GENERI & Nurus, Soceri & Socrus appellatione ex sponsalibus acquiritur, *c. 42. §. 2. q. 2. caus. 27.*

GENERALIS, *e.*

GENERALE dicitur interdictum, quod fertur in provinciam, *c. 17. X. de V. S.*

Ex GENERALI commissione non potest Officialis inquirere, corrigere, deponere, & punire subditorum excessus, *c. 2. de officio Vicarii in 6.*

In GENERALI concessione non veniunt ea, quæ non esset quis similiter in specie concessurus, *c. 81. de R. I. in 6.*

Sub GENERALI pollicitatione, seu promissione, etiam jurata, non venit illicitum, *c. 4. X. de homicidio.*

GENERALIS Ecclesiæ consuetudo pro lege habenda est, *c. 10. X. de testam.*

GENERARE.

Qui GENERARE possunt, recte puberes dicuntur, *c. 3. X. de desponsatione impuber.*

Nasci de adulterio, non est ejus culpa, qui nascitur, sed illius, qui GENERAT, *c. 5. dist. 56.*

GENERATIO.

In GENERATIONIS habilitate magis attenditur naturæ, quam temporale vitium, aut valetudo, propter quam abdicatur homo à generandi facultate, *L. 9. pr. de liber. & posth.*

GENERATIO duplex est, carnalis & spiritualis, *c. 2. §. 4. & 5. q. 4. caus. 32.*

GENETHLIACVS.

GENETHLIACI sunt, qui natalium dierum considerationibus student, nunc vulgo Mathematici, à genere superstitionis perniciosæ non segregandi, nam & isti, quamvis veram stellarum positionem, cum quis nascitur, consectentur, & aliquando etiam pervestigent; tamen quod inde conentur vel actiones nostras, vel actionum eventa prædicere, nimis errant, & vendunt imperitis hominibus miserabilem servitutem, *c. 6. §. 3. q. 2. caus. 26.*

GENICVLVS.

Ad GENICVLVM (i. e. *gradum*) septimum successio in feudis extenditur, *I. F. 1. §. 4.*

GENIVS.

Si quis juraverit in re pecuniaria per GENIVM Principis, dare se non oportere, & pejeraverit, fustibus castigandus, ac dimittendus est, *L. 13. §. 6. de jurejur.*

GENS.

GENS probanda est, quoties nimirum de gente alicujus quæstio est, *L. 1. de prob. tion.*

GENS.

GENTIVM jus inde appellatur, quia eo jure omnes fere *gentes* utuntur, *c. 9. dist. 1. § 1. de I. N. G. & C.*

GENTILIS.

GENTILEM ducere licet, si promittat Christianam se fore, *c. 16. q. 1. caus. 28.*

GENTILES conjuncti non debent dissolvi; conjungendi autem omnino dissolvantur, *c. 9. §. 6. ead.*

Si quis GENTILIS gentilem uxorem dimiserit ante baptismum, post baptismum in potestate ejus erit eam habere, vel non habere, *c. 3. ead.*

GENVS.

GENVS pro gente ponitur, *L. 1. de probationibus.*

GENVS.

GENERI species derogat, *c. 34. de regul. Iur. in 6. L. 99. §. 5. de legat. 3.*

In toto jure GENERI per speciem derogatur, *L. 80. de R. I.*

GENVS masculinum in se continet fœmininum, *L. 62. de legat. 3.*

GENVS fœmininum in se non continet masculinum, quod pessimum esset, *L. 45. pr. de legat. 2.*

In GENERIS legato *genus* est in obligatione, sed pretium ejus in solutione, *L. 9. de auro, & argento* &c.

GENVS præcedens non restringitur per enumerationem specierum, *L. 32. §. 2. eod.*

GEOMETRIA.

GEOMETRIAE artem discere atque exercere publice interest, *L. 2. C. de maleficis & mathematicis* &c.

GEOMETRIA, Musica, & Arithmetica, habent in sua scientia veritatem, sed non est scientia illa, scientia pietatis; Scientia pietatis est, nosse legem, intelligere Prophetas, Evangelio credere, Apostolos non ignorare, *c. 10. dist. 37.*

GERERE.

Verbum GESSERVNT, non pertinet ad testandi jus, *L. 20. de V. S.*

GESSISSE quis videtur, qui per alium gessit, *L. 5. §. 3. de admin. & peric. tut.*

GESTVM rem significat sine verbis factam, *L. 19. de V. S.*

Licet

Licet inter GESTA & facta videtur quædam esse subtilis differentia, attamen καταχρηστικῶς, i. e. abusive, nihil inter factum & gestum interest, *L. 58. pr. de V. S.*

GERERE alicujus negotia cum proposuissem, deinde tu mihi mandasti, ut gererem, possum agere negotiorum gestorum contra dominum, & mandati contra te, *L. 3. §. 11. de negotiis gestis.*

GERENS negotia mea non mei contemplatione, sed sui lucri causa, potius suum negotium, quam meum gerere censetur, *L. 6. §. 3. eod.*

Si quis quasi servus meus negotium meum GESSERIT, cum esset vel libertus, vel ingenuus, dabitur negotiorum gestorum actio, *L. 6. §. 5. eod.*

Si pupillus GESSERIT negotia, conveniri potest in id, quod factus est locupletior, *L. 3. §. 4. eod.*

Si GESSERIM furiosi negotia, competit mihi adversus eum negotiorum gestorum actio, *L. 3. §. 5. eod.*

Si quis negotia aliena GERENS, plus quam oportet impenderit, recuperaturum eum id, quod præstari debuerit, *L. 25. eod.*

Si GERENS aliena negotia indebitum exegerit, restituere cogitur, *L. 23. eod.*

GERENTI negotia captivi competit actio contra eum, si revertatur, vel contra heredes ejus, *L. 19. §. 5.* & *L. 20. eod.*

GERENS negotia hereditaria si bene gessit, obligat hereditatem, si male, obligat se hereditati, & heres tenetur ei, quamquam sit pupillus, *L. 21. §. 1. eod.*

GERENS negotia alicujus eo mortuo intermittere non debet, neque tenetur nova negotia inchoare, vetera tamen conservare tenetur, *L. 21. §. 2. eod.*

GERENS aliena negotia per alium actione negotiorum gestorum tenetur, ac si ipse gessisset, *L. 21. §. 3. eod.*

GERENS negotia absentis, licet ignorantis, si quid utiliter in rem ejus impenderit, vel etiam se alicui obligaverit, habet negotiorum gestorum actionem, *L. 2. eod.*

GERENS negotia filiifam. militis defuncti testamento facto tenetur actione negotiorum gestorum ejus heredi, *L. 12. §. 1. eod.*

GERENS contemplatione procuratoris non datur contra dominum actio negotiorum gestorum, nec domino contra eum, secus si gereret contemplatione domini, *L. 46. pr. eod.*

GERENS negotia, quæ alius non erat gesturus affectione coactus, ne bona amici sui distrahantur, solum de dolo tenetur, *L. 3. §. 9. eod.*

GERENS negotia fidejussoris si solvit creditori, ita, ut reum ejusque fidejussorem liberaret, idque utiliter fecit, habet actionem negotiorum gestorum contra fidejussorem, etiamsi is ratum non habeat, & ipsemet fidejussor, si id ratum habeat, mandati actionem habet contra reum, etiam antequam solvat gestori, *L. 50. pr. mandati.*

Negotium GERENTES alienum non interveniente speciali pacto, casum fortuitum præstare non compelluntur, *L. 22. C. de negotiis gestis.*

Negotiis GESTIS, non in rem, sed in personam est actio, *L. 23. C. eod.*

Adversus eum, cujus negotia GESTA sunt, de pecunia, quam de propriis opibus, vel ab aliis mutuo acceptam erogasti, mandati actione pro sorte & usuris potes experiri, *L. 1. C. mandati* &c.

GESTUM nomine ventris devolvitur in actione tutelæ posthumo nato, vel in actione negot. gestorum eo non nato, *L. 19. de negotiis gestis.*

GESTUM esse alicujus contemplatione probatur probata amicitia inter gerentem, & ejus, cujus contemplatione videtur esse gestum, *L. 6. §. 6. eod.*

GESTA omnia sua ad Dei providentiam unusquisque debet referre, sicut Imperator omnia retulit, *L. 2. pr. C. de officio Præfecti Prætorio* &c.

Quæ contra fas GESTA sunt, fructum calliditatis obtinere non possunt, *L. 3. C. de repudiis.*

GESTOR.

GESTOR tenetur de neglectis, si alius erat gesturus, *L. 6. §. 12. de negotiis gestis*

GESTOR tenetur, si à se non exegit, & exegit ab alio, & tunc debitum, quod forte non erat usurarium, incipit esse usurarium, *ibid.*

GESTORI negotiorum, si ego præsens, & nesciens male gestum ratum habeo, non videor remittere, quantumque habeam animum remittendi, secus si sciens ratum habui, *L. 9. eod.*

GESTORI ut actio competat, sufficit, quod negotium utiliter fuerit cœptum respectu domini, licet effectum utilem non habuerit, *L. 10. §. 1. eod.*

GESTOR tenetur de dolo & culpa, & si negotia insolita inchoavit, tenetur etiam de casu, *L. 11. eod.*

GESTOR non tenetur de casu, nisi præcedat culpa, est autem culpa retinere pecuniam debitam creditoribus, si eam habet solutioni paratam, *L. 13 eod.*

GESTOR negotiorum potest ignoranter rem domini usucapere, & si ante usucapionem completam supervenerit scientia, debet facere à se evinci, ne teneatur actione negotiorum gestorum, *L. 19. §. 3. eod.*

GESTOR potest substituere alium ad negotia, *L. 21. §. 3. eod.*

GESTOR si frumentum, vel vinum comparaverit familiæ, idque casu interierit, forte incendio, vel ruina, non tenetur actione negotiorum gestorum, nisi culpa præcesserit casum, *L. 22. eod.*

GESTOR expensas voluptuarias non repetit, conceditur tamen eas abradere, & hoc nisi res, in qua expensæ sunt factæ, erat mercalis, & dominus erat venditurus, quia tunc repetit expensas, *L. 27. pr. eod.*

GESTUS.

GESTUS exterior corporis, mentis qualitatem indicat, *c. 8. §. sicut ergo. dist. 41.*

GLADIATOR.

GLADIATORES & eorum spectacula prohibita sunt, *L. un. C. de gladiatoribus* &c. *XI.*

GLADIUS.

GLADII potestas, est jus animadvertendi in facinorosos, *L. 6. §. 8. de Offic. Præsid. L. 3. de jurisd.*

Nemo potest GLADII potestatem sibi datam, vel cujus alterius coërcitionis ad alium transferre, *L. 70. de R. I.*

GLADIUS est duplex: materialis & spiritualis, in *princ. q. 8. caus. 23.*

GLADIUM materialem potest Ecclesia invocare, *c. 21. X. de homicid.*

GLADIUS commissus est Regi ad vindictam malorum, laudem autem bonorum, *ibid.*

Ille GLADIUM accipit, qui nulla superiori, ac legitima potestate vel jubente, vel concedente in sanguinem alicujus armatur, *c. 36. q. 4. caus. 23.*

Si GLADIO Vasallus Dom. insidiatus fuerit, beneficium amittit, *II. F. 24. §. 2.*

GLADIUM suum mercator, per provin-

vinciam pertransiens, suæ sellæ alliget, vel super vinculum suum ponat, non ut quem lædat innocentem, sed ut à prædone se defendat, *II. F. 27. §. 5.*

GLANS.

GLANS caduca est, quæ ex arbore cecidit, *L. 30.* §. *4. de V. S.*

GLANDIS appellatione omnis fructus continetur, ut *Iavolenus* ait, *L. 236.* §. *1. de V. S. L. un. de glande legenda.*

GLANS ex arbore vicini si tunc cecidit in meum fundum, per interdictum *de glande legenda* prohibeor, ne faciam vim vicino caventi mihi de damno infecto, quominus eam possit colligere usque ad tres dies à die, quo cecidit, & sic de tertia in tertiam diem potest ire ad colligendos fructus, *L. un. de glande legenda.*

GLANS ex arbore tua si in meum fundum cecidit, teneor ad exhibendum, si dolo malo pecus immisi, ut glandem comederet, sed si sine dolo malo immisi, teneor in factum subsidiaria legis Aquiliæ, *L. 9.* §. *1. ad exhibend.*

GLANS si in fundum alienum decidit, dominus *glandis* potest agere ad exhibendum, sive *glans* extet, sive consumpta sit, item si extet, potest etiam agere interdicto de glande legenda, ut sibi liceat post triduum à die, quo cecidit, glandem legere, data prius cautione damni infecti, *ibid.*

GNAVITER.

GNAVITER, i. e. sapienter, *L. 3. C. de quadriennii præscriptione.*

GRADVS.

GRADVS ponitur pro persona, *L. 10. §. 7. de vulgari & pupill. subst.*

GRADVS primus, à quo filius est præteritus, nullius est momenti, sed sequens, in quo est substitutus, valet, sed si in primo sit institutus, valent etiam sequentes, licet ab eis prætereatur, *L. 43. §. 2. eod.*

GRADVS cognationis alii superioris ordinis sunt, alii inferioris, alii ex transverso, sive à latere, *L. 1. pr. de gradibus* &c.

Iurisconsultus cognatorum GRADVS & affinium nosse debet, quia legibus hereditates & tutelæ ad proximum quemque agnatum redire consuerunt, *L. 10. pr. eod.*

Generata persona GRADVM adjicit, *§. 7. de gradibus cognatorum.* Inde regula: *Quot generationes, tot gradus.*

GRADVS agnationis eodem modo numerantur, ac cognationis, *§. 8. eod.*

Quomodo GRADVS consanguinitatis dirimuntur, *c. 1. q. 5. caus. 35.*

GRADVS consanguinitatis quomodo sint computandi, *c. 2. cad.*

GRADVS parentelæ qualiter computantur, *c. 4. cad.*

Nomina GRADVVM superiorum, sive inferiorum, sive ex latere venientium, *c. 6. cad.*

GRADVVM mentio in lege fit, ob nihil aliud, nisi ut hereditas vel successio ab una ad alteram personam inter consanguineos deferatur; In canonibus vero ob hoc progenies computatur, ut aperte monstretur, usque ad quintam generationem à consanguineorum sit nuptiis abstinendum, *c. 2. §. 1. eod.*

GRADVS in legibus distincte non numerantur, nisi usque ad sextum; in canonibus autem usque ad septimam distinguuntur generationem, *ibid.*

In GRADIBVS prohibitis non possunt matrimonia contrahi, etiamsi hoc habeat consuetudo, *c. 5. X. de consanguin. & affin.*

Vir, qui à stipite quarto GRADV, & mulier, quæ ex alio latere distat quinto, secundum regulam appro-

 batam,

batam, qua dicitur: Quoto gradu remotior differt à ſtipite, & à quolibet per aliam lineam deſcendentium ex eodem, licite poſſunt matrimonialiter copulari, *c. 9. X. eod.*

Prohibitio matrimonii quartum GRADUM conſanguinitatis & affinitatis non excedat, *c. 8. X. eod.*

Infideles conjuncti in GRADU prohibito à lege Canonica, poſt baptiſmum non ſeparantur, *c. 4. X. eod.*

In prohibito GRADU ignoranter contrahentes, ſobolem ex tali conjunctione illegitimam procreant, *c. 3. X. de clandeſt. deſponſat.*

GRADU quarto agnati ad feudum culpa amiſſum vocantur, *II. F. 26. c. 5. §. 5.*

Poſt GRADUM quartum non vocatur feudum paternum, *I. F. 8. §. 1.*

GRAECUS.

Filius Sacerdotis GRAECI ex uxore genitus licite inter Latinos promovetur, ſi ſcandalum non obſiſtat, *c. 6. X. de Clericis conjugatis.*

GRAECI à Latinis ordinari non debent, nec econtra, ſi in ritu ordinandi ſunt diverſi, *c. 9. X. de temporibus ordination.*

GRAMMATICA.

B. Gregorius quendam reprehendit Epiſcopum, quod contra Epiſcopale Officium, pro lectione Evangelica, GRAMMATICAM populo exponeret, *c. 8. §. cur ergo. diſt. 37.*

GRAMMATICA legenda eſt, ut per eam ſacræ ſcripturæ intelligantur, *c. 10. pr. ead.*

GRAMMATICA & rhetorica in adoleſcentia ſolent diſci, *L. un. C. de ſtudiis* &c. *XI.*

GRAMMATICUS.

GRAMMATICOS ſeu *Oratores* decreto ordinis probatos, ſi non ſe utiles ſtudentibus præbeant, denuo ab eodem ordine reprobari poſſe, ignotum non eſt, *L. 2. C. de profeſſoribus & medicis X.*

GRAMMATICI, & Sophiſtæ, & Iuriſperiti, qui per viginti annos ſcientiam docuerunt Conſtantinopoli, ſunt digni ea dignitate, qua funguntur vicarii Principis, *L. unic. C. de profeſſoribus, qui in urbe Conſtantinopolit.* &c.

GRAMMATICORUM doctrina poteſt proficere ad vitam, dum fuerit in meliores uſus aſſumpta, *c. 10. §. 1. diſt. 37.*

GRATIA.

GRATIA ſi non gratis datur, vel accipitur, *gratia* non eſt, *c. 1. q. 1. cauſ. 1.*

GRATIA vendi non poteſt, *c. 8. q. 1. cauſ. 1.*

GRATIA corrupti teſtes, *II. F. 51. c. 2.*

Fridericus Dei GRATIA Romanus Imperator ſemper auguſtus &c. *II. F. 27. pr.*

GRATIA Spiritus Sancti venalis non eſt, *c. 2. §. 2. q. 7. cauſ. 1.*

GRATIA non ſolum peccata dimittit, ſed etiam legem implere facit, *c. 145. diſt. 4. de conſecrat.*

Vnusquisque GRATIAM ſibi non loci, non generis nobilitate, ſed virtute comparat, *c. 9. diſt. 40.*

GRATIAE cauſa teſtimonium factum non admittitur, *c. 3. §. 2. q. 2. cauſ. 4.*

GRATIAM vel odia ſequentes in ſubditorum cauſis, judicare de ſubditis digne nequeunt, *c. 61. q. 3. cauſ. 11.*

Tunc motu proprio ſolum GRATIA fieri cenſetur, cum hoc expreſſe cautum fuerit in eadem, *c. 23. de Præb. in 6.*

Revocatio GRATIAE non tollit jus quæſitum, ſed quærendum, niſi jus annexionis aliud inducat, nec tamen tollit jus quærendum annexum digniori, aut quæſito, *c. 39. eod.*

GRA-

GRATIFICATIO.

GRATIFICATIONI interdum locus est, ita ut uni ex legatariis possit interdum heres gratificari magis, quam alteri, *L. 46. pr. de religiosis* &c.

GRATIFICATIONI locus est, quando servus duobus dominis aggressuram patientibus opem ferre non potuit, eligat alteri eorum esse auxilio, *L. 3. §. 4. de SCto Silaniano.*

GRATIFICATIONI locus est, quando legatur Titio, & duo Titii amici testatoris sint, nec apparet, de quo testator senserit, *L. 8. §. 2. de legat. 2.*

GRAVAMEN.

GRAVAMEN omne dilationis, vel conditionis aufertur de portione, vel legato relicto filio, quantum est pro debito jure naturæ, *L. 29. C. de inofficioso testamento.*

A judicum GRAVAMINE potest appellari, *c. 13. X. de privileg.*

De GRAVAMINE appellantis cognoscere potest Iudex appellationis, altera parte per contumaciam absente, *c. 70. §. 3. X. de appellat.*

GRAVARE.

Princeps non debet indebite GRAVARE subditos suos, *c. 1. X. de excess. Prælat.*

GRAVARI potest onere fideicommissi ille, cui datur aliquid causa conditionis implendæ, *L. 96. §. 4. de legat. 1.*

GRAVARI non potest quis in plus quam apud eum remaneat deducto onere conditionis, *L. 122. §. 2. eod.*

GRAVARE non possum, quem non honoro, *L. 9. C. de fideicomm.*

GRAVIS, e.

GRAVIA clausis oculis non debent præteriri, *c. 22. X. de sent. excomm.*

GREX.

GREX vindicari potest, *L. 1. §. 3. de R. V.*

GREGEM ovium decem constituunt, *L. 3. pr. de abigeis.*

Si GREX legatus fuerit, & postea ad unam ovem pervenerit, quod superfuerit, vindicari potest, *§. 18. de legatis.*

GREGE legato, etiam eas oves, quæ post testamentum factum *gregi* adjiciuntur, legato cedere, *Iulianus* ait, *ibid.*

Est autem GREGIS unum corpus ex distantibus capitibus, sicut ædium unum corpus est ex cohærentibus lapidibus, *ib.*

GREGEM porcorum, vel equorum faciunt quinque, vel quatuor porci, vel equi, *L. 3. pr. de abigeis.*

GREGEM petens, ac succumbens non auditur volens iterum eundem petere, licet sit auctus, vel diminutus, nec auditur, si vult aliqua capita ipsius *gregis* petere *L. 21. §. 1. de except. rei judic.*

GREX totus non potest usucapi, sed singula capita sic, quando singula corpora sunt in qualitate diversa, ut quia caput meum est meum, aliud alienum, aliud furtivum, aliud non, sed ubi totus grex est unius conditionis, ut quia à me grex est emptus, recte tunc usucapi potest, *L. 30. §. 2. de usurpat. & usucap.*

GREGEM possum vindicare, quamvis aries tuus sit immissus, & tu etiam arietem potes vindicare, *L. 23. §. 5. de R. V.*

GVARDIA.

GVARDIAE feudum, *I. F. 2. pr.*

GVARDIAE feudum Dominus auferre potest, *I. F. 11.*

GVARDIAE feudum post annum aufertur, *I. F. 2. pr.*

In GVARDIAM susceptum, postea in feudum datum, *I. F. 4. §. 3.*

GVARENTIZARE.

Si GVARENTIZARE (i. e. *assistere*, vel

vel *evictionem praestare*) possidenti Dominus voluerit, *II. F. 34. pr.*

GVERRA.

Tempore GVERRAE Presbyteri, Monachi, Conversi, Peregrini, Mercatores, Rustici, euntes vel redeuntes, vel in agricultura existentes, & animalia, quibus arant, & semina portant ad agrum, congrua securitate laetentur, *c. 2. X. de treuga & pace.*

Domino GVERRAM faciente alicui, si sciatur, quod juste, aut cum dubitatur, Vasallus eum adjuvare tenetur, *II. F. 28. pr.*

GVLA.

Quinque modis nos vitium GVLAE tentat: Nunc tempus indigentiae praevenit: Nunc lautiores cibos quaerit: Nunc sumenda melius praeparari expetit: Nunc mensuram moderatae refectionis excedit: Nunc, etsi in abjectius, ipso immensi desiderii aestu, deterius peccat, *c. 22. dist. 5. de consecrat.*

GYNAECIVM.

GYNAECIVM dicitur locus, in quo panni nudi auro, & argento texuntur, à *gynos*, i. e. nudum, quia nudus panno vestitur, *L. 2. C. de murilegulis* &c. *XI.*

Qui aliquem ex familiis GYNAECII in latebris habere comperti sunt, quinque librarum auri damno subjiciantur, *L. 5. C. eod.*

H.

HABERE.

Id apud se quis HABERE videtur, de quo habet actionem, habetur enim, quod peti potest, *L. 143. de V. S.*

HABERE, sicut pervenire, cum effectu accipiendum, *L. 164. §. 2. eod.*

HABERE duobus modis dicitur, altero jure dominii, altero obtinere sine interpellatione id, quod quis emerit, *L. 188. pr. de V. S.*

HABERE possumus quaedam, quamvis ea utilia nobis non sint, *L. 19. de servitutibus.*

HABERE eum dicimus, qui utitur, & jure possessionis fruitur, sive ipse opus fecit, sive ex causa emptionis, vel conductionis, vel legato, vel hereditate, vel quo alio modo acquisivit, *L. 2. §. 38. ne quid in loco publico* &c.

HABERE dupliciter accipitur, nam & eum habere dicimus, qui rei dominus est, & eum, qui dominus quidem non est, sed tenet, denique habere rem apud nos depositam solemus dicere, *L. 38. §. 9. de V. O.*

HABENDI verbo in largissima significatione continentur tam res propriae, quam depositae, commodatae, locatae, vel pignoratae, quarum usum, vel usumfructum, vel custodiam habet, *L. 1. §. 33. de vi & vi armata.*

HABITARE.

HABITARE dicitur ille, qui vel in suo, vel in conducto, aut gratuito habitat, *L. 1. §. 9. de his, qui dejecerunt &c.*

HABITANDO quis dicitur fructus percipere, *L. 11. §. 1. de pignoribus.*

HABITARE non debent Christiani cum Iudaeis, *c. 5. X. de Iudaeis & Sarac.*

Qui HABITANT cum meis inimicis, mei inimici praesumuntur, & ab accusatione repelluntur, *c. 7. X. de accusat.*

HABITARE simul cum mulieribus Sacerdotes non licet, *c. 23. dist. 81.*

HA-

HABITATIO.

HABITATIONES illius, qui Cardinalem hostiliter insequitur, vel capit vel percutit, desertæ fiunt in perpetuum, *c. 5. §. Fiant. de pœnis in 6.*

HABITATIO legata non transit ad heredem legatarii, *L. 10. pr. de usu & habitatione.*

HABITATIONIS legatum, & usus, idem pene est in effectu, differt tamen quandoque, quia habitatio locari potest, non usus, *ibid. §. 5. de usu & habit.*

Si cui HABITATIO legata, sive aliquo modo constituta sit, neque usus videtur, neque usufructus, sed quasi proprium aliquod jus, *§. 5. de usu & habitat.*

HABITATIONE per dominum indebite concessa condicitur pensio, in quantum habitator esset conducturus, non in quantum dominus domus esset locaturus, *L. 65. §. 7. de condictione indebiti.*

Si gratuitam tibi HABITATIONEM dedero, an commodati agere possim? & *Vivianus* ait, posse; sed est tutius, præscriptis verbis agere, *L. 17. pr. de præscriptis verbis.*

HABITATIONIS legatum in singulos annos ab initio anni deberi, constat, *L. 11. de usu & usufructu & habitat.* &c.

HABITATIO est individua, *L. 1. §. 9. ad L. Falcid.*

Si HABITATIO filiofamilias vel servo legata sit, non acquiritur domino vel patri legatum, si ante aditam hereditatem filius vel servus decesserit, nam cum personæ cohæreat, recte dicitur ante aditam hereditatem diem non cedere, *L. 9. quando dies legatorum* &c.

HABITATIO morte finitur, & qui eam habet, non potest alienare proprietatem etiam in ultima voluntate, *L. 11. C. de usufructu & habitat.*

HABITATIO sive usufructus habitationis si alicui legetur, videtur legatum jus habitandi, ut per se possit legatarius habitare, & alii locare, proprietas tamen ad eum non pertinet, nisi probetur de voluntate testantis, *L. 13. C. eod.*

HABITATIO jus proprium, & specialem naturam sortita est, cum neque usus, neque usufructus dici possit, *ibid.*

HABITATIO si alicui legetur, datur etiam legatario licentia locandi habitationem, & multo magis quando usufructus habitationis legatur, *ib.*

HABITUS *pro veste.*

HABITUM philosophiæ indebite usurpans non excusatur à muneribus personalibus, *L. 8. C. de Profess. & Medic. X.*

Monachum non facit HABITUS, sed professio regularis, *c. 13. X. de Regularibus* &c.

Susceptio HABITUS Professorum extra professionem, impedit contrahendum matrimonium, sed contractum non dirimit, *c. 4. X. qui Clerici, vel voventes* &c.

HABITUM monachalem potest quis in propria domo suscipere, *c. 9. X. de conversione conjugator.*

Qui ultra annum portat HABITUM monachalem in Monasterio, ubi sunt habitus indistincti, censetur professus, *c. 22. X. de regularibus.*

HAERESIARCHA.

HAERESIARCHA est, qui est Magister erroris, *c. 32. q. 3. caus. 24.*

HAERESIS.

HAERESIS est crimen publicum, & ideo quilibet de populo potest accusare, quia quod in religionem divinam committitur, in omnium fertur

injuriam, *L. 4. §. 1. C. de Hereticis & Manichæis* &c.

HAERESES omnes vetitæ legibus divinis & imperialibus perpetuo debent quiescere, nemoque illas conetur docere, vel discere, nec Episcopus hæreticorum fidem insinuare audeat, quam non habent, nec ministros creare, qui non sunt, *L. 2. C. eod.*

HAERESIUM suspecti, nisi ad mandatum Ecclesiæ propriam innocentiam purgatione congrua monstraverint, tanquam infames, & banniti ab omnibus habeantur, ita quod si sic per annum permanserint, puniuntur ut hæretici, *Auth. Gazaros. C. eod.*

HAERESIS græce ab electione dicitur, quod scilicet eam sibi unusquisque eligat disciplinam, quam putat esse meliorem, *c. 27. q. 3. cauf. 24.*

Differentia inter HAERESIN & Schisma est, quod *hæresis* perversum dogma habeat, Shisma autem propter Episcopalem dissensionem ab Ecclesia separet, *c. 26. q. 3. cauf. 24.*

Propter crimen HAERESIS Clericum in quibuscunque sacris Ordinibus constitutum, solus ejus Episcopus degradare poterit, *c. 1. de hæreticis in 6.*

Relapsi in HAERESIN sunt tradendi Curiæ seculari, licet pœniteat eos, & ad fidem redeant, non tamen denegantur eis Sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ, *c. 4. eod.*

HAERETICUS.

HAERETICUS est, qui alicujus temporalis commodi, & maxime gloriæ, principatusque sui gratia falsas, ac novas opiniones vel gignit, vel sequitur, ille autem, qui hujusmodi hominibus credit, homo est imaginatione quadam veritatis, ac pietatis illusus, *c. 28. q. 3. cauf. 24.*

Quicunque aliter Scripturam intelligit, quam sensus Spiritus sancti flagitat, quo scripta est, licet de Ecclesia non recesserit, tamen HAERETICUS appellari potest, & de carnis operibus est, eligens quæ pejora sunt, *c. 27. ead.*

Non sunt HAERETICI, qui non sua audacia, sed aliena seducuntur in errorem, *c. 29. ead.*

Quidam HAERETICI, qui de Ecclesia recesserunt, ex nomine suorum Autorum nuncupantur, quidam vero ex causis, quas eligentes instituerunt, *c. 39. ead.*

Sectæ HAERETICORUM enumerantur *c. 39. ead.*

HAERETICI sunt, qui, quod prave sapiunt, contumaciter defendunt, *c. 31. ead.*

HAERETICOS extirpare pertinet ad Episcopum, *c. 30. X. de electione* &c.

HAERETICUS perseverans, æternaliter damnatur, cui nec prodest baptismus, nec eleemosyna, vel martyrium, vel aliud quodcunque bonum quoad hoc, ut consequatur vitam æternam, *c. 3. X. de hæreticis.*

Episcopus instituens heredem HAERETICUM consanguineum, vel extraneum, vel Paganum, etiam post mortem excommunicatus nunciatur, *c. 5. X. eod.*

HAERETICI, receptatores, & fautores eorum, excommunicati sunt, & decedentes in hoc peccato in cœmeterio Ecclesiæ sepeliri non debent, nec pro eis orari, *c. 8. X. eod.*

HAERETICUS male sentiens, vel male docens de Sacramentis Ecclesiæ, excommunicatus est, & convictus, nisi se correxerit, & errorem abjuraverit, si Clericus est, degradetur, & curiæ seculari tradatur, per quam etiam Laicus punietur, *c. 9. X. eod.*

Bona HAERETICORUM confiscantur, & in terris Ecclesiæ applicantur fisco

fisco Ecclesiæ, in terris Imperii, Iudicis secularis fisco, & procedit, etiamsi Catholicos habent filios, *c. 10. X. eod.*

Advocati vel Notarii HAERETICIS vel eorum defensoribus faventes, aut sub eis litigantibus patrocinantes, & pro eis instrumenta scribentes, infames sunt, & ab illo officio suspensi, *c. 11. X. eod.*

Excommunicati sunt omnes HAERETICI, quibuscunque nominibus nominentur, *c. 13. X. eod.*

Potestates seculares jurare tenentur, HAERETICOS ab Ecclesia damnatos pro viribus exterminare, *c. 13. §. Potestates. X. eod.*

Seculares Principes, qui jurare nolunt de Ecclesia contra HAERETICOS defendenda, excommunicantur, & terræ eorum supponuntur edicto, *c. 13. §. 3. X. eod.*

Cruce signati ad exterminationem HAERETICORVM, gaudent privilegio concesso cruce signatis in subsidium terræ sanctæ, *c. 13. §. 4. X. eod.*

Provisio circa carceres HAERETICORVM, claves, custodes, custodum Ministros, vid. *Clem. 1. §. 2. de haeret.*

Excommunicationem incurrit sepeliens scienter HAERETICOS, vel eorum receptatores, defensores, vel fautores, nec absolvitur, nisi exhumet eorum corpora, locus vero privatur sepultura, *c. 2. pr. de haereticis in 6.*

Nulla est emancipatio filiorum vel subditorum per HAERETICOS facta, etiamsi postea vitium detegatur, *c. 2. §. 4. eod.*

Bona HAERETICORVM ipso jure sunt confiscata, quod probatur triplici argumento legali; Executio tamen fieri non debet per dominum secularem, nisi prius pronuntiatum fuerit super crimine per Iudicem Ecclesiasticum, *c. 19. eod.*

Non est obediendum Episcopo, qui pro HAERETICIS Missam canere jubet, *c. 91. q. 3. caus. 11.*

HAERETICVS haereticum accusare, & contra eum testificari potest, *c. 26. q. 7. caus. 2.*

HAERETICI manifesti sunt, qui contra fidem Catholicam publice prædicant, vel qui confessi sunt, aut convicti, *c. 26. X. de V. S.*

Pertinaciter asserens, exercere usuras non esse peccatum, HAERETICVS est, *Clem. c. un. §. 2. de usuris.*

Si quis in bello contra HAERETICOS & infideles moriatur, cœlum meretur, *c. 46. q. 5. caus. 23.*

Variæ HAERETICORVM superstitiones à Gangrensi Concilio anathematizatæ, *c. 1. & seqq. dist. 30.*

HAERETICI Sacramenta & Scripturas habent ad spem, non ad salutem, *c. 40. §. 1. dist. 4. de consecrat.*

HAERETICI absolvere & ligare nequeunt, *c. 51. dist. 1. de pœnitent.*

Neque cum HAERETICIS, neque cum Schismaticis licet orare, *c. 67. q. 1. caus. 1.*

De manu HAERETICORVM communio non est recipienda, *c. 72. ead.*

HAERETICORVM Sacerdotes Christi honoribus non habentur digni, *c. 73. ead.*

HAERETICORVM benedictionibus Deus maledicit, *c. 76. ead.*

HAERETICI dicuntur omnes, qui sunt extra fidem Christianam, & non sunt membrum Sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, *Nov. 109. praef.*

HAERETICI dicuntur, qui sacram communionem & sacramenta in Catholica Ecclesia non percipiunt à Deo amabilibus sacerdotibus, *ib.*

HAERETICORVM vocabulo conti-

 nentur,

nentur, qui levi argumento à judicio catholicæ religionis, & tramite detecti fuerint deviare, *L. 2. de hæreticis & Manichæis* &c.

HAERETICUS est, qui non credit quatuor Conciliorum statuta, scilicet Nicæni, Constantinopolitani, Ephesini, & Chalcedonensis, *L. 8. pr. C. eod.*

HAERETICI non possunt accipere hereditatem, legatum, vel fideicommissum per testamenta militum, vel jure communi condita, *L. 22. C. eod.*

Nullus HAERETICIS ministeriorum locus, nulla ad exercendam animi obstinatioris dementiam pateat occasio, *L. 2. pr. C. de Summa Trinitate* &c.

HAERETICI in Romano solo nullam habent facultatem commorandi, *L. 5. C. de hæreticis* &c.

HAERETICIS vendendo prædia, in quibus sunt Ecclesiæ, vel oratoria orthodoxæ fidei, illa prædia fisco applicantur, hodie vero Ecclesiæ, sub cujus territorio sunt, *L. 10. C. eod.*

HAERETICI res Ecclesiarum per conductionem, vel emphyteusin, vel per emptionem, vel alio quolibet modo non possunt accipere ab Ecclesia, & si *hæretici* pro tali causa dederint aliquid *Ecclesiæ*, illud amittunt, & illæ res ab eadem Ecclesia vindicantur, & rector, vel œconomus Ecclesiæ, qui eas dedit, a gubernatione removetur, & à sancta communione uno anno segregatur, *Nov. 131. c. 14.*

HAERETICI vel Iudæi speluncam, vel Synagogam constituere non debent, *ibid.*

HAERETICI ad testimonia judicialia contra Christianos non admittuntur, in contractibus, & ultimis voluntatibus admittuntur, *L. 21. C. de hæreticis* &c.

HAERETICI & Judæi inter se indistincte possunt esse testes super quibuslibet actibus judicialibus, vel extrajudicialibus, præter quosdam, qui enumerantur in *L. 21. C. de haret.*

HARIOLUS.

Nemo HARIOLUM al. *Ariolum* consulat, *L. 5. C. de maleficis* &c. vid. *Ariolus.*

HAUSTUS *aquæ.*

vid.

AQUAE *haustus.*

HEDERA.

HEDERAE quoque, & arundines, arbores non male dicuntur, *L. 3. §. 1. arborum furtim cæsar.*

HELIOCAMINUS.

HELIOCAMINUS est locus, in quo paterfam. moratur ad solem, ad verbum dicitur solaris fornax, & est locus solaris vaporarius in aprico loco situs, ad calorem solis excipiendum, & dicitur etiam solarium, *L. 17. pr. de S. P. V.*

HEREDITAS.

HEREDITAS est successio in universum jus, quod defunctus habuit, *L. 24. de V. S.* & *L. 62. de R. I.*

HEREDITATIS appellatio sine dubio continet etiam damnosam hereditatem, *L. 119. eod.*

HEREDITAS juris nomen est, sicuti bonorum possessio, *ibid.*

HEREDITATEM lege obvenire, non improprie quis dixerit & eam, quæ ex testamento defertur, *L. 130. eod.*

HEREDITATES testamentariæ Leg. XII. Tabular. confirmantur, *ib.*

HEREDITATIS appellatione bonorum quoque possessio continetur, *L. 138. eod.*

HEREDITAS delata intelligitur, quam quis

quis possit adeundo consequi, *L. 151. eod.*

HEREDITAS juris nomen est, quod & accessionem & decessionem in se recipit, *L. 178. §. 1. eod.*

HEREDITAS fructibus augetur, *ib.*

Omnis HEREDITAS, quamvis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur, *L. 138. pr. de R. I.*

Si nemo subiit HEREDITATEM, omnis vis testamenti solvitur, *L. 181. eod.*

HEREDITAS sub conditione dari potest; diem quoque recipit, *L. 9. §. 18. de hæred. instit.*

HEREDITATEM paterfam. distribuere in tot partes potest, quot voluerit, *L. 13. §. 1. eod.*

HEREDITAS locum defuncti obtinet, *L. 31. §. 1. eod.*

HEREDITAS ex die, vel ad diem non recte datur, *L. 34. eod.*

HEREDITATEM servus jussu domini adire potest, *L. 40. pr. eod.*

HEREDITAS plerumque in duodecim uncias dividitur, quæ assis appellatione continentur, *L. 50. §. 2. eod. §. 5. de heredibus instit.*

Partes HEREDITATIS propria nomina ab uncia usque ad assem habent, ut: *Sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, deunx, (as), ibid.*

HEREDITAS in Codicillis dari non potest, *L. 77. eod. L. 76. π. ad Trebell. L. 14. C. de testam.*

An separatio HEREDITATIS paternæ & fraternæ sit concedenda, *L. 12. de vulg. & pupill. subſtit.*

HEREDITAS codicillis adimi non potest, *L. 27. §. 1. de cond. instit. L. 2. C. de codicillis.*

HEREDITAS transit ad fiscum cum onere legatorum, nisi fiscus repudiet, *L. 50. §. 2. de legat. 1.*

HEREDITAS penes heredem indignum remanet, fisco repudiante eam, & tenetur oneribus hereditariis, *ibid.*

Aufertur HEREDITAS ex asse, & ad fiscum pertinet, si emancipatus filius contra tabulas bonorum possessionem patris ut præteritus petierit, & ex substitutione impuberis adierit hereditatem, *L. 2. pr. de his, quæ ut indignis aufer.* &c.

HEREDITAS in testamento data per epistolam, vel codicillos, adimi non potest, *L. 4. C. de his, quibus ut indignis* &c.

Si HEREDITAS venierit ejus, qui vivit, aut nullus sit, nihil esse acti, quia in rerum natura non sit, quod venierit, *L. 1. de hereditate, vel actione vendita.*

Venditor HEREDITATIS satisdare de evictione non tenetur, *L. 2. pr. eod.*

HEREDITATIS venditor, qui servum excipit sine peculio, quidquid actione de peculio, servi nomine alii præstiterit, ab emptore hereditatis recuperat, *L. 2. §. 12. eod.*

HEREDITATIS venditor, qui servum excipit cum peculio, quatenus onera peculii agnoscit, eatenus non repetit ab emptore, quidquid ei venditor *hereditatis* solvit pro onere, quod emptorem sequitur, id ab emptore potest repetere, quod pro re ad suum & proprium onus pertinet, id non repetit, *L. 2. §. 13. eod.*

HEREDITATIS emptor id venditori præstat, quod extraneus heres præstaret, *L. 2. §. 15. eod.*

HEREDITATIS venditor, quæ vectigalia ac tributa solvit, ab emptore repetit, *L. 2. §. 16. eod.*

HEREDITATIS emptor vicem heredis obtinet, *L. 2. §. 18. eod.*

Si venditor HEREDITATIS exactam pecuniam sine dolo malo & culpa perdidisset, non placet eum emptori teneri, *L. 3. eod.*

Cum HEREDITATEM aliquis vendidit, esse debet *hereditas*, ut sit emptio, nec enim alea emitur, ut in venatione, *L. 7. eod.*

Augent HEREDITATEM gregum & pecorum partus, *L. 25. §. 20. de hereditatis petit.*

HEREDITATEM augent oves natæ, deinde ex his aliæ natæ, item partus ancillarum, & partus partuum, & veniunt illa in restitutione hereditatis, *L. 26.* & *27. pr. eod.*

HEREDITATEM adire pupillus sine tutoris autoritate non potest, quamvis lucrosa sit, nec ullum damnum habeat, *L. 9. §. 3. de autoritate & consensu tutor.* &c.

Qui HEREDITATEM adire vel bonorum possessionem petere volet, certus esset debet, defunctum esse testatorem, *L. 19. de acquir. vel omitt. hered.*

Is HEREDITATEM potest repudiare, qui & acquirere potest, *L. 18. eod.*

In repudianda HEREDITATE, vel legato, certus esse debet de suo jure is, qui repudiat, *L. 23. eod.*

HEREDITATIS aditio non est in opera servili, *L. 45. pr. eod.*

HEREDITATIS appellatione, neque legata neque fideicommissa continentur, *L. 96. de legat. 3.*

HEREDITATEM qui non potest capere per se, neque potest per servum suum, vel alienum, *L. 10. C. de heredib. instit.*

Post aditam HEREDITATEM directæ substitutiones non impuberibus filiis factæ, expirare solent, *L. 5. C. de impuberum & aliis substit.*

Post aditam HEREDITATEM, & apprehensam possessionem cessat crimen expilatæ hereditatis, *L. 1. C. de crimine expilatæ hered.*

Expilatæ HEREDITATIS crimen adversus vitricum adito Præside provinciæ non prohiberis persequi, *L. 2. C. eod.*

Si avi HEREDITATEM adiisti, expilatæ hereditatis crimen adversus novercam quondam tuam experiri non prohiberis, *L. 3. C. eod.*

HEREDITATEM patris filius non potest recusare absque feudo, propinquus autem potest, *II. F. 51. c. 4. II. F. 45.*

HEREDITATE separata potest Dominus de feudo tanquam novo filium investire, *II. F. 45.*

Pars HEREDITATIS pro numero filiorum Deo offeratur, ut si filius unus est, alter heres sit Christus; si duo, Christus sit tertius; si decem, Christus sit undecimus, *c. 8. q. 2. caus. 13.*

De HEREDITATE restituenda sub conditione rogatus filius, detrahit legitimam seu tertiam partem, & Trebellianicam quartam, in qua computantur fructus post litis contestationem percepti, *c. 16.* & *18. X. de testam.*

Non liceat parentibus liberos, vel liberis parentes ab HEREDITATE repellere Monachos factos, quamvis dum Laici fuerant, in causam ingratitudinis inciderint, *c. 10. q. 3. caus. 19.*

Ex nulla HEREDITATE possunt quid capere liberi reorum læsæ Majestatis, *c. 22. q. 1. caus. 6.*

HEREDITATIS emolumento privari meretur, qui onus suscipere recusat, *c. 6. X. de voto, & voti redempt.*

Legitima HEREDITAS est Iuris Quiritium, seu proprie Romanorum, *c. 12. dist. 1.*

HEREDITATIS consortium, qui non habet originis privilegium, *c. 9. q. 4. caus. 32.*

Excluduntur à parentum HEREDITATE nati ex matrimonio contracto

cto contra publicæ honestatis justitiam, *c. 10. X. qui filii sint legit.*

In HEREDITATEM illegitimi non succedunt, *c. 13. X. eod.*

HEREDITAS secundum Leges potest ab indignis successoribus auferri, *c. 13. q. 1. caus. 11.*

Iussu Procuratoris Cæsaris HEREDITATEM servus Cæsaris adire potest, *L. 1. §. 2. de offic. Procurat. Cæsaris* &c.

HEREDITAS ad nos pertinet aut vetere jure, aut novo; Vetere è lege duodecim tabularum, vel ex testamento, quod jure factum est, *L. 1. de heredit. petit.*

Si HEREDITATEM petam ab eo, qui unam rem possidebat, de qua sola controversia erat, etiam id, quod postea cœpit possidere, restituet, *L. 4. eod.*

HEREDITATEM legitimam vindicare non prohibetur is, qui, cum ignorabat vires testamenti, judicium defuncti secutus est, *L. 8. eod.*

HEREDITAS non solum ab eo peti potest, qui corpus hereditarium possidet, sed & si nihil, *L. 13. §. 13. eod.*

In HEREDITATEM veniunt ea, quæ *hereditatis* causa comparata sunt, ut puta mancipia, pecoraque, & si qua alia, quæ necessario hereditati sunt comparata, *L. 20. pr. eod.*

Qui ad HEREDITATEM totam vel partem ejus alio jure veniunt, de inofficioso agere non possunt, *§. 2. de inoffic. testam.*

HERES.

HEREDIS appellatio non solum ad proximum heredem, sed & ad ulteriores refertur, *L. 57. de V. S.*

HEREDIS enim heres, & deinceps, heredis appellatione continetur, *ibid.*

Sciendum est, HEREDEM etiam per multas successiones accipi, *L. 70. pr. eod.*

In paucis speciebus HEREDIS appellatio proximum continet, *ibid.*

HEREDIS appellatione omnes significari successores credendum est, etsi verbis non sint expressi, *L. 170. eod.*

HERES non vult esse, qui ad alium transferre voluit hereditatem, *L. 6. de R. I.*

HERES ex delicto defuncti non tenetur, *L. 38. eod.*

HERES nec lucrum facere potest, si quid ex delicto ad eum pervenerit, *ibid.*

Totiens in HEREDEM damus de eo, quod ad eum pervenit, quotiens ex dolo defuncti convenitur, non quotiens ex suo, *L. 44. eod.* (tunc enim in solidum, quando ex suo convenitur, tenetur).

HEREDEM ejusdem potestatis, jurisque esse, cujus fuit defunctus, constat, *L. 59. eod.*

HERES tenetur ex omnibus causis, *L. 87. eod.*

Nemo plus commodi HEREDI suo relinquit, quam ipse habuit, *L. 120. eod.*

HERES eatenus tenetur, quatenus ad eum pervenit, *L. 127. eod.*

HEREDIS loco habentur, qui in universum jus succedunt, *L. 128. eod.*

Vni duo pro solido HEREDES esse non possunt, *L. 141. §. 1. eod.*

HERES in contractibus, quibus doli præstatio vel bona fides inest, in solidum tenetur, *L. 152. §. 3. eod.*

Omnia fere jura HEREDUM perinde habentur, ac si continuo sub tempus mortis heredes extitissent, *L. 193. eod.*

HEREDIS institutio, quæ ab initio inutilis fuit, ex post facto convalescere non potest, *L. 210. eod.*

HERES ex omnibus bona fide judiciis propter dolum defuncti tenetur, *L. 8. §. 1. de fidejuss. & nomin.*

HERE-

HEREDIS justior est excusatio, quam defuncti, *L. 6. de Magistr. conven.*

HEREDES palam, ita ut exaudiri possint, nuncupandi sunt, *L. 21. pr. qui testam. facere* &c.

Si quis HEREDEM Imperatorem facturum esse se jactaverat, bona ejus à fisco occupari non possunt, *L. 31. eod.*

HERES filius recte instituitur cum convitio, *L. 48. §. 1. de hered. instit.*

Sui HEREDES vivo patre quodammodo domini existimantur, *L. 11. de liber. & posthum.*

Sui HEREDES licet non sint instituti, domini tamen sunt, *ibid.*

Sub conditione filius HERES institutus, si pendente conditione arrogandum se dedit, necessarius heres non erit, *L. 20. eod.*

Mutus & surdus recte HERES institui potest, *L. 1. §. 2. de hered. instit.*

Servus alienus vel totus, vel pro parte, sine libertate HERES institui potest, *L. 3. pr. eod.*

Suus HERES sub conditione heres potest institui, *L. 4. pr. eod.*

HERES filius non sub omni conditione institui potest, *ibid.*

Suus HERES sub conditione potestativa, e. g. si testamentum fecerit, potest institui, *ibid.*

Si quis nomen HEREDIS quidem non dixerit, sed indubitabili signo eum demonstraverit, valet institutio, *L. 9. §. 8 eod.*

HERES institui, nisi ut certe demonstretur, nemo potest, *L. 9. §. 9. eod.*

Ejusmodi HEREDIS institutio: *Uter ex suprascriptis fratribus Sejam uxorem duxerit, heres esto*, valet, *L. 9. §. 11. eod.*

HEREDES juris successores sunt, *L. 9. §. 12. eod.*

Si plures HEREDES instituantur, dividi inter eos à testatore jus oportet, *ibid.*

HERES institutus sine parte, habebit quod deest ad dupondium, *L. 18. eod.*

Si quis instituatur HERES in diem certum, vel incertum, is bonorum possessionem agnoscere potest, & tanquam *heres*, distrahere hereditatem, *L. 23. pr. de h red. instit.*

HEREDIS institutio conditionalis collata in factum alienum non est in potestate instituti, *L. 23. §. 2. eod.*

HEREDIS institutio arbitrio alterius permitti non potest, *L. 32. pr. eod.*

Is, qui apud hostes est, recte HERES instituitur, *L. 32. §. 1. eod.*

HERES testatori ignotus potest institui, *L. 46. eod.*

HERES institutus sine parte, id consequitur, quod assi deest, *L. 47. §. 2. eod.*

HEREDIS institutio his verbis recte fit: *Titius hereditatis meæ dominus esto*, *L. 48. pr. eod.*

Illa HEREDIS institutio valet: *Filius meus impiissimus male de me meritus, heres esto*, *L. 48. §. 1. eod.*

HEREDIS institutio valet, si in patre, vel patria, vel alia simili assumptione falsum scriptum est, *L. 48. §. 3. eod.*

HEREDES extranei testamenti factionem (sc. *passivam*) habere debent, *L. 49. §. 1. eod.*

HERES quis erit, licet cum impossibili conditione, quæ in faciendo consistit, sit institutus, *L. 50. §. 1. eod.*

Talis HEREDIS institutio valet: *Stichus liber esto, &, si liber erit, heres esto*, *L. 51. pr. eod.*

HEREDEM quis ita instituere potest: *Si intra annum septuagesimum decessero, ille mihi heres esto*, *L. 56. eod.*

HERE-

HEREDIS nomen nuncupari non est necesse, sufficit enim institutum demonstrare, *L. 58. pr. eod.*

Quotiens non apparet, quis HERES sit institutus, institutio non valet, *L. 62. §. 1. eod.*

Quoties de persona HEREDIS dubitatur, apertissimis probationibus debet ostendi, de quo testator senserit, *ibid.*

Non ideo quis præsumitur institutus HERES, quod ab eo quid legatum sit, *L. 65. eod.*

Si quis ita HERES institutus fuerit, *excepto fundo, excepto usufructu heres esto:* perinde erit jure civili, atque si *sine ea* heres institutus esset, *L. 74. eod.*

HEREDES sui sub hac conditione institui possunt: *Ut, si voluissent, heredes essent*, *L. 86. pr. eod.*

Imperatorem litis causa HEREDEM institui, invidiosum est, *L. 91. eod.*

HEREDES aut instituti dicuntur, aut substituti, *L. 1. pr. de vulg. & pupill. subst.*

HEREDIS substitutio, vid. *Substitutio heredis.*

Sine HEREDIS institutione nihil in testamento scriptum valet, *L. 1. §. 3. eod.*

Si plures HEREDES sint instituti ex diversis partibus & omnes invicem substituti, plerumque credendum ex iisdem partibus substitutos, ex quibus instituti sunt, *L. 24. eod.*

HERES ejus, qui apud hostes mortuus est, fingitur talis ante mortem, sc. *captivi*, idque propter fictionem Legis Corneliæ, *L. 28. eod.*

Plures HEREDUM gradus quis in testamento facere potest, *L. 36. pr. eod.*

Qui semel est HERES, licet desinat esse heres in totum, vel pro parte, admittitur tamen ad substitutionem propter verba: *Quisquis mihi heres erit, sit filio meo substitutus*, *L. 43. §. 3. eod.*

HERES qui ob servitutem esse desinit, si post fiat liber, admittitur ad substitutionem factam his verbis: *Quisquis mihi heres erit*, *ibid.*

HEREDIS appellatio complectitur omnem heredem, qui judicio testatoris succedit ex quocunque gradu, *L. 46. eod.*

Quos HEREDES necessarios sibi patet facere potest, eosdem & filio, *L. 10. §. 1. eod.*

HEREDIS institutio sub impossibili conditione vel alio mendo (al. *modo*) facta hanc non vitiat, *L. 1. de condit. instit.*

Si HERES ita institutus sim, *si decem dedero*, & accipere nolit, cui dare jussus sum, pro impleta conditione habetur, *L. 3. eod.*

Si HEREDI plures conditiones conjunctim datæ sunt, omnibus parendum est, *L. 5. eod.*

Si HEREDI plures conditiones disjunctim datæ sunt, cuilibet (i. e. *uni ex pluribus*) *parendum*, *ibid.*

Si quis HERES ita institutus sit: *Si monumentum post mortem testatoris in triduo proximo mortis ejus fecisset*; conditio hæc pro non adjecta habetur, *L. 6. eod.*

Talis HEREDIS institutio: *Si codicillis Sejum heredem scripsero, heres esto*, non est inutilis, *L. 10. pr. eod.*

HERES filius sub conditione futura institui non potest, *ibid.*

HERES filius sub conditione præsenti vel præterita institui potest, *L. 10. §. 1. eod.*

Talis HEREDIS institutio: *Si Titius heres erit, Sejus heres esto: Si Sejus heres erit, Titius heres esto:* inutilis est (dicitur *perplexa*), *L. 16. eod.*

Si pupillus HERES sub conditione institutus fuerit, conditioni etiam si-

ne tutoris autoritate parere potest, *L. 26. eod.*

Si quis HEREDI, quem testamento pure instituit, codicillis adscripserit conditionem, ei parere necesse non habet, *L. 27. §. 1. eod.*

HERES filius sub conditione potestativa institui potest, *L. 28. pr. eod.*

HEREDES instituere permissum est tam liberos homines, quam servos, & tam proprios, quam alienos, *pr. I. de heredibus instit.*

Episcopus HEREDEM non habens, non alium, quam Ecclesiam sibi heredem instituat, *c. 34. q. 2. caus. 12.*

Absque HEREDE non dicitur decedere, qui *heredem* sibi Monasterium instituit, *c. 8. X. de probationibus.*

Ex L. Falcidia non plus HEREDIBUS extraneis in testamento legari potest, quam ut quarta pars supersit, *c. 6. dist. 2.*

HEREDI non adimplenti jussa testatoris, ab Episcopo interdicitur res à testatore relicta, *c. 6. X. testamentis.*

HERES tenetur rem legatam dare legatario, vel æstimationem ejus, si testator scienter rem alienam legavit, *c. 5. X. eod.*

HEREDES tenentur ex maleficio defuncti, licet ad eos nihil de maleficio pervenerit, *c. 5. X. de raptor.*

HERES usurarii filius, vel extraneus usuras extortas per defunctum restituere compellitur, *c. 9. X. de usuris.*

HERES & pure, & sub conditione institui potest, ex certo tempore, aut ad certum tempus non potest, *§. 9. de hered instit.*

Potest quis in testamento suo plures HEREDUM gradus facere, *pr. I. de vulgari substit.*

HEREDES aut necessarii dicuntur, aut sui & necessarii, aut extranei, *pr. I. de heredum qualitate & differ.*

Necessarius HERES est servus heres institutus; ideoque sic appellatur, quia sive velit, sive nolit, omnino post mortem testatoris protinus liber & necessarius heres fit, *§. 1. eod.*

Sui autem & necessarii HEREDES sunt, veluti filius, filia, nepos, neptisve ex filio, & deinceps cæteri liberi, qui in potestate morientis modo fuerint, *§. 2. eod.* & *§. 2. de hereditat. quæ ab intestato* &c.

Extranei HEREDES appellantur, qui testatoris juri subjecti non sunt, *§. 3. de hered. qualit.*

Extraneis HEREDIBUS deliberandi potestas est de adeunda hereditate, vel non adeunda, *§. 5. eod.*

Pro HEREDE gerere quis videtur, si rebus hereditariis tanquam heres utatur, vel vendendo res hereditarias, vel prædia colendo, locandove, & quoquo modo voluntatem suam declaret, vel re vel verbo, de adeunda hereditate, *§. 6. eod.*

HERES esse non desinit Ecclesia, *I. F. 13.*

HERES Vasalli petat renovationem investituræ, *II. F. 24. pr.*

HERES ejus, qui possedit feudum sine investitura, non succedit, *I. F. 25. c. sciendum.*

HERES non nisi investitus succedit in Ducatu, Comitatu, & sim. *I. F. 14. pr.*

HERES licet ex propria persona jus in re habeat, tamen Antecessoris investituram servare debet, *II. F. 58. c. 2.*

In HEREDEM neutra parte non transit Soldata, *II. F. 10.*

HEREDIBUS Domini non debentur plures fidelitates, *II. F. 102.*

HEREDES Laicorum tenentur investituris suorum Antecessorum, *I. F. 3.*

HEREDI ejus, qui expectativam habet,

bet, quatenus tenetur investitor, *l. F. 9.*

Qui deportantur, si HEREDES scribantur, tanquam peregrini capere non possunt, sed hereditas in ea causa est, in qua esset, si scripti non fuissent, *L. 1. C. de heredibus instit.*

Extraneum etiam penitus ignotum HEREDEM quis instituere potest, *L. 11. C. eod.*

Si quis HEREDEM scripserit sub tali conditione, *si ille Consul factus fuerit, vel Prætor*; vel ita filiam suam instituerit heredem, *si nupta fuerit*; vivo autem testatore vel ille Consul processerit, vel Prætor fuerit factus, vel filia ejus nupta fuerit, vel adhuc vivo testatore Consulatum quidem, vel Præturam ille deposuerit, filia autem ejus à marito diverterit, valida est institutio, & nihil ad rem facit, quandocunque impleta fuerit conditio, sive vivo eo, sive mortis tempore, sive post mortem, *L. 7. C. de institutionibus & substitution.*

Si à milite scriptus HERES sua sponte adierit hereditatem, & rogatus totam hereditatem restituerit, ex Trebelliano transeunt actiones *L. 29. pr. de testamento militis.*

HERES rogatus si quartam Trebellianicam retinere non vult, consultius faciet, si adeat hereditatem coacte, & non sponte, quia ex eo, quod fideicommissarius coegit heredem adire, *heres* videtur ex Trebelliano ei restituere, & transfert in eum hereditarias actiones, nec potest fideicommissarius recusare fideicommissum, quod posset recusare, si *heres* sponte adiisset, & ita teneretur *heres* implicitus creditoribus hereditariis, *L. 45. ad SC. Trebell.*

HERES gravatus de restituendo transmittit ad suos successores id, quod poterat retinere ratione quartæ Trebellianicæ, *L. 10. C. ad L. Falcidiam.*

HERES gravatus de restituendo quartam hereditatis certis rebus retentis pro Trebellianica, si minus quarta valeret, residuum petere potest, *L. 11. C. eod.*

HERES quartam Trebellianicam potest detrahere etiam de hereditate per fideicommissum restituenda reipublicæ, *L. 3. C. ad. SC. Trebellian.*

HERES ab intestato rogatus restituere, potest detrahere quartam, *ibid.*

HERES, qui per errorem facti totam hereditatem fideicommissario restituit non retenta Trebellianica, condicendo, vel possessiones adhuc vacantes occupando, seu debitoribus hereditariis, ne solvant, denunciando, quartam recuperat, *L. 21. ad SC. Trebell.*

HERES rogatus restituere deducta quarta si prius quam restitueret, heres extitit debitori hereditario, actio debiti aditione confunditur, nec ex Trebelliano potest redintegrari, & ideo *heres* tenetur fideicommissario restituere non solum hereditatis, sed etiam debitæ pecuniæ dodrantem, & sic remanet penes eum quarta hereditatis, & pecuniæ debitæ, *L. 58. pr. eod.*

HERES quatenus defalcat Trebellianicam à primo fideicommissario, eatenus defalcat primus fideicommissarius à suo legatario, *L. 63. §. 12. eod.*

HERES rogatus si sponte adierit, & sine deductione quartæ Trebellianicæ restituerit, non præsumitur per ignorantiam facti omisisse deductionem quartæ, ni probaverit, quo casu eam poterit recuperare, *L. 68. §. 1. eod.*

HERES in quarta Trebellianica præfertur

fertur legatariis, sed in eo, quod est ultra quartam, ipsi præferuntur heredi, *L. 1. §. 17. eod.*

HERES gravatus restituere hereditatem, deductis legatis detrahit quartam tam de fideicommisso universali, quam de legatis, facta eorum contributione, *L. 3. §. 2. eod.*

HERES volens detrahere falcidiam, sed nescit quantum, potest legatarius interim agere cum herede communi dividundo & rei vindicatione pro parte incerta, *L. 8. §. 1. comm. divid.*

Si HERES alienum hominem dare damnatus sit, & hic à domino manumissus sit, nihil ex hoc legato debetur, *L. 35. de legat. 1.*

HEREDI in ratione legis Falcidiæ retentiones omnis temporis in quadrantem imputantur, *L. 11. pr. ad L. Falcid.*

HEREDES, quibus pars bonorum oblata est, non in ampliorem partem, quam pro ea parte, quæ relicta est, tenentur, *L. 11. §. 2. eod.*

HERES eo, quod legatum annuum primo & secundo anno integre sine detractione Falcidiæ scienter solverit, non prohibetur ob id pro sequentibus annis detrahere Falcidiam de illo legato, vel de aliis, *L. 15. §. 2. eod.*

HERES debet habere quartam Falcidiam, vel Trebellianicam, & fructus quartæ à tempore mortis, *L. 15. §. 6. eod.*

HERES quod habiturus est non jure hereditario, sed jure fideicommissi, non imputat in Falcidiam, *L. 29. eod.*

HEREDI imputatur in ratione Falcidiæ mors servorum, & cæterorum animalium, & furta, rapinæ, incendia, ruinæ, naufragia, vis hostium, prædonum, & latronum, item debitorum facta pejora nomina, in summa quodcunque damnum, si modo culpa legatarii careant, *L. 30. pr. eod.*

Ad HEREDIS lucrum pertinent fructus, partus ancillarum, & quæ per servos acquisita sunt, ut stipulationes, rerum traditiones, legata, hereditatesve his datæ, cæteræ donationes, item servitutes, quibus liberata prædia pretiosiora fierent, actionesque acquisitæ, ut furti, damni injuriæ, similesque, quorum nihil in rationem legis Falcidiæ cadit, *ibid.*

Res, quam HERES sua culpa amisit, in ejus quartam imputatur, *L. 60. §. 1. eod.*

HERES non tenetur solvere integra legata individua, antequam sibi solvatur quarta pars æstimationis eorum legatorum propter Falcidiam, quia potest opponere exceptionem doli adversus legatarium petentem integra legata, *L. 80. §. 1. eod.*

HEREDI imputantur in Falcidiam ea, quæ cepit ipse jure hereditario, quæ vero cepit alio modo, præcipua habet, fallit in uno casu, *L. 91. eod.*

HERES absens ibi defendendus est, ubi defunctus debuit, & conveniendus, si ibi inveniatur, nulloque suo proprio privilegio excusatur, *L. 19. pr. de judiciis.*

HERES institutus à Titio *herede* Seji dicitur etiam Seji *heres*, *L. 3. de hereditat. petit.*

Novo jure fiunt HEREDES omnes, qui ex Senatusconsultis, aut ex Constitutionibus ad hereditatem vocantur, *ibid.*

HERES de eo, quod hereditati obvenit, recte potest agere rei vindicatione, etiamsi possessionem rei nondum habuerit, *L. 50. §. 1. de R. V.*

Totiens HERES in jure interrogandus est, *qua ex parte heres sit*, quotiens adversus eum actio instituitur, & dubitat actor, qua ex parte is, cum quo

quo agere velit, *heres* sit, *L. 1. pr. de interrogat. in jure fac.*

Quod in HEREDE dicimus, idem erit & in cæteris successoribus, *L. 9. pr. de tributoria actione.*

HERES, non quasi *heres*, sed suo nomine hac actione uti potest, *L. 12. §. 6. ad exhibendum.*

HERES ejus, cui servitus prædii concessa est, ut quoad viveret jus eundi haberet, potest petere eandem servitutem, cum adhuc vigeat obligatio, sed repellitur pacti conventi obligatione, *L. 56. §. 4. de V. O.*

HERES debet demonstrari certa demonstratione, *L. 12. de bonorum poss. secundum tabul.*

HEREDES non possunt partim comprobare judicium defuncti, partim evertere, *L. 7. de bonis libertorum.*

Pro HEREDE ex vivi bonis nihil usucapi potest, etiamsi possessor mortui rem fuisse existimaverit, *L. 1. pro herede.*

Constat eum, qui testamenti factionem habet, pro HEREDE usucapere posse, *L. 4. eod.*

Plerique putaverunt, si HERES sim, & putem rem aliquam ex hereditate esse, quæ non sit, posse me usucapere, *L. 3. eod.*

HEREDIS familia ex tempore mortis funesta facta intelligitur, licet *heres* post aliquod tempus *heres* extiterit, *L. 28. §. 4. de stipulat. servor.*

HERES institutus, ut filius, si apparuerit, quod non erat filius, aufertur hereditas, ut indigno, *L. 46. pr. de jure fisci.*

HERES scriptus, quod non possit obtinere hereditatem propter vitium testamenti, vel quamcunque aliam rationem, si quis dicat, illud debet probare, *L. 11. C. de probation.*

HERES non continuo dicendus est, qui bona hereditaria possidet, *L. 4. C. unde legitimi* &c.

HERES primo loco institutus debet induci in possessionem rerum hereditariarum, quando controversia est inter institutum & substitutum, *L. 1. de edicto D. Adriani tollendo.*

HERES, cui summa autoritas totius causæ commissa est, potest cogi veritatem dicere per juramentum, *L. 32. C. de fideicommissis.*

HERES suus statim in totum est heres, si nullus est in utero, etiamsi putet mulierem prægnantem, sed quando mulier est prægnans, antequam sit certum in rerum natura, quot concipere possit, *heres* suus non est pro dimidia, sed pro quarta, & pro ea admittitur ad petendum, sed postquam est certum in rerum natura, quod est unus partus, tunc est heres pro dimidia, *L. 30. §. 6. de acquir. hered.*

HERES unus ex duobus heredibus suis & necessariis si se immiscuit, postquam alter se abstinuit, immiscens omnia onera hereditaria subire debet, *L. 38. eod.*

HERES suus & necessarius quamvis teneatur prima facie creditoribus hereditariis jure civili, tamen in eum non datur actio, si velit se abstinere, *L. 52. pr. eod*

HERMAPHRODITVS.

HERMAPHRODITVS, si in eo virilia prævalebunt, posthumum heredem instituere potest, *L. 6. §. 2. de liber. & posthumis.*

HERMAPHRODITVS comparandus est ei, in cujus sexu plus prævalet, *L. 10. de statu homin.*

HERMAPHRODITVS an ad testamentum adhiberi possit, qualitas sexus incalescentis ostendit, *L. 15. §. 1. de testi-*

testibus. c. 3. §. 22. q. 2. & 3. caus. 4.

HIERONYMVS.

Beatus HIERONYMVS cum libros legeret Ciceronis, ab Angelo est correptus, eo quod vir Christianus Paganorum figmentis intenderet, *c. 7. dist. 37.* vid. *Augustinus.*

HISTRIO.

HISTRIONES, & viles picturæ introduci non debent in loco, in quo principis imagines consecrantur, *L. 4. C. de spectaculis XI.*

HISTRIONIBVS sacra non committantur Mysteria, *c. 95. dist. 2. de consecrat.*

HOMAGIVM.

Pro spiritualibus HOMAGIVM non præstatur, *c. 11. X. de R. I.*

HOMERVS.

HOMERVS Poeta summus apud Græcos, *L. 236. pr. de V. S. §. 2. de I. N. G. & C.*

HOMICIDA.

HOMICIDA incorrigibilis debet deponi, & tradi curiæ seculari, ut moriatur, *c. 1. X. de homicidio voluntario.*

HOMICIDA est, qui facit vel dat sortilegia, vel venena sterilitatis, *c. 5. X. eod.*

Non effundit sanguinem, qui HOMICIDAS, & sacrilegos punit, *c. 31. q. 5. caus. 23.*

HOMICIDAE non sunt, qui excommunicatum interficiunt, ardentes zelo matris Ecclesiæ, *c. 47. ead.*

Non est HOMICIDA, qui arbortum procurat, antequam anima corpori sit infusa, *c. 8. q. 2. caus. 32.*

HOMICIDA est, qui conceptum in utero per abortum deleverit, *c. 20. q. 5. caus. 2.*

HOMICIDA non est Medicus vel Chirurgus, si nihil omisit de contingentibus, & tamen moritur ægrotus, *c. 19. X. de homicidio volunt.*

HOMICIDAE nec testes, nec accusatores esse possunt, *c. 9. q. 5. caus. 3.*

HOMICIDA est, qui seipsum occidit, *c. 9. §. 3. q. 5. caus 23.*

HOMICIDAM vincit, qui sciens ad perjurium hominem compellit, *c. 5. q. 5. caus. 22.*

HOMICIDA est, qui fratri suo mala persuadet, *c. 27. dist. 1 de pœnit.*

HOMICIDA sui est, & Dei Conditoris inimicus, qui sibi amputavit virilia, *c. 4. dist. 55.*

HOMICIDAE puniuntur pœna legis Corneliæ de sicariis, *§. 5. de publicis judiciis.*

Pro HOMICIDA damnari debet, qui hominem quidem non occidit, sed vulneravit, ut occidat, *L. 1. §. 3. ad L. Corneliam de sicariis* &c.

HOMICIDA non est, qui aggressorem in vitæ discrimine constitutus, interficit, nec primum ictum quis expectare debet, quia irreparabilis esse potest, *L. 4. C. ad L. Corneliam de sicar.*

HOMICIDIVM.

HOMICIDII non continuo tenetur eques aut mulio, cujus equus calce mortis occasionem alteri præbuit, *L. 5. C. ad L. Corneliam de sicar.*

HOMICIDIVM casu admissum non punitur lege Cornelia de sicariis, *L. 1. C. eod.*

HOMICIDIVM tam facto, quam præcepto, sive consilio, aut defensione perpetratur, *c. 2. X. de Clericis pugnantibus* &c.

HOMICIDIORVM tria sunt genera, interfectio, detractio, odium, *c. 24. dist. 1. de pœnit.*

HOMICIDIVM casuale imputatur ei, qui dabat operam rei illicitæ, vel etiam licitæ, secundum alium intellectum, si non adhibuit omnem diligenti-

gentiam, quam debuit, *c. 8. X. de homicidio voluntario.*

HOMICIDIUM casuale non imputatur ei, qui non fuit in culpa, *c. 9. X. eod.*

Is, ex cujus opera illicita sequitur HOMICIDIUM, irregularis efficitur, *c. 10. X. eod.*

Dans causam HOMICIDIO, irregularis est, *c. 11. X. eod.*

HOMICIDIUM casuale imputatur ei, qui dedit operam rei licitæ, si non adhibuit diligentiam, quam debuit, *c. 12. X. eod.*

HOMICIDIUM casuale non imputatur ei, qui dedit operam rei licitæ, nec fuit in culpa, *c. 13.* & *23. X. eod.*

HOMICIDIUM casuale non imputatur ei, qui non occidit, nec fuit in culpa, etiamsi ad cautelam veniam postulaverit, *c. 22. X. eod.*

HOMICIDIUM judicatur ratione instrumenti, quo quis percutitur, & ratione partis, in qua percutitur, *c. 18. X. eod.*

HOMICIDIUM committens casu fortuito, non voluntate, debet liberari, *c. 46. dist. 50.*

Qui HOMICIDII facto, aut præcepto, aut consilio post Baptismum conscius fuerit, Clericus non ordinetur, *c. 8. dist. 50.*

Qui casu HOMICIDIUM facit, ex dispensatione in Ordine suo permaneat, *c. 37. ead.*

Post perpetratum HOMICIDIUM Sacerdotale officium ministrari non potest, *c. 4. ead.*

Quinquennio à Communione abstineant, qui casu HOMICIDIUM faciunt, *c. 42. ead.*

Si quis voluntarie HOMICIDIUM fecerit, ad januam Ecclesiæ Catholicæ semper subjaceat, & communionem in exitu vitæ suæ recipiat, *c. 47. ead.*

HOMO.

Ad *Esse* HOMINIS duo principaliter exiguntur, *Corpus* & *Anima*, *c. 8. X. de celebr. Miss.*

Omnes HOMINES aut liberi sunt, aut servi, *pr. I. de jure personarum. L. 3. de statu homin.*

HOMINIS appellatione tam fœminam, quam masculum contineri non dubitatur, *L. 152. de V. S.*

Omnes HOMINES de jure naturali æquales sunt, *L. 32. de R. I.*

Primus HOMO erat opus Dei recens, confabulator assiduus, civis Sanctorum, complantatus virtutibus, *c. 34. q. 3. caus. 35.*

Liber HOMO non potest pignorari, *c. 2. X. de pignoribus* &c.

HOMINEM *homini* insidiari nefas est, *L. 3. de I. & I.*

Inter HOMINES cognationem quandam natura constituit, *ib.*

HOMINEM sanum vel imbecillem occidere multum interest in condemnatione legis Aquiliæ, *L. 24. §. 5. de damno infecto* &c.

HOMINI quando nocitum est, licet non sit occisus, per Iudicem debet fieri impensa medicorum, ac medicinarum, & merces operarum, quibus caruit is, cui nocitum fuit, *§. 1. de obligation. quæ quasi ex delicto* &c.

HOMINIS, antequam scriptæ provenirent leges, fuit quædam differentia, *Nov. 74. c. 1.*

HOMO liber, qui se vendidit, manumissus non ad suum statum revertitur, quo se abdicavit; sed efficitur libertinæ conditionis, *c. 21. de statu hominum.*

Iure Gentium tria HOMINUM genera esse cœperunt, liberi, & his contrarium servi, & tertium genus libertini, *pr. I. de libertinis.*

HOMINI libero, bona fide servienti suc-

succurritur, *L. 11. ex quibus causis majores* &c.

HOMO liber ob æs alienum servire creditoribus non cogitur, *L. 12. C. de O. & A.*

HOMO liber non debet damnari ad perpetuum carcerem, hoc enim vix in sola conditione servili procedere potest, *L. 6. C. de pœnis.*

HOMO ligius duorum esse non potest, *II. F. 99.*

HOMINES honesti fustibus cædi non debent, sed illi tantum, qui liberi sunt, & viles, servi vero flagellis puniuntur, *L. 28. §. 1. de pœnis.*

HONESTAS.

HONESTAS debet præferri omni lucro, *L. 5. C. de institution. & substitut.*

HONESTATEM Domini Vasallus procuret, *II. F. 6.*

Publicam HONESTATEM non inducunt sponsalia conditionalia ante eventum, *c. un. §. 1. de sponsalibus in 6.*

HONESTATEM publicam inducunt sponsalia, licet legitimo modo dissoluta sint, *c. 5. X. de desponſ. impub.*

HONESTAS publica impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum, *c. 12. X. eod.*

HONESTAS vitæ & virtutum potius, quam nobilitas generis attendenda est in collatione beneficiorum in Ecclesia, *c. 37. X. de præbendis* &c.

HONESTE.

HONESTE vivere est juris præceptum, *L. 10. §. 1. de I. & I §. 3. eod.*

HONESTUS, *a, m.*

HONESTA & gravis debet esse persona denuncians, alias repellitur à denunciando, *c. 27. X. de sponsalibus.*

HONOR.

HONOR delatus finem certi temporis ac loci non habet, *L. 30. pr. de excusat.*

HONOR præmiorum est juris militaris, *c. 10. dist. 4.*

HONOR indebite oblatus est respuendus, *c. 4. dist. 99.*

HONOR contemnenti & fugienti est offerendus, *c. 9. q. 1. caus. 8.*

Rationi congruit, ut succedat in onere, qui substituitur in HONORE, *c. 77. de R. I. in 6.*

HONORE nemo privatur ob molestiam corporis, *c. 1.* & *2. q. 1. caus. 7.*

Ad nullos HONORES perveniant liberi reorum læsæ Majestatis, *c. 22. pr. q. 1. caus. 6.*

HONORE donatur, qui factionem initam prodit, *c. 22. §. 1. eod.*

Episcopatus non est nomen HONORIS, sed operis, *c. 11. q. 1. caus. 8.*

HONORES recipere nemo potest pendente accusatione, *c. 4. X. de accusation.*

Qui HONOREM non habuit, *honorem* dare non potuit, *c. 17. §. 1. q. 1. caus. 1.*

Deus non postulat præmium, sed HONOREM *c. 66. q. 1. caus. 16.*

HONOR, qui debetur patrono, non debetur ejus tutori, *L. 10. §. 13. de in jus vocando.*

HONOR non servatur ei, qui se in sceleratum ac turpem vitam deducit, *L. 47. de R. N.*

HONORES duos non potest quis habere in diversis civitatibus eodem tempore, *L. 17. §. 4. ad municipalem.*

HONORES & muneta non ordinationi, sed potioribus quibusque injungenda sunt, *L. 7. pr. de Decurionibus.*

In HONORIBUS dandis, & decernendis est inspicienda consuetudo & statuta civitatis, *L. 11. eod.*

HONORES peti non debent, sed offerri, *L. 12. eod.*

HONOREM sustinenti munus imponi non potest; munus sustinenti *honor* deferri potest, *L. 10. de muneribus & honoribus.*

Vt gradatim HONORES deferantur, *Edicto*, & ut à minoribus ad majores perveniatur, epistola Divi Pii ad Titianum exprimitur, *L. 11. pr. eod.*

HONOR municipalis est administratio Reipublicæ cum dignitatis gradu, sive cum sumptu, sive sine erogatione contingens, *L. 14. pr. eod.*

De HONORIBVS, sive muneribus gerendis cum quæritur, in primis considerandа persona est ejus, cui defertur *honor*, sive muneris administratio, item origo natalium, facultates quoque an sufficere injuncto muneri possint, item lex, secundum quam muneribus quisque fungi debeat, *L. 14. §. 3. eod.*

Æstimationem HONORIS, aut muneris, in pecunia, pro administratione offerentes audiendi non sunt, *L. 16. pr. eod.*

Qui pro HONORE pecuniam promisit, si solvere eam cœpit, totam præstare, operis inchoati exemplo, cogendus est, *L. 16. §. 1. eod.*

In omnibus HONOR parentibus & patrono, vel patronæ illibatus, atque intactus manere debet, *L. 2. C. qui & adversus quos in integrum* &c.

Vsurpans scienter HONOREM indebitum, crimine sacrilegii punitur, *L. 1. C. ut dignitatum ordo servetur, XII.*

HONORI futuro Domini Vasallus non sit impedimento, *II. F. 7. pr.*

HONORARE.

HONORARI debet ab omnibus ille, quem Princeps *honorat*, alias non *honorans* eum, tenetur pœna sacrilegii, *L. 1. C. de domesticis* &c. *XII.*

HORA.

Presbyter tenetur HORIS debitis dicere *horas* canonicas, permittitur tamen sibi ex causa dicere eas usque ad Vesperas inclusive, *c. 1. X. de celebratione missarum* &c.

HORA, qua Iudex ferre potest sententiam, habetur, *c. 24. X. de offic. & potest. Iudicis Delegati.*

HORREVM.

HORREVM mobile positum in fundo alieno non efficitur ejus, cujus est fundus, secus si non fuisset mobile, sed affixum terræ, *L. 60. de A. R. D.*

HORREORVM dominus non tenetur de effractura latronum, nisi custodiam promiserit, custodes tamen tenetur exhibere, *L. 55. pr. locati* &c.

HORREORVM domini, diu non apparentibus conductoribus, nec per biennium solventibus, possunt aperire, & *horrea*, & quæ ibi sunt, describere coram publicis personis, petendo id ab illis, ad quorum officium hoc pertinet, *L. 56. eod.*

HORTVS.

HORTI, si qui in ædificiis constituti, dicendum est urbanorum prædiorum appellatione contineri, *L. 198. de V. S.*

HORTI si plurimum in reditu sunt, vinearii forte, vel etiam olitorii, magis hæc non sunt urbana, *ib.*

HOSPES.

HOSPES ab habitatore tantum differt, quantum differt habens domicilium à peregrinante, *L. 1. §. 9. de his, qui dejecerunt* &c.

HOSPES, qui non habitat, sed tantisper hospitatur, & recipitur à conductore, non tenetur de dejecto, vel effuso, etiamsi ipse dejecerit, vel effuderit, sed tantum ille, qui hospitium dedit, tenetur, *ib.*

HOSPITES suscipere Clerici non possunt

sunt compelli, *L. 1. C. de Episcopis & Clericis* &c.

HOSPITALARIVS.

Possunt HOSPITALARII in præjudicium suum, se & domum suam alteri religiosæ domui subjicere & donare, *c. 8. X. de donationibus.*

HOSPITALE.

HOSPITALIA non debent dari in domicilia, *Clem. c. 2. de Religiosis* &c.

HOSPITALIVM Rectores, ad instar tutorum, vel curatorum, initio gubernationis juramentum præstare, de bonis inventarium conficere, & ordinariis, seu eis, quibus subsunt loca ista, singulis annis de administratione rationem reddere debent, *ib.*

HOSPITALITAS.

HOSPITALITAS Abrahami & Loth laudatur, & in Sacerdote exigitur, *pr. §. 1. dist. 42.*

HOSPITALITATEM nesciens non fiat Episcopus, *c. 1. dist. 85.*

HOSTIS.

HOSTI fides est servanda, *c. 3. §. 1. q. 1. caus. 23.*

HOSTEM pugnantem necessitas perimat, non voluntas, *ibid.*

In bello justo nihil refert, utrum HOSTIS aperte, vel ex insidiis expugnetur, *c. 2. pr. q. 2. caus. 23.*

Ejus, qui apud HOSTES decessit, dici hereditas non potest, quia servus decessit, *L. 3. §. 1. de V. S. L. 24. de captivis.*

HOSTES hi sunt, qui nobis, aut quibus nos publice bellum decrevimus, *L. 118. eod.*

HOSTES cæteri, latrones aut prædones sunt, *ibid.*

Quos nos HOSTES appellamus, eos Veteres *perduelles* appellabant, per eam adjectionem indicantes, cum quibus bellum esset, *L. 234. eod.*

Id, quod apud HOSTES est, legari posse *Octavenus* scripsit, & postliminii jure consistere, *L. 9. de legat. 1.*

HOSTEM contra rempublicam concitans, aut hosti opem tradens lege duodecim tabularum capite punitur, *L. 3. ad L. Iuliam Majestatis.*

HOSTES, & transfugæ hac pœna afficiuntur, ut vivi exurantur, *L. 8. §. 1. de pœnis.*

Qui ab HOSTIBVS advenit, retro creditur in civitate fuisse, *L. 16. de captivis.*

In omnibus partibus juris is, qui reversus non est ab HOSTIBVS, quasi tunc decessisse videtur, cum captus est, *L. 18. eod.*

Apud HOSTES susceptus filius si postliminio redierit, filii jura habet, *L. 9. eod.*

Si id, quod nostrum HOSTES ceperunt, ejus generis est, ut postliminio redire possit, *L. 30. eod.*

Is, qui ad HOSTEM confugit & rediit, torquebitur, ad bestiasque vel in furcam damnabitur, quamvis milites nihil eorum patiantur, *L. 3. §. 10. de re militari.*

HVMANVS, *a, m.*

HVMANA natura quodammodo labitur ad delicta, *Nov. 5. c. 2. §. 2.*

HVMANA natura multas deproperat formas novas edere, *L. 2. §. 18. C. de veteri jure enucl.*

HVMANA conditio semper in infinitum decurrit, nihilque est, quod perpetuo in ea stare possit, *ibid.*

HVMANA lex est jus, *c. 1. §. 1. dist. 1.*

HVMANAE leges moribus constant, d. *c. 1. pr. ead.*

Leges HVMANAE discrepant à divinis, quia aliæ aliis gentibus placent, *ibid.*

HVMANO jure, hoc meum, illud alterius est, *c. 1. pr. dist. 8.*

HVMILITAS.

Sine HVMILITATE alicui veniam sperare non licet, *c. 87. §. 15. dist. 1. de pœnitent.*

Dum

Dum nimia HVMILITAS servatur, regendi frangitur autoritas, *c. 4. dist. 85.*

Non licet alicui HVMILITATIS causa mentiri, *c. 9. q. 2. caus. 22.*

HYDROMANTIA.

HYDROMANTIA est in aquæ inspectione umbras Dæmonum evocare, & imagineas eorum ludificationes videre, *c. 14. §. 3. q. 5. caus. 26.*

HYDROMANTICVS.

HYDROMANTICI ab aqua dicti, *c. 14. §. 3. q. 5. caus. 26.*

HYDROMELVM.

HYDROMELI potio ex aqua & melle; vetustate vini saporem assequitur, *L. 9. pr. de tritico, vino,* &c.

HYDROPHILACA.

HYDROPHILACAE (ab hydria, quod est aqua, & philare, quod est custodire, vel servare; dicuntur alias aquarii, item aquarum custodes) erant omnium aquæductuum regiæ urbis, i. e. Constantinopolis, custodes, *L. 10. C. de aquaductu, XI.*

HYEMS.

HYEMS sec. *Vlpianum* ab Æquinoctio Autumali incipit, & Æquinoctio Vernali finitur; atque ita senis mensibus Æstas dividitur atque *hyems*, *L. 1. §. 32. de aqua quotidiana.*

Si quis HYEME tantum aquam solitus fuit ducere, æstate non fuit solitus, utile interdictum de aqua quotidiana competit, *L. 1. §. 35. eod.*

HYERAPOLIS.

HYERAPOLIS, al. *Hierapolis*, est Asiæ civitas è regione ad Laodiceam, sacra civitas latine dicta, ubi agri aqua calida irrigantur, *L. 1. §. 13. de aqua quotidiana.*

HYEROPHILAX.

HYEROPHILAX, al. *Hierophylacus*, Sacrorum custos, dicitur Græce, Latine vero æditaus, *L. 20. §. 1. de annuis legatis.*

HYMNVS.

HYMNOS cantare, docet exemplum Salvatoris & Apostolorum, *c. 54. dist. 1. de consecrat.*

Quidam HYMNI humano studio in laudem Dei, atque Apostolorum, & Martyrum triumphos sunt compositi, *ibid.*

Duo HYMNI ab Angelis in novo Testamento inveniuntur decantati, *Alleluja*, atque, *Gloria in excelsis Deo*, *c. 55. ead.*

HYPOCAVSTVM.

HYPOCAVSTVM est locus, sub cujus pavimento ignis succenditur, *L. 16. mandati* &c.

HYPOCENTAVRVS.

HYPOCENTAVRVM dari, stipulatio inutilis est, *L. 97. pr. de V. O.* & *pr. I. de inutil. stipul.*

HYPOCRITA.

HYPOCRITAE describuntur *c. 43. §. 1.* & *c. 44. dist. 2. de pœnit.*

HYPOMNEMATOGRAPHVS.

HYPOMNEMATOGRAPHI dicuntur, qui commentaria scribunt, *L. 59. C. de Decurionibus* &c. *X.*

HYPOTHECA.

Inter pignus & HYPOTHECAM (quantum ad actionem hypothecariam attinet) nihil interest, *§ 7. de A.*

Ea res, quæ sine traditione, nuda conventione tenetur, proprie HYPOTHECAE appellatione continetur, *ibid.*

Si fundus HYPOTHECAE datus, deinde alluvione major factus est, totus obligabitur, *L. 16. pr. de pignoribus.*

HYPOTHECA contrahitur per pactum conventum, cum quis paciscatur, *ut res ejus propter aliquam obligationem sint hypotheca nomine obligata*, *L. 4. eod.*

Inter pignus & HYPOTHECAM tan-

tantum nominis sonus differt, *L. 5. §. 1. eod.*

Res HYPOTHECAE dari posse sciendum est pro quacunque obligatione, sive pecunia mutua datur, sive dos, sive emptio vel venditio contrahitur, vel etiam locatio & conductio, vel mandatum, & sive pura est obligatio, vel in diem, vel sub conditione, *L. 5. pr. eod.*

HYPOTHECA potest contrahi etiam sine scriptura, nec requiritur aliqua verborum solennitas, sufficit enim, quod hypotheca sit, & quod probatur, *L. 4. eod.*

HYPOTHECAE dari possunt res nomine obligationis futuræ, & non solum solvendæ totius pecuniæ causa, sed etiam partis, & etiam pro civili obligatione, vel honoraria, vel tantum naturali, *L. 5. pr. eod.*

HYPOTHECAE datæ res pro obligatione conditionali non aliter obligantur, quam conditio extiterit, *ibid.*

Dare quis HYPOTHECAM potest, sive pro sua obligatione, sive pro aliena, *L. 5. §. 2. eod.*

HYPOTHECAE si fuerint datæ res alienæ ignorante domino, si postea dominus id ratum habeat, retrotrahitur, & valet obligatio hypothecæ, si dominus sit talis, qui posset obligare, *L. 16. §. 1. eod.*

Ea, quæ nondum sunt, *futura* tamen sunt, HYPOTHECAE dari possunt, *L. 15. pr. eod.*

HYPOTHECA *specialis* dicitur, quando quis obligat illa sola bona, quæ nunc habet, & tunc tenetur creditor probare eas res fuisse in bonis debitoris tempore contractus; *generalis* autem dicitur, cum quis obligat ea, quæ habet, vel habiturus est, quo casu creditor non cogitur probare fuisse tunc in bonis debitoris, *L. 15. §. 1. eod.*

HYPOTHECAM pupillus sine tutoris autoritate dare non potest, *L. 1. pr. quæ res pignori, vel hypotheca* &c.

HYPOTHECAM dans pro filiofamilias, juvatur Macedoniano, *L. 2. eod.*

HYPOTHECAM constituens pro muliere, quæ intercessit, juvatur Vellejano, *ibid.*

HYPOTHECA solvitur, quoties ab ea disceditur, aut paciscitur creditor, ne pecuniam petat, nisi pactum sit interpositum, ut à persona tantum debitoris non petatur, cum forte alius hypothecam possideret, *L. 5. pr. quibus modis pignus, vel hypotheca solvitur.*

HYPOTHECA vel pignus solvitur, sive solutum sit debitum, sive eo nomine satisfactum creditori, & etiam solvitur, quando solvitur creditori creditoris, *L. 6. pr. eod.*

HYPOTHECA, vel pignus ad tempus obligatum finito tempore finitur etiam pignus, *ibid.*

HYPOTHECA vel pignus solvitur, quoties aliqua ratione obligatio ejus finita est, ut quando ad conditionem fuit obligatum pignus, usque navis venerit, si navis venit, solvitur pignus, *ibid.*

HYPOTHECA extinguitur re corporali extincta, ita & hypotheca ususfructus extinguitur, extincto usufructu, nisi res per culpam debitoris periit, *L. 8. pr. eod.*

HYPOTHECA vel pignus liberari videtur, qui paratus est solvere in judicio, *L. 6. §. 1. eod.*

HYPOTHECAM vel pignus liberare non videtur, qui non solvere, sed satisfacere paratus est, puta dando pignus, vel fidejussorem, nisi creditor hoc admiserit, *ibid.*

HYPOTHECA liberatur, si creditor venditioni consensit, *L. 7. pr. eod.*

Si HYPOTHECA obligata sit propter usu-

usuras, usuræ solvi debent, *L. 13. §. 6. de pignor.*

Si HYPOTHECA pro pœna obligata sit, debet solvi pœna, alias pro pœna retinetur *hypotheca*, *ibid.*

HYPOTHECAM generalem anteriorem tempore licet privatus habeat, tamen fiscus præfertur in bonis post suam obligationem quæsitis, *L. 28. de jure fisci.*

Creditor, qui HYPOTHECAE seu pignori rem sibi nexam vendidit, litigiosam rem non videtur vendere, *L. 2. C. de distract. pignor.*

HYPOTHECIS, vel pignoribus à creditoribus venundatis, in id, quod deest, adversus eum, vel fidejussorem ejus actio competit, *L. 3. eod.*

HYPOTHECARE.

HYPOTHECARE non potest quis bona viventis, quæ sperat sibi per successionem deferri, *L. 30. in fin. C. de pactis.*

HYPOTHECARIA *actio.*

vid.

ACTIO *hypothecaria.*

HYPOTHECATVS, *a, m.*

HYPOTHECATO prædio cum mancipiis specificando, quæ erant in prædio, illis mancipiis defunctis, non veniunt in his *hypothecariam* obligationem alia mancipia, quæ iis substituta sunt, cum non sint pignorata; nec ex ancillis pignoratis nata, *L. 26. §. 2. de pignorib.*

I.

IACTARE.

Si IACTAVERIM pilas in mare, & supra eas inædificaverim, continuo ædificium meum fit, *L. 30. §. 4. de A. R. D.*

IACTATAE res in maris tempestate causa levandæ navis dominorum permanent, quia non ejiciuntur eo animo, quod quis eas habere non vult, sed quod magis cum ipsa nave periculum maris effugiat, *L. 9. §. 8. eod.*

IACTATAS res in mari tempore tempestatis navis levandæ causa si quis lucrandi animo abstulerit, furtum committit, *ibid. §. 48. de R. D.*

IACTATVM ex nave animo derelinquendi efficitur invenientis, nec tenetur furti, sed si *jactaverit* quis animo non derelinquendi, tunc inveniens si accipit animo furandi, tenetur furti, si vero accepit, ut salvum faceret domino, non tenetur furti, *L. 43. §. 11. de furtis.*

IACTATVM ex nave accipiens, putans simpliciter *jactatum*, non tenetur furti, tenetur tamen domino reddere, *ibid.*

Si quis merces ex nave IACTATAS invenisset, eas pro derelicto usucapere non potest, quia non videntur derelictæ, *L. 7. pro derelicto.*

IACTARE.

IACTARE se nemo debet, *c. 10. q. 1. caus. 6. c. 65. §. 2. q. 1. caus. 16.*

IACTVS.

IACTVS *lapilli* facit retinere possessionem, non amittere, *L. 6. §. 1. si servitus vindicetur* &c.

IANTHINVM.

IANTHINVM, al. *Ianthinus*, i. e. purpurea viola, purpuræ appellatione continetur, *L. 70. §. 13. de legat. 3.*

IANVARIVS.

IANVARIVS mensis dicitur, eo, quod janua anni sit, atque principium, *c. 7. dist. 76.*

IDOLOLATRIA.

IDOLOLATRIAE mater eſt Ægyptus, *c. 9. §. 1. q. 2. cauſ. 26.*

IDOLOLATRIAE cultura eſt, Auguria ſervare, & Stellarum requirere curſus, *ibid.*

IDOLOLATRIA, quam ſequuntur Infideles, & quælibet noxia ſuperſtitio, fornicatio eſt, *c. 5. pr. q. 1. cauſ. 28.*

IDOLOTHYTVM.

Satius eſt mori fame, quam IDOLOTHYTIS veſci, *c. 8. q. 4. cauſ. 32.*

Qui ignorans IDOLOTHYTA emit, non peccat, *c. 11. q. 2. cauſ. 26.*

IDOLVM.

Si IDOLIS Presbyteri, Diaconi, & Laici thus immolaverint, poſtea tamen reluctati ſunt, quid agendum ſit, *c. 32. diſt. 50.*

IDONEVS *a, m.*

IDONEI non videntur eſſe teſtes, quibus imperari poteſt, ut teſtes fiant, *c. 3. §. 8. q. 2. cauſ. 4.*

IDONEVS quilibet præſumitur, niſi probetur contrarium, *c. 16. X. de præſumpt.*

IDONEVM locum debet Iudex partibus aſſignare, *c. 46. X. de teſtibus.*

IDONEIS perſonis conferri debet poteſtas eligendi, *c. 8. X. de electione* &c.

Qui IDONEVS eſt, ad docendum admitti debet, *c. 1. X. de Magiſtris.*

IDONEVS dicitur quis non ſolum ex facultatibus, ſed etiam ex legalitate, & conveniendi facilitate, *L. 112. §. 1. de V. O.*

IEIVNARE.

Poſt Paſcha usque ad Pentecoſtem licet traditio Eccleſiarum abſtinentiæ rigorem prandiis relaxaverit, tamen ſi qui Monachorum vel Clericorum IEIVNARE cupiunt, non ſunt prohibendi, *c. 10. diſt. 78.*

Si quis IEIVNAVERIT die Dominico in ejusdem diei contemptum, anathema ſit, *c. 7. diſt. 30.*

Vigilia occurrens in Dominica, IEIVNARI debet in Sabbato, & *jejunanda* eſt vigilia B. Matthiæ, *c. 1. X. de obſervatione jejuniorum.*

In vigiliis omnium Apoſtolorum IEIVNANDVM eſt, excepta vigilia SS. Philippi & Iacobi & S. Ioannis Evang. *c. 2. X. eod.*

Die Dominica & quinta Feria non eſt IEIVNANDVM, *c. 14. diſt. 3. de conſecr.*

Die Iovis ſancto IEIVNETVR, *c. 7. & 8. ead.*

Ne quis IEIVNET die Dominica cauſa timoris, aut perſuaſionis, aut ſuperſtitionis, *c. 15. diſt. 3. de conſecr.*

IEIVNIVM.

IEIVNIA multorum infirmitates ſanant, quia epularum largitas & corpus frangit, & animam, *c. 30. diſt. 5. de conſecr.*

IEIVNIVM curat vulnera delinquentis, curatosque ſanctificat, *c. 20. ead.*

IEIVNIVM purum, continuum, moderatum, eſt, quotidie eſurire, & quotidie prandere *ibid.*

IEIVNIA legitima non ſolvantur absque neceſſitate probabili, *c. 17. ead.*

Quotidiana IEIVNIA duplicatis, vel triplicatis ſunt præferenda, *c. 18. ead.*

IEIVNIVM magnum & generale eſt, non à cibis, ſed ab iniquitate abſtinere, *c. 25. ead.*

Absque puritate mentis IEIVNIA, & orationes non proſunt, *c. 23. ead.*

IEIVNIVM exceptis diebus Dominicis in Quadrageſima non ſolvatur, *c. 9. diſt. 3. de conſecrat.*

IEIVNIVM frangens ægrotus non peccat, *c. 4. X. de R. I.*

IEIVNIVM 40. dierum in pane & aqua dicitur carena, *c. 8. X. de accuſat.*

De

De IEIVNIIS plenus venter facile disputat, *c. 71. §. 3. q. 2. cauf. 12.*

Diebus IEIVNIORVM à propriis uxoribus abstinere oportet, *c. 3. q. 4. cauf. 33.*

IEIVNIA Ecclesiæ communia, ex superbia contemnens, anathema sit, *c. 8. dist. 30.*

IEIVNIVM debet præcedere Ordinationes Episcoporum, *c. 1. dist. 75.*

IEIVNIA per quatuor anni tempora fiant, *c. 7. dist. 76.*

IEIVNVS.

IEIVNI cum omni honestate, ac timore Dei jurare debemus, *c. 16. q. 5. cauf. 22.*

Nullus testimonium dicat, nisi IEIVNVS, *c. 2. q. 2. cauf. 4.*

IESVS.

IESVS filius Iosedech Sacerdos magnus, typus fuit *Iesu* Christi Salvatoris, *c. 20. dist. 50.*

In nomine Domini nostri IESV Christi, ***Rubr. procem. Inst.*** & ***Rubr. Novell.***

IGNIS.

Si IGNIS egressus comprehenderit acervos frugum sive stantes segetes in agris, reddet damnum, qui ignem succenderit, *c. 4. X. de injuriis & damno dato.*

IGNEM immittens die ventoso in stipulam suam, vel spinam comburendæ ejus causa, tenetur L. Aquilia, si *ignis* ulterius evagatus, & progressus alienam segetem, vel vineam læserit, *L. 30. §. 3. ad L. Aquil.*

IGNEM immittens in stipulam suam, vel spinam comburendæ ejus causa, si non observavit, ne *ignis* longius procederet, tenetur L. Aquilia, si *ignis* læserit alienam segetem, sed si omnia, quæ potuit, observavit, vel subita vis venti longius *ignem* produxit, non tenetur, cum careat culpa, *ibid.*

IGNEM postquam fornaci subjecit, non debet obdormire prius, quam vel *ignem* extinguat, vel ita muniat, quod non evagabitur ignis, *L. 27. §. 9. eod.*

Si hoc in locatione convenit, IGNEM *ne habeto*, & habuit, tenebitur, etiam si fortuitus casus admisit incendium, quia non debuit *ignem* habere; Aliud est enim, *ignem innocentem habere*; permittit enim habere, sed innoxium ignem, *L. 11. §. 1. locati conducti.*

Ad IGNEM extinguendum fuit electa quædam familia, quia illa familia vocabat homines vocibus & cornibus, ut irent ad extinguendum *ignem*, *L. 1. pr. de officio Præfecti Vigil.*

IGNORANTER.

IGNORANTER in gradu prohibito ineuntes conjugia, sobolem ex tali conjunctione illegitimam suscipiunt, *c. 3. §. 1. X. de clandestina desponsat.*

IGNORANTER recipiens beneficium prius reservatum, dimittensque sine difficultate illud, ex quo rescivit, recuperat priora beneficia propter illud dimissa, *c. 20. de Prabend. & dignitat. in 6.*

IGNORANTIA.

IGNORANTIA facti, non juris excusat, *c. 14. de R. I. in 6.*

Cum quis in jus succedit alterius, justam IGNORANTIAE causam censetur habere, *c. 14. eod.*

IGNORANTIA mater cunctorum errorum maxime in Sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt, *c. 1. dist. 38.*

IGNORANTIA affectata æquiparatur scientiæ, *c. 2. de temporibus ordinat. in 6.*

IGNORANTIA simplex est vera, & non simulata, *c. 102. q. 3. cauf. 11.*

IGNORANTIAM justam non minus fidejussores, quam heredes possunt allegare, *L. 42. de R. I.*

IGNO-

IGNORANTIA cessat in iis, quæ in testamento continentur, *L. 12. de transact.*

IGNORANTIA mala est, quando ea, quæ Dei sunt, ignorantur, quia talis ignorans ignorabitur, *c. 10. dist. 38.*

IGNORANTIA crassa & supina non inducit dispensationem, *c. 1. X. de ordinatis ab Episc.*

IGNORANTIAE exceptio datur, si quid errore vel ignorantia gestum est, *c. 9. X. de Clerico excommun.*

IGNORANTIAE exceptio non prodest, si ignorantia fuit voluntaria, *c. 16. dist. 37.* & *pr. dist. 38.*

IGNORANTIA non habet locum in iis, quæ publice fiunt, *c. 6. X. qui matrimonium accusare possunt* &c.

IGNORANTIA juramento probatur, *c. 4. X. de sententia excommunicat.*

Præsumitur IGNORANTIA, ubi scientia non probatur, *c. 47. de R. I. in 6.*

Non omnis IGNORANTIA excusat, *c. 12. §. 1. q. 4. caus. 1.*

IGNORANTIA vel juris vel facti est, *ibid.* & *L. 1. pr. de juris & facti ignor.*

IGNORANTIA facti alia est, quod oportuit eum scire; alia, quod non oportuit eum scire, *ibid.*

IGNORANTIA juris alia est naturalis, alia civilis, d. *c. 12. §. 2. ead.*

IGNORANTIA juris naturalis omnibus adultis est damnabilis; jus vero civile aliis permittit ignorare, aliis non, *ibid.*

IGNORANTIA juris civilis nemini obest in damno vitando, si negotium inde contigerit, ut si minor pecuniam dederit filiofamilias, repetit, in majore vero quasi delictum est, *ibid.*

IGNORANTIA paterna non excusat filios *c. 10. X. qui filii sint legitimi* &c.

IGNORANTIA alterius non debet prodesse alii, *L. 5. de juris & facti ignorant.*

IGNORANTIA juris in usucapione non prodest, facti vero ignorantia prodest, *L. 4. eod.*

Juris IGNORANTIA non prodest acquirere volentibus, suum vero petentibus non nocet, *L. 7. eod.*

Regula est, juris IGNORANTIAM cuique nocere, facti vero *ignorantiam* non nocere, *L. 9. pr. eod.*

IGNORANTIA supina facti alieni est ferenda, nec scrupulosa inquisitio est exigenda, *L. 6 eod.*

IGNORANTIA facti alieni ita demum cuiquam non nocet, si non ei summa negligentia objiciatur, *L. 9. §. 2. eod.*

IGNORANTIA juris non subvenitur filiæ emancipatæ, quæ cessavit à patre petere intra annum bonorum possessionem, si potuit consulere peritiores, alias secus, *L. 3. C. de juris & facti ignor.*

IGNORANTIA juris si quis fateatur se deliquisse, præjudicat sibi talis confessio, *L. 8. C. eod.*

IGNORANTIA juris pecuniam debitam solvens non repetit, sed per ignorantiam facti competit petitio tantum indebiti soluti, *L. 10. C. eod.*

IGNORANTIA juris excusat militem omittentem exceptionem peremptoriam ante sententiam, ita, ut post sententiam possit opponere, *L. 1. C. eod.*

IGNORANTIA juris non excusat filium majorem viginti quinque annorum dicentem renunciasse hereditati maternæ per juris ignorantiam, *L. 2. C. eod.*

IGNORARE.

Contra IGNORANTEM Dominum præscribebatur feudum, *II. F. 9. §. 1.*

Etiam IGNORANS Dominus de evictione tenetur, *II. F. 8. pr.*

IGNORANTE Vasallo investitura alii dari potest, *II. F. 27. c. 2.*

IGNORANS rem esse feudalem vendit, *II. F. 42.*

IGNORANS Vasallus si vendit, retinet feudum, *II. F. 42.*

IGNORARE semper præsumitur quis, nisi probetur scire, *L. 21. de probat.*

IGNORARE jus permissum est minoribus 25. ann. & etiam fœminis in quibusdam casibus propter sexus fragilitatem, *L. 9. pr. de juris & facti ignorantia.*

Si quis jus IGNORANS, lege Falcidia usus non sit, nocere ei dicit epistola D. Pii, *L. 9. §. 5. eod.*

Qui IGNORAVIT dominum esse rei venditorem, plus in re est, quam in existimatione mentis, & ideo tametsi existimet, se non à domino emere, tamen, si à domino ei tradatur, dominus efficitur, *L. 9. §. 4. eod.*

Cum quis jus IGNORANS, indebitam pecuniam solverit, cessat repetitio, *L. 10. C. de juris & facti ignorantia.*

IGNORANTES & invitos liberos non possunt parentes obligare ad matrimonium, *c. un. §. 2. de despons. impub. in 6.*

Ingressus possessionem IGNORANTE domino, ad quem pertinet, potest per ipsum dominum, statim cum sciverit, repelli etiam violenter, nec ex tali repulsione competit repulso contra dominum interdictum possessorium, *c. 12. X. de restitutione spoliatorum.*

Qui IGNORAT, *ignorabitur*, quod de eo intelligitur, qui noluit intelligere, ut bene ageret, *c. 15. in f. dist. 37.*

IGNORANS commodum suum, quod vel per se, vel per alium scire potuit, imputare sibi debet, *Clem. c. un. in f. de concessione Præbendæ* &c.

Non omnis IGNORANS immunis est à pœna, *c. 16. dist. 37.*

Ille IGNORANS à pœna immunis est, qui, à quo disceret, non invenit, *ib.*

IGNORANTEM non maculat crimen alienum, *c. 1. q. 4. caus. 1.*

IGNORANTEM statutum vel decretum non ligat, *c. 2. X. de constit.* & *c. 2. de constitut. in 6.*

IGNOSCERE.

IGNOSCENDUM est ei, si voluit se ulcisci provocatus, *L. 14. §. 6. de bonis libertorum.*

IGNOTUS.

IGNOTO recte donatur, *L. 29. C. de donat.*

Recte IGNOTUS heres instituitur, *L. 11. C. de hered. inst. §. ult. de hered. instit.*

ILLE.

Hæc verba, ILLE aut ILLE, non solum disjunctivæ, sed etiam subdisjunctivæ orationis sunt, *L. 124. de V. S.*

ILLEGITIMUS, *a, m.*

ILLEGITIMA proles est, quam viro vivente uxor ex adulterio concepit, sive cum adultero, sive cum viro moretur, *c. 4. X. qui filii sunt legit.*

Ad docendam prolem ILLEGITIMAM, non sufficit probare impedimentum matrimonii, si fuit in facie Ecclesiæ contractum, *c. 11. X. eod.*

Nati ex matrimonio contracto contra publicæ honestatis justitiam, ILLEGITIMI sunt, & ab hereditate parentum excludendi, *c. 10. eod.*

Papa in terris Ecclesiæ potest libere ILLEGITIMOS legitimare; in terris vero alienis non nisi ex causis multum arduis, vel nisi in spiritualibus, *c. 13. eod.*

ILLEGITIMUS non ordinatur, nisi ut Religiosus fiat; nec tunc præficitur, i. e. ad Prælaturam non habilitatur, *c. 1. X. de filiis Presbyterum* &c.

ILLEGITIMUS in Ecclesia paterna præbendari non debet, *c. 15. X. eod.*

Si ILLEGITIMUS, maxime filius spurius, instituitur in Ecclesia, in qua institutus est pater, institutio non valet, & institutus à suis beneficiis suspendatur, *c. 16. X. eod.*

ILLEGITIMUS filius Sacerdotis, qui hoc tacito per rescriptum Apostolicum paternam Ecclesiam impetravit, removetur ab illa, *c. 2. X. eod.*

ILLICITE.

ILLICITE factum obligationem non inducit, *c. 5. X. de R. I.*

ILLICITE scriptum pro non scripto habetur, *L. 14. §. 1. de L. Corn. de falsis.*

ILLICITE faciens non potest alium arguere, qui ipsum impedit in simili actu, *L. 2. §. 15. ne quid in loco publico* &c.

ILLICITUS, *a, m.*

ILLICITUM ex una parte, non vitiat licitum ex alia parte, *c. 19. X. de Prabendis* &c.

Propter necessitatem, ILLICITUM efficitur licitum, *c. 4. X. de R. I.*

ILLICITA & irrationabilia juramenta non debent servari, *c. 12. §. 1. & c. 18. X. de jurejurando.*

ILLICITA non intelliguntur in juramento, nec ad ea extenditur, *c. 4. X. de homicidio.*

ILLICO.

ILLICO dicitur fieri, quod fit intra triduum, *i. e.* tres dies, *L. 18. C. de judiciis.*

ILLIENSES.

ILLIENSIBUS & propter inclytam nobilitatem civitatis, & propter conjunctionem originis Romanæ, jam antiquitus & SCtis & constitutionibus Principum plenissima immunitas tributa est, ut etiam tutelæ excusationem habeant, scilicet eorum pupillorum, qui *Illienses* non sunt, *L. 17. §. 1. de excusat.*

ILLUSIO.

ILLUSIONES variæ in somno, & causæ earum, aliquando ex crapula, aliquando ex naturæ superfluitate, vel infirmitate, aliquando ex cogitatione prævia contingunt, *c. 1. §. 1. 2. & 3. dist. 6.*

ILLUSTRIS, *e,*

ILLUSTRES personæ per se agere non possunt, *Auth. Hoc jus &c. C. de procuratoribus. Nov. 71. c. 1. §. 1.*

ILLUSTRES ex concessione Principis, qui tantum honorem sine administratione habent, conveniri possunt super criminibus, in urbe coram Præfecto Prætorio, vel urbis, & coram Magistro officiorum, si hoc ei Princeps permiserit, in provinciis autem coram competentibus Judicibus, ut absolvantur, non condemnentur, sed referantur ad Principem, *L. 3. §. 1. & 2. C. ubi Senatores* &c.

ILLUSTRIBUS personis trientes usuræ sunt permissæ, *L. 26. §. 1. C. de usuris* &c.

ILLUSTRES de criminibus gravioribus impediti in carcerem non detruduntur, sed custodiuntur custodia militari, *L. 16. C. de dignitatibus. XII.*

ILLUSTRES conventi civiliter, & criminaliter ad satisdationem, de judicio sisti non coguntur, sed eorum juratoriæ cautioni committitur, qua completa per eos, vel eorum procuratores, fit missio in eorum bona in civili, sed in criminali tanquam perjuri dignitate privantur, & absque relatione puniuntur per Judicem, *L. 17. pr. C. eod.*

ILLUSTRES criminaliter, vel civiliter non possunt conveniri sine scriptura, d. *L. 17. §. 1. C. eod.*

Ab ILLUSTRIBUS personis sordida mune-

munera, & extraordinariæ necessitatis damna sunt removenda, *L. 16. C. de excusat. muner. X.*

IMAGINARIVS, *a, m.*

IMAGINARII contractus etiam in emptionibus juris vinculum non obtinent, cum fides facti simulatur non intercedente veritate, *L. 54. de .O. & A.*

IMAGO.

Si IMAGINEM legatam heres derasit, & tabulam solvit, potest dici actionem ex testamento durare, quia legatum imaginis, non tabulæ fuit, *L. 12. de auro, argento* &c.

IMAGINES Sanctorum non sunt violandæ, *c. 27. dist. 3. de consecrat.*

IMAGINES Sanctorum memoria sunt, & recordatio præteritorum, *c. 28. eod.*

Venerabiles IMAGINES Christiani non Deos appellant, neque serviunt eis, ut Diis, neque spem salutis ponunt in eis, neque ab eis expectant futurum judicium, *ib.*

Qui IMAGINEM crucis, Beatæ Virginis, vel Sanctorum, violant vel prosternunt, graviter sunt puniendi, *c. 2. de officio ordinarii in 6.*

IMMITTERE.

IMMISSVM est, quod ita fit, ut aliquo loco requiescat, veluti tigna, trabes, quæ immittuntur, *L. 242. §. 1. de V. S.*

IMMVNIS.

IMMVNIS ab honoribus & muneribus civilibus, si Decurioni creato filio, quem habet in potestate, consentiat, in muneribus & honoribus sumptus subministrare filio compellitur, *L. 17. §. 1. de muneribus & honor.*

IMMVNES etiam inviti, si idonei sint, eliguntur ad magistratum, quando aliqui idonei non reperiuntur in civitate, *L. 11. §. 2. eod.*

IMMVNIS à publicis muneribus si omnia munera Decurionum, vel honores, sponte & nulla imminente necessitate peregerit, Decurio efficitur & constituitur, *L. 3. C. de his, qui sponte publica munera subeunt. X.*

IMMVNIS à publicis muneribus sponte suscipiens aliquem honorem excepto decurionatu non amittit ob id competens sibi privilegium in aliis honoribus, vel in eodem, si denuo vocetur, *L. 2. C. eod.*

IMMVNES sunt Ecclesiasticæ personæ, ac res ipsarum, tam jure humano, quam divino ab exactionibus secularium, *c. 4. de censibus in 6.*

IMMVNITAS.

IMMVNITATEM ab oneribus publicis civitates præstare non possunt, nisi suum in præjudicium, *L. 6. §. 2. de excus.*

IMMVNITAS plerumque promittitur conscio sceleris (sc. *falsæ monetæ*) participes detegenti, *L. 1. C. de falsa moneta.*

IMMVNITAS Ecclesiæ & personarum ab Episcopis est defendenda, *c. 2. de immunit. Eccl. in 6.*

IMMVNITATIS Ecclesiasticæ violatio olim Episcopis reservata, *c. 1. Extravag. comm. de privilegiis.*

IMMVNITATE gaudet Ecclesia non conservata, in qua divina officia fiunt, *c. 9. X. de immunit. Eccl.*

Qui sub spe IMMVNITATIS in Ecclesiis vel cœmeteriis delinquunt, *immunitate* non gaudent, *c. 10. X. eod.*

IMMVNITATE Ecclesiæ non gaudent latrones publici, neque depopulatores nocturni agrorum, neque grassatores viarum, *c. 6. X. eod.*

IMMVNITATE gaudet reus fugiens ad Ecclesiam, nec potest extrahi, aut damnari ad mortem, vel pœnam,

si homo liber sit, quantumcunque gravia maleficia perpetraverit, *ibid.*

IMMUNITAS, vel vacatio, quæ liberis & posteris alicujus data est, ad eos duntaxat pertinet, qui ejus familiæ sunt, *L. 13. de munerib. & honor.*

IMMUNITAS Magistris, qui civilium munerum vacationem habent, item Grammaticis, & Oratoribus, & Medicis, & Philosophis, ne hospitem reciperent, à Principibus fuit indulta, *L. 18. §. 30. eod.*

Minus audiens IMMUNITATEM civilium munerum non habet, *L. 2. §. 6. de vacatione & excus. muner.*

IMMUNITATES personis datæ heredibus non relinquuntur, *L. 1. §. 1. de jure immunitatis.*

IMMUNITAS posteris data, ad eos, qui nati ex fœminis sunt, non pertinet, *L. 1. §. 2. eod.*

IMMUNITATES generaliter tributæ eo jure, ut ad posteros transmittentur, in perpetuum succedentibus durant, *L. 4. eod.*

IMMUNITATEM à muneribus publicis consequuntur negotiatores, qui annonam adjuvant, item naviculàrii, qui annonæ urbis serviunt, quamdiu in ejusmodi actu sunt, *L. 5. §. 3. eod.*

IMMUNITATI, quæ naviculariis præstatur, certa forma data est, quam immunitatem ipsi duntaxat habent, non etiam liberis aut libertis eorum præstatur, idque principalibus constitutionibus declaratur, *L. 5. §. 4. eod.*

D. Hadrianus rescripsit, IMMUNITATEM navium maritimarum duntaxat habere, qui annonæ urbis serviunt, d. *L. 5. §. 5. eod.*

IMMUNITAS tribuitur illis collegiis, vel corporibus, in quibus artificii sui causa unusquisque assumitur, ut est fabrorum corpus, *L. 5. §. 12. eod.*

IMMUNITATEM habens à muneribus, si sponte agnoverit decurionatus honorem, compellitur subire munera publica, *L. 5. §. 13. eod.*

IMMUNITATEM aliquam à muneribus gravioribus municipalibus habent excussores, medici, valetudinarii, capsarii, & artifices, architecti, fabri, sagittarii, lapidarii, ferrarii, & hi, qui calcem coquunt, & qui sylvam ineidunt, *L. 6. eod.*

IMMUNITATEM à muneribus civilibus habent lanii, venatores, & qui agris præsto sunt, & librarii, qui docere possunt, & horreorum librarii, & librarii depositorum, & custodes armorum, præco, buccinator, & alii, *ib.*

IMMUNITAS Ecclesiarum quantum ad hoc, ut confugientes ad eas sine securi, firma & intacta debet servari, *L. 22. §. 1. C. de Episcopis* &c.

IMMUNITATEM habens veteranus si vocetur ad munera personalia, non tenetur appellare, quia electio est nulla, quod speciale est in militibus, *L. 9. C. quando provocare non est necesse* &c.

IMMUNITATEM ab opere publico non potest concedere Iudex, *L. 1. C. de operibus publicis.*

IMMUNITATES elicitæ nullius sunt momenti, *ib.*

Qui falsum instrumentum IMMUNITATIS conscripserit, igne est comburendus, *L. 1. C. de immunitate nemini concedenda. X.*

Nec infames IMMUNITATEM habere, cum hæc privilegii, non notæ sit, convenit, *L. 12. C. de Decurionibus. X.*

IMMUNITATEM à muneribus nullus Iudex suo arbitrio ac gratiose potest concedere, sed solus Princeps ex causa potest concedere, *L. 14. C. eod.*

Qui IMMUNITATEM munerum publicorum consecuti sunt, onera patrimoniorum sustinere debent, in quibus causis & hospites recipiendi sunt, *L. 3. C. de muneribus patrimoniorum. X.*

IMPEDIMENTUM.

Naturale IMPEDIMENTUM ad coitum, inseparabile arte Medicorum, matrimonium impedit, *c. 3. X. de frigidis* &c.

IMPEDIMENTUM præstitum à magistratu, nisi sit dolo procuratum, dat exceptionem Reo non venienti, secus si impedimentum facto privati contingit, *L. 2. §. 9. si quis cautionibus in judicio* &c.

IMPEDIMENTUM allegans debet probare, se tantum fecisse, quod profecisset, si impedimentum non supervenisset, *L. 14. pr. de re militari.*

Non præstat IMPEDIMENTUM, quod de jure non sortitur effectum, *c. 52. de R. I. in 6.*

Qui IMPEDIMENTUM matrimonii sciunt, tenentur denuntiare illud, *c. 7. X. de cognat. spirit.*

Si IMPEDIMENTUM matrimonii est notorium, potest Episcopus ex officio suo illud separare, *c. 3. X. de divort.*

Si fama refert IMPEDIMENTUM conjugii, etiam nemine opponente, potest Episcopus ex officio suo de eo inquirere, *ibid.*

Qui juravit cum aliqua contrahere, si non subest IMPEDIMENTUM, per censuram Ecclesiasticam contrahere compellitur, *c. 10. X. de sponsalibus.*

IMPEDIRE.

IMPEDIRE solet veritatem affectio propinquitatis, familiaritatis & dominationis, *c. 12. q. 5. caus. 3.*

Publica honestas IMPEDIT matrimonium contrahendum, & contractum dirimit, *c. 12. X. de despons. impub.*

IMPEDIENTES Ecclesiam regulariter ordinari, Sacrilegi sunt judicandi, *c. 125. q. 1. caus. 1.*

Qui testes IMPEDIT, graviter punitur, *c. 33. & c. 37. X. de testibus.*

IMPEDIENS Sacerdotem in Ministeriis, nomine Sacerdotis careat, & in Sacerdotum prece apud Altare nominari indignus habeatur, *c. 14. dist. 88.*

Qui non IMPEDIT malum, consentire videtur, *c. 3. dist. 86.*

Si quis muneris causa, sine suo dolo malo IMPEDITUS, in judicio secundum suam promissionem non stetit, æquissimum est tribui ei exceptionem, *L. 2. §. 1. si quis cautionibus in judicio* &c.

IMPEDITUS adversa valetudine, vel tempestate, vel vi fluminis sistere judicio secundum suam promissionem, adjuvatur ope exceptionis, d. *L. 2. §. 3. eod.*

IMPEDITUS si sit Judex ex alterutro, vel litigatoribus morbo sontico, differendus est dies judicii, *ibid.*

IMPEDITUS furore sistere judicio, censetur impeditus valetudine, *L. 2. §. 5. eod.*

IMPEDITUS comparere propter tempestatem maritimam, vel terrestrem excusatur, nisi se nimium arctaverit, vel aliter fuerit in culpa, *L. 2. §. 6. 8. eod.*

IMPEDITO aliquid adimplere succurrendum est, *L. 3. §. 30. seq. ad SC. Silanian.*

Si Vasallus IMPEDIRE quid non potest, nunciare Domino tenetur, *II. F. 7. pr.*

IMPEDITUS non petens renovationem feudi, *II. F. 52. v. f.*

IMPENSA.

IMPENSAE necessariæ sunt, quæ si factæ non sint, res aut peritura, aut deterior futura sit, *L. 79. pr. de V. S.*

IMPENSAS utiles esse *Fulcinius ait*, quæ meliorem dotem faciant, non deteriorem esse sinant, ex quibus reditus mulieri acquiratur, *L. 79. §. 1. eod.*

IMPENSAE voluntariæ sunt, quæ speciem duntaxat ornant, non etiam fructum augent, ut sunt viridia, & aquæ salientes, incrustationes, loricationes, picturæ, *L. 79. §. 2. eod.* conf. *Expensa.*

IMPERARE.

IMPERARE sibi, neque se prohibere quisquam potest, *L. 51. de receptis; qui arbitrium receperunt.*

Quod præcipitur, IMPERATUR, & quod *imperatur*, necesse est fieri, & aliquando nisi fiat, pœnam habet, *c. 15. X. de V. S.*

Quod specialiter IMPERATUR, plus timetur, quam quod generaliter præcipitur, *c. 11. X. de Hæreticis.*

Quibus IMPERARI potest, testes idonei non fiunt, *c. 3. §. 8. q. 2. caus. 4.*

IMPERATOR.

IMPERATOR unus est, *c. 41. q. 1. caus. 7.*

Quodcunque IMPERATOR per epistolam constituit, vel cognoscens decrevit, vel edicto præcepit, legem esse constat, *§. 6. de I. N. G. & C.*

Ad IMPERATOREM palatia pertinent, ad Sacerdotem Ecclesiæ, *c. 21. §. 5. q. 8. caus. 23.*

IMPERATOR vult reddere Papæ, quidquid de ditione Romana ad se pervenerit, *c. 33. dist. 63.*

IMPERATOR potest esse Iudex in causa propria, civilius tamen aget, si Iudicem destinet, *L. 41. de heredib. instit.*

IMPERATOR se appellat militem, *L. 1. pr. de testamento militis.*

Ex imperfecto testamento legata vel fideicommissa IMPERATOREM vindicare, inverecundum est, decet enim tantæ majestati, eas servare leges, quibus ipse solutus esse videtur, *L. 23. de legat. 3.*

IMPERATOR adhibito consilio Iurisperitorum respondere debet Iuris dubitationibus, *L. 17. pr. de jure patronatus.*

IMPERATOR debet imperium amplare hominum adjectione potius, quam pecuniarum copia, *L. 7. §. 3. de bonis damnatorum.*

IMPERATOR quando rescribit uni Præsidi, ex hoc videtur rescriptum omnibus, *L. 7. §. 10. de interdictis, & relegatis* &c.

Soli IMPERATORI concessum est leges condere, *L. 12. C. de legibus.*

IMPERATOR non debet confidere armis, neque suis militibus, neque bellorum ducibus, neque suo ingenio, sed omnem spem ad solam Dei providentiam debet referre, *L. 1.* & *2. C. de veteri jure enucl.*

IMPERATOR vocat se ultimum Dei servum, *L. 1. pr. C. de officio Præfecti Prætorio Africæ* &c.

IMPERATOR debet preces effundere Deo Optimo Maximo, ut secundum suam voluntatem, ac placitum gubernare suas provincias faciat, *ibid.*

IMPERATOR (sc. *Alexander*) Vlpianum Præfectum Prætorio appellat parentem suum propter ejus scientiam & ætatem, *L. 4. C. de locato & conducto.*

IMPERATOR legibus est solutus, *L. 3. C. de testam.*

IMPERATORI nihil tam proprium est, quam legibus vivere, *ibid.*

IMPERATOR Constantinus coronam, & omnem Regiam dignitatem in urbe Romana, & in Italia, & in partibus occidentalibus Apostolico concessit, quod in Gestis Beati Silvestri legitur, *c. 13. dist. 96.*

IMPERATOR Constantinus quarta die sui

sui Baptismi privilegium Romanæ Ecclesiæ Pontifici contulit, ut in toto orbe Romano Sacerdotes ita hunc caput habeant, sicut Iudices Regem, *c. 14. ead.* ubi tenor hujus privilegii refertur.

IMPERATOR rogatus ab Ecclesia potest de rebus Ecclesiasticis decernere, *pr.* & *c. 1. 2. dist. 97.*

Lege IMPERATORUM non in omnibus Ecclesiasticis controversiis utendum est, præsertim cum inveniantur Evangelicæ ac Canonicæ Sanctioni aliquoties obviare, *c. 1. pr. dist. 10.*

Lex IMPERATORUM non est supra Legem Dei, sed subditus, *ib.*

Leges IMPERATORUM in adjutorium Ecclesiæ licet assumere, *c. 7. ead.*

Leges IMPERATORUM custodiri oportet, *c. 9. ead.*

IMPERATORUM legibus utendum est tantum in temporalibus, *c. 8. ead.*

Non licet IMPERATORI, vel cuiquam pietatem custodienti, aliquid contra divina mandata præsumere, nec quidquam, quod Evangelicis, Propheticis, aut Apostolicis Regulis obviet, agere, *c. 2. ead.*

IMPERATORES ad fidem confirmandam, non potentiam ostendendam synodo interesse debent, *c. 2. dist. 96.*

IMPERATORES Synodali conventui interesse non convenit, nisi ubi de fide agitur, *c. 4. ead.*

Nec etiam IMPERATOR jura Pontificis, nec Pontifex jura Regia usurpet, *c. 6. ead.*

IMPERATOR facta Pontificum judicare non debet, *c. 8. ead.*

IMPERATORES debent Pontificibus subesse, non præesse, *c. 11. ead.*

IMPERATORIS Epistola in electionis confirmatione desideratur, *c. 18. dist. 63.*

Electus in Romanum Pontificem non ordinetur, nisi ejus decretum IMPERATORI primum præsentetur, *c. 21. ead.*

IMPERATOR jus habet eligendi Pontificem, *c. 22. ead.*

Ad jus IMPERATORIS electio Romani Pontificis pertinet, *c. 23. ead.*

Præsentibus Legatis IMPERATORIS ordinetur Pontifex Romanus, *c. 28. ead.*

Inconsultis Legatis IMPERATORIS *Hadrianus* II. ad Pontificatum eligitur, *c. 29. ead.*

IMPERATOR *Otto* jurat fidelitatem Papæ *Ioanni*, *c. 33. ead.*

IMPERATOR *Ludovicus* confirmat Papæ Paschali Romanum Territorium, *c. 30. ead.*

Romani IMPERATORES olim Pontifices dicebantur, *c. 1. §. 8. dist. 21.*

Iuramentum, quod præstat IMPERATOR, habetur *Clem. c. 1. de jurejur.*

IMPERATORIBUS nihil debet sic studiosum, sicut Sacerdotum honestas, cum & pro illis ipsi Sacerdotes semper Deo supplicent, quia si sacerdotium inculpabile sit undique, & apud Deum fiducia plenum, Imperator recte, & competenter gubernat cum honore rempubl. sibi traditam, *Nov. 6. præfat.*

IMPERATOR debet habere maximam solicitudinem circa vera Dei dogmata, & circa Sacerdotum honestatem, quam illis obtinentibus credendum est, quod per eam maxima dona ei dabuntur à Deo, & ea, quæ sunt firma, habebit, & quæ nondum hactenus venerunt, acquirit, dict. *Nov. 6. c. 3.*

IMPERATOR est pater legis, unde & leges ei sunt subjectæ, *Nov. 12. c. 4.*

IMPERATORIS *Lotharii* Constitutiones feudales, *I. F. 19.*

IMPE-

IMPERATOR Romæ condit legem, *I. F. 19.*

In omni fidelitatis Sacramento IMPERATOR excipiendus, *II. F. 55.*

IMPERATORI fidelitatem debet omne genus hominum, *II. F. 100.*

IMPERATOR debet fidelitatem Deo & Pontifici, *II. F. 100.*

Ad IMPERATOREM veniat Vasallus cum paribus, qui inique judicaverint, *I. F. 22. c. sancimus.*

IMPERATORIVS, *a, m.*

IMPERATORIAM majestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam. *pr. Proœm. Instit.*

Quæ divina sunt, IMPERATORIAE potestati subjecta non sunt, *c. 21. pr. q. 8. caus. 23.*

IMPERIALIS, *e.*

IMPERIALIS benevolentiæ proprium est, commoda subjectorum investigare, & eorum calamitatibus diligenti cura mederi, similiter reipubl. bonum statum, ac dignitatem imperii omnibus privatis commodis præponere, *II. F. 52.*

IMPERIALEM decet solertiam ita reipublicæ curam gerere, & subjectorum commoda investigare, ut regni utilitas incorrupta persistat, & singulorum status jugiter servetur illæsus, *II. F. 55.*

IMPERITIA.

IMPERITIA culpæ annumeratur, *L. 132. de R. I. §. 9. de L. Aquilia.*

IMPERIVM.

IMPERIO vacante Ecclesia supplet vicem ejus, & ad eam appellatur, *c. 10. X. de foro compet.*

IMPERIVM respuit sanguinis successionem, & admittit tantum electionem, *c. 44. in f. X. de elect.*

IMPERII jura, Imperator, vel Rex jura Regni, etiam præstito juramento de non revocando nequit alienare, *c. 33. X. de jurejur.*

Par in parem IMPERIVM non habet, *c. 20. X. de elect.*

IMPERIVM aut *merum* est, aut *mixtum*, *L. 3. de jurisdictione.*

IMPERIVM merum est, habere gladii potestatem ad animadvertendum facinorosos homines, quod etiam potestas appellatur, *ib.*

IMPERIVM mixtum est, cui etiam jurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione consistit, *ib.*

IMPERIVM à cœlesti numine traditum est, unde Imperator *Iustinianus* animum suum ad Dei omnipotentis adjutorium erigit, *L. 1. pr. C. de veteri jure enucl.*

IMPERIVM & Sacerdotium sunt dona Dei maxima, & ex uno eodemque principio, i. e. à Deo, & eodem tempore processerunt, *Nov. 6. pr. Praf.*

IMPETIGINOSVS.

Trebatius ait, IMPETIGINOSVM morbosum non esse, si eo membro, ubi *impetigo* esset, æque recte utatur, *L. 6. §. 1. de ædilitio edicto.*

IMPETRARE.

Si quis iniquum jus adversus aliquem IMPETRAVERIT, eo jure utatur ita demum, si per postulationem ejus hoc venerit, cæterum si ipso non postulante, non coërcetur, *L. 3. pr. quod quisque juris in alterum* &c.

IMPETRANTI sub conditione, præfertur impetrans pure, licet post illum impetraverit, *c. 13. de rescriptis in 6.*

IMPOENITENS.

IMPOENITENS hæreticus condemnatur ad perpetuum carcerem, *c. 15. in f. X. de hæret.*

IMPOENITENTIS sepulturæ non debent interesse Clerici, *c. 2. X. de raptor.*

IMPOSSIBILIS, *e*.

Quod IMPOSSIBILE est, neque pacto, neque stipulatione, potest comprehendi, ut utilem actionem aut factum efficere possit, *L. 31. de R. I.*

IMPOSSIBILIUM nulla obligatio est, *L. 185. eod. I. F. 21. c. si quis.*

Ad IMPOSSIBILE non tenetur Vasallus, *II. F. 7. pr. II. F. 24. §. 2.*

IMPOSSIBILE non faciat quid Domino Vasallus, *II. F. 6.*

Id, quod IMPOSSIBILE in testamento scriptum est, nullam vim habet, *L. 45. de hered. instit.*

IMPOSSIBILE de natura non potest per modum conditionis in stipulationem deduci, *L. 35. pr. de V. O.*

Id, quod nunc jure IMPOSSIBILE est, potest possibile fieri, *L. 137. §. 6. eod.*

IMPOSSIBILE simpliciter potest deduci in obligationem, si hominis permissione deducitur ad possibilitatem, *L. 141. §. 4. eod.*

Non moriturum præstari servum IMPOSSIBILIS promissio est, *L. 8. C. de contrah. & committ. stipul.*

IMPOSSIBILIS conditio in institutionibus & legatis, nec non in fideicommissis & libertatibus pro non scripta habetur, *§. 10. de hered. instit.*

Ad IMPOSSIBILE nemo potest obligari, *c. 6. de R. I. in 6.*

IMPOSSIBILES & turpes conditiones contractui matrimonii appositæ, ob favorem matrimonii pro non adjectis habentur, *c. 7. X. de condit. appofit.*

IMPOSSIBILITAS.

IMPOSSIBILITAS excusat à perjurio, *c. 17. X. de jurejur.*

IMPOSTURA.

Si quis IMPOSTURAM, vel collusionem in necem alterius fecerit, stellionatus poterit postulari, *L. 3. §. 1. Stellionatus.*

IMPOTENS.

IMPOTENS ad copulam est impotens ad contrahendum matrimonium, sive sit impedimentum ætatis, sive naturæ, *c. 2. X. de frigidis* &c.

Scienter contrahens cum IMPOTENTI ad copulam, ab ea non separatur, *c. 4. X. eod.*

IMPOTENTES veneficiis ad coëundum, si insanabiles, separari possunt, *c. 4. q. 1. caus. 33.*

IMPOTENTIA.

Si de IMPOTENTIA coëundi constet, statim matrimonium separatur, *c. 5. X. de frigidis.*

Si IMPOTENTIA probari non potest, datur triennium ad experiendum; post triennium si mulier dicit, virum esse impotentem, eis hoc jurantibus cum septima manu propinquorum, matrimonium separetur, *ibid.*

Si maritus petat divortium, allegans IMPOTENTIAM suam, eandem confirmante uxore, matrimonium indistincte dirimitur, servata solennitate canonica, verum si in hoc ab iis decepta sit Ecclesia, conjugium reparari debet primum, si secundum iniit, *c. 1. X. eod.*

IMPOTENTIA coëundi si sequatur post carnalem copulam, non solvit conjugium, *c. 29. q. 2. caus. 27.*

IMPROBUS.

IMPROBUS non potest videri, qui ignorat, quantum solvere debet, *L. 99. de R. I.*

IMPROPRIUS, *a, m.*

IMPROPRII feudi possessor quousque audiatur de proprio excipiens, *I. F. 2. §. 1.*

IMPROPRIA feuda amittuntur ex iisdem causis, quibus vera feuda, *II. F. 48.*

IMPUBES.

IMPUBES fidelitatem non facit, *II. F. 26. c. 5. pr.*

IMPUBERI feudum dari poteſt, *II. F. 26. c. 4. §. 7. pr.*

IMPUBES omnibus officiis civilibus debet abſtinere, *L. 2. §. 1. de R. I.*

IMPUBES quamvis conſcius adulterinæ pecuniæ, non tenetur, *L. 1. C. de falſa moneta.*

IMPUBES libertus doli capax ſtatim atque manumiſſus eſt, poterit jurare ſe daturum operas patrono, & tenetur utili actione operarum nomine, cum erit pubes, poterit etiam impubes exiſtens præſtare aliquas operas, veluti ſi nomenclator ſit, vel hiſtrio, *L. 44. §. 2. de liberali cauſa.*

IMPUBES non poteſt eſſe teſtis in teſtamento, *§. 6. de teſtamentis ordinandis.*

IMPUBERIBUS liberis & in poteſtate conſtitutis poteſt ſubſtitui non ſolum vulgariter, ſed etiam pupillariter, *pr. I. de pupillari ſubſtit.*

IMPUBERIBUS liberis omnimodo abſtinendi poteſtas ſit, *L. 11. de acquirenda hered.*

IMPUBES, qui patitur controverſiam ſtatus ſui proprii ab alio impubere, poteſt ex Carboniano poſtulare differri quæſtionem ſtatus usque ad pubertatem utriusque, ſed impubes, qui facit controverſiam alteri impuberi de ſtatu ſuo, non poteſt petere differri, quia impuberi exhiberi debet favor, ne amittat libertatem ſuam, non ut alium impuberem ſua libertate privaret, *L. 3. §. 10. de Carboniano edicto.*

IMPUBERI ſi inferatur quæſtio ſtatus, propter debita particularia, differtur illa in tempus pubertatis, & mittitur in poſſeſſionem ex Carboniano, tenetur tamen cavere agnato, ad quem ab inteſtato dicitur pertinere, *L. 3. §. 12. eod.*

IMPUBES, qui ſe filium dicit, tenetur non ſolum Carbonianam bonorum poſſeſſionem accipere, ſed etiam ordinariam agnoſcere, *L. 3. §. 15. & 16. eod.*

IMPUBES filius ſi dicatur eſſe exheredatus, controverſia, an ſit exheredatus, vel non, non differtur in tempus pubertatis, quia non de ipſius filii, ſed de jure teſtamenti quæritur, an ſit inofficioſum, *L. 7. §. 2. eod.*

Si IMPUBES negetur jure adoptatus, & ideo paternæ hereditatis ei controverſia fiat, non erit iniquum, ſimile Carboniano decretum interponi, *L. 7. pr. eod.*

IMPUBES heres ſcriptus ſi ſit, non eſt locus Carboniano, cum ſine eo ſit heres, quia ſcriptus, *L. 11. eod.*

IMPUBES ſi paterni liberti bonorum poſſeſſionem petierit, & negetur filius patroni eſſe, ſi de paternis bonis ei nulla controverſia ſit, ex Carboniano non differtur quæſtio ſtatus in tempus pubertatis, ſed bene ex conſtitutionibus, *L. 7. §. 7. eod.*

IMPUBERES præter vitium carnis delinquere poſſunt, puniuntur tamen mitius quam adulti, *c. 1. X. de delictis puerorum.*

IMPUBERIS juramentum tenet, *c. 10. X. de ſponſalibus.*

IMPUBERES, & adoleſcentes in uno conclavi manentes probatiſſimo ſeniori deputentur, *c. 1. q. 1. cauſ. 12.*

Canonicus IMPUBES ad electionem non vocatus, non agit de contemptu, *c. 32. de electione in 6.*

IMPUBES, qui Clericum percuſſit, ab Epiſcopo abſolvi poteſt, *c. 1. X. de ſententia excomm.*

Pater pro filio IMPUBERE ſponſalia contrahere poteſt, pro pubere vero non, niſi conſentiat, *c. 1. X. de deſponſat. impuber.*

IMPU-

IMPVBERES, ambo vel alter, conjungi non debent, nisi forte pro bono pacis & Reipublicæ id toleretur, *c. 2. X. eod.*

Contractus IMPVBERVM, etiam cum nisu carnalis copulæ, non facit matrimonium, *c. 10. X. eod.*

IMPVBERES sponsalia contrahentes ante pubertatem separari non debent, sed post pubertatem possunt, si contradicunt sponsalibus, nisi copula carnalis interveniat, *c. 8. eod.*

IMPVBES furtum facere potest, & tenetur furti, vel condictione furtiva, si doli capax sit, *L. 23. de furtis.*

IMPVBES doli capax si damnum dedit alicui injuria, tenetur Aquilia pro illo damno, *ib.*

IMPVBES doli non capax, ut infans, & qui non est pubertati proximus, non possunt facere furtum, nec damnum injuria dare, & ideo nec possunt teneri furti, nec Aquilia, *ib.*

IMPVBES non doli capax, & furiosus, licet pulsent, & convicium dicant, non tamen videntur fecisse injuriam, cum affectum non habeant, *L. 3. §. 1. de injuriis.*

IMPVBES non dicitur posse committere crimen falsi, quia dolus malus in eam ætatem non cadit, *L. 22. pr. de L. Cornel. de falsis.*

IMPVBES amovens rem alienam non tenetur furti actione, nisi sit proximus pubertati, & ob id intelligat se delinquere, *§. 18. de obligation. quæ ex delicto* &c.

IMPVBES non torquetur, solet tamen terreri, & habena vel ferula cædi, *L. 1. §. 33. de SC. Silaniano.*

IMPVBES servus, qui non juvat dominum, cum occiditur ab aliquo, non tenetur SCto Silaniano, nisi in eo concurrant tria, scilicet quod esset prope pubertatem, & ad pedes domini cubabat, cum occideretur & quod tacuit, *L. 14. eod.*

IMPVBERES tutore auctore obligantur, etiamsi taceant, *L. 13. de auctor. tutor.*

IMPVGNARE.

Ex eo non debet quis fructum consequi, quod nisus extitit IMPVGNARE, *L. 38. de R. I. in 6.*

IMPVLSVS.

IMPVLSV alicujus si quis damnum dederit, neque qui impulit, tenetur, quia non occidit, neque qui impulsus est, quia damnum non injuria dedit, & ideo non datur actio Aquilia, datur tamen actio in factum subsidiaria legis Aquiliæ contra eum, qui impulit, sed non contra impulsum, quia sua sponte non fecit, *L. 7. §. 3. ad L. Aquiliam.*

IMPVNITAS.

IMPVNITAS parit cupiditatem delinquendi, *Clem. c. 1. de officio Iudicis Ordin.*

Delicta puniri debent, ne IMPVNITAS trahatur ad exemplum, *Clem. c. 2. de sententia excomm.*

IMPVTARE.

IMPVTARI non debet ei, per quem non stat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum, *c. 41. de R. I. in 6.*

Non IMPVTATVR electo confirmato, si eo prohibente pro ipsius confirmatione pecunia data fuit, *c. 33. X. de Simonia.*

IMPVTANDVM non est ei, qui diligentiam adhibet in factis suis, licet aliquid sinistri eveniat, *c. 19. X. de homicid.*

Mandanti aliquem verberari, secuta mors IMPVTATVR, *c. 3. de homicidio in 6.*

INANIMATVS, *a, m.*

INANIMATA quoque res punitur ex delicto, sic locus, in quo hæreticus

sepultus est, privatur perpetuo sepultura, *c. 2. pr. de hæreticis in 6.*

INAURES.

Execranda autem superstitio ligaturarum (in quibus etiam INAURES, virorum in summis ex una parte auriculis suspensæ deputentur) non ad placendum hominibus, sed ad serviendum dæmonibus adhibetur, *c. 38. dist. 5. de consecr.*

Si quis INAURES, in quibus duæ margaritæ erant, legaverit, detractis margaritis, nihilominus *inaures* debentur, *L. 32. §. 8. de auro, argento*, &c.

INCANTATIO.

INCANTATIONES faciens ad malum finem contra hominum salutem, vel ad mulierum animos ad impudicitiam provocandos, severissime debet puniri, *L. 4. C. de maleficis & Mathematicis* &c.

INCANTATIONES infirmitatibus hominum nihil remedii præstant, *c. 15. q. 7. caus. 26.*

INCANTATIO est colere Elementa, aut Lunæ aut Stellarum cursus, aut signorum fallaciam, pro domo facienda, aut propter segetes, vel arbores plantandas, aut conjugia socianda observare, *c. 3. q. 5. caus. 26.*

Sine INCANTATIONE herbas, vel petras licet habere, *c. 18. q. 7. caus. 26.*

INCANTATIONES faciens super infirmos, Clericus quidem degradetur, Laicus vero excommunicetur, *c. 15. ead.*

INCANTATIONES ab Ecclesia sunt rejiciendæ, *c. 11. q. 5. caus. 26.*

INCANTATOR.

INCANTATORES, & magi, & cæteri, quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, pœna capitis puniri debent, *L. 5. C. de maleficiis & Mathematicis* &c.

INCANTATORES, & dæmones invocantes, & consulentes, ultimo supplicio puniuntur, *ib.*

INCANTATORES infames sunt, *c. 17. q. 1. caus. 6.*

Si quis Ariolos, Aruspices, vel INCANTATORES observaverit, aut phylacteriis usus fuerit, anathema sit, *c. 1. q. 5. caus. 26.*

INCANTATORES vocati sunt, quod artem suam magicam verbis peragunt, *c. 1. §. 2. q. 3. & 4. caus. 26.*

INCARCERATUS.

INCARCERATIS vincula dissolvuntur, neque carceri detinentur diebus paschalibus, nisi pro crimine enormi vel assueto, *L. 3. C. de episcopali aud.*

INCARNATIO.

INCARNATIO à tota Sacrosancta Trinitate facta est, licet solum verbum fuerit *incarnatum*, *c. 1. §. 1. X. de Summa Trinitate* &c.

INCARNATIO filii Dei facta est ad unitatem personæ, *Clem. c. un. pr. de Summa Trinitate* &c.

INCAUTUS, *a, m.*

Qui INCAUTO sermone conscientiam percutit infirmorum, percussor vocatur, *c. 18. dist. 45.*

INCENDERE.

Si quis voluerit INCENDERE insulam meam, & ignis etiam ad vicini insulam pervenerit, Aquilia tenebitur etiam vicino, non minus etiam inquilinis tenebitur ob res eorum exustas, *L. 27. §. 8. ad L. Aquil.*

INCENDENS arbustum meum, vel villam meam, tenetur Aquilia, d. *L. 27. §. 7. eod.*

Si quis dolo INCENDERIT ac exusserit insulam, capitis pœna plectetur, quasi incendiarius, *L. 10. ad L. Cornel. de sicariis* &c.

INCENDIARIUS.

INCENDIARII capite puniuntur, qui ob inimicitias, vel prædæ causa incenderint intra oppidum, & plerumque

que vivi exuruntur, qui vero casam, aut villam, aliquo lenius, *L. 28. §. 12. de pœnis.*

INCENDIARIVS dolosus punitur lege Cornelia de sicariis, *L. 11. C. de his, qui accusare non possunt.*

INCENDIARII excommunicentur, *c. 31.* & *32. q. 8. caus. 23.*

INCENDIARII præcipue nocturni rerum Ecclesiasticarum sunt gravius puniendi, *c. 8. q. 2. caus. 12.*

INCENDIARII per sententiam denunciati, debent ab ipso Papa absolvi, *c. 19. X. de sent. excomm.*

INCENDIVM.

INCENDIVM non potest facile fieri sine alicujus culpa, *L. 59. de legat. 1.*

INCENDIVM ære alieno non exuit debitorem, *L. 11. C. si certum petatur.*

INCENDIVM faciens dolo tenetur lege Cornelia de sicariis, *L. 1. pr. ad L. Cornel. de sicar.*

Ad INCENDIA fortuita ille, cujus negligentia, & non dolo ignis damnum vicinis dedit, tenetur L. Aquilia ad damnum, *L. 28. §. 12. de pœnis.*

INCENDIVM si fiat per negligentiam, punitur, & castigatur fustibus apud Præfectum Vigilum, si vero dolo, apud Præfectum urbi, *L. 4. de Officiq Præfecti Vigilum.*

INCENDIA plerumque culpa inhabitantium fiunt, *L. 3. §. 1. eod.*

INCENDIO si domus combusta sit, eo quod servus fornacarius conductoris ad fornacem obdormiisset, tenetur dominus servi ex locato ad æstimationem damni, si negligens fuit in eligendis ministris, *L. 27 §. 9. ad L. Aquil.*

INCENDIO si combusta sit villa à servis coloni, tenetur colonus vel ex locato, vel ex L. Aquilia, ita ut colonus possit servum noxæ dedere, & si uno judicio res esset judicata, altero amplius non agendum; sed hæc ita, si culpa colonus careret, cæterum si noxios servos habuerit, damni injuria tenetur, cur tales habuit, *L. 27. §. 11. eod.*

INCENDIO orto causa defendendarum suarum ædium dissipans vicini ædes, cum dolo careat, ad damnum datum non tenetur edicto de incendio, ruina, neque Aquilia, nisi certum esset ignem ad ædes suas non esse perventurum, *L. 3. §. 7. de incendio, ruina* &c.

Si fortuito INCENDIVM factum sit, venia indiget, nisi tam lata culpa fuit, ut luxuriæ aut dolo sit proxima, *L. 11. eod.*

INCENDIVM faciens data opera in civitate si sit humiliori loco, bestiis subjicitur, sed si sit in dignitate, vel aliquo gradu constitutus, capite punitur, aut in insulam deportatur, *L. 12. §. 1. eod.*

INCENDIVM faciens cœtu, concursu, turba, vel seditione, tenetur L. Iulia de vi publica, *L. 5. pr. ad L. Iuliam de vi publica.*

INCERTITVDO.

INCERTITVDO personæ vitiat actum, *L. 30. de testament. tut.*

INCERTITVDO vel obscuritas in re legata non vitiat legatum, quando apparet, de quo testator senserit, *L. 32. §. 1. de legat. 1.*

INCERTITVDO personarum vitiat ademptionem legati, sicut & vitiat ipsum legatum, *L. 3. §. 7. de adimendis, vel transfer. legat.*

INCERTITVDO, quæ venit certificanda, non vitiat legatum, veluti, lego illis, qui testamentum meum signaverint, *L. 14. de rebus dubiis.*

INCERTITVDO vitiat stipulationem, *L. 94. de V. O.*

INCERTITVDO humani judicii fallitur in futurorum eventibus, *Extrav.* Ioan.

Ioan. XXII. c. un. pr. de Tormentis.

INCERTVS, *a, m.*

INCERTA & dubia judicari non possunt, *c. 12. q. 1. cauf. 2. c. 11. q. 5. cauf. 30.*

INCERTVM legatum in alimenta, vel aliam similem piam causam factum valet speciali jure, *L. 14. de annuis legatis.*

INCERTVM postquam est certificatum, ipsa res certificata æstimatur, *L. 12. de A. E. V.*

INCERTIS personis legatum vel fideicommissum relinqui non potest, nisi relinquatur pauperibus in genere, vel piæ causæ, *L. 24. C. de Episcopis* &c. *§. 25. de legatis.*

INCERTIS personis legata vel fideicommissa relicta, si per errorem fuerint soluta, repeti non possunt, §. *25. de legatis.*

INCERTAE personæ libertas dari non potest, *ib.*

Ex certis personis INCERTAE personæ recte legatur, *ib.*

Miles INCERTAE personæ non potest relinquere, *ib.*

INCERTA persona dicitur illa, quæ incerta est testatori, licet aliis ex postfacto possit fieri certa, *ib.*

INCERTAM partem rei possidere nemo potest, veluti si hac mente sis, ut quidquid Titius possidet, tu quoque velis possidere, *L. 3. §. 2. de acquir. vel amitt. poss.*

INCERTVS possessor est, quem ignoramus, *L. 39. §. 3. de V. S.*

INCESTVOSVS, *a, m.*

INCESTVOSI usque ad satisfactionem excommunicentur, *c. 9. q. 3. cauf. 35.*

INCESTVOSI nullo sunt digni nomine conjugii, *c. 8. ead.*

INCESTVOSI dicuntur, qui consanguineis & affinibus abutuntur, *c. 2. §. 4. q. 1. cauf. 36.*

INCESTVOSVS coitus est abominabilis Deo & hominibus, *c. 10. q. 2. cauf. 35.*

INCESTVOSOS nullo conjugii nomine deputandos à sanctis Patribus dudum statutum esse legimus, *ibid.*

INCESTVS.

INCESTVM committit, qui consuetudine privignæ, nurus vel novercæ utitur, *L. 38. pr. ad L. Iuliam de adulter.*

INCESTVS al. *incesti* pœna eadem est, quæ adulterii, *ibid.*

INCESTVM jure gentium committit, qui ex gradu ascendentium vel descendentium uxorem duxerit, *L. 68. de R. N.*

De INCESTV commisso à genero cum socru potest accusari gener ut adulter, etiam mortua socru, *L. 44. ad L. Iul. de adulter.*

INCESTVS est, consanguinearum, vel affinium abusus, *c. 2. §. 4. q. 1. cauf. 36.*

INCESTVS pejor est adulterio, *c. 11. q. 7. cauf. 32.*

INCESTVS al. *incesti* macula pollutus infamis est, *c. 4. §. 1. q. 4. cauf. 3.*

INCESTVM committit, qui fratris sponsam, licet ab eo non cognitam, duxit uxorem, *c. 11. q. 2. cauf. 27.*

INCESTVM ignoranter committentes à matrimonio non repelluntur, *c. 8. q. 1. & 2. cauf. 34.*

Varii casus INCESTVS numerantur *c. 8. q. 2. cauf. 35.*

INCESTVS, *a, m.*

INCESTAS nuptias contrahentium bona ad Regalia pertinent, *II. F. 56.*

INCESTAS nuptias contrahentis pœna est, confiscatio bonorum, tam cæterorum, quam dotis, exilium etiam & cinguli (si quo potitur) spoliatio, *Auth. Incestas nuptias* &c. *C. de incestis & inutilibus nupt.*

Ex

Ex complexu nefario aut INCESTO, seu damnato liberi, nec naturales sunt nominandi, omnis paternæ substantiæ indigni beneficio, ut nec alantur à patre, *Auth. Ex complexu* &c. *C. eod.*

De INCESTARUM & vetitarum pœnis vid. *L. 6. C. eod.*

INCIDERE.

Absque INCIDENTI quæstione, super qua appellatum est, si principalis non potest decidi, Iudex supersedebit utrique, *c. 10. pr. X. de appellat.*

INCIDENTEM proprietatis quæstionem dirimere potest Præses provinciæ, cognoscens causam de falso, *L. 1. C. de officio Rectoris provin.*

De INCIDENTI quæstione potest Iudex cognoscere, non tamen pronunciat de incidenti, sed de principali, *L. 1. C. de ordine judiciorum.*

INCILE.

INCILE est locus depressus ad latus fluminis, ex eo dictus, quod incidatur, inciditur enim vel lapis, vel terra, unde primum aqua ex flumine agi possit, *L. 1. §. 5. de rivis.*

INCIPERE.

Multi bene INCIPIUNT, qui in malo vitam finiunt, *c. 43. dist. 2. de pœnitentia.*

INCLUDERE.

Vasallus INCLUSUM Dominum non liberans feudum amittit, *II. F. 24. c. 2.*

INCOLA.

INCOLA est, qui aliqua regione domicilium suum contulit, quem Græci πάροικον (i. e. *juxta habitantem*) appellant, *L. 239, §. 2. de V. S.*

INCOLAE non sunt, qui tantum in oppido morantur, *ibid.*

INCOLAE nec hi sunt, qui in alicujus oppidi finibus ita agrum habent, ut in eum se, quasi in aliquam sedem, recipiant, *ibid.*

INCOLA jam muneribus publicis destinatus, nisi perfecto munere, incolatui renunciare non potest, *L. 34. ad municip. & de incol.*

INCOLA debet parere & his Magistratibus, apud quos est *incola*, & illis, apud quos civis origine est, & utrobique debet subire munera publica, *L. 29. eod.*

INCOLA non existimatur, qui in agro permanet, non ut ibi domicilium habeat, *L. 35. eod.*

INCOLAS domicilium facit, *L. 7. C. de incolis* &c. *X.*

INCOLATUS.

In loco originis & INCOLATUS cogitur quis subire munera, *L. 1. C. de municipibus* &c. *X.*

Postquam quis transtulit INCOLATUM, non potest revocari ad munera, *L. 1. C. de incolis. X.*

INCOMMODUM.

Qui sentit commodum, etiam INCOMMODUM sentire debet, *c. 55. de R. I. in 6.*

INCONSTANTIA.

INCONSTANTIA dictorum, factorumque non semper improbanda, *c. 8. §. 2. c. 9. c. 10.* & *12. q. 4. caus. 22.*

INCORPORALIS, e.

INCORPORALIA non recipiunt divisionem, *L. 8. de R. V.*

INCORPORALIA non possunt usucapi, quia non possidentur, *L. 14. pr. de servitut.*

INCORPORALES res traditionem & usucapionem non recipiunt, *L. 43. §. 1. de A. R. D.*

INCORPORALES res sunt, quæ tangi non possunt, quales sunt, quæ in jure consistunt, sicut hereditas, ususfructus, usus & obligationes quoquomodo contractæ, *§. 2. de rebus corporal.*

INCORRIGIBILIS, e.

INCORRIGIBILES ab Ecclesia sunt separandi, *c. 14. q. 3. caus. 24.*

INCORRIGIBILIS damnationis sententia relaxari non potest, *c. 5. q. 2. ead.*

INCORRIGIBILES regulares expellendi sunt ex Monasterio, *c. 7. X. ne Clerici vel Monachi* &c.

INCREMENTUM.

INCREMENTUM feudi fortuitum non indistincte ad Dominum directum pertinet, *I. F. 4. §. 5.*

INCREMENTI investitura, *ibid.*

Vasallus cum INCREMENTO feudi potest investiri, *I. F. 4. §. 6.*

INCRUSTARE.

Parietem communem INCRUSTARE (i. e. gypso, sive calce inducere) licet secundum *Capitonis* sententiam, *L. 13. §. 1. de S. P. V.*

INCRUSTATIO.

INCRUSTATIO est expolitio, seu inductio parietis cum gypso, d. *L. 13. §. 1. de S. P. V.*

INDEBITUM.

Qui dat INDEBITUM per errorem, repetit, qui consulto, donare intelligitur, ideoque non repetit, *L. 53. de R. I. L. 1. in f. de condict. indebiti.*

Totum est INDEBITUM, si amplius solutum sit, quam debebatur, *L. 84. pr. de R. I.*

Qui INDEBITUM solutum repetit, debet illud probare, *c. 4. X. de solution.*

INDEBITUM si Magistratus à subditis suis exigit, debet illud restituere, *c. 8. X. de immunitate Ecclesiarum* &c.

Si quis INDEBITUM ignorans solvit, per condictionem *indebiti* potest peti, sed si sciens se non debere solvit, cessat repetitio, *L. 1. §. 1. de condict. indeb.*

Si procurator tuus INDEBITUM solverit, & tu ratum non habeas, potest repeti, *L. 6. pr. eod.*

Si procuratori INDEBITUM solutum sit, & dominus ratum non habeat, potest repeti, *L. 6. §. 1. eod.*

Quod INDEBITUM per errorem solvitur, aut ipsum, aut tantundem repetitur, *L. 7. eod.*

INDEBITI soluti condictio naturalis est, *L. 15. pr. eod.*

INDEBITUM solutum ita accipitur, non solum si omnino non debetur, sed & si per aliquam exceptionem perpetuam peti non poterat, quare hoc quoque repeti poterit, nisi sciens se tutum exceptione, solvit, *L. 26. §. 3. eod.*

Qui loco certo debere existimans INDEBITUM solvit, quolibet loco repetet, *L. 27. eod.*

Si quis sciens INDEBITUM dedit hac mente, ut postea repeteret, repetere non potest, *L. 50. eod.*

Cum INDEBITUM impuberis nomine tutor numeravit, impuberis condictio est, *L. 57. pr. eod.*

Ei, qui INDEBITUM repetit, & fructus, & partus restitui debent, deducta impensa, *L. 65. §. 5. eod.*

INDEBITUM est non tantum, quod omnino non debetur, sed & quod alii debetur, si alii solvatur; aut si id, quod alius debebat, alius, quasi ipse debeat, solvat, *L. 65. §. 9. eod.*

INDEBITUM solutum si est tale, quod repeti non possit, tamen repeti potest ejus æstimatio, *L. 26. §. 12. eod.*

INDEBITUM solutum sciens, non recte repetit, *L. 9. C. de condictione indebiti.*

INDEBITUM solutum ab ignorante repetitur, multo magis quantitatis indebitæ interpositæ scripturæ condictio competit, vel contra agentem potest opponi exceptio, *L. 3. C. eod.*

INDEBITA soluta ab ignorante, vel quæ per inficiationem in lite crescunt, repeti non possunt, *L. 4. C. eod.*

Si pu-

Si pupillo sine tutoris autoritate INDEBITUM per errorem datum est, non tenebitur indebiti condictione, *§. 1. quibus modis re contrah. oblig.*

INDEBITI soluti repetitio cessat, quando error caulatur à pietate, *L. 32. §. 2. de condict. indebiti.*

Quando ex causa fideicommissi INDEBITUM datum est, si non per errorem solutum est, repeti non potest, *L. 9 §. 5. de juris & facti ignorantia.*

INDEBITUM solutum ex causa, quæ per inficiationem crescit, non potest repeti, *§. 7. de obligationibus, quæ quasi ex contr.* &c.

INDEBITUM solutum per errorem recipiens ex quasi contractu dicitur obligatus ad restituendum illud, §. *6. eod.*

Si INDEBITUM procuratori solutum sit, agi statim ex hac stipulatione adversus procuratorem potest, ut ratum habeat dominus, *L. 16. pr. ratam rem haberi*, &c.

INDEBITUM per errorem ex delegatione absque transactione alieno creditori solutum repetitur à delegante, non vero à recipiente *indebitum, L. 2. C. de condictione indebiti.*

INDEBITUM solutum per errorem à successore, vel herede putativo, ut successor, vel heres, repetitur, *L. 5. C. eod.*

INDEBITUS, *a, m.*

INDEBITUM fideicommissum scienter solvens non repetit, *L. 21. §. 1. de inoffic. testam.*

INDEBITAS usuras qui solvit, cum sortem deberet, non repetit; quod si supra legitimum modum usuras solvit, non repetit quidem, sed sorti imputat, *L. 26. pr. de condict. indebiti.*

INDEBITUM hominem recipiens si suis sumptibus reddat eum pretiosiorem, non potest petere aut retinere ejus æstimationem, quo pretiosior est, *L. 26. §. 12. eod.*

INDEBITAM pecuniam per errorem promisisti, eam, qui pro te fidejusserat, solvit, si nomine tuo fidejussor solverit, tu ei obligatus es, nec expectandum est, ut ratum habeas, *L. 47. eod.*

INDEFINITUS, *a, m.*

INDEFINITA locutio, veluti, *heres meus* (si sc. plures fuerint) *dato*, æquipollet universali, *L. 98. de legat. 3.* arg. *c. 22. X. de privileg.*

INDEFINITA dictio non comprehendit eum, de quo specialiter est provisum, *L. 37. §. 2. de heredib. instit.*

INDICARE.

Pro INDICANDO seipsum, vel socios non est licitum furi, vel malefactori accipere aliquid, & si acceperit, repetitur, *L. 4. §. 4. de condictione ob turpem causam.*

INDICASSE est detulisse, arguisse, accusasse, & convicisse, *L. 197. de V. S.*

Pro INDICANDO furem, vel malefactorem potest quis accipere aliquid, neque potest id ab eo repeti, *L. 4. §. 4. de condict. ob turp. caus.*

Non INDICANS furem propter lucrum, quod ab eo consequitur reus, peccati est, *c. 4. X. de furtis.*

INDICIUM.

Non credantur, quæ certis INDICIIS non demonstrantur, *c. 75. q. 3. caus. 11.*

INDICIIS clarissimis, & ad probationem indubitatis muniti esse debent accusatores, *c. 2. q. 8. caus. 2.*

Statur verbo viri & mulieris, qui negant aliquem filium, nisi INDICIIS vel testibus probetur contrarium, *c. 3. X. qui filii sint legitimi.*

INDICIA certa, quæ jure non respuuntur, non minorem probationis, quam instrumenta, continent fidem, *L. 19. C. de R. V.*

INDICTIO.

INDICTIO munus ordinarium est, & ideo ab hac indictione excusantur, qui à muneribus excusationem habent, *L. 1. C. de indictionibus. X.*

Ante tempus solutionis debet singulis provinciis notificari, ut se præparent ad INDICTIONEM solvendam, *L. 2. C. eod.*

INDIFFERENTER.

Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores esse convincitur, INDIFFERENTER est habendum, *c. 11. dist. 12.*

INDIGNVS, *a, m.*

Qui INDIGNVS est inferiore ordine, indignior est superiore, *L. 4. de Senatorib.*

INDIGNVM esse *D. Pius* illum decrevit, qui manifestissime comprobatus est id egisse, ut per negligentiam & culpam suam mulier, à qua heres institutus erat, moreretur, *L. 3. de his, quæ ut indign. aufer.*

INDIGNVS est, qui de vivi ignorantis bonis disponit, *L. 2. §. 3. eod.*

INDIGNO herede pronunciato, adempta hereditate, confusas actiones restitui non oportet, *L. 8. eod.*

Quidam Præsidem INDIGNVM putant, qui testamentum falsum pronunciavit, si appellatione intercedente heres scriptus obtinuit, *L. 5. §. 12. eod.*

Vt INDIGNI qui repelluntur, submovendi sunt à præmio, quod ex edicto *D. Trajani* deferentibus se datur, *L. 5. §. 20. eod.*

Ei ut INDIGNO dos aufertur, qui mortem uxoris non defendit, & fisco acquiritur, *L. 20. eod. L. 27. de jure fisci.*

INDIGNO sancta non sunt committenda, *c. 13. §. 1. q. 3. cauf. 11.*

INDIGNIS dignitatum portæ patere non debent, *c. 11. X. de excess. Prælat.*

Vasallus feudo, quo se monstravit INDIGNVM, carere debet, *II. F. 24. c. 2.*

INDIVISVS, *a, m.*

Si feudum INDIVISVM filii acquisierint, omnes fidelitatem facere debent, *II. F. 26. c. 4. §. 3.*

Cum plures fratres Vasalli paternum habent beneficium, donec illud INDIVISVM possident, una fidelitas, & unum servitium Domino fieri debet, *II. F. 77.*

INDVCIAE.

INDVCIAE sunt, cum in breve & præsens tempus convenit, ne invicem se lacessant, *L. 19. §. 1. de captivis.*

INDVCIAE sunt Iuris gentium, *c. 9. dist. 1.*

Venienti ad judicium, INDVCIAE non negentur, *c. 1. q. 3. cauf. 3.*

Quot mensium INDVCIAE Episcopis præstandæ sint, *c. 2. pr. ead.*

INDVCIAE non sub angusto tempore, sed sub longo spatio concedendæ sunt, ut accusati se præparare possint, *c. 2. §. 1. ead.*

INDVCIAE non modicæ ad inquirendum dandæ sunt, ne aliquid præpropere agi à quacunque parte videatur, quia per subreptionem multa proveniunt, *c. 3. ead.*

INDVCIAE accusatis in criminalibus causis sex mensium, vel eo amplius, si necesse fuerit, concedendæ sunt, *c. 4. ead.*

INDVCIAE sex mensium ejectis, vel exspoliatis præstentur, *c. 5. q. 2. cauf. 3.*

Post restitutionem INDVCIAE præstandæ sunt, *c. 6. ead.*

INDVCIAE deliberatoriæ denegantur reo, si per literas citatorias plene potuit instrui, & deliberare super

per eo, de quo quæritur, *c. 2. X. de dilat.*

INDVCTVS, *a, m.*

INDVCTVM idem eſt ac perdiƈtum, *L. 1. pr. de his, quæ in teſtam. del.*

INDVCTA in teſtamento, quando legi poſſunt, nihilo minus valent, *ibid.*

INDVLGENTIA.

INDVLGENTIAS Archiepiſcopus intra Provinciam ſuam poteſt concedere ſecundum formam Concilii Generalis, *c. 15. X. de pœnit. & remiſſ.*

INDVLGENTIAM dant Epiſcopi ſoli, *c. 11. X. eod.*

INDVLGENTIARVM forma in literis ponenda, *c. 14. X. eod.*

Semel in vita, & ſemel in morte Paulus Pontifex plenam conceſſit INDVLGENTIAM, *Extrav. com. c. 3. de pœnit. & remiſſ.*

INDVLGENTIA remittit pœnam, non infamiam, *L. 3. C. de generali abolit.*

INDVLGENTIA ſolam pœnam remittit, non autem reſtituit bona, niſi diƈtum ſit, *L. 2. C. de ſententiam paſſis.*

INDVLGENTIA non reſtituit obligationes contra reverſum etiam in poſtea quæſitis, *L. 4. C. eod.*

INDVLGENTIA conceſſa filio deportato non reſtituit eum in patriam poteſtatem, *L. 6. C. eod.*

INDVLGENTIA Principis non reſtituit militiam, neque famam, *L. 7. C. eod.*

INFAMARE.

Eum, qui nocentem INFAMAVIT, non eſſe bonum æquum ob eam rem condemnari, peccata enim nocentium nota eſſe, & oportere & expedire, *L. 18. pr. de injuriis* &c.

INFAMANDI alicujus cauſa poſitum aliquid in monumenta, vel in loca publica debet tolli & removeri, & ponens tenetur civiliter aƈtione injuriarum prætoria & etiam L. Cornelia, & fit condemnatio arbitrio Iudicis, *L. 37. pr. eod.*

Paucorum diƈta nunquam INFAMANT, *c. 21. X. de accuſation.*

Carcer non INFAMAT, *c. 8. X. de pœnis.*

INFAMATVS fide dignus, per juramentum ſe purgat, alias ſecus, & cenſetur non idoneus enormiter peccans, *c. 1. X. de purgat. canonica.*

INFAMATVS tertio monitus ſe corrigens, usque ad purgationem ab officio ſuſpenditur, *c. 2. X. eod.*

INFAMATVS, contra quem crimen probari non poteſt, debet ſe purgare juramento de veritate; Compurgatores vero de credulitate, *c. 5. X. eod.*

Epiſcopus Parœcianum ſuum INFAMATVM compellit ad ſe purgandum, niſi ab eo legitime appellaverit, *c. 6. X. eod.*

Propter magnitudinem criminis INFAMATVS ſuſpendi poteſt, nedum ab officio, ſed etiam à beneficio, donec ſe purgaverit, *c. 10. X. eod.*

INFAMATVS ſuper defeƈtu natalium non debet promoveri, niſi prius ſe purget; *c. 14. X. eod.*

INFAMATVS de Simonia, ſi non poteſt ſe purgare, punitur tanquam conviƈtus, *c. 13. X. de Simonia* &c.

INFAMIA.

Quando dicit Princeps: In integrum te reſtituo, INFAMIAM tollit, *c. 8. §. 8. q. 3. cauſ. 2.*

Cum INFAMIA à malevolis procedit, non debet inquiri, *c. 15. X. de præſumption.*

INFAMIAM quandoque incurrunt boni ex divina diſpoſitione, ut purgentur, & probentur, *c. 11. q. 1. cauſ. 6.*

INFAMIAE cauſæ enumerantur variæ, *c. 2. §. 20. q. 7. cauſ. 3.*

INFAMIA puniantur falsa inferentes, *c. 1. q. 6. caus. 5.*

INFAMIA notentur, qui consanguineas ducunt uxores, *c. 2. q. 3.* & *4. caus. 35.*

INFAMIAM subeat Notarius, *II. F. 52. II. F. 55.*

Ob INFAMIAM non petitur investitura, *I. F. 22. c. sancimus* &c. *pr.*

INFAMIAE periculum, *II. F. 52.*

INFAMIAE causæ enumerantur *L. 1. de his, qui notantur infam.*

INFAMIA notatur, quæ per calumniam ventris nomine in possessionem missa est, dum se asseverat prægnantem, *L. 15. eod.*

Ad INFAMIAM quicquid fit, fit etiam ad dignitatem, *L. 1. §. 2. de injuriis.*

Ad INFAMIAM alicujus aliquid dici, vel fieri prohibitum est, & qui contra fecerit, tenetur actione injuriarum prætoria, *L. 15. §. 25. eod.*

INFAMIAE detrimentum minime tibi affertur ob id solum, quod in carcerem conjectus es, vel vincula tibi jussu legitimi Iudicis injecta sunt, *L. 1. C. ex quibus caus. infam.*

INFAMIA videtur remissa, cum pœna maleficii fuit per sententiam diminuta, *L. 3 C. eod.*

INFAMIAM non irrogat sententia interlocutoria non præcedente causæ cognitione, *L. 17. C. eod.*

INFAMIS, *e.*

INFAMES sunt, qui in scænam propter præmium prodeunt, *L. 2. §. 5. de his, qui notant. infam.*

INFAMES sunt, qui quæstus causa in certamina descendunt, ut pugnent cum bestia dentata, secus si virtutis causa, *ibid.*

INFAMIS non est, qui locavit operas suas, ut prodiret artis ludicræ causa, *L. 3. eod.*

INFAMIS non remanet ille, cui Iudex certis de causis mitiorem pœnam imposuit, cum enim pœnam remisit, & sequelam, h. e. infamiam remisisse videtur, *L. 3. C. ex quibus causis infam.*

INFAMIS non est ille, qui in tempus anni super maleficio est damnatus ad exilium, cum in quinquennium esset damnandus, quia sententia cum cæteris damnis transigere videtur, *L. 4. C. eod.*

INFAMIS dicitur damnatus de injuria, *L. 5. C. eod.*

INFAMIS non efficitur quis ex eo, quod repudiat hereditatem patris, *L. 7. C. eod.*

INFAMIS non est ille, qui patriam suam non defendit, *L. 9. C. eod.*

INFAMES non fiunt debitores, qui bonis cesserint, licet ex ea causa bona eorum venierint, *L. 11. C. eod.*

INFAMES sunt improbum fœnus ultra legitimum modum exercentes, & usuras usurarum illicite exigentes, *L. 20. C. eod. c. 2. §. 20. q. 7. caus. 3.*

INFAMES non sunt minores, qui in ludicræ artis ostentatione spectaculum sui præbuerunt, *L. 21. C. eod.*

INFAMIS est damnatus de adulterio, *L. 14. de testibus.*

INFAMES, & qui culpis exigentibus ad Sacerdotes provehi non possunt, Sacerdotes non accusent, *c. 2. q. 1. caus. 6.*

INFAMES sunt, qui regnum Dei consequi non valent, *c. 3. ead.*

INFAMIS efficitur, qui sciens pejerare præsumit, *c. 18. ead.*

INFAMES esse eas personas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia, *c. 17. ead.*

INFAMES dicimus, quoscunque leges seculi *infames* pronuntiant, *c. 7. §. hinc* &c. *q. 3. caus. 2.*

INFAMES & Hæretici, homines bonæ famæ accusare non possunt, *c. 23. q. 7. caus. 2.*

INFAMES fiunt omnes, qui in Patres armantur, & qui Doctorum suorum vitam reprehendunt, vel accusant, *c. 27. §. 5. q. 7. caus. 2.*

INFAMES non possunt esse Procuratores, vel Patroni causarum, *c. 2. pr. q. 7. caus. 3.*

A suo præposito discedentes sunt INFAMES, *c. 3. q. 4. caus. 3.*

INFAMES, & exules fiant, qui Episcopos persequuntur, *c. 9. ead.*

INFAMIS, vel sacrilegus religiosum Christianum accusare non potest, *c. 11. ead.*

INFAMES eos, qui sunt bonæ famæ, accusare non possunt, *c. 1. ead.*

INFAMES, qui ad sortilegos, & divinos concurrunt, nec accusatores, nec testes esse possunt, *c. 9. q. 5. caus. 3.*

INFAMES pro se postulare possunt, pro aliis prohibentur, nisi pro certis tantum, ut pro his, quorum tutelam vel curam gerunt, *c. 2. §. 2. q. 7. caus. 3.*

INFAMES efficiuntur infamibus consentientes, *c. 4. §. 1. q. 4. ead.*

INFAMIS fit habens duas uxores simul, *c. 4. X. de bigamis non ordin.*

INFANS.

INFANS dum in utero materno est, ad corpus maternum non pertinet, *c. 114. dist. 4. de consecrat.*

Si INFANTI (i. e. minori septem annis) in potestate patris, vel avi, vel proavi constituto, vel constitutæ, hereditas sit derelicta, vel ab intestato delata à matre, vel linea, ex qua mater descendit, vel aliis quibuscunque personis, licebit parentibus ejus, sub quorum potestate est, adire ejus nomine hereditatem, vel bonorum possessionem petere, *L. 18. C. de jure deliberandi.*

INFANS, qui in utero est, cum matre non baptizatur, quia qui nondum secundum Adam natus est, renasci secundum Christum non potest, *c. 115. pr. dist. 4. de consecrat.*

INFANTES non tantum pœnam, sed etiam culpam à parentibus trahunt, *c. 153. ead.*

INFANTES non baptizati damnantur, *c. 3. ead.*

INFANTES infidelium non debent alere nutrices Christianæ, *c. 13. X. de Iudæis & Sarac.*

INFANS expositus à patre, vel alio, eo consentiente, vel ratum habente, hoc ipso à patria potestate liberatur, *c. un. X. de infantibus.*

INFANS non committit homicidium, licet aliquem occidat, *Clem. c. un. de homicid.*

INFERIOR.

INFERIORI sine Vasalli voluntate non licet partem feudi alienare, etiam retenta parte alia, *II. F. 34. §. 1.*

INFERIORUM facta, Superiorum sententiis obnoxia sunt, *c. 4. dist. 21.*

INFERIORES Majoribus nec benedicere, nec maledicere possunt, *c. 6. ead.*

Majores ab INFERIORIBUS judicari non possunt, *c. 8. ead.*

INFERIORUM sententiæ Majores damnare non valent, *c. 9. ead.*

INFERIORI ut serviat superior, nulla justitia est, *c. 12. q. 5. caus. 33.*

INFERIOR delinquens mitius punitur, quam superior, *c. 12. X. de jurejurando.*

Per INFERIOREM lex Superioris tolli non potest, *Clem. c. 2. pr. de elect.*

INFEUDARE.

INFEUDARE non potest feudum Vasallus, nisi majorem ejus partem retinuerit, *II. F. 73.*

INFEUDARI potest Allodium, *II. F. 54.*

Si quis INFEUDATUS major quatuordecim annis sua incuria vel negligentia per annum & diem steterit, quod feudi investituram à proprio domino non petierit, transacto hoc spatio feudum amittit, & feudum ad dominum redit, *II. F. 55. pr.*

INFEUDATIO.

INFEUDATIO extraneo facta à Vasallo in fraudem, cum venditio sit, non valet, *II. F. 3. §. 1.*

INFIDELIS.

INFIDELIS est, qui non habet certitudinem fidei; & *Infideli* non est credendum in præjudicium alterius, *c. 1. X. de Hæreticis.*

INFIDELIS fideli in bonis succedere non debet, *c. 5. X. eod.*

In certamine, quod contra INFIDELES geritur, quisquis moritur, cœleste regnum meretur, *c. 46. q. 5. cauf. 33.*

INFIDELES non possumus Christo lucrari, si eorum colloquium vitamus & convivium, *c. 17. q. 4. ead.*

Fidelis INFIDELEM discedentem sequi non cogitur, *c. 3. q. 1. cauf. 28.*

Si INFIDELIS (dicit *Apostolus 1. Cor. 7.*) discedat, discedat, non est enim servituti subjectus frater, aut soror in hujusmodi; i. e. si *infidelis* noluerit esse cum conjuge fideli, hic agnoscat fidelis suam libertatem, ne ita se subjectum deputet servituti, ut ipsam dimittat fidem, ne conjugem amittat infidelem, *c. 7. ead.*

Ab INFIDELIBUS conjugibus licet recedere, sed non expedit, *c. 9. ead.*

A parentum INFIDELIUM consortio separentur fideles filii, ne eorum involvantur erroribus, *c. 11. ead.*

INFIDELIBUS fideles non sunt conjugio copulandi, *c. 15. ead.*

Licet fideli aliam ducere uxorem, quam Christianæ fidei odio INFIDELIS dimittit, *c. 2. q. 2. ead.*

Si alter INFIDELIUM conjugum venit ad fidem, altero remanente in infidelitatis errore, communis proles assignatur converso, *c. 2. X. de converf. infidel.*

INFIDELES inter & fideles est quidem verum matrimonium, sed non est ratum, quia non est Sacramentum, *c. 7. X. de divort.*

INFIDELIUM matrimonium illis viventibus potest separari, altero ad fidem converso, altero remanente in infidelitate, *ib.*

INFIDELITAS.

Propter INFIDELITATEM mariti subsequentem potest uxor à marito separari, *c. 21. X. de converf. conjugat.*

INFIDELITAS fornicatio est, *c. 5. §. 1. q. 1. cauf. 28.*

De INFIDELITATE pugna non fit, *II. F. 39. c. 2.*

INFINITAS.

INFINITAS in multis juris articulis reprobatur, *c. 2. de rescriptis in 6.*

INFINITUS, *a, m.*

In INFINITUM succedunt descendentes in feudis, *I. F. 1. §. 4.*

Usque in INFINITUM succedunt descendentes & collaterales, *II. F. 50.*

In INFINITUM subinfeudare permissum est, *II. F. 34. c. 2.*

INFIRMITAS.

INFIRMITAS alia est animi, alia carnis, *pr. §. 2. q. 1. cauf. 15.*

INFIRMITAS animi, est ignorantia, *ib.*

INFIRMITAS carnis, est concupiscentia, *ib.*

Ex utraque autem INFIRMITATE quæ procedunt, imputantur ad pœnam, *ibid.*

INFIRMITAS animi duplex est; *una*, quæ vitium appellatur, qua anima à Deo separatur, ut est ira, odium, & alia hujusmodi; Altera animi *infirmitas* est, quæ cum ipsa non sit peccatum, est tamen pœna, & causa pec-

peccati, ut est oblivio, & ignorantia, *c. 2. §. 1. ead.*

INFIRMITAS carnis dupliciter intelligitur; Est enim languor naturæ, qui carnis concupiscentia appellatur, quæ verius animæ infirmitas dici potest; sed ideo carnis infirmitas dicitur, quia accidit animæ ex corrupta carnis conjunctione: Porro alia est infirmitas, quæ proprie carnis dicitur, qua elementorum, seu humorum concordia turbata, ipsa caro afficitur, & tandem dissolvitur, *c. 2. pr. ead.*

INFIRMITATIS causa loco suo quis privari non debet, *c. 3. pr. q. 1. caus. 7.*

Pro INFIRMITATE, vel ægritudine Pontifices non sunt abjiciendi, nec in eorum locum alii substituendi, *c. 4. ead.*

INFIRMUS.

INFIRMO Archi-Diacono etiam dandus est Coadjutor, *c. 5. X. de Cler. ægrot.*

INFIRMUS Clericus omnia ab Ecclesia recipiat, licet ei Coadjutor detur, *c. 1. c. 3. X. eod.*

INFIRMUS jejunium solvens non peccat, arg. *c. 4. X. de R. I.*

INGENUITAS.

Ad INGENUITATIS probationem soli testes non sufficiunt, nisi instrumentis & argumentis adjuventur, *c. 3. §. 30. q. 2. & 3. caus. 4.*

INGENUUS.

Si quis INGENUUS uxorem ancillam alterius acceperit, & existimat, quod ingenua sit, si ipsa femina fuerit postea in servitute detecta, si eam à servitute redimere potest, faciat, si non potest, si voluerit, aliam accipiat, *c. 4. q. 2. caus. 29.*

INGENUUS est is, qui statim, ut natus est, liber est, *pr. I. de ingenuis.*

INGENUUS dicitur, qui ex duobus ingenuis matrimonio editus est, *ib.*

INGENUUS fit quis propter expositionem, licet ex libero natus fuerit, *c. un. X. de infant. & languid. exposit.*

INGENUUS est, qui ex libertinis duobus natus, *pr. I. de ingenuis.*

INGENUUS vocatur, qui ex altero libertino, & altero ingenuo progenitus, *ibid.*

INGENUUS etiam est, qui ex matre libera, patre vero servo natus, *ib.*

INGENUUS quis nascitur ex matre, modo ea aut tempore conceptionis, aut gestationis, aut partus unico momento libera fuerit, *ib.*

INGENUO non officit in servitute fuisse & postea manumissum esse, *§. 1. eod.*

In ordinem INGENUORUM transit jure aureorum annulorum donatus, *L. 44. §. 3. de excus.*

INGENUUM accipere debemus etiam eum, de quo sententia lata est, quamvis fuerit libertinus, quia res judicata pro veritate habetur, *L. 25. de statu hominum.*

INGENUUM esse asserens non præsumitur, eo quod probat, quod quæstio status non possit moveri fratribus, sed debet probare matrem fuisse liberam ante ejus partum, *L. 17. C. de probation.*

INGENUUS testamento manumissus non efficitur libertus, tamen tenetur restituere manumittenti, quidquid de ejus domo, vel ejus contemplatione habuit, *L. 1. C. de ingenuis manumissis.*

INGENUUS est natus ex ingenua lite pendente super ingenuitate, *L. 3. C. eod.*

INGENUUS in hostilitate inter duas civitates consistente captus non efficitur servus, *L. 4. C. eod.*

Non renunciatio causæ, sed natalium veritas probat quem INGENUUM, *L. 7. C. eod.*

INGENUI nascuntur, libertini tantum manumissione constituuntur, *L. 8. C. eod.*

Ex

Ex libertina matre natus est INGENVVS, nec ei reverso obest, quod in captivitate hostium fuit, *L. 9. eod.*

INGENVVS, licet in ministerio servitutis natus sit, nihilominus *ingenuus* est, *L. 10. C. eod.*

INGENVVM quis se contendendo, nec probando, si succumbat, non amittit libertinitatem, *L. 13. C. eod.*

INGENVVS privatis pactis, vel quocunque actu administrationis non potest mutata conditione fieri servus, *L. 10. C. de liberali causa.*

INGENVVS ut servus si sit venditus, venditio sibi non præjudicat, quominus ad libertatem proclamare possit, *L. 12. C. eod.*

INGENVA invita vel ignoranter desponsata ut ancilla, suæ ingenuitati non præjudicat, *L. 14. C. de ingenuis manum.*

INGERERE.

Seipsum INGERERE nemo debet, *c. 3. X. de excess. Prælat.*

INGRATITVDO.

INGRATITVDO autoritate Canonum & legum culpatur, *c. 62. q. 2. caus. 12.*

Ob INGRATITVDINEM donatarii donatio potest per donatorem revocari, idque in aliquot casibus, *c. 10. X. de donation.*

INGRATITVDO retrudit manumissum in servitutem, *c. 58. q. 2. caus. 12.*

Non omnis INGRATITVDO ad feudum amittendum sufficit, *II. F. 23.*

INGRATITVDINIS causam si pater inseruit in testamento, heres scriptus debet eam probare, alias agit ad implementum, quando ei relictum est minus legitima, vel etiam impugnat illud, quando nihil relictum est exheredando eum, vel prætereundo, *L. 30. C. de inoffic. testam.*

INGRATVS.

INGRATVM existimari posthumum, vel illum, qui non sentit, satis crudele est, licet mater, vel pater in testamento ita scripserint, *L. 33. §. 1. C. de inoffic. testam.*

Vasallus tanquam INGRATVS amittit beneficium, *II. F. 24. pr.*

INGRATVS nemo debet esse accepti beneficii, *c. 13. X. de Iudæis.*

INGREDI.

Invito domino licet ejus fundum INGREDI, cloacæ reficiendæ causa, alias non licet, *L. 1. §. 12. de Cloacis. L. 16. de S. P. R.*

Qui in alienum fundum INGREDITVR venandi aucupandive gratia, potest à domino, si is providerit, jure prohiberi, ne ingrederetur, *L. 3. §. 1. de A. R. D.*

INGRESSI monasteria ipso ingressu se suaque dedicant Deo, nec ergo de his testantur, utpote nec domini rerum, *Auth. Ingressi, C. de Sacrosanctis Eccles.*

INGREDIENS monasterium non habens liberos transfert bona sua monasterio, quod intravit, *Auth. Si qua. C. eod.*

INIMICITIA.

INIMICITIA capitalis facit revocare legatum, vel fideicommissum antea relictum, sed postea si cessante inimicitia ad amicitiam testatoris iterum legatarius redierit, restauratur legatum vel fideicommissum, *L. 3. §. 11. & L. 4. de adimend. legatis.*

INIMICITIAE, quas quis cum patre pupillorum vel adultorum exercuit, si capitales fuerunt, nec reconciliatio intervenit, à tutela vel cura solent excusare, *§. 11. de excusation. tutor.*

Si INIMICITIAE capitales intervenerunt inter legatarium & testatorem, & verisimile esse cœperit, testatorem noluisse legatum sive fideicommissum præstari ei, cui adscriptum relictum est, magis est, ut legatum ab

eo

eo peti non possit, *L. 9. pr. de his, quæ ut indignis* &c.

Si ob INIMICITIAS capitales non petita fuerit investitura, feudum non amittitur, *I. F. 22. pr.*

Qui INIMICITIAS deponere nolunt, excommunicentur, *c. 9. dist. 90.*

INIMICITIAE causa factum testimonium non admittitur, *c. 3. §. 2. q. 2. caus. 4.*

Qui INIMICITIIS studet, vel facile litigat, nec accusator, nec testis esse potest, *c. 11. q. 5. caus. 3.*

Homini religioso parum esse debet INIMICITIAS aliorum non exercere, vel non augere male loquendo, nisi etiam eas extinguere bene loquendo studuerit, *c. 89. §. 1. q. 3. caus. 11.*

INIMICVS.

INIMICI ecclesiasticæ religionis bellis sunt coercendi, *c. 48. q. 4. caus. 23.*

Qui INIMICI sunt, Iudices esse non possunt, *c. 15. pr. q. 5. caus. 3.*

INIMICI accusatores, vel testes esse non possunt, *c. 2. ead.*

Qui INIMICI, vel suspecti sunt, & qui odio quoslibet insequuntur, ab accusatione removeantur, *c. 13. ead.*

INIMICI capitales in nullo casu recipiuntur testes, *c. 32. X. de Simonia.*

INIMICI non admittantur ad denunciandum, *c. 19. X. de accusation.*

INIMICVS alicujus dicitur, qui amicitiam contrahit cum illius inimicis, *L. 28. C. de inoff. testam.*

Si INIMICIS Domini amicitias suas Vasallus copulaverit, feudum amittit, *II. F. 57.*

INIQVE.

INIQVE contracta affinitas post matrimonium, illi nocere non debet, qui iniquitatis particeps non fuit, *c. 10. in f. X. de eo, qui cognovit* &c.

INIQVE causata affinitas rumpit sponsalia præcedentia, & privat facultate contrahendi matrimonium, *c. 8. & 9. X. eod.*

INIQVE seu *fortuito*, *II. F. 7. pr.*

INIQVE si judicaverint pares, *I. F. 22. c. sancimus. inf.*

INIQVITAS.

Sine INIQVITATE quoties nihil potest investigari, eligendum est, quod minimum est iniquitatis, *L. 200. de R. I.*

INIQVITAS non debet præjudicare æquitati, *c. 11. X. de probat.*

INIQVITATEM patris filius non portabit, *c. 7. q. 4. caus. 1. Ezech. 18.*

INITIVM.

Non firmatur tractu temporis, quod de jure ab INITIO non subsistit, *c. 18. de R. I. in 6.*

Quod INITIO vitiosum non est, ex post facto non vitiatur, *c. 73. eod.*

INITIA feudorum (*seu status & ratio primava*) *I. F. 1. §. 1.*

Ab INITIO invalidum non convalescit, *II. F. 55.*

Ab INITIO quod fit aliquid, an ex postfacto, nihil refert, sed refert in usucapione, in qua ab initio requiritur bona fides, & per supervenientem malam fidem non interrumpitur de jure civili, *L. 25. §. 5. de petit. hered.*

Nihil refert, utrumne ab INITIO sine causa quid datum sit, an causa, propter quam datum sit, secuta non sit, *L. 4. de condictione sine causa.*

INITIVM possessionis inspicitur, quale fuerit, ut competat *interdictum de itinere, actuque* ei, qui hoc anno usus est itinere 30. diebus, *L. 1. §. 12. de itinere actuque privato.*

INITIVM possessoris spectandum est, an quis clam possideat, vel non, *L. 6. pr. de acquirenda vel amitt. possess.*

INIVRIA.

INIVRIA gravissima est, flagellis aliquem

quem cædere, *L. 10. §. 12. de in jus vocando.*

INJURIA ex eo dicta est, quod non jure fiat; omne enim, quod non jure fit, injuria fieri dicitur, *L. 1. pr. de injuriis* &c. *pr. I. de injur.*

Specialiter INJURIA dicitur contumelia, *ibid.*

Interdum INJURIAE appellatione damnum culpa datum significatur, ut in L. Aquilia, *ibid.*

INJURIA etiam denotat iniquitatem, *ibid.*

INJURIA ex eo dicta, quod jure & justitia caret, quasi non *juria, ibid.*

INJURIA aut re, aut verbis fit, *L. 1. §. 1. eod.*

INJURIA re fit, quotiens manus inferuntur, *ibid.*

INJURIA verbis fit, quotiens non manus inferuntur, sed convicium fit, *ibid.*

Omnis INJURIA aut in corpus infertur, aut ad dignitatem, aut infamiam pertinet, *L. 1. §. 2. eod.*

In corpus INJURIA fit, cum quis pulsatur, *ibid.*

Ad dignitatem INJURIA pertinet, cum comes matronæ abducitur, *ibid.*

Ad infamiam INJURIA pertinet, cum pudicitia adtemptatur, *ibid.*

INJURIA aut per semetipsum alicui fit, aut per alias personas, *L. 1. §. 3. eod.*

Si forte INJURIA cadaveri defuncti fit, cui heredes bonorumve possessores exstitimus, injuriarum nostro nomine habemus actionem, *L. 1. §. 4. eod.*

Si viro INJURIA facta sit, uxor non agit, quia defendi uxores à viris, non viros ab uxore æquum est, *L. 2. eod.*

INJURIAM facere non possunt furiosus, & impubes, qui doli capax non est, namque hi pati *injuriam* solent, non facere, *L. 3. §. 1. eod.*

INJURIA ex affectu facientis consistit, *ibid.*

INJURIAM quis pati, etiam si non sentiat, potest, *L. 3. §. 2. eod.*

Nemo INJURIAM facere potest, nisi qui scit se injuriam facere, etiamsi nesciat, cui faciat, *ibid.*

INJURIA atrox ratione rei dicitur etiam sine pulsatione persona atrocitatem faciente, ut quia vestimenta sunt ei scissa, vel comes abductus, vel convicium dictum, *L. 9. pr. eod.*

INJURIAM atrocem facit ille, qui in theatro, vel in foro cædit, vel vulnerat, quamvis non atrociter, *L. 9. §. 1. eod.*

INJURIA atrox cui fiat, an filiofamilias, an patrifamilias, nihil interest, *L. 9. §. 2. eod.*

De INJURIA facta à servo, domino præsente, & non prohibente, cum prohibere posset, tunc cum domino agitur, sed si servus fecit injuriam absente domino, Præsidi est offerendus, qui eum castiget flagellis, *L. 9. §. 3. eod.*

Ad INJURIAM alicujus utens veste lugubri, aut squalida, aut si barbam dimittat, vel si capillos summittat, aut si carmen conscribat, vel proponat, vel cantet aliquod, quod pudorem alicujus lædat, tenetur actione injuriarum, *L. 15. §. 27. eod.*

Si servus servo fecerit INJURIAM, perinde agendum, quasi si domino fecisset, *L. 18. §. 1. eod.*

Si nupta filia familiæ INJURIAM acceperit, & vir, & pater injuriarum agant, *L. 18. §. 2. eod.*

Si INJURIA mihi fiat ab eo, cui sim ignotus, nihilominus injuriarum agere possum, *L. 18. §. 3. eod.*

Si creditor meus, cui paratus sum solvere, in INJURIAM meam fidejussores meos interpellaverit, injuriarum tenetur, *L. 19. eod.*

IN-

INIURIARUM æstimatio non ad id tempus, quo judicatur, sed ad id, quo facta est, referri debet, *L. 21. eod.*

Si quis servum meum vel filium ludibrio habeat, licet consentientem, tamen ego INIURIAM videor accipere; veluti si in popinam duxerit illum, si aleam luserit, *L. 26. eod.*

Si filio INIURIA facta sit, cum utrique, tam filio, quam patri, acquisita actio sit, non eadem utique facienda æstimatio est, *L. 30 §. 1. eod.*

Si quis INIURIAM atrocem fecerit, qui contemnere injuriarum judicium possit ob infamiam suam & egestatem, Prætor acriter exequi hanc rem debet, & eos, qui injuriam fecerunt, coërcere, *L. 35. eod.*

De INIURIA extra ordinem ex causa & persona statui solet, *L. 45. eod.*

Pro INIURIA atroci damnatus infamis est, & ideo non potest esse Decurio, nec prodest ei error Iudicis, aut ejus, qui de eo aliquid pronunciavit de injuria, aut putavit contra formam juris eum in ordine Decurionum posse remanere, *L. 40. eod.*

INIURIARUM actione non tenetur ille, qui hominem liberum cæcidit putans esse servum, *L. 3. §. 4. eod.*

INIURIARUM actione non tenetur ille, qui per jocum aliquem percussit, aut dum certabat, *L. 3. §. 3. eod.*

INIURIA committitur, non solum cum quis pugno pulsatus, aut fustibus cæsus, vel etiam verberatus erit, sed & si cui convicium factum fuerit, *§. 1. de injur.*

INIURIA fit, si cujus bona quasi debitoris, qui nihil deberet, possessa fuerint ab eo, qui intelligebat nihil eum sibi debere *ibid.*

INIURIA committitur, si quis ad infamiam alicujus libellum, aut carmen, aut historiam, scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret, *ibid.*

INIURIA fit, si quis matremfamilias, aut prætextatum, prætextatamve adsectatus fuerit, sive cujus pudicitia attentata esse dicetur, *ibid.*

Servis nulla INIURIA fieri intelligitur, sed domino per eos fieri videtur, *§. 3. eod.*

Ex INIURIA servo facta non agit servus, sed ejus dominus, si illa *injuria* fuit atrox, & in domini contumeliam facta, & copulative exiguntur illa duo, neque unum eorum sufficit, *ibid.*

Si communi servo INIURIA facta sit, æquum est, non pro ea parte, qua dominus quisque est, æstimationem injuriæ fieri, sed ex dominorum persona, quia ipsis fit injuria, *§. 4. eod.*

Si INIURIA facta fuerit servo, cujus ususfructus est unius, & proprietas alterius, magis intelligitur facta proprietario, quam usufructuario, nisi in contumeliam usufructuarii esset facta, *§. 5. eod.*

Pro INIURIA facta libero homini & servo alieno, qui bona fide nobis serviunt, si fuerit facta in contumeliam possessoris, etiam possessori competit actio injuriarum, *§. 6. eod.*

Pœna INIURIARUM ex Leg. XII. tabb. propter membrum quidem ruptum talio erat, propter os vero fractum nummariæ pœnæ erant constitutæ, quasi in magna veterum paupertate, *§. 7. eod.*

Pœna INIURIAE Leg. XII. Tabb. introducta in desuetudinem abiit, quam autem Prætores introduxerunt, in Iudiciis frequentatur, *ibid.*

INIURIARUM pœna, sc. *honoraria,* pecuniaria est, quanti fuerit æstimata, & per Iudicem taxata, quæ æstimatio & taxatio crescit, vel diminuitur, secundum personarum dignitatem, vitæque honestatem, ac conditionem, *ibid.*

Ex INIVRIA qualibet potest agi civiliter ad æstimationem, & criminaliter ad condemnationem extra ordinem, & unum judicium tollitur per aliud, cum utrumque sit proditum ad vindictam, *§. 10. eod.*

Pro INIVRIA quando agitur criminaliter contra aliquem, non potest procurator ejus intervenire, nisi sit illustris persona, *ibid.*

Atrox INIVRIA æstimatur ex facto, veluti si quis ab alio vulneratus sit, vel fustibus cæsus, §. *9. eod.*

INIVRIAM atrocem facit locus, veluti si cui in theatro, vel in foro, vel in conspectu Prætoris, injuria facta sit, *ibid.*

Atrox INIVRIA æstimatur etiam ex persona, veluti, si Magistratus injuriam passus fuerit, vel si Senatori ab humili persona injuria facta sit, aut parenti patronove fiat à liberis vel libertis, *ibid.*

INIVRIAM atrocem nonnunquam locus vulneris facit, veluti si in oculo quis percussus fuerit, *ibid.*

Pro INIVRIA propria Episcopo aliquem excommunicare non licet, *c. 27. q. 4. caus. 23.*

INIVRIA fit scienti, volenti & patienti, si in eo lædatur jus alterius, *c. 36. X. de sent. excomm.*

Scienti & consentienti non fit INIVRIA neque dolus. *c. 27. de R. I. in 6.*

INIVRIAM non infert, qui aufert sua ab invito, *c. 15. pr. q. 5. caus. 14.*

Qui pati possunt, facere possunt INIVRIAM, præter furiosum & impuberem, *c. 2. q. 1. caus. 15.*

INIVRIA injuste irrogata, ejus est infamia, qui fecit, *c. 22. §. 2. q. 4. caus. 22.*

Qui socii non repellit INIVRIAM, similis est ei, qui facit, *c. 7. q. 3. caus. 23.*

INIVRIA, cum semel remittitur, iterum revocari non debet, *c. 29. q. 4. ead.*

INIVRIA ex affectu facientis consistit, *c. 2. q. 1. caus. 15.*

INIVRIAM non facit, qui utitur jure suo, *c. 31. X. de elect.*

Pro INIVRIA illata potest quis pecuniaria pœna puniri, *c. 14. X. de Iudæis & Sar.*

INIVRIA Episcoporum est *injuria* Christi, cujus legatione funguntur, *c. 15. §. 4. in f. q. 7. caus. 2.*

INIVRIARVM causa non publici judicii, sed privati continet querelam, *L. 7. C. de injuriis.*

Causam INIVRIARVM civilem, vel criminalem, tam active quam passive possunt illustres per procuratorem exercere, *L. 11. C. eod.*

INIVRIA est privatum delictum, *ibid.*

INIVRIAM nec servis alienis licet facere, *L. 1. C. eod.*

Patronus vel ejus heres INIVRIAM liberto facere non potest, *L. 6. C. eod.*

INIVRIAM atrocem facit, qui infert existenti in sacerdotio, & perferenti habitum, & ornamenta dignitatis, & punitur injuriarum, *L. 4. C. eod.*

Ad INIVRIAM Domini Vasallus nil faciat, *II. F. 7. pr.*

Si INIVRIAS Domino Vasallus intulerit, feudum amittit, *II. F. 24. §. 2.*

INIVRIA non infertur Iudici ex eo, quod ab ejus sententia appellatur, *L. 20. C. de appellat.*

INIVRIAS corporales perferens à vilissimis hominibus graviter dicitur perferre, *Auth. Habita, C. ne filius pro patre.*

In crimine INIVRIARVM illustris persona potest accusare per procuratorem, *c. 18. §. nisi. q. 9. caus. 3.*

INIVRIOSVS, *a, m.*

Dicens alicui verba INIVRIOSA per viam judicii, si desistit à procedendo,

do, poteſt injuriarum conveniri, *L. 10. C. de injuriis.*

INNOCENS.

INNOCENS eſt, qui non iratus, ſed propter diſciplinam caſu aliquem interfecit, *c. 13. q. 1. cauſ. 15.*

INNOCENS credit omni verbo, *c. 23. q. 4. cauſ. 22. Prov. 14.*

INNOCENTIA.

Quem INNOCENTIA adjuvat, dignum eſt, ut alia caſtigatio non affligat, *c. 7. pr. q. 5. cauſ. 2.*

Primus INNOCENTIAE gradus eſt, odiſſe nefanda, *c. 3. diſt. 86.*

INNOCENTIA jurejurando approbatur, *L. 6. §. 4. de his, qui not. infam.*

INNOVARE.

Sede vacante nihil INNOVARI debet, *c. 1. X. ne ſede vacant.*

Pendente appellatione nihil eſt INNOVANDUM, *c. 12. q. 1. cauſ. 2.*

Lite pendente nihil INNOVARI debet, *Clem. c. ult. ut lite pend.*

INNOVATIO.

INNOVATIO privilegii novum jus non tribuit, nec antiquum confirmat, ſed ſi quod competebat, conſervat, *c. 4. X. de confirmatione utili* &c.

INNOVATIO privilegii non inducit confirmationem juris in eo contenti, *ibid.*

INNOVATIO privilegiorum novum jus non tribuit, ſed antiquum conſervat, *c. 13. X. de privil.*

INOBEDIRE.

INOBEDIENTES Epiſcopis Laici vel Clerici efficiuntur infames, *c. 9. q. 3. cauſ. 28.*

INOFFICIOSUS, *a, m.*

INOFFICIOSI querelæ olim erant frequentes, *L. 1. de inoffic. teſtam.*

INOFFICIOSI querelæ locus eſt inter aſcendentes & deſcendentes, & inter fratres, ſed non inter alios, *ibid.*

Hoc colore INOFFICIOSO teſtamento agitur, quaſi non ſanæ mentis fuerunt, ut teſtamentum ordinarent, *L. 2. eod.*

INOFFICIOSUM teſtamentum dicere, h. e. allegare, quare exheredari vel præteriri non debuerit, *L. 3. eod.*

De INOFFICIOSO teſtamento militis, vel jure militari, vel civili facto, vel Centurionis, vel Tribuni numeri, nec filios poſſe queri, jus certum eſt, *L. 9. C. de inofficioſo teſtam.*

INOFFICIOSUM teſtamentum eſt, in quo parens, filius vel frater ſui officii obliti, in quo liberi, vel parentes, vel fratres germani immerito exheredati, præteriti, vel ita inſtituti, ut pro exheredatis habeantur, *Nov. 1. pr. §. 2.*

INOPIA.

INOPIA debitoris actionem excludit, *c. 16. X. de reſtit. ſpoliat.*

INOPIA probationum, *I. F. 10.*

INOPIA qui laborat, in corpore coërceatur, *II. F. 53.*

INQUILINUS.

INQUILINUS ſ. *habitator* in aliena ædificia feneſtras & oſtia impoſuit, eadem, poſt annum, dominus ædificiorum dempſit, poteſt vindicare, *L. 59. de R. V.*

INQUILINUS non dicitur ille, qui gratis recipitur in domo, quia qui mercedem non præſtat, domum non conducit, *L. 4. pr. de uſu & habit.*

INQUILINUS tenetur de incendio ſervi ſui ex locato, & L. Aquilia, & liberatur ſervum dando pro noxa, niſi *inquilinus* fuerit in culpa habendo eum ſervum, quia tunc tenetur ad damnum, *L. 27. §. 11. ad L. Aquil.*

INQUILINO, qui oſtium, vel quædam alia ædificio adjecit, competit actio ex conducto, ut ea tollere liceat, ita tamen, ut damni infecti caveat, ne, dum aufert, deteriorem cauſam

 ædium

ædium faciat in aliquo, sed ut pristinam faciem ædibus reddat, *L. 19. §. 4. locati conducti.*

Si INQUILINUS arcam æratam in ædes contulerit, & ædium aditum coangustaverit dominus, verius est, ex conducto eum teneri, & ad exhibendum actione, sive scit, sive ignoraverit, officio enim Iudicis continetur, ut cogat eum, aditum, & facultatem inquilino præstare ad arcam tollendam, sumptibus sc. locatoris, *L. 19. §. 5. eod.*

INQUILINUS potest recedere à conductione, si vicino ædificante obscurentur multum lumina cœnaculi conducti, vel si remaneat, tanto minus tenetur solvere pensionem, quanto habitare non potuit ob obscurata lumina, *L. 25. §. 2. eod.*

INQUILINO meo, si vicinas ædes habeat, cavere debeo damni infecti propter eas ædes, *L. 18. §. 3. de damno infecto* &c.

INQUILINIS eorumque uxoribus, ac his, qui cum his morantur, cautio damni infecti præstari debet, *L. 13. §. 5. eod.*

INQUILINIS suis non debet dominus ædium cavere de damno infecto, quia aut ipsi ab initio conduxerunt ædes vitiosas, & sibi imputent, aut postea in vitium ædes inciderunt, & tunc agere possunt ex conducto, *L. 13. §. 6. eod.*

INQUILINO non datur damni infecti actio, quia possit ex conducto agere, si dominus eum migrare prohiberet, *L. 33. eod.*

INQUILINUS solvens in solidum pensionem domino invitus non potest per dominum durante locatione expelli, *L. 3. C. de locato & conducto.*

INQUILINUS potest expelli, si immineat necessitas, quæ non imminebat tempore locationis, vel si refectione indiget domus; vel si inquilinus perverse moretur ibidem, *c. 3. §. verum invito* &c. *X. de locato conducto.*

INQUIRERE.

INQUIRERE servum fugitivum de licentia Iudicis si quis prohibuerit apud se & in domo sua, multatur in centum solidos, *L. 1. §. 2. de fugitiv.*

INQUIRERE si quis velit servum fugitivum in prædiis alienis, potest adire Præsidem, qui debet ei literas dare, & si res exegerit, etiam apparitorem, ut ei permittatur ingredi, & inquirere, pœnam constituendo in eum, qui inquirere non permisit, *L. 3. eod.*

INQUIRERE veritatem debet Iudex ex officio, *L. 2. C. de edendo.*

INQUIRERE servum fugitivum etiam in prædiis Cæsaris, & Senatorum ac alterius cujuscunque domino licet, *L. 3. de fugitivis.*

INQUIRENDI, quam puniendi major est necessitas, *c. 1. in f. q. 5. caus. 23.*

Nec contra subditum, nec contra Prælatum debet INQUIRI de crimine, nisi infamia præcesserit, *c. 24. X. de accus.*

De quibus, contra quem INQUIRITUR, ea debent ei manifestari, ut defendere se possit, *ib.*

Episcopi visitando Parochias plus debent INQUIRERE de lucro animarum, quam de lucro temporalium, *c. 7. q. 3. caus. 10.*

INQUIRERE debet ex officio Superior de excessibus inferiorum, *c. un. X. ut ecclesiastica beneficia* &c.

INQUISITIO.

INQUISITIO tantum debet fieri de his, de quibus clamores aliqui præcesserunt, *c. 21. §. 1. X. de accusat.*

INQUISITIO non est facienda, nisi contra infamatum, deficiente accusatore, *c. 14. c. 19. X. de accus.*

INQUI-

INQVISITIO non est facienda propter infamiam à malevolis ortam, *c. 17. §. debeat &c. c. 24. X. de accus. c. penult. X. de præsumpt.*

INQVISITIO ex relatione gravium personarum fieri potest, *ib.*

INQVISITIO non est facienda de occultis, sed de his tantum, de quibus fama præcessit, *c. 17. & 24. eod.*

INQVISITIONEM debet clamosa insinuatio prævenire, *c. 31. X. de Simon.*

INQVISITIO ad veritatem facti non potest pervenire, nisi diligenter circumstantiæ inquirantur, *c. 14. q. 8. caus. 23.*

INQVISITIO facienda est de culpa puniendorum prius, quam puniantur, *c. 10. dist. 28.*

Is, contra quem INQVISITIO facienda est, non tantum debet esse præsens, sed etiam nomina ipsa testium sunt ei publicanda; item exceptiones & replicationes legitimæ admittendæ, *c. 24. X. de accus.*

Per INQVISITIONEM etiam in civilibus procedi potest propter publicam utilitatem, *L. 5. C. de bonis vacantibus* &c. *X.*

INQVISITOR.

Generales INQVISITORES si non servant debitum ordinem Inquisitionis, prudenter & caute se corrigere debent, ne eorum autoritas vilescat, *c. 17. X. de accusat.*

Ordo INQVISITORIBUS servandus præscribitur, *c. 24. X. eod.*

INQVISITORUM jurisdictio extenditur ad ea, sine quibus eorum officium non potest expleri, *c. 26. X. eod.*

INQVISITORES, Iudices, testes, corrumpere non licet, *c. 4. X. de collusione detegenda.*

INQVISITOR Papæ super hæresi, sine speciali mandato non inquirit contra Episcopum, sed si eum culpabilem sciverit, nunciabit Papæ, *c. 16. de hæreticis in 6.*

INQVISITORES hæreticæ pravitatis censuras ecclesiasticas non possunt ferre in officiales & nuncios sedis Apostolicæ sine speciali Papæ licentia, sed de eorum excessibus capiant informationem, & Papæ significent, *Extrav. comm. c. 3. de hæret.*

Prohibetur INQVISITORIBUS abusus armorum, & circa numerum & qualitatem officialium decernitur, ut non nisi necessarii adhibeantur, & tales, qui se conferant ad sua cum *Inquisitoribus* ipsis officia exequenda, *Clem. c. 2. de hæret.*

INSANIRE.

Si quis INSANIENS aliquem occiderit, si ad sanam mentem pervenerit, levior ei pœnitentia imponenda est, *c. 12. q. 1. caus. 15.*

Qui aliquando INSANIVIT, ad sacros ordines non promovetur, *c. 2. dist. 33.*

INSCRIBERE.

INSCRIBENS titulum, vel vela regia suspendens rebus suis, vel alienis, si plebejus sit, ultimo supplicio punitur, si autem nobilis, deportatur, *L. 2. C. ut nemo privatus titulos prædii* &c.

INSCRIPTIO.

INSCRIPTIONES titulorum Principis rebus suis non debet quis imponere, quia inscribens titulum Principis super re sua eam perdit, & facit eam juris publici, *L. 1. C. ut nemo privatus titulo prædii* &c.

INSCRIPTIONES rebus suis imponere licitum est cum licentia, vel præceptione judicis competentis, *L. 2. C. eod.*

INSCRIPTIO semper debet primo fieri, ut calumniator talionem recipiat, *c. 2. §. 1. q. 4. caus. 4.*

Ante

Ante INSCRIPTIONEM nemo debet judicari, vel damnari. *ib.*

Aliquando sine INSCRIPTIONE accusatio fieri potest, *c. 2. §. aliquando &c. ead.*

Præmittitur INSCRIPTIO, quæ magnitudinem criminis, tempusque designet, ut alterutram partem dignam legum terrere possit autoritas, *c. 2. §. 5. ead.*

Accusatio de Abigeatu potest fieri & cum & sine INSCRIPTIONE, d. *c. 2. §. 3. ead.*

INSCRIPTIO non est necessaria, quando crimen opponitur in modum denunciationis, & non accusationis; differentia est, quia denunciatio tendit ad correctionem, accusatio ad pœnam, *c. 16. X. de accus.*

INSCRIPTIO ordinarie præcedere debet accusationem, *c. 24. in f. eod.*

INSIDIAE.

INSIDIIS licitum est pugnare, *c. 2. q. 2. caus. 23.*

Vtrum quis vincat INSIDIIS, an aperta pugna in bello justo, nihil ad justitiam pertinet, *ib.*

INSIDIAE in Dominum amissione feudi puniuntur, *II. F. 51. c. 2.*

INSINVATIO.

INSINVATIO requiritur non solum inter conjunctos, sed etiam inter extraneas personas, quando donatio excedit legitimam summam, *L. 27. C. de donation.*

INSINVATIO testamentorum coram Magistro census fieri debet, *L. 41. C. de Episcopis & Cler.*

INSPECTOR.

INSPECTOR quandoque appellatur ille, qui est rerum probator, valorisque rei explorator, ac licitator, *L. 10. §. 1. commodati, vel contra.*

INSTANTIA.

INSTANTIA transit in successorem, quæ debet terminari in eodem loco, *L. 34. de judiciis.*

INSTANTIA inchoata cum filiofamilias, eo mortuo transit ad patrem, licet actionis qualitas alteretur, *L. 57. eod.*

INSTANTIA judicii transit in singularem successorem ex necessitate, *L. 47. famil. ercisc.*

INSTANTIA finitur finita causa litis, *L. 11. de suspectis tutor.*

INSTANTIA cœpta cum herede facta restitutione durat contra ipsum & heredem ejus, *L. 78. §. 15. ad SC. Trebellian.*

INSTANTIA triennii super causis civilibus habet locum coram quocunque Judice ordinario vel delegato, *L. 13. §. 1. C. de judiciis.*

INSTANTIA triennii durat à tempore litis contestationis, & non ante, d. *L. 13. §. 2. C. eod.*

INSTANTIA triennii ultra triennium durat etiam coram quibuscunque Judicibus, quando Judice mortuo, vel mutato ad litem terminandum superessit minus anno, quia tunc suppletur annus integer, *L. 13. §. 8. C. eod.*

INSTANTIA triennii si per negligentiam advocati sit elapsa, advocatus punitur in duabus libris auri, & fertur absolutoria ab observatione judicii propter lapsum instantiæ causa expressa in sententia, *L. 13. §. 9. C. eod.*

INSTANTIA triennii si propter non solutionem salarii advocati sit lapsa, advocatus compellitur, ut promissum patrocinium præstet, & similiter litigator, ut solvat debitum salarium, *ibid.*

INSTANTIA tantum periit, & non actio propter lapsum triennii, unde de novo poterit agi, *L. 13. §. 11. C. eod.*

INSTANTIA quandoque finitur tribus

bus mensibus, *L. 54. C. de Decurionibus. X.*

INSTANTIA judicii secundum Canones, per lapsum triennii non perit, *c. 20. X. de judiciis.*

INSTITOR.

INSTITOR appellatus est ex eo, quod negotio gerendo instet, nec multum facit, tabernæ sit præpositus, an cuilibet alii negotiationi, *L. 3. de Institoria actione.*

Cuicunque igitur negotio præpositus sit, INSTITOR recte appellabitur, *L. 5. pr. eod.*

INSTITOR dicitur etiam ille, qui præpositus est, ut afferat merces ad homines honestos, & ibi vendat, neque locus emendi, vel vendendi mutat causam actionis, *L. 4. eod.*

INSTITOREM præponens frumento emendo, vel ædificio, tenetur in solidum ex contractu gesto cum tali institore, vel insulario, *L. 5. §. 1. eod.*

INSTITORES dicuntur etiam illi, quibus vestiarii, vel lintearii dant vestem circumferendam, & vendendam, quos vulgo *circuitores* appellat, *L. 5. §. 4. eod.*

INSTITORES dicuntur etiam muliones, stabularii, item fullonum sarcinatorisque præpositi, *L. 5. §. 6. eod.*

INSTITORIS loco habetur servus, quem tabernarius ejus dominus misit peregre ad merces comparandas, & sibi mittendas, *L. 5. §. 7. eod.*

INSTITOR obligat dominum contrahendo tantum super eo, ad quod præpositus fuit, non vero obligat contrahendo super eo, ad quod non fuit præpositus, *L. 5. §. 11. eod.*

INSTITOREM præponens ad merces distrahendas, ejus nomine tenetur actione ex empto, si ad vendendum, tenetur ex vendito, *L. 5. §. 12. eod.*

Si quis INSTITORI pecuniam crediderit, ad emendas merces præposito, locus est actioni institoriæ, *L. 5. §. 13. eod.*

Si ab alio INSTITOR sit præpositus, is tamen decesserit, qui præposuit, & heres ei exstiterit, qui eodem *institore* utatur, sine dubio teneri eum oportebit, nec non, si ante aditam hereditatem cum eo contractum est, æquum est ignoranti dari institoriam actionem, *L. 5. §. 17. eod.*

Si procurator meus, tutor, curator, INSTITOREM præposuerit, dicendum erit, veluti à me præposito, dandam institoriam actionem, *L. 5. §. 18. eod.*

INSTITOR an sit masculus, an fœmina, an liber, vel servus proprius, vel alienus, nihil refert, *L. 7. §. 1. eod.*

INSTITOREM præponens an sit fœmina, vel masculus, nihil refert, & ideo si mulier præposuit, tenetur institoria, exemplo exercitoriæ actionis, & si mulier sit præposita, tenebitur etiam ipsa, *ib.*

INSTITOR formam, & conditionem præpositionis servare debet, ad hoc, ut obliget dominum, alioquin non obligat dominum, *L. 11. §. 5. eod.*

INSTITORES plures habens si denunciavit alicui, ne contraheret cum quodam ex institoribus, non tenetur institoria, *ib.*

INSTITOREM habens si eum prohibuit certis horis diei contrahere, & certis horis non prohibeat, propter variationem continuam tenetur institoria, ne decipiantur contrahentes, *ibid.*

INSTITOREM præponens si in totum prohibuit contrahere cum eo, ille *institor* non habetur loco *institoris*, quia is magis loco custodis, quam *institoris* est, & ideo nec vendere potest, *L. 11. §. 6. eod.*

INSTITOREM eundem si plures habeant,

beant, quilibet tenetur in solidum, si inter eos pro socio, vel communi dividundo agatur ad repetendum solutum ab uno eorum, illis tamen judiciis cessantibus, quilibet tenetur pro parte, *L. 13. §. 2. eod.*

INSTITOR si ad emendum, vel vendendum sit præpositus, ex ejus contractu adversus dominum præponentem non solum competit institoria, sed etiam redhibitoria, vel ex stipulatu duplæ, vel simplæ in solidum, *L. 17. pr. eod.*

INSTITOR cum autoritate tutoris præpositus ex contractu etiam post mortem tutoris celebrato obligat pupillum, *L. 17. §. 2. eod.*

INSTITOR est, qui tabernæ, locove ad emendum vendendumve præponitur, quique sine loco ad eundem actum præponitur, *L. 18. eod.*

INSTITOR non obligat dominum, nisi ad id, ad quod est præpositus, *L. 19. §. 3. eod.*

INSTITOR scribens nomine officii se debere, videtur scripsisse, ut ostenderet sibi fidem fidem mensæ commissam, non, ut constitueret se debere, *L. 20. eod.*

INSTITOR præpositus mensæ numulariæ si misit epistolam creditori, qua significabat ei, quod apud mensam haberet mille, & quod ad certum tempus illa ei numerare deberet, domino defuncto etiam non solvendo sine herede, *institor* ex epistola sua non potest conveniri, *ibid.*

INSTITOR, si dominus non sit solvendo, convenitur, si homo liber sit, *L. 2. C. de institor. actione*

INSTITVERE.

INSTITVI potest servus ejus, qui post mortem testatoris nascetur, *L. 64. de hered. instituend.*

Si certarum rerum heredes INSTITVERIT miles, veluti alium urbanorum prædiorum, alium rusticorum, alium cæterarum rerum, valebit institutio, perindeque habebitur, atque si sine partibus heredes eos instituisset, resque omnes suas per præceptionem cuique legando distribuisset, *L. 17. pr. de testamento militis.*

INSTITVI non potest collegium non approbatum, *L. 8. C. de heredib. instit.*

INSTITVI potest extraneus penitus ignotus, *L. 11. C. eod.*

INSTITVENS pater filium in re aliena, valet institutio etiam re evicta, neque censetur præteritus, cum sibi debeatur æstimatio, *L. 36. pr. C. de inofficioso testam.*

INSTITVTI plures in re certa dividunt sibi hereditatem æqualiter, nisi testator manifestissime aliud voluit, *L. 9. §. 13. de heredibus instit.*

INSTITVTO heredi non nocet medium tempus, *L. 50. pr. eod.*

Ad INSTITVTVM primo loco præsumitur testator habere majorem affectionem, quam ad *institutum* secundo loco, *L. 60. eod.*

INSTITVTVS his verbis; (*Stichus si meus erit, cum moriar, liber & heres esto*; alienatus postea non poterit jussu emptoris adire, quia licet non dixisset testator, *si meus erit*, non aliter liber & heres esse poterit, quam si mansisset ejus, *L. 51. §. 1. eod.*

INSTITVTVS ex parte pure & ex parte sub conditione, si habet coheredem, adeundo ex pura pro parte conditionalis institutionis est heres conditione pendente, sed ea existente in totum sine nova aditione, & decedens interim non transmittit, *L. 59. §. 6 eod.*

INSTITVTVS si sit quis sub conditione, deinde in eodem testamento sit pure institutus, secunda scriptura potior

tior est & plenior priore, cum sit pura, *L. 67. eod.*

Si ita quis INSTITVTVS fuerit, *excepto fundo, excepto usufructu heres esto;* perinde erit jure civili, atque si *sine ea re* heres institutus esset, idque autoritate *Galli Aquili* factum est, *L. 74. eod.*

INSTITVTI & substituti concursus non admittitur, *L. 37. pr. eod.*

INSTITVTI & substituti concursus admittitur propter repugnantiam juris communis, *L. 40. eod.*

INSTITVTVS heres sub conditione, si decem dederit Titio, si Titius nolit accipere, habetur conditio pro impleta, *L. 3. de condition. institut.*

Si quis ita INSTITVTVS sit: *Si monumentum post mortem testatoris in triduo proximo mortis ejus fecisset:* Cum monumentum in triduo perfici non possit, dicendum erit, conditionem evanescere, quasi impossibilem, *L. 6. eod.*

INSTITVTVS heres cum pupillo si pupillariter sit substitutus, non potest institutionem amplecti & substitutionem repudiare, *L. 20. C. de jure deliber.*

INSTITVERE.

INSTITVI debet numerus Clericorum in Ecclesiis collegiatis, secundum facultatem ipsarum, *c. 1. X. de institut.*

INSTITVI non possunt Laici in Canonicos, *c. 2. X. eod.*

Vltra facultates non debet quis INSTITVI invitis Clericis Ecclesiæ, *c. 4. X. eod.*

Cum in Ecclesiis oportet extraneos INSTITVI, non debent institui Clerici certæ originis tantum, sed undecunque sint, dum tamen sint idonei, *c. 5. X. eod.*

Is, ad quem spectat collatio dignitatum, seipsum INSTITVERE non potest, *c. 7. X. eod.*

INSTITVTVS scienter in beneficium viventis, deponendus est, *c. 1. X. de concessione Præbendæ*, &c.

Capitulum, sede vacante, præsentatos ad beneficia potest INSTITVERE, *c. 6. X. eod.*

INSTITVANTVR Presbyteri in Monasteriorum Ecclesiis per Abbates, *c. 1. q. 2. caus. 16.*

INSTITVTIO.

INSTITVTIONES captatorias Senatus improbavit, *L. 70. de hered. instit.*

Quænam INSTITVTIONES captatoriæ non sunt, *L. 71. pr. eod.*

INSTITVTIO captatoria non est, si testator ita scripserit: *Quanta ex parte me à Titio heredem institutum recitassem, ex ea parte Sempronius mihi heres esto*, *L. 81. §. 1. eod.*

INSTITVTIO facta de pauperibus, vel de captivis in genere, valet, neque vitiatur propter incertitudinem, neque detrahitur quarta Falcidia, *L. 49. C. de Episcopis* &c.

INSTITVTIO illa, quos Titius voluerit, ideo vitiosa est, quod alieno arbitrio permissa est, *L. 32. pr. de heredib. instit.*

In INSTITVTIONE heredis si adjecta sit conditio impossibilis, quæ in non faciendo consistit, perinde est heres, ac si pure fuisset institutus, *L. 50. §. 1. eod.*

INSTITVTIO facta sub conditione impossibili de jure, vel de facto, non vitiatur, *L. 1. de condit. institut.*

INSTITVTIO talis; *Si codicillis Sejum heredem scripsero, heres esto;* non est inutilis in quovis herede instituto, præter filium, est enim conditionalis institutio, nec videtur hereditas codicillis data, quod interdictum est, verum conditionalis est hæc institutio, quæ testamento data esset. *L. 10. pr. eod.*

Si plures INSTITUTIONES ex eadem parte sub diversis conditionibus fuerint, conditio, quæ prior extiterit, occupabit institutionem, *L.* 17. *eod.*

INSTITUTIO hæc, *Si Titius heres erit, Sejus heres esto; Si Sejus heres erit, Titius heres esto;* inutilis est, cum conditio existere non possit, *L.* 16. *eod.*

INSTITUTIO si sit ita facta, *Titius heres esto, si Titius heres erit, Mevius heres esto;* & rogo ambo, ut restituant hereditatem Cajo, si Titius coactus adierit hereditatem non debet retinere quartam Trebellianicam, Mevius tamen potest adire & quartam retinere, *L.* 19. *eod.*

INSTITUTIO si sit ita facta; *Instituo te heredem, si tu me instituisses, aut aliquid legasses;* & sic in præteritum, nihil interest, quo gradu ego sim institutus, aut quid sit legatum mihi, *L.* 20. *§.* 2. *eod.*

INSTITUTIO.

INSTITUTIONES sunt totius legitimæ scientiæ prima elementa, *§.* 4. *Proœm. Inst.*

INSTITUTIONES in quatuor libros sunt divisæ, *ibid.*

In INSTITUTIONIBUS breviter expositum est, & quod antea obtinebat, & quod postea desuetudine inumbratum, imperiali remedio illuminatum est, *§.* 5. *eod.*

INSTITUTIONES ex omnibus antiquorum *Institutionibus*, & præcipue ex commentariis *Caji* nostri, tam *Institutionum*, quam rerum quotidianarum, aliisque multis commentariis, sunt compositæ, *§.* 6. *eod.*

INSTITUTIONIBUS plenissimum constitutionum robur *Justinianus* accommodavit, *ib.*

INSTITUTIONES in omnibus studiis primum sibi locum vindicant, *princ. Const. omnem reipubl.*

INSTITUTIONES prima vestigia scientiæ tradunt, *ib.*

INSTITUTIONES prima legum argumenta continent, *§.* 11. *Constit. Tanta* &c.

INSTITUTIONUM opus à *Triboniano, Theophilo* & *Dorotheo* perfectum est, *ibid.* & §. 3. *proœm. Inst.*

INSTITUTIO.

INSTITUTIO & Destitutio Sacerdotum pertinet ad Episcopos, *c.* 12. *X. de jure patron.*

INSTITUTIO beneficiorum spectat ad Episcopos, vel eorum officiales, *c.* 3. *X. de institution.*

INSTITUTIONEM suam probare debet Procurator, si revocatur in dubium, *c.* 3. *X. de Procurat.*

INSTITUTUM.

INSTITUTA Prædecessorum saluberrima, à successoribus non debent mutari, *c.* 3. *in princ. de elect. in* 6.

INSTITUTA imperfecta & nociva debent suppleri & in melius reformari, *ibid.*

INTSRATUM.

INSTRATUM omne vestimentum contineri, quod injiciatur, Labeo ait, *L.* 45. *de V. S.*

INSTRATUM omnem stragulam vestem continet, *ib.*

INSTRUMENTUM.

INSTRUMENTORUM appellatione quæ comprehendantur, perquam difficile erit separare, *L.* 99. *§.* 2. *de V. S.*

Quæ enim propriè sint INSTRUMENTA, propter quæ dilatio danda sit, inde dignoscemus, si in præsentiam personæ, quæ instruere possit, dilatio petatur, *ib.*

INSTRUMENTUM investituræ si falsum dicatur, *II. F.* 58. *c.* 3.

INSTRUMENTUM publicum à Paribus confirmatum, *II. F. 2. pr.*

INSTRUMENTUM illicitæ alienationis, *II. F. 55.*

INSTRUMENTUM super illicito contractu conficiens, *II. F. 52.*

Per INSTRUMENTUM publicum investitura probatur, *II. F. 2. pr.*

INSTRUMENTUM mei causa confectum quodammodo meum est, *L. 4. §. 1. de edendo.*

INSTRUMENTA debent habere diem & consulem, alias non valent, non tamen exhibetur copia eorum cum die & consule, *L. 1. §. 2. eod.*

INSTRUMENTORUM exempla etiam sine subscriptione edentis, edi posse receptum est, *L. 11. eod.*

INSTRUMENTORUM nomine ea omnia accipienda sunt, quibus causa instrui potest, & ideo tam testimonia, quam personæ instrumentorum loco habentur, *L. 1. de fide instrument.*

Ex INSTRUMENTO authentico, & non ex indice, vel exemplo alicujus scripturæ conveniri debet quis ita, ut contractus fides possit ostendi, *L. 2. eod.*

Neque INSTRUMENTA, neque acta à quoquam adversus fiscum edi oportet, *L. 45. §. 5. de jure fisci.*

INSTRUMENTA penes se deposita quicunque alteri altero absente reddiderit, vel adversario prodiderit, prout personæ conditio est, aut in metallum damnatur, aut in insulam deportatur, *L. 38. §. 9. de pœnis.*

INSTRUMENTA communia debent esse penes digniorem, & ita penes fiscum, quando sunt communia fisco, & privato, alteri tamen parti debet fieri copia, *L. 7. C. eod.*

INSTRUMENTUM exemplare, sive publicum, sive privatum, non facit fidem, nisi sit Iudicis autoritate originale exemplatum, *Auth. Si quis. C. eod.*

Sub prætextu INSTRUMENTI post reperti transactionem bona fide finitam rescindi, jura non patiuntur, *L. 19. C. de transact.*

INSTRUMENTA alicujus invadens accusari potest criminaliter solennibus accusationibus; potest etiam ad exhibendum civiliter cogi, *L. 6. C. ad exhibend.*

Non tantum INSTRUMENTO emptionis, sed & quibuscunque aliis legitimis probationibus dominium proprietatis ostenditur, *L. 4. C. de probation.*

INSTRUMENTA domestica, seu privata testatio, seu adnotatio, si non aliis quoque adminiculis adjuventur, ad probationem sola non sufficiunt, *L. 5. C. eod.*

INSTRUMENTIS non geruntur res, vel obligationes, sed in instrumento rei, vel obligationis gestæ testimonium confertur, *L. 12. C. eod.*

INSTRUMENTUM, in quo scriptum est, dono, cum deberet scribi loco, statur, donec contrarium probetur, *L. 18. C. eod.*

INSTRUMENTUM nihil aliud probat, quam illud, quod continetur in eo, *L. 21. C. eod.*

INSTRUMENTORUM fides & depositiones testium eandem vim habent in exercendis litibus, *L. 15. C. de fide instrum.*

INSTRUMENTI exemplum non solenniter sumptum fidem non facit absque originali, *c. 1. X. de fide instrument.*

INSTRUMENTUM exemplatum per Tabellionem autoritate Ordinarii, eandem vim habet cum originali, *c. 16. X. eod.*

Si in INSTRUMENTO debiti exprimitur causa, condemnatur debitor, nisi

probet indebitum, si non exprimitur, necesse est, ut creditor probet id fore debitum, *c. 14. X. eod.*

Falsitas INSTRVMENTI, vel quod deest instrumento, probari potest per testes, *c. 10. X. eod.*

INSTRVMENTVM deletum vel interlineaturam habens, non valet, *c. 6. X. eod.*

INSTRVMENTVM rasura in loco non suspecto non facit vitiosum, *c. 3. X. eod.*

INSTRVMENTI falsitas apparet ex anno, indictione, qualitate chartæ, rasura in indictione, sigillo, scriptura, *c. 6. X. eod.*

Corruit INSTRVMENTVM, si testes inscripti decesserint, nisi sigillum authenticum habeat, vel à Notario sit confectum, *c. 2. X. eod.*

INSTRVMENTA, vel privilegia non inspecta non possunt argui de falsitate, *c. 4. X. eod.*

Vnius literæ defectus in INSTRVMENTO, illud non vitiat, *c. 11. X. eod.*

INSTRVMENTA tantum notata, post mortem scriptoris possunt redigi in formam publicam, *c. 15. X. eod.*

INSTRVMENTVM.

Sive cum INSTRVMENTO fundus legatus est, sive *instructus*, duo legata intelliguntur, *L. 1. pr. de instructo vel instrum. leg.*

Fundo cum INSTRVMENTO legato & alienato, instrumentum non vindicabitur ex sententia defuncti, *L. 1. §. 1. eod.*

In INSTRVMENTO fundi ea sunt, quæ fructus quærendi, cogendi, conservandi gratia parata sunt, *L. 8. pr. eod.*

Si cui fundum & INSTRVMENTVM ejus legare vis, nihil interest, quomodo leges: *Fundum cum instrumento*, an *Fundum* & instrumentum, *L. 5. eod.*

INSTRVMENTORVM fundi gratia quærendorum fructuum sunt servi, qui agros colunt, & qui eos exercent, præpositi vero sunt his, in quorum numero sunt villici, & monitores, & boves domiti, & pecora stercorandi causa parata, & vasa utilia culturæ, quæ sunt aratra, ligones, sarculi, falces putatoriæ, bidentes, & si qua similia dici possunt, *L. 8. pr. eod.*

INSTRVMENTORVM fundi cogendorum fructuum gratia sunt torcularia, corbes, falcesque messoriæ, falces fœnariæ, quali (al. *quales*) vindemiatorii, exceptoriique, in quibus uvæ comportantur, *L. 8. pr. eod.*

INSTRVMENTA conservandorum fructuum gratia dicuntur dolia, licet non sint defossa, & cupæ, *ib.*

INSTRVMENTI appellatione in quibusdam regionibus, ut villa cultior fiat, continentur etiam servi atrienses, qui purgant, vel custodiunt atrium, & scoparii, qui purgant scopis domum, & etiam viridaria, & servi topiarii, qui ordinant, & ornant saltus fundi, *L. 8. §. 1. eod.*

INSTRVMENTO fundi legato non continetur grex comparatus, ut ex eo fructus caperetur, continetur tamen, si ideo comparatus fuit, quod non aliter ex saltu dicti fundi fructus percipi potuit, nisi esset ibi grex, *L. 9. eod.*

INSTRVMENTO fundi legato continentur etiam alvei, & apes, & aves, *L. 10. & 11. eod.*

INSTRVMENTVM est apparatus rerum diutius mansurarum, sine quibus exerceri nequiret possessio, *L. 12. pr. eod.*

INSTRVMENTI fundi appellatione continetur frumentum, & vinum ad cibaria servorum cultorum fundi paratum, & etiam frumentum, quod serendi

ferendi causa in fundo paratum, ac suppositum est, *ib.*

INSTRVMENTA conservandorum fructuum gratia dicuntur granaria, quia in his fructus custodiuntur, urcei, capsellæ, in quibus fructus componuntur, *L. 12. §. 1. eod.*

INSTRVMENTI appellatione continentur etiam ea, quæ exportandorum fructuum causa parata sunt, veluti jumenta, vehicula, & naves, & cupæ, & culei, *ib.*

INSTRVMENTO fundi legato si aliquos ex servis, qui in fundo sunt, legavit quis alii, reliqui servi, qui gratia fundi ibi sunt, legato instrumento continentur, *L. 12. §. 2. eod.*

INSTRVMENTO fundi legato non continetur servus, qui quasi colonus & extraneus est in agro, puta mercede certa constituta, *L. 12. §. 3. eod.*

INSTRVMENTO fundi legato continentur etiam omnes servi *saltuarii*, qui sunt in agro, tam fructuum conservandorum gratia, quam finium custodiendorum causa, *L. 12. §. 4. eod.*

INSTRVMENTO fundi legato continetur servus, pistor, tonsor, qui familiæ rusticæ causa sunt parati, & faber villæ reficiendæ causa paratus, & mulieres, quæ panem coquunt, & quæ villam servant, & molitores ad usum rusticum parati, item ancillæ focaria, & villica, & lanificæ, quæ familiam rusticam vestiunt, & quæ pulmentaria rusticis coquunt, *L. 12. §. 5. eod.*

INSTRVMENTO fundi legato continetur etiam *instrumentum instrumenti*, veluti lanificæ, & lanæ, & tonsores, & fullones, & focariæ, & alii, qui servorum operantium in agro causa parati sunt, & infantes servorum, qui sunt in agro agri gratia, *L. 12. §. 6. & 7. eod.*

INSTRVMENTO fundi legato continentur etiam pecora, quæ aliqua parte anni pascuntur in fundo, in reliqua parte anni pabulum conducitur his aliunde, continentur etiam servi, qui aliqua parte anni colunt fundum, & in alia parte mittuntur ad locandum. *L. 12. §. 8. eod.*

INSTRVMENTO fundi legato continetur etiam cellarius præpositus, ut rationes salvæ sint, item ostiarius, mulio, molæ, & machinæ, fœnum, & stipulæ, asinus machinarius, & machina frumentaria, vas æneum, in quo sapa coquitur, ut defrutum fiat, & aqua ad bibendum lavandamque familiam paratur, item cribra & palustra, quibus stercus vehitur, *L. 12. §. 9. & 10. eod.*

INSTRVMENTO fundi legato continentur ea, quæ solo cohærent, veluti arundineta, & salicta, antequam cæsa sint, sed si cæsa sint, continentur, cum quærendo fructui deserviant; idem & in palis erit dicendum, *L. 12. §. 11. eod.*

INSTRVMENTO fundi legato continentur etiam venatores, & vestigatores, & canes, & cætera, quæ ad venationem, quæ in agro fit, necessaria sunt, maxime si ager ex hoc reditum habeat, continentur etiam aucupes, & plagæ, & hujus rei instrumentum, si in eo ex aucupio reditus fiat, *L. 12. §. 12. & 13. eod.*

INSTRVMENTO fundi legato non continetur supellex, & cætera, quæ in agro fuerunt, quo instructior esset testator, & non, quo instructior esset fundus, *L. 12. §. 15. eod.*

INSTRVMENTO domus legato continentur etiam ea, quæ tempestatis arcendæ, vel incendii arcendi causa, &

& non, quæ voluptatis gratia parata sunt, *L. 12.* §. *16. eod.*

INSTRVMENTA domus dicuntur ea, quæ ad tutelam domus pertinent, & non, quæ ad voluptatem, sicut tabulæ depictæ, *ib.*

INSTRVMENTO domus legato non continentur specularia, neque vela, quæ frigoris, vel umbræ causa & ad voluptatem in domo sunt, continentur tamen vela Cilicia, quæ ideo parantur, ne ædificia vento vel pluvia laborent, *L. 12.* §. *16.* & *17. eod.*

INSTRVMENTO domus continentur centones, siphones, funes, perticæ, scalæ, phormiones, spongiæ, hamæ, & scopæ, & acetum, quod incendii extinguendi causa paratur, item tegulæ non affixæ, & tignum ad hujusmodi effectum paratum, & ad alios usus non deserviens, & etiam fulcimenta huic rei necessaria, *L. 12.* §. *18.* & *19. eod.*

INSTRVMENTO domus non continentur vela, quæ in hypethris extenduntur, nec quæ sunt circa columnas, quia illa magis supellectili annumeranda, *L. 12.* §. *20. eod.*

INSTRVMENTO domus continentur canales, harpagones, & hamæ, item perticæ, quibus araneæ deterguntur, item spongiæ, quibus columnæ, pavimenta, & podia exterguntur, & scalæ, quæ ad lacunaria admoventur, *L. 12.* §. *21.* & *22. eod.*

INSTRVMENTO domus non continentur sigilla & statuæ affixæ, quia domus portio sunt, *L. 12.* §. *23. eod.*

INSTRVMENTO domus non continentur sigilla & statuæ domui affixæ, quia supellectili annumerantur, excepto horologio æreo, quod non est affixum, quia illud instrumento domus continetur, sicut prothyrum domus, si velamen est, *L. 12.* §. *23. eod.*

INSTRVMENTA domus non dicuntur fistulæ, canales, crateres & illa, quæ sunt necessaria ad aquas salientes, item serræ, & claves, quæ omnia magis sunt portio domus, *L. 12.* §. *24. eod.*

INSTRVMENTO domus continentur cancelli, sed non specularia affixa, quia illa domus pars sunt, secus si non sint reposita ad hoc, tamen sint de novo facta & parata, ut suppleantur, si qua desint, *L. 12.* §. *25.* & *26. eod.*

INSTRVMENTO tabernæ, cauponæ legato etiam institores continentur, *L. 13. pr. eod.*

INSTRVMENTO villæ legato, supellex non continetur, *L. 16. pr. eod.*

INSTRVMENTO vineæ legato continentur pali, perticæ, rastra, & ligones, *L. 16.* §. *1. eod.*

INSTRVMENTO fundi continentur ancillæ lanificæ ad vestiendum familiam rusticam, sed non continentur ancillæ lanificæ, quæ sunt in fundo, ut instructus esset dominus, quia tunc dicuntur illæ esse instrumenta patrisfam. & non fundi, quæ continentur sub instructo fundo, *L. 16.* §. *2. eod.*

INSTRVMENTO pictoris legato continentur ceræ, colores, & similia, item penniculi, cauteria, & conchæ, *L. 17. pr. eod.*

INSTRVMENTO piscatorio legato continentur naviculæ, quæ piscium capiendorum causa paratæ sunt, & servi piscatores, quos in eo ministerio habebat paterfamilias, qui & ipse erat piscator, *L. 17.* §. *1. eod.*

INSTRVMENTO balneatorio legato continetur etiam servus balneator, & cum balneæ sine balneatoribus usum suum præbere non possint, *L. 17.* §. *2. eod.*

INSTRVMENTO lanionis legato continentur semota carne mensæ, super quibus venditur caro, pondera, ferramen-

ramenta, & etiam alia, quæ lanian-dæ carnis causa parata sunt, item trutinæ, cultri, & dolabræ, *L. 18. pr. eod.*

INSTRVMENTO fundi non continetur mola, nec asina molendinaria, quæ molam ducit, *L. 18. §. 2. eod.*

INSTRVMENTO pistorio legato, ita ipsi pistores inesse videri possunt, si paterfamilias pistrinum exercuit, nam plurimum interest, *instrumentum* pistoribus, an pistrino paratum sit, *L. 18. §. 1. eod.*

INSTRVMENTO fundi continentur cacabi, & patinæ, & vas æneum, quod supra focum pendet, in quo calefit aqua ad potandum, & urcei, quibus aqua infunditur in dictum vas æneum, & etiam vasa, quibus aqua infunditur in dictos urceos, & sic in infinitum, si constet de voluntate testatoris, sed si non constet, inspicitur in his consuetudo regionis, unde erat testator, *L. 18. §. 3. eod.*

INSTRVMENTO fundi continentur servi villici, qui non pensionis certa quantitate, ut extraneus colonus, sed fide domino debita colunt, item meta molendinaria, i. e. inferior pars molæ, si rusticis ejus fundi operariis moleretur, item bubulcus, sive araret fundum bobus, sive pasceret boves aratorios, *L. 18. §. 4. 5. & 6. eod.*

INSTRVMENTO fundi continentur putatores vineæ, qui ejus fundi causa habentur, item pastores, & fossores, *L. 18. §. 7. & 8. eod.*

INSTRVMENTO medici continentur collyria, & emplastra, & cætera hujusmodi generis, *L. 18. §. 10. eod.*

INSTRVMENTI legatum est universale, & ideo recipit augmentum usque ad mortem testatoris, *L. 19. pr. eod.*

INSTRVMENTO fundi continentur etiam mancipia colendi agri causa inducta, ut ibi sint perpetuo, *ibid.*

INSTRVMENTO villæ non continentur fructus repositi, neque equitium, neque supellex, quando legatur villa cum instrumento, sed quando legatur villa instructa, continetur supellex, *L. 19. §. 1. eod.*

INSTRVMENTO domus, vel ædificii legato non continentur servi parati operæ, vel alii rei, quia illi non sunt instrumentum domus, *L. 20. §. 2. eod.*

Cum quæratur, quod sit tabernæ INSTRVMENTVM, interesse, quod genus negotiationis in ea exerceri solitum sit, *L. 23. eod.*

INSTRVMENTO fundi legato continentur omnia pecora parata ad stercorandum, licet sint ultra numerum, qui necessarius erat, & ita licet mille oves sufficiant ad stercorandum fundum, nihilominus tamen duo millia, quæ sunt in fundo ad stercorandum, continentur instrumento fundi, *L. 25. pr. eod.*

In INSTRVMENTO fundi, in quo figlinæ sunt, figuli non continentur, *L. 25. §. 1. eod.*

Cum INSTRVMENTVM omne legatum esset, excepto pecore, pastores oviliones, ovilia quoque legato continentur, *L. 25. §. 2. eod.*

INSTRVMENTO fundi legato continentur etiam molæ manuariæ, (i. e. *quæ manu hominum ducebantur*) item molæ jumentariæ, (i. e. *quæ jumento ducebantur*) *L. 26. §. 1. eod.*

INSTRVMENTO fundi maritimi legato non continentur servi piscatores, qui solebant in ministerio testatoris esse, & quocunque eum sequi, etiamsi tempore mortis testatoris in prædiis legatis deprehensi fuerint, *L. 27. pr. eod.*

INSTRUMENTO navis non continetur scapha navis, quia mediocritate, non genere differt ab ea, *L. 29. eod.*

INSULA.

INSULAE Italiæ pars Italiæ sunt, & cujusque provinciæ, *L. 9. de judiciis.*

INSULA, quæ in mari nata est, (quod raro accidit) occupantis fit, *§. 22. de R. D. L. 7. §. 3. de A. R. D.*

INSULA in flumine nata (quod frequenter accidit) siquidem mediam partem fluminis tenet, communis est eorum, qui ab utraque parte fluminis prope ripam prædia possident, pro modo sc. latitudinis cujuscunque fundi, quæ prope ripam sit; quod si alteri parti proximior sit, eorum est tantum, qui ab ea parte prope ripam prædia possident, *ibid.*

INSULA nata si accreverit fundo illius, qui inferiorem partem fundi vendiderat, ad emptorem nihil pertinet ex ea *insula*, si ea frontem venditæ partis nihil respiciat, *L. 30. pr. eod.*

INSULA tribus modis in flumine fit, uno modo, cum agrum, qui alvei non fuit, amnis circumfluit, altero, cum locum, qui alvei esset, siccum relinquit & circumfluere cœpit; tertio, cum paularim colluendo locum eminentem supra alveum fecit, & cum alluendo auxit, *L. 30. §. 2. eod.*

INSULA, quam facit flumen circumfluendo agrum, qui alvei non fuit, dicitur esse ejus, cujus erat ille ager, *ibid.* & §. *22. de A. R. D.*

INSULA nata in flumine ante faciem agri mei, ejusdem longitudinis, quæ est ager meus, & sic tota mea facta est, etiam fit meum, quod postea per alluvionem accrevit insulæ, etiamsi illud augmentum sit ante faciem agri vicini, quia illud augmentum cedit insulæ jam factæ meæ, *L. 56. pr. eod.*

INSULA nata in flumine ejusdem generis est, quo sunt ripæ fluminum, quæ quoad usum sunt publicæ, quoad proprietatem sunt eorum, qui possident prope ripam, *L. 65. §. 1. eod.*

INSULA nata juxta fundi mei ripam, si inter eam & contrariam ripam alia insula nata sit, illa erit illius, qui magis propinquior erit, & mensurari debet ab *insula*, quæ mea est, & non ab agro meo, *L. 65. §. 3. eod.*

INSULA in mari nata ejus fit, qui prius ejus possessionem nactus fuerit, secus est in *insula* in flumine nata, *L. 1. §. 1. de acquir. & amitt. poss.*

Si INSULA in flumine publico nata sit, & in ea aliquid fiat, non videtur in publico fieri, *L. 1. §. 6. de flumin.*

INSULA in flumine publico nata aut occupantis est, si limitati agri fuerunt, aut ejus, cujus ripam contingit, aut si in medio alveo nata est, eorum est, qui prope utrasque ripas possident, *ibid.*

INSULA *pro domo.*

Si INSULAM fieri stipulatus sim, & transierit tempus, quo potueris facere, quamdiu litem contestatus sim, posse te facientem liberari placet, quod si jam litem contestatus sim, nihil tibi prodesse, si ædifices, *L. 84. de V. O.*

INSULARIUS.

Si quid cum INSULARIO, s. *insulæ custode*, gestum sit, præponens in solidum tenetur, *L. 5. §. 1. de institoria actione.*

INTEGER, *a*, *m*.

INTEGRA sc. *terra* est, in quam nondum dominus pascendi gratia pecus immisit, *L. 30 §. 3. de V. S.*

INTEGRAE opinionis testes, *II. F. 51.*

INTEGRA re, mortuo mandatore expirat mandatum, *c. 30. X. de offic. deleg.*

INTEL-

INTELLECTUS.

INTELLECTUS, non favor debet parere electionem, *c. 17. q. 1. caus. 8.*

Sub eadem litera INTELLECTUS multiplex sæpe latet, *Extrav. Ioan. XII. c. 2. §. nos autem.*

INTENTIO.

INTENTIO non debet verbis deservire, sed verba intentioni, *c. 11. §. 1. q. 5. caus. 22.*

INTENTIONEM præstantis, non recipientis respicit Deus in juramentis, seu non sicut is, cui juratur, sed sicut is, qui jurat, intelligit, sic accipit Deus, *ibid.* & *c. 13. ead.*

INTENTIO rea facit linguam ream, *c. 2. & seqq. q. 2. caus. 22.*

INTENTIO bona non excusat opus malum, *c. 27. pr. q. 1. caus. 1.*

INTENTIO mandantis semper attendenda est, & servanda, *c. 8. X. de rescriptis.*

INTENTIO in corde retenta repetitionem non parit, *L. 50. de condictione indeb.*

INTENTIO ambigua ita accipienda est, ut res salva actori sit, *L. 182. §. 1. de R. I.*

INTERCESSIO.

INTERCESSIO dicitur officium, *L. 3. §. 6. de peculio.*

INTERDICERE.

INTERDICERE potest quis aliquem ea provincia, quam regit, sed alia interdicere non potest, *L. 7. §. 11. de interdictis & relegatis.*

INTERDICI potest quis ea provincia, unde oriundus est ab eo, qui regit eam provinciam, in qua domicilium habet, *ibid.*

INTERDICTIO.

Per INTERDICTIONEM aquæ & ignis eximitur caput i. e. persona de civitate, *L. 2. de publicis judiciis.*

INTERDICTIO aquæ & ignis extinguit jura civilia & sic patriam potestatem, *L. 29. §. 5. de liberis & posthum.*

INTERDICTUM.

INTERDICTA aut de divinis rebus aut de humanis competunt, *L. 1. pr. de interdictis.*

INTERDICTA de rebus *hominum* redduntur, aut de his, quæ sunt alicujus, aut de his, quæ nullius sunt, *ibid.*

INTERDICTA, quæ redduntur de his, quæ sunt nullius, hæc sunt, interdicta de liberis personis exhibendis & ducendis, *ibid.*

INTERDICTA, quæ redduntur de his, quæ alicujus sunt, sunt aut publica, aut singulorum, *ibid.*

INTERDICTA publica competunt de locis publicis. de viis, deque fluminibus publicis, *ibid.*

INTERDICTA singulorum aut ad universitatem pertinent, ut *interdictum* quorum bonorum; aut ad singulares res, ut est *interdictum* uti possidetis, de itinere actuque, *ibid.*

INTERDICTORUM tres species sunt, exhibitoria, prohibitoria & restitutoria, *L. 1. § 1. eod.*

Quædam INTERDICTA & mixta sunt, quæ & prohibitoria sunt, & exhibitoria, *ibid.*

INTERDICTORUM quædam in præsens, quædam in præteritum referuntur; in præsens, ut uti *possidetis*; in præteritum, ut *de itinere, actuque, de aqua æstiva*, *L. 1. § 2 eod.*

INTERDICTA omnia, licet in rem videantur concepta, vi tamen ipsa personalia sunt, *L. 1. §. 3 eod.*

INTERDICTORUM quædam annalia sunt, quædam perpetua, *L. 1. §. 4. eod.*

INTERDICTORUM quædam duplicia sunt, quædam simplicia, *L. 2. pr. eod.* & *§. 7. de interdictis.*

INTERDICTA duplicia dicuntur, quæ tam

tam recuperandæ, quam adipiscendæ possessionis causa competunt, ut *uti possidetis*, *ibid.* & *§. 3. de interd.*

INTERDICTA simplicia sunt ea, veluti, exhibitoria, & restitutoria, item prohibitoria *de arboribus cædendis*, & *de itinere actuque*, *ibid.*

INTERDICTA vel hominum causa, vel divini juris, aut de religione competunt, *L. 2. §. 1. eod.*

INTERDICTA divini juris, aut de religione sunt, veluti, *Ne quid in loco sacro fiat*; vel *Quod factum est, restituatur*; & *De mortuo inferendo*, vel *sepulchro ædificando*, *ibid.*

INTERDICTA hominum causa competunt, vel ad publicam utilitatem pertinentia, vel sui juris tuendi causa, vel officii tuendi causa, vel rei familiaris, *ibid.*

INTERDICTVM publicæ utilitatis causa competit, *Vt via publica uti liceat*, *& flumine publico*; & *Ne quid fiat in via publica*, *ibid.*

INTERDICTVM juris sui tuendi causa, *De liberis exhibendis*, item *De liberto exhibendo*, *ibid.*

INTERDICTVM officii causa competit, veluti, *De homine libero exhibendo*, *ibid.*

INTERDICTA reliqua rei familiaris causa dantur, *ibid.*

Quædam INTERDICTA rei persecutionem continent, veluti *De itinere actuque privato*, nam proprietatis causam continet hoc interdictum, *L. 2. §. 2. eod.*

Hæc INTERDICTA, quæ ad rem familiarem spectant, aut *adipiscendæ* sunt possessionis, aut *recuperandæ*, aut *retinendæ*, *L. 2. §. 3. eod.* & *§. 2. de interdictis*

INTERDICTA adipiscendæ possessionis sunt, quæ competunt his, qui ante non sunt nacti possessionem, *ibid.*

INTERDICTA adipiscendæ possessionis sunt, *Quorum bonorum*; Salvianum quoque interdictum, quod est de pignoribus, ex hoc genere est, *ib.*

INTERDICTA recuperandæ possessionis causa proponuntur sub rubrica, *unde vi*, aliqua enim sub hoc titulo interdicta sunt, *ibid.*

INTERDICTA retinendæ possessionis sunt, *uti possidetis*, *ibid.*

In INTERDICTIS exinde ratio habetur fructuum, ex quo edita sunt, non retro, *L. 3. eod.*

Ex quibus causis annua INTERDICTA sunt, ex his de eo, quod ad eum, cum quo agitur, pervenit, post annum judicium dandum, *Sabinus* respondit, *L. 4. eod.*

INTERDICTA noxalia ea sunt, quæ ob delictum eorum, quos in potestate habemus, dantur, veluti cum vi dejecerunt, aut vi aut clam opus fecerunt, *L. 5. eod.*

Erant INTERDICTA, pro quibus nunc actiones exercentur, formæ atque conceptiones verborum, quibus Prætor aut jubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat, quod tunc maxime fiebat, cum de possessione, aut quasi possessione inter aliquos contendebatur, *pr. Inst. de interdictis.*

Summa divisio INTERDICTORVM hæc est: Quod aut *prohibitoria* sunt, aut *exhibitoria*, *§. 1. eod.*

INTERDICTA prohibitoria sunt, quibus Prætor vetat aliquid fieri, veluti vim sine vitio possidenti vel mortuum inferenti, quo ei jus erat inferendi, vel in sacro loco ædificari, vel in flumine publico ripave ejus aliquid fieri, quo pejus navigetur, *ibid.*

INTERDICTA restitutoria sunt, quibus restitui aliquid jubet, veluti bonorum possessori possessionem eorum, quæ quis pro herede aut pro possessore possidet ex ea hereditate; aut

cum

cum jubet ei, qui vi de possessione fundi dejectus sit, restitui possessionem, *§. 1. eod.*

INTERDICTA exhibitoria sunt, per quæ Prætor jubet exhiberi, veluti eum, cujus de libertate agitur; aut libertum, cui patronus operas indicere velit, aut parenti liberos, qui in potestate ejus sunt, *ibid.*

Sunt quidam, qui putant proprie INTERDICTA ea vocari, quæ prohibitoria sunt, quia interdicere sit denunciare & prohibere; Restitutoria autem & exhibitoria, proprie *decreta* vocari, *ibid.*

INTERDICTUM adipiscendæ possessionis causa accommodatur bonorum possessori, quod appellatur *Quorum bonorum*, §. 2. *eod.*

INTERDICTUM adipiscendæ possessionis causa ideo vocatur, quia ei tantum utile est, qui nunc primum conatur adipisci rei possessionem; itaque si quis adeptus possessionem, amiserit eam, hoc interdictum ei inutile est, *§. 3. eod.*

Omnia INTERDICTA exinde appellantur, quia inter duos dicuntur, §. *1. eod.*

INTERDICTA retinendæ possessionis causa comparata sunt *uti possidetis & utrubi*; cum ab utraque parte de proprietate alicujus rei controversia sit, & ante quæratur, uter ex litigatoribus possidere, & uter petere debeat? Namque nisi ante exploratum fuerit, utrius eorum possessio sit, non potest petitoria actio institui, quia & civilis & naturalis ratio facit, ut alius possideat, & alius à possidente petat, §. *4. eod.*

INTERDICTA recuperandæ possessionis causa locum habent, si quis ex possessione fundi vel ædium vi dejectus fuerit, §. *6. eod.*

INTERDICTA simplicia sunt, veluti in quibus alter actor, alter reus est; qualia sunt omnia restitutoria aut exhibitoria, *§. 7. eod.*

INTERDICTA simplicia sunt, veluti cum Prætor prohibet in loco sacro, vel in flumine publico, ripave ejus aliquid fieri, *ibid.*

INTERDICTA duplicia ideo vocantur, quia par utriusque litigatoris in his conditio est, nec quisquam præcipue reus vel actor intelligitur, sed uniusquisque tam rei quam actoris partes sustinet, *ibid.*

INTERDICTA, ne rami arborum noceant, per identitatem rationis extenduntur, ne earum radices officiant, *L. 1. C. de interdictis.*

INTERDICTA licet in extraordinariis judiciis proprie locum non habent, tamen ad exemplum eorum res agitur, *L. 3. C. eod.*

INTERDICTUM qui proponit in limine judicii, tenetur actionem exprimere, *L. 4. C. eod.*

INTERDICTUM *de aqua quotidiana.*

INTERDICTUM de aqua quotidiana est prohibitorium, & interdum restitutorium, & pertinet ad aquam quotidianam, *L. 1. §. 1. de aqua quotidiana.*

INTERDICTUM de aqua quotidiana competit ei, qui duxit aquam hoc anno non quotidie, sed vel una die, vel una nocte, *L. 1. §. 4. eod.*

INTERDICTUM hoc habet locum in aqua perenni, nulla enim alia aqua duci potest, nisi quæ perennis est, *L. 1. §. 5. eod.*

Hoc INTERDICTUM ad eam aquam pertinet, quod à capite ducitur, *L. 1. §. 7. eod.*

INTERDICTUM de aqua quotid. competit ei, qui ducebat aquam,

quæ ſudoribus manando in aliquem locum primum confluere, atque ibi apparere incipit, *L. 1. §. 8. eod.*

INTERDICTVM de aqua quotidiana competit ei, qui putat ſe ducere jure ſervitutis, vel alterius juris, & bona fide duxit aquam, quæ ſibi jure non debebatur, cum non in jure, ſed in facto erraverit, *L. 1. §. 10. eod.*

INTERDICTVM de aqua & fonte habet locum non ſolum in aqua, quæ ad agros irrigandos pertinet, ſed etiam in illa, quæ ad uſum & commodum noſtrum pertinet, *L. 1. §. 11. eod.*

INTERDICTVM de aqua competit pro aqua ducenda etiam in urbana prædia, *ibid.*

INTERDICTVM de aqua competit tam pro aqua frigida ducenda, quam pro calida ducenda, ſive intra urbem, ſive extra urbem, *L. 1. §. 13. eod.*

INTERDICTVM de aqua quotidiana competit pro aqua ducenda, quamvis aqua non ſit neceſſaria ad agros irrigandos, dummodo ſit neceſſaria ad aliquem alium uſum, *ib.*

INTERDICTVM de aqua quotidiana competit etiam ei, qui ſe putat ſuo jure uti, non ei, qui ſcit ſe nullum jus habere, & utitur, *L. 1. §. 19. eodem.*

INTERDICTVM de aqua quotidiana competit etiam ei, qui hoc anno duxit aquam non vi, non clam, non precario, licet poſtea eodem anno vitioſe uſus ſit, *L. 1. §. 20. eod.*

INTERDICTVM de aqua quotidiana competit etiam ei, qui ante annum aquam duxit jure ſervitutis, deinde in ſequenti tempore, i. e. intra annum aqua fluxerit ipſamet per ſe, quia quaſi duxiſſe videtur ipſe, *L. 1. §. 21. eod.*

Competit hoc INTERDICTVM adverſus eum, qui prohibet me aquam ducere; & nihil intereſt, utrum quis dominium fundi habeat, an non, *L. 1. §. 25. eod.*

Hoc INTERDICTO prohibetur quis, ne quid in illo fundo faciat, fodiat, ſerat, ſuccidat, putet, ædificet, quare ex re ea aqua, quam ille hoc anno per fundum tuum ſine vitio duxit, inquinetur, vitietur, corrumpatur, deteriorve fiat, *L. 1. §. 27. eod.*

Hoc INTERDICTVM etiam de aqua æſtiva proponitur, *L. 1. §. 30. eod.*

INTERDICTVM *de arboribus cædendis.*

INTERDICTVM de arboribus cædendis eſt prohibitorium, *L. 1. §. 1. de arboribus cædendis.*

Hoc INTERDICTVM non ſolum domino ædium, ſed etiam ei, qui uſumfructum habet, competit, quia & ipſius intereſt, arborem iſtam non impendere, *L. 1. §. 4. eod.*

INTERDICTVM de arboribus cædendis, ſi arbor communibus ædibus impendeat, ſingulis dominis & quidem in ſolidum competit, *L. 1. §. 5. eod.*

Differentia duorum capitum hujus INTERDICTI hæc eſt: Si quidem arbor ædibus impendeat, ſuccidi eam præcipitur, ſi vero agro impendeat, tantum usque ad quindecim pedes à terra coërceri, *L. 1. §. 9. eod.*

INTERDICTVM *quorum bonorum.*

INTERDICTVM quorum bonorum eſt reſtitutorium, & ad univerſitatem bonorum, non ad ſingulas res pertinet, *L. 1. §. 1. quorum bonorum.*

INTERDICTVM quorum bonorum eſt adipiſcendæ poſſeſſionis univerſorum bonorum, *ib.*

INTERDICTO quorum bonorum debitores hereditarii non tenentur, ſed tan-

tantum corporum possessores, *L. 2. eod.*

INTERDICTUM quorum bonorum competit etiam bonorum possessori ab intestato, & datur contra eum, qui possidet pro herede, vel possessore, vel dolo desiit possidere, *L. 2. C. quorum bonor.*

INTERDICTI quorum bonorum vis ac potestas hæc est, ut quod ex his bonis quisque, quorum possessio alicui data est, pro herede aut pro possessore possideat, id ei, cui bonorum possessio data est, restituere debeat, *§. 3. de interdictis.*

INTERDICTUM
de Cloacis.

INTERDICTA duo dantur circa cloacas, unum *prohibitorium*, aliud *restitutorium*; prohibitorium datur alicui pro purgandis & reficiendis cloacis, quæ ex ædibus ejus in alienas ædes pertinent, *L. 1. §. 1. & 2. de cloacis.*

INTERDICTUM hoc propositum est de cloacis privatis, publicæ enim cloacæ publicam curam merentur, *L. 1. §. 3. eod.*

INTERDICTUM de cloacis purgandis, vel reficiendis, prohibitorium est, quo prohibetur vicinus vim facere, quominus cloacæ purgentur, & reficiantur, *L. 1. §. 5. eod.*

INTERDICTUM prohibitorium datur mihi pro purganda, vel reficienda cloaca, quæ ex ædificio meo in tuum ædificium, vel ex urbano ædificio in agrum proximum, vel ex area mea in tuam ducta sit, *L. 1. §. 8. & 9. eod.*

INTERDICTUM de cloacis purgandis & reficiendis pertinet tam ad proximum vicinum, quam adversus ulteriores, per quorum ædes cloaca currit, *L. 1. §. 11. eod.*

INTERDICTUM de cloacis purgandis & reficiendis competit alicui, ut in vicini ædes veniat, & rescindat pavimenta purgandæ cloacæ causa, tenetur tamen restaurare id, quod ex necessitate reficiendæ cloacæ causa resciderat, *L. 1. §. 12. eod.*

INTERDICTUM restitutorium datur, ut destruatur, quod in publica cloaca factum sive immissum quis habet, quo usus ejus deterior sit, fiat, & etiam ut ne quid fiat, immittaturve, & ita pertinet hoc interdictum ad publicas cloacas, *L. 1. §. 15. & 16. eod.*

INTERDICTUM
ut
in flumine publico navigare liceat.

Hoc INTERDICTO prospicitur, ne quis in flumine publico navigare prohibeatur, *L. ul. §. 1. ut in flumine publico* &c.

INTERDICTUM ut in flumine publico navigare liceat utile competit publicano, qui lacum vel stagnum conduxit, si piscari prohibeatur, *L. 1. §. 7. eod.*

INTERDICTUM
ne
quid in flumine publico fiat, quo aliter aqua fluat, atque uti priore æstate fluxit.

Hoc INTERDICTO prospexit Prætor, ne derivationibus minus concessis, flumina excrescant, vel mutatus alveus vicinis injuriam aliquam afferat, *L. 1. §. 1. ne quid in flumine publico fiat* &c.

Hoc INTERDICTUM pertinet ad flumina publica, sive navigabilia sunt, sive non sunt, *L. 1. §. 2. eod.*

Is hoc INTERDICTO tenetur, *qui aliter fecit fluere, quam priore æstate fluxit*, *L. 1. §. 8. eod.*

INTERDICTUM ne quid in flumine &c. cuivis ex populo competit, sed

non

non adversus omnes, verum adversus eum, qui deneget, ut aliter aqua flueret, cum jus non haberet, *L. 1. §. 9. eod.*

INTERDICTUM hoc in heredes competit, *L. 1. §. 10. eod.*

INTERDICTUM
de
fluminibus, ne quid in flumine publico ripave ejus fiat, quo pejus navigetur

Hoc INTERDICTUM ad flumina publica pertinet, si autem flumen privatum sit, cessabit interdictum, *L. 1. §. 4. de fluminibus* &c.

INTERDICTUM de fluminibus, &c. ad ea tantum flumina publica pertinet, quæ sunt navigabilia, ad cætera non pertinet, *L. 1. §. 12. eod.*

INTERDICTUM de fluminibus &c. utile competit, si quid in eo flumine, quod navigabile non sit, fiat, ut exarescat, vel aquæ cursus impediatur, *ibid.*

INTERDICTUM
de fonte.

Hoc INTERDICTUM proponitur ei, qui fontana aqua uti prohibetur, *L. un. §. 1. de fonte.*

INTERDICTUM de fonte locum habet, si quis uti prohibeatur aqua, h. e. sive haurire prohibeatur, sive etiam pecus ad aquam appellere, *L. un. §. 2. eod.*

Hoc INTERDICTUM de cisterna non competit, nam cisterna non habet perpetuam causam, nec vivam aquam, *L. un. §. 4. eod.*

INTERDICTUM de fonte cessat, si lacus, piscina, puteus vivam aquam non habeat, *ib.*

INTERDICTUM de fonte competit etiam ei, qui ire ad haustum aquæ prohibetur, *L. un. §. 5. eod.*

INTERDICTUM de fonte eandem habet utilitatem, quam interdictum de rivis reficiendis, nam nisi reficere, & purgare fontem liceret, nullus esset ejus usus, *L. un. §. 7. eod.*

INTERDICTUM
de glande legenda.

Hoc INTERDICTO Prætor cavet, ne domino glandis, quæ in fundum vicini cecidit, legenti, etiam tertia die, vis fiat, *L. un. pr. de glande legenda.*

INTERDICTUM
de
homine libero exhibendo.

Hoc INTERDICTUM proponitur tuendæ libertatis causa, videlicet, ne homines liberi retineantur à quoquam, *L. 1. §. 1. de homine libero exhib.*

INTERDICTUM de homine libero exhibendo non aufert legis Flaviæ executionem, nam qui agit hoc interdicto, nihilominus poterit instituere accusationem legis Flaviæ, & econtra, qui agit lege Flavia, poterit nihilominus & hoc interdictum habere, *L. 3. pr. eod.*

INTERDICTO de libero homine exhibendo tenetur detinens quemlibet liberum, sive puberem, sive impuberem, masculum, sive fœminam, sive unum, sive plures, sive sui juris, sive alieni, quia in hoc inspicitur tantum, an liber sit, *L. 3. §. 1. eod.*

INTERDICTO de libero homine exhibendo non tenetur, qui detinet eum, quem in potestate habet, *L. 3. §. 2. eod.*

INTERDICTO de homine libero exhibendo non tenetur ille, qui detinet eum, quem ab hostibus redemit, nisi detineat, pretio sibi oblato, aut à se pretio remisso ei, *L. 3. §. 3. eod.*

INTERDICTO de libero homine exhiben-

hibendo non tenetur pater, qui detinet filium emancipatum, quia pietas paterna efficit sine dolo malo videri retineri, nisi evidens dolus malus intercedat, *L. 3. §. 4. eod.*

INTERDICTO de homine libero exhibendo non tenetur detinens libertum suum, aut alumnum, vel noxæ sibi datum adhuc impuberem, quem credebat servum, cum liber esset, *ib.*

INTERDICTUM de homine libero exhibendo habet locum, quoties quis pro certo liberum detinet, secus si detinens ignoret eum esse liberum, aut dubitet, aut faciat ei status quæstionem, *L. 3. §. 6. eod.*

Hoc INTERDICTUM omnibus competit, qui volunt id intentare, removentur tamen ex causa suspectæ personæ, si velint intentare, ut quia forte sit talis persona, quam verisimile est colludere, aut calumniari, *L. 3. §. 9. & 10. eod.*

INTERDICTUM de homine libero exhibendo competit mulieri, aut pupillo pro parente, vel affine, aut cognato suo detento, *L. 3. §. 11. eod.*

INTERDICTUM de homine libero exhibendo si plures voluerint intentare, eligi debet à Prætore is, ad quem maxime res pertinet, vel is, qui idoneior est, quod æstimabitur ex fide, & conjunctione cum detento, & dignitate, *L. 3. §. 12. eod.*

INTERDICTO de libero homine exhibendo si quis egit, non potest alius postea intentare illud interdictum, nisi doceatur de prævaricatione, aut perfidia prioris, *L. 3. §. 13. eod.*

INTERDICTO de libero homine exhibendo condemnatus si malit litis æstimationem, h. e. quinquaginta aureos, vel quanti arbitrabitur bonus vir, vel quanti in litem juraverit, solvere, quam hominem exhibere, potest adhuc interdictum intentare sine exceptione rei judicatæ, vel ab eo, qui primo egit, vel ab alio, *ib.*

INTERDICTUM de homine libero exhibendo datur etiam in absentem, qui si non defendatur, fit missio in ejus bonis, *L. 13. §. 14. eod.*

INTERDICTUM de homine libero exhibendo est perpetuum, *L. 3. §. 15. eod.*

INTERDICTO de homine libero exhibendo non tenetur, qui liberum hominem pro servo ignoranter bona fide emit, *L. 4. §. 1. eod.*

INTERDICTUM. *de itinere actuque privato.*

Hoc INTERDICTUM prohibitorium est, pertinens ad tuendas rusticas tantummodo servitutes, *L. 1. §. 1. de itinere actuque privato.*

Hoc INTERDICTO Prætor non inquirit, utrum habuit jure servitutem impositam, an non; sed hoc tantum, an itinere actuque hoc anno usus sit non vi, non clam, non precario, & tuetur eum, licet eo tempore, quo *interdictum* redditur, usus non sit, *L. 1. §. 2. eod.*

Annus ex die INTERDICTI de itinere actuque privato retrorsum computari debet, *L. 1. §. 3. eod.*

Si quis hoc INTERDICTO utatur, sufficit alterutrum probare, vel iter, vel actum in usu habuisse, *L. 1. §. 4. eod.*

INTERDICTUM de itinere actuque competit domino, & etiam ei, qui precario rogavit fundum dominantem, non tamen rogavit viam, *L. 1. §. 11. eod.*

INTERDICTUM de itinere actuque datur ei, qui solum triginta diebus absque vitio hoc anno usus est itinere non vi, non clam, non precario, licet

licet postea cœperit vi, clam, vel precario, *L. 1. §. 12. eod.*

INTERDICTUM de itinere actuque annale est, & emptor fundi victus in eo agit ex empto contra venditorem, *L. 3. pr. eod.*

In INTERDICTO hoc æstimatur, quanti interesset ejus, via non prohiberi, sive itinere, *L. 3. §. 3. eod.*

INTERDICTUM de itinere actuque competit tam fructuario; quam proprietario, si quilibet eorum hoc anno usus sit itinere triginta diebus non vi, non clam, non precario, *L. 3. §. 5. eod.*

Hoc INTERDICTUM & ei competit, qui donationis causa fundi vacuam possessionem adeptus est, *L. 3. §. 6. eod.*

INTERDICTUM de itinere actuque competit ei, cujus mandato emit quis fundum, si is mandatarius usus sit itinere hoc anno 30. diebus, *L. 3. §. 7. eod.*

INTERDICTUM de itinere actuque pro refectione itineris, vel actus valde utile est, nam qualiter posset quis uti itinere, vel actu, nisi ei liceret reficere, *L. 3. §. 12. eod.*

INTERDICTUM de itinere actuque pro itinere, vel actu differt ab interdicto de itinere, vel actu pro refectione itineris, quia illo interdicto possunt uti omnes, qui hoc anno usi sunt, sed pro refectione itineris is demum uti debet, qui hoc anno usus est, & sibi jus esse reficiendi doceat, & jus reficiendi videtur habere ille, cui servitus debetur, *L. 3. §. 13. eod.*

INTERDICTUM de itinere actuque competit non solum prohibito vel uti, vel reficere, sed etiam ejus successoribus competit, nec non emptori fundi dominantis, & in emptorem fundi servientis, *L. 5. §. 2. eod.*

INTERDICTUM de itinere actuque competit habentibus servitutem itineris, vel actus jure pacti, vel testamenti, vel jure præscriptionis longissimæ, cujus non extat memoria, *L. 5. §. 3. eod.*

INTERDICTUM de lacu, puteo, piscina.

INTERDICTUM de lacu, puteo, piscina, reficiendis purgandisve competit omnibus personis, quibus permittitur interdictum de aqua æstiva, *L. 1. §. 11. de fonte.*

INTERDICTUM quod legatorum.

Hoc INTERDICTUM vulgo quod legatorum appellatur, *L. 1. pr. quod legatorum.*

INTERDICTUM quod legatorum est adipiscendæ possessionis, *L. 1. §. 1. eod.*

INTERDICTUM hoc continet hanc causam; *ut quod quis legatorum nomine non ex voluntate heredis occupavit, id restituat heredi, L. 1. §. 2. eod.*

INTERDICTUM quod legatorum datur heredi, & heredis heredi, & bonorum possessori, & ejus heredi, *L. 1. §. 3. eod.*

INTERDICTUM quod legatorum, & petitionem hereditatis simul heres proponere potest, quando est incertum heredi, an conventus tanquam legatarius, an tanquam heres, vel possessor possideat, *L. 1. §. 4. eod.*

INTERDICTUM quod legatorum habet locum, etiamsi quis propria autoritate occupat servitutem, vel usumfructum sibi legatum, licet talia non videantur proprie possideri, sed teneri, *L. 1. §. 8. eod.*

INTERDICTUM quod legatorum non habet

habet locum, quando heres vel bonorum possessor post aditam hereditatem, vel bonorum possessionem secundum tabulas agnitam accommodavit voluntatem suam legatario, ut possideret rem legatam, quam occupavit, secus si ante aditam hereditatem, vel ante bonorum possessionem agnitam accommodasset, *L. 1. §. 11. eod.*

INTERDICTUM quod legatorum competit, sive legatarius possidere cœpit rem legatam, sive heres ejus, vel successor ejus singularis, *L. 1. §. 13. eod.*

INTERDICTUM quod legatorum non habet locum, quando legatarius voluntate heredis à principio cœpit possidere rem legatam, quæ possideret antea, sed postea heres ratum habuit, *L. 3. §. 14. eod.*

INTERDICTUM quod legatorum cessat, quando legatarius cœpit possidere rem legatam voluntate heredis, licet postea heres voluntatem mutaverit, quia sufficit semel voluisse, *ibid.*

INTERDICTUM quod legatorum non datur heredi, nisi satisdederit legatario de reddendo legato salva Falcidia, & debet satisdare, ita ut duret, alias legatarius, qui jam accepta satisdatione restituerat heredi, mittitur in possessionem legatorum servandorum causa, *L. 1. §. 16. & 17. eod.*

In INTERDICTO quod legatorum legatarius non restituens debet condemnari in id, quod interest, veniunt etiam fructus à die litis contestationis, *L. 2. §. 2. eod.*

INTERDICTUM *de* *liberis exhibendis.*

Hoc INTERDICTUM proponitur adversus eum, quem quis exhibere desiderat eum, quem in sua potestate esse dicit, *L. 1. §. 1. de liberis exhibendis* &c.

In INTERDICTO de liberis exhibendis non admittitur, ex qua causa sit apud detinentem is, qui exhiberi debet, sed omnimodo cogitur restituere eum patri, ex quo est in ejus potestate, nisi sit mater, quæ tenet filium in potestate patris constitutum, cum interdum expediat apud eam esse filium magis, quam apud patrem ex justa causa, ut quia lactabat eum, *L. 1. §. 3. eod.*

INTERDICTO de liberis exhibendis agenti potest objici exceptio rei judicatæ, si judicatum sit etiam per injuriam, detentum non esse in potestate, *L. 1. §. 4. eod.*

INTERDICTUM de liberis exhibendis est præparatorium interdicti de liberis ducendis, *L. 3. §. 1. eod.*

INTERDICTUM de liberis exhibendis exhibitorium est, h. e. pertinet ad exhibitionem liberorum, *ib.*

INTERDICTUM *de* *liberis ducendis.*

INTERDICTUM de liberis ducendis pertinet ad ductionem, ut ducere quis possit eos, in quos habet jus ductionis, *L. 3. §. 1. de liberis exhibendis.*

INTERDICTUM de liberis ducendis competit ex his causis, ex quibus competit interdictum de liberis exhibendis, & quæ dicuntur in interdicto de exhibendis liberis, eadem quoque dicta accipienda sunt in interdicto de liberis ducendis, *L. 3. §. 2. eod.*

In INTERDICTO de liberis ducendis, donec judicetur puella impubes, & ille, qui proxime prætextati ætatem

tem accedit, debet interim apud matremfamilias notæ autoritatis deponi, *L. 3. §. 6. eod.*

INTERDICTVM de liberis ducendis non competit patri, quando filius sua sponte apud aliquem est, quia filius tunc magis apud se est, quam apud eum, in quem interdicetur, nisi controversia esset inter duos, qui se patres dicerent, & alter ab altero exhiberi eum peteret, quia tunc habet locum interdictum, *L. 5. eod.*

INTERDICTVM
de
locis & itineribus publicis.

INTERDICTVM hoc locum habet, quando quis in via publica monumentum velit exstruere, *L. 2. de locis & itineribus publicis.*

INTERDICTVM
ne
quid in loco publico, vel itinere fiat.

INTERDICTVM ne quid in loco publico vel itinere fiat est prohibitorium, *L. 2. §. 1. ne quid in loco publico, vel itin.*

Hoc INTERDICTVM ad ea loca, quæ sunt in fisci patrimonio, non pertinet, *L. 2. §. 4. eod.*

Ad ea loca hoc INTERDICTVM pertinet, quæ publico usui destinata sunt, ut si quid illic fiat, quod privato noceret, Prætor intercederet *interdicto* suo, *L. 2. §. 3. eod.*

INTERDICTVM hoc competit, si quis, quod in publico loco positum habuit, reficere voluit, *L. 2. §. 7. eod.*

INTERDICTVM ne quid in loco publico &c. utile adversus eum, qui molem in mare projecit, competit ei, cui forte hæc res nocitura sit, si autem nemo damnum sentit, tuendus est is, qui in litore ædificat, vel molem in mare jacit, *L. 2. §. 8. eod.*

Hoc INTERDICTVM, si quis in mari piscari aut navigare prohibeatur, non habebit, quemadmodum nec is, qui in campo publico ludere, vel in publico balneo lavare, aut in theatro spectare arceatur, sed in his casibus injuriarum actione utendum est, *L. 2. §. 9. eod.*

INTERDICTVM
de
loco publico fruendo.

INTERDICTVM hoc publicæ utilitatis causa proponi palam est, tuetur enim vectigalia publica, dum prohibetur quis vim facere ei, qui id fruendum conduxit, *L. 1. §. 1. de loco publ. fruen o.*

Si simul ad INTERDICTVM de loco publico fruendo movendum veniant ipse, qui conduxerit, & socius ejus, magis est, ut ipse conductor præferatur, *L. 1. § 2. eod.*

INTERDICTVM
ne
quid in loco sacro fiat.

INTERDICTVM ne quid in loco sacro fiat, non de sacrario competit, *L. 1. §. 1. ne quid in loco sacro fiat.*

INTERDICTVM ne quid in loco sacro fiat, non ad hoc pertinet, quod ornamenti causa fit, sed quod deformitatis, vel incommodi, *L. 1. §. 2. eod.*

INTERDICTVM
de
migrando.

Hoc INTERDICTVM de migrando proponitur inquilino, qui soluta pensione vult migrare; nam colono non competit, *L. 1. §. 1. de migrando.*

INTERDICTVM de migrando infrequens est, *L. 1. §. 2. eod.*

INTERDICTVM de migrando utile competit ei, qui gratuitam habitationem habet, *L. 1. §. 3. eod.*

IN-

INTERDICTUM de migrando non competit inquilino, etiam si pensionem nondum debeat, quia nondum præteriit tempus in conventione expressum, nisi paratus sit solvere totam pensionem etiam futuri temporis, *L. 1. §. 4. eod.*

INTERDICTUM de migrando, ut competat inquilino pro abducendis rebus illatis, non refert, an res illatæ, quas ipse abducere vult, sint suæ, vel non, aut obligatæ sint, vel non, *L. 1. §. 5. eod.*

Hoc INTERDICTUM perpetuum est, & in successores, & successoribus dabitur, *L. 1. §. 6. eod.*

INTERDICTUM *de* *mortuo inferendo.*

Hoc INTERDICTO de mortuo inferendo dominus proprietatis uti potest, quod etiam de loco puro competit, *L. 1. §. 2. de mortuo inferendo.*

INTERDICTUM de mortuo inferendo locum habet, si mihi in fundum via debeatur, in quem fundum inferre volo, & via prohibear, *L. 1. §. 3. eod.*

INTERDICTUM de mortuo inferendo prohibitorium est, *L. 1. §. 4. eod.*

INTERDICTUM hoc propterea propositum est, quia religionis interest, monumenta exstrui & exornari, *L. 1. §. 6. eod.*

Is hoc INTERDICTO tenetur, qui id agit, ut labatur sepulchrum, *L. 1. §. 10. eod.*

INTERDICTUM *uti* *possidetis.*

INTERDICTUM uti possidetis de *soli* possessore scriptum est, quem potiorem Prætor in soli possessione habebat, *L. 1. §. 1. uti possidetis.*

Hoc INTERDICTUM est prohibitorium & competit ad retinendam possessionem, *ibid.*

Hujus INTERDICTI proponendi causa hæc fuit, quod separata esse debet possessio à proprietate, *L. 1. §. 2. eod.*

INTERDICTUM uti possidetis datur inter eos, inter quos contenditur, uter possideat, quia alteruter se magis possidere affirmat, *L. 1. §. 3. eod.*

INTERDICTUM hoc est retinendæ possessionis, nam hujus rei causa redditur, ne vis fiat ei, qui possidet, & consequenter proponitur post interdictum unde vi, *L. 1. §. 4. eod.*

INTERDICTUM uti possidetis tuetur, ne amittatur possessio, sed interdictum unde vi amissam possessionem restituit, *ibid.*

INTERDICTUM uti possidetis defendit possessorem, sed interdictum unde vi oppugnat violentum possessorem, & cogit restituere possessionem, quam per vim occupavit, *ib.*

Per INTERDICTUM uti possidetis, defenditur ille, qui non vi, non clam, non precario possidet ab adversario, *L. 1. §. 5. eod.*

INTERDICTUM uti possidetis datur possessori, sed actio, h. e. rei vindicatio nunquam datur possessori, *L. 1. §. 6. eod.*

Hoc INTERDICTUM locum habet, sive quis totum fundum possidere se dicat, sive pro certa parte, sive pro indiviso possideat, *L. 1. §. 7. eod.*

INTERDICTUM uti possidetis in omnibus etiam possessionibus, quæ sunt soli, sine dubio locum habebit, dummodo possideri possit, *L. 1. §. 8. eod.*

In INTERDICTO uti possidetis nihil refert, adversus extraneos an justa, vel injusta sit possessio, quia qualiscun-

cunque possessor eo ipso, quod possessor est, plus juris habet, quam ille, qui nec naturaliter, nec etiam injuste possidet quoad alios, *L. 2. eod.*

Hoc INTERDICTUM duplex est, & hi, quibus competit, & actores & rei sunt, *L. 3. §. 1. eod.*

In hoc INTERDICTO, condemnationis summa refertur ad rei ipsius æstimationem, *L. 3. §. 11. eod.*

INTERDICTO uti possidetis vincit, qui titulum & possessionem ostendit, *c. 9. X. de probat.*

INTERDICTUM
de
Precario.

INTERDICTUM de precario restitutorium est, *L. 2. §. 1. de precario.*

INTERDICTUM hoc naturalem in se habet æquitatem, namque precarium revocare volenti competit; *Est enim natura æquum, tamdiu te liberalitate mea uti, quamdiu ego velim, & ut possim revocare, cum mutavero voluntatem*, *L. 2. §. 2. eod.*

INTERDICTO de precario non solum possumus uti, cum quid precario rogatum est, sed etiam præscriptis verbis actione, quæ ex bona fide oritur, cum bona fides desideratur, ut restituatur sicut, actum est, *ibid.*

Hoc INTERDICTO tenetur non utique ille, qui precario rogavit, sed qui precario habet; Etenim fieri potest, ut quis non rogavit, sed habeat precario; utputa servus meus rogavit, mihi acquisivit precarium, vel quis alius, qui juri meo subjectus est, *L. 4. §. 2. eod.*

INTERDICTUM de precario competit ei, à quo quis precario rogavit, non ei, cujus res est, *L. 8. pr. eod.*

INTERDICTUM hoc post annum competit, cum enim nonnunquam in longum tempus precarium concedatur, absurdum est dicere *interdictum* locum non habere post annum, *L. 8. §. 7. eod.*

INTERDICTO de precario tenetur heres ejus, qui precario rogavit, sicut & ipse defunctus, ut sive habeat, sive dolo fecerit, quo minus haberet, vel ad se perveniret, teneatur, sed ex dolo defuncti tenetur, quatenus ad eum pervenit, *L. 8. §. 8. eod.*

INTERDICTUM de precariis merito introductum est, quia nulla eo nomine juris civilis actio esset, magis enim ad donationes, & beneficii causam, quam ad negotii contracti spectat precarii conditio, *L. 14. eod.*

INTERDICTUM de precario habet summam æquitatem, ut eatenus quisque nostro utatur, quatenus ei tribuere velimus, *L. 15. pr. eod.*

INTERDICTUM
restitutorium.

INTERDICTUM restitutorium in quibus causis locum habeat, *L. 20. §. 1. de operis novi nunc.*

INTERDICTUM hoc locum habet, sive vacuus locus sit, ubi nunciatum est, sive ædificatus, *L. 20. §. 2. eod.*

INTERDICTUM restitutorium competit, sive jure, sive non jure factum est, *L. 20. §. 3. eod.*

INTERDICTUM hoc perpetuo datur, *L. 20. §. 6. eod.*

INTERDICTUM restitutorium heredi cæterisque successoribus competit, *L. 20. §. 6. eod.*

INTERDICTUM hoc locum habet adversus ipsum, qui opus fecit, vel factum ratum habuit, *L. 20. §. 7. eod.*

INTERDICTUM restitutorium in heredem ejus, qui opus fecit, competit, & quidem in id, quod ad eum pervenit, *L. 20. §. 8. eod.*

Hoc INTERDICTUM etiam post annum, & heredi cæterisque successoribus competit, *L. 20. §. 16. eod.*

INTERDICTVM
de
ripa munienda.

Hoc INTERDICTVM à Prætore de ripa fluminum munienda propositum est, *L. un. §. 1. de ripa munienda.*

INTERDICTO de ripa munienda expressum est, ut damni infecti in annos decem viri boni arbitratu vel caveatur, vel satisdetur, *L. un. §. 3. eod.*

Post opus factum, persequendi hoc INTERDICTO nulla facultas superest, etiamsi quid damni postea datum fuerit, sed Lege Aquilia experiendum est, *L. un. §. 5. eod.*

INTERDICTVM
de Rivis.

Hoc INTERDICTVM utilissimum est, nam si permittatur alicui reficere, alia ratione usu incommodabitur, *L. 1. §. 1. de rivis.*

INTERDICTO de rivis prohibetur quis, ne vim faciat ei, qui rivos, specus, septa reficere, purgare aquæ ducendæ causa vult, dummodo aquam non ducat aliter, quam uti priori æstate non vi, non clam, non precario duxit, *L. 1. pr. eod.*

Hoc INTERDICTVM competit etiam ei, qui jus aquæ ducendæ non habet, si modo aut priore æstate, aut eodem anno duxerit, cum sufficiat, non vi, non clam, non precario duxisse, *L. 1. §. 9. eod.*

INTERDICTVM de rivis utile competit ei, qui vult reficere lacum, in quem aqua ducitur, si inde per plures ductus ducatur, *L. 3. §. 3. eod.*

Hoc INTERDICTVM ad omnes rivos pertinet, sive in publico sive in privato sint constituti, *L. 3. §. 4. eod.*

INTERDICTVM de rivis competit etiam pro reficiendo rivo aquæ calidæ, et etiam pro cuniculo restituendo, per quem vapor trahitur in balneariis vaporibus, *L. 3. §. 5. & 6. eod.*

INTERDICTVM de rivis competit eisdem personis, & in easdem personas, quibus, & in quas dantur interdicta, de aqua quotidiana & æstiva, & de aqua ex castello, scilicet etiam heredibus, & contra heredes, & emptores, *L. 3. §. 7. eod.*

INTERDICTVM
Salvianum.

In Salviano INTERDICTO si in fundum communem duorum pignora sint ab aliquo invecta, possessor vincet, & erit eis descendendum ad Servianum judicium, *L. 2. de Salviano interdicto.*

INTERDICTVM Salvianum competit domino tantummodo contra inquilinum, vel colonum pro rebus illatis, & tacite obligatis, *L. 1. C. de precario.*

Si colonus ancillam in fundo pignoris nomine duxerit, & eam vendiderit, quod apud emptorem ex ea natum est, ejus apprehendendi gratia utile INTERDICTVM Salvianum reddi oportet, *L. 1. pr. de Salviano interdicto.*

INTERDICTVM Salvianum adipiscendæ possessionis causa comparatum est, eoque utitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigisset, *§. 3. de interdictis.*

INTERDICTVM
de
superficiebus.

In INTERDICTO de superficiebus omnia sunt servanda, quæ in *uti possidetis* interdicto servantur, *L. 1. §. 2. de superficiebus.*

IN-

INTERDICTVM
de
Tabulis exhibendis.

INTERDICTVM de tabulis exhibendis competit contra eum, qui tenet, vel dolo malo desiit habere testamentum, aut codicillos, aut aliam voluntatem, sive valeat voluntas, sive non valeat, sive sit ultima, sive prior, *L. 1. in pr. de tabulis exhibend.*

Hoc INTERDICTVM pertinet non tantum ad testamenti tabulas, verum ad omnia, quæ ad causam testamenti pertinent; utputa & ad codicillos pertinet, *L. 1. §. 2. eod.*

INTERDICTVM de tabulis exhibendis locum habet, si filiusfamilias de castrensi peculio fecerit testamentum, *L. 1. §. 8. eod.*

INTERDICTVM hoc etiam competit, si is, qui testamentum fecit, apud hostes decessit, *L. 1. §. 9. eod.*

INTERDICTVM de rivis ad vivi tabulas non pertinet, *L. 1. §. 10. eod.*

INTERDICTVM de tabulis exhibendis datur etiam contra depositarium, *L. 3. §. 2. eod.*

INTERDICTVM de tabulis exhibendis competit etiam pro pluribus tabulis, quæ particulariter scriptæ sunt in diversis locis, *L. 1. §. 6. eod.*

INTERDICTVM de tabulis exhibendis competit contra dominum, quando tabulæ penes ejus servum fuerunt, *L. 3. §. 4. eod.*

INTERDICTVM de tabulis exhibendis non habet locum, quando testator, dum vivit, tabulas suas esse dixit, & exhiberi desiderat, quia tunc agere debet ad exhibendum, ut exhibitas vindicet, *L. 3. §. 5. eod.*

INTERDICTO de tabulis exhibendis tenetur, qui tabulas testamenti dolo desiit possidere, potest etiam accusari Lege Cornelia testamentaria, quasi dolo testamentum suppresserit, *L. 3. §. 6. eod.*

Per INTERDICTVM de tabulis exhibendis non præjudicatur Legi Corneliæ testamentariæ, *ibid.*

INTERDICTO de tabulis exhibendis tenetur, qui non amovit, neque celavit tabulas, sed eas tradidit alii, ne teneretur eas exhibere interdicenti, non autem supprimendi tabulas, *ibid.*

INTERDICTVM hoc est exhibitorium, exhibere autem est materiæ ipsius apprehendendæ copiam facere, *L. 3. §. 7. & 8. eod.*

INTERDICTVM de tabulis exhibendis competit omnibus, qui in testamento aliquid adscriptum habent, *L. 3. §. 10. eod.*

INTERDICTVM de tabulis exhibendis conventus, si non exhibeat, tenetur in quantum interest petentis, unde si heredi non exhibeantur, condemnatur possessor tabularum in æstimationem hereditatis, *L. 3. §. 11. & 12. eod.*

INTERDICTVM hoc post annum competere constat, *L. 3. §. 16. eod.*

INTERDICTVM de tabulis exhibendis heredi cæterisque successoribus competit, *L. 3. §. 17. eod.*

INTERDICTO de tabulis exhibendis tenetur tutor, cujus pupillus possidebat tabulas testamenti, quæ dolo tutoris desierunt esse, *L. 4. eod.*

INTERDICTVM de tabulis exhibendis non competit, quando hereditatis petitio pendet ex tabulis, & lis contestata sit, puta duo sumus Titii, & in tabulis institutus Titius, uterque nostrum per petitionem hereditatis contendit se heredem in solidum, nemo nostrum poterit interdictum de tabulis exhibendis proponere, *L. 5. eod.*

INTER-

INTERDICTVM
de
Vi & vi armata, f. *unde vi.*

INTERDICTVM de vi & vi armata proponitur ei, qui vi dejectus est, etenim fuit æquissimum, vi dejecto subvenire, *L. 1. §. 1. de vi & vi arm.*

INTERDICTVM hoc proponitur, ad recuperandam possessionem, *ibid.*

Hoc INTERDICTVM concurrit cum Legibus Iuliis & Constitutionibus Principum, *L. 1. §. 2. eod.*

Hoc INTERDICTVM non ad omnem vim pertinet, sed ad vim atrocem, i. e. in qua dolus inest, & ad eos tantum, qui de solo, vel possessione dejiciuntur, puta de fundo, vel area, vel de ædificio, ad alium autem non pertinet, *L. 1. §. 3. eod.*

Et generaliter ad omnes hoc INTERDICTVM pertinet, qui de re solo cohærenti dejiciuntur, & ita competit, qualiscunque sit locus, unde vi dejectus est, etiam si fuerit insula superficiaria, de qua quis vi dejectus fuit, *L. 1. §. 4. & 5. eod.*

INTERDICTVM de vi & vi armata non pertinet ad res mobiles principaliter, nam pro illis agitur ex causa furti, vel vi bonorum raptorum, aut actione ad exhibendum, *L. 1. §. 6. eod.*

INTERDICTVM de vi & vi armata datur etiam nomine earum rerum, quæ sunt in fundo, vel in ædibus, unde quis vi dejectus est, *ibid.*

INTERDICTVM de vi & vi armata non datur ei, qui de navi dejectus est, sicut nec ei, qui de vehiculo dejectus est, *L. 1. §. 7. eod.*

INTERDICTVM hoc datur dejecto de ligneis ædibus, quia habet interdictum, quale quale sit illud, quod solo cohæreat, ut ei cedat, unde quis vi dejectus fuit, *L. 1 §. 8. eod.*

INTERDICTVM de vi & vi armata locum habet, quando quis vi dejectus est de arbore, quæ cohærebat solo, arg. *ibid.*

INTERDICTVM hoc locum habet, quando quis dejicitur per vim, sive à possessione naturali, sive à civili, *L. 1. §. 9. eod.*

INTERDICTVM de vi & vi armata competit uxori dejectæ à possessione rei, quam vir ei donavit, *L. 1. §. 10. eod.*

INTERDICTVM de vi & vi armata competit domino, si dejectus fuerit de possessione servus, vel procurator, aut colonus, aut quivis alius, per quem ipse possidebat, *L. 1. §. 22. eod.*

INTERDICTVM hoc nulli competit, nisi ei, qui tunc, cum dejiceretur, possidebat, nec alius dejici visus est, quam qui possidet, *L. 1. §. 23. eod.*

INTERDICTVM de vi & vi armata utile locum habet, si quis animo possidens, dejectus fuerit, *L. 1. §. 24. eod.*

INTERDICTVM de vi & vi armata competit illi, qui à me vi possidens ab alio vi dejectus est, *L. 1. §. 30. eod.*

Hoc INTERDICTVM & heredi & cæteris successoribus competit, *L. 1. §. 44. eod.*

INTERDICTVM de vi & vi armata non competit retinenti possessionem per suos, licet ipse dejectus fuerit, nisi hi, qui remanserunt in fundo, cœperint à dejiciente possideri, *L. 1. §. 45. eod.*

INTERDICTVM de vi & vi armata, vel actio in factum loco hujus *interdicti* datur etiam in heredem, & cæteros successores, in id, quod ad eos pervenit, aut dolo malo eorum factum est, quominus perveniret, *L. 1. §. 48. & L. 2. eod.*

INTERDICTVM de vi & vi armata non competit fugienti, & relinquenti

ti possessionem suam vano metu, *L. 3. §. 6. eod.*

INTERDICTUM hoc datur etiam adversus eum, qui dolo malo fecit, quo quis armis dejiceretur, *L. 3. §. 12. eod.*

INTERDICTUM de vi & vi armata datur fructuario, usuario, & etiam habitationem habenti, si prohibeantur uti, frui, *L. 3. §. 14. & 15. eod.*

INTERDICTUM de vi & vi armata competit contra municipes in id, quod ad eos pervenit, quando quis dejicit nomine municipum, *L. 4. eod.*

INTERDICTUM hoc pro vi compulsiva non habet locum, sed bene actio, quod metus causa, *L. 5. eod.*

Neque INTERDICTUM de vi & vi armata, s. unde vi, neque aliud interdictum famosum est, *L. 13. eod.*

INTERDICTUM de vi & vi armata, s. unde vi, recuperandæ possessionis dicitur, *§. 6. de interdictis.*

Ei proponitur INTERDICTUM unde vi, per quod is, qui dejecit, cogitur ei restituere possessionem, licet is ab eo, qui vi dejecit, vi, vel clam, vel precario possideat, *ibid.*

INTERDICTUM unde vi est momentaneæ possessionis sua origine, sicut & illa, quæ pro possessione competunt, *L. 8. C. unde vi.*

INTERDICTO unde vi qui vult uti, habet necesse inscribere, *ibid.*

INTERDICTUM unde vi est annale, & non datur contra heredes spoliatoris, nisi quatenus ad eos pervenit, *L. 2. C. eod.*

INTERDICTO unde vi miserabilis persona laicum convenire potest coram Iudice Ecclesiastico, etsi res subtracta dicatur feudalis, *c. 15. X. de for. compet.*

INTERDICTUM unde vi non datur, nisi contra illum, qui spoliavit, vel mandavit, aut habeat ratam
tionem, *c. 15. X. de restit. spo*

INTERDICTUM
quod vi aut clam.

Hoc INTERDICTUM restitu
est, & per hoc occursum est
tati eorum, qui vi aut clam q
moliuntur, jubentur enim e
tuere, *L. 1. §. 1. quod vi aut*

INTERDICTO quod vi aut cla
ti non potest quis objicere ex
nem, quod in suo fundo fece
§. 3. eod.

INTERDICTUM hoc ad ea s
ra pertinet, quæcunque in
aut clam fiunt, *L. 1. §. 4. eo*

INTERDICTUM quod vi aut
habeat locum, non est opus
omnibus momentis vis fiat,
ficit, quod semel inter initia
cta perseveret inter easdem p
L. 3. §. 1. eod.

INTERDICTO quod vi aut cla
ti potest objici exceptio co
nis, si post prohibitionem i
procurator, aut tutor, aut
furiosi, aut adulti permisit o
ri, *L. 3. §. 2. & 3. eod.*

INTERDICTUM quod vi a
mihi competit pro opere, c
ctum est causa celandi servi
procuratoris, *L. 5. §. 6. eod.*

INTERDICTO quod vi aut
netur quis non solum pro
quod ipse vi, aut clam fecit
iam pro eo, quod aliquis
aut alius ejus jussu fecit; tene
iam ejus heredes pro tali
patientiam tantum, *L. 5. §.*
eod.

INTERDICTO quod vi aut c
tenetur quis pro opere, quod
vus fecit vi, aut clam, nisi fe
mine domini, aut peculiari
L. 5. §. 11. eod.

INTERDICTO quod vi aut clam tenetur quis pro opere servi alicui, quem mercenarium habebat, si is servus fecit opus vi, aut clam ejus nomine, aut jussu, *ib.*

INTERDICTO quod vi aut clam tenetur non solum ille, qui fecit, sed etiam, qui fieri jussit, *L. 5. §. 14. eod.*

INTERDICTO quod vi aut clam agenti potest adversarius objicere exceptionem, quod non vi, non clam fecerit opus, *L. 7. §. 3. eod.*

INTERDICTUM quod vi aut clam pertinet tantum ad illa opera, quæ in solo fiunt, *L. 7. §. 5. eod.*

INTERDICTUM hoc locum habet, si quis fossam fecerit in sylva publica, & bos meus in eam inciderit, *L. 7. §. 8. eod.*

INTERDICTO quod vi aut clam tenetur ædificium destruens, quamvis non destruat usque ad solum, imo & qui tegulas de ædificio sustulit, tenebitur, *L. 7. §. 9. & 10. eod.*

INTERDICTUM hoc locum habet, si quis ramos de arboribus abstulerit, *L. 9. pr. eod.*

INTERDICTO quod vi aut clam non tenetur ille, qui abstulit serram domus, aut clavem, aut speculum non affixum, aut cancellum, *L. 9. §. 1. eod.*

INTERDICTO quod vi aut clam non tenetur ille, qui aliquid ædibus affixum avulsit, velut statuam, aut quid aliud, *L. 9. §. 2. eod.*

INTERDICTO quod vi aut clam tenetur ille, qui vi aut clam agrum vicini, quo factus deterior sit ager, aravit, aut fossam fecit, *L. 9. §. 3. eod.*

INTERDICTO hoc tenetur ille, qui acervum succendit vel dispersit sic, ut non ad usum agri convertat, *ib.*

INTERDICTO quod vi aut clam ille tenetur, qui in puteum vicini aliquid effuderit, ut hoc facto aquam corrumperet, *L. 11. pr. eod.*

INTERDICTUM quod vi aut clam competit non solum domino fundi, sed etiam his, quorum interest, opus non fuisse factum, *L. 11. §. 14. eod.*

INTERDICTUM quod vi aut clam competit patri & etiam filio pro opere, quod factum est filio prohibente, *L. 13. §. 1. eod.*

Hoc INTERDICTUM semper adversus possessorem operis competit, *L. 15. §. 1. eod.*

INTERDICTUM quod vi aut clam datur in heredes cæterosque successores in id, quod ad eos pervenit, *L. 15. §. 3. eod.*

INTERDICTUM quod vi aut clam datur intra annum, & non post annum à tempore operis completi, sive à tempore, quo desiit opus fieri, licet perfectum non sit, & currit hic annus scienti, non ignoranti, *L. 15. §. 3. & 4. eod.*

Hoc INTERDICTO tanti lis æstimatur, quanti actoris interest id opus factum non esse, *L. 15. §. 7. eod.*

INTERDICTO quod vi aut clam tenetur ille, qui dolo, aut culpa fecit, quominus posset destruere opus factum, & æstimatur ejus interesse arbitrio judicis, *L. 15. §. 10. & 11. eod.*

INTERDICTUM quod vi aut clam non habet ille, qui alia actione consequitur suum interesse, *L. 15. §. 12. eod.*

Hoc INTERDICTUM competit etiam his, qui non possident, si modo eorum interest, *L. 16. pr. eod.*

INTERDICTUM quod vi aut clam per quemvis domino acquiritur, licet per inquilinum, *L. 17. eod.*

INTERDICTO quod vi aut clam tenetur ille, qui cecidit sylvam cæduam immaturam, secus si maturam, *L. 18. pr. eod.*

INTERDICTUM quod vi aut clam competit filiofamilias colono arboribus succensis, *L. 19. eod.*

INTERDICTUM quod vi aut clam non competit pro opere, quod in nave, vel in alia qualibet re mobili etiam amplissima factum est, *L. 20. §. 4. eod.*

INTERDICTUM quod vi aut clam competit pro opere, quod factum est, sive in privato, sive in publico, sive in loco sacro, vel religioso, *L. 20. §. 5. eod.*

INTERDICTUM quod vi aut clam datur tam pro opere, quod fit in solo, quam in aëre, puta in aërem corrumpendo, eo quod stercus apposuit, vel cloacam aperuit, *L. 21. §. 2. eod.*

INTERDICTUM *de* *Via publica & itinere publico recipiendo.*

INTERDICTUM de via publica & itinere publico recipiendo perpetuo dabitur, & omnibus, & in omnes, & habet condemnationem in id, quod actoris intererit, *L. 1. §. 3. de via publica & itinere* &c.

INTERDICTUM *de utrubi.*

Hoc INTERDICTUM de possessione rerum mobilium locum habet, sed obtinuit vim ejus exæquatam fuisse uti possidetis interdicto, quod de rerum soli competit, *L. un. de utrubi.*

INTERESSE.

INTERESSE venit, quoties factum stipulamur, *L. 43. de judiciis.*

In id, quod INTEREST, agitur, si res vendita non tradatur, *L. 1. pr. de A. E. V.*

INTERESSE præstando non liberatur Dominus feudi, *II. F. 26. c. 5. §. 2.*

INTERESSE contra dolosum æstimatur secundum juramentum in litem, *L. 64. de judiciis.*

Ad INTERESSE tenetur plus petens loco, *c. un. X. de plus petition.*

Quatenus cujus INTERSIT, in facto, non in jure consistit, *L. 24. de R. I.*

Cujus INTEREST, potest à sententia inter alios lata appellare, ne mandetur executioni sententia, *c. 17. X. de sent. & re judic.* & *c. 54. X. de appell.*

INTERESSE extrinsecum, quod consistit extra rem, venit in numis ratione moræ, sed *interesse* intrinsecum, i. e. affectionis non cadit in eis, *L. 3. de in litem jurando.*

INFERFECTORES.

INTERFECTORES & eorum defensores pari sunt afficiendi pœna, *c. 6. §. 6. X. de homicidio.*

INTERFICERE.

Si Vasallus INTERFECERIT fratrem Domini sui, feudum non amittit, *II. F. 27. pr.*

INTERFICERE videtur, qui liberare potuit & noluit, *c. 6. §. 2. X. de homicidio.*

INTERFICIENS furem diurnum, aut quem capere potuit, *c. 2. X. eod.*

INTERITUS.

INTERITUS rei pertinet ad furem, vel vim inferentem, *L. 1. C. de his, quæ vi metusque causa gesta sunt.*

De INTERITU speciei promissæ & etiam de fructibus tenetur promissor post litis contestationem, *L. 8. si quadrupes pauper.* &c.

INTERLOCUTIO.

INTERLOCUTIO dicitur omne præceptum judicis, quod facit ad litem finiendam, *Nov. 112. c. 2. pr.*

INTERLOCUTO. RIUS, *a, m.*

INTERLOCUTORIA sententia, à qua intra decem dies non appellatur, transit

transit in rem judicatam, ut definitiva, *c. 36. X. de testibus.*

INTERLOCUTORIAM potest mutare Iudex, quo facto appellatio propter hoc interposita non habet locum, *c. 60. X. de appell.*

INTERLOCUTORIAM suam potest Iudex à quo revocare, *c. 10. de appell. in 6.*

INTERPELLATIO.

INTERPELLATIO constituit debitorem in mora, *L. 23. de V. O.*

INTERPELLATIO facta ante diem non constituit promissorem in mora, ut de interitu speciei teneatur, *L. 49. §. 3. eod.*

INTERPELLATIO, quæ non constituit debitorem principalem in mora, non nocet fidejussori, sed bene mora ipsius fidejussoris nocet sibi, *L. 127. eod.*

INTERPRETARI.

INTERPRETARI in judicio permittitur ei, qui dicit, vel asserit in judicio, *L. 66. de judiciis* &c.

Ipsi soli habent jus INTERPRETANDI Canones, qui eos condiderunt, *c. 16. q. 1. caus. 25.*

INTERPRETARI potest Legatus suam constitutionem, *c. 31. X. de V. S.*

INTERPRETATIO.

INTERPRETATIO plenissima fit in donationibus, *c. 6. X. de donation.*

INTERPRETATIO benigna dicitur, quæ exheredationem excludit, licet vitiet testamentum, *L. 2. de liber. & posthum.*

INTERPRETATIONEM benigniorem in re dubia sequi non minus justius est, quam tutius, *L. 3. de his, quæ in testam. del.*

INTERPRETATIO Principis vim legis habet, *Nov. 138.*

In re dubia benigniorem INTERPRETATIONEM sequi, non minus justius est, quam tutius, *L. 192. §. 2. de R. I.*

INTERPRETATIO privilegii si dubitetur de illo, debet fieri ab eo, qui dedit privilegium, *c. 23. X. de V. S.*

INTERPRETATIO in benigniorem partem semper facienda est, *c. 16. X. de testib.*

In pœnis benignior INTERPRETATIO est facienda, *c. 49. de R. I. in 6.*

INTERPRETATIO fieri debet, ut prosit, non obsit, *c. 30. X. de privileg.*

Aliquando INTERPRETATIONEM recipit juramentum, *c. 18. X. de jurejur.*

INTERPRETATIO legum, sive in precibus, sive in judiciis, sive alio quocunque modo facta, à Principe rata, & indubitata haberi debet, *L. 12. §. 1. C. de legibus.*

INTERROGARE.

Totiens heres in jure INTERROGANDUS est, *qua ex parte heres sit*, quotiens adversus eum actio instituitur, & dubitat actor, qua ex parte is, cum quo agere velit, heres sit, *L. 1. pr. de interrog. in jure* &c.

INTERROGATUM non solum à Prætore accipere debemus, sed & ab adversario, *L. 9. §. 1. eod.*

Si servus INTERROGETUR, nulla erit interrogatio, non magis, quam si servus interroget, *L. 9. §. 2. eod.*

Si defensor in judicio INTERROGATUS, *an is, quem defendit, heres, vel quota ex parte sit*, falso responderit; ipse quidem defensor adversario tenebitur, ipsi autem, quem defendit, nullum facit præjudicium, *L. 9. §. 4. eod.*

Qui INTERROGATUS, *heredem se* responderit, nec adjecerit, ex qua parte, ex asse respondisse dicendum est, *L. 9. §. 5. eod.*

De ætate interdum INTERROGATVS respondere debebit, *L. 11. pr. eod.*

Si quis, cum heres non esset, INTERROGATVS responderit, *ex parte heredem esse*, sic convenietur, atque si ex ea parte heres esset, fides enim ei contra se habebitur, *L. 11. §. 1. eod.*

Interdum INTERROGATVS quis, *an heres sit*, non cogitur respondere, *L. 6. §. 1. eod.*

Si quis INTERROGATVS in jure, *an quadrupes, quæ pauperiem fecit, ejus sit*, responderit, tenetur, *L. 7. eod.*

Si quis INTERROGATVS de servo, qui damnum dedit, respondit, *suum esse servum*, tenebitur L. Aquilia, quasi dominus, *L. 8. eod.*

Si filius, cum pro patre suo ageret, taceat INTERROGATVS, omnia perinde observanda erunt, ac si non esset interrogatus, *L. 19. eod.*

In jure INTERROGATVS, quota ex parte fundum possideat, respondere cogendus est, *L. 20. §. 1. eod.*

INTERROGANTE procuratore fisci ob debitum fiscale si unus ex filiis, qui nec bonorum possessionem acceperat, nec heres erat, respondit se heredem esse, à cæteris creditoribus, qui in jure non interrogarunt, ex responsione sua conveniri non potest, *L. 22. eod.*

Iudex potest INTERROGARE ex officio partes, ubicunque dubitat de facto, usque ad sententiam, *c. 10. X. de fide instrum.*

INTERROGATI ICti respondent, *I. F. 28.*

INTERROGATIO.

INTERROGATIO fieri potest, quando æquitas Iudicem moverit, *L. 21. de interrogation. in jure* &c.

INTERROGATIO tunc est necessaria, cum in personam fit actio, *L. 1. pr. eod.*

De INTERROGATIONIBVS edictum ideo Prætor proposuit, quia sciebat difficile esse ei, qui heredem, bonorumve possessorem convenit, probare aliquem esse heredem, bonorumve possessorem, *L. 2. eod.*

Si sine INTERROGATIONE quis responderit *se heredem*, pro interrogato habetur, *L. 9. pr. eod.*

INTERROGATORIVS, *a, m.*

INTERROGATORIAE actiones in desuetudinem abierunt, quia nemo cogitur ante judicium de suo jure aliquid respondere, *L. 1. §. 1. de interrogation. in jure* &c.

INTERRVMPERE.

Naturaliter INTERRVMPITVR possessio, cum quis de possessione vi dejicitur, vel alicui res eripitur, *L. 5. de usurpat. & usucap.*

INTERVERSOR.

INTERVERSORES (dicuntur alias *decoctores pecuniæ publicæ*) rerum fiscalium sunt, qui intervertunt, atque simulate distrahunt res fisci in ipsius fraudem, quocunque pacto, vel contractu, *L. 8. C. de jure fisci X.*

INTESTABILIS, *e.*

Cum lege quis INTESTABILIS jubetur esse, eo pertinet, ne ejus testimonium recipiatur, & eo amplius, (ut quidam putant) neve ipsi dicatur testimonium, *L. 26. qui testamenta facere* &c.

INTESTABILIS, *e.*

INTESTABILIS quis fit, ob carmen famosum damnatus, (*& quidem active & passive*) *c. 3. §. 15. q. 2. caus. 4.*

INTESTABILIS fit active, & passive, qui Cardinalem hostiliter insequitur, vel percutit, vel capit, *c. ult. in pr. de pœnis in 6.*

IN-

INTESTATVS.

INTESTATVS est, non tantum qui testamentum non fecit, sed etiam cujus ex testamento hereditas adita non est, *L. 64. de V. S.*

INTESTATVS videtur non tantum is, qui testamentum non fecit, sed & is, qui testamento liberis suis tutores non dedit, quantum enim ad tutelam pertinet, intestatus est, *L. 6. de legitimis tutor.*

INTESTATVS quis decedens fideicommittere Codicillis potest, §. *1. de codicillis.*

INTESTATVS decedit, qui aut omnino testamentum non fecit, aut non jure fecit, aut id, quod fecerat, ruptum irritumve factum est, aut si ex eo nemo heres extiterit, *pr. Inst. de hereditat. quæ ab intest.* & *L. 1. pr. de suis & legitim.*

INTESTATORVM hereditates ex lege duodecim tabularum, primum ad suos heredes pertinent, *§. 1. eod.*

INTESTATVS decedens videtur instituere eos, qui ab intestato succederent, *L. 3. pr. de jure codicillorum.*

INTESTATVS decedere dicitur, qui non fecit testamentum, sed codicillos, *L. 39. §. 1. familiæ ercisc.*

Qui testari non potuit, proprie non est INTESTATVS, puta impubes, furiosus, vel cui bonis interdictum est, *L. 1. pr. de suis & legitimis* &c.

INTESTATVS non videtur decedere, qui voluntatem extremam in alterius dispositionem committit, *c. 13. X. de testam.*

INTESTATO Episcopo & Sanctimoniali, Ecclesia succedit in integrum, si nulli adsint de cognatione, *c. ult. q. 5. caus. 12.*

Ab INTESTATO succedendi gradus *primo* loco est liberorum, *secundo* legitimorum, *tertio* cognatorum, *quarto* unde vir & uxor, *L. 1. §. 1. si tabulæ testamenti* &c.

Ab INTESTATO potest competere bonorum possessio, si neque secundum tabulas, neque contra tabulas bonorum possessio agnita sit, *L. 1. §. 2. eod.*

INTIMARE.

Pura & simplex testimonii series INTIMANDA est, *c. 17. q. 9. caus. 3.*

INTRARE.

Qui furti faciendi causa conclave INTRAVIT, nondum fur est, quamvis furandi causa intravit, sed tenetur actione injuriarum, aut de vi, si per vim intravit, *L. 21. §. 7. de furtis.*

INTRICARE.

Dolo facere videtur dominus, qui servum INTRICARE peculium in necem creditorum patitur, *L. 21. pr. de peculio.*

INTRODVCERE.

Vi, vel illicite INTRODVCTVM, nullius est stabilitatis, *c. 5. X. de R. I.*

INVADERE.

INVADENS hereditatem ad alium pertinentem, sive possideat, sive dolo, vel per culpam desierit possidere, vel non recepit, quod potuit, tenetur petitione hereditatis ad omnem hereditatem, & sic de dolo & culpa tenetur, *L. 25. §. 3. de hereditat. petit.*

INVADENS possessionem tenetur interdicto unde vi, & tenetur de fructibus perceptis, & percipiendis à tempore dejectionis, *L. 4. C. unde vi.*

INVADENS possessionem dolo tenetur pœna legitima, invadens vero possessionem per errorem credens esse suam, vel possessionem vacantem, vel per injuriam domini non tenetur, nisi ad restitutionem, *L. 5. C. eod.*

Non

Non est defendendus, qui INVADIT viventis locum, *c. 10. q. 1. caus. 7.*

In rebus INVASIS non currit præscriptio, *c. 2. X. de præscript.*

Qui loca expulsorum adulterina fœditate INVASERUNT, dejiciantur à Clero, & infames fiant, *c. 4. q. 2. caus. 3.*

INVADENS per vim rem ab alio possessam, si ea occasione intervenit homicidium sive ex parte invadentis per vim, sive ex parte defendentis, condemnandus est ad mortem, & non potest appellari, *L. 6. C. ad L. Jul. de vi* &c.

INVASOR.

INVASOR tenetur ad restitutionem & ad æstimationem proprietatis, *L. 7. C. unde vi.*

INVASOR rei alienæ vacantis tutus est præscriptione 30. annorum, *L. 11. C. eod.*

INVASOREM licet occidere ei, qui mortem aliter vitare non potest, *Clem. c. un. de homicid.*

INVEHERE.

Ob locationem urbani ædificii INVECTA & illata tacite pignori sunt, *L. 2. in quibus causis pignus* &c.

INVECTA in horreum conductum, vel aream junctam domui, & ibi illata sunt tacite obligata pro pensione, *L. 3. eod.*

INVECTA & illata in prædia urbana pignori esse creduntur, quasi tacite ita sit conventum; in rusticis prædiis contra observatur, *L. 4. pr. eod.*

INVECTA & inducta a me in domum, cujus habitationem gratuitam conductor mihi præstitit, non sunt domino domus, vel locatori suo pro pensione obligata, *L. 5. pr. eod.*

INVECTA & illata in prædium urbanum videntur obligata, ac si specialiter essent obligata, tamen tale pignus tacitum non impedit manumissionem servi ob habitationem tacite obligati, *L. 6. eod.*

INVECTA & inducta omnia non censentur obligata pro pensione, sed tantum illa, quæ illata sunt, ut ibi perpetuo sint, *L. 7. §. 1. eod.*

INVENIRE.

INVENIENS rem alienam jacentem in terra si sustulit lucri faciendi causa, committit furtum, sive scierit, cujus sit, sive ignoraverit, nisi dominus eam dereliquit, quo casu non committit furtum, etiamsi animo furandi sustulisset, *L. 43. §. 4. & 5. de furtis.*

INVENIENS rem alienam jacentem in terra si sustulit, non ut lucraretur, sed ut redderet ei, cujus fuerit, non committit furtum, etiam si ignoret, cujus esset, debet tamen libellum proponere continentem invenisse se & redditurum ei, cujus erit, etiamsi petat aliquid nomine inventionis, *L. 43. §. 8. 9. eod.*

INVENTUS thesaurus non data opera, *II. F. 56.*

INVENTARIUM.

INVENTARIUM & liber rationum æquiparantur, *L. 1. §. 3. de tutelæ ration.*

Tutor, qui *repertorium* non fecit, quod vulgo INVENTARIUM appellatur, dolo fecisse videtur, nisi forte aliqua necessaria & justissima causa allegari possit, cur id factum non sit, *L. 7. pr. de administr. & peric. tutor.*

Si dolo INVENTARIUM tutor non fecerit, in ea conditione est, ut teneatur in id, quod pupilli interest, quod ex jurejurando in litem æstimatur, *ibid.*

Ante INVENTARIUM factum tutor nihil gerere debet, nisi id, quod dilationem nec modicam expectare possit, *ibid.*

INVENTARIUM vestis, margaritarum, gem-

gemmarum, vasculorum, cæterarumque supellectilium fieri, necessarium est, *L. 22. C. de administrat. tutorum.*

INVENTARIUM licet non sit bene confectum à tutore, vel quia minus est scriptum, vel minor æstimatio, non propter hoc datio ipsius tutoris invalida efficitur, *L. 6. C. de magistratibus conven.*

Intra tempus INVENTARII faciendi heres à creditoribus & legatariis conveniri non potest, *L. 22. §. 11. C. de jure deliberandi.*

INVENTARIUM hereditatis, ut jure ab herede conficiatur, requiritur, quod incipiatur intra triginta dies, & debet perfici intra sexaginta, & quod describantur omnes res testatoris mobiles, sive immobiles, & quod scribatur manu publici Notarii, & quod creditores hereditarii citentur ad videndum fieri inventarium certo die, loco & tempore, & quod heres subscribat se in illo, & quod in principio inventarii ponatur signum crucis, & quod fiat in præsentia testium, & quod testes cognoscant heredem, *L. 22. §. 2. C. eod.*

In INVENTARIO conficiendo duo Notarii requiruntur, quando heres nescit scribere, vel scribere præpediatur, *ibid.*

INVENTARIUM non vitiatur, etiamsi in eo omittatur signum crucis in principio, *L. 22. §. 4. C. eod.*

Intra anni spatium heredes absentes INVENTARIUM faciunt, *L. 22. §. 3. C. eod.*

INVENTARIUM quo loco res sitæ sunt, fieri debet, ideoque non est ferendus heres, si res rusticas in urbem, *inventarii* conficiendi causa, vehi jusserit, cum in itinere multa facile possint perire vel subtrahi, *ibid.*

Heres INVENTARIO confecto, Falcidiam deducit, *L. 22. §. 4. C. eod.*

INVENTARIUM ut heres Falcidiam detrahat, debet conficere solenniter vocatis legatariis, vel si aliqui sint absentes, vel interesse noluerint, adhibitis tribus testibus ejusdem civitatis locupletibus & bonæ opinionis, & debet jurare de calumnia, & servi subjicientur quæstionibus, quæ debent agitari intra annum, *Auth. Sed cum. C. ad L. Falcidiam.* & *Nov. 1. c. 2. & 3.*

INVENTARII confectio facit heredem non teneri ultra vires hereditarias, *§. 6. de heredum qualitate.*

Pro labore INVENTARII nihil accipiant Oeconomi de rebus Ecclesiæ, *c. 45. q. 2. caus. 12.*

INVESTIRE.

INVESTIRI beneficio potest absens per alium, *c. 24. X. de præbend.*

INVESTIRE tantum de antiquo feudo potest minor, *II. F. 3. pr.*

INVESTIRE potest de antiquo feudo quilibet, *II. F. 91.*

INVESTIRE debet successor Domini Vasallum, cui movet controversiam, *II. F. 20.*

INVESTITURIS Antecessorum Laicorum tenentur heredes ipsorum, *I. F. 3.*

INVESTIENS Clericus præmortuus, *I. F. 25. c. Si Dominus.*

INVESTITUS heres esse debet successurus in Duc. aut Dignitatis alterius feudo, *I. F. 14. pr.*

INVESTIENDUS prius Vasallus, cui controversia movetur, *II. F. 20.*

INVESTIENDUS non est protinus, si de feudo controversia sit, *II. F. 39. c. 1.*

INVESTIENDUS est Vasallus de feudo non controverso, & deinde de altero cognoscendum, *II. F. 39. c. 1.*

INVESTITVRAM negante Domino Vasallus jurat, *I. F. 23.*

INVESTITVRA controversa, quando aliam *investituram* non controversam habet Vasallus, quomodo probetur, *I. F. 4. §. 1.*

INVESTITVRAE sermo, *II. F. 104. §. 1.*

INVESTITVRAE probatio, *II. F. 2. pr. II. F. 27. §. 2.*

INVESTITVRAE probatione non indiget Vasallus possidens, *II. F. 2. §. 1.*

INVESTITVRAM probat Vasallus possessor juramento absque testibus, *I. F. 20. §. 1.*

INVESTITVRAE pacta quomodo probentur, *II. F. 2. § 2.*

INVESTITVRAE interesse debent Pares curiæ, *II. F. 58. c. 1.*

INVESTITVRAM novam probent Pares, si quos habeat Dominus, *II. F. 33. pr.*

INVESTITVRAE probatio per Pares, *II. F. 88.*

INVESTITVRAE probatio per instrumentum, *II. F. 2. §. 1.*

INVESTITVRAE probatio per Pares curtis vel breve testatum, *I. F. 2. §. 1.*

INVESTITVRAE probatio per Pares curiæ aut testamentum, *I. F. 4. §. 5. I. F. 4. pr. §. 1.*

INVESTITVRAE probatio per instrumentum vel Pares curiæ, *II. F. 25.*

INVESTITVRAE quoque Domini Clerici probatio est per Pares curiæ, *II. F. 32.*

INVESTITVRAM in feudo paterno jurejurando probat frater, qui partem possedit, *I. F. 12.*

INVESTITVRAM negans Dominus, jusjurandum subit, *I. F. 4. pr.*

INVESTITVRAM non factam jurat Dominus, *II. F. 2. pr.*

De INVESTITVRA antecessoris jurat heres de credulitate, *II. F. 58. c. f.*

INVESTITVRAE instrumentum si falsum dicatur, jurabit Vasallus, *II. F. 58. c. 3.*

INVESTITVRA absentibus Paribus per testes alios probatur, *I. F. 26. pr.*

INVESTITVRA quando per extraneos probetur, *II. F. 2. pr. § 1.*

INVESTITVRA Ecclesiæ etiam per extraneos probatur, *I. F. 26. pr.*

INVESTITVRA (*abusiva*) facta Dominus possessionem tradere debet, *II. F. 26. c. 5. §. 2.*

INVESTITVRA facta in possessionem Vasallus mittitur, *II. F. 7 §. 1.*

INVESTITVRA proprie est possessio, *II. F. 2 pr.*

INVESTITVRA si non renovetur, amittitur feudum, *II. F. 40.*

INVESTITVRAE renovatio, si justo tempore non petatur, feudum amittitur, *II. F. 55.*

INVESTITVRAE renovationem non petens ob justam causam non privatur feudo, *II F. 52. c. f.*

INVESTITVRAE renovatio non petita, non ubique feudum amittitur, *II. F. 24. pr.*

INVESTITVRAE non petitæ causæ, *I. F. 22. c. Sancimus. pr.*

INVESTITVRA nancifcitur quis possessionem. *c. 5. X. de donat.*

Episcopi & Archiepiscopi INVESTITVRAM debent ab Imperatore petere, *c. 22. dist. 63.*

INVIDIA.

INVIDIA removenda est, §. 4. *de donationibus.*

INVIDIA reprobatur in *princ. Inst. de L. Fusia Caninia tollenda.*

INVITVS, *a*, *m*.

INVITVS nemo cogitur defendere, *L. 156. pr. de R. I.*

INVITVS Dominus non acquirit Vasallum, *II. F. 12.*

INVITA desponsata, postea cognita, contra matrimonium non auditur, *c. 4. X. qui matrim. accus. poss.*

INVITO altero potest alter conjugum ante copulam intrare religionem, *c. 16. X. de sponsalib.*

INVITA matrimonia fieri non debent, *c. 14. X. eod.*

INVITUS qui offendit, non est ei imputandum, arg. *c. 8. X. de R. I.*

INVITUS procurator non solet dari, *L. 8 §. 1. de Procuratoribus.*

INVITUM accipere debemus, non eum tantum, qui contradicit, verum eum quoque, qui consensisse non probatur, *ibid.*

INVITUM in servitutibus accipere debemus, non eum, qui contradicit, sed eum, qui non consentit, *L. 5. de S. P. V.*

INVITUS dicitur infans, vel furiosus in constituenda servitute, cum non habeant consensum verum, *ibid.*

INVITUS & ignorans potest quis liberari ab alio, solvendo pro eo creditori, sed non obligari, *L. 23. de solutionibus.*

Filiusfamilias patre INVITO debitorem ejus liberare non potest, acquirere enim obligationem potest, diminuere non potest, *L. 22. eod.*

INVITUS, bonus nemo esse potest, *c. 3. q. 6. caus. 23.*

INVITUM qui ad bonum cogit, non ipsum persequitur, sed diligit, *c. 42. q. 5. caus. 23.*

INVITIS multa bona præstantur, quando eorum consulitur utilitati, *c. 11. dist. 45.*

INUNDATIO.

INUNDATIO speciem fundi non mutat, & ob id cum recesserit aqua, palam est ejusdem esse, cujus & fuit, *L. 7. §. 6 de A. R. D. §. 24. de R. D.*

INUTILIS, e.

INUTILE quod est, non esse dicitur, *c. 6. X. de frigid. & malef.*

IOCUS.

Sicut manifeste nocens est pœnæ obnoxius, ita & occultus, licet postea dicat se IOCO fecisse, *c. 1. X. de præsumptionibus.*

IRA.

IRA Dei non est ut hominis, i. e. perturbatio concitati animi, sed tranquilla justi supplicii constitutio, *c. 7. §. 1. dist. 3. de pœnit.*

IRA viri justitiam Dei non operatur, *c. 65 in f. q. 3. caus. 11.*

Graviter delinquit, qui ex IRA sententiam profert, *c. 68. ead.*

IRA sæpe innocentes in crimen adducit, *ibid.*

IRACUNDIA.

Quidquid in calore IRACUNDIAE fit, vel dicitur, non prius ratum est, quam si perseverantia apparuit, judicium animi fuisse, *c. 21. dist. 1. de pœnit. L. 48. de R. I.*

Calore IRACUNDIAE crimen alicui objiciens, nisi quod iratus dixerit, voluerit resipiscens probare, reus objecti criminis non habetur, *c. 5. q. 3. caus. 2.*

IRE.

IRE, & non agere dicitur ille, qui sella, aut lectica vehitur, *L. 7. pr. de S. P. R.*

IRE, vel agere per agrum alienum, qui servitutem non debet, nemini licet invito domino, *L. 11. C. de servitutibus.*

IRENARCHA.

IRENARCHAE, qui ad provinciarum tutelam, quietis, ac pacis per singula territoria faciunt stare concordiam, à Decurionibus judicio Præsidum provinciarum idonei nominentur, *L. un. C. de Irenarchis. X.*

IRREGULARIS.

IRREGULARIS potest assumi in Abbatem, tempore necessitatis, *c. 10. X. de ætat. & qualit. ordin.*

Non fit IRREGULARIS Clericus, qui etiam de crimine, quod pœnam sanguinis

guinis meretur, contra aliquem, coram Iudice quæritur; modo expresse protestetur, se pœnam sanguinis non intendere, *c. 2. de homicidio, in 6.*

Qui Iudici seculari dedit intersignia furis, à quo fuit vulneratus, IRREGULARIS non est, licet ille postmodum occidatur, *c. 19. §. 1. X. de homicidio* &c.

IRRITARE.

IRRITARI postea non potest, quod prius de jure factum est, *c. ult. X. de sponsf. duor.*

Papa IRRITAVIT sententiam Imperatoris contra Regem Siciliæ latam, *Clem. c. 2. de sent. & re judic.*

IS, *ea, id.*

ID, quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest, *L. 11. de R. I.*

ITALIA.

ITALIAM totam donat Constantinus Imperator Sylvestro Papæ in perpetuum, *c. 13.* & *c. 14. §. 2. dist. 96.*

ITER.

ITER est jus eundi, ambulandi hominis, non etiam jumentum agendi, vel vehiculum, *pr. Inst. de servitutibus. L. 1. pr. de S. P. R.*

ITER habens non dicitur habere actum, sed qui actum habet, etiam *iter* habet, *ibid.*

Qui ITER tantum habet, jumentum ducere non potest, *L. 7. pr. de servitut.*

ITER ab actu differt, quia *iter* est, quo quis pedes, vel eques commeare potest, actus vero ubi & armenta trajicere, & vehiculum ducere liceat, *L. 12. eod.*

ITER invium & inhabile si faciat arbor prædii servientis, possum ego iter petere, aut vindicare confessoria, sed pro refectione viæ datur mihi interdictum de itinere, *L. 4. §. 5. si servitus vindicetur.*

Qui ITER & actum habet, si statuto tempore tantum ierit, non perisse actum, sed manere, *Sabinus, Cassius Octavenus* ajunt; nam ire quoque per se eum posse, qui actum haberet, *L. 2. quemadmodum servitutes amitt.*

ITINERE vel via plerumque non semper utimur, nisi cum usus exegerit, *L. 1. §. 2. de itinere actuque privato.*

ITINERE, via, vel actu videtur usus ille, cujus colonus, aut hospes, aut aliquis alius *iter* fecit ad fundum, & idcirco competit ei interdictum de itinere, actuque, etiam si ignoravit, cujus fundus esset, per quem iretur, *L. 1. §. 7. eod.*

ITER facienti viginti millia passuum (sive *viginti lapides*) in singulos dies dinumerantur, *L. 3. pr. de V. S.*

Si post hanc dinumerationem minus quam viginti millia superfunt, integrum diem occupant, *ib.*

Si ergo viginti unum millia sunt passus, biduum eis attribuitur, *ib.* quæ dinumeratio ita demum facienda, si de die non conveniat, *ibid.*

ITERARE.

ITERATA delicta gravius puniuntur, *c. 9. X. de hæretic. c. 3. X. de adulter.*

ITERANDUM non est Sacramentum, sed omissum in eo caute supplendum, *c. 1.* & *3. X. de Sacram. non iterand.*

ITERARI oportet illud, quod male factum est, *c. 24. q. 7. caus. 1.*

IUBERE.

IUBENTE uxore feudum maritus acquirit, *II. F. 85.*

Is damnum dat, qui IUBET dare, ejus vero nulla culpa est, cui parere necesse sit, *L. 169. pr. de R. I.*

IVBENS dejicere vi, interpretatione legis videtur dejicere, *L. 1. §. 15. de vi & vi armata.*

Si pupillus dominus IVSSERIT, utique non tenetur, nisi autore tutore jussit, *L. 1. §. 7. quod jussu.*

IVBILAEVM.

IVBILAEVM centesimo quoque anno universale venientibus ad limina Apostolorum, statuit Bonifacius VIII. *c. 1. Extravag. commun. de pœnit. & remiss.*

IVBILAEVM prædictum est reductum ad annum quinquagesimum à Clemente VI. *c. 2. Extrav. comm. eod.*

Bulla anni IVBILAEI, publicata apud Sanctum Petrum in die Nativit. Domini, in qua continetur, quod annus *Iubilaeus* est ad brevius tempus reductus, quam olim esset, quoniam vigesimo quinto quoque anno cunctis fidelibus Basilicas urbis Romanæ hic expressas visitantibus illius indulgentiæ concedentur, *c. 4. Extrav. comm. eod.*

IVDAEVS.

IVDAEVS etiam Christianorum tutor esse potest, & ut reliqua administrando, sed ei non est permittendum facere ea, propter quæ inquinaretur, i. e. pollueretur cultus, *L. 15. §. 6. de excusation.*

Vniversitati IVDAEORVM legari non potest, *L. 1. C. de Iudæis* &c.

In festivitatibus aut Sabbatis suis IVDAEI corporalia munera non obeunt, neque quicquam faciunt, neque propter publicam privatamque causam in jus vocantur, aut ipsi Christianos in jus vocant, *L. 2. C. eod.*

IVDAEORVM synagogas irrumpere non licet militibus Christianis, quos merito convenit attingere privatorum domus, non religiosarum habitationum loca, *L. 4. C. eod.*

IVDAEVS neque Christianam mulierem, neque Christianus *Iudæam* in matrimonium accipere potest sub pœna capitis, accusandi licentia cuilibet concessa, *L. 6. C. eod.*

Nuptiæ inter Christianos prohibitæ, etiam inter IVDAEOS prohibentur, ipsorum lege cessante, *L. 7. C. eod.*

IVDAEI habent ea, quæ sunt civium Romanorum, & coram Iudicibus Christianis debent litigare, *L. 8. C. eod.*

IVDAEI possunt eligere arbitros apud Iudæos in civili negotio duntaxat, eorumque sententias Iudices exequuntur, *ib.*

IVDAEIS non debet quis statuere pretia, cum venalia proponunt, cum justum sit, sua cuique committere, *L. 9. C. eod.*

IVDAEI obnoxii curiæ vindicantur à curia, *L. 10. C. eod.*

Si servus à IVDAEO emptus causa matrimonii factus est, vel fieri desiderat Christianus, pro 12. solidis redimitur, *c. 1. X. de Iudæis* &c.

IVDAEVS Christianum in servum habere non potest, in adscriptitium vero potest, *c. 2. X. eod.*

IVDAEI antiquas Synagogas retinere possunt, novas erigere non possunt, *c. 3. X. eod.*

In Die Veneris sancta, non licet IVDAEIS tenere ostia vel fenestras aperta, *c. 4. X. eod.*

Cum IVDAEIS non est manducandum, nec habitandum, nec ab eis medicina accipienda est, *c. 5. X. eod. c. 13. & 14. q. 1. caus. 28.*

IVDAEI & Saraceni utriusque sexus debent in terris Christianorum uti habitu, per quem à Christianis discernantur, *c. 15. X. eod.*

IVDAEI in die Passionis non debent in publicum progredi, nec in contumeliam Creatoris prosilire, *ib.*

Nulli

Nulli IVDAEO baptizatum, vel baptizari volentem emere liceat, vel in suo servitio retinere, *c. 19. X. eod.*

IVDAEI vel pagani publicis officiis præficiendi non sunt, *c. 18. X. eod.*

IVDAEI nutrices vel servientes Christianos habere non debent, contra facientibus interdicitur Christianorum commercium, *c. 13. X. eod.*

IVDAEI, quando celebrant sua solemnia, non debent aliquid agere in contemptum Christianæ fidei, alias puniuntur, *L. 11. C. de Iudæis.*

IVDAEI in Sabbato, & in aliis festivitatibus eorum non possunt conveniri, neque convenire, *L. 13. C. eod.*

IVDAEOS offendere, vel bona eorum invadere propria autoritate non licet cuiquam, *L. 14. C. eod.*

IVDAEVS sive actor, sive reus, debet sequi forum Christiani, *L. 15. C. eod.*

IVDAEI bona Christianum circumcidentis, vel circumcidendum mandantis publicantur, & ipse perpetuo exilio damnatur, *L. 16. C. eod.*

IVDAEIS omnes administrationes, & dignitates interdictæ sunt, neque possunt defensoris civitatis officio fungi, neque aliquem honorem habere, *L. 19. pr. C. eod.*

IVDAEVS servum Christianum non debet comparare, neque aliquo largitatis titulo potest consequi, *L. 1. C. ne Christianum mancipium* &c.

IVDAEVS servum Christianum, vel alterius sectæ circumcidens punitur pœna capitali, & ipsi servo donatur libertas pro præmio, *ib.*

IVDAEI veteres Synagogas in priorem statum reformare possunt, de novo erigere non possunt, *c. 7. X. de Iudæis.*

In familiari servitio IVDAEORVM, Christiani esse non debent, *c. 8. X. eod.*

IVDAEI inviti non sunt baptizandi, nec ad hoc cogendi, nec sine judicio puniendi, aut rebus suis spoliandi, vel in suis festivitatibus molestandi, nec ipsorum cœmeteria violanda, aut eorum corpora exhumanda, *c. 9. X. eod.*

IVDAEI compellendi sunt ad restituendas usuras extortas à Christianis, *c. 18. X. de usuris.*

IVDAEI ad solvendas decimas, vel oblationes de eorum possessionibus cogendi sunt, *ib.*

Si IVDAEIS & paganis jura regalia vendantur, ad ea colligenda præficiendus est Christianus non suspectus, *c. 18. X. eod.*

IVDAISMVS.

Christiani ad IVDAISMVM transeuntes & redeuntes, hæretici reputantur, *c. 13. de hæreticis in 6.*

IVDEX.

IVDEX dictus est, quasi jus dicens populo, sive quod jure disceptet, *c. 10. X. de V. S.*

IVDEX non est, si in eo non est justitia, *ibid.*

A IVDICIBVS, quos communis consensus elegerit, non licet provocare, *c. 33. q. 6. caus. 2.*

IVDICVM alii sunt *ordinarii*, alii *arbitrarii, ibid.*

IVDICES ordinarii sunt, qui ab Apostolico, ut Ecclesiastici, vel ab Imperatore, ut seculares, legitimam potestatem accipiunt, *ibid.*

IVDICES arbitrarii sunt, qui nullam potestatem habentes, cum consensu litigantium in judices eliguntur, in quos compromittitur, ut communi sententiæ stetur, *ib.*

IVDICVM arbitrariorum alii sunt *ordinarii & arbitrarii*, alii *arbitrarii tantum, ibid.*

IVDICES ordinarii & arbitrarii dicuntur, qui videlicet ordinariam potesta-

testatem habentes, à litigantibus eliguntur ad arbitrandum, qui non sunt suæ ditioni suppositi; & ab his, etsi ut arbitrarii sedeant, & non ut ordinarii, privilegio tamen ordinariæ dignitatis potest appellari, *ib.*

IVDICES arbitrarii tantum sunt, qui nullam legitimam potestatem habent, & ab his appellari non potest, ipsi enim sibi imputent, qui tales elegerunt, *c. 36. §. arbitrarii &c. ead.*

A IVDICIBVS, qui eliguntur communi consensu, provocari licet, *c. 34. ead.*

IVDEX Cæsar esse potest in causa propria, *L. 41. de hered. instit.*

IVDEX sequi formam legis debet, nec ab ea recedere, *L. 8. §. 2. de condit. instit.*

IVDICEM adiri non est necesse in his, quæ jure sunt permissa, *L. 8. §. 8. de condit. instit.*

IVDICIBVS manus pura esse oportet, *Nov. 8. præf. §. 1.*

Qui jussu IVDICIS aliquid facit, non videtur dolo malo facere, qui parere necesse habet, *L. 167. §. 1. de R. I.*

Factum à IVDICE, quod ad officium ejus non pertinet, ratum non est, *L. 170. eod.*

IVDEX arbitretur, cui dandum juramentum, *II. F. 33. §. 1.*

IVDEX definiat ex personis & causis, *II. F. 28. §. 1.*

IVDEX solers, discretus & æquitati obsecundare sollicitus, cuncta subtiliter dispensans provideat, *II. F. 24. §. 2.*

IVDICES damna injuriam passis resarciant, *II. F. 53.*

IVDICEM feudalem Mediolanenses non ex personis litigantibus, sed ex re feudali constituebant, *II. F. 34. pr.*

IVDICES inter noviter investitum & agnatos sunt Pares curiæ, *II. F. 46.*

IVDEX inter Valvasores Pares sunt curiæ, *II. F. 34. pr.*

IVDICES sunt Pares, si causa spectet ad Dominum, *II. F. 46.*

IVDEX in controversia inter Dominum & Vasallum sunt Pares curiæ, *II. F. 16. II. F. 39. c. 1.*

IVDICES eligat uterque, Dominus & Vasallus, *II. F. 16.*

IVDEX inter duos Vasallos est Dominus, *II. F. 15.*

IVDEX inter Capitaneos est Imperator, *I. F. 18. c. Si contentio.*

IVDEX inter Capitaneos est Rex, *II. F. 34. pr.*

IVDEX de regali beneficio est Rex, *ib.*

IVDEX ordinarius est in casu, quo inter agnatum & maritum filiæ Vasalli contenditur, *II. F. 15.*

IVDEX ordinarius de feudo cognoscit, *II. F. 34. §. si autem.*

IVDEX inter Vasallos, qui ab eodem se investitos asserunt, est ordinarius, *ibid.*

IVDEX alimenta præstari filio poterit decernere, reservando causam incidentem filiationis ad cognoscendum plenius, *L. 10. de his, qui sui vel al.*

IVDEX in adeundo facilis debet se præbere, contemni tamen se non patiatur, *L. 19. pr. de offic. Præsidis.*

Ex conversatione æquali cum IVDICE contemptio dignitatis nascitur, *ib.*

IVDEX in cognoscendo neque excandescere adversus eos, quos malos putat, neque precibus calamitosorum debet inlacrymari, *L. 19. §. 1. eod.*

IVDEX summatim debet jus reddere ita, ut autoritatem dignitatis ingenio suo augeat, *ib.*

IVDICIS recti & constantis non est, cujus animi motum vultus detegit, *ibid.*

IVDEX debet reo absenti dare unum diem pro singulis 20. milliaribus ad com-

comparendum, *L. 1. si quis cautionibus* &c.

Si IVDEX ad tempus datus, & omnes litigatores consentiant, nisi specialiter principali jussione prorogatio fuerit inhibita, possunt tempora, intra quæ jussus est litem dirimere, prorogari, *L. 2. §. 2. de judiciis.*

IVDEX si incidente infirmitate, vel necessaria profectione, vel rei suæ familiaris periculo non possit judicare causam intra tempus, ad quod fuit datus, iste *Iudex* mutatur, & alius loco ejus substituitur, *L. 18. pr. eod.*

Si quis ex litigatoribus IVDICEM solum heredem, vel ex parte fecerit, alius *Iudex* necessario sumendus est, quia iniquum est, aliquem suæ rei *judicem* fieri, *L. 17. eod.*

Non videtur in IVDICEM consensisse, qui edi sibi genus apud eundem *Iudicem* desiderat actionis, *L. 33. eod.*

IVDICIS præsentia, vel scientia in addicendo necessaria non est, *L. 39. pr. eod.*

Non quidquid IVDICIS potestati permittitur, id subjicitur juris necessitati, *L. 40. pr. eod.*

IVDEX, si quid adversus legis præceptum in judicando dolo malo prætermiserit, legem offendit, *L. 40. §. 1. eod.*

IVDEX datus in eodem officio permanet, licet furere cœperit, quia recte ab initio *Iudex* addictus est, sed judicandi necessitatem morbus sonticus remittit, ergo mutari debet, *L. 46. eod.*

Observandum est, ne is IVDEX detur, quem altera pars nominatim petat, nisi hoc specialiter à Principe ad verecundiam petiti *Iudicis* respiciente permittatur, *L. 47. eod.*

Non ab IVDICE doli æstimatio ex eo, quod interest, fit, sed ex eo, quod in litem juratur, *L. 64. pr. eod.*

In privatis negotiis pater filium, vel filius patrem IVDICEM habere potest, *L. 77. eod.*

IVDEX ex officio potest differre quæstionem libertatis, ne fiat præjudicium, *L. 7. pr. de petitione hered.*

Ad IVDICIS officium pertinet lites dirimere, aut diminuere, *L. 21. de rebus creditis* &c.

IVDEX debet in causis habere summam æquitatem ante oculos, quod intellige de ea, quæ de jure colligi potest, *L. 4. §. 1. de eo, quod certo loco* &c.

IVDICI statim atque Iudex factus est, omnium rerum officium incumbit, quæcunque in judicio versantur, ea autem, quæ ante judicium contingunt, non valde ad eum pertinent, nisi fuerint ei nominatim injuncta, *L. 25. §. 8. de ædilitio edicto.*

IVDEX dicitur vir bonus, *L. 17. §. 5. de injuriis.*

IVDEX debet conquirere sacrilegos, latrones, & plagiarios, & prout quisque deliquerit, punire debet, *L. 4. §. 2. ad L. Iul. peculatus.*

IVDEX requirendus est in loco publico, & in eo loco, in quo consuevit jus reddere, *L. 1. §. 7. & 9. quando appellandum sit.*

IVDICEM adeundi facultas tunc videtur esse, cum *Iudex* in publico sui copiam facit, *ibid.*

IVDICEM, qui semel causam cognovit, tantisper expectare tolerabilius est, quam Iudici novo rem rursus judicandam committere, *L. 13. §. 3. de vacatione mun.*

IVDEX non debet pervenire ad domum litigatoris, sed litigator ad domum Iudicis, *L. 37. §. 2. C. de Episcopis.*

IVDICES debent gubernare suas administrationes secundum Dei voluntatem & timorem, & Imperatoris ele-

electionem & ordinationem, *L. 1. §. 5. C. de officio Praefecti praetorio Africae* &c.

IVDICES dioeceseos Africanae tam civiles, quam militares in nostro laterculo non debent percipere ultra sex solidos, pro codicillorum atque chartularum promotione, *L. 1. §. 7. C. eod.*

IVDICES non debent vocare coram se eos, super quibus non habent jurisdictionem, poterunt tamen vocare tantum suos officiales, & populares seditioni obnoxios, *L. 2. C. de offic. Praefecti urbi.*

IVDICVM negligentia impunita non debet esse, *L. un. pr. C. de officio comitis sacrarum largition.*

IVDICVM illorum nomina sunt referenda Principi, qui magis student commodis propriis, quam utilitatibus publicis. *L. un. §. 1. C. eod.*

IVDICES justissimi & vigilantissimi publicis acclamationibus sunt collaudandi, *L. 3. C. de officio Rectoris provinciae.*

IVDICES injusti & malefici querelarum vocibus sunt accusandi, *ib.*

Ne quis IVDICVM in provincia sua Praefectianum, vel Palatinum, vel militem, vel ex his etiam omnibus, qui antea in hujusmodi officiis fuerint commorati, intercessorem, i. e. executorem cujusquam litigatoris petitione in quolibet seu privato, seu publico negotio putet esse tribuendum, *L. 8. C. eod.*

Singuli quique IVDICES sciant, celsioribus viris, & his, quorum nonnunquam judicio provehuntur, honorificentiam debitam esse praestandam, nec in proscriptionibus suis fratres audeant nominare, *L. 2. C. de officio diversorum Iudicum.*

IVDICES puniuntur in tribus libris auri, si Doctoribus Advocatis, quibus etiam facultas consistorium Principis ingrediendi praebetur, non patuerit ingressus, aut reverentia non fuerit in salutatione delata, aut sedendi cum *Iudice* facultas denegata, *L. 3. C. eod.*

Infames, IVDICES esse non possunt, *c. 1. q. 7. caus. 3.*

Tria sunt, quibus aliqui impediuntur, ut IVDICES non fiant; *Natura*, ut surdus & mutus, & qui perpetuo furiosus est, & impubes, quia judicio carent; *Lege*, qui Senatu motus est; *Moribus*, feminae, & servi, non quia non habeant judicium, sed quia receptum est, ut civilibus officiis non fungantur, *ibid.* &. *L. 12. §. 2. de judiciis.*

Bonus IVDEX nihil ex arbitrio suo facit, & domesticae proposito voluntatis, sed juxta Leges & Iura pronunciat, statutis Iuris obtemperat, non indulget propriae voluntati, nihil paratum & meditatum domo defert, sed sicut audit, ita judicat, & sicut se habet negotii natura, decernit, obsequitur legibus, non adversatur, examinat causae merita, non mutat, *c. 4. ead.*

Qui inimici sunt, IVDICES esse non possunt, *c. 15. pr. q. 5. caus. 3.*

Naturale est suspectorum IVDICVM insidias declinare, & inimicorum judicium semper velle refugere, *c. 15. §. 4. ead.*

Qui suspectum IVDICEM putat, antequam lis inchoetur, eum recusare, & ad alium recurrere potest, *ibid. L. 16. C. de judiciis.*

IVDEX omnium est Papa, sed hujus nemo, *c. 10. q. 3. caus. 9.*

IVDICI nocet judicandi temeritas, non ei, qui judicatur, *c. 49. q. 3. caus. 11.*

IVDEX, ad cujus loquelam vita minime concordat, saepe immeritos damnat, *c. 88. pr. q. 3. caus. 11.*

Cri-

Criminosus, alterius criminis IVDEX esse non potest, & se ipsum condemnat, dum in alterius crimen sententiam profert, *c. 7. pr. q. 7. caus. 3.*

IVDEX sine accusatione damnare non potest, *c. 17. q. 1. caus. 2.*

Peccatum, quod tantum IVDICI notum est, ab eo damnari non valet, *c. 19. q. 1. caus. 2.*

IVDEX esse non potest damnatus L. Iulia repetundarum, *c. 130. §. 4. q. 1. caus. 1.*

Non licet IVDICI vendere justum judicium, etsi liceat Advocato vendere justum patrocinium, & Iurisconsulto rectum consilium, *c. 71. q. 3. caus. 11.*

IVDEX non admittit scelus, qui homines vincit, *c. 30. q. 5. caus. 23.*

IVDEX Minister Dei est, si malos percutiat in eo, quod mali sint, *c. 29. q. 5. caus. 23.*

IVDEX stateram gestet in manibus, lancesque appendat æquo libramine, *c. 1. de sent. & re judic. in 6.*

IVDEX non debet judicare ex odio, favore, timore, præmio, *ibid.*

IVDICES in judiciis ferendis habeant præ oculis solum Deum, *ibid.*

IVDICES litium dispendia, æquitate debent coarctare, *c. 3. de rescript. in 6.*

IVDEX debet habere curam & diligentiam, ut salva sit rerum probatio, *c. 5. X. ut lit. non contest.*

IVDEX solum de re, quam cognoscit, debet judicare, *c. 4. X. de causa poss. & propr.*

IVDEX ex signis evidentibus potest judicare, *c. 5. X. eod.*

Si IVDEX non servat formam mandati, irritum est ipso facto, quod facit, *c. 19. X. de restit. spoliat.*

IVDEX sine suo Conjudice non debet procedere, *c. 13. X. de rescript.*

Ab eodem IVDICE causa possessionis & proprietatis debet determinari, *c. 1. X. de causa poss. & propr.*

Quæ facit IVDEX, si ad ejus officium non spectant, viribus non subsistunt, *c. 26. de R. I. in 6.*

IVDEX donec plene instruatur, de causa cognoscere debet, *c. 22. X. de sponsal.*

IVDEX errorem suum revocare debet, *c. 17. X. de accusat.*

IVDEX ex officio suo potest procedere contra criminosos manifestos, licet non accusentur, *c. 15. X. de usur.*

IVDEX secularis degradatum puniens non incidit in Canonem, *c. 10. X. de judic.*

IVDEX primum ad componendum debet laborare, *c. ult. X. de transact. c. 1. X. de mut. petition.*

IVDEX semper debet inclinare in humaniorem partem, *ibid.*

IVDEX ex officio providere debet, ut debitæ solennitates serventur in judiciis, quibus omissis judicium redditur frustratorium, *c. 9. X. de judiciis.*

IVDICIS mandato quod quis facit, dolo facere non videtur, cum habeat parere necesse, *c. 24. de R. I. in 6.*

IVDICES debent consulere superiorem, quando habent arduam quæstionem, *L. 30. C. de pactis.*

Omnes IVDICES sequi debent veritatem, & legum, & justitiæ vestigia, *L. 13. C. de sententiis & interloc.*

IVDEX inter utramque personam medius esse debet, *L. 22. C. ad L. Cornel. de falsis.*

IVDICES & Rectores provinciarum debent abstinere à consuetudine temerariæ usucapionis, *L. 33. C. de Decurionibus. X.*

IVDEX debet ferre sententiam secundum naturam actionis propositæ, ut in noxali actione debet ita condemnare, Titium Mevio condemno

in decem aureos, aut noxam dedere, in *pr.* & §. *1. Inst. de officio Iudicis.*

IVDICIS autoritas justam possidendi causam præbet, *L. 11. de acquir. poss.*

Si jussu IVDICIS res mihi restituta sit, accessionem esse mihi dandam placuit, *L. 13. §. 9. eod.*

IVDICIS simplex præceptum ultra ejus territorium non extenditur, *L. 12. §. 1. de rebus autoritate Iudic.*

Si IVDEX constitutiones Principum neglexerit, punitur, *L. 1. §. 3. de L. Cornel. de falsis.*

Qui IVDICEM corruperit, corrumpendumve curaverit, pœna L. Corneliæ afficitur, *L. 1. §. 2. eod.*

IVDEX potest accipere pecunias à sobrinis, propioreve gradu cognatis suis, uxoreve sua, nec tenetur Lege Iulia repetundarum, *L. 1. §. 1. de L. Iulia repetundarum.*

IVDICI datum contra legem repetundarum non potest usucapi, *L. 8. pr. eod.*

IVDICES pedanei, si pecunia corrupti dicantur, plerumque à Præside aut curia summoventur, aut in exilium mittuntur, aut ad tempus relegantur, *L. 38. §. 10. de pœnis.*

Si IVDEX est adversus, appellare licet, *c. 21. q. 6. caus. 2.*

A IVDICE jurisdictionem exequente non appellatur, *c. 29. X. de appell.*

IVDEX, à quo appellatur, debet dare dimissorias appellanti ad eum, ad quem appellatur, continentes, qualiter appellaverit, *c. 3. q. 6. caus. 2. c. 1. pr.* & *c. 4. de appell. in 6.*

Licet IVDEX appellanti instanter petenti apostolos non dederit, non nocebit appellanti, *ibid.*

IVDEX requisitus, si tradit apostolos & postea procedit in causa, non valet processus, nisi renunciatum fuisset appellationi, *c. 4.* & *6. de appell in 6.*

IVDEX cum legitimam exceptionem propositam non admittit, app[...]tur, *c. 22. X. de offic. deleg.*

IVDEX potest mutare interlocutor[...] quo facto, appellatio propter [...] interposita, locum non habet, [...] *X. de appell.*

IVDEX potest compellere appel[...]tem, ut appellationem prosequa[...] *c. 27. X. eod.*

IVDEX potest revocare gravamen[...] appellans cogatur recedere ab [...]pellatione, *c. 47. X. eod.*

IVDEX à quo, nihil potest agere, [...] nec appellationis causa finita [...] *c. 20. X. de accus.*

IVDICI à quo, subjicitur appellan[...] aliis causis, *c. 3. §. cum vero. X[...] appell.*

IVDEX, à quo appellatur, apost[...] post interpositam provocation[...] etiam non petente appellatore [...] debet, *L. 7. §. 6. C. de appellation[...]*

IVDEX quilibet debet recipere ap[...]lationem, *L. 21. C. eod.*

IVDICES debent appellationes [...]pere, & intra triginta dies à die[...] tæ sententiæ numerandos appel[...]tibus dare apostolos, alias una [...] eorum officio mulctabuntur, *L.[...] C. eod.*

IVDEX ad quem non debet remit[...] appellationem terminandam *In[...]* à quo, sed sua sententia debet [...]nunciare provocationem justam, [...] injustam, *L. 6. C. eod.*

IVDEX, qui de crimine cognoscit[...] iam de finibus cognoscere pot[...] *L. 4. §. 4. finium regundorum.*

IVDEX, qua de re cognoverit, de[...]dem pronunciare debet, *L. 74. [...] de judic.*

IVDEX, qui usque ad certam [...]mam judicare jussus est, etiam d[...] majori judicare potest, si inter [...]gatores conveniat, *L. 74. §. 1. e[...]*

IVDEX justitiam denegans amittit ju[...]

di[...]

dictionem, *Auth. Statumus* &c. §. *1. C. de Episcopis & Cler.*

IVDEX non concedens facere testamenta, neque facta insinuare, nec concedens aliquas nuptias facere, aut super nuptialibus donationibus monumenta facere, neque defunctorum corpora sepulturæ tradi, privatur administratione. & in exilium mitti debet, ac de sua substantia damnum læsis restitui debet in duplum, *Nov. 134. c. 4.*

IVDEX differens discernere negotium, & non servans justitiam litigantibus, debet ab Episcopo compelli ad justitiam faciendam. aut per se, aut per literas ad Principem directas, *Nov. 86. c. 1.*

IVDICVM notarii, & domestici post depositam administrationem *Iudicum* per eosdem administratores, quorum domestici fuerunt, debent se exhibere judicio, legibusque propter sua delicta tradi, *L. 9. C. de Assessoribus.*

IVDICVM notarii, & cancellarii, & alii domestici officiales post finitum sui temporis actum ad eandem rursus solicitudinem non debent ambitione, vel avaritia aspirare, *L. 5. & 6. C. eod.*

IVDICES ad provinciam sibi commissam secum ducere non debent quemquam, cui domestici, & cancellarii nomen imponant, ne famæ nota cum bonorum publicatione plectantur, *L. 8. C. eod.*

IVDICES appellationis cognoscere debent, an sit legitime appellatum, *c. 29. X. de rescript.*

IVDEX appellationis non debet citare appellatum, nisi ei constet appellationem fuisse interpositam ex justa & rationabili causa, *c. 3. §. cum autem. de appell. in 6.*

IVDEX appellationis inique appellantem remittere debet ad *Iudicem* principalem, *c. 5. X. de appell.*

Coram IVDICE appellationis litis contestatio facienda est, *c. 18. X. de testam.*

IVDEX ordinarius non debet violenter resistere delegato, nec impedire officium ejus, *c. 8. X. de offic. deleg.*

IVDEX ordinarius loci, potest negligentiam delegati Papæ supplere, non obstante, quod causa fuerit delegato commissa, *c. 6. X. de offic. Iudic. ordin.*

Ad officium IVDICIS etiam delegati spectat providere Advocatum Parti, quæ non potest habere, & poterit dare domesticum, *c. 1. X. de offic. Iudicis.*

IVDICIS officium ubicunque pro actione proponitur, *c. 2. X. eod.*

IVDEX secularis, si Clericum per se distringit vel condemnat, excommunicari debet, *c. 2. X. de foro competent.*

Legitime citatus, tenetur coram IVDICE citante causam prosequi, non obstante, quod post citationem mutaverit forum, *c. 19. X. eod.*

IVDEX etiam delegatus compellit actorem ad respondendum reo in causa reconventionis, & utramque causam ordine successivo simul audiet, & una sententia terminabit, *c. 1. X. de mutuis petition.*

IVDEX Ecclesiasticus pœnam pecuniariam exigere non debet, *c. 3. X. de pœnis.*

IVDEX Ecclesiasticus potest per viam denunciationis evangelicæ, seu judicialis, procedere contra quemlibet peccatorem etiam Laicum, maxime ratione perjurii, vel pacis fractæ, *c. 13. X. de Iudiciis.*

IVDEX habens ut privatus pene consimilem causam, quam habet, ut *Iudex*, à judicando removetur, *c. 18. X. eod.*

IVDEX potest supplere defectum partis, *c.14. X. eod.*

IVDEX Ecclesiasticus etiam secularis Iudicis officio fungi potest in causis peregrinorum & pauperum, *c. 15. X. de foro compet.*

IVDEX testes examinare debet diligenter, & prudenter de singulis circumstantiis, videlicet, de causis, loco, tempore, visu, auditu, scientia, fama, inquirere, *c. 37. X. de testib. & attest.*

IVDEX, qui ex officio inquirit, iterum potest examinare testes, qui obscure dixerunt, post ipsorum publicationem, *c. 53. X. eod.*

Coram IVDICE ordinario testis jurans non debet compelli jurare in eadem causa coram delegato, *c. 7. X. de testib. cog.*

IVDICIS negligentia, vel dolus non debet parti obesse, quo minus post aperturam testimoniorum, iterum testes interrogentur, *c. 48. X. de testib.*

IVDEX annum ad prosequendam appellationem datum potest abbreviare, *c.5. X. de appell.*

IVDEX annum ad prosequendam appellationem datum non potest prorogare, nisi ex justa causa, *c. 57. X. eod.*

IVDEX venalem ferens sententiam, vel pretio pœnam imponens vel remittens, potest accusari, & convictus removeri, *c.126. q.1. caus. 1.*

IVDEX stando vel sedendo definitivam sententiam pronunciare potest, prout ipsi libuerit pronuntiare, *Clem. c.2. de V. S.*

IVDEX debet rectam sententiam ferre, nulli contra justitiam parcere, jus suum cuique tribuere, *c. 17. X. de privileg.*

IVDICIS sententia injuste prolata viribus caret, *c. 89. q. 3. caus. 11.*

Non est necesse, ut IVDEX omnia moventia exprimat in sententia, *c.16. X. de sent. & re judic.*

IVDICIS hæreticis faventis sententia nullam obtinet firmitatem, nec causæ ad ejus audientiam perferantur, *c. 13. §. credentes. X. de haret.*

IVDEX sine justa causa recusari non potest, *c. 61. X. de appellat.*

IVDEX ferri candentis purgationem recipere non debet, *c.10. X. de excess. Prælat.*

IVDEX pœnam metiatur ex culpa, *c. ult. §. illud, de pœnis in 6.*

IVDEX ut suspectus recusatus, potest partes compellere, ut alium eligant, coram quo quæstio terminetur, *c.27. X. de appell.*

IVDICES, vel propter adversam vel longam valetudinem, vel negligentiam, vel furtum, vel simile aliquod vitium removeri possunt ab officio, subrogatis aliis invicem eorum, furibusque pœnis legitimis subactis, *L. 3. C. de offic. Præfecti prætor. orientis* &c.

IVDEX si fuerit à judicando remotus, subrogatur alius per Principem, non per alium, *N. 82. c. 8.*

Vnusquisque IVDEX habeat duos exceptores fideles & probatos, *d. Nov. 82. c. 7. §. 1.*

IVDEX, posteaquam semel sententiam dixit, postea Iudex esse desinit, *L. 55. de re judicata.*

IVDEX, qui semel vel pluris vel minoris condemnavit, amplius corrigere sententiam suam non potest, semel enim male seu bene officio functus est, *ibid.*

IVDICARE.

IVDICARE munus publicum est, *L. 78. de judiciis.*

IVDICANDI necessitas munus personale est, *L.18. §.14. de muneribus.*

IVDICANDI necessitas concessa est etiam

etiam militaribus hominibus, *L. 17. C. de judiciis.*

IVDICANDVM est non exemplis, sed legibus, *L. 13. C. de sentent. & interlocut.*

IVDICARI majores à minoribus non possunt, *c. 8. dist. 21.*

Facta Subditorum IVDICANTVR à nobis, nostra sc. Papæ judicat Deus, *c. 15. q. 3. caus. 9.*

Nemo IVDICABIT primam Sedem, justitiam temperare desiderantem, *c. 13. ead.*

IVDICABITVR Iudex neque ab Augusto, neque ab omni Clero, neque à Regibus, neque à Populo, *ibid.*

IVDICARE de Subditis digne nequeunt, qui in Subditorum causis sua vel odia, vel gratiam sequuntur, *c. 61. q. 3. caus. 11.*

IVDICARE non debemus ex odio, favore, amore, præmio, *c. 1. de sent. & re judic. in 6.*

IVDICARE prius debemus conscientiam propriam, demum culpam alienam, *c. 6. & 7. q. 7. caus. 3.*

IVDICANTEM oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere, *c. 11. q. 5. caus. 30.*

Absens nemo IVDICETVR, nisi ex contumacia absens fuerit, quia & divinæ & humanæ hoc probibent leges, *c. 1. §. 4. q. 8. caus. 3.*

Incerta & dubia IVDICARI non possunt, *c. 12. q. 1. caus. 2.*

Iuste judicans misericordiam cum Iustitia servat, *c. 10. dist. 45.*

IVDICARI vel damnari nemo debet ante inscriptionem, *c. 2. §. 1. q. 4. caus. 4.*

Ecclesia IVDICAT de his, quæ foris sunt, *c. 12. X. de usur.*

De occultis IVDICAT solus Deus, *c. 20. q. 5. caus. 2. c. 18. pr. q. 1. ead.*

IVDICARE debet Ecclesia de manifestis tantum, non de occultis, *c. 34. X. de Simon. c. 2. X. de R. I.*

IVDICARI potest secundum leges in causis ecclesiasticis, *c. 1. X. de novi oper. nunc.*

Iure disceptare, est juste IVDICARE, *c. 1. q. 2. c. 23.*

Male IVDICANS efficitur infamis, infamia juris, *c. 1. in f. de sent. & re judic. in 6.*

IVDICANDVM est pro possessorio, cum jura partium obscura sunt, *c. 6. in f. X. de fid. instrum.*

In rem IVDICATAM nunquam transit sententia lata contra matrimonium, unde quandocunque revocatur, cum constat de errore, *c. 7. X. de sententia & re judicata.*

Res IVDICATA dicitur, quæ finem controversiarum pronunciatione Iudicis accipit, quod vel condemnatione vel absolutione contingit, *L. 1. de re judicata.*

IVDICARE non possunt duo ex tribus Iudicibus uno absente, quippe omnes judicare jussi sunt, *L. 39. eod.*

IVDICATI executionis tempus olim non erat definitum, sed arbitrio Iudicis erat relictum pro qualitate, & quantitate, vel personarum obsequio, vel contumacia, *L. 2. eod.*

In jure confessi pro IVDICATIS habentur, *L. 56. eod.*

Rebus IVDICATIS standum est, *L. 1. C. de re judicata.*

Res IVDICATAE si sub prætextu Computationis instaurentur, nullus erit litium finis, *L. 2. C. eod.*

IVDICARE (de feudo) non potuit pro anima, *II. F. 9. §. 1.*

IVDICARE pro anima feudum, *II. F. 55.*

IVDICIVM.

Vbi æquiparant famosa IVDICIA, & si summam imparem habent, pro pari-

paribus accipienda sunt, *L. 104. de R. I.*

Fere in omnibus pœnalibus IVDICIIS & ætati, & imprudentiæ succurritur, *L. 108. eod.*

Pœnalia IVDICIA semel accepta in heredes transmitti possunt, *L. 164. eod.*

Publica IVDICIA neque per actiones ordinantur, neque omnino quicquam simile habent cum cæteris judiciis, *pr. Inst. de publicis judic.*

Publica IVDICIA ideo dicuntur, quod cuivis ex populo executio eorum plerumque datur, *§. 1. eod.*

Publicorum IVDICIORVM quædam capitalia sunt, quædam non capitalia, *§. 2. eod.*

Publica IVDICIA capitalia sunt, quæ ultimo supplicio afficiunt homines, vel etiam aquæ & ignis interdictione, vel deportatione, vel metallo, *ib. L. 2. de publ. judic.*

Publica IVDICIA non capitalia dicuntur, quæ infamiam irrogant cum damno pecuniario, *ib.*

Publica IVDICIA hæc sunt: L. Iulia majestatis, L. Iulia de adulteriis, L. Cornelia de sicariis, & alia, de quibus *§. 3. & sqq. eod.*

Qui non cogitur in aliquo loco IVDICIVM pati, si ipse ibi agat, cogitur excipere actiones, & ad eundem judicem mitti, *L. 22. de judiciis.*

Non potest videri in IVDICIVM venisse id, quod post *judicium* acceptum accidisset, *L. 23. eod.*

Ad IVDICIVM qui prius provocat, ille debet agere prius, *L. 29. eod.*

IVDICIVM ubi semel est acceptum, ibi & finem accipere debet, *L. 30. eod.*

Si is, qui Romæ IVDICIVM acceperat, decessit, heres ejus, quamvis domicilium transmare habeat, Romæ tamen defendi debet, quia succedit in ejus locum, à quo heres relictus est, *L. 34. eod.*

IVDICIVM super futuro non potest esse, si de præsenti aliquid non debetur, sed si aliquid debetur de præsenti, ejus ratione possunt etiam futura venire in judicium, *L. 35. eod.*

IVDICIVM agitatum cum eo, qui non erat procurator, esse tamen potuit, valet, si dominus ratum habuit, *L. 56. eod.*

IVDICIVM solvitur vetante eo, qui judicare jusserat, vel etiam eo, qui majus imperium in eadem jurisdictione habet, vel etiam, si ipse Iudex ejusdem imperii esse cœperit, cujus erat, qui judicare jussit, *L. 58. eod.*

Id venit in IVDICIVM, de quo actum est inter litigantes, *L. 61. pr. eod.*

Melius est dicere, id venire in IVDICIVM, non de quo actum est, ut veniret, sed id non venire, de quo nominatim actum est, ne veniret, *ib.*

Ad IVDICIVM Ecclesiæ causa juris patronatus spectat, *c. 3. X. de judiciis.*

Instantia IVDICII secundum Canones, per lapsum triennii non perit, *c. 20. X. eod.*

Major 25. annis admittitur ad agendum in IVDICIO, *c. 3. de judiciis in 6.*

Qui IVDICIVM refugit, de justitia diffidit, *c. 12. in f. q. 1. caus. 11.*

Ad secularia IVDICIA nullus Clericus est pertrahendus, *c. 5. eod.*

IVDICIVM candentis ferri, & ferventis aquæ in Ecclesia fieri prohibetur, *c. 20. q. 5. caus. 2.*

Cœptum IVDICIVM tunc demum dicitur, quando lis est contestata, *c. 30. X. de V. S.*

IVDICIVM sanguinis Clericus non exerceat, *c. 29. & 30. q. 8. caus. 23.*

IV-

IVDICIVM capitale die dominico exerceri non debet, *c. 1. X. de feriis.*

Quando IVDICIVM possessorium simpliciter & indeterminate alicui committitur, & petitorium eidem commissum intelligitur, *c. 1. X. de sequestrat.*

IVDICIVM injustum metu superioris extortum non valet, *c. 8. §. 1. q. 1. caus. 25.*

IVDICIO nemini injuria fieri debet, *c. 28. X. de rescript.*

IVDICIVM justum vendi non potest, *c. 21. q. 3. caus. 11.*

Nullum servetur IVDICIVM, nisi rationabiliter habitum, *c. 7. q. 1. caus. 2.*

Ante verum & justum IVDICIVM nemo condemnandus est, *c. 13. q. 1. caus. 2.*

In alienum IVDICIVM non debemus manum extendere, *c. 1. q. 3. caus. 6.*

In omni IVDICIO debent esse quatuor personæ distinctæ; Iudex, Accusator, Defensor, Testis, *c. 1. q. 4. caus. 4. c. 10. X. de V. S.*

In IVDICIO Iudex debet uti æquitate, testis veritate, accusatores intentione ad amplificandam causam, defensores extenuatione ad minuendam causam, *ib.*

IVDICIVM agitatum nomine mortui, qui vivere putabatur, quantum ad eum est nullum, sed nomine ejus solutum poterit ab herede repeti, *L. 74. §. 2. de judiciis.*

In IVDICIO oportet, quod sit unus actor, vel petitor, alius reus & possessor, *L. 62. eod.*

IVDICIVM idem, quod antea erat, permanet non solum, quando unus, aut alter Iudex, sed & si omnes Iudices mutati sint, & loco eorum alii dati sunt, *L. 76. eod.*

In IVDICIVM vocans temere adversarium tenetur ei reddere viatica litisque sumptus, *L. 79. pr. eod.*

IVDICIVM non vitiat falsa demonstratio, *L. 80. eod.*

IVDICIVM expirat, si pendente *judicio* expirat jus agendi, *L. 19. soluto matrimonio.*

IVDICIVM quando tenet pro parte, sufficit sententiam fieri pro parte, *L. 24. §. 7. eod.*

IVDICIO cœpto, usurarum stipulatio non est perempta, *L. 1. C. de judiciis.*

Non omnia IVDICIA, in quibus crimen vertitur, & publica sunt, sed ea tantum, quæ ex Legibus *judiciorum* publicorum veniunt, *L. 1. de publicis judic.*

Is, qui IVDICIO publico damnatus est, jus accusandi non habet, nisi liberorum vel patronorum suorum mortem eo judicio, vel rem suam exequatur, *L. 4. de accusation.*

In IVDICIO non est acceptatio personarum habenda, *c. 12. de R. I. in 6.*

IVDICIVM humanum quatuor modis pervertitur; timore, cupiditate, odio, amore, *c. 78. q. 3. caus. 11.*

IVDICIO divino (*juramento*) *II. F. 27. §. 3.* (*duello vel ferro candente*) *ibid.*

IVDICIVM
familiæ erciscundæ.
vid.
ACTIO
familiæ erciscundæ.

IVMENTVM.

IVMENTVM potest errare, & fugere, non tamen dicitur erro, vel fugitivum, *L. 64. §. 2. de ædilit. edicto.*

IVMENTORVM appellatione non continetur omne pecus, nec omne animal, nam aliud significat jumentum, aliud pecus, *L. 38. §. 4. eod.*

IVMENTORVM appellatione *boves* non continentur, sed pecoris, *L. 38. §. 6. eod.*

Si plura IVMENTA venierint, non omnia erunt redhibenda propter unius ornamentum, *L. 38. §. 12. eod.*

IVMENTIS legatis, boves non continentur, nec contra, *L. 65. §. 5. de legat. 3.*

IVRAMENTVM.

IVRAMENTVM ubi per legem remissum est, ibi ministerio factove Iudicis non est opus, *L. 8. §. 8. de cond. instit.*

IVRAMENTVM contra jus commune, vel publicum non est servandum, *L. 7. §. 16. de pactis.*

IVRAMENTVM f. jusjurandum speciem transactionis continet, majoremque habet auctoritatem, quam res judicata, *L. 2. de jurejurando.*

IVRAMENTVM maximum remedium expediendarum litium est, *L. 1. eod.*

IVRAMENTVM, quod ex conventione extra judicium defertur, referri non potest, *L. 17. pr. eod.*

IVRAMENTVM pupillus fine tutoris autoritate deferre non debet, *L. 17. §. 1. eod.*

IVRAMENTVM, quod procurator detulit, ratum est habendum, *L. 17. §. 3. eod.*

IVRAMENTVM etiam loco solutionis cedit, *L. 27. eod.*

IVRAMENTI gratiam pupillus facere non potest, *L. 32. eod.*

IVRAMENTVM & ad pecunias & ad omnes res locum habet, *L. 34. pr. eod.*

IVRAMENTO, i. e. judicio divino, *II. F. 27. §. 3.*

IVRAMENTO f. jurejurando discernere veritatem, *II. F. 51. c. 5.*

IVRAMENTO causa firmatur, *II. F. 33. §. f.*

IVRAMENTVM causa cognita est deferendum, *II. F. 11. II. F. 15.*

IVRAMENTVM de non revelandis criminibus, *II. F. 53.*

IVRAMENTO probatur immutatio natalium, *II. F. 2. §. 2.*

IVRAMENTVM metu extortum nullius momenti est, *II. F. 53.*

IVRAMENTO pax est firmanda, *II. F. 53.*

IVRAMENTA de pace renoventur, *ib.*

Cujus IVRAMENTO stetur in causis feudalibus, *II. F. 41.*

Masculo cum IVRAMENTO creditur contra fœminam, *ib.*

IVRAMENTO veritas invenitur, non probante actore, *I. F. 23.*

IVRAMENTVM non est proprie probatio, *L. 5. §. 2. de jurejurando.*

IVRAMENTO posteriori unius est standum, etiamsi sit contrarium primo alterius, nec ex hoc arguitur alterius perjurium, *L. 28. §. 10. eod.*

Per IVRAMENTVM non potest deberi res, quæ non est in rerum natura, *L. 30. §. 1. eod.*

IVRAMENTVM in popularibus actionibus exactum ita demum adversus alios proderit, si bona fide exactum fuerit, *L. 30. §. 3. eod.*

Qui IVRAMENTVM defert, prior de calumnia debet jurare, si hoc exigatur, deinde sic ei jurabitur, *L. 34. §. 4. eod.*

Si de qualitate IVRAMENTI fuerit inter partes dubitatum, conceptio ejus in arbitrio judicantis est, *L. 34. §. 5. eod.*

IVRAMENTVM deferre potest tutor, omnibus aliis probationibus deficientibus, *L. 35. pr. eod.*

IVRAMENTVM si prodigus defert, audiendus est, *L. 35. §. 1. eod.*

IVRAMENTVM præstare non compelluntur illi, qui non possunt compelli judicium accipere, veluti Romæ Legati provinciales, *L. 35. §. 2. eod.*

IVRAMENTVM in defectu testium super investitura locum habet, *I. F. 26. §. 1.*

IVRAMENTVM potius deferendum possidenti, *II. F. 4. §. 1.*

IVRAMENTVM datur vel à Iudice, vel à parte, *II. F. 33. §. 1.*

IVRAMENTVM cui dandum est, *ib.*

IVRAMENTVM datur fœminæ contra Dominum feudi, *II. F. 41.*

IVRAMENTVM datur emptori præ Vasallo, *II. F. 51. c. 5.*

IVRAMENTO asserentis investituram de pignore non creditur, *I. F. 11.*

IVRAMENTA de investitura quomodo ex usu Mediolan. præstentur, *I. F. 26. §. 1.*

IVRAMENTA à filiis & principalibus præstanda Mediolan. *ib.*

Nullo IVRAMENTO præstito absolvitur Dominus possessor, (non ita Vasallus) *II. F. 33. §. f.*

IVRAMENTVM datur emptori pro allodio contra Dominum, *II. F. 41.*

IVRAMENTI electio agnatis cum filia contendentibus datur, *II. F. 26. pr.*

Agnato IVRAMENTVM datur præ filia, *II. F. 51. c. 5.*

Ad IVRAMENTVM admittitur pro feudo tanquam paterno, qui partem ejus possedit, *I. F. 12.*

IVRAMENTVM nec Vasallo, nec Domino datur, si Vasallus nil ex feudo, quod paternum dicit, possederit, *ibid.*

IVRAMENTVM quando Domino detur contra feudum paternum esse asserentem, *ibid.*

Ad IVRAMENTVM Dominus tenetur, quando Vasallus nil probavit, *I. F. 4. pr.*

IVRAMENTO præstito Dominus absolvitur, *II. F. 25.*

IVRAMENTVM à debitore præstitum efficit, ut pignus liberetur, *L. 40. de jurejurando.*

IVRAMENTVM à debitore præstitum simile est acceptilationi, & perpetuam parit exceptionem, *ib.*

IVRAMENTI gratia absenti & ignoranti fieri potest, *L. 41. eod.*

IVRAMENTI f. jurisjurandi gratia per epistolam fieri potest, *ib.*

IVRAMENTVM tres habet comites, np. veritatem, judicium & justitiam, ubi autem ista defuerint, non est juramentum, sed perjurium, *c. 26. X. de jurejur. c. 23. q. 4. caus. 22.*

IVRAMENTVM est finis omnis controversiæ, *ibid.*

IVRAMENTVM est confirmatio veritatis, *ibid.*

IVRAMENTVM non est institutum, ut sit vinculum iniquitatis, *c. 18. X. eod.*

Ad relaxationem IVRAMENTI agi potest, cujus implementum turpitudinem continet ex parte suscipientis, *c. 1. X. eod.*

Non valet IVRAMENTVM præstitum à Prælato de non repetendis rebus Ecclesiæ, *c. 2. X. eod.*

Si IVRAMENTVM per metum extortum servari potest sine interitu salutis æternæ, servandum est, *c. 8. X. eod.*

A IVRAMENTO per metum extorto Ecclesia Romana non consuevit absolvere, *ibid.*

Non valet IVRAMENTVM Monachi claustrum abjurantis, & sibi de hoc gravis pœna imponitur, *c. 13. X. eod.*

A IVRAMENTO per metum extorto Ecclesia solet absolvere, & ejus transgressores, ut peccantes mortaliter non puniuntur, *c. 15. X. eod.*

Non valet IVRAMENTVM præstitum in præjudicium juris Superioris, *c. 19. X. eod.*

IVRAMENTVM contra utilitatem Ecclesia-

electionem & ordinationem, *L. 1. §. 5. C. de officio Præfecti pratorio Africæ* &c.

IVDICES dioeceseos Africanæ tam civiles, quam militares in nostro laterculo non debent percipere ultra sex solidos, pro codicillorum atque chartularum promotione, *L. 1. §. 7. C. eod.*

IVDICES non debent vocare coram se eos, super quibus non habent jurisdictionem, poterunt tamen vocare tantum suos officiales, & populares seditioni obnoxios, *L. 2. C. de offic. Præfecti urbi.*

IVDICVM negligentia impunita non debet esse, *L. un. pr. C. de officio comitis sacrarum largition.*

IVDICVM illorum nomina sunt referenda Principi, qui magis student commodis propriis, quam utilitatibus publicis, *L. un. §. 1. C. eod.*

IVDICES justissimi & vigilantissimi publicis acclamationibus sunt collaudandi, *L. 3. C. de officio Rectoris provinciæ.*

IVDICES injusti & malefici querelarum vocibus sunt accusandi, *ib.*

Ne quis IVDICVM in provincia sua Præfectianum, vel Palatinum, vel militem, vel ex his etiam omnibus, qui antea in hujusmodi officiis fuerint commorati, intercessorem, i. e. executorem cujusquam litigatoris petitione in quolibet seu privato, seu publico negotio putet esse tribuendum, *L. 8. C. eod.*

Singuli quique IVDICES sciant, celsioribus viris, & his, quorum nonnunquam judicio provehuntur, honorificentiam debitam esse præstandam, nec in proscriptionibus suis fratres audeant nominare, *L. 2. C. de officio diversorum Iudicum.*

IVDICES puniuntur in tribus libris auri, si Doctoribus Advocatis, quibus etiam facultas consistorium Principis ingrediendi præbetur, non patuerit ingressus, aut reverentia non fuerit in salutatione delata, aut sedendi cum *Iudice* facultas denegata, *L. 3. C. eod.*

Infames, IVDICES esse non possunt, *c. 1. q. 7. caus. 3.*

Tria sunt, quibus aliqui impediuntur, ut IVDICES non fiant; *Natura*, ut surdus & mutus, & qui perpetuo furiosus est, &, impubes, quia judicio carent; *Lege*, qui Senatu motus est; *Moribus*, feminæ, & servi, non quia non habeant judicium, sed quia receptum est, ut civilibus officiis non fungantur, *ibid.* &. *L. 12. §. 2. de judiciis.*

Bonus IVDEX nihil ex arbitrio suo facit, & domesticæ proposito voluntatis, sed juxta Leges & Iura pronunciat, statutis Iuris obtemperat, non indulget propriæ voluntati, nihil paratum & meditatum domo defert, sed sicut audit, ita judicat, & sicut se habet negotii natura, decernit, obsequitur legibus, non adversatur, examinat causæ merita, non mutat, *c. 4. ead.*

Qui inimici sunt, IVDICES esse non possunt, *c. 15. pr. q. 5. caus. 3.*

Naturale est suspectorum IVDICVM insidias declinare, & inimicorum judicium semper velle refugere, *c. 15. §. 4. ead.*

Qui suspectum IVDICEM putat, antequam lis inchoetur, eum recusare, & ad alium recurrere potest, *ibid. L. 16. C. de judiciis.*

IVDEX omnium est Papa, sed hujus nemo, *c. 10. q. 3. caus. 9.*

IVDICI nocet judicandi temeritas, non ei, qui judicatur, *c. 49. q. 3. caus. 11.*

IVDEX, ad cujus loquelam vita minime concordat, sæpe immeritos damnat, *c. 88. pr. q. 3. caus. 11.*

Cri-

Criminosus, alterius criminis IVDEX esse non potest, & se ipsum condemnat, dum in alterius crimen sententiam profert, *c. 7. pr. q. 7. caus. 3.*

IVDEX sine accusatione damnare non potest, *c. 17. q. 1. caus. 2.*

Peccatum, quod tantum IVDICI notum est, ab eo damnari non valet, *c. 19. q. 1. caus. 2.*

IVDEX esse non potest damnatus L. Iulia repetundarum, *c. 130. §. 4. q. 1. caus. 1.*

Non licet IVDICI vendere justum judicium, etsi liceat Advocato vendere justum patrocinium, & Iurisconsulto rectum consilium, *c. 71. q. 3. caus. 11.*

IVDEX non admittit scelus, qui homines vincit, *c. 30. q. 5. caus. 23.*

IVDEX Minister Dei est, si malos percutiat in eo, quod mali sint, *c. 29. q. 5. caus. 23.*

IVDEX stateram gestet in manibus, lancesque appendat æquo libramine, *c. 1. de sent. & re judic. in 6.*

IVDEX non debet judicare ex odio, favore, timore, præmio, *ibid.*

IVDICES in judiciis ferendis habeant præ oculis solum Deum, *ibid.*

IVDICES litium dispendia, æquitate debent coarctare, *c. 3. de rescript. in 6.*

IVDEX debet habere curam & diligentiam, ut salva sit rerum probatio, *c. 5. X. ut lit. non contest.*

IVDEX solum de re, quam cognoscit, debet judicare, *c. 4. X. de causa poss. & propr.*

IVDEX ex signis evidentibus potest judicare, *c. 5. X. eod.*

Si IVDEX non servat formam mandati, irritum est ipso facto, quod facit, *c. 19. X. de restit. spoliat.*

IVDEX sine suo Conjudice non debet procedere, *c. 13. X. de rescript.*

Ab eodem IVDICE causa possessionis & proprietaris debet determinari, *c. 1. X. de causa poss. & propr.*

Quæ facit IVDEX, si ad ejus officium non spectant, viribus non subsistunt, *c. 26. de R. I. in 6.*

IVDEX donec plene instruatur, de causa cognoscere debet, *c. 22. X. de sponsal.*

IVDEX errorem suum revocare debet, *c. 17. X. de accusat.*

IVDEX ex officio suo potest procedere contra criminosos manifestos, licet non accusentur, *c. 15. X. de usur.*

IVDEX secularis degradatum puniens non incidit in Canonem, *c. 10. X. de judic.*

IVDEX primum ad componendum debet laborare, *c. ult. X. de transact. c. 1. X. de mut. petition.*

IVDEX semper debet inclinare in humaniorem partem, *ibid.*

IVDEX ex officio providere debet, ut debitæ solennitates serventur in judiciis, quibus omissis judicium redditur frustratorium, *c. 9. X. de judiciis.*

IVDICIS mandato quod quis facit, dolo facere non videtur, cum habeat parere necesse, *c. 24. de R. I. in 6.*

IVDICES debent consulere superiorem, quando habent arduam quæstionem, *L. 30. C. de pactis.*

Omnes IVDICES sequi debent veritatem, & legum, & justitiæ vestigia, *L. 13. C. de sententiis & interloc.*

IVDEX inter utramqne personam medius] esse debet, *L. 22. C. ad L. Cornel. de falsis.*

IVDICES & Rectores provinciarum debent abstinere à consuetudine temerariæ usucapionis, *L. 33. C. de Decurionibus. X.*

IVDEX debet ferre sententiam secundum naturam actionis propositæ, ut in noxali actione debet ita condemnare, Titium Mevio condemno in

in decem aureos, aut noxam dedere, in *pr.* & §. *1. Inst. de officio Iudicis.*

IVDICIS autoritas justam possidendi causam præbet, *L. 11. de acquir. poss.*

Si jussu IVDICIS res mihi restituta sit, accessionem esse mihi dandam placuit, *L. 13. §. 9. eod.*

IVDICIS simplex præceptum ultra ejus territorium non extenditur, *L. 12. §. 1. de rebus autoritate Iudic.*

Si IVDEX constitutiones Principum neglexerit, punitur, *L. 1. §. 3. de L. Cornel. de falsis.*

Qui IVDICEM corruperit, corrumpendumve curaverit, pœna L. Corneliæ afficitur, *L. 1. §. 2. eod.*

IVDEX potest accipere pecunias à sobrinis, propioreve gradu cognatis suis, uxoreve sua, nec tenetur Lege Iulia repetundarum, *L. 1. §. 1. de L. Iulia repetundarum.*

IVDICI datum contra legem repetundarum non potest usucapi, *L. 8. pr. eod.*

IVDICES pedanei, si pecunia corrupti dicantur, plerumque à Præside aut curia summoventur, aut in exilium mittuntur, aut ad tempus relegantur, *L. 38. §. 10. de pœnis.*

Si IVDEX est adversus, appellare licet, *c. 21. q. 6. caus. 2.*

A IVDICE jurisdictionem exequente non appellatur, *c. 29. X. de appell.*

IVDEX, à quo appellatur, debet dare dimissorias appellanti ad eum, ad quem appellatur, continentes, qualiter appellaverit, *c. 3. q. 6. caus. 2. c. 1. pr.* & *c. 4. de appell. in 6.*

Licet IVDEX appellanti instanter petenti apostolos non dederit, non nocebit appellanti, *ibid.*

IVDEX requisitus, si tradit apostolos & postea procedit in causa, non valet processus, nisi renunciatum fuisset appellationi, *c. 4.* & *6. de appell in 6.*

IVDEX cum legitimam exceptionem propositam non admittit, appellatur, *c. 22. X. de offic. deleg.*

IVDEX potest mutare interlocutoriam, quo facto, appellatio propter hoc interposita, locum non habet, *c. 60. X. de appell.*

IVDEX potest compellere appellantem, ut appellationem prosequatur, *c. 27. X. eod.*

IVDEX potest revocare gravamen, ut appellans cogatur recedere ab appellatione, *c. 47. X. eod.*

IVDEX à quo, nihil potest agere, donec appellationis causa finita sit, *c. 20. X. de accus.*

IVDICI à quo, subjicitur appellans in aliis causis, *c. 3. §. cum vero. X. de appell.*

IVDEX, à quo appellatur, apostolos post interpositam provocationem, etiam non petente appellatore dare debet, *L. 7. §. 6. C. de appellation.*

IVDEX quilibet debet recipere appellationem, *L. 21. C. eod.*

IVDICES debent appellationes recipere, & intra triginta dies à die latæ sententiæ numerandos appellantibus dare apostolos, alias una cum eorum officio mulctabuntur, *L. 24. C. eod.*

IVDEX ad quem non debet remittere appellationem terminandam *Iudici* à quo, sed sua sententia debet pronunciare provocationem justam, vel injustam, *L. 6. C. eod.*

IVDEX, qui de crimine cognoscit, etiam de finibus cognoscere potest, *L. 4. §. 4. finium regundorum.*

IVDEX, qua de re cognoverit, de eadem pronunciare debet, *L. 74. pr. de judic.*

IVDEX, qui usque ad certam summam judicare jussus est, etiam de re majori judicare potest, si inter litigatores conveniat, *L. 74. §. 1. eod.*

IVDEX justitiam denegans amittit jurisdictio-

dictionem, *Auth. Statuimus* &c. §. *1.* *C. de Episcopis & Cler.*

IVDEX non concedens facere testamenta, neque facta insinuare, nec concedens aliquas nuptias facere, aut super nuptialibus donationibus monumenta facere, neque defunctorum corpora sepulturæ tradi, privatur administratione, & in exilium mitti debet, ac de sua substantia damnum læsis restitui debet in duplum, *Nov. 134. c. 4.*

IVDEX differens discernere negotium, & non servans justitiam litigantibus, debet ab Episcopo compelli ad justitiam faciendam, aut per se, aut per literas ad Principem directas, *Nov. 86. c. 1.*

IVDICVM notarii, & domestici post depositam administrationem *Iudicum* per eosdem administratores, quorum domestici fuerunt, debent se exhibere judicio, legibusque propter sua delicta tradi, *L. 9. C. de Assessoribus.*

IVDICVM notarii, & cancellarii, & alii domestici officiales post finitum sui temporis actum ad eandem rursus solicitudinem non debent ambitione, vel avaritia aspirare, *L. 5.* & *6. C. eod.*

IVDICES ad provinciam sibi commissam secum ducere non debent quemquam, cui domestici, & cancellarii nomen imponant, ne famæ nota cum bonorum publicatione plectantur, *L. 8. C. eod.*

IVDICES appellationis cognoscere debent, an sit legitime appellatum, *c. 29. X. de rescript.*

IVDEX appellationis non debet citare appellatum, nisi ei constet appellationem fuisse interpositam ex justa & rationabili causa, *c. 3. §. cum autem. de appell. in 6.*

IVDEX appellationis inique appellantem remittere debet ad *Iudicem* principalem, *c. 5. X. de appell.*

Coram IVDICE appellationis litis contestatio facienda est, *c. 18. X. de testam.*

IVDEX ordinarius non debet violenter resistere delegato, nec impedire officium ejus, *c. 8. X. de offic. deleg.*

IVDEX ordinarius loci, potest negligentiam delegati Papæ supplere, non obstante, quod causa fuerit delegato commissa, *c. 6. X. de offic. Iudic. ordin.*

Ad officium IVDICIS etiam delegati spectat providere Advocatum Parti, quæ non potest habere, & poterit dare domesticum, *c. 1. X. de offic. Iudicis.*

IVDICIS officium ubicunque pro actione proponitur, *c. 2. X. eod.*

IVDEX secularis, si Clericum per se distringit vel condemnat, excommunicari debet, *c. 2. X. de foro competent.*

Legitime citatus, tenetur coram IVDICE citante causam prosequi, non obstante, quod post citationem mutaverit forum, *c. 19. X. eod.*

IVDEX etiam delegatus compellit actorem ad respondendum reo in causa reconventionis, & utramque causam ordine successivo simul audiet, & una sententia terminabit, *c. 1. X. de mutuis petition.*

IVDEX Ecclesiasticus pœnam pecuniariam exigere non debet, *c. 3. X. de pœnis.*

IVDEX Ecclesiasticus potest per viam denunciationis evangelicæ, seu judicialis, procedere contra quemlibet peccatorem etiam Laicum, maxime ratione perjurii, vel pacis fractæ, *c. 13. X. de Iudiciis.*

IVDEX habens ut privatus pene consimilem causam, quam habet, ut *Iudex*, à judicando removetur, *c. 18. X. eod.*

IVDEX potest supplere defectum partis, *c. 14. X. eod.*

IVDEX Ecclesiasticus etiam secularis Iudicis officio fungi potest in causis peregrinorum & pauperum, *c. 15. X. de foro compet.*

IVDEX testes examinare debet diligenter, & prudenter de singulis circumstantiis, videlicet, de causis, loco, tempore, visu, auditu, scientia, fama, inquirere, *c. 37. X. de testib. & attest.*

IVDEX, qui ex officio inquirit, iterum potest examinare testes, qui obscure dixerunt, post ipsorum publicationem, *c. 53. X. eod.*

Coram IVDICE ordinario testis jurans non debet compelli jurare in eadem causa coram delegato, *c. 7. X. de testib. cog.*

IVDICIS negligentia, vel dolus non debet parti obesse, quo minus post aperturam testimoniorum, iterum testes interrogentur, *c. 48. X. de testib.*

IVDEX annum ad prosequendam appellationem datum potest abbreviare, *c. 5. X. de appell.*

IVDEX annum ad prosequendam appellationem datum non potest prorogare, nisi ex justa causa, *c. 57. X. eod.*

IVDEX venalem ferens sententiam, vel pretio pœnam imponens vel remittens, potest accusari, & convictus removeri, *c. 126. q. 1. caus. 1.*

IVDEX stando vel sedendo definitivam sententiam pronunciare potest, prout ipsi libuerit pronuntiare, *Clem. c. 2. de V. S.*

IVDEX debet rectam sententiam ferre, nulli contra justitiam parcere, jus suum cuique tribuere, *c. 17. X. de privileg.*

IVDICIS sententia injuste prolata viribus caret, *c. 89. q. 3. caus. 11.*

Non est necesse, ut IVDEX omnia moventia exprimat in sententia, *c. 16. X. de sent. & re judic.*

IVDICIS hæreticis faventis sententia nullam obtinet firmitatem, nec causæ ad ejus audientiam perferantur, *c. 13. §. credentes. X. de haret.*

IVDEX sine justa causa recusari non potest, *c. 61. X. de appellat.*

IVDEX ferri candentis purgationem recipere non debet, *c. 10. X. de excess. Prælat.*

IVDEX pœnam metiatur ex culpa, *c. ult. §. illud, de pœnis in 6.*

IVDEX ut suspectus recusatus, potest partes compellere, ut alium eligant, coram quo quæstio terminetur, *c. 27. X. de appell.*

IVDICES, vel propter adversam vel longam valetudinem, vel negligentiam, vel furtum, vel simile aliquod vitium removeri possunt ab officio, subrogatis aliis invicem eorum, furibusque pœnis legitimis subactis, *L. 3. C. de offic. Præfecti prætor. orientis* &c.

IVDEX si fuerit à judicando remotus, subrogatur alius per Principem, non per alium, *N. 82. c. 8.*

Vnusquisque IVDEX habeat duos exceptores fideles & probatos, *d. Nov. 82. c. 7. §. 1.*

IVDEX, posteaquam semel sententiam dixit, postea Iudex esse desinit, *L. 55. de re judicata.*

IVDEX, qui semel vel pluris vel minoris condemnavit, amplius corrigere sententiam suam non potest, semel enim male seu bene officio functus est, *ibid.*

IVDICARE.

IVDICARE munus publicum est, *L. 78. de judiciis.*

IVDICANDI necessitas munus personale est, *L. 18. §. 14. de muneribus.*

IVDICANDI necessitas concessa est etiam

etiam militaribus hominibus, *L. 17. C. de judiciis.*

IVDICANDVM est non exemplis, sed legibus, *L. 13. C. de sentent. & interlocut.*

IVDICARI majores à minoribus non possunt, *c. 8. dist. 21.*

Facta Subditorum IVDICANTVR à nobis, nostra sc. Papæ judicat Deus, *c. 15. q. 3. caus. 9.*

Nemo IVDICABIT primam Sedem, justitiam temperare desiderantem, *c. 13. ead.*

IVDICABITVR Iudex neque ab Augusto, neque ab omni Clero, neque à Regibus, neque à Populo, *ibid.*

IVDICARE de Subditis digne nequeunt, qui in Subditorum causis sua vel odia, vel gratiam sequuntur, *c. 61. q. 3. caus. 11.*

IVDICARE non debemus ex odio, favore, amore, præmio, *c. 1. de sent. & re judic. in 6.*

IVDICARE prius debemus conscientiam propriam, demum culpam alienam, *c. 6. & 7. q. 7. caus. 3.*

IVDICANTEM oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere, *c. 11. q. 5. caus. 30.*

Absens nemo IVDICETVR, nisi ex contumacia absens fuerit, quia & divinæ & humanæ hoc probibent leges, *c. 1. §. 4. q. 8. caus. 3.*

Incerta & dubia IVDICARI non possunt, *c. 12. q. 1. caus. 2.*

Iuste judicans misericordiam cum Iustitia servat, *c. 10. dist. 45.*

IVDICARI vel damnari nemo debet ante inscriptionem, *c. 2. §. 1. q. 4. caus. 4.*

Ecclesia IVDICAT de his, quæ foris sunt, *c. 12. X. de usur.*

De occultis IVDICAT solus Deus, *c. 20. q. 5. caus. 2. c. 18. pr. q. 1. ead.*

IVDICARE debet Ecclesia de manifestis tantum, non de occultis, *c. 34. X. de Simon. c. 2. X. de R. I.*

IVDICARI potest secundum leges in causis ecclesiasticis, *c. 1. X. de novi oper. nunc.*

Iure disceptare, est juste IVDICARE, *c. 1. q. 2. c. 23.*

Male IVDICANS efficitur infamis, infamia juris, *c. 1. in f. de sent. & re judic. in 6.*

IVDICANDVM est pro possessorio, cum jura partium obscura sunt, *c. 6. in f. X. de fid. instrum.*

In rem IVDICATAM nunquam transit sententia lata contra matrimonium, unde quandocunque revocatur, cum constat de errore, *c. 7. X. de sententia & re judicata.*

Res IVDICATA dicitur, quæ finem controversiarum pronunciatione Iudicis accipit, quod vel condemnatione vel absolutione contingit, *L. 1. de re judicata.*

IVDICARE non possunt duo ex tribus Iudicibus uno absente, quippe omnes judicare jussi sunt, *L. 39. eod.*

IVDICATI executionis tempus olim non erat definitum, sed arbitrio Iudicis erat relictum pro qualitate, & quantitate, vel personarum obsequio, vel contumacia, *L. 2. eod.*

In jure confessi pro IVDICATIS habentur, *L. 56. eod.*

Rebus IVDICATIS standum est, *L. 1. C. de re judicata.*

Res IVDICATAE si sub prætextu Computationis instaurentur, nullus erit litium finis, *L. 2. C. eod.*

IVDICARE (de feudo) non potuit pro anima, *II. F. 9. §. 1.*

IVDICARE pro anima feudum, *II. F. 55.*

IVDICIVM.

Vbi æquiparant famosa IVDICIA, & si summam imparem habent, pro pari-

paribus accipienda sunt, *L. 104. de R. I.*

Fere in omnibus pœnalibus IVDICIIS & ætati, & imprudentiæ succurritur, *L. 108. eod.*

Pœnalia IVDICIA semel accepta in heredes transmitti possunt, *L. 164. eod.*

Publica IVDICIA neque per actiones ordinantur, neque omnino quicquam simile habent cum cæteris judiciis, *pr. Inst. de publicis judic.*

Publica IVDICIA ideo dicuntur, quod cuivis ex populo executio eorum plerumque datur, *§. 1. eod.*

Publicorum IVDICIORVM quædam capitalia sunt, quædam non capitalia, *§. 2. eod.*

Publica IVDICIA capitalia sunt, quæ ultimo supplicio afficiunt homines, vel etiam aquæ & ignis interdictione, vel deportatione, vel metallo, *ib. L. 2. de publ. judic.*

Publica IVDICIA non capitalia dicuntur, quæ infamiam irrogant cum damno pecuniario, *ib.*

Publica IVDICIA hæc sunt: L. Iulia majestatis, L. Iulia de adulteriis, L. Cornelia de sicariis, & alia, de quibus *§. 3. & sqq. eod.*

Qui non cogitur in aliquo loco IVDICIVM pati, si ipse ibi agat, cogitur excipere actiones, & ad eundem judicem mitti, *L. 22. de judiciis.*

Non potest videri in IVDICIVM venisse id, quod post *judicium* acceptum accidisset, *L. 23. eod.*

Ad IVDICIVM qui prius provocat, ille debet agere prius, *L. 29. eod.*

IVDICIVM ubi semel est acceptum, ibi & finem accipere debet, *L. 30. eod.*

Si is, qui Romæ IVDICIVM acceperat, decessit, heres ejus, quamvis domicilium transmare habeat, Romæ tamen defendi debet, quia succedit in ejus locum, à quo heres relictus est, *L. 34. eod.*

IVDICIVM super futuro non potest esse, si de præsenti aliquid non debetur, sed si aliquid debetur de præsenti, ejus ratione possunt etiam futura venire in judicium, *L. 35. eod.*

IVDICIVM agitatum cum eo, qui non erat procurator, esse tamen potuit, valet, si dominus ratum habuit, *L. 56. eod.*

IVDICIVM solvitur vetante eo, qui judicare jusserat, vel etiam eo, qui majus imperium in eadem jurisdictione habet, vel etiam, si ipse Iudex ejusdem imperii esse cœperit, cujus erat, qui judicare jussit, *L. 58. eod.*

Id venit in IVDICIVM, de quo actum est inter litigantes, *L. 61. pr. eod.*

Melius est dicere, id venire in IVDICIVM, non de quo actum est, ut veniret, sed id non venire, de quo nominatim actum est, ne veniret, *ib.*

Ad IVDICIVM Ecclesiæ causa juris patronatus spectat, *c. 3. X. de judiciis.*

Instantia IVDICII secundum Canones, per lapsum triennii non perit, *c. 20. X. eod.*

Major 25. annis admittitur ad agendum in IVDICIO, *c. 3. de judiciis in 6.*

Qui IVDICIVM refugit, de justitia diffidit, *c. 12. in f. q. 1. caus. 11.*

Ad secularia IVDICIA nullus Clericus est pertrahendus, *c. 5. eod.*

IVDICIVM candentis ferri, & ferventis aquæ in Ecclesia fieri prohibetur, *c. 20. q. 5. caus. 2.*

Cœptum IVDICIVM tunc demum dicitur, quando lis est contestata, *c. 30. X. de V. S.*

IVDICIVM sanguinis Clericus non exerceat, *c. 29. & 30. q. 8. caus. 23.*

IV-

IVDICIVM capitale die dominico exerceri non debet, *c. 1. X. de feriis.*

Quando IVDICIVM possessorium simpliciter & indeterminate alicui committitur, & petitorium eidem commissum intelligitur, *c. 1. X. de sequestrat.*

IVDICIVM injustum metu superioris extortum non valet, *c. 8. §. 1. q. 1. caus. 25.*

IVDICIO nemini injuria fieri debet, *c. 28. X. de rescript.*

IVDICIVM justum vendi non potest, *c. 21. q. 3. caus. 11.*

Nullum servetur IVDICIVM, nisi rationabiliter habitum, *c. 7. q. 1. caus. 2.*

Ante verum & justum IVDICIVM nemo condemnandus est, *c. 13. q. 1. caus. 2.*

In alienum IVDICIVM non debemus manum extendere, *c. 1. q. 3. caus. 6.*

In omni IVDICIO debent esse quatuor personæ distinctæ; Iudex, Accusator, Defensor, Testis, *c. 1. q. 4. caus. 4. c. 10. X. de V. S.*

In IVDICIO Iudex debet uti æquitate, testis veritate, accusatores intentione ad amplificandam causam, defensores extenuatione ad minuendam causam, *ib.*

IVDICIVM agitatum nomine mortui, qui vivere putabatur, quantum ad eum est nullum, sed nomine ejus solutum poterit ab herede repeti, *L. 74. §. 2. de judiciis.*

In IVDICIO oportet, quod sit unus actor, vel petitor, alius reus & possessor, *L. 62. eod.*

IVDICIVM idem, quod antea erat, permanet non solum, quando unus, aut alter Iudex, sed & si omnes Iudices mutati sint, & loco eorum alii dati sunt, *L. 76. eod.*

In IVDICIVM vocans temere adversarium tenetur ei reddere viatica litisque sumptus, *L. 79. pr. eod.*

IVDICIVM non vitiat falsa demonstratio, *L. 80. eod.*

IVDICIVM expirat, si pendente *judicio* expirat jus agendi, *L. 19. soluto matrimonio.*

IVDICIVM quando tenet pro parte, sufficit sententiam fieri pro parte, *L. 24. §. 7. eod.*

IVDICIO cœpto, usurarum stipulatio non est perempta, *L. 1. C. de judiciis.*

Non omnia IVDICIA, in quibus crimen vertitur, & publica sunt, sed ea tantum, quæ ex Legibus *judiciorum* publicorum veniunt, *L. 1. de publicis judic.*

Is, qui IVDICIO publico damnatus est, jus accusandi non habet, nisi liberorum vel patronorum suorum mortem eo judicio, vel rem suam exequatur, *L. 4. de accusation.*

In IVDICIO non est acceptatio personarum habenda, *c. 12. de R. I. in 6.*

IVDICIVM humanum quatuor modis pervertitur; timore, cupiditate, odio, amore, *c. 78. q. 3. caus. 11.*

IVDICIO divino (*juramento*) *II F. 27. §. 3.* (*duello vel ferro candente*) *ibid.*

IVDICIVM
familiæ erciscundæ.
vid.
ACTIO
familiæ erciscundæ.

IVMENTVM.

IVMENTVM potest errare, & fugere, non tamen dicitur erro, vel fugitivum, *L. 64. §. 2. de ædilit. edicto.*

IVMENTORVM appellatione non continetur omne pecus, nec omne animal, nam aliud significat jumentum, aliud pecus, *L. 38 §. 4 eod.*

IVMENTORVM appellatione *boves* non continentur, sed pecoris, *L. 38. §. 6. eod.*

Si plura IVMENTA venierint, non omnia erunt redhibenda propter unius ornamentum, *L. 38. §. 12. eod.*

IVMENTIS legatis, boves non continentur, nec contra, *L. 65. §. 5. de legat. 3.*

IVRAMENTVM.

IVRAMENTVM ubi per legem remissum est, ibi ministerio factove Iudicis non est opus, *L. 8. §. 8. de cond. instit.*

IVRAMENTVM contra jus commune, vel publicum non est servandum, *L. 7. §. 16. de pactis.*

IVRAMENTVM f. jusjurandum speciem transactionis continet, majoremque habet auctoritatem, quam res judicata, *L. 2. de jurejurando.*

IVRAMENTVM maximum remedium expediendarum litium est, *L. 1. eod.*

IVRAMENTVM, quod ex conventione extra judicium defertur, referri non potest, *L. 17. pr. eod.*

IVRAMENTVM pupillus sine tutoris autoritate deferre non debet, *L. 17. §. 1. eod.*

IVRAMENTVM, quod procurator detulit, ratum est habendum, *L. 17. §. 3. eod.*

IVRAMENTVM etiam loco solutionis cedit, *L. 27. eod.*

IVRAMENTI gratiam pupillus facere non potest, *L. 32. eod.*

IVRAMENTVM & ad pecunias & ad omnes res locum habet, *L. 34. pr. eod.*

IVRAMENTO, i. e. judicio divino, *II. F. 27. §. 3.*

IVRAMENTO f. jurejurando discernere veritatem, *II. F. 51. c. 5.*

IVRAMENTO causa firmatur, *II. F. 33. §. f.*

IVRAMENTVM causa cognita est deferendum, *II. F. 11. II. F. 15.*

IVRAMENTVM de non revelandis criminibus, *II. F. 53.*

IVRAMENTO probatur immutatio natalium, *II. F. 2. §. 2.*

IVRAMENTVM metu extortum nullius momenti est, *II. F. 53.*

IVRAMENTO pax est firmanda, *II. F. 53.*

IVRAMENTA de pace renoventur, *ib.*

Cujus IVRAMENTO stetur in causis feudalibus, *II. F. 41.*

Masculo cum IVRAMENTO creditur contra fœminam, *ib.*

IVRAMENTO veritas invenitur, non probante actore, *I. F. 23.*

IVRAMENTVM non est proprie probatio, *L. 5. §. 2. de jurejurando.*

IVRAMENTO posteriori unius est standum, etiamsi sit contrarium primo alterius, nec ex hoc arguitur alterius perjurium, *L. 28. §. 10. eod.*

Per IVRAMENTVM non potest deberi res, quæ non est in rerum natura, *L. 30. §. 1. eod.*

IVRAMENTVM in popularibus actionibus exactum ita demum adversus alios proderit, si bona fide exactum fuerit, *L. 30. §. 3. eod.*

Qui IVRAMENTVM defert, prior de calumnia debet jurare, si hoc exigatur, deinde sic ei jurabitur, *L. 34. §. 4. eod.*

Si de qualitate IVRAMENTI fuerit inter partes dubitatum, conceptio ejus in arbitrio judicantis est, *L. 34. §. 5. eod.*

IVRAMENTVM deferre potest tutor, omnibus aliis probationibus deficientibus, *L. 35. pr. eod.*

IVRAMENTVM si prodigus defert, audiendus est, *L. 35. §. 1. eod.*

IVRAMENTVM præstare non compelluntur illi, qui non possunt compelli judicium accipere, veluti Romæ Legati provinciales, *L. 35. §. 2. eod.*

IV-

IVRAMENTVM in defectu testium super investitura locum habet, *I. F. 26. §. 1.*

IVRAMENTVM potius deferendum possidenti, *II. F. 4. §. 1.*

IVRAMENTVM datur vel à Iudice, vel à parte, *II. F. 33. §. 1.*

IVRAMENTVM cui dandum est, *ib.*

IVRAMENTVM datur fœminæ contra Dominum feudi, *II. F. 41.*

IVRAMENTVM datur emptori præ Vasallo, *II. F. 51. c. 5.*

IVRAMENTO asserentis investituram de pignore non creditur, *I. F. 11.*

IVRAMENTA de investitura quomodo ex usu Mediolan. præstentur, *I. F. 26. §. 1.*

IVRAMENTA à filiis & principalibus præstanda Mediolan. *ib.*

Nullo IVRAMENTO præstito absolvitur Dominus possessor, (non ita Vasallus) *II. F. 33. §. f.*

IVRAMENTVM datur emptori pro allodio contra Dominum, *II. F. 41.*

IVRAMENTI electio agnatis cum filia contendentibus datur, *II. F. 26. pr.*

Agnato IVRAMENTVM datur præ filia, *II. F. 51. c. 5.*

Ad IVRAMENTVM admittitur pro feudo tanquam paterno, qui partem ejus possedit, *I. F. 12.*

IVRAMENTVM nec Vasallo, nec Domino datur, si Vasallus nil ex feudo, quod paternum dicit, possederit, *ibid.*

IVRAMENTVM quando Domino detur contra feudum paternum esse asserentem, *ibid.*

Ad IVRAMENTVM Dominus tenetur, quando Vasallus nil probavit, *I. F. 4. pr.*

IVRAMENTO præstito Dominus absolvitur, *II. F. 25.*

IVRAMENTVM à debitore præstitum efficit, ut pignus liberetur, *L. 49. de jurejurando.*

IVRAMENTVM à debitore præstitum simile est acceptilationi, & perpetuam parit exceptionem, *ib.*

IVRAMENTI gratia absenti & ignoranti fieri potest, *L. 41. eod.*

IVRAMENTI s. jurisjurandi gratia per epistolam fieri potest, *ib.*

IVRAMENTVM tres habet comites, np. veritatem, judicium & justitiam, ubi autem ista defuerint, non est juramentum, sed perjurium, *c. 26. X. de jurejur. c. 23. q. 4. caus. 22.*

IVRAMENTVM est finis omnis controversiæ, *ibid.*

IVRAMENTVM est confirmatio veritatis, *ibid.*

IVRAMENTVM non est institutum, ut sit vinculum iniquitatis, *c. 18. X. eod.*

Ad relaxationem IVRAMENTI agi potest, cujus implementum turpitudinem continet ex parte suscipientis, *c. 1. X. eod.*

Non valet IVRAMENTVM præstitum à Prælato de non repetendis rebus Ecclesiæ, *c. 2. X. eod.*

Si IVRAMENTVM per metum extortum servari potest sine interitu salutis æternæ, servandum est, *c. 8. X. eod.*

A IVRAMENTO per metum extorto Ecclesia Romana non consuevit absolvere, *ibid.*

Non valet IVRAMENTVM Monachi claustrum abjurantis, & sibi de hoc gravis pœna imponitur, *c. 13. X. eod.*

A IVRAMENTO per metum extorto Ecclesia solet absolvere, & ejus transgressores, ut peccantes mortaliter non puniuntur, *c. 15. X. eod.*

Non valet IVRAMENTVM præstitum in præjudicium juris Superioris, *c. 19. X. eod.*

IVRAMENTVM contra utilitatem Ecclesia-

clesiasticam præstitum non tenet, *c. 27. X. eod.*

IVRAMENTVM litis decisorium à Iudice delatum, sine justa causa recusari non potest, delatum à parte, licite recusatur & refertur, in actione tamen famosa non licet reo referre, *c. 36. X. eod.*

IVRAMENTVM solenne prohibetur certo tempore præstari, *c. 17. q. 5. caus. 22.*

IVRAMENTO alicujus conscientia probatur, *c. 4. X. de exception.*

IVRAMENTO statur etiam in præjudicium alterius, *ibid.*

IVRAMENTVM, quatenus tangit jus alterius, non tenet, *c. 4. X. de arbitr.*

IVRAMENTVM præstitum contra canones non valet, *c. 12. X. de for. compet.*

Inter IVRAMENTVM & locutionem fidelium nulla debet esse differentia, *c. 12. q. 5. caus. 22.*

Non peccat, qui IVRAMENTVM exigit ab eo, quem nescit falsum jurare, *c. 6. ead.*

IVRAMENTVM personale est, quod non obligat alium, quam jurantem, *c. 19. X. eod.*

IVRAMENTVM & fides æquiparantur, *c. 3. X. de his, quæ vi* &c. *c. 2. X. de fidejuss.*

In nullo IVRAMENTO admittenda est fraus, *c. 13. X. de Cler. non resid.*

In IVRAMENTO non debet intentio verbis, sed verba intentioni deservire, *c. 11. pr. q. 5. caus. 22.*

IVRAMENTVM semper benigne interpretandum, *c. 11. X. de constit.*

IVRAMENTVM ab alio accipere, in Scripturis sacris non est prohibitum, *c. 15. q. 1. caus. 22.*

IVRAMENTVM præstitum contra bonos mores, non est obligatorium, *c. 58. de R. I. in 6.*

IVRAMENTVM de veritate tacenda, non est servandum, *c. 26. X. de accus.*

In observantia IVRAMENTI attenditur jus Canonicum, non Civile, *c. 2. de jurejur. in 6.*

A Sacerdotibus IVRAMENTVM non est exigendum, *c. 1. & 3. q. 5. caus. 2.*

Non tamen omnia IVRAMENTA à Sacerdotibus fieri prohibentur, sed tantum incauta, & ea, quæ pro qualibet causa temporali, Iudici offeruntur, *c. 4. §. verum &c. ead.*

Ante 14. ætatis annum nemo ad IVRAMENTVM præstandum cogitur, *c. 15. q. 5. caus. 22.*

IVRAMENTA fiant à jejunis, *c. 16. ead.*

Ad ulterius IVRAMENTVM non admittitur deprehensus in furto, perjurio, falso testimonio, *c. 1. X. de purg. canon.*

IVRAMENTVM debent corporaliter præstare Eligentes ante electionem, de observandis omnibus in Electione, *c. 3. §. super his &c. de elect. in 6.*

IVRAMENTVM fidelitatis & obedientiæ exigitur in receptione pallii, *c. 4. X. de elect.*

IVRAMENTA testium possunt remitti à partibus, alias jurare debent, *c. 39. X. de testib. & attest.*

IVRAMENTO patris non cogitur puella nubere, cui nunquam assensum adhibuit, *c. 1. q. 2. caus. 31.*

IVRAMENTO viri concubitum asserentis, prævalent probationes per aspectum corporis, *c. 4. X. de probation.*

IVRAMENTVM contra matrimonium illicitum est, dum nempe conjuges se abjurant, & se non continent, *c. 19. X. de regular.*

IVRAMENTVM nec vi, nec dolo præstitum à muliere in alienatione fundi dotalis, de jure Canonico compellitur servari, *c. 2. de jurejurando in 6.*

IVRA-

IVRAMENTA, quæ Romanæ Ecclesiæ præstant Romani Principes, sunt fidelitatis, *Clem. c. un. de jurej.*

IVRAMENTVM per se non est malum, sed licitum, *c. 26. X. de jurej.*

IVRAMENTA coacta in irritum cadunt autoritate Apostolica, *c. 2. q. 6. caus. 15.*

IVRAMENTVM, quod ea intentione fit, ut etiam illicita & impossibilia contineat, non valet, *c. 1. de jurejurando, in 6.*

IVRAMENTVM anceps non debet quis compelli subire, *c. 13. X. de purg. canon.*

IVRAMENTVM captiosum Deus ita accipit, sicut ille, cui juratur, intelligit, *c. 9. q. 5. caus. 22.*

IVRAMENTVM de usuris sibi solvendis, vel repetendis solutis, creditores compelluntur relaxare, *c. 13. X. de usur.*

Tribus modis IVRAMENTA contracta sunt solvenda:

1) Si quis male juravit.
2) Si incaute juravit, non putans hoc esse peccatum.
3) Si pueri, vel puellæ in domo parentum se juramento constrinxerint, patribus, postquam audierint, contradicentibus, *c. 19. q. 4. caus. 22.*

IVRAMENTVM fit dupliciter: per Creatorem, & per ea, quæ habent respectum ad Creatorem; vel per Creaturas, *c. 8. 9. & 10. q. 1. caus. 22.*

Forma IVRAMENTI, secundum quam Episcopi & dignitatem recipientes jurant Papæ, septem capita continens, habetur *c. 4. X. de jurejurando.*

Forma IVRAMENTI redeuntium ab hæresi, vel Schismate, est specialis, qualis fuit *Berengarii* Andegavensis Ecclesiæ Diaconi, & habetur *c. 42. dist. 2. de consecr.*

Qui IVRAMENTO propinquitatem firmare debeant, *c. 3. q. 6. caus. 35.*

IVRAMENTVM accusatoris vid. *c. 5. ead.*

IVRAMENTVM testium, *c. 6. ead.*

IVRAMENTVM Synodale habetur *c. 7. ead.*

IVRAMENTVM illorum, qui consanguinitatem probant, *c. 8. ead.*

IVRAMENTVM separationis vid. *c. 9. ead.*

IVRAMENTVM reconciliationis extat *c. 11. ead*

IVRAMENTVM deferre procurator non potest absque speciali mandato, nisi habeat liberam causæ administrationem, *c. 4. de procurat. in 6.*

IVRAMENTVM producit actionem in factum ad instar judicati, *L. 8. C. de rebus creditis.*

IVRAMENTVM si sit delatum reo ab actore, si per actorem non steterit, quominus de calumnia juret, reus ipse debet jurare, aut solvere, nisi ipse reus referat jusjurandum delatum, *L. 9. C. eod.*

IVRAMENTVM potest deferri in actione depositi ad exemplum cæterorum bonæ fidei judiciorum, *L. 10. C. eod.*

IVRAMENTVM delatum potest revocari, antequam sit præstitum, usque ad sententiam definitivam, post sententiam non potest, si provocatione suspensa non sit, vel post appellationem confirmata, *L. 11. C. eod.*

IVRAMENTVM ad decisionem litis delatum à parte, vel in defectum probationis à judice delatum, ante definitivam sententiam, vel in ipsa sententia est præstandum, *L. 12. pr. C. eod.*

IVRAMENTO illato, & præstito standum est, cum illud à partibus factum fuerit, & à Iudice approbatum,

vel ex autoritate Iudicis cuicunque parti illatum, *L. 12. §. 1. C. eod.*

IVRAMENTVM potest recusari, vel etiam appellari ab eo, cui à parte, vel etiam à Iudice delatum est, *L. 12. §. 2. C. eod.*

IVRAMENTVM potest à creditore deferri, *§. 4. de exceptionib.*

IVRAMENTVM
calumniæ,

IVRAMENTVM calumniæ parenti & patrono remittitur etiam hodie, quando inter patrem & filium, patronum, vel libertum lis esse potest, *L. 16. & L. 34. §. 4. de jurejurando.*

Qui IVRAMENTVM defert, prior de calumnia debet jurare, si hoc exigatur, *L. 34. §. 4. eod.*

Qui opus novum nunciat, IVRAMENTVM calumniæ præstare debet, non calumniæ causa opus novum nunciare, *L. 5. §. 14. de operis novi nunc.*

IVRAMENTVM calumniæ sc. *speciale* hodie remittitur, cum in initio quis juret nihil se calumniose in toto negotio exigere, Auth. *Hoc Sacramentum, C. de jurejurando propter calumniam* &c. *Nov. 49. c. 3.*

IVRAMENTVM calumniæ præstari debet in omnibus litibus, *L. 2. pr. C. eod.*

IVRAMENTVM calumniæ præstari debet tam ab actore, quam à reo post narrationem facti & responsionem, i. e. post litis contestationem, antequam advocati utriusque partis jurent de calumnia, *ibid.*

IVRAMENTVM calumniæ præstat actor non calumniandi animo se movere litem, sed existimando se bonam causam habere, *ibid.*

IVRAMENTVM calumniæ præstat reus, quod putans se bona instantia uti, ad reluctandum pervenerit, *ibid.*

IVRAMENTVM calumniæ præstare debent advocati, postquam actor & reus præstiterunt juramentum de calumnia, *ibid.*

IVRAMENTVM calumniæ præstatur, sacrosanctis evangeliis ante Iudicem positis, non tamen tactis, *ibid.*

IVRAMENTVM calumniæ jure novo debet etiam continere, quod nulla probatio non necessaria exigatur, nisi quam pro veritate quis putat esse necessariam, *Auth. In isto. C. eod.*

IVRAMENTVM calumniæ sæpius præstari non debet, *ibid.*

IVRAMENTVM calumniæ præstare debent tam actor, quam reus, quod ipsi non dabunt per se, vel per alium, neque dederunt, vel promiserunt aliquid Iudici, vel aliæ personæ, ut pro eo judicet, nisi quatenus jura permittunt, puta advocatis pro patrocinio, apparitoribus pro sportulis, *Auth. Principales. pr. C. eod.*

IVRAMENTVM calumniæ debet præstari coram Iudice, sed si litigantes ad Iudicem venire nequeunt, puta, propter infirmitatem, debent præstare coram officialibus à Iudice ad eos missis, præsente adversario, d. *Auth. §. 2. C. eod.*

IVRAMENTVM calumniæ mulier honestæ vitæ præstare debet coram officialibus à Iudice missis absente adversario, *Auth. Principales. §. 3. C. eod.*

IVRAMENTVM calumniæ actor præstare nolens perdit litem, & reus absolvitur, & econtra reus nolens jurare condemnatur, *Auth. Principales. §. 5. C. eod.*

IVRAMENTVM calumniæ debent præstare tutores, & curatores in causis, quas agunt, d. *Auth. §. 6. C. eod.*

IVRAMENTVM calumniæ illi, qui sunt tantæ dignitatis, quod ad Iudicem pervenire non debeant, debent præstare in domo sua coram officialibus à Iudice missis præsente adversario,

sario, vel ejus procuratore, *L. 2. §. 1. C. eod.*

Clericus in causa Ecclesiæ suæ IVRAMENTVM calumniæ potest alteri committere, & per se jurare non cogitur, nec debet sine Superioris sententia, *c. 1. X. de juramento calum.*

Non annullatur processus, licet tacite omittatur IVRAMENTVM calumniæ, *c. 1. §. 1. de juramento calumniæ, in 6.*

Procurator deputatus post IVRAMENTVM calumniæ jurabit de calumnia, *c. 2. §. 1. eod.*

Iudex quoties sibi videtur, exigit IVRAMENTVM calumniæ, s. *malitiæ*, etiamsi de calumnia, vel veritate juratum sit, *c. 2. §. 2. eod.*

IVRAMENTVM calumniæ facientes partes, in causa criminali compellere potest Iudex, ut personaliter coram se compareant, *c. 1. de judiciis in 6.*

IVRAMENTVM calumniæ præstare debent tutores & curatores secundum credulitatem eorum in animam suam, non in eorum, quorum bona administrant, aliis juramentis in suo robore permanentibus, *L. fin. §. quod observari* &c. *C. de jurejurando propter calumniam* &c.

IVRAMENTVM calumniæ debet præstare principalis, quando causa per procuratorem agitatur, sive ex parte actoris, sive ex parte rei, *L. f. §. 3. C. eod.*

IVRAMENTVM calumniæ præstari debet etiam coram arbitro, *L. f. §. 4. C. eod.*

IVRAMENTVM calumniæ est inductum pro publica utilitate, & non pro privata, *ibid.*

IVRAMENTVM calumniæ non exigendum a Domino feudi, *II. F. 33. §. 2.*

IVRAMENTVM calumniæ accusator pacis publicæ præstat, *II. F. 27. §. 3.*

IVRAMENTVM *fidelitatis & obedientiæ.*

In omni IVRAMENTO fidelitatis excipiendus Imperator, *II. F. 55.*

IVRAMENTVM fidelitatis differatur, sed investiatur tamen à successore Episcopi, *II. F. 20.*

IVRAMENTVM fidelitatis detrectans feudum amittit, *II. F. 24. §. 1.*

IVRAMENTVM fidelitatis *Ioanni* Pontifici Imperator Otto præstat, *c. 33. dist. 63.*

A IVRAMENTO fidelitatis absolvit Papa subditos excommunicatorum excommunicationem contemnentium, *c. 4. q. 6. caus. 15.*

A IVRAMENTO fidelitatis Papa *Gregorius* Gallos absolvit, *c. 3. ead.*

IVRAMENTVM *in litem.*

IVRAMENTVM in litem præstari potest in actione in factum contra eximentem vi in jus vocatum, *L. 5. §. 1. ne quis eum, qui in jus vocat.*

IVRAMENTVM in litem præstatur adversus eum, qui dolo desiit possidere hereditatem, & adversus eum, qui possidet, si nolit restituere, *L. 25. §. 10. de heredit. petit.*

IVRAMENTVM in litem præstatur, quando res à malæ fidei possessore vendita extat, nec potest illa redhaberi, non vero præstatur, quando res non extat, ut quia sit deperdita, *L. 20. §. 21. eod.*

IVRAMENTVM in litem affectionis non defertur in rebus, in quibus non cadit affectio, quamvis concurrat dolus adversarii, & qualitas actionis, veluti depositi, *L. 3. de in litem jurando.*

IVRAMENTVM in litem non defertur

tur pupillo, nec ejus matri, quia in infinitum juraret amore filiorum, quia nemo jurat in litem, nisi dominus, vel quasi dominus, *L. 4. pr. eod.*

IVRAMENTVM in litem debet tutor præstare in utilitatem pupilli hac forma, quod si ipse tutor esset ejus conditionis, cujus est pupillus, & esset in loco pupilli, nollet illa re carere pro tanto, *ibid.*

IVRAMENTVM in litem solus Iudex deferre potest, & si Iudice non deferente, vel alio deferente juratum sit, nullum est juramentum, *L. 4. §. 1. eod.*

IVRAMENTVM in litem in infinitum præstari potest, Iudex tamen debet taxare certam quantitatem, intra quam juretur, *L. 4. §. 2. eod.*

IVRAMENTVM in litem deferre in Iudicis potestate est, *ibid.*

IVRAMENTVM in litem præstitum sequi non cogitur Iudex, quia potest Iudex ex causa & postea repertis probationibus prorsus absolvere, vel etiam minoris condemnare, quam juratum sit, *L. 4. §. 3. eod.*

IVRAMENTVM in litem propter litem non est deferendum, sed æstimatio à Iudice est facienda cognita veritate, *L. 4. §. 4. eod.*

IVRAMENTVM in litem in actionibus in rem, & in ad exhibendum, & in bonæ fidei judiciis præstatur, *L. 5. pr. eod.*

In IVRAMENTO in litem Iudex potest præfinire certam summam, usque ad quam juretur, *L. 5. §. 1. eod.*

IVRAMENTVM in litem potest Iudex à primo non deferre, *ibid.*

IVRAMENTVM in litem interdum etiam in actionibus stricti juris defertur; veluti, si promissor Stichi moram fecerit, & Stichus decesserit, quia Iudex æstimare, sine relatione jurisjurandi, non potest rem, quæ non extat, *L. 5. §. 4. eod.*

IVRAMENTVM in litem non præstatur, quando agitur ex stipulatu, vel ex testamento, *L. 6. eod.*

IVRAMENTVM in litem non potest præstare alius, quam dominus, vel quasi dominus litis, *L. 7. eod.*

IVRAMENTVM in litem potest præstare ille, qui litem suo nomine contestatus est, *ibid.*

IVRAMENTVM in litem præstari potest in actione tutelæ, quia est bonæ fidei, *L. 8. eod.*

IVRAMENTVM in litem præstatur contra non exhibentem instrumenta, & tanti condemnatur ille, quanti jurantis interest illa exhiberi, *L. 10. eod.*

IVRAMENTVM in litem affectionis si quis præstitit, dicens se nolle carere re pro centum, & reus offerat eandem rem in publicum, & non valeat tantum, non debet quæri de perjurio, *L. 11. eod.*

IVRAMENTVM in litem præstatur in actione depositi directa, sed non in contraria, *L. 1. §. 26. depositi vel contra.*

IVRAMENTVM in litem præstatur in actionibus in rem, *L. 16. §. 3. de pignorib.*

IVRAMENTVM in litem præstatur contra heredem tutoris, ob dolum vel latam culpam instrumenta non restituentem, *L. 1. C. de in litem jurando.*

IVRAMENTVM in litem contra tutorem etiam propter levem culpam præstatur, *L. 4. C. eod.*

IVRAMENTVM in litem contra tutoris heredem propter dolum & latam culpam præstatur, *ibid.*

IVRAMENTVM in litem propter dolum defuncti contra heredes non datur, *L. 5. C. eod.*

IVRA-

IVRARE.

IVRARE quis debet eo modo, quo delatum est juramentum, *L. 3. §. 4. de jurejur.*

IVRARE quis non debet temere, & si juraverit, puniri debet, *L. 13. §. 6. eod.*

Qui facile IVRANT, religionem contemnunt, *L. 8. pr. de cond. instit.*

Qui vix IVRANT metu divini numinis, plerumque sunt superstitiosi, *ibid.*

IVRARE cogitur Dominus de investitura, *II. F. 25.*

IVRET pars cum 12. Sacramentalibus, *I. F. 26. §. 1. I. F. 10.*

IVRARE si recusent Pares, *II. F. 2. pr.*

IVRANS Domino quid mente tenere debeat, *II. F. 6.*

Non IVRATVR pro quibusdam feudis fidelitas, *II. F. 24. §. 1.*

De facto alieno IVRARE iniquum est, *II. F. 58. c. fin.*

IVRO super Evangelia, *II. F. 2.*

IVRO ad hæc Evangelia, *II. F. 5.*

IVRARE tactis sacrosanctis scripturis, *II. F. 2. pr.*

Aut IVRET quis, aut taceat, aut acquiescat, *II. F. 15. II. F. 2. pr.*

IVRARE compellantur testes, *I. F. 26. pr.*

IVRAT Vasallus se beneficium ignorantem vendidisse, *II. F. 42.*

IVRARE recusanti non fit investitura, *II. F. 3. §. 1.*

IVRABIT Vasallus possessor, si falsum dicatur instrumentum investituræ, *II. F. 58. c. 3.*

Ad IVRANDVM cogi potest Vasallus, *II. F. 58. c. 3.*

IVRAT qui possidet, non probat, *I. F. 4. §. 5.*

IVRAT Vasallus possessor pro investitura, *I. F. 28. I. F. 23.*

IVRAT Vasallus Domino deficiente in probatione, *I. F. 4. §. 3.*

IVRAT Vasallus possidens super investitura, *II. F. 2. §. 1. I. F. 10.*

IVRARE non cogitur quis, ubi non potest conveniri, *L. 35. §. 2. de jurejur.*

IVRARE vel referre tenetur ille, cui juramentum delatum est, alias habetur pro confesso, *L. 38. eod.*

Ad IVRANDVM personaliter venire coram Iudice non coguntur egregiæ personæ, & morbo impediti, sed debet Iudex mittere ad domum eorum, ut jurent, *L 15. eod.*

IVRANS adversario deferente usumfructum alicujus rei suum esse, vel sibi dari oportere, de cætero pro usufructuario habetur, & iisdem modis habetur, quibus si ei per veritatem ususfructus esset aequisitus, *L. 11. §. 2. eod.*

IVRANS adversario deferente sibi deberi usumfructum alicujus rei, in qua non potest esse ususfructus, præstita cautione de restituenda æstimatione habebitur pro vero usufructuario, *ibid.*

IVRANS adversario deferente hereditatem suam esse, id consequi debet, quod haberet, si secundum eum de hereditate pronunciatum esset, & adversarius non solum eas res, quas tunc possidebat, tenetur ei restituere, sed et si quas postea cœpit possidere, *L. 11. §. 3. eod.*

IVRANS in actione furti adversario deferente se furtum non fecisse, de toto facto videtur jurasse, & ideo non tenebitur actione furti, neque condictione furtiva, *L. 13. §. 2. eod.*

Ante rationabiles annos aliqui non cogantur IVRARE, *c. 14. q. 5. caus. 22.*

Quibus temporibus IVRARE prohibetur, *c. 17. ead.*

In necessariis verum IVRARE peccatum non est, *c. 4. q. 1. caus. 22.*

IVRARE non est peccatum, *c. 6. ead.*

Per Deum IVRARE permittitur, *c. 7. ead.*

Infirmis IVRARE conceditur, *c. 8. ead.*

Non est majus per Evangelium, quam per Deum IVRARE, *c. 11. ead.*

Non prohibet Deus IVRARE, sed pejerare, *c. 13. ead.*

Temere IVRAT, qui putat verum, quod falsum est, *c. 3. q. 2. caus. 22.*

Male IVRANS pœnitentiam agat, *c. 14. q. 4. ead.*

IVRARE debent compurgatores de credulitate, *c. 13. X. de purg. can.*

IVRARE possunt Monachi in causis monasterii sui, *c. 26. in f. X. de jurejur.*

Qui IVRARE non vult, pro condemnato habetur, *c. 13. X. de haret.*

Si præsentatus IVRAT præsentanti, de antiquo censu augendo, & postea contrarium *jurat* instituenti, valet secundum, non primum, tamen ab Ecclesia removetur, *c. 11. X. de jurejurando.*

Vasallus, qui IVRAVIT Prælato, successoribus *jurare* non cogitur, *c. 14. X. eod.*

Si is, cujus mandato stare IVRAVI, aliquid mihi præcipit contra juramentum per me prius licite factum, illud servare non teneor, *c. 16. X. eod.*

Qui IVRAVIT Ecclesiam defendere, & requisitus sine justa causa recusat, perjurus est, nec eum defendit appellatio, *c. 17. X. eod.*

IVRANS usuras non repetere, potest juramento non obstante ex nova causa repetere, *c. 20. X. eod.*

Qui IVRAVIT stare mandato alicujus, non tenetur parere, si præcipit illicita, ut quod filium exheredet, vel uxorem abjuret, *c. 23. X. eod.*

IVRAT Imperator, donatas Ecclesiæ Romanæ provincias, aliquamve ipsarum partem, nullo se velle unquam tempore occupare, vel quantum in se est, ab alio permittere occupari, *Clem. c. un. circa fin. de jurej.*

Vniversitas tenetur IVRARE de calumnia, nisi relevet se constituendo œconomum, *c. 4. X. de juramento calumnia.*

Non IVRATVR de calumnia in causis spiritualibus, *c. 2. X. eod.*

Episcopus IVRAT de calumnia, si per seipsum elegit litigare, propositis tantum, non tactis Evangeliis, *c. 7. X. eod.*

Episcopus si per Syndicum litigat, per illum poterit IVRARE, *ib.*

IVRAT Procurator de calumnia, habens speciale mandatum, *c. 3. de juramento calumn. in 6.*

In causa appellationis IVRARI debet de calumnia, & veritate dicenda, *c. 2. eod.*

IVRARE prius debent testes, quam testimonium dicant, *c. 3. §. 37. q. 2. caus. 4.*

IVRANS testimonium non dicere, testificari compellitur, si attestationes publicatæ non sunt, *c. 18. & 45. X. de testibus.*

IVRARE semel tantum debet testis in causa, *c. 7. X. de testib. cog.*

IVRANS cum aliqua contrahere, moveri potius debet, quam compelli, ut contrahat, *c. 17. X. de sponsalibus.*

IVRANS hanc ducere, compellitur hanc ducere, nisi subsit impedimentum, *c. 10. X. eod.*

Etsi IVRATA fuerint sponsalia de futuro, tamen solvuntur, si sponsi se dissolvunt, *c. 2. X. eod.*

IVRATA sponsalia de futuro solvuntur per sponsalia de præsenti, non vero per sponsalia similiter de futuro, *c. 22. X. eod.*

IVRANS fidelitatem, vid. *Fidelitas* &c.

Pro eo, qui IVRAVIT, officium suum fide-

fideliter implere, præſumitur, *c. 13. X. de præſcript.*

IVRANTES falſum, vel fallunt, vel falluntur, *c. 3. pr. q. 2. cauſ. 22.*

IVRANS de uſura ſolvenda tenetur, ſed uſura ſoluta reſtituatur, *c. 6. X. de jurejurando.*

IVRANS falſum per lapidem vel aliam creaturam, perjurus eſt, *c. 10. q. 5. cauſ. 22.*

Deus per Creaturas IVRARE prohibuit, ne vel more Gentilium aliquod numen Deitatis Creaturis ineſſe crederetur, vel ne Creaturas contemptibiles judicando, per eas promiſſa pro nihilo duceremus, *c. 16. §. 2. q. 1. cauſ. 22.*

IVRABANT in veteri Teſtamento Iudæi: Vivit Dominus, vivit anima mea, *c. 7. ead.*

IVRABANT in primitiva Eccleſia taliter: Teſtis eſt mihi Deus, & teſtis eſt mihi conſcientia mea, *c. 14. ead.*

IVRANT moderni: Sic me Deus, vel ſic te Deus adjuvet, & iſtæ Reliquiæ Sanctorum, *c. 9. q. 6. cauſ. 35.*

Non prohibet Deus IVRARE, ſed pejerare, *c. 13. q. 1. cauſ. 22.*

IVRANS per aliquod membrum Dei, aut per capillos Dei, ut blasphemans Deum ultimo damnatur ſupplicio, *Nov. 77. q. 1. §. 1.*

IVRARE per ſanctos Archangelos ſoliti magiſtratus tempore Iuſtiniani, *Nov. 8. c. 3.*

Quomodo IVRABANT tempore Iuſtiniani hi, qui adminiſtrationes accipiebant, *ibid.*

IVRATIO.

IVRATIO non eſt peccatum, *c. 14. q. 1. cauſ. 22.*

IVRATIO non eſt prohibenda, nec tamquam bonum appetenda, *c. 2. ead.*

IVRATIO quamvis non ſit bona, tamen eſt neceſſaria, *c. 6. ead.*

IVRATIONE bene utens, non malum facit, d. *c. 6. in fin. ead.*

Ille, qui hominem provocat ad IVRATIONEM, & ſcit eum falſum eſſe juraturum, vincit homicidam, quia homicida corpus occiſurus eſt, ille animam, immo duas animas, & ejus, quem jurare provocavit, & ſuam, *c. 5. q. 5. cauſ. 22.*

IVRGIVM.

IVRGIVM dicitur quaſi juris garrium, eo quod hi, qui cauſam dicunt, jure diſceptant, *c. 10. X. de V. S.*

IVRISCONSVLTVS.

IVRISCONSVLTVS vendere poteſt rectum conſilium, *c. 11. q. 3. cauſ. 11.*

IVRISCONSVLTI jura publice olim interpretabantur, *§. 8. de I. N. G. & C.*

IVRISCONSVLTIS à Cæſare jus reſpondendi datum eſt, *ib.*

IVRISCONSVLTORVM omnium ſententiæ & opiniones eam autoritatem tenebant, ut Iudici recedere à reſponſis eorum non liceret, *ib.*

IVRISCONSVLTI Mediolanenſes, *II. F. 27. c. ſi quis. 2. I. F. 28.*

IVRISCONSVLTI Cremonenſes, *II. F. 27. c. 2.*

IVRISCONSVLTI Placentini, *I. F. 27. c. 2.*

IVRISDICTIO.

IVRISDICTIO ſine modica coërcitione nulla eſt, *L. 5. §. 1. de officio ejus, cui mandata eſt jurisdictio.*

Mandata IVRISDICTIO alteri mandari non poteſt, d. *L. 5. pr. eod.*

Mandata IVRISDICTIONE privato, etiam imperium, quod non eſt merum, videtur mandari, *L. 5. §. 1. eod.*

Mandata IVRISDICTIONE non transferuntur ea, quæ ſpecialiter lege, vel ſenatusconſulto, vel conſtitutione Principum tribuuntur, quæ vero jure Magiſtratus competunt, mandari poſſunt, *L. 1. pr. eod.*

Qui mandatam IVRISDICTIONEM suscepit, proprium nihil habet, sed ejus, qui mandavit, jurisdictione utitur, *L. 1. §. 1. eod.*

Mandata IVRISDICTIONE à Præside, consilium non potest exercere is, cui mandatur, *L. 2. pr. eod.*

Cui IVRISDICTIO data est, ea quoque concessa esse videntur, sine quibus jurisdictio explicari non potuit, *L. 2. de jurisdict.*

IVRISDICTIO est etiam Iudicis dandi licentia, *L. 3. eod.*

Is demum IVRISDICTIONEM mandare potest, qui eam suo jure, non alieno beneficio habet, *L. 5. eod.*

IVRISDICTIO mandata mortuo mandante re integra expirat, *L. 6. eod.*

IVRISDICTIO potest mandari in totum, vel in partem, *L. 16. eod.*

IVRISDICTIONIS prorogationem impedit error litigantium, cum impediat consensum, quo mediante fit prorogatio, *L. 15. eod.*

IVRISDICTIO, i. e. Potestas, *II. F. 27. §. 5.*

IVRISDICTIO Imperatoris, *II. F. 54.*

IVRISDICTIO Parium major de Vasallo, *II. F. 74.*

IVRISDICTIONEM non debet vendere, qui allodium vendit, *II. F. 54.*

Sub IVRISDICTIONE qui est, quomodo juret, *II. F. 5.*

IVRISDICTIONEM si Dominus feudi habeat, etiam ad alienationem dimidiæ requirendus, *I. F. 5. §. 1.*

Qui IVRISDICTIONI præest, neque sibi jus dicere debet, neque uxori, vel liberis suis, neque libertis, vel cæteris, quos secum habet, *L. 10. de jurisdict.*

IVRISDICTIONEM ordinariam delegatam, vel ex lege non habens, non potest esse Iudex, *L. 81. de judiciis.*

IVRISDICTIO Iudicis potest prorogari consensu partium de quantitate ad quantitatem, *L. 74. §. 1. eod.*

IVRISDICTIONEM dat etiam consuetudo, *c. 9. & 13. X. de offic. ordin.*

Quanquam Laici possint IVRISDICTIONEM non sui Iudicis prorogare, Clerici tamen non possunt, nisi Episcopi diœcesani consensus accedat, & Iudex, cujus *Iurisdictionem* prorogare volunt, sit Ecclesiasticus, *c. 18. X. de foro compet.*

IVRISDICTIONEM ordinariam habet Episcopus in tota sua Diœcesi, *c. 7. de offic. Ordin. in 6.*

IVRISDICTIO Episcopalis gratis datur, *c. 1. X. ne Prælati vices suas.*

IVRISDICTIONEM habet Capitulum, vacante Sede Episcopali, *c. un. de major. & obed. in 6.*

IVRISDICTIO delegati, re integra, morte mandantis expirat, *c. 30. X. de offic. & potestat. Iud. Deleg.*

IVRISDICTIO Delegati si expiret in termino peremptorio, quem partibus assignavit, judicando non expectabit contumacem: Si non expirat, potest expectare in alteram diem, & iterum citare, si vult, *c. 24. X. eod.*

IVRISDICTIO delegata extenditur ad res, de quibus in rescripto non fit mentio, si sine iis causa explicari non possit, parte altera etiam invia, *c. 5. & 39. X. eod.*

IVRISDICTIO Delegati expirat post executionem, *c. 9. X. eod.*

IVRISDICTIO plurium Delegatorum simpliciter data expirat etiam uno mortuo, *c. 42. X. eod.*

Morte Delegantis, non expirat IVRISDICTIO Delegati, coram quo lis erat contestata, *c. 19. X eod.*

IVRISDICTIONEM in Episcopos non habet Primas, vel Patriarcha, sed tantum in Archiepiscopos, *c. 8. q. 3. caus. 9.*

IVRISDICTIO Legati cum sit ordinaria

naria, per mortem Papæ non expirat, *c. 2. de offic. Legat. in 6.*

IVRISDICTIO temporalis non pertinet ad Papam, *c. 7. X. qui fil. sint. leg.*

IVRISDICTIO una, juvatur per aliam, *c. 1. X. de maledic.*

Vbi IVRISDICTIO æqualis est, secunda derogat primæ, *c. 8. X. de offic. Legati.*

IVRISDICTIONEM Ecclesiarum non debent Laici usurpare, nec onera Ecclesiis imponere, *c. 4. X. de immunit. Eccl.*

IVRISDICTIO Iudicis secularis propter negligentiam devolvitur ad Ecclesiasticum, *c. 8. & 11. X. de foro compet.*

IVRISDICTIONEM secularem obtinere possunt Clerici, *c. ult. X. ne Cler. vel Monach. in 6.*

Per appellationem suspenditur IVRISDICTIO Iudicis, *c. 10. de appell. in 6.*

IVRISDICTIONEM suam non potest exercere Iudex minor, præsente majore, *c. 23. X. de privileg.*

IVRISDICTIONEM amittit Iudex ordinarius, vel delegatus, per negligentiam, vel malitiam, *c. 21. X. de offic. & potest. Iud. Deleg.*

IVRISDICTIONEM Iudicis impedientes, graviter puniuntur, *c. 45. X. de testibus.*

IVRISPERITVS.

IVRISPERITI assumpti in consilium Principis dicuntur sedere circa latus Principis, & non ad pedes, *L. 30. pr. de excusation. tutor.*

IVRISPERITI in consilium Principis assumpti excusantur à tutela suscepta, *ibid.*

IVRISPRVDENTIA.

IVRISPRVDENTIA est divinarum atque humanarum rerum notitia, justi atque injusti scientia, §. *1. de I. & I.* & *L. 10.* §. *2. de I. & I.*

IVS.

IVS appellatur à Iustitia, *L. 1. pr. de I. & I.*

IVS est ars boni & æqui, *ib.*

IVS pluribus modis dicitur, uno modo, cum id, quod semper bonum & æquum est, ut est jus naturale, alio modo, quod omnibus, aut pluribus in quaque civitate utile est, ut est jus civile; item etiam dicitur jus honorarium, dicitur etiam jus locus, in quo jus redditur, *L. 11. eod.*

IVS reddere dicitur Prætor, etiam cum inique decernit relatione sc. facta, non ad id, quod Prætor ita fecerit, sed ad illud, quod Prætorem facere convenit, *ibid.*

IVS quandoque sumitur pro necessitudine, i. e. jure sanguinis, ut jus cognationis vel affinitatis, *L. 12. eod.*

Turpe est patricio & nobili, & causas oranti IVS, in quo versatur, ignorare, *L. 2. §. 43. de O. I.*

IVS aut consensus fecit, aut necessitas constituit, aut firmavit consuetudo, *L. 40. de LL.*

IVRA populi Romani primo levi ac simplici via, post deinde diligentissima atque exactissima interpretatione sunt tradenda, *§. 2. de I. & I.*

IVRIS præcepta sunt honeste vivere, alterum non lædere, suum cuique tribuere, *ibid. L. 10. §. 1. de I. & I.*

Constat IVS nostrum, sc. *Romanum*, quo utimur, aut scripto, aut sine scripto, *§. 3. de I. G. & C.*

IVRIS scripti species sunt Lex, Plebiscitum, Senatusconsultum, Principum placita, Magistratuum edicta, & Responsa prudentum, *ibid.* & *pr. dist. 2.*

Ea IVRA, quæ ipsa sibi quæque civitas constituit, sæpe mutari solent, *§. 11. eod.*

Omne IVS, quo utimur, vel ad personas

sonas pertinet, vel ad res, vel ad actiones, *§. 12. eod.*

Parum est IVS nosse, si personæ, quarum causa constitutum est, ignorentur, *ibid.*

IVRA sanguinis nullo jure civili dirimi possunt, *L. 8. de R. I.*

Quod IVRIS est in uno relatorum, idem esse censetur in altero, *L. 21. §. 11. de arbitris. L. 13. §. 1. de jurejur.*

Qui IVRE suo utitur, dolo non facit, *L. 55. de R. I.*

Quod contra rationem IVRIS receptum est, non est producendum ad consequentia, *L. 141. pr. de R. I.*

IVS sibi dicere potest, qui superiorem non cognoscit, *L. 41. de hered. instit.*

IVS dictum est à jure possidendo, hoc enim jure possidetur, quod juste, hoc juste, quod bene, *c. 12. X. de V. S.*

IVS, generale nomen est; Lex autem *juris* est species, *c. 2. dist. 1.*

IVS autem est dictum, quia justum est, *ibid.*

Omne autem IVS Legibus & moribus constat, *ibid.*

IVS, generale nomen est, multas sub se continens species, *c. 1. §. 1. ead.*

IVS dividitur in divinum & humanum, *c. 1. dist. 8.*

IVS vel naturale est, vel civile, vel gentium, *c. 6. dist. 1.*

IVRIS legumque ratio & usus est coërcitio humanæ audaciæ, & nocendi facultatis, *c. 1. dist. 4.*

Quæ contra IVS fiunt, debent utique pro infectis haberi, *c. 64. de R. I. in 6.*

IVS non est transire per agrum alienum, sed fas est, *c. 1. dist. 1.*

IVRA subveniunt deceptis, non decipientibus, *c. 8. X. de donat. c. penult. X. de rer. permut.*

Eo IVRE, quo quis in alium utitur, ipse debet uti eodem, *c. 20. X. de privileg.*

IVRI non debet præferri cupiditas, *c. ult. de elect. in 6.*

Nemo plus IVRIS in alium transferre potest, quam ipse habet, *c. 79. de R. I. in 6.*

Quod quisque IVRIS in alterum statuit, ipse eo uti debet, *c. 6. X. de constit. II. F. 33. §. 2.* & *L. 1. quod quisque jur. in al.*

Vbi IVS non excipit, nec nos excipere debemus, *c. 2. X. de conjug. lepros.*

IVS & Iustitiam vendere non licet, *c. ult. X. de purg. canon.*

Extra territorium IVS dicenti, non paretur impune, *c. 2. de constitut. in 6.*

IVS inducit consuetudo, cujus non extat memoria, *c. 26. X. de V. S.*

IVRIS ordo in negotiis servandus est, *c. 3. X. de divortiis.*

IVRIS ignorantia non semper excusat, *c. ult. X. de injur.*

IVRA omnia Papa in scrinio pectoris sui habere censetur, *c. 1. de constit. in 6.*

IVS nullum acquiritur nominato per nominationem, *c. 28. X. de elect.*

IVRI suo licitum est unicuique renunciare, *c. ult. X. de crimine falsi.*

IVS perditur per abusum, *c. 8. X. de constit.*

IVS dicere sibi nemo potest, *II. F. 53. pr.*

IVS novum dicitur omne jus, quod est post Leg. XX. tabb. *L. 1.* & *L. 3. de heredit. petit.*

IVS Galli Aquilii appellatur jus antiquum, licet aliud *jus* antiquum, sc. Legg. 12. tabb. praecesserit, & *jus* Vellejanum dicitur novum, *L. 29. §. 7. de liber. & posthum.*

IVS civile mulier ignorare potest, *L. 38. §. 2. ad L. Iul. de adulter.*

IVRA

IVRA subveniunt errantibus minoribus, non decipientibus, *L. 2. C. si minor se majorem dixerit* &c.

IVS antiquum totum digestum est in libros quinquaginta, quod antea per mille & quadraginta annos erat confusum, *L. 1. §. 5. C. de veteri jure enucleando.*

IVS *canonicum.*

IVS canonicum juvatur per jus civile, *c. 1. X. de novi operis nunciatione.*

IVS canonicum, quod ad provisionem animarum institutum est, servare debet Iudex secularis, & ad hoc per ordinarium loci, censura Ecclesiastica compellatur, *c. 2. de jurejurando in 6.*

IVS *civile.*

IVS civile est, quod quisque populus, vel quæque Civitas sibi proprium divina humanaque causa constituit, *c. 8. dist. 1.*

IVS civile est, quod neque in totum à naturali, vel gentium recedit, nec per omnia ei servit; itaque cum aliquid addimus, vel detrahimus juri communi, jus proprium, i. e. civile, efficimus, *L. 6. pr. de I. & I.*

IVS civile Romanum constat ex scripto, aut sine scripto, *L. 6. §. 1. eod. §. 3. de I. N. G. & C.*

IVS civile est, quod ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis, decretis Principum, autoritate Prudentum venit, *L. 7. pr. eod.*

Quod quisque populus ipse sibi jus constituit, id ipsius proprium est civitatis, vocaturque Ius *civile*, quasi jus proprium ipsius civitatis, *L. 9. eod.* §. *1. de I. N. G. & C.*

IVS civile à jure gentium distinguitur, *§. 1. de I. N G. & C.*

IVS civile ex unaquaque civitate appellatur, veluti Atheniensium, *§. 2. eod.*

IVS civile dicitur jus proprium civitatis Romanæ, *L. 1. de A. R. D.*

IVRIS civilis appellatione simpliciter intelligitur de Romano, §. *2. de I. N. G. & C.*

IVS civile scriptum & non scriptum habuit originem ab institutis duarum civitatum, Athenarum sc. & Lacedæmoniorum, *§. 10. eod.*

IVS civile pertinet aut ad res, aut ad personas, aut ad actiones, §. *12. eod.*

IVRA civilia tunc esse cœperunt, cum & civitates condi, & Magistratus creari, & leges scribi cœperunt, *§. 11. de A. R. D*

IVS civile mutatur quandoque per aliud jus, quandoque per contrariam consuetudinem, *§. 11. de I. N. G. & C.*

IVS civile non tollit naturale, §. *11. de hereditat. quæ ab intestato* &c.

IVS *divinum.*

IVS divinum in Scripturis sacris habemus, *c. 1. pr. dist. 8.*

IVRE divino Domini est terra & plenitudo ejus, *ibid.* & *Ps. 23.*

IVS *gentium.*

Hoc inde IVS gentium appellatur, quia eo jure omnes fere gentes utuntur, *c. 9. §. 3. dist. 1.*

IVS gentium est sedium occupatio, ædificatio, munitio, bella, captivitates, servitutes, postliminia, fœdera, paces, induciæ, legatorum non violandorum religio, connubia inter alienigenas prohibita, *ibid. pr.*

IVS gentium vetustius est jure civili, *§. 11. de R. D.*

IVS gentium omni humano generi commune est, nam usu exigente & humanis necessitatibus, gentes humanæ jura quædam sibi constituerunt, *§. 2. de I. N. G. & C.*

IVRE gentium orta sunt bella, captivitates sequutæ & servitutes, *ibid.*

Ex IVRE gentium omnes contractus introducti sunt, ut emptio venditio, loca-

locatio conductio, societas, mutuum, & alii innumerabiles contractus, exceptis quatuor, sc. stipulatione, literarum obligatione, contractu emphyteutico, & donatione propter nuptias, *ibid.*

IVS gentium est, quo gentes humanæ utuntur, quod à naturali recedere, facile intelligere licet, quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se commune sit, *L. 1. §. 4. de I. & I.*

IVRIS gentium effectus sunt religio erga Deum, & ut parentibus & patriæ obediamus, & ut vim, atque injuriam propulsemus, *L. 2. & 3. eod.*

IVS *humanum.*

IVS humanum in Legibus Regum habemus, *c. 1. pr. dist. 8.*

IVRE humano dicitur, hæc villa mea est, hæc domus mea est, hic servus meus est, *ibid.*

IVRA humana, jura Imperatorum sunt, *ibid.*

Ipsa IVRA humana per Imperatores & Reges seculi Deus distribuit generi humano, *ibid.*

IVS *militare.*

IVS militare est belli inferendi solennitas, fœderis faciendi nexus, signo dato egressio in hostem, vel pugnæ commissio, item signo dato receptio; item flagitii militaris disciplina, si locus deseratur; item stipendiorum modus, dignitatum gradus, præmiorum honor; veluti cum corona, vel torques donantur; item prædæ decisio, & pro personarum qualitatibus & laboribus justa divisio, ac Principis portio, *c. 10. dist. 1.*

IVS *naturale.*

Differt IVS naturale à consuetudine & constitutione, *pr. dist. 8.*

IVRE naturali omnia sunt communia omnibus, *ibid.*

Adversus IVS naturale nulli quidquam agere licet, *c. 2. ead.*

IVRI naturali leges Principum prævalere non debent, *c. 1. dist. 9.*

IVS naturale est, quod in Lege & Evangelio continetur, quo quisque jubetur alii facere, quod sibi vult fieri, & prohibetur alii inferre, quod sibi nolit fieri, *pr. dist. 1. Matth. 7.*

IVS naturale est commune omnium nationum, eo quod ubique instinctu Naturæ, non Constitutione aliqua habetur, ut viri & fœminæ conjunctio, &c. *c. 7. dist. 1.*

IVS naturale est, quod natura, i. e. *natura naturans* s. *Deus*, omnia animalia docuit, *pr. Inst. de I. N. G. & C.* & *L. 1. §. 3. de I. & I.*

IVS naturale non humani generis proprium est, sed omnium animalium, quæ in cœlo, terra & mari nascuntur, *ibid.*

Ex IVRE naturali descendit maris & fœminæ conjunctio, quam nos matrimonium appellamus, *ibid.*

IVS naturale est commune omnibus animalibus, sed jus gentium proprium est hominum, *L. 1. §. 4. de I. & I.*

IVRE naturali omnes homines liberi nascuntur, *L. 4. eod.*

IVRA naturalia, quæ apud omnes gentes peræque observantur, divina quadam providentia constituta, semper firma atque immutabilia permanent, *§. 11. de I. N. G. & C.*

IVS *Prætorium*
seu
Honorarium.

IVS Prætorium est, quod Prætores introduxerunt, adjuvandi, vel supplendi, vel corrigendi juris civilis gratia propter utilitatem publicam, quod & honorarium dicitur, ad honorem Præ-

Prætorum ſic nominatum, *L. 7 §. 1. de I. & I.* §. 7. *de I. N. G. & C.*

Ipſum IVS honorarium viva vox eſt juris civilis, *L. 8. de I. & I.*

IVS *privatum.*

IVS privatum dicitur, quod ad ſingulorum utilitatem pertinet, *L. 1. §. 2. de I. & I.* §. 4. *de I. & I.*

IVS privatum tripartitum eſt; collectum etenim eſt ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut civilibus, *ibid.*

IVS *publicum.*

IVS publicum eſt, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat, *L. 1. §. 2. de I. & I.* & *§. 4. de I. & I.*

IVS publicum in ſacris, in Sacerdotibus, in magiſtratibus conſiſtit, *ibid. c. 11. diſt. 1.*

IVS *Quiritum.*

IVS Quiritum eſt proprie Romanorum, quod nulli tenent, niſi Quirites, i. e. Romani, *c. 12. pr. diſt. 1.*

In IVRE Quiritum agitur de legitimis hereditatibus, de cretionibus, de tutelis, de uſucapionibus; quæ Iura apud nullum alium Populum reperiuntur, ſed propria ſunt Romanorum, & in eosdem ſolos conſtituta, *c. 12. §. 1. ead.*

IVS *accreſcendi.*

IVRI accreſcendi locus eſt inter uſufructuarios, quibus conjunctim uſusfructus relictus eſt, non vero, ſi disjunctim totaliter relinqueretur, *L. 1. pr. de uſufructu* &c.

IVS accreſcendi ceſſat, quando conjunctus non eſt in rerum natura, *L. 16. pr. de legat. 1.*

IVRI accreſcendi non eſt locus inter eos, inter quos nulla eſt conjunctio, ſed bene inter conjunctos verbis tantum, *L. 42. pr. de legat. 2.*

IVRI accreſcendi eſt locus inter duos reospromittendi, quibus liberatio eſt legata, *L. 29. de liberat. legata.*

IVS accreſcendi transmittitur ad heredes, *L. 26. §. 1. de condit. & demonſtr.*

IVS accreſcendi non habet ille, qui admittitur ad legatum de jure ſpeciali contra voluntatem defuncti, *L. 74. eod.*

Per IVS accreſcendi bonorum poſſeſſio alterius accreſcit ipſo jure ei, qui eodem jure ſuccedit, *L. un. C. quando non petentium partes* &c.

IVS *adeundi.*

IVS adeundi non præſcribitur longi temporis præſcriptione, *L. 8. C. de jure deliberandi.*

IVS *deliberandi.*

IVS deliberandi unusquisque transmittit in quoscunque heredes, ita, quod ſi decedat intra annum à die ſcientiæ, aut heres poſſit adire intra reſiduum temporis, quo elapſo excludetur heres à jure adeundi, *L. 19. C. de jure deliberandi.*

IVS deliberandi currit ſolum ſcienti, & hodie à quocunque transmittitur in quemcunque, quod olim in filiis erat ſpeciale, *ibid.*

IVS deliberandi ſemel tantum poteſt concedi; intra tamen tempus anni, vel novem menſium poteſt ſæpius concedi tempus ad deliberandum, ita tamen, quod illud tempus non excedat, *L. 22. §. 13. C. eod.*

IVS deliberandi poteſt transmitti ad heredem extraneum, non tamen poteſt transmitti hereditas, *L. 1. §. 5. C. de caducis.*

IVS *offerendi.*

IVS offerendi præſcribitur quadraginta annis, *L. 7. §. 3. C. de præſcript. 30. ann.*

IVS *patronatus.*

IVS patronatus acquiritur ex ſola con-

ſtructione Eccleſiæ, *c. 25. X. de jure patronatus.*

IVS patronatus acquiritur ex fundatione Eccleſiarum, *c. 3. X. eod.*

IVS patronatus emens debet eo privari, *c. 6.* & *23. X. eod.*

IVS patronatus legitime Laicus donare poteſt, habetque liberam ad hoc poteſtatem, *c. 8. X. eod.*

IVSIVRANDVM.
vid
IVRAMENTVM.

IVSSVS.

IVSSVS parentis nuptias præcedere debet, *pr. Inſt. de N.*

IVSSVS ſpecialis prævalet nominationi, ſed juſſui generali prævalet nominatio, *L. 3. C. per quas perſonas* &c.

IVSSV domini, vel patris ſi ſervus, vel filiusfamil. contrahat, dominus vel pater in ſolidum tenetur, quia quodammodo cum eo contractum videtur, *L. 1. pr. quod juſſu.*

IVSSVS an per epiſtolam fiat, an verbis inter præſentes, an per nuncium, ſpecialiter in uno contractu, an generaliter, nihil refert, ut jubens teneatur quod juſſu, *L. 1. §. 1. eod.*

IVSSV fructuarii habentis uſumfructum in ſervo, vel ejus, cui bona fide ſervit quis, ſi contractum eſt cum ſervo, tenetur fructuarius, *L. 1. §. 8. eod.*

IVSSV tutoris ſi cum ſervo pupilli contractum fit, & mutuatum in utilitatem pupilli, ipſe pupillus tenetur quod juſſu, *L. 2. pr. eod.*

Si IVSSV domini ancillæ, vel *juſſu* patris filiæ creditum ſit, danda eſt in eos quod juſſu actio *L. 2. §. 1. eod.*

Si IVSSV meo cum alieno ſervo contractum fuerit, eumque poſtea redemero, quod juſſu non tenebor, ne actio, quæ ab initio inutilis fuerit, eventu confirmetur, *L. 2. §. 2. eod.*

Si IVSSV ejus, qui adminiſtrationi rerum civitatis præpoſitus eſt, cum ſervo civitatis negotium contractum ſit, *Pomponius* ſcribit quod juſſu cum eo agi poſſe, *L. 4. eod.*

IVSSVS ejus, qui in poteſtate habet, non eſt ſimilis tutoris autoritati, quæ interponitur perfecto negotio, ſed præcedere debet, *L. 25. §. 4. de acquirenda vel omitt. hered.*

IVSSVS patris intelligitur quocunque modo, & per quæcunque verba, per quæ voluntatem patris ſucceſſisſe apparet, *L. 25. §. 7. eod.*

IVSSVS revocatur furore ſuperveniente, *L. 47. eod.*

IVSSVS revocatur nuda pœnitentia jubentis, *L. 25. §. 14. eod.*

IVSSVS poteſt fieri nutu, & literis, *L. 93. §. 1. eod.*

IVSSV domini mutus ſervus pro herede gerendo obligat dominum hereditati, *L. 93. §. 2. eod.*

IVSTINIANVS.

Imperator IVSTINIANVS à devictis populis appellatus Alamannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, *Rubr. proœm. Inſt.* & *Rubr. Conſtit. Tanta.* & *Dedit* &c.

IVSTINIANVS nominatur Flavius, *ib.*

IVSTINIANVS dicitur cæſar, erat nomen dignitatis, *ibid.*

IVSTINIANVS appellatur pius, felix, inclytus, victor, triumphator, ſemper auguſtus ſeu, ſemper colendus Auguſtus, *ibid.*

IVSTINIANVS Inſtitutiones cupidæ legum Iuventuti dedicavit, d. *Rubr. proœm. Inſt.*

IVSTINIANVS bella Parthica æterna pace ſopierat, Vandalicam gentem eripuerat, Carthaginem, & omnem Libyam Romano Imperio ſociaverat,

rat, *L. 2. pr. C. de veteri jure enuc.*

IVSTINIANVS omnem sanctionem Romanam ab urbe condita usque ad tempora sua, & constitutiones imperiales reduxit ad unam consonantiam, *ibid.*

IVSTINVS.

IVSTINVS Imperator fuit pater *Iustiniani* adoptivus, *§. 3. de donation.*

IVSTITIA.

IVSTITIA est constans & perpetua voluntas, jus suum cuique tribuens, *pr. Inst. de I. & I. L. 10. pr. de I. & I.*

IVSTITIA dicitur, quasi Iuris status, *c. 10. X. de V. S.*

Vbi sana fides non est, non potest esse IVSTITIA, *c. 29. q. 1. caus. 24.*

In sententia ferenda, IVSTITIA & veritas attendi debent, *c. 1. q. 1. caus. 2.*

IVSTITIA dirumpit injusta vincula, *c. 48. q. 3. caus. 11.*

IVSTITIA nemini est deneganda, *c. 4. X. de elect. c. 17. X. de judic.*

IVSTITIA non est servanda ei, qui aliis *justitiam* denegat exhibere, *c. 4. X. de privileg. c. 5. X. de institut.*

IVSTITIAE cultrix & autrix est Ecclesia, *I. F. 13.*

IVSTITIAE sæpe obviat privatus, *I. F. 13.*

IVSTITIAM facere negligentes ut puniantur, *II. F. 53.*

IVSTITIAM Vasallus Domino exhibeat, *II. F. 6.*

IVSTITIAM facere Vasallo si Dominus nolit, *II. F. 22.*

Vera IVSTITIA miseris compatitur, delinquentibus indignatur, *c. 15. dist. 45.*

IVSTITIAM facit æquanimitas tolerandi, non usus vel abstinentia cibi, *c. 4. dist. 1.*

IVSTITIAE plenus est, qui patriam bello tuetur à Barbaris, *c. 5. q. 3*

IVSTITIA non odio, sed bono zelo est exercenda, *c. 1. ead.*

Vbi charitas non est, ibi fides, vel IVSTITIA locum non habet, *c. 29. q. 1. caus. 24.*

Cultum suum IVSTITIA perdit, quando silentia judicii, obstrepentium turba confundit, *c. 3. q. 4. caus. 5.*

Summum in rebus bonum est IVSTITIAM colere, ac sua cuique jura servare, *c. 9. q. 2. caus. 12.*

IVSTITIAM & jus vendere non licet, *c. ult. X. de purg. canon.*

IVSTITIAM non evertat præmii expectatio, *c. 1. de sent. & re judic. in 6.*

Si Iudex secularis negligit IVSTITIAM facere, per Episcopum debet compelli, *c. ult. X. de maled.*

IVSTITIAM faciens Deo acceptus est, *c. 5. X. de instit.*

IVSTVS, *a, m.*

IVSTA tantum continentur in dubiis, *II. F. 3. pr.*

IVSTA (non vitiosa) possessio, *II. F. 3. pr.*

IVSTA absentia, *I. F. 22. c. sancimus, pr.*

Qui ex IVSTA servitute manumittitur, vere liber est, *c. 22 §. 1. dist. 3. de pœnitentia.*

IVSTVS septies cadit, & resurgit, *c. 23. ead. Prov. 24.*

Si cadit, quomodo IVSTVS? si justus, quomodo cadit, *ibid.*

IVSTI vocabulum non amittit, qui per pœnitentiam semper resurgit, *ibidem.*

IVVARE.

Vasallus IVVARE Dominum debet, *I. F. 21. c. si quis. II F. 28. pr.*

IVVENILIS, *e.*

IVVENILES calores coarctandi sunt, ne cupidini dediti tristem exitum sentiant, qui eos post dispersum pa-

trimonium expectat, *L. 8. §. 5. C. de bonis quæ liberis* &c.

IVVENIS.

IVVENIS non potest fervori naturæ resistere, *Nov. 2. c. 3. pr.*

IVVENIS quilibet dicitur, qui adolescentium excesserit ætatem, quoad incipiat inter seniores numerari, *L. 69. §. 1. de legat. 3.*

Merito IVVENIS dicitur, qui juvenilibus desideriis occupatus, nulla gravitate constringitur, *c. 1. dist. 34.*

K.

KALENDAE.

KALENDARVM, al. *Calendarum*, observationes agere non licet, *c. 13. q. 7. caus. 26.*

L.

LABOR.

LABOR est in militia, *L. 6. C. de restitutionibus militum.*

LABORVM præpositi durante officio sunt clarissimi, ita ut etiam finito officio inter consulares habeantur, *L. un. C. de præpositis laborum. XI.*

LABOR est remunerandus, licet etiam effectus non sequatur laborem, *c. 10. §. quippe. X. de renunc.*

LABOR ipse meritorius est apud Deum, etsi effectus non respondeat, *ibid.*

LABORE virtutis acquiritur merces felicitatis, *c. 25. dist. 5. de consecr.*

LABORARE.

Non LABORAVERIT Vasallus offendere Dominum, *II. F. 51. c. 2.*

LABORANS in aliquibus sine fructu, ad alium, ut proficiat, se transferat, *c. ult. q. 1. caus. 7.*

LABORANTES pro Ecclesia stipendia debent accipere ab Ecclesia, *c. 67. q. 2. caus. 12.*

LACEDAEMONII.

LACEDAEMONII ea, quæ pro legibus observabant, memoriæ mandabant, *§. 10. de I. N. G. & C.*

LACTARE.

LACTARE debent Matres liberos ipsæ, non aliis ad nutriendum dare, *c. ult. §. prava. dist. 5.*

LACVS.

LACVS neque crescit, neque decrescit quoad solum, licet aqua lacus dicatur crescere, sive decrescere, *L. 24. §. 3. de aqua pluv.*

LACVS & stagna, licet interdum crescant, interdum exarescant, suos tamen terminos retinent, ideoque in his jus alluvionis non agnoscitur, *L. 12. pr. de acquir. rer. dom.*

LACVS est, quod perpetuam habet aquam, *L. 1. §. 3. ut in flumine publico navig.*

LAEDERE.

LAESIS qualitercunque sive metu, sive calliditate, sive ætate, sive absentia, sive per status mutationem, sive per justum errorem subvenitur, *L. 1. & 2. de in integrum restit.*

LAESIS majoribus etiam per dolum, vel fraudem, vel re ipsa ultra dimidium justi pretii in judicio communi dividundo subveniri solet, *L. 3. C. communia utriusque judicii.*

LAEDERE alium non licet, *c. 76. de R. I. in 6.*

LAEDERE non debemus illum, à quo speramus auxilium, *c. ult. X. de immunit. Eccl.*

LAE-

LAEDERE præsumens multos, multiplici pœna castigetur, *c. 1. in f. X. de sent. & re judic.*

LAEDENS canonem, auxilium ipsius amittit, *c. ult. X. de immunit. Eccl.*

LAEDENS invitus, non est ei imputandum, arg. *c. 8. X. de R. I.*

LAESIO.

LAESIO ultra dimidiam justi pretii si sit facta in quocunque contractu bonæ fidei, potest læsus acceptum restituendo rescindere contractum, nisi lædens velit justum pretium supplere, *L. 2. & 3. C. de rescind. vendit.*

LAESIO ultra dimidiam justi pretii in emptore decepto dicitur, quando res valet 10. & emit pro sexdecim, in venditore vero, si res valet 10. & vendidit pro quatuor, *ib.*

A tempore LAESIONIS infra quadriennium continuum fieri debet causa restitutionis, etiamsi minus quadriennio tempus læsionis existat, *Clem. c. un. de restit. in integr.*

LAICUS.

LAICORUM heredes tenentur investituris Antecessorum suorum. *I. F. 3.*

LAICUS dictus est ἀ λαός, quod idem est, ac populus, *c. 7. §. 1. q. 1. caus. 12.*

LAICI Clericis debent obedire, non imperare, *c. 10. X. de constit.*

Cujuslibet meriti LAICUS ad summum non aspiret Sacerdotium, *c. 3. dist. 59.*

LAICI non sunt in Episcopos eligendi, sed per singulos Ordines prius sunt probandi, *pr. dist. 61.*

Qui LAICUS post uxorem, aliam cognovit mulierem, cujuscunque conditionis, in Clericum non ordinetur, *c. 8. dist. 34.*

LAICI ab electione sunt repellendi, *c. 2. X. de elect.*

LAICI in Canonicos non possunt institui, *c. 2. X. de institut.*

LAICI de rebus Ecclesiæ, vel propriis Ecclesiasticis, nihil disponere possunt in præjudicium Ecclesiæ, *c. 17. X. de decimis.*

LAICI negotia ecclesiastica non tractent, *c. 2. X. de decimis.*

LAICI spiritualia non possidere, nec præscribere possunt, nec decimas, *c. 7. X. de præscript.*

Si Episcopus decimas & alias res Ecclesiæ LAICIS distribuat, Simoniacus habetur, *c. 13. q. 3. caus. 1.*

LAICO concedi non debet administratio spiritualium, *c. 17. & 25. X. de decim.*

LAICI in alios conferre non possunt, quod eis possidere non licet, *c. 31. X. eod.*

LAICI Ecclesias vel decimas donare non possunt, etiam si sunt Reges, nec ex eorum titulo præstatur causa præscribendi, *ib.*

LAICORUM ministri Clerici non fiant, nec in rebus eorum Procuratores existant, *c. 2. X. ne Clerici vel Monachi &c.*

LAICIS decimæ in feudum datæ possunt revocari, *c. 7. X. de his, quæ fiunt à Prælat.*

LAICUS non disponat propria autoritate de bonis Clerici defuncti, *c. 1. X. de success. ab intest.*

LAICUS habens jus patronatus, ad præsentandum quadrimestre tempus habet, *c. un. de jure patron. in 6.*

LAICUS in res Ecclesiæ se non intromittat, nec hæc illi committenda, *c. 5. dist. 89.*

LAICORUM constitutio in rebus Ecclesiæ facta non valet, *c. 7. X. de constit.*

LAICI non nisi autoritate Ecclesiæ super Clericos potestatem habent, *c. 7.*

c. 7. X. de crim. fals. c. 10. X. de judic.

LAICI ecclesiastica negotia tractare non debent, sed Prælatorum judicio disponuntur, *c. 2. X. de judic.*

LAICUS, præsentibus Clericis, non doceat, nisi ipsis rogantibus, *c. 29. dist. 23.*

LAICUS de fide catholica, nec publice, nec privatim debet disputare, *c. 2. §. 1. de hæreticis in 6.*

LAICI non prædicent, neque occulta conventicula faciant, nec Sacerdotes reprehendant, *c. 12.* & *14. X. de hæreticis.*

LAICORUM consilium in causis ecclesiasticis non debet requiri, *c. 3. X. de consuet.*

LAICI non debent judicare de Presbyteris, nec de eorum vita indagare, sed Episcopis hoc reservatur, *c. 17. dist. 28.*

LAICUS in criminali non testificatur contra Clericum, accusat tamen pro sua vel suorum injuria, *c. 14. X. de testibus* &c.

Potest LAICUS Clericum denuntiare, *c. penult. X. de præsumpt.*

LAICO non licet anathema in ordinem ecclesiasticum & Sacerdotem dictare aut dicere, *c. 1. §. 2. dist. 96.*

LAICI, & Clerici, qui non obediunt Episcopis, infames efficiuntur, *c. 11. q. 3. caus. 11.*

LAICUM vidua coram Iudice Ecclesiastico convenire non potest, nisi super causa ecclesiastica, vel in defectum Iudicis secularis, *c. 11. X. de foro compet.*

LAICI possunt jurisdictionem Iudicis non sui prorogare; Clerici tamen non possunt, nisi Iudex ille, cujus jurisdictionem prorogant, sit Ecclesiasticus, & consensus Episcopi accedat, *c. 18. X. eod.*

LAICI Clericos compellere non possunt, ut coram se litigent, *c. 21. X. de jure patronat.*

LAICOS convenire possunt Clerici coram ecclesiastico Iudice, *c. 2. X. de alien. judic. mut. caus. facta.*

LAICI ratione juramenti forum ecclesiasticum nanciscuntur, *c. ult. de foro compet. in 6.*

LAICI Clericos ad seculare forum trahere non præsumant, *c. 17. X. de judic.*

LAICIS mitior imponitur pœna, quam Clericis, *c. 7. X. de pænit. & remiss.*

LAICUS potest esse procurator ad agendum, vel defendendum in causis spiritualibus, *c. 1. de procurat. in 6.*

LAICI in necessitate possunt baptizare, *c. 21. dist. 4. de consecr.*

LAICORUM Baptismus valet, *c. 36. ead.*

LAICI debent reprobare usuras, sicut Clerici, *c. 2. X. de usur. c. 7. q. 4. caus. 14.*

LAMECH.

LAMECH primus Polygamiam invexit, *c. 10. §. unde Lamech. X. de divortiis.*

LAMECH reprehenditur in Scripturis sacris eo, quod ipse primus reprobandam bigamiæ speciem introduxit, *ibid.*

LANA.

Si cui LANA legetur, id legatum videtur, quod tinctum non est, sed αὐτοφυὴς, i. e. *sponte natum, L. 70. pr. de legat. 3.*

LANAE appellatione non solum facta, sed & infecta continetur, *L. 70. §. 1. eod.*

LANAE appellatione ea sola continetur, quæ neta est, *L. 70. §. 2. eod.*

LANA legata, non continetur ea, quæ ad telam pervenit, h. e. quæ tutela facta est, *L. 70. §. 3. eod.*

LA-

LANAE appellatione continetur fuccida, & lota, fi modo tincta non fit, *L. 70. §. 4. eod.*

LANAE appellatione tomentum non continebitur, *L. 70. §. 5. eod.*

LANARVM appellatione eæ non continentur, quæ fomentationis gratia paratæ funt, vel medicinæ, *L. 70. §. 7. eod.*

LANAE appellatione non continetur lana, ex qua quis quafi veftimentum fecerit valetudinis vel deliciarum gratia, *L. 70. §. 6. eod.*

LANA legata, etiam ea continetur, quæ non eft feparata pellibus, *L. 70. §. 8. eod.*

LANA legata, etiam leporina lana, & anferina, & caprina continetur, & de ligno, quam ἐριόξυλον, i. e. *lanam ligneam*, appellant, *L. 70. §. 9. eod.*

LANA legata, linum non continetur, *L. 70. §. 10. eod.*

LANAE appellatione non continentur verficoloria, fed ea omnia videntur legata, quæ tincta funt, & neta, quæ neque detexta, neque contexta funt, *L. 70. §. 12. eod.*

LANA legata, veftis, quæ ex ea facta eft, non debetur, *L. 98. pr. eod.*

Si quis ex fua LANA & aliena veftimentum fecerit, dubitandum non eft, hoc cafu eum effe dominum, qui fecit, *§. 25. de R. D.*

Si ex LANA furtiva veftimentum feceris, veftis furtiva erit, *L. 4. §. 20. de ufurpationibus.*

LANA ovium furtivarum, fi quidem apud furem detonfa eft, ufucapi non poteft, fi vero apud bonæ fidei emptorem, contra, quoniam in fructu eft, nec ufucapi debet, fed ftatim emptoris fit, d. *L. 4. §. 19. eod.*

LANIO.

LANIONIS inftrumento legato, femota carne, menfas, pondera ferramentaque laniandæ carnis caufa præparata, item trutinas, cultros, dolabras relinquimus, *L. 18. pr. de inftructo vel inftrum.*

LAPIDICINA.

LAPIDICINAE dicuntur illæ, quæ apparent, & cæduntur, fed non, quæ non apparent, *L. 77. de contrah. empt.*

LAPIS.

Si in confinio LAPIS nafcatur, & funt pro indivifo communia prædia, tunc erit *lapis* pro indivifo communis, fi terra exemptus fit, *L. 8. §. 1. de A. R. D.*

LAPIDES cædere & auferre ex Lapidicinis agri tui invito te non licet alicui, nec nomine privato, nec publico, nifi in contrarium fit confuetudo, *L. 13. §. 1. communia prædior.*

Qui LAPIDE jacto incerto, fortuito ftatuam attigerit, crimen majeftatis committit, *L. 5. §. 1. ad L. Iul. majeftatis.*

De LAPIDIBVS, qui fodiuntur in prædiis privatorum, fifcus debet habere unam decimam, alteram vero prædii dominus, *L. 3. C. de metallariis &c. XI.*

LAPSVS.

Difficile eft poft LAPSVM ad priftinum gradum redire, *c. 30. dift. 50.*

LAPSVS, *a, m.*

LAPSI, poft actam pœnitentiam, contenti fint baptizare, communionem infirmis dare, & Altari tantummodo miniftrare, *c. 31. ead.*

A communione abftineant, qui LAPSIS ante reftitutionem communicant, *c. 35. ead.*

LAPSI in fuis Ordinibus reparari poffunt, fed non ad majora confcendere, *c. 32. ead.*

LAQVEVS.

LAQVEOS ponens in loco, in quo jus ponendi non habet, fi in eos pecus

cus vicini incidit, tenetur utili Aquilia, *L. 29. pr. ad L. Aquil.*

In LAQUEUM si incidat aper, aut aliqua fera, non est apponentis laqueum, nisi apprehenderit, *L. 55. de A. R. D.*

LAR.

Ubi LARES, i. e. *Deos domesticos*, matrimonio conjuges collocaverint, ibi domicilium habent, *L. 1. §. 2. de agnosc. & alend. liber.*

LASER.

LASER (de quo fit mentio in *L. 5. de penu leg.*) *L. 16. §. 7. de public. & vectig.*

LATERE.

LATENTIA peccata vindictam non habent, *c. 23. q. 5. caus. 32.*

LATITARE.

Non videtur frustrandæ actionis LATITARE, qui præsens suscipere judicium non compellitur, *L. 3. de judiciis.*

LATITARE non dicitur ille, qui contemnit venire, *L. 28. §. 1. de fideicommiss. libertate.*

LATITARE est, non (ut *Cicero* in oratione *pro Quintio* definit) turpis occultatio sui, potest enim quis latitare non turpi de causa, veluti qui tyranni crudelitatem timet, aut vim hostium, aut domesticas seditiones, *L. 7. §. 4. quibus ex causis in poss.*

LATITARE autem est, cum tractu aliquo latere, quemadmodum factitare, frequenter facere, *L. 7. §. 8. eod.*

LATITANTIS animus inspicitur quoad hoc, ut bona latitantis vendi possint, *L. 7. §. 9. eod.*

Potest quis in eadem civitate esse, & LATITARE, & in alia civitate esse, & non latitare, *L. 7. §. 13. eod.*

LATITARE etiam dicitur ille, qui in eodem foro agit, si circa columnas, aut stationes se occultet, *ib.*

LATITARE dicitur hodie quis, sive eodem loco, sive peregre agat, si tantum occursum creditoris evitet, *ibid.*

LATITARE potest quis adversus unum, & adversus alium non, & ejus bona potest solus ille vendere, adversus quem latitat, & non alius, adversus quem non latitat, *ib.*

LATRO.

Qui à LATRONIBUS captus est, servus *latronum* non est, nec postliminium illi necessarium est, *L. 24. de captivis.*

LATRONES tibi servum eripuerant, postea is servus ad Germanos pervenerat, inde in bello victis Germanis servus venierat, negant posse usucapi eum ab emptore, *Labeo, Ofilius, Trebatius*, quia verum esset, eum subreptum esse, nec quod hostium fuisset, aut postliminio redisset, ei rei impedimento esse, *L. 27. eod.*

Eos, qui à LATRONIBUS nominati corruptis accusatoribus diem suum obierint, ut confessor de crimine, non relinquere defensionem heredibus, rationis est, *L. 2. pr. de bonis eorum, qui ante sententiam* &c.

Famosos LATRONES in his locis, ubi grassati sunt, furca figendos, compluribus placuit, ut & conspectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus, *L. 28. §. 15. de pœnis.*

Tanquam LATRONES puniuntur, qui arbores, & maxime vites ceciderint, *L. 2. arborum furtim cæsar.*

LATRONES insignes torqueri, & etiam mitti ad furcas possunt in diebus feriatis, etiam in honorem Dei inductis, *L. 10. C. de feriis.*

LATRONES, qui violenter aggrediuntur, aut cum armis, aut sine armis, in domibus, aut in itineribus, aut in mari, pœnis legalibus subjiciuntur,

tur, *Auth. Sed novo, C. de servis fugitivis.*

LATRO suspendendus, licet Iudicem probet crudelem, non tamen propter hoc est crudelis, quod crudelem jugulet, *c. 28. q. 5. caus. 23.*

Prodest LATRONI, vel piratæ, qui membra ejus debilitat, *c. 6. q. 3. caus. 23.*

LAUDARE.

LAUDARE autorem quandoque significat nominatim citare, & ad sui defensionem accersere, appellareque eum, qui tibi vendidit, vel à quo rem habuisti, quod vulgo *summare* dicitur, *L. 6. §. 5. de A. E. V.*

LAUS.

Quas gratias, aut quas LAUDES Domino Deo nostro Iesu Christo exhibere debeamus, nec mens nostra potest concipere, nec lingua proferre, *L. 1. pr. C. de officio Præfecti Prætorio Africæ.*

Miserrimus est Episcopus, qui malorum LAUDIBUS gloriatur, *c. 6. dist. 6.*

LECTICARIUS.

LECTICARII servi dicuntur, qui lecticas, vel lectos domini faciunt, vel qui portant dominos in lectica, *L. 49. pr. de legat. 3.*

LECTOR.

LECTORES dicti sunt à legendo, *c. 1. §. 15. dist. 21.*

LECTORUM officium est lectiones pronunciare, & ea, quæ Prophetæ vaticinati sunt, populis prædicare, *ibid.*

Qualiter LECTOR ordinetur, *c. 18. dist. 23.*

LECTOR orario uti non debet, *c. 28. ead.*

Cuilibet ex LECTORIBUS vasa sacra altaris portare non licet, *c. 31. ead.*

LECTORES aut uxores ducant, aut continentiam profiteantur, *c. 8. dist. 32.*

LECTOR debet esse 25. annorum, *c. 14. q. 1. caus. 20.*

LEGARE.

LEGARE ad pias causas de feudo, *II. F. 9. §. 1.*

LEGARE feudum in salutem animæ, *ibid.*

Si LEGAVIT testator rem alienam, heres juxta leges seculi, tenetur rem legatam dare Legatario, aut æstimationem ejus, *c. 5. X. de testam.*

LEGARE nemo plus potest ex L. falcidia, in testamento Extraneis, quam ut quarta pars heredibus supersit, *c. 6. dist. 2.*

Si quid LEGETUR Episcopo, à propinquo, præsumitur legatum intuitu personæ, non Ecclesiæ, *c. 15. X. de testamentis.*

Si quid LEGETUR Episcopo & Ecclesiæ, vel Ecclesiæ & Episcopo, de illo inter ipsos est canonica divisio facienda: Si vero istud Ecclesiæ, & istud Episcopo, sive sint æqualia, sive inæqualia, quæ relinquuntur, reducenda sunt ad divisionem Canonicam, inter Episcopum & Ecclesiam Cathedralem, nisi ambo velint esse testatoris dispositione contenti, quam satis decens est observare, ubi nec fraus, nec dolus intervenit, ne quisquam nimium debita defraudetur portione. Si autem aliquid legetur Episcopo, & aliqua Capellis, Monasteriis, vel aliis piis locis, tunc quod legatur Episcopo, ejus est præcipuum cum Ecclesia Cathedrali, quemadmodum si cuilibet alteri legaretur; & de illis, quæ aliis legantur, portionem Canonicam nihilominus obtinebit, quoniam his non ita est conjunctus, sicut Ecclesiæ suæ, cui est spirituali conjugio copulatus, *ib.*

Quidquid Episcopo LEGATUR ac Extraneo, præsumitur Ecclesiæ intuitu legatum, admittitur tamen probatio in contrarium, *ibid.*

Quod LEGATUR personæ privatæ, sive habeat beneficium, sive non, semper præsumitur legatum intuitu personæ, *ibid.*

Verbis legis duodecim tabularum, *uti* LEGASSET *suæ rei, ita jus esto*, latissima potestas tributa videtur, *L. 120. de V. S.*

Sed id interpretatione coangustatum est, vel legum, vel autoritate jura constituentium, *ibid.*

LEGARE *Titio* & *Mevio*, aut ita, *Titio* cum *Mevio*, paria sunt, & utroque modo conjunctim legatum videtur, *L. 36 §. 2. de legat. 1.*

Si quis cum vellet vestem LEGARE, supellectilem adscripsit, dum putat supellectilis appellatione vestem contineri, *Pomponius* scripsit, vestem non deberi, *L. 4. pr. eod.*

LEGARE volens electrum, vel aurichalcum, si aurum legaverit, putans appellatione auri electrum, vel aurichalcum contineri, neque debetur electrum, neque aurichalcum, neque aurum, *ibid.*

Id, quod apud hostes est, LEGARI potest, quia in eo jus postliminii locum habet, *L. 9. eod.*

LEGARI potest pars bonorum, *L. 23. eod.*

Si quis LEGAVERIT Sallustianos hortos, qui sunt Augusti, vel fundum Albanum, qui principalibus usibus deservit, furiosi est, talia testamenta testamento adscribere, *L. 39. §. 8. eod.*

LEGARI non possunt campus Martius, forum Romanum & ædes sacræ, *L. 39. §. 9. eod.*

LEGARI possunt res alienæ, modo parari possunt, licet difficilis sit earum paratio, *L. 39. §. 7. eod.*

LEGARI non possunt prædia Cæsaris, quæ in formam patrimonii redacta sub procuratore patrimonii sunt, etsi legentur, nec æstimatio eorum debetur, *L. 39. §. 10. eod.*

LEGARI potest res aliena, quæ est in communi commercio aliorum, sed non in ipsius legatarii, & valet quoad ejus æstimationem, *L. 40. eod.*

LEGARI possunt corpora omnia, & jura, & servitutes, (intellige, si in nostro commercio sunt, & non alias) *L. 41. pr. eod.*

LEGARI non possunt ea, quæ ædibus juncta sunt, *L. 41. §. 1. eod.*

LEGARI possunt omnia, nisi reperiantur expresse prohibita, *L. 41. §. 9. eod.*

LEGARI possunt cancelli, vel vela, quæ frigoris, vel venti causa domi ponuntur, item automataria, & canthari, per quos aquæ saliunt, maxime si impostitii sint, *L. 41. §. 10. eod.*

LEGARI non possunt statuæ, quæ parietibus domus inhærent, *L. 41. §. 12. eod.*

LEGARI non possunt etiam ea, quæ parietibus domus inhærent, si illa sint ibi perpetuo, & ideo quasi portio ædium evelli non possunt, *ibid.*

LEGARI non possunt tabulæ affixæ, & parietibus injunctæ, vel singula adæquata, *L. 41. §. 13. eod.*

Si ea, quæ LEGAVIT, ædibus junxit, extinctum erit legatum, *L. 41. §. 15. eod.*

Si certus homo LEGATUS est, talis dari debet, qualis est, *L. 45. §. 2. eod.*

LEGARI potest mihi res, quam absente domino causa reipubl. usucepi, & sic effecta mea revocabiliter, tamen per restitutionem potest à me avocari à domino, *L. 82 §. 1. eod.*

LEGARE potest superficiarius superficiem directo domino, *L. 86. §. 4. eod.*

Si

Si tibi homo, quem pignori dederas, LEGATUS ab alio fuerit, actionem ex testamento habebis adversus heredem, ut pignus luatur, *L. 86. pr. eod.*

Si fundus ab omnibus heredibus LEGATUS sit, qui unius heredis esset, is quidem, cujus fundus esset, non amplius quam partem suam præstabit, cæteri in reliquas partes tenebuntur, *L. 86. §. 3. eod.*

LEGARI potest à filiofamilias herede instituto ab extraneo patri vel alteri cuicunque in eadem potestate constituto, *L. 91. pr. eod.*

Si ita LEGATUM fuerit, *Titio cum Sejo do, lego*; utriusque legatum est, *L. 112. §. 2. eod.*

Neque LEGARI, neque per fideicommissum relinqui possunt ædes destruendæ, *L. 114. §. 9. eod.*

Si LEGAVERIS Augustæ, & ea inter homines esse desierit, deficit, quod ei relictum est, *L. 57. de legat. 2.*

LEGARI etiam ea recte possunt, quæ futura sunt, ut insula vel in mare, vel in fluminibus enata, *L. 17. pr. eod.*

Recte LEGATUR servitus servo prædium habenti, *L. 17. §. 1. eod.*

LEGARI potest via duobus fundum communem habentibus, sicut & servus communis potest stipulari viam ad fundum communem dominorum suorum, *L. 2. de servitute legata.*

LEGARI potest mihi res mea sub conditione, cum mea esse desierit, *L. 18. de legat. 2.*

LEGARI non potest alicui res, cujus commercium non habet legatarius propter suum delictum, sed bene potest legari res, cujus commercium habet legatarius, sed non heres, *L. 49. §. 2. & 3. de Legat. 2.*

LEGARI non possunt monumenta, i. e. *sepulchra*, jus tamen mortuum inferendi legare nemo prohibetur, *L. 14. C. de legatis.*

Si LEGETUR uni totum, alteri pars, illa pars de toto adempta intelligitur, *L. 23. C. eod.*

LEGARE alteri sicut potest testator à legatario, ita & ab herede ejus, fallit in substituto filii exheredati, *L. 24. C. eod.*

LEGARI potest fundus, vel alia res usque ad decem annos, vel aliud tempus, quo finito, revertitur ad heredem, *L. 26. C. eod.*

Non solum LEGARI potest testatoris vel heredis res, sed etiam aliena, §. 4. *de legatis.*

LEGARI potest res aliena, si defunctus sciebat alienam rem esse, non si ignorabat, *ibid.*

Recte quoque LEGATUR ea res, quæ in rerum natura non est, si modo futura est, veluti fructus, qui in illo fundo nati erunt, aut quod ex illa ancilla natum erit, §. 7. *eod.*

Si eadem res duobus LEGATA sit, sive conjunctim, sive disjunctim; si ambo perveniant ad legatum, scinditur inter eos legatum, si alter deficiat, totum ad collegatarium pertinet, *§. 8. eod.*

Conjunctim LEGATUR, veluti si quis dicat, *Titio & Sejo hominem Stichum do, lego, ibid.*

Disjunctim autem ita LEGATUR, Titio hominem Stichum do, lego; Sejo hominem Stichum do, lego, *ibid.*

LEGARI possunt tam res corporales, quam incorporales, i. e. actiones, servitutes, *§ 21. eod.*

LEGARI potest id, quod defuncto debetur, & tunc heres legatario tenetur præstare actiones suas, nisi exegerit vivus testator pecuniam, nam hoc casu legatum extinguitur, *ibid.*

Si generaliter LEGETUR servus vel res

 alia,

alia, electio legatarii est, nisi aliud testator dixerit, *§. 21. eod.*

LEGARI autem illis solum potest, cum quibus testamenti factio est, §. *24. eod.*

Inutiliter antea LEGABATUR ante heredis institutionem, *§. 34. eod.*

Simili modo inutiliter quoque LEGABATUR post mortem heredis aut legatarii, veluti si quis ita dicat: *cum heres meus mortuus fuerit, do, lego*, §. *35. eod.*

Pœnæ quoque nomine inutiliter antea LEGABATUR, & adimebatur, vel transferebatur, *§. 36. eod.*

Pœnæ autem nomine LEGARI videtur, quod coërcendi heredis causa relinquitur, quo magis aliquid faciat, aut non faciat, veluti si quis ita scripserit: *Heres meus si filiam suam in matrimonium Titio collocaverit*, vel ex diverso, *si non collocaverit, dato decem aureos Sejo, ibid.*

Si quis rem suam quasi alienam LEGAVERIT, valet legatum, nam plus valet, quod in veritate est, quam quod in opinione, §. *11. eod.*

Si rem suam LEGAVERIT testator, posteaque eam alienaverit, Celsus putat, si non adimendi animo vendidit, nihilominus deberi, §. *12. eod.*

Si quis LEGAVERIT debitori suo liberationem, legatum utile est, *§. 13. eod.*

Si debitor creditori suo quod debet, LEGAVERIT, inutile est legatum, si nihil plus est in legato, quam in debito, quia nihil amplius per legatum habet, §. *14. eod.*

Si quis ancillas cum suis natis LEGAVERIT, etiamsi ancillæ mortuæ fuerint, partus legato cedunt, §. *17. eod.*

Si servus cum peculio LEGATUS fuerit, mortuo servo, vel manumisso, vel alienato, peculii legatum extinguitur, *ibid.*

Si fundus instructus, vel cum instrumento LEGATUS fuerit, fundo alienato, & instrumenti legatum extinguitur, *ibid.*

Si grex LEGATUS fuerit, & postea ad unam ovem pervenerit, quod superfuerit, vindicari potest, *§. 18. eod.*

Grege LEGATO, etiam eæ oves, quæ post testamentum factum gregi adjiciuntur, legato cedunt, *ibid. L. 21. de legat. 1.*

Ædibus LEGATIS, columnæ, & marmora, quæ post testamentum factum adjecta sunt, legato cedunt, §. *19. eod.*

Si peculium LEGATUM fuerit, sine dubio quicquid peculio accedit, vel decedit vivo testatore, legatarii lucro vel damno est, §. *20. eod.*

Si rem obligatam creditori aliquis LEGAVERIT, necesse habet heres eam luere, *§. 5. eod.*

Si res aliena LEGATA fuerit, & ejus rei vivo testatore legatarius dominus factus fuerit, si quidem ex causa emptionis, ex testamento actione pretium consequi potest; Si vero ex causa lucrativa, veluti ex donatione, vel ex alia simili causa, agere non potest, nam traditum est, duas lucrativas in eundem hominem, & eandem rem concurrere non posse, §. *6. eod.*

Alienus servus heres institutus LEGARI ipse à se nec totus, nec pro parte potest; *L. 116. §. 2. de legat. 1.*

Servo hereditario recte LEGATUR, licet ea adita non sit, quia hereditas personæ defuncti, qui eam reliquit, vice fungitur, *L. 116. §. 3. eod.*

Fundus LEGATUS talis dari debet, qualis relictus est; *L. 116. §. 4. eod.*

Quibus ipsis LEGARE possumus, eorum

rum quoque servis *legare* possumus, *L. 12. §. 2. eod.*

LEGARI alicui à semetipso non potest, *L. 18. eod.*

Qui ab hostibus redemptus est, LEGARI sibi poterit, & proficiet legatum ad liberationem vinculi pignoris, quod in eo habuit, qui redemit, *L. 43. §. 3. eod.*

Servo LEGATO *legari* posse receptum est, quod adita hereditate statim servus acquiritur legatario, deinde sequetur legatum, *L. 69. pr. eod.*

Si fundus LEGATVS sit; *Uti optimus maximusque*, liber præstandus est, *L. 69. §. 3. eod.*

In pecunia LEGATA confitenti heredi modicum tempus ad solutionem dandum est, nec urgendum ad suscipiendum judicium, *L. 71. §. 2. eod.*

Si quis LEGAVERIT fundum Cornelianum, exceptis vineis, *quæ mortis ejus tempore erunt*, si nullæ vineæ erant, legato nihil decedit, *L. 72. eod.*

LEGARI potest uni ex duobus, qui prius conditionem impleverit, *L. 108. §. 3. eod.*

LEGARI potest civitatibus etiam quod ad honorem ornatumque civitatis pertinet, *L. 122. pr. eod.*

LEGARI civitatibus ad ejus honorem dicitur, quoties relinquitur aliquid ad munus edendum, venationemve, ludos Scenicos, ludos Circenses; aut quod ad divisionem singulorum civium, vel epulum, vel in alimenta infirmæ ætatis, puta senioribus, vel pueris puellisque relictum fuerit, *ibid.*

LEGARI civitatibus ad ejus ornatum dicitur, quoties relinquitur ad instruendum forum, theatrum, stadium, *ibid.*

LEGARE non potest heres statulibero, nisi sub conditione libertatis, vel nisi quando moriente herede servus est liber, *L. 11. pr. de legat. 2.*

Si areæ LEGATAE, post testamentum, ædificium impositum est, utrumque debebitur, & solum, & superficium, *L. 39. eod.*

Ita LEGARI potest creditori, ne indebitum ab eo repeteretur, *L. 24. de legat. 3.*

Si fundus LEGATVS sit, *cum his, quæ ibi erunt*; quæ ad tempus ibi sunt, non videntur legata, & ideo pecuniæ, quæ fœnerandi causa ibi fuerunt, non sunt legatæ, *L. 44. eod.*

Si filiæfamilias ita LEGATVM sit, *cum in tutelam suam pervenerit*, tunc debebitur, cum viri potens facta fuerit, *L. 51. eod.*

Si LEGATVM sit *Homeri* corpus, & non sit plenum, quantæcunque partes hodie inveniantur, debentur, *L. 52. §. 2. eod.*

Si cui centum libri sunt LEGATI, centum volumina ei dabimus, non centum, quæ quis ingenio suo metitus est, cui ad libri scripturam sufficerent; ut puta cum haberet *Homerum* totum in uno volumine, non quadraginta octo libros computamus, sed unum *Homeri* volumen pro libro accipiendum est, *L. 52. §. 1. eod.*

LIBRIS legatis, bibliothecas non contineri *Sabinus* scripsit: Idem & Cassius, ait enim, membranas, quæ scriptæ sint, contineri, *L. 52. §. 3. eod.*

LIBRIS legatis, neque armaria, neque scrinia, neque cætera, in quibus libri conduntur, debentur, *ibid.*

LIBRIS legatis, nec chartæ puræ debentur, *L. 52. §. 4. eod.*

Chartis LEGATIS, nec libri debentur, *ibid.*

Si quis Chartas LEGAVERIT puras, membranæ non continebuntur, neque cæteræ ad scribendum materiæ, sed nec cœpti scripti libri, *ibid.*

Chartis LEGATIS, neque papyrum ad chartas paratum, neque chartæ nondum perfectæ continebuntur, *L. 52. §. 6. eod.*

LEGATO argento, constat arculas ad legatarium non pertinere, *L. 53. pr. eod.*

LEGATIS annulis dactyliothecæ non cedunt, *L. 53. §. 1. eod.*

Cui omnis materia LEGATA est, ei nec arca, nec armarium legatum est, *L. 57. eod.*

Qui chirographum LEGAT, non tantum de tabulis cogitat, sed etiam de actionibus, quarum probatio tabulis continetur, *L. 59. eod.*

Agnis LEGATIS, ii legati sunt, qui minores anniculi sunt, *L. 60. pr. eod.*

Servis & ancillis urbanis LEGATIS, agaso, mulio, legato non continentur, *L. 60. §. 1. eod.*

LEGANS lances duas leves, quas de sigillaribus emerat, intelligitur legare eas duas lances, quas de sigillaribus emerat, licet non essent leves, sed graves, *L. 102. §. 1. eod.*

LEGARI potest mensæ negocium, *L. 77. §. 16. de legat. 2.*

LEGANS duos mulos, qui sui erant, cum moreretur, si non habeat tempore mortis duos mulos, sed duas mulas, illæ duæ mulæ debentur, *L. 62. de legat. 3.*

LEGATIS jumentis, boves non continentur, nec contra, *L. 65. §. 5. eod.*

Equis LEGATIS, vid. *Equus.*

Ovibus LEGATIS, agni non continentur; quamdiu autem agnorum loco sunt, ex usu cujusque loci sumendum est, nam in quibusdam locis ovium numero esse videntur, cum ad tonsuram venerint, *L. 65. §. 7. eod.*

Avibus LEGATIS, vid. *Avis.*

LEGANS saltum æstivum, & hoc amplius etiam eas res, quæ ibi esse solent, non videtur *legasse* pecora, quæ hyeme in hybernis, æstate in æstivis ibi esse solent, sed tantum videtur *legasse* ea, quæ perpetuo ibi sunt, *L. 67. eod.*

Si ita esset LEGATUM, *vestem meam, argentum meum, damnas esto dare*; id legatum videtur, quod testamenti tempore fuisset, *L. 7. de auro, argento,* &c.

Si gemma ex annulo LEGETUR, vid. *Gemma.*

Si quis LEGAVERIT aurum, gemmas, margaritas, quæ in eo auro essent, etiam id aurum, cui neque gemmæ, neque margaritæ inessent, *legasse* videtur, *L. 11. eod.*

Si alii vestimenta, alii vestis muliebris separatim LEGATA sit, detractis muliebribus & ei assignatis, cui specialiter *legata* sunt, reliquum alteri debetur, *L. 1. pr. eod.*

Si duæ statuæ marmoreæ tibi, & deinde omne marmor LEGATUM esset, præter duas nulla statua marmorea legata est tibi, *ib.*

Cum certum auri vel argenti pondus LEGATUM est, si non species designata sit, non materia, sed pretium præsentis temporis præstari debet, *L. 9. eod.*

Si imaginem LEGATAM, vid. *Imago* &c.

Si statuam LEGAVERO, & postea ex alia statua brachium ei adjecero, omnimodo statua à legatario vindicari potest, *L. 14. eod.*

Cum aurum vel argentum LEGATUM est, vid. *Aurum.*

Si certum pondus auri sit LEGATUM, vel argenti, magis quantitas legata videtur, nec ex vasis tanget, *L. 19. §. 1. eod.*

Sed si argenti facti pondo centum sint LE-

LEGATA, ex facto argento debebitur legatum, *L. 19. §. 2. eod.*

Si cui escarium argentum LEGATUM sit, id solum debebitur, quod ad epulandum in ministerio habuit, i. e. ad esum & potum, *ib.*

Argento facto LEGATO, vid. *Argentum.*

LEGATIS unguentis, non tantum ea legata videntur, quibus unguimur voluptatis causa, sed & valetudinis, qualia sunt commagena, glaucina, crina, rosa, mura, colum, nardum purum; hoc quidem etiam, quo elegantiores sint & mundiores, unguntur fœminæ, *L. 21. §. 1. eod.*

Vestis, an vestimenta LEGENTUR, nihil refert, *L. 23. pr. eod.*

LEGATA veste muliebri, & infantilis continetur, & puellarum, & virginum, *L. 25. §. 9. eod.*

Si quis ita LEGAVERIT, *uxori meæ mundum, ornamenta, seu quæ ejus causa paravi, do, lego,* placet omnia deberi, *L. 30. eod.*

Qui lancem maximam minorem, minimam relinquebat, ita LEGAVERAT, *Lancem minorem illi lego,* mediæ magnitudinis videtur lanx legata, *L. 32. eod.*

Ea recte LEGANTUR omnibus debitoribus, quæ debent, *L. 1. pr. de liberat. legata.*

Si res pignori data LEGETUR debitori à creditore, valet legatum, habetque actionem, ut pignus recipiat, prius quam pecuniam solvat, *L. 1. §. 1. eod.*

LEGATA debitori liberatio ita demum effectum habet, si non fuerit exactum id à debitore, dum vivat testator, cæterum, si exactum est, evanescit legatum, *L. 7. §. 4. eod.*

Si debitori liberatio sub conditione LEGATA fuisset, & vel lis fuisset contestata, vel etiam exactum pendente conditione, ex testamento actio manet, liberatione legata, *L. 7. §. 7. eod.*

Non solum nostrum debitorem, sed & heredis, & cujuslibet alterius, ut liberetur, LEGARE possumus, *L. 8. pr. eod.*

Ei liberatio recte LEGATUR, apud quem deposuero, vel cui commodavero, pignorive dedero, vel ei, quem ex furtiva causa mihi dare oportet, *L. 8. §. 7. eod.*

Qui actu LEGATO, vid. *Actus.*

Pars fundi LEGATI adimi potest, *L. 2. §. 2. de adimendis,* &c.

Qui hominem LEGAT, & Stichum adimit, non perimit legatum, sed extenuat, *L. 11. eod.*

Cum in singules annos quid LEGATUM sit, neque adscriptum, quo loco detur, quocunque loco peti potest, *L. 1. de annuis legatis.*

Si in singulos annos alicui LEGATUM sit, plura legata sunt, primi anni purum, sequentium conditionale, *L. 4. & 11. eod.*

LEGANS dactyliothecam, i. e. annulorum capsulam, censetur legare illam capsulam, & etiam annulos in ea repositos, si testator ita sensit, ut si dixit, lego dactyliothecam meam, & si quos præterea annulos habeo, *L. 52. §. 8. de legat. 3.*

LEGANS pocula oleaginea paria duo, censetur legare duo pocula tantum, quæ sunt paria, & æqualia, sed si ita legasset, bina paria vel poculorum paria duo, tunc quatuor pocula censetur legasse, *L. 30. pr. eod.*

LEGANS decem duobus, intelligitur decem tantum legasse inter ambos, & non cuilibet decem, *L. 79. de legat. 1.*

Is, qui sola triginta reliquerat, Titio triginta LEGAVIT, Sejo viginti, Mevio decem; *Massurius Sabinus* probat, Titium *quindecim,* Sejum *decem,*

cem, Mevium *quinque* consecuturos, *L. 80. eod.*

LEGANS nomen debitoris censetur legare debitum & usuras, *L. 34. pr. de legat. 3.*

Si domus alicui simpliciter sit LEGATA, neque adjectum, quæ domus, cogentur heredes, quam vellet, domum ex his, quas testator habebat, legatario dare, quod si nullas ædes reliquerit, magis derisorium est quam utile legatum, *L. 71. pr. de legat. 1.*

LEGANS generaliter omnia, quæ in domo sunt, non censetur legare chyrographum, & alia nomina debitorum, *L. 86. pr. de legat. 2.*

Rebus, quæ in fundo sunt, LEGATIS, accedunt etiam ea, quæ tunc non sunt, si esse solent, nec, quæ casu ibi fuerunt, legata existimantur, *L. 78. §. 7. de legat. 3.*

Si LEGETUR chorus aut familia, perinde est, quasi singuli homines legati sint, *L. 79. pr. eod.*

LEGANS mobilia, quæ ibi habet, censetur etiam legare numos, quos præsidii causa repositos ibi habet, sed non eos, quos ut mutuo daret, *L. 79. §. 1. eod.*

Area LEGATA, vid. *Area*, *L. 79. §. 2. eod.*

LEGANS ea, quæ Romæ sunt, censetur legare etiam ea, quæ custodiæ causa in horreis extra urbem reposita sunt, ut perpetuo essent in urbe, *L. 84. eod.*

Si ita LEGATUM est, *domum, quæque mea ibi erunt, cum moriar*; nummi ad diem exacti à debitoribus, ut aliis nominibus collocarentur, non sunt *legati*, *L. 86. eod.*

LEGANS lateralia, al. *lateraria*, & quidquid in illis repositum erit, intelligitur *legare* etiam prædia contenta in instrumentis emptionis, quæ erant reposita in dictis lateralibus, si ea mente illa instrumenta reposita haberet in illis lateralibus, ut illis legatario datis proprietas prædiorum præstaretur, *L. 102. pr. eod.*

Hominis operæ LEGATAE, capitis diminutione vel non utendo non amittuntur, *L. 2. de usu & usufructu* &c.

Nec usus, nec ususfructus itineris, actus, viæ, aquæductus LEGARI potest, *L. 1. eod.*

Hominis liberi operæ LEGARI possunt, sicut locari, & in stipulationem deduci, *L. 3. eod.*

Heres in fundo, cujus ususfructus LEGATUS est, villam posuit, eam invito fructuario demolire non potest, nihilo magis, quam si quam arborem posuisset, ex fundo is evellere vellet, sed si, antequam usufructuarius prohibuerit, demoluerit, impune facturum, *L. 12. eod.*

Cum ususfructus alternis annis LEGATUR, non unum, sed plura legata sunt, *L. 13. eod.*

Si ususfructus municipibus LEGATUS fuerit, durat per centum annos, qui finis vitæ longissimus est, *L. 8. eod.*

Si servum sub conditione liberum esse jubeam, & usumfructum ejus tibi LEGAVERO, valet legatum, *L. 20. eod.*

LEGAVERAT colono suo dominus usumfructum fundi, quem is colebat, agat colonus cum herede ita, ut Iudex cogat heredem ex locationis actione eum liberare, *L. 30. §. 1. eod.*

Illi cum illo habitationem LEGO, perinde est, ac si ita, illi & illi legasset, *L. 40. eod.*

LEGARI potest via fundum communem

nem habentibus, *L. 2. de servitute legata.*

Qui ita LEGAT uxori suæ, *Titiæ amplius, quam dotem, aureos tot heres meus damnas esto dare*; manifestus est, dotem quoque relegasse, *L. 3. de dote prælegata.*

Is, cui LEGATA est servorum electio, tres potest eligere, *L. 1. de opt. vel elect.*

Cum ita LEGATUR, *Titio Stichum do, lego, si Pamphilum non elegerit*, simile est, atque si ita legatum fuisset, *Titio Stichum aut Pamphilum, utrum eorum volet, do, lego, L. 9. de optione vel elect. leg.*

Homine LEGATO, Neratius ait, nihil agi repudiato Pamphilo, itaque eum ipsum eligi posse, *L. 18. eod.*

LEGATO vino, acetum quoque continetur, quod paterfamilias vini numero habuit, *L. 1. de tritico, vino &c.*

Si centum amphoræ, quas velles, tibi LEGATAE sint, ex testamento agendo consequi potes, ut degustare tibi liceat, *L. 2. §. 1. eod.*

LEGATO vino, etiamsi non sit legatum cum vasis, secundum *Celsum*, vasa quoque legata videri, *L. 3. §. 1. eod.*

Cum certus numerus amphorarum vini LEGATUS esset ex eo, quod in fundo Semproniano natum esset, & minus natum esset, non amplius deberi placuit, & quasi taxationis vicem obtinere hæc verba, *Quod natum erit, L. 5. eod.*

Si quis vinum LEGAVERIT, omne continetur, quod ex vinea natum vinum permansit, *L. 9. pr. eod.*

Si quis LEGAVERIT acetum, non continebitur legato acetum, quod vini numero testator habuit, embamma autem continebitur, quia aceti numero fuit, *L. 9. §. 1. eod.*

Si quis vinum, quod habuit, LEGAVIT, deinde coacuit, licet postea in aceti locum translatum sit à patrefamilias, vino legato continebitur, *L. 9. §. 2. eod.*

Vino paterno LEGATO, id demum legatum videtur, quod testator vini numero habuit, non quod pater, *L. 9. §. 3. eod.*

Si peculiare vinum LEGATUM sit, id continebitur, quod servi habuerunt, *ibid.*

Ex usu testatoris vinum vetus LEGATUM æstimabitur, *L. 10. eod.*

Vino LEGATO, ea demum vasa sequuntur, quæ ita diffusa sunt, ut non ad perpetuum usum reservarentur, *L. 14. eod.*

Sive cum instrumento fundus LEGATUS est, sive instructus, duo legata intelliguntur, *L. 1. pr. de instructo vel instrumento legato.*

Fundo cum instrumento LEGATO & alienato, instrumentum non vindicabitur ex sententia defuncti, *L. 1. §. 1. eod.*

Si cui fundum & instrumentum ejus LEGARE vis, nihil interest, quomodo leges: *Fundum cum instrumento*; an *Fundum & instrumentum*; an *Fundum instructum, L. 5. eod.*

Si fundus instructus est LEGATUS, & supellex continebitur, quæ illic fuit usus ipsius gratia, & vestis non solum stragula, sed & qua ibi uti solebat; mensæ quoque eboreæ, vel si quæ aliæ; item vitrea, & aurum, & argentum, vina quoque, si qua ibi fuerint usus ipsius causa, continentur, & si quid aliud utensilium, *L. 12. §. 28. eod.*

Si instructum fundum LEGASSET, ea pædagogia, quæ ibi habebat, ut cum ibi venisset præsto essent in tricilinio, legato continentur, *L. 12. §. 32. eod.*

LEGATO villæ instrumento supellex non continetur, *L. 16. pr. eod.*

Servo LEGATO cum peculio, & alienato, vel manumiſſo, vel mortuo, legatum etiam peculii extinguitur. *L. 1. de peculio legato.*

Ancilla cum ſuis natis LEGATA, vid. *Ancilla.*

Si ſervus cum vicariis ſuis ſit LEGATVS, durat vicariorum legatum & mortuo eo, aut alienato, aut manumiſſo, *L. 4. eod.*

Peculio LEGATO, conſtat heredem nomina peculiaria perſequi poſſe, *L. 5. eod.*

Si peculium LEGETVR, & ſit in corporibus (puta fundi, vel ædes), ſi quidem nihil ſit, quod ſervus domino, vel conſervis liberisve domini debeat, integra corpora vindicabuntur, *L. 6. pr. eod.*

LEGARI poteſt peculium non tantum præſens, ſed etiam futurum, *L. 11. eod.*

Qui peculium ſervi LEGAVERAT, judicium eo nomine acceperat, deinde deceſſerat, placuit non aliter peculium ex cauſa legati præſtari, quam ſi de accepto judicio heredi caveretur, *L. 17. eod.*

Si LEGATVS fuerit ſervus, peculium excipere non eſt neceſſe, quia non ſequitur, niſi legetur, *L. 24. eod.*

Penu certa cum vaſis certis LEGATA & conſumpta, ne vaſa quidem cedunt legato, exemplo peculii, *L. 2. de penu legata.*

Penu LEGATA, continentur ea, quæ eſui potuique ſunt, *L. 3. pr. eod.*

Si cui penus LEGATA ſit præter vinum, omnis penus legata videtur, excepto vino, *L. 4. eod.*

Supellectili LEGATA, hæc continentur, menſæ, trapezophora, delficæ, ſubſellia, ſcamna, lecti etiam inargentati, culcitræ, toralia, imperia, vaſa aquaria, pelves, aquiminalia, candelabra, lucernæ, trullæ, item vaſa ænea vulgaria, &c. *L. 3. pr. §. 1. de ſupellectili legata.*

Fundo LEGATO, inſtrumentum ejus non aliter legato cedit, niſi ſpecialiter id expreſſum ſit, *L. 14. eod.*

Domo LEGATA, neque inſtrumentum ejus, neque ſupellex aliter legato cedit, quam ſi id ipſum nominatim expreſſum à teſtatore fuerit, *ibid.*

Si alimenta fuerint LEGATA, dici poteſt, etiam aquam legato ineſſe, ſi in ea regione fuerint legata, ubi venundari aqua ſolet, *L. 1. de alimentis vel cibar.* &c.

LEGATIS alimentis, cibaria, & veſtitus, & habitatio debebitur; quia ſine his ali corpus non poteſt, cætera, quæ ad diſciplinam pertinent, legato non continentur, niſi aliud teſtatorem ſenſiſſe probetur, *L. 6. & 7. eod.*

LEGARI propriæ res tibi non poſſunt, *L. 13. C. de legatis.*

LEGATARIVS.

LEGATARIVS primus ſi legatum agnoſcat, ſubſtitutio vulgaris ei facta evaneſcit, *L. 6. C. de legatis.*

LEGATARIVS celans teſtamentum, privatur legato, & remanet heredi ſcripto, *L. 25. C. eod.*

LEGATARIVS poteſt petere ab uno ex heredibus alternative gravatis, & poſtea redire ad alium, *L. 8. §. 1. de legat. 1.*

LEGATARIO ex legato non videtur pertinere amplius, quam quod deducto eo, quod explendæ conditionis cauſa datum eſt, ſupereſt ex legato, *L. 26. pr. eod.*

LEGATARIO partis bonorum poteſt heres ſolvere æſtimationem, vel partem rerum, ſi commode dividi poſſunt, poteſt etiam unam, aut plures res, vel earum æſtimationem ſolvere, prout inter ſe concordaverint,

rint, vel si discordent, prout judici videtur, *L. 26. §. 2. eod.*

LEGATARIO debetur id, quod ædificatur in area legata, nisi testator mutaverit voluntatem, *L. 44. §. 3. eod.*

LEGATARIVS agit contra heredem ex delicto servi heredis circa rem legatam, *L. 48. pr. eod.*

LEGATARIVS, cui pars Stichi legata est à Titio, & alia pars ejusdem Stichi legata sit eidem, *legatarius* poterit consequi dimidiam Stichi ex uno testamento, & aliam dimidiam ex alio testamento, & sic totum Stichum poterit consequi, *L. 83. eod.*

LEGATARIVS, cui ædes, quibus ædes heredis serviebant, legatæ sunt in diem, vel sub conditione, & ab herede traditæ sunt eis non imposita servitute, potest agere ex testamento, ut heres reponat servitutem, quæ aditione fuerit confusa, *L. 84. §. 4. eod.*

LEGATARIVS, qui ab herede servum legatum accipit debilitatum dolo, vel culpa ipsius heredis, potest agere nihilominus actione ex testamento, *ibid.*

LEGATARIVS, qui ab uno herede specialiter gravato æstimationem rei legatæ habuit, non potest eam rem ab omnibus heredibus postea in codicillis gravatis petere, *L. 86. §. 1. eod.*

LEGATARII possunt convenire omnes heredes pro hereditaria portione, vel eum heredem, qui factus est executor in solidum, *L. 107. pr. eod.*

LEGATARIVS, cui ita legatum est, quidquid in horreo meo erit, non consequitur id, quod ex rebus non legatis ignorante testatore ampliandi legati sui gratia in horreum intulit, *L 32. §. 3. de legat. 2.*

LEGATARIO non tenetur quis ad legatum ex persona coheredis, qui non est solvendo, *L. 33. pr. eod.*

LEGATARII ex primo testamento, quantum ad heredem, habentur ut creditores, *L. 67. pr. eod.*

LEGATARIVS, cui bis legatur, bis debet habere, si eidem diversæ res legentur, vel eadem quantitas in diversis voluntatibus, nisi testator posuisset clausulam derogatoriam, *L. 22. pr. de legat. 3.*

LEGATARIVS potest petere legatum ante diem nudo ministro recusante accipere legatum, *L. 18. §. 1. de annuis legatis.*

LEGATARIVS quandoque dicitur quis propter spem, licet non propter rem, *L. 27. de liberat. legata.*

LEGATARIVS, qui ex testamento accepit legatum ab herede scripto, poterit ab intestato petere hereditatem, & si obtinuerit, non reddito legato Iudicis officio restituetur hereditas ei, deducto legato, quod accepit, *L. 44. de hered. petit.*

LEGATVM.

LEGATVM est donatio quædam à defuncto relicta, ab herede præstanda, *§. 1. de legatis.*

Per omnia exæquata sunt LEGATA fideicommissis, *L. 1. de legat. 1.*

Olim erant LEGATORVM quatuor genera: per vindicationem, per damnationem, sinendi modo, per præceptionem, *§. 2. de legatis.*

Incertis personis neque LEGATA, neque fideicommissa olim relinqui concessum erat, *§. 25. eod.*

Incertis personis LEGATA vel fideicommissa relicta, & per errorem soluta, repeti non possunt, *ibid.*

LEGATORVM ademptio, sive eodem testamento adimantur, sive codicillis, firma est, *pr. Inst. de adempt. legator.*

LEGATORVM ademptio contrariis ver-

verbis, vel non contrariis fieri potest, *ibid.*

LEGATUM transferri ab alio ad alium potest, *§. 1. eod.*

LEGATUM servo delatum dominus potest repudiare, *L. 7. de legat. 1.*

In LEGATIS novissimæ scripturæ valent, quia mutari causa præcedentis legati vel die, vel conditione, vel in totum ademptione, potest, *L. 12. §. 3. eod.*

Interdum in LEGATIS non posterior, sed præcedens scriptura valet, *ibid.*

In LEGATO pluribus relicto, si partes adjectæ non sunt, æquæ servantur, *L. 19. §. 2. eod.*

LEGATO generaliter relicto, veluti *hominis*, id observandum venit, ne optimus, vel pessimus accipiatur, *L. 37. eod.*

Turpia LEGATA, quæ denotandi magis legatarii gratia scribuntur, odio scribentis pro non scriptis habentur, *L. 54. pr. eod.*

Titiæ LEGATUM relictum est, *si arbitratu Seji nupsisset*, & vivo testatore Sejus decessisset, & ea nupsisset, legatum ei debetur, *L. 54. §. 1. eod.*

In LEGATIS captatoriæ scripturæ non valent, *L. 64. eod.*

Conditionale est LEGATUM; *Illi, si volet, Stichum do*, *L. 65. §. 1. eod.*

Si sic LEGATUM vel fideicommissum sit relictum, *si æstimaverit heres, si comprobaverit, si justum putaverit*, & *legatum* & fideicommissum debebitur, quoniam quasi viro potius bono ei commissum est, non in meram voluntatem heredis collatum, *L. 75. pr. eod.*

Hujusmodi LEGATUM: *Si Titius heredi meo caverit, centum Mevio se daturum, & heres meus Titio centum dato*, utile legatum est, *L. 84. pr. eod.*

Eadem ratione hoc quoque LEGATUM utile est: *Si Titius heredi meo caverit, se in municipio ex centum aureis opus facturum, tum ei centum aureos heres meus dare damnas esto*, *ibid.*

LEGATUM est delibatio hereditatis, qua testator ex eo, quod universum heredis foret, alicui quid collatum velit, *L. 116. pr. eod.*

LEGATUM heredi à semetipso dari non potest, à coherede potest, *L. 116. §. 1. eod.*

LEGATUM in alterius arbitrium conferri, veluti conditio, potest, *L. 1. pr. de legat. 2.*

Si plures res in LEGATO exprimuntur, plura legata sunt, *L. 2. eod.*

LEGATORUM petitio adversus heredes pro partibus hereditariis competit, nec pro his, qui solvendo non sunt, onerari coheredes oportet, *L. 33. pr. eod.*

LEGATUM est donatio testamento relicta, *L. 36 eod.*

LEGATA vel fideicommissa ex imperfecto testamento Imperatorem vindicare, inverecundum est, *L. 23. de legat. 3.*

Hoc LEGATUM, *uxoris causa parata*, generale est, & continet tam vestem, quam argentum, aurum, ornamenta, cæteraque, quæ uxoris gratia parantur, *L. 45. eod.*

Appellatione LEGATI & fideicommissum, & mortis causa donatio continentur, *L. 87. eod.*

Nominatim LEGATUM accipiendum est, quod à quo legatum sit, intelligitur, licet nomen pronunciatum non sit, *L. 90. eod.*

Si LEGATUM sit relictum annua, bima, trima die, triginta forte, dena per singulos debentur annos, licet non fuerit adjectum, æquis pensionibus, *L. 3. pr. de annuis legatis* &c.

LEGA-

LEGATUM per singulos annos relictum simile est usuifructui, cum morte finiatur, sane capitis diminutione non finitur, cum ususfructus finiatur, *L. 8. eod.*

In LEGATIS annuis illud amplius est, quod ingressu cujuslibet anni, si decesserit legatarius, ejus anni *legatum* heredi suo relinquit, quod in usufructu non ita est, cum fructuarius, etiam si maturis fructibus, nondum tamen perceptis decesserit, heredi suo eos fructus non relinquet, *ibid.*

LEGATUM habitationis, vid. *Habitatio.*

LEGATUM peculii inutile fit, cum servus vivo testatore decedit, cæterum, si mortis tempore servus vixerit, peculium legato cedet, *L. 12. de peculio legato.*

Sicut adimi LEGATUM potest, ita & ad alium transferri; veluti hoc modo, *quod Titio legavi, id Sejo do, lego.*

Non perimit LEGATUM, qui hominem legat, & Stichum adimit, sed extenuat, *L. 11. de adimen. vel transf. leg.*

Si LEGATUM pure datum Titio, adimatur sub conditione, & pendente conditione Titius decesserit, quamvis conditio defecerit, ad heredem Titii *legatum* non pertinebit, nam legatum cum sub conditione adimitur, perinde est, ac si sub contraria conditione datum fuisset, *L. 10. pr. eod.*

LEGATA inutiliter data, ademptione non confirmantur, *L. 14. pr. eod.*

Quibus ex causis datio LEGATI inutilis est, ex iisdem causis etiam ademptio inefficax habetur; veluti si viam pro parte adimas, aut pro parte liberum esse vetes, *L. 14. §. 1. eod.*

LEGATUM nulli alii adimi potest, quam cui datum est, *L. 21. eod.*

LEGATUM sub conditione datum, cum transfertur, sub eadem conditione transferri videtur, si non conditio priori personæ cohæreat, *L. 24. pr. eod.*

LEGATUM vel fideicommissum civibus civitatis datum, civitati relictum videtur, *L. 2. de rebus dubiis.*

LEGATUM habere est honor, *L. 36. pr. de excusat.*

LEGATA quandoque valent vitiata institutione, *L. 92. de heredib. instit.*

LEGATUM dimidiæ partis hereditatis à nepote in potestate retento alteri nepoti emancipato in tempus pubertatis relictum habet vim institutionis, & substitutionis pupillaris, *L. 39. pr. de vulgari & pupill. subst.*

LEGATA relicta in secundis tabulis contribuuntur cum relictis à substituto primis tabulis, non cum relictis ab alio, *L. 41. §. 6. eod.*

LEGATUM ita relictum, *heres meus Titio damnas esto*, neque adscripsisset, *dare*, valet, *L. 106. de legat. 1.*

LEGATUM per hæc verba; *illi, quantum plurimum per legem accipere potest, dari volo*; vel si testator dixerit; *Quam maximam partem dare possum, damnas esto heres meus ei dare*, relictum, quandocunque etiam in futurum id accipere potest, *L. 51. pr. de legat. 2.*

LEGATUM datum in partes dividi non potest, *L. 76. §. 8. eod.*

Filia LEGATORUM non habet actionem, si ea, quæ ei in testamento reliquit vivus pater, postea in dotem dederit, *L. 9. C. de legatis.*

Datum LEGATUM tam pure, quam sub conditione non libertis tantum, sed etiam ingenuis adimi potest, *L. 17. C. eod.*

LEGATUM de re emenda, vel vendenda per heredem justo pretio valet, si interest legatarii, *L. 66. de legat. 1.*

LEGATUM purum marmorum, & columnarum, & aliorum, quæ ædibus affixa sunt, non valet ab initio, nec convalescit, etiam si postea ab ædibus separentur, *L. 41. §. 2. de legat. 1.*

LEGATUM sub conditione factum de marmoribus, columnis, & aliis, quæ ædibus affixa sunt, valet, si tempore existentis conditionis non sint affixa ædibus, *ibid.*

LEGATUM factum de injunctis & affixis domui, non valet, quoad hoc, ut illa possint detrahi de domo, sed bene quoad hoc, ut possit peti eorum æstimatio, *L. 41. §. 3. eod.*

LEGATUM de injunctis & affixis domui factum ad opus publicum ejusdem civitatis valet, etiam quoad extractionem illorum, sed non ad opus publicum alterius civitatis, *L. 41. §. 5. eod.*

LEGATUM domus deductis marmoribus, vel aliis rebus injunctis domui, licet non valeat quoad detractionem eorum, valet tamen quoad eorum æstimationem, *L. 41. §. 4. eod.*

LEGATUM in annos singulos, vel menses singulos relictum, vel si habitatio legetur, morte quidem legatarii intercidit, capitis deminutione tamen interveniente, perseverat, *L. 10. de capite minutis.*

Si LEGATUM civitatibus sit relictum, valet, sive in distributionem relinquatur, sive in opus, sive in alimenta, vel in eruditionem puerorum, *L. 117. de legat. 1.*

LEGATUM alimentorum relictum servis, qui erant legati ad custodiam templi, etiam templo nondum extructo, debetur, & cogitur heres officio Iudicis alimenta præstare, etiam donec templum extruatur, *L. 17. de aliment. & cibar.*

LEGATUM alimentorum, & legatum, ut educes, & legatum victus, paria sunt, ut non solum cibus, sed etiam vestiarium, & habitatio debeatur, *L. 23. eod.*

LEGATUM annuum dicitur continere plura legata, *L. 4. de annuis legatis.*

LEGATUM annuum ut transmittatur ad heredem legatarii integre pro ultimo anno, sufficit, quod ille ultimus annus sit cœptus, *L. 5. eod.*

LEGATUM annuum, vel in singulos annos relictum dicitur plura esse legata, & in primo cujuslibet anni inspicitur, an legatarius sit capax, *L. 11. eod.*

LEGATUM annuum certæ quantitatis arundinis, vel salicis ex quodam prædio relictum alicui, mortuo legatario, finitur, *L. 12. eod.*

LEGATUM annuum alicui relictum, si heredis negotia gerat, debetur legatario, si per eum non stetit, quominus gereret, nisi propter fraudem aliamve justam causam remotus sit à negotiis, quæ sibi à defuncto commissa fuerant, *L. 13. pr. eod.*

LEGATUM annuum favore alimentorum relictum etiam sine adjectione certæ summæ valet, & debetur id, quod testator solitus erat præstare ei, sed si non sit solitus præstare ei, ex dignitate legatarii & charitate legantis statui debet, *L. 14. eod.*

LEGATUM annuum relictum servo à domino debetur tempore servitutis & libertatis, *L. 16. eod.*

LEGATUM, *Attia donec nubat, quinquaginta damnas esto heres meus dare,* intelligitur annuum, *L. 17. pr. eod.*

LEGATUM annuum relictum filio sub conditione, si moraretur cum ma-

matre, debetur etiam deficiente conditione per mortem matris, *L. 20. pr. eod.*

LEGATVM relictum filiofam. quoad in potestate patris sit, intelligitur in annos singulos relictum, quod pater petet quasi sibi relictum, *L. 25. eod.*

Mortuo patre, licet vivo pupillo, dies LEGATORVM à substituto datorum cedit, *L. 1. quando dies legatorum* &c.

LEGATVM conditionale est, si cum heres morietur, legetur, *L. 4. pr. eod.*

Si post diem LEGATI cedentem legatarius decesserit, ad heredem suum transfert legatum, *L. 5. pr. eod.*

Purum LEGATVM ex die mortis dies ejus cedit, *L. 5. §. 1. eod.*

Si LEGATVM sub conditione sit relictum, non prius dies legati cedit, quam conditio fuerit impleta; ne quidem, si ea sit conditio, quæ in potestate sit legatarii, *L. 5. §. 2. eod.*

LEGATVM si sub conditione impossibili relictum, dies statim cedit, *L. 5. §. 4. eod.*

Eorum LEGATORVM, quæ in codicillis relicta sunt, perinde dies cedit, atque testamento relictorum, *L. 6. §. 2. eod.*

Cum sine præfinitione temporis LEGATVM ita datum fuerit: *Vxori meæ penum heres dato, si non dederit, centum dato;* unum legatum intelligitur centum, & statim peti potest, penoris autem causa eo tantum pertinet, ut, ante litem contestatam tradita penu, heres liberetur, *L. 19. pr. eod.*

LEGATORVM nomine debet caveri, *L. 1. pr. ut legatorum seu fideicommissor. servand. causa caveatur.*

Non solum LEGATORVM nomine heredes cavent, sed & successores eorum, *L. 1. §. 6. eod.*

Si LEGATORVM nomine satisdatum est, simul dies legatorum cessit, protinus iisdem diebus etiam ex stipulatione debentur, *L. 5. eod.*

Debetur LEGATVM, quamvis verbis nudis à testatore sit relictum, *c. 4. X. de testam.*

Non debetur LEGATVM, cum testator rem non suam, sed Ecclesiæ legavit, *c. 5. X. eod.*

LEGATVM petendum est ab herede, non propria autoritate occupandum, *c. 18. X. eod.*

LEGATVM Episcopo factum intuitu personæ, non dividitur cum Ecclesia Cathedrali; si vero soli Ecclesiæ est factum, Episcopus inde habet portionem canonicam, *c. 15. X. eod.*

Sunt quædam LEGATA, in quibus non solvitur canonica portio, nisi fiant in fraudem, ut si in ornamentis, vel pro ornamentis, vel fabrica, luminariis, anniversario, septimo, vigesimo, tricesimo die, vel aliis ad perpetuum cultum divinum legantur Ecclesiis, vel reliquis piis locis, *c. 20. X. eod.*

Qui LEGATIS, vel fideicommissis honorati sunt, personalem actionem plerumque habent, *L. 1. C. communia de legatis* &c.

In LEGATIS modus adscriptus pro conditione observatur, *L. 1. C. de his, quæ sub modo legata* &c.

LEGATVM à patruo tuo relictum tibi sub conditione, *si filio ejus nupsisses*: cum mortuo filio, priusquam matrimonium cum eo contraheres, conditio defecerit, nulla ratione deberi tibi existimas, *L. 4. C. de conditionibus insertis* &c.

LEGATIO.

LEGATIONIBVS publicis pater trium

um liberorum liberatur, *L. 1. C. de legationibus.*

LEGATIO non debet mitti ad Principem, nisi de voluntate concilii & autoritate superioris, *L. 6. C. eod.*

LEGATIO transmarina tribuit vacationem biennii, secus si proxima, quia talis legatio eam non tribuit, *L. 3. C. eod.*

Is, qui LEGATIONE fungitur, libellum sine permissu Principis de aliis suis negotiis dare non potest, *L. 15. de legation.*

Eundem plures LEGATIONES suscipere prohibitum non est, praeterea si & sumptus & itineris compendium suadeat, *L. 16. pr. eod.*

Ante LEGATIONEM susceptam si cui negotium moveatur, etiam absens defendi debet, suscepta legatione, non nisi injuncto munere fungatur, *L. 16. §. 1. eod.*

LEGATIONE qui functus est, non debet cogi intra tempora vacationis praefinita rursus ad defendendum publicum negotium, etiamsi de eadem causa litigetur, *L. 8. pr. eod.*

LEGATIONE functis conceditur biennii vacatio à muneribus civilibus, *L. 8. §. 1. eod.*

LEGATIONE fungens non debet se interponere propriis, neque alienis negotiis, *L. 8. §. 2. eod.*

Si absenti injuncta est LEGATIO, eamque gratuitam suscepit, potest quis & per alium legationem mittere, *L. 11. pr. eod.*

LEGATIONIS officio fungens potest pupillae suae nomine & instituere & defendere causam, licet legationi, quam suscepit, nondum renunciaverit, *L. 11. §. 1. eod.*

Si quis in munere LEGATIONIS, antequam ad patriam revertatur, decessit, sumptus, qui proficiscenti sunt dati, non restituuntur, *L. 10. §. 1. eod.*

LEGATIONIS munere debet fungi unusquisque per ordinem, nec alias quis est cogendus, quam si priores, qui à curia electi, functi sint, nisi legatio de primatibus viris desideret, personas quo casu ordo non servatur, *L. 4. §. 5. eod.*

Qui LEGATIONIS causa Romam venit, ex qualibet causa fidejubere potest, cum privilegio suo, cum sit in Italia contractum, uti non potest, *L. 39. §. 1. de judiciis.*

Si LEGATIONIS tempore quis servum, vel aliam rem emerit, aut ex alia causa possidere coeperit, non inique cogetur ejus nomine judicium accipere, *L. 25. eod.*

LEGATVS.

LEGATVS municipalis si deseruerit legationem, poena afficiatur extraordinaria, motus ordine, ut plerumque solet, *L. 1. de legationibus.*

LEGATVS contra Rempublicam, cujus legatus est, per alium à Principe quid postulare potest, *L. 2. pr. eod.*

LEGATVS non potest conveniri de debito ante legationem contracto, *L. 2. §. 3. de judiciis.*

LEGATI si in legatione contraxerint, vel deliquerint, ipsi, vel eorum servi tenentur judicium pati in illo loco, secus si quasi contraxerint in loco legationis, vel si dies est exitura, quia tunc lis contestatur, *L. 2. §. 3. & 4. eod.*

LEGATVS in legatione contraxisse videtur, qui in id tempus se obligavit, *ibid.*

LEGATVS perfecta, ac completa legatione si ibi subsistat per aliquot tempus arbitrio Iudicis praestituendum, conveniri potest ibi de contractu ante legationem gesto, secus

si

si per momentum steterit conveniri, *ibid.*

LEGATUS tempore legationis cogitur litigare coram arbitrio illis casibus, quibus coram Iudice ordinario cogeretur, & non aliter, *L. 32. §. 9. de receptis, qui arbitr.*

LEGATORUM non violandorum religio, connubia inter alienigenos prohibita, *c. 9. dist. 1.*

LEGATUS Papæ etiam per simplicem querelam adiri potest, *c. 1. X. de offic. Legati.*

Ex quo LEGATUS retulit causam Papæ, illius desinit esse Iudex, *c. 5. X. eod.*

LEGATUS de latere confert beneficium vacans, licet illud spectet ad præsentationem alicujus Clerici, *c. 6. X. eod.*

LEGATUS in pluribus locis potest in quolibet dictorum locorum jurisdictionem suam exercere, ita quod facta unius loci potest in alio explicare, *c. 7. X. eod.*

Præsente LEGATO de latere, minor Legatus executionem officii sui dimittere debet, *c. 8. X. eod.*

LEGATUS honorandus est loco illius, cujus legatione fungitur, *c. 3. dist. 97.*

LEGATUS cujuscunque, etiam sedis Apostolicæ debent secum afferre literas legationis suæ, *ib.*

LEGATUS potest facere in sua provincia constitutionem, *c. 31. X. de V. S.*

LEGATUS unus potest statutum alterius confirmare, *c. 1. X. de locat.*

LEGATUS potest interpretari mandatum Papæ, *c. 1. §. nec valet. X. de postulat. Prælat.*

LEGATUS Papæ potest generale Concilium celebrare, *c. 2. dist. 17.*

LEGATI & Nuntii Apostolici possunt procurationes ab Ecclesiis omnibus (nisi ex privilegio Apostolico exemptæ sint) exigere, *c. 17. X. de censib.*

LEGATO Papæ tenentur omnes succurrere, nec valet super hoc præscriptio, nisi habeant privilegium speciale, *c. 11. X. de præscript.*

LEGATO tempus prodest, ex quo legatus creatus est, non ex quo Romam venit, *L. 5. pr. de legation.*

Si non constat, LEGATUS sit, an non? Romæ Prætor de hoc cognoscit, *L. 5. §. 1. eod.*

LEGATUS, antequam officio legationis functus sit, in rem suam nihil agere potest, exceptis his, quæ ad injuriam ejus, vel damnum parata sint, *L. 10. pr. eod.*

LEGATI ex delictis in legatione commissis coguntur judicium Romæ pati, sive ipsi admiserunt, sive servi eorum, *L. 24. §. 1. de judic.*

LEGATUS non potest conveniri etiam actione in rem ratione præsentis possessionis, quam etiam ante legationem habuit, secus si tempore legationis cœpit possidere, *L. 24. §. 2. eod.*

LEGATUS si tempore legationis servum, vel aliam rem emit, aut ex alia causa possidere cœpit, potest ibi de his rebus conveniri, alias daretur *Legatis* materia auferendi, & furandi res alienas, *L. 25. eod.*

LEGATUS antea heres institutus, si durante legatione adivit hereditatem, durante legatione conveniri non potest à legatariis, vel creditoribus, tenetur tamen satisdare de legatis præstandis, & satisfaciendis creditoribus hereditariis, alias creditores, & legatarii mittuntur in possessionem rerum hereditariarum, *L. 26. eod.*

LEGATI privilegium, & beneficium, quod durante legatione non conve-

niatur, personale est, & ideo non transit in alium, *L. 28. §. 1. eod.*

LEGATUS ex his causis, ex quibus non cogitur judicium suscipere, neque cogitur juramentum præstare, si ei delatum sit, quia tale juramentum succedit in locum litis contestationis, *L. 28. §. 2. eod.*

LEGATUS nomine ædium Romæ, vel in provincia positarum tenetur satisdare vicino de damno infecto, alias vicinus mittitur in possessionem, *L. 28. §. 3. eod.*

LEGATUS, quando dies actionis extitura est, & actio peritura ipso jure, tenetur causa cognita judicium suscipere, ut lis contestetur, & ita in provinciam transferatur, *L. 28. §. 4. eod.*

LEGATUS, cujus uxor Romæ diverterat ab eo, actione de dote potest ibi conveniri ab uxore, & speciale est in dote, *L. 42. eod.*

LEGATOS plures quam tres, mittere non possunt civitates, *L. 4. §. 6. de legation.*

LEGATUS de eo damno, quod legationis tempore passus est, potest etiam legationis tempore experiri, *L. 9. eod.*

LEGATUS creatus à patria sua, non prohibetur etiam durante legatione emere domum in patria sua, prohibetur tamen alias res emere, *L. 12. eod.*

LEGATI hostium dicuntur sancti, & inviolabiles, *L. 17. eod.*

LEGATI Proconsulum habent Iurisdictionem aliquam jure proprio, *L. 4. pr. de offic. Proconf.*

LEGATI Proconsulum tutores dare possunt, *L. 15. eod.*

LEGATI Proconsulum nihil proprium habent, nisi à Proconsul. eis mandata fuerit Iurisdictio, *L. 13. eod.*

LEGATUS Proconsulis mandata sibi Iurisdictione, Iudicis dandi jus habet, *L. 12. eod.*

LEGERE.

LEGI sic accipiendum, non intelligi, sed oculis perspici, quæ scripta sunt, *L. 1. pr. de his, quæ in testamento* &c.

LEGIO.

LEGIONEM eandem habere dicitur, ex qua multi decesserunt, & alii in eorum locum subjecti sunt, *L. 76. de judiciis.*

LEGISLATOR.

LEGISLATOR si fieri aliquid prohibuerit tantum, nec specialiter dicat inutile esse debere, quod factum sit contra legem, nihilominus factum contra legem est nullum, *L. 5. pr. C. de legibus.*

LEGISLATOR gentis Hebrææ fuit Moyses, *c. 1. dist. 7.*

LEGISLATOR Græcorum fuit Phoronæus Rex, *ib.*

LEGISLATOR Ægyptiorum fuit Mercurius Trismegistus, *ib.*

LEGISLATOR Atheniensium fuit Solon, *ibid. §. 2. de I. N. G. & C.*

LEGISLATOR Lacedæmoniorum fuit Lycurgus, *ibid.*

LEGISLATOR Romanorum primus fuit Numa Pompilius, *ib.*

LEGITIMA.

LEGITIMA pater filium privare non potest, vel etiam in ea gravare, *c. 16. & 18. X. de testam.*

LEGITIMAM filio relictam heres non solvens sine strepitu judiciorum crudelitatem committit, *L. 33. C. de inoffic. testam.*

LEGITIMA filiorum detrahenda est à substantia destinata monasterio ob ingressum parentis, si ipse antea nihil contulerit, salvo jure uxoris, & cre-

creditorum, *Auth. Nunc autem. C. de Episcopis. Nov. 5. c. 5.*

In bonis patris, matris, aviæ, habet quis debitam, seu LEGITIMAM jure naturæ, in qua gravari nequit, *c. 16.* & *18. X. de testam.*

LEGITIMA appellatur minuscula, *L. 33. pr. C. de inoff. testam.*

LEGITIMAE supplementum debet fieri ipso jure filio, cui relinquitur minus legitima ipso jure, i. e. etiamsi nihil dicat testator, dum tamen filius hoc alleget, *L. 35. §. 2. C. eod.*

Filius rogatus de restituenda hereditate sub conditione, detrahit debitum jure naturæ, seu LEGITIMAM, Trebellianicam, quartam partem, in qua computantur fructus post litis contestationem percepti, *c. 16.* & *18. X. de testam.*

LEGITIMARE.

LEGITIMARE potest pater filium naturalem per oblationem curiæ etiam existentibus legitimis, non tamen potest amplius relinquere ei, quam uni filio legitimo, *L. 9. §. 3. C. de natural. liber.*

LEGITIMATUS per oblationem curiæ efficitur legitimus etiam ad succedendum ab intestato, *L. 4. C. de his, qui sponte publica* &c. *X.*

LEGITIMATUS à patre per oblationem curiæ si decesserit sine liberis, succedit mater in tertia, in reliquis autem duabus partibus succedit curia, cui à patre oblatus est, *L. 9. §. 1. de natural. liber.*

LEGITIMATI non succedunt in feudis, nec soli, nec cum aliis, *II. F. 26. c. 4. §. 6.*

LEGITIMARE illegitimos potest Papa, imo etiam adulterinos, *c. 13. X. qui filii sint legitimi.*

LEGITIMANTUR naturales per sequens parentum conjugium, spurii vero non, *c. 6. X. eod.*

Naturalis ex soluto genitus & soluta, LEGITIMATUR per subsequens parentum conjugium, etiam quoad hereditatem, *c. 1. X. eod.*

Papa in terris Ecclesiæ potest libere illegitimos LEGITIMARE, in terris vero alienis, non nisi ex causis multum arduis, vel nisi in spiritualibus, *c. 13. X. qui fil. sint legit.*

LEGITIMANTUR liberi naturales consentientes, *§. 13. de N.* & *Nov. 89. c. 8.* & *11.*

LEGITIMATIO.

LEGITIMATIONIS causa pertinet ad Ecclesiam, quia est accessoria matrimonio, *c. 1. X. qui fil. sint legit.*

LEGITIMATIO est causa constituendi patriam potestatem, §. *13. de N.*

LEGITIMATIO fit per oblationem curiæ, *ibid.*

LEGITIMATIO per subsequens matrimonium fit, quando dotalia, seu nuptialia instrumenta intervenerint, *ibid.*

LEGITIMATIO per oblationem curiæ fit mediante traditione liberorum naturalium ad functiones Decurionum, *L. 3. C. de natur. liber. Nov. 89. c. 2.*

LEGITIMATIONEM per oblationem curiæ introduxit Theodosius Imperator, d. *L. 3. C. eod.*

LEGITIMATIONEM per oblationem curiæ confirmavit Imperator Leo in *L. 4. C. eod.*

LEGITIMUS, *a, m.*

LEGITIMI filii sunt nati ex matrimonio clandestino per Ecclesiam approbato, *c. 9. X. qui filii sint legit.*

LEGITIMI sunt filii, qui nati sunt ex legitimo matrimonio, licet pater illorum ex adulterino coitu sit, si uxor hoc ignoraverit, *c. 14. X. eod.*

LEGITIMA est proles infidelium, qui

 post-

postea convertuntur, etiamsi parentes sunt in gradu prohibito lege Canonica, *c. 15. X. eod.*

LEGITIMI sunt filii de matrimonio præsumpto suscepti, *c. 12. X. eod.*

LEGITIMA erit, & ad hereditatem admittitur proles, quam mulier per judicium Ecclesiæ separata à primo viro, (si vivente hoc nubat alteri) ex secundo suscepit, *c. 8. X. eod.*

LEGITIMIS matrimoniis parentes suam legitimam posteritatem debent quærere, neque per arrogationem, vel adoptionem possunt legitimare filios naturales, *L. 7. C. de natural. liber.*

LEGITIMI licet sint Morganatici, tamen in feudis non succedunt, *II. F. 29.*

LENA.

LENAS eas dicimus, quæ mulieres quæstuarias prostituunt, *L. 43. §. 7. de R. N.*

LENAM accipiemus & eam, quæ alterius nomine hoc vitæ genus exercet, *L. 43. §. 8. eod.*

Si qua cauponam exercens, in ea corpora quæstuaria habeat, ut multæ adsolent sub prætextu instrumenti cauponii prostitutas mulieres habere, dicendum, hanc quoque LENAE appellatione contineri, *L. 43. §. 9. eod.*

LENO.

LENONES, qui juvenculas decipiunt, & ad vitam miseram ducunt, ultimo supplicio sunt puniendi, pœna librarum decem auri & domus publicatione domino domus imminente, nulla contra eam legem valitura cautione, vel fidejussione, *Nov. 14. per tot.*

LENONES solent juvenculas miserandas decipere, promittentes calceamenta, & vestimenta quædam, & his vestimentis, & similibus venantur eas, & habent constitutas in suis habitationibus, & tradunt ad luxuriam eas volentibus, & accipiunt omnem quæstum ex corpore earum, *ib.*

LENONES quidam sic scelesti existunt, ut puellas nec decimum agentes annum, ad periculosam deponant corruptionem, *ibid.*

LENOCINIVM.

LENOCINIVM facere non minus est, quam corpore quæstum exercere, *L. 43. §. 6. de R. N.*

LENOCINIVM facit, qui quæstuaria mancipia habuerit, sed & qui in liberis hunc quæstum exercet, in eadem causa est, *L. 4. §. 2. de his, qui not. infam.*

LENOCINII crimen contrahunt, qui deprehensam in adulterio uxorem in matrimonio retinuerunt, non qui suspectam adulteram habuerunt, *L. 2. C. ad L. Iul. de adulter. c. 10. pr. q. 1. caus. 32.*

LENOCINIVM ipso jure infamat, *L. 4. de accusation.*

LEO.

LEONES occidere licitum est cuicunque, *L. un. de venatione ferar. XI.*

LEPRA.

LEPRA superveniens non dissolvit matrimonium, nec matrimonii effectum, *c. 1. X. de conjugio leprof.*

Propter LEPRAM conjuges separandi non sunt à conjugio, *c. 2. X. eod.*

LEPRA superveniens solvit matrimonium contrahendum, si nempe post sponsalia de futuro alteruter in lepram inciderit, *c. 3. X. eod.*

LEPROSVS.

LEPROSI seorsim habitare debent, *c. 1. X. de conjugio leprof.*

LEPROSI contrahere possunt matrimonium, & invicem sibi reddere debitum tenentur, *c. 2. X. eod.*

LEPROSI permitti debent, sine præjudicio antiquarum Parœciarum habere

bere Ecclesiam propriam & Presbyterum, nec tenentur solvere decimas de hortis, vel nutrimentis animalium, *c. 2. X. de ecclesiasticis ædif.*

LEPROSVS si sit Rector Ecclesiæ, dandus est ei Coadjutor, *c. 3. X. de Clerico ægrot.*

Si Rector Ecclesiæ sit LEPROSVS, ab administrationis officio removetur, sed de bonis Ecclesiæ sustentatur, *c. 4. X. eod.*

LEVAMEN.

Quod esse debet LEVAMEN, vel quod est provisum ad levamen, extendi non debet ad gravamen, *c. 6. X. de censib. c. 2. X. de Eccl. ædific.*

LEVIS, *e.*

LEVIVM hominum testimonio, sine tormentis non est credendum, *c. 3. §. 17. q. 2. caus. 4.*

LEVE dicitur, quod est valoris quinque aureorum, *L. 6. pr. de bonis damnat.*

LEVITAE.

LEVITAE sunt à Levi nominati; Hi græce Diaconi; Latine, Ministri dicuntur, *c. 1. §. Levitæ, dist. 21.*

LEVITAS.

LEVITATE, furore, & præcipitatione non ducantur Iudices in dictandis sententiis, *c. 70. q. 3. caus. 11.*

LEX.

LEGEM contractus dat, *L. 23. de R. I.*

LEGEM Roma[illegible] condit Imperator, *I. F. 19.*

LEX ad præterita non pertinet, *I. F. 6. pr.*

LEX per Sapientum arbitrium constituta, *I. F. 19. c. si quis ex mil.*

LEGIBVS Longobard. contrarium quod de feudis usu obtinet, *II. F. 1. pr.*

LEGE derogatum consuetudini, *I. F. 13.*

In LEGIS fraudem, *II. F. 3. §. 1. II. F. 52. II. F. 26. c. 5. § 9.*

LEGVM Romanarum non vilis autoritas, *II. F. 1. pr.*

LEX Salica, *II. F. 29.*

LEX Conradi, *II. F. 9. §. 1. II. F. 16. II. F. 34. pr.*

LEX Lotharii de precariis, *I. F. 9.*

LEGE commissoria datum feudum, *II. F. 51. c. 6.*

LEX est commune præceptum, virorum prudentium consultum; delictorum, quæ sponte vel ignorantia contrahuntur, coercitio; communis reipublicæ sponsio, *L. 1. de legibus.*

LEX est, cui omnes obtemperare convenit, *L. 2. eod.*

LEX est omnium divinarum & humanarum rerum regina, *ibid.*

Omnis LEX est inventum ac munus Dei, *ibid.*

LEX est regula justorum & injustorum, & eorum, quæ natura civilia sunt, animantium, præceptrix faciendorum, prohibitrix non faciendorum, *ibid.*

LEGES scire non est verba earum tenere, sed vim ac potestatem, *L. 17. eod.*

Omnes LEGES aut divinæ sunt, aut humanæ, *c. 1. pr. dist. 1.*

LEGES divinæ natura constant, *ibid.*

LEGES humanæ moribus constant, *ib.*

LEX divina est fas, *c. 1. §. 1. ead.*

LEX humana est jus, *ibid.*

LEX divina & humana inter se differunt, nam omne quod fas est, nomine divinæ vel naturalis legis accipitur, nomine vero legis humanæ mores jure conscripti & traditi intelliguntur, d. *c. 1. §. Ex verbis* &c. *ead.*

LEX est species juris, *c. 2. ead.*

LEX est constitutio scripta, *c. 3. ead.*

LEX constat ratione, *c. 5. §. 2. ead.*

LEGEM ratio commendat, *c. 5. §. 1. ead.*

Non tamen LEX est omne id, quod ratione constat; sed id duntaxat,

quod religioni conveniat, quod disciplinæ congruat, quod saluti proficiat, *c. 5. §. 2. ead.*

LEX est constitutio populi, qua majores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt, *c. 1. dist. 2.*

Quædam LEGES dicuntur ab iis, qui condiderunt; ut Consulares, Tribunitiæ, Iuliæ, Corneliæ, *c. 6. ead.*

Duæ sunt LEGES, una publica, altera privata, *c. 2. pr. q. 2. caus. 19.*

LEX est Spiritus Dei, & qui Spiritu Dei ducitur, non est sub Lege; justo enim non est lex posita, *c. 2. §. 1. ead.*

LEGEM communem non possunt facere privilegia singulorum, *c. 2. q. 2. caus. 26.*

LEGES novas Papæ condere licet, *c. 6. q. 1. caus. 25.*

LEX superioris per inferiorem tolli non potest, *Clem. c. 2. pr. de elect.*

LEGEM inferior superiori ferre non potest, *c. 50. X. de appell.*

LEX Imperatorum ecclesiastica jura dissolvere non potest, *c. 1. dist. 10.*

LEGES Imperatorum custodiri oportet, *c. 9. ead.*

LEGES Imperatorum in adjutorium Ecclesiæ licet assumere, *c. 7. ead.*

LEGIS autoritate dissolvitur, quod contra eam fit, *c. 10. ead.*

LEGES Principum, aut Regulas Patrum contemni non licet, *c. 11. ead.*

LEGES Romanorum Principum servandæ sunt ab omnibus, *c. 12. ead.*

LEGES Imperatorum Evangelicis, Apostolicis & Canonicis Decretis postponendæ sunt, *c. 1. §. 2. ead.*

LEGIBUS Imperatorum utendum est tantum in temporalibus, *c. 8. ead.*

LEGES Principum Naturali Iuri prævalere non debent, *c. 1. dist. 9.*

Quicunque LEGIBUS Imperatorum, quæ pro Dei veritate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande supplicium; Quicunque vero legibus Imperatorum, quæ contra Dei veritatem feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande præmium, *c. 1. §. 1. dist. 9.*

Principes tenentur & ipsi vivere LEGIBUS suis, *c. 2. ead.*

LEGES instituuntur, cum promulgantur; firmantur, dum moribus utentium approbantur; sicut enim moribus utentium in contrarium nonnullæ Leges hodie abrogatæ sunt, ita moribus utentium ipsæ Leges confirmantur, *c. 3. §. Leges &c. dist. 4.*

In ipsis temporalibus LEGIBUS quamquam de his homines judicent, cum eas instituunt; tamen cum fuerint institutæ & firmatæ, non licebit Iudici de ipsis judicare, sed secundum ipsas, *c. 3. in pr. ead.*

LEGES factæ sunt, ut earum metu humana coërceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrænetur nocendi facultas, *c. 1. ead.*

LEGIS autoritate dissolvitur, quod contra eam fit, *c. 10. dist 10.*

LEGEM & rationem vincere non potest consuetudo & usus longævus, *c. 4. dist. 11.*

Parvum usum LEX & ratio vincat, *c. 1. ead.*

Omne prohibitum a LEGE, peccatum est; & omne illud, quod sequitur ex eodem, *c. 4. X. de constitution.*

Potestas LEGEM condendi & mutandi est penes Vicarium Christi, *c. 3. eod.*

In LEGIBUS ferendis attendenda est qualitas, nempe, ut Lex sit honesta, justa, possibilis, secundum naturam, secundum Patriæ consuetudinem, loco, temporique conveniens, necessaria, utilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem

tem in captionem contineat; nullo privato commodo; sed pro communi civium utilitate conscripta, *c. 2. d ſt. 4.*

Nulla LEX absentem damnat, *c. 4. q. 9. cauſ. 3.*

LEGE mitius agit Canon, *c. 2. X. de adulteriis* &c.

LEGES in subsidium Canonum inducuntur, *c. 25. X. de ſent. excomm.*

LEGVM vim obtinent Canones, *c. 1. X. de juram. calum.*

LEGES non dedignantur Sacros Canones imitari, *c. 8. X. de Iudic.*

LEGES approbat Ecclesia, eisque utitur, *c. 28. X. de privil.*

Iuxta LEGES judicandi sunt omnes Clerici, à Iudice ecclesiastico, *c. 8. X. de judic.*

LEGI non debet fieri fraus, *c. 26. X. de privileg.*

Contra eum, qui LEGEM dicere potuit, apertius interpretatio est facienda, *c. 57. de R. I. in 6.*

Iuxta LEGES & jura pronunciat Iudex bonus, nihilque facit ex arbitrio, *c. 4. §. 1. q. 7. cauſ. 3.*

Quæ LEGIBVS definita sunt, mutare non licet, *c. 3. §. 10. q. 2. cauſ. 13.*

Quæ LEGIBVS expressa non sunt, arbitrium sequuntur humanæ voluntatis, *ibid.*

LEGEM offendens, illius auxilium amittit, *c. 25. X. de ſent. excomm.*

Frustra LEGIS auxilium implorat, qui in legem peccat, *c. 23. X. de elect.*

LEGIS autoritate agens non peccat, *c. 40. pr. q. 4. cauſ. 23.*

LEGIS autoritate nemo debet decipi, *Clem. c. un. de rer. permut.*

Contra LEGIS voluntatem qui nititur, committit in legem, *c. 88. de R. I. in 6.*

LEGIS vim & potestatem servare debemus, non ejus tantum verba, *c. 26. X. de privileg.*

LEGIS loco habenda est generalis consuetudo Ecclesiæ, *c. 10. X. de teſtament.*

LEGIBVS non præjudicat consuetudo, licet sit magnæ autoritatis, *c. 8. X. de ſent. & re judic.*

LEGI prævalet juramentum, *c. 28. X. de jurejur.*

LEGI non subjicitur necessitas, *c. 2. X. de obſervatione jejunior.*

LEGIS virtus est, imperare, vetare, permittere, punire, *L. 7. de legibus.*

LEX debet aptari ad ea potius, quæ & frequenter, & facile, quam quæ perraro eveniunt, *L. 5. eod.*

LEGES non in singulas personas, sed generaliter constituuntur, *L. 8. eod.*

LEGES & senatusconsulta ita scribi non possunt, ut omnes casus, qui quandoque inciderint, comprehendantur, sed sufficit ea, quæ plerumque accidunt, contineri, *L. 10. eod.*

Contra LEGIS rationem quod receptum est, non est producendum ad consequentiam, *L. 14. eod.*

Cum LEX in præteritum quid indulget, in futurum vetat, *L. 22. eod.*

LEGE tota non perspecta, sed una aliqua particula proposita judicare, vel respondere, incivile est, *L. 24. eod.*

Non est novum, ut priores LEGES ad posteriores trahantur, *L. 26. eod.*

Posteriores LEGES ad priores pertinent, nisi contrariæ sint, *L. 28. eod.*

Contra LEGEM facit, qui id facit, quod *Lex* prohibet, *L. 29. eod.*

Fraus LEGI fit, ubi, quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, id fit, *L. 30. eod.*

Princeps LEGIBVS solutus est; Augusta autem, licet legibus soluta non est, Principes tamen eadem illi privile-

vilegia tribuunt, quæ ipsi habent, *L. 31. eod.*

Quod Principi placuit, LEGIS habet vigorem, *L. 1. pr. de constitut.*

LEX generalis æqualiter in posterum observari debet, *L. 3. C. de legib.*

LEGE prohibente, contractus factus, pactum, vel conventio nullius est momenti, *L. 5. pr. C. eod.*

LEGE prohibente aliquid factum non solum est inutile, sed pro infecto habetur, licet legislator non dixerit expresse, contrarium factum esse inutile, *L. 5. §. 1. C. eod.*

LEGES & constitutiones futuris formam negotiis dant, nec revocantur ad facta præterita, nisi cautum sit in eis, quod extendantur ad præterita, vel pendentia, *L. 7. C. eod.*

LEGES sacratissimæ constringunt hominum vitas, *L. 9. C. eod.*

Omnes LEGIBUS regantur, etiamsi ad divinam domum pertineant, *L. 10. C. eod.*

LEGUM ænigmata solvere nullus idoneus videtur, nisi solus Princeps, qui habet autoritatem condendi, *L. 12. §. 1. C. eod.*

LEGUM autoritas divinas & humanas res bene disponit, & omnem iniquitatem expellit, nihilque tam studiosum in omnibus rebus invenitur, *L. 1. §. 1. C. de veteri jure enucl.*

LEGUM trames, & multitudo ita erat confusus, & in infinitum extendebatur, ut nullius humanæ naturæ capacitate concluderetur, *ibid.*

LEGES antiquas eligere, & elimare, fuit data facultas ab Iustiniano Imperatore Triboniano, ut ex his omnibus materia colligeretur, nulla similitudine, neque discordia derelicta, *L. 1. §. 4. C. eod.*

LEGES, quæ per desuetudinem sunt abrogatæ, non permittitur compilare compilatoribus, sed tantum illis, quas judiciorum frequentissimus ordo exercuit, vel consuetudo comprobavit, *L. 1. §. 10. C. eod.*

LEGUM ex antiquis legibus collectarum volumina habent nomen digestorum, vel pandectarum, *L. 1. §. 12. C. eod.*

LEGIBUS compilatis ab Imperatore Iustiniano non licet alicui jurisperito commentarios applicare, & sua verbositate compendium codicis legum confundere, *ibid.*

LEGES codicis non debent scribi per signorum captiones & compendiosa ænigmata, quæ multas per se & suum vitium antinomias induxerunt, *L. 1. §. 13. C. eod.*

LEGUM contrarietas in jure nulla datur, neque idem, neque simile in jure invenitur, ne geminæ leges pro rebus singulis positæ appareant, *L. 2. pr. C. eod.*

LEGUM antiquarum libri erant pene duo millia, & plus tricies centena millia versuum, ex quibus, quod optimum esset, Tribonianus elegit, *L. 2. §. 1. C. eod.*

LEGES antiquæ juris prudentum sunt redactæ in libros 50. quibus impositum est nomen digestorum, & pandectarum, *ibid.*

LEGES compilatæ in Digestis, Codice, & in Institutionibus, sunt observandæ, neque alias quis conetur allegare sub pœna falsi, & aliis gravissimis pœnis, *L. 2. §. 19. C. eod.*

LEGIBUS commentarios annectere non est licitum sub pœna falsi, & corrumpendi eorum volumina, *L. 2. §. 2. C. eod.*

LEGES conscribere per signorum obscuritates alicui non licet; sed nomina prudentum, & tituli, & librorum numeri per literarum consequentiam debent manifestari, sub pœna falsi, *L. 2. §. 22. C. eod.*

LEGES

LEGES Digestorum, Institutionis, & Codicis suum robur habere cœperunt in tertio Iustiniani consulatu duodecimæ indictionis, *L. 2. §. 24. C. eod.*

In ambigua voce LEGIS ea potius accipienda est significatio, quæ vitio caret, præsertim cum etiam voluntas legis ex hoc colligi possit, *L. 19. de legib.*

LEX utilis reipublicæ debet adjuvari interpretatione, *L. 64. §. 1. de condition. & demonstr.*

LEX *Ælia Sentia.*

LEGEM Æliam Sentiam de manumissionibus tulerunt Sex. Ælius, C. Sentius Consules An. 756. ex hac Lege fiebant servi manumissi dedititii, *§. 3. de libertinis.*

In LEGE Ælia Sentia filius heres proximus potest libertum paternum ut ingratum accusare, non etiam si heredi heres extiterit, *L. 70. de V. S.*

Si Patronus non aluerit libertum, LEX Ælia Sentia adimit ejus libertatis causa imposita, tam ei, quam ipsi, ad quem ea res pertinet; item hereditatem ipsi & liberis ejus, nisi heres institutus sit, *L. 33. de bonis libertorum.*

LEX *agraria.*

LEGEM agrariam tulit *Cajus Cæsar* adversus eos, qui terminos statutos extra suum agrum finesve moverint dolo malo, constituendo pœnam 50. aureorum in singulos terminos, quos ejecerint, & ejus actionis petitio cuilibet de populo datur, *L. 3. pr. de termino moto.*

Alia quoque LEGE agraria, quam *D. Nerva* tulit, cavetur, ut si servus servave, insciente domino, dolo malo fecerit, ei *capital* esse, nisi dominus dominave multam sufferre maluerit, *L. 3. §. 2. eod.*

LEX *Aquilia.*

LEX Aquilia omnibus legibus, quæ ante se *de damno injuria* locutæ sunt, derogavit, *L. 1. pr. ad L. Aquil.*

LEX Aquilia Plebiscitum est, cum eam Aquilius Tribunus plebis à plebe rogaverit, *L. 1. §. 1. eod.*

LEGIS Aquiliæ capite primo cavetur, ut qui servum alienum vel quadrupedem injuria occiderit, quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum æs domino dare debet, *L. 2. pr. eod.*

LEGIS Aquiliæ capita olim tria erant, *pr. 12. & 13. I. de L. Aquilia.*

LEGIS Aquiliæ caput secundum in usu non est, *§. 12. eod.*

In LEGIS Aquiliæ primo capite ideo fit computatio damni retro per annum, & in tertio intra 30. dies tantum, *§. 14. de L. Aquilia.* & *L. 2. pr. eod.*

LEGE Aquilia tenetur ille, qui servum ægrotum leviter percussit, & is obierit, *L. 7. §. 5. eod.*

LEX Aquilia locum habet, si per lusum jaculantibus servus fuerit occisus, *L. 9. §. 4. eod.*

LEGIS Aquiliæ tertium caput continebat, quod urens, frangens, vel rumpens injuria, quanti ea res erit, in diebus 30. proximis tantum æs tenetur præstare, *L. 27. §. 5. eod. §. 14. eod.*

In LEGE Aquilia etiam levissima culpa venit, *L. 44. pr. eod.*

In LEGE Aquilia venit damnum datum etiam hereditate jacente, *L. 43. eod.*

LEGE Aquilia non tenetur miles, qui dum jaculis ludit, vel exercitatur in campo, ubi solitum est exercitari, trajecerit, vel, transfigit servum transeuntem, secus si id admisit in alio loco, quam in eo, qui ad exercitandum militibus est destinatus, *§. 4. eod.*

LEX *Atilia.*

LEGEM Atiliam de tutelis *L. Atilius* Tribunus plebis ante annum V. C. 567. tulit, si cui nullus omnino tutor fuerat, ei dabatur in urbe à Prætore urbano, & majore parte tribunorum plebis tutor ex hac lege, qui vocabatur *Atilianus tutor*, *pr. Inst. de Atiliano tutore.*

LEX *Atinia.*

LEX Atinia dicit, ut res furtiva non usucapiatur, nisi in potestatem ejus, cui subrepta est, revertatur, *L. 4. §. 6. de usurpat. & usucap.*

LEX *Carnis.*

LEX Carnis est, quæ absque culpa est in corpore non consentientis, *c. 8. q. 1. caus. 15.*

LEX *commissoria.*

LEX commissoria dicitur in emptionibus & oppignorationibus, quum aut res hoc pacto venditur, ut pretio ad diem non soluto inempta fit, aut pignus ita datur, ut ad diem non reddita pecunia, creditoris fiat, *tot. tit. de lege commissoria in π.*

Si fundus LEGE commissoria venierit, magis est, ut sub conditione contrahi videatur, *L. 1. eod.*

LEX *Cornelia.*

LEX Cornelia, quæ testamenta eorum, qui in hostium potestate decesserunt, confirmat, non solum ad hereditatem ipsorum, qui testamenta fecerunt, pertinet, sed ad omnes hereditates, quæ ad quemque ex eorum testamento pertinere potuissent, si in hostium potestatem non pervenissent, *L. 28. de vulgari & pupill. subst.*

LEGIS Corneliæ fictionem convalescit non solum testamentum paternum, sed etiam pupillaris substitutio, sive solus pater mortuus fuerit apud hostes vivente filio, sive solus filius post veram mortem patris, secus si patre vivente, & in civitate manente, quia tunc filius impubes ab hostibus captus, si ibi decesserit pubes factus, vel impubes, quia tunc ad proximum agnatum testatoris pertinet, *ibid.*

LEX Cornelia perinde testamenta eorum, qui apud hostes moriuntur, confirmat, atque si in civitate decessissent, *L. 4. de bonis libertor.*

LEX *Cornelia de falsis.*

LEX Cornelia de falsis, quæ etiam testamentaria vocatur, pœnam irrogat ei, qui testamentum, vel aliud instrumentum falsum scripserit, signaverit, recitaverit, subjecerit; vel signum adulterinum fecerit, sculpserit, expresserit, sciens dolo malo, §. *7. de publicis judic. L. 2. de L. Corn. de falsis.*

LEGIS Corneliæ de falsis pœna in servos, ultimum supplicium est; in liberos deportatio, *ibid. L. 1. §. 13. eod.*

Pœna LEGIS Corneliæ de falsis irrogatur ei, qui falsas testationes faciendas, testimonia falsa inspicienda, dolo malo conjecerit, *L. 1. pr. eod.*

Pœna LEGIS Corneliæ de falsis afficitur, si quis ob renunciandum, remittendumve testimonium, dicendum vel non dicendum, pecuniam acceperit, *L. 1. §. 2. eod.*

Si quis falsis Constitutionibus, nullo autore habito utitur, LEGE Cornelia de falsis, aqua & igni ei interdicitur, *L. 33. eod.*

LEX *Cornelia de injuriis.*

LEX Cornelia de injuriis competit ei, qui injuriarum agere volet ob eam rem, *quod se pulsatum, verberatumve, domumve suam vi introitam esse dicat*, *L. 5. pr. de injuriis* &c. *§. 8. de injuriis.*

LEGE

LEGE Cornelia cavetur, *ut non judicet (qui) ei, qui agit, gener, socer, vitricus, privignus, sobrinusve est, propiusve eorum quenquem ea cognatione affinitateve attinget, quive* (eorum) *ejus, parentisve, cujus eorum patronus erit, ibid.*

LEX Cornelia ex tribus causis dedit actionem: quod quis pulsatus, verberatusve, domusve ejus vi introita sit, *ibid.*

LEGE Cornelia omnis injuria, quæ manu fit, continetur, *ib.*

LEX hæc Cornelia competit ei, qui dicit domum per vim esse introitam, sive ea domus sit propria inhabitantis, sive sit conducta, sive gratis concessa, sive habitet in villa, sive in civitate, sive in hortis, *L. 5. §. 2. & 3. eod.*

LEX Cornelia de injuriis competit colono, cui dominus fundum locaverat, si in eum fundum & domum ibi positam impetus sibi factus sit, *L. 5. §. 4. eod.*

LEX Cornelia de injuriis competit ad omnem habitationem, in qua quis habitat, licet ibi domicilium proprium, vel in perpetuum definitum non habeat, ut si quis Romæ existebat studiorum causa, & in domum, quam habitabat, introitum sit per vim, competit actio legis Corneliæ, *L. 5. §. 5. eod.*

LEX Cornelia de injuriis non pertinet ad meritoria, vel stabula eo, quod in eis per vim introitum sit, *ib.*

LEGE Cornelia de injuriis non potest agere paterfam. filio injuriam passo, potest tamen agere actione injuriarum prætoria, filio tamen competit actio legis Corneliæ, *L. 5. §. 6. eod.*

LEGIS Corneliæ de injuriis actione potest agere filiusfam. qui dicit se verberatum, vel pulsatum, aut do-mum suam introitum, & hoc patre absente, neque tenetur cavere patrem ratum habiturum, *L. 5. §. 7. eod.*

LEGE Cornelia de injuriis permittitur actori jusjurandum deferre, ut reus juret, *injuriam se non fecisse*, *L. 5. §. 8. eod.*

LEX *Cornelia de sicariis.*

LEX Cornelia de sicariis habet locum etiam in servo dolo occiso, quæ competit domino ejus, *L. 23. §. 9. ad L. Aquil.*

LEGE Cornelia de sicariis tenetur ille solus, qui in occidendo est in dolo, non, qui in culpa, *L. 5. pr. eod.*

LEGIS Corneliæ de sicariis & veneficis pœna, insulæ deportatio est, & omnium bonorum ademptio, sed solent hodie capite puniri, nisi honestiore loco positi fuerint, ut pœnam Legis sustineant; humiliores enim solent vel bestiis subjici, altiores vero deportantur in insulam, *L. 3. §. 5. ad L. Cornel. de sicariis.*

In LEGE Cornelia dolus pro facto accipitur, nec in hac Lege culpa lata pro dolo accipitur, *L. 7. eod.*

LEGE Cornelia de sicariis & veneficis tenetur, qui hominem occiderit; cujusve dolo malo incendium factum erit; quive hominis occidendi, furtive faciendi causa cum telo ambulaverit; quive cum Magistratus esset, publicove judicio præesset, operam dedisset, quo quis falsum indicium profiteretur, ut quis innocens conveniretur, condemnaretur, *L. 1. pr. eod.*

Ejusdem LEGIS Corneliæ de sicariis & veneficis capite quinto, qui venenum necandi hominis causa fecerit, vel vendiderit, vel habuerit, plectitur, *L. 3. pr. eod. §. 5. de judic. publ.*

LEGE Cornelia infans vel furiosus, si homi-

hominem occiderint, non tenentur, *L. 12. eod.*

LEGIS Corneliæ de ficariis pœna est mors, §. *5. & 7. de publicis judic.*

LEX *Falcidia.*

LEGIS Falcidiæ primo capite cuilibet civi Romano competebat libera legandi facultas, sed ex secundo capite dictæ legis restringitur dicta facultas libera, scilicet ut ultra dodrantem non possit quis legare, ita, quod quarta heredi jure institutionis relinquatur, *L. 1. pr. ad L. Falcid. pr. Inst. de L. Falcidia.*

LEX falcidia à Falcidio Tribuno plebis lata, ne quis plus extraneis in testamento legaret, quam ut quarta pars superesset heredibus, *c. 2. dist. 2.*

LEX falcidia inducitur contra voluntatem testatoris, *c. 18. X. de testam.*

LEGIS falcidiæ beneficio potest uti heres, si fecerit inventarium, alias non, *ibid.*

LEX falcidia etiam ad eos, qui apud hostes moriuntur, propter legem Corneliam pertinet, *L. 1. §. 1. ad L. Falcid.*

LEX falcidia ad eos, qui omissa causa testamenti, possident hereditatem, non pertinet, *L. 1. §. 2. eod.*

LEX falcidia ad municipum legata vel etiam ea, quæ Deo relinquuntur, pertinet, *L. 1. §. 5. eod.*

LEGE falcidia interveniente, legata servitus, quoniam dividi non potest, non aliter in solidum restituitur, nisi partis offeratur æstimatio, *L. 7. eod.*

In LEGE falcidia placuit, ut fructus postea percepti, qui maturi mortis tempore fuerunt, augeant hereditatis æstimationem fundi nomine, qui videtur illo in tempore fuisse pretiosior, *L. 9. pr. eod.*

In ratione LEGIS falcidiæ retentiones omnis temporis heredi in quadrantem imputantur, *L. 11. pr. eod.* vid. *Falcidia.*

LEX *Flavia de plagiariis.*

LEX Flavia, al. *Fabia*, item, *Favia*, de plagiariis est inter publica judicia, quæ interdum capitis pœnam ex sacris Constitutionibus irrogat, interdum leviorem, *§. 10. de publicis jud.*

LEGE Flavia tenetur bonæ fidei possessor servi alieni, *L. 3. pr. de Lege Flavia.*

LEGE Flavia tenetur, qui sciens liberum hominem donaverit, vel in dotem dederit, *L. 4. eod.*

LEX Flavia ad eos non pertinet, qui cum absentes servos haberent, eos vendiderunt, *L. 2. pr. eod.*

LEX Flavia non pertinet ad eum, qui mandavit servum fugitivum persequendum & distrahendum, nec enim fugam vendidit, *L. 2. §. 1. eod.*

Pœna pecuniaria statuta LEGE Flavia, in usu esse desiit, *L. 7. eod.*

LEX *Fusia Caninia.*

LEGE Fusia, al. Furia Caninia, certus modus constitutus erat in servis testamento manumittendis, quam, quasi libertates impedientem, & quodammodo invidam, tollendam esse Imperator Iustinianus censuit, *pr. Inst. de lege Fusia Caninia tollenda.*

LEX *Iulia de adulteriis.*

LEX Iulia de adulteriis coërcendis non solum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, sed & eos, qui cum masculis nefandam libidinem exercere audent, §. *4. de publicis judiciis.*

LEGE Iulia de adulteriis etiam stupri flagitium punitur, cum quis sine vi vel virginem, vel viduam honeste viventem stupraverit, *ibid.*

LEX Iulia de adulteriis pœnam quoque

que irrogat ſtupratoribus, ſi honeſti ſunt, publicationem partis dimidiæ bonorum; ſi humiles, corporis coërcitionem cum relegatione. *ibid.*

LEX Iulia de adulteriis coërcendis lata eſt à Divo Auguſto, *L. 1. ad L. Iul. de adulter.*

LEX Iulia de adulteriis inter liberas tantum perſonas adulterium paſſas locum habet, non autem in ancillis, quia tunc actio L. Aquiliæ, vel injuriarum, aut ſervi corrupti competit, *L. 6. pr. eod.*

LEGE Iulia de adulteriis tenetur non ſolum dolo malo faciens adulterium, vel ſtuprum, ſed etiam qui ſuaſit, vel mandavit fieri, *L. 12. eod.*

LEGE Iulia de adulteriis, ſi minor annis adulterium commiſerit, *L. 36. eod.*

LEX *Iulia de ambitu.*

LEX Iulia de ambitu in *urbe hodie ceſſat*; quia ad curam Principis magiſtratuum creatio pertinet, non ad populi favorem, *L. 1. pr. de L. Iulia de ambitu.*

Quod ſi contra hanc LEGEM Iuliam de ambitu in municipio magiſtratum, aut ſacerdotium quis petierit, per Senatusconſultum centum aureis cum infamia punitur, *L. 1. §. 1. eod.*

LEX *Iulia de annona.*

LEGE Iulia de annona pœna ſtatuitur adverſus eum, qui contra annonam fecerit, ſocietatemve coierit, quo annona carior fiat, *L. 2. pr. de L. Iulia de annona.*

LEGE Iulia de annona continetur, ne quis navem, nautamve retineat, aut dolo malo faciat, quo magis detineatur, *L. 1. §. 1. eod.*

LEGE Iulia de annona pœna viginti aureorum ſtatuitur, *L. 1. §. 2. eod.*

LEX *Iulia majeſtatis.*

LEX Iulia majeſtatis præcipit eum, *qui majeſtatem læſerit, teneri*; qualis eſt ille, qui in bellis ceſſerit, aut arcem tenuerit, aut caſtra conceſſerit, *L. 3. ad L. Iul. majeſtatis.*

LEX Iulia majeſtatis in eos, qui contra Imperatorem, vel Rempublicam aliquid moliti ſunt, ſuum vigorem extendit, *§. 3. de publicis judic.*

LEGE Iulia majeſtatis tenentur, qui ſtatuas aut imagines Imperatoris jam conſecratas conflaverint, aliudve quid ſimile admiſerint, *L. 6. ad L. Iul. maj.*

LEX *Iulia peculatus.*

LEX Iulia peculatus eos punit, qui publicam pecuniam, vel rem ſacram, vel religioſam furati fuerint, §. *9. de publicis judiciis.*

LEGE Iulia peculatus tenetur adjiciens, vel immiſcens aliquid ferri in aurum, vel argentum publicum, *L. 1. ad L. Iuliam peculat.*

LEGE Iulia peculatus tenetur aliquid ex pecunia, vel vaſis ſacris, vel religioſis, aut publicis auferens, aut intercipiens, vel convertens in rem ſuam, aut faciens, vel procurans, ut hæc fiant ab aliquo, *ib.*

LEGE Iulia peculatus non tenetur ſacerdos, vel officialis convertens rem ſacram, vel publicam in uſus ſuos in caſu, quo id ſibi licet, *ib.*

LEGIS Iuliæ peculatus pœna continet aquæ & ignis interdictionem, & qui condemnatur ea pœna, amittit bona, & omnia priſtina jura, *L. 3. eod.*

LEGIS Iuliæ peculatus crimen ante quinquennium admiſſum objici non oportet, *L. 7. eod.*

LEGE Iulia peculatus tenetur, qui pecuniam ſacram religioſam abſtulerit, interceperit, *L. 4. pr. eod.*

LEGE Iulia peculatus tenetur, ſi quis donatum Deo immortali abſtulerit, *L. 4. §. 1. eod.*

Is, qui prædam ab hostibus captam subripuit, LEGE Iulia peculatus tenetur, *L. 13. eod.*

LEGE Iulia peculatus tenetur, qui in tabulis publicis minorem pecuniam, quam quid venierit, aut locaverit, scripserit: aliudve quid simile commiserit, *L. 10. pr. eod.*

LEGE Iulia peculatus tenetur, qui quid in tabulis publicis deleverit vel induxerit, *L. 8. §. 1. eod.*

LEX *Iulia repetundarum.*

LEX Iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias, quas quis in magistratu vel officio publico accepit ab aliquo, vel aliquis de ejus familia, *L. 1. pr. de L. Iulia repetund.*

LEX Iulia repetundarum excipit, à quibus aliquid licet accipere, à sobrinis, proprioreve gradu cognatis suis, uxore, *L. 1. §. 1. eod.*

Ex hac LEGE Iulia repetundarum datur & in heredes actio intra annum, duntaxat à morte ejus, qui arguebatur, *L. 2. eod.*

LEGE Iulia repetundarum tenetur, qui cum aliquam potestatem haberet, pecuniam ob judicandum decernendumve acceperit, *L. 3. eod.*

LEGI Iuliæ repetundarum actio datur etiam in comites, & socios Judicum, qui illud crimen commiserunt, *L. 5. eod.*

Hac LEGE Iulia repetundarum tenentur, qui ob denunciandum, vel non denunciandum testimonium, pecuniam acceperint, *L. 6. pr. eod.*

LEGE Iulia repetundarum damnatus, testimonium publice dicere, aut Iudex esse, postulareve prohibetur, *L. 6. §. 1. eod.*

LEGE Iulia repetundarum cavetur; *Ne quis ob militem legendum, mittendumve æs accipiat; neve quis ob sententiam in Senatu consiliove publico dicendam, pecuniam accipiat; vel ob accusandum, vel non accusandum; neque urbani Magistratus ab omni sorde abstineant, neve plus domini muneris in anno accipiant, quam quod sit aureorum centum*, *L. 6. §. 2. eodem.*

LEGE Iulia repetundarum tenetur ille, qui accepit aliquid ob Iudicem, vel delegatum dandum, vel mutandum, vel jubendum, ut judicet, vel ob non dandum, vel non mutandum, vel non jubendum, ut judicet, aut ob hominem in publica vincula conjiciendum, vel vinciendum, vincirive jubendum, vel ob ex vinculis dimittendum, *L. 7. pr. eod.*

LEGE Iulia repetundarum tenetur, qui accipit aliquid ob hominem condemnandum, vel absolvendum, ob litem æstimandam, judiciumve capitis pecuniæve faciendum, vel non faciendum, *ibid.*

LEGE Iulia repetundarum damnati hodie extra ordinem puniuntur, & plerumque vel exilio puniuntur, & quandoque durius, & quandoque mitius, pro delicti admissi qualitate puniuntur, *L. 7. §. 3. eod.*

LEGE Iulia repetundarum tenentur, qui munus, vel officium publicum accepta pecunia sumperunt, *L. 9. eod.*

LEX *Iulia de residuis.*

LEGE Iulia de residuis tenetur, qui publicam pecuniam delegatam in usum aliquem retinuit, neque in eum consumpsit, *L. 2. ad L. Iuliam peculatus.*

LEGE Iulia de residuis tenetur is, apud quem ex locatione, emptione *alimentaria ratione*, ex pecunia, quam accepit, aliave qua causa, pecunia publica resedit, *L. 4. §. 3. eod.*

Hac LEGE de residuis tenetur, qui publicam pecuniam in usus aliquos acceptam retinuerit, nec erogaverit, *L. 4. §. 4. eod.*

Hac

Hac LEGE de residuis damnatus, *amplius tertia parte*, quam debet, punitur, *L. 4. §. 5. eod.*

LEX *Iulia de vi privata.*

LEGE Iulia de vi publica tenetur, qui convocatis hominibus vim fecerit, quo quis verberetur, pulsaretur, neque homo occisus erit, *L. 2. ad L. Iul. de vi privata.*

LEGIS Iuliæ de vi privata crimen committitur, cum cœtum aliquis & concursum fecisse dicitur, quo minus quis in jus produceretur, *L. 4. pr. eod.*

LEGE Iulia de vi privata tenetur ille, qui nullis convocatis hominibus, nullisque pulsatis per injuriam ex bonis alienis quid abstulit, *L. 3. §. 2. eod.*

LEGE Iulia de vi privata tenetur creditor, si sine autoritate Iudicis res debitoris occupet, & tertia parte bonorum multatur, & infamis fit, *L. 8. eod.*

LEGE Iuliæ de vi privata damnato publicatur tertia pars bonorum per sententiam, *L. 1. pr. eod.*

LEGE Iulia de vi privata damnatus non potest esse Senator, aut Decurio, nec potest aliquem honorem capere, nec in eum ordinem sedere, nec esse Iudex, & debet carere omni honore, quasi infamis, *ibid.*

LEX *Iulia de vi publica.*

LEGE Iulia de vi publica tenetur, qui arma, tela domi suæ, agrove in villa præter usum venationis, vel itineris, vel navigationis coëgerit, *L. 1. de L. Iulia de vi publica.*

LEGE Iulia de vi publica tenetur, qui hominibus armatis possessorem domo agrove suo, aut navi sua dejecerit, expugnaverit, *L. 3. §. 6. eod.*

LEGE Iulia de vi publica cavetur, ne quis reum vinciat, impediatve, quominus Romæ intra certum tempus adsit, *L. 8. eod.*

LEGE Iulia de vi publica tenentur, qui nova vectigalia exercent, *L. 12. eod.*

LEGE Iulia de vi publica tenetur, & qui convocatis hominibus vim fecerit, quo quis verberetur & pulsetur, neque homo occisus sit, *L. 10. §. 1. eod.*

LEX *Papia.*

LEX Papia à multis Principibus fuit emendata, & per desuetudinem abolita, *L. un. pr. C. de caducis tollendis.*

LEX Papia circa caducorum observationem displicuit multis prudentissimis viris multas invenientibus vias, per quas caducum non fieret, *ibid.*

LEX Papia multis rationibus hodie correcta est, d. *L. un. pr. & §. 1. C. eod.*

LEGI Papiæ omnes invidebant ex eo, quod iniquitas sua vigebat, *ibid.*

LEX Papia statuerat, quod heredes ante apertas tabb. adire non poterant, nisi essent de parentibus & liberis usque ad tertium gradum; quod hodie correctum est in omnibus absque personarum differentia permittentibus adire ante apertas tabulas, *ibid.*

LEX Papia exordium, & materiam caducorum sumpsit ab aditionibus, quæ circa defunctorum hereditates procedebant, & ita non à morte testatoris, sed ab apertura tabularum dies cedere decretum fuit, *ibid.*

LEX Papia duo continebat, primum, quod legata fierent caduca, legatario decedente ante aperturam tabularum, *ibid.*

LEX Papia & Poppæa sub Octaviano Cæsare lata continet præmia Patrum pro suscipiendis Liberis, *c. 6. dist. 2.*

LEX

LEX *privata.*

LEX privata coincidit cum lege Spiritus; & qui lege privata ducitur, nulla ratio exigit, ut à publica lege constringatur, *c. 2. q. 2. caus. 19.*

LEX *publica.*

LEX publica est, quæ à SS. Patribus est tradita, ut Lex Canonum, quæ quidem propter transgressiones est tradita, *c. 2. q. 2. caus. 19.*

LEX *Rhodia de jactu.*

LEGE Rhodia de jactu cavetur; Ut si levandæ navis gratia jactus mercium facta est, omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus datum est, *L. 1. de L. Rhodia de jactu.*

LEGES Rhodiæ navalium commerciorum sunt, ab insula Rhodo cognominatæ, in qua antiquitus mercatorum usus fuit, *c. 8. dist. 2.*

LEX *Romana.*

LEX Romana nullius temeritate debet corrumpi, *c. 13. dist. 10.*

LEGES Romanæ Principum Romanonorum servandæ sunt ab omnibus, *c. 12. dist. 10.*

LEX *Satyra.*

LEX Satyra est, quæ de pluribus simul rebus loquitur, dicta est è copia rerum, & quasi à saturitate; unde & *Satyram* scribere, est poëmata varia condere; ut Horatii, Iuvenalis, & Persii, *c. 7. dist. 2.*

LEGIS Satyræ nusquam in toto Iure nostro, quod quidem habemus, mentio fit; nisi de ea intelligas, quod scribit Justinianus in *L. 1. C. de Latina lib.* vid. *d. c. 7. dist. 2. in f.*

LEX *Spiritus Sancti.*

LEX Spiritus Sancti est, quæ instinctu Spiritus Sancti cordi inseritur, *c. 2. q. 2. caus. 19.*

LEX *duodecim tabularum.*

LEGIBUS duodecim tabularum latis cœpit interpretatio prudentum, ac fori disputatio, quæ communi nomine jus civile appellatur, *L. 2. §. 5. de O. I.*

Ex LEGIBUS duodecim tabularum cœpit fluere jus civile. & ex eisdem legis actiones compositæ sunt, *L. 2. §. 6. eod.*

LEGUM duodecim tabularum interpretandi scientia, & actiones apud collegium Pontificum erat, *ib.*

LEGUM duodecim tabularum conscribendarum electi fuerant Ap. Claudius, T. Genucius, P. Sesticius, Sp. Veturius, C. Iulius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, P. Curatius, T. Romilius, Sp. Postumius, *L. 2. §. 4. de O. I. c. 2. dist. 7.*

LIBELLARIUS.

LIBELLARIO nomine in feudum dare, *I. F. 5. pr.*

LIBELLARIUM esse seu *allodium*, *II. F. 26. c. 1. §. 1.*

In LIBELLARIO fœminæ succedunt, *II. F. 26. c. 1. pr.*

LIBELLARIUM asserit filia seu allodium, *ibid.*

Post LIBELLARIUM contractum Vasallo decedente ad Dominum revertitur, *I. F. 5. pr.*

LIBELLARIO nomine Vasallus feudum dare non potest, quod in curte Domini est, *I. F. 5. §. 1.*

LIBELLUS.

LIBELLUS est offerendus vocato in judicium civile, vel criminale, & danda dilatio 20. dierum ad deliberandum, an cedat, vel contendat, in Iudicem an consentiat, vel dissentiat, vel contradicat, vel fidejussorem præstet, & sine his contestatio non tenet, *Auth. Offeratur, C. de litis contestatione.*

LIBELLUS suspicionis Iudicis delegati debet offerri coram delegato etiam ante litis contestationem, *L. 16. C. de judiciis.*

LIBEL-

LIBELLUS est primum judiciarii ordinis, sine quo judicium esse non potest, *c. 1. X. de lib. oblat.*

LIBELLUM in scriptis debet actor porrigere, *ibid.*

Iudex actorem ad litigandum prius non admittat, quam is in scriptis LIBELLUM offerat, *ib.*

LIBELLUS si inepte concipitur, reus ab instantia judicii absolvitur, si vero postea congrue reformatur, nihilominus reus tenetur respondere, *c. 15. X. de judic.*

LIBELLUS Accusatoris debet continere nomen accusati, *c. 5. §. 1. q. 8. caus. 2.*

In LIBELLO nomen actionis exprimere pars non cogitur, debet tamen factum ita clare proponere, ut ex eo jus agendi colligatur, *c. 6. X. de judiciis.*

LIBELLUS, si agatur personali actione, semper debet continere causam expressam, ex qua competat agenti, quod petit, *c. 3. X. de libelli oblat.*

LIBELLUS in reali actione debet specificare rem, quam petit, ut evitetur obscuritas & æquivocatio, *c. 2. X. eod.*

Non tenetur reus respondere LIBELLO in actione personali, si non exprimitur causa petendi, *c. 3. X. eod.*

LIBELLUS emendari aut mutari potest ab actore, *L. 3. C. de edendo.*

LIBELLUS *famosus.*

LIBELLUM famosum dans Principi, vel alii, in quo continetur alicujus injuria, tenetur injuriarum actione, *L. 15. §. 29. de injuriis* &c.

LIBELLUS famosus est, qui in infamiam alicujus conscribitur, *c. 1. q. 1. caus. 5.*

Si quis famosum LIBELLUM sive domi, sive in publico, vel quocunque loco ignarus repererit, aut corrumpat priusquam alter inveniat, aut nulli confiteatur inventum; Si vero non statim easdem chartulas vel corruperit, vel igni consumpserit, sed vim earum manifestaverit, sciat se quasi autorem hujusmodi delicti capitali sententiæ subjugandum, *L. un. C. de famosis libellis* & *c. 3. q. 1. caus. 5.*

LIBELLUM famosum conscribens, vel confingens in aliquem verba contumeliosa; postea convictus de scriptura, nec eam probans, flagellatur, *c. 1. ead.*

Qui famosos LIBELLOS in Ecclesia ponunt, anathematizentur, *c. 3. ead.*

Si quis LIBELLUM famosum scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret, etiamsi alterius nomine ediderit, vel sine nomine, uti de ea re agere liceret, & si condemnatus sit, qui id fecit, intestabilis ex lege esse jubetur, *L. 5. §. 9. de injuriis.*

LIBER, *a, m.*

LIBER populus est is, qui nullius alterius populi potestati est subjectus, sive is fœderatus est; item sive æquo fœdere in amicitiam venit, sive fœdere comprehensum est, ut is populus alterius populi majestatem comiter, al. *communiter* conservaret, *L. 7. §. 1. de captivis.*

LIBERORUM hominum quidam ingenui sunt, quidam libertini, *L. 5. pr. de statu hominum.*

LIBERUM corpus æstimationem non recipit, *L. 3. Si quadrupes pauper.*

LIBERUM hominem si vulneraverit quadrupes, contra dominum quadrupedis agitur actione de pauperie non pro æstimatione personæ, sed tantum ad impensas in curatione factas, & ad operas amissas, & quas amissurus est ille inutilis factus, *ib.*

LIBER homo, suo nomine utilem Aquiliæ habet actionem; directam enim

enim non habet, quoniam dominus membrorum suorum nemo videtur, *L. 13. pr. ad L. Aquil.*

LIBER homo si perit eo, quod inhabitans aliquid effudit, vel dejecit, damni æstimatio non fit in duplum, sed tantum fit condemnatio 50. aureorum, *L. 1. §. 5. de his, qui effuder.*

LIBERUM hominem sciens emere non potest, *L. 4. pr. de contrahenda empt.*

LIBER homo in stipulatum deduci non potest; quia nec dari oportere intendi, nec æstimatio ejus præstari potest, non magis quam si quis dari stipulatus fuerit mortuum hominem, aut fundum hostium, *L. 103. de V. O.*

LIBERA mulier olim si habuisset consuetudinem cum servo, & si sit ei denunciatum à domino servi, ne servo suo commisceretur, & Iudex super eo admonuisset, ipsa tamen non destitit à complexu, suam substantiam perdebat, & libertatem amittebat, & efficiebatur ancilia illius, cujus erat servus, hodie tamen nec perdit suam substantiam, nec amoris fervore desinit esse libera, *L. un. C. de SCto Claudiano tollendo. §. 1. de successión. sublatis.*

LIBER homo si jussu alterius ut servus adivit hereditatem, non valet aditio, *L. 59. pr. de heredib. instit.*

LIBER homo, si jussu alterius, manu injuriam dedit, actio Legis Aquiliæ cum eo est, qui jussit, si modo jus imperandi habuit, quod si non habuit, cum eo agendum est, qui fecit, *L. 37. pr. ad L. Aquil.*

LIBER homo non potest possideri à sciente, licet eum vinxerit, *L. 23. §. 2. de acquir. poss.*

LIBERUM hominem dolo malo retinens tenetur eum exhibere per interdictum de libero homine exhibendo, *L. 1. §. 1. de homine libero exhibendo.*

LIBERUM hominem ex justa causa detinens apud se non videtur dolo malo facere, & ideo non tenetur interdicto de libero homine exhibendo, *L. 3. §. 4. eod.*

LIBERUM hominem volentem retinens non videtur dolo malo retinere, nisi volentem retineat calliditate circumventum, aut seductum, aut solicitatum, quia tunc dicitur dolo malo retinere, *L. 3. §. 5. eod.*

LIBERUM hominem detinens, ignorans eum *liberum*, dolo malo caret, sed si certioratus detinet, dolo malo non caret, *L. 3. §. 6. eod.*

LIBERUM hominem detinens si dubitat, an is esset liber, vel servus, aut si facit status controversiam, non debet agi de libero homine exhibendo, *L. 3. §. 7. eod.*

LIBERUM hominem ignorantem suum statum retinens dolo malo cogitur exhibere, *L. 4. pr. eod.*

LIBER homo hereditatem nobis acquirere non potest, *L. 54. pr. de A. R. D.*

LIBER homo, qui bona fide nobis servit, hereditatem nobis acquirere potest, *ib.*

LIBER homo bona fide serviens possessori obligatur per stipulationem promittendo ei, vel emendo, aut vendendo, aut locando ab eo, *L. 54. §. 1. eod.*

LIBER homo bona fide serviens dando damnum lata culpa possessori, tenetur ei lege Aquilia, *L. 54. §. 2.*

LIBER homo bona fide serviens si jussu possessoris aliquid male gesserit in re ejus, aut quasi ejus procurator aliquid male egerit, datur actio possessori contra eum, sive possessor eum possideat ex titulo emptionis, vel

vel donationis, aut legati, vel hereditatis, *L. 54. §. 3. eod.*

Si LIBER homo bona fide mihi serviens mutuam pecuniam sumpserit, eamque in rem meam verterit, actione negotiorum gestorum teneor ei, & creditori teneor de in rem verso, *L. 36. de negotiis gestis.*

LIBER homo bona fide serviens si pecuniam, quæ erat ex peculio bonæ fidei possessoris, ministravit Titio, & mandavit, ut eum redimeret, & manumitteret, si postea is ingenuus pronunciatus sit, Titius nullam habet actionem adversus venditorem, quia solvit venditori suos nummos, *L. 8. §. 5. mandati vel contra.*

Si LIBER homo bona fide serviens, redimi se mandaverit, idque nummis emptoris factum sit, contraria mandati actione agi posse constat, ut tamen actiones præstentur, quas habet emptor adversus venditorem, finge non manumisisse liberam personam emptorem, *L. 54. §. 1. eod.*

LIBER homo bona fide possessus ex re alicujus extranei si stipulatur simpliciter, vel sine jussu possessoris, sibi acquirit de æquitate, sed non de rigore juris *L. 33. pr. de stipulatione servorum.*

LIBER homo bona fide possessus quod non potest quærere sibi, quærit possessori, & quidquid non potest quærere possessori, quærit sibi, *L. 20. pr. eod.*

Is, qui scit hominem LIBERUM esse, quamvis ille conditionem suam ignoret, possidere eum non potest, *L. 34. eod.*

LIBER homo bona fide serviens heres institutus, præsumitur heres institutus propter me, potest jussu meo hereditatem adire, *L. 45. §. 4. de acquir. hered.*

LIBER homo mihi bona fide serviens stipulando & per traditionem accipiendo ex re mea mihi acquirit, *ib.*

LIBER homo bona fide serviens heres institutus si quasi jussu domini adierit, non obligatur hereditati, *L. 74. §. 2. eod.*

LIBER homo bona fide possessus quod ex operis suis aut ex re possessoris acquirit, pertinet ad possessorem, quod vero ei donatum est, vel legatum, aut quod ex negotio gesto est acquisitum ab eo, id ad ipsum pertinet, *L. 19. de A. R. D.*

LIBER homo bona fide serviens tamdiu acquirit possidenti, quamdiu possidens habet bonam fidem, superveniens tamen mala fides noceret, quia singula momenta in eo spectare debemus, *L. 23. pr. & §. 1. eod.*

LIBER homo bona fide serviens acquirit possessori id, quod possessor donavit ei, quamvis donaverit ei operas suas, *L. 49. eod.*

Si LIBER homo alienæ ancillæ contubernium sequatur, licet ei fuerit denunciatum, *ut se abstineret*, servus domini mulieris non fit, *L. 3. C. de liberali causa.*

LIBER homo si confessus sit apud acta se servum, talis confessio sibi non præjudicat, *L. 28. C. eod.*

LIBERA, concubinatus ratione non constituitur ancilla, *L. 34. C. eod.*

LIBEROS velut servos se profitentes, statum eorum mutari non posse constat, *L. 39. C. eod.*

Si LIBER homo major viginti annis ad pretium participandum sese venundati passus est, servus fit, *§. 4. de jure personar.*

LIBER homo bona fide emptus non potest se in libertatem proclamare, *L. 3. quibus ad libertatem proclamare non licet.*

Si duo LIBERUM hominem majorem annis viginti emerint, unus sciens

ejus conditionem, alter ignorans, quoad ignorantem tenet emptio, & per consequens quoad scientem, & ideo non potest se in libertatem proclamare, *L. 5. eod.*

LIBERUM hominem sciente emens, *capitale crimen* adversus eum ex Lege Flavia de plagio nascitur, *L. 1. de lege Flavia* &c.

Qui sciens LIBERUM hominem &c. vid. *Lex Flavia.*

LIBER.

LIBRORUM appellatione continentur omnia volumina, sive in charta, sive in membrana sint, sive in quavis alia materia, sed & si in philyra, aut in tilia (ut nonnulli conficiunt), aut in quo alio corio, idem erit dicendum, *L. 52. pr. de legat. 3.*

LIBRORUM appellatione continentur etiam libri cerati, & eborei, si testator eis utebatur pro libris, nisi contraria probetur voluntas, *ibid.*

LIBRI appellatio in dubio intelligitur de uno volumine, non de libris numeralibus, per quos volumen dividitur, *L. 50. §. 1. eod.*

LIBRIS legatis, vid. *Legare.*

LIBRI reprobatæ fidei debent comburi coram Episcopo, & artem mathematicam exercens expellendus est ab imperio, intra quod postea repertus deportatur, *L. 10. C. de episcop. aud.*

LIBRI ac chartæ hæresis Eutychetis, & Apollinaris comburendi sunt, ut facinorosæ perversitatis vestigia, flammis combusta depereant, *L. 8. §. 5. C. de hæreticis.*

LIBROS Nestorianos habere, legere, aut describere nulli licet, qui sunt diligenti studio inquirendi, & concremandi, *L. 6. §. 1. C. eod.*

LIBRUM, vel testimonium, vel quid aliud conquirens, vel ordinans vel in judicium proferens in fraudem alicujus, punitur calumniæ causa, *L. 6. §. 4. ad SC. Turpilian.*

LIBER *rationum.*

LIBRI rationum copia edi debet cum die, & consule, quod secus est in copia instrumentorum, *L. 1. §. 2. de edendo.*

LIBRUM rationum tenetur quis edere alicui actione descendente ex eo contractu, vel quasi ex cujus contractus necessitate confecit, veluti tutor non exhibens librum rationum tenetur exhibere actione tutelæ, socius pro socio, procurator vero mandati, *L. 1. §. 3. de tutela & rationibus distr.* &c.

LIBER rationum defuncti non probat sibi deberi, *L. 6. C. de probation.*

LIBERALIS, *e.*

LIBERALIS in donando existimat se debere, quod sponte donat, *c. 1. X. de donat.*

LIBERALIS nisi in beneficiis suis creverit, nihil se præstitisse, *ibid.*

LIBERALES esse debent Episcopi erga pauperes, *c. 1. dist. 82.*

In LIBERALI causa matris conditio, & non patris inspicitur, *L. 28. C. de liberali causa.*

LIBERALIS causa interim, dum pendet, pro libero habetur ille, cui status quæstio movetur, *L. 1. C. qui dare tutores* &c.

Ordinata LIBERALI causa, liberi loco habetur is, qui de statu suo litigat, ita ut adversus eum quoque, qui se dominum esse dicit, actiones ei non denegentur, quascunque intendere velit, *L. 24. pr. de liberali causa.*

Cognitio de LIBERALI causa usufructuario datur, etiamsi dominus quoque velit movere status controversiam, *L. 8. pr. eod.*

LIBERALITAS.

Hi, qui ex LIBERALITATE conveniun-

niuntur, in id, quod facere possunt, condemnandi, *L. 28. de R. I.*

In ipsa LIBERALITATE modus adhibendus est rerum, & personarum; rerum, ut non omnia uni, sed singulis quædam præstentur, ut pluribus prodesse possimus; personarum, ut primum justis, deinde peccatoribus, quibus tamen dare prohibemur, non quia homines, sed quia peccatores sunt, *c. 6. dist. 86.*

LIBERALITAS dicitur donatio, *L. 19. §. 2. de donation.*

LIBERALITAS imperialis si fuerit concessa duobus communiter, uno eorum decedente sine herede, ejus pars pertinet ad socium, secus si cum herede decessisset, *L. un. C. si liberalitatis imperialis* &c. *X.*

LIBERALITAS perfecta, fide, causa, loco, & tempore commendatur, & quidem ut primum opereris circa domesticos fidei, grandis enim culpa est, si sciente te fidelis egeat, *c. 14. dist. 86.*

LIBERALITATEM donatoris, successores, absque causa revocare non possunt, *c. ult. X. de donat.*

Quæ præterea in LIBERALITATE servanda sint, habentur *c. 6. & 14. seqq. dist. 86.*

LIBERARE.

Qui potuit hominem LIBERARE à morte, & non liberavit, eum occidit, *c. 21. dist. 86. c. 6. §. 1. X. de homicidio.*

Ad LIBERANDUM promptiores esse debemus, quam ad obligandum, *L. 47. de O & A.*

LIBERAMUR fere iisdem modis, quibus obligamur, *L. 153. de R. I.*

LIBERATIO.

LIBERATIONIS verbum eandem vim habet, quam solutionis, *L. 47. de V. S.*

LIBERATIO generalis patri relicta continet liberationem etiam reliquorum speciali jure in patre propter naturalem effectum, nisi aliud sensisse testatorem probetur ab heredibus, *L. 28. §. 3. de liberatione legata.*

LIBERATIONE legata debitori, qui erat solus, vel habenti correum socium, per acceptilationem debitor liberatur, secus si haberet correum non socium, quia tunc pacto, & non acceptilatione debet liberari, *L. 4. §. 3. eod.*

LIBERATIO quando relinquitur ei, qui duobus juribus tenetur, in dubio ab utroque est liberandus, nisi aliter sit actum, *L. 5. §. 4. eod.*

LIBERATIONE legata ab una re ex duabus alternative debitis, per acceptilationem ejus sequitur liberatio ab altera, *L. 7. §. 1. eod.*

LIBERATIO debitori legata ita demum effectum habet, si non fuerit exactum id à debitore, dum vivat testator, cæterum, si exactum est, evanescit legatum, *L. 7. §. 4. eod.*

Si debitori LIBERATIO sub conditione legata fuisset, & vel lis fuisset contestata, vel etiam exactum pendente conditione, ex testamento actio maneret, liberatione relicta, *L. 7. §. 7. eod.*

LIBERATIO potest relinqui non solum debitori nostro; sed etiam debitori heredis, vel cujuslibet alterius, *L. 8. pr. eod.*

Si verba LIBERATIONIS in rem sint collata, pro eo est, quasi heres ab eo debitore heredeque ejus petere vetitus sit, *L. 8. §. 4. eod.*

LIBERATIO potest relinqui obligato ex causa depositi, vel commodati, vel ex causa furtiva, *L. 8. §. 7. eod.*

LIBERATIO ab onere reddendarum rationum ad reliqua non porrigitur, nisi exprimatur, *L. 9. & 12. eod.*

LIBERATIONE legata conductori omne id videtur remissum, ad quod præstandum tenetur actione personali, *L. 16. eod.*

LIBERATIONE legata procuratori à reddendis rationibus, non videtur legata pecunia ab argentario debita ex contractu, quem ut procurator fecit, quia eam si exegerit, cogitur restituere actione mandati, sed si non exegit, debet actiones suas præstare heredi contra argentarium, *L. 23. eod.*

LIBERATIO facta debitori heredis restringitur ad debitum, quod manet à tempore apertarum tabularum, *L. 24. eod.*

LIBERATIO per acceptilationem non valet, nisi congruat acceptilatio cum obligatione, & nisi verum sit, quod in acceptilatione demonstratur, *L. 14. de acceptilat.*

LIBERATIO simulata non est liberatio, *L. 13. C. de solutionibus.*

LIBERI.

LIBERI dictio in plurali numero tantum consuevit declinari, invenitur quandoque etiam in singulari, vid. *L. 33. pr. C. de inoffic. testam.*

LIBERORUM appellatione continentur non tantum, qui sunt in potestate; sed omnes, qui sui juris sunt, sive virilis, sive fœminini sexus sunt, exve fœminino sexu descendentes, *L. 56. §. 1. de V. S.*

Non est sine LIBERIS, cui vel unus filius, unave filia est, *L. 148. de V. S.*

Habet LIBEROS, (*non habet liberos*) hæc enunciatio semper plurativo numero profertur, *ib.*

Qui non est sine LIBERIS, liberos habet, *L. 149. de V. S.* Hinc colligit *Alciatus*, argumentum à contrariis semper concludere.

LIBERORUM appellatione nepotes, & pronepotes, cæterique, qui ex his descendunt, continentur, *L. 220. pr. de V. S. L. 2. §. 57. de excusat.*

LIBEROS omnes *suorum* appellatione Lex XII. Tabularum comprehendit, *ibid.*

Sine LIBERIS non est defunctus, qui nepotem suum heredem reliquit, *L. 220. §. 2. eod.*

Numerus LIBERORUM ab oneribus non excusat, *L. 1. C. de his, qui num. liber. X.*

LIBERI in testamento aut sunt instituendi, aut exheredandi, *L. 30. de liber. & posthum.*

LIBERI sequentis gradus possunt sub omni conditione institui, *L. 6. §. 1. de hered. instit.*

LIBERI ex duobus matrimoniis nati, *II. F. 26. c. 4. §. 5.*

LIBERI secundi matrimonii, quando soli succedunt, *II. F. 103.*

LIBERI patrem fugitivum bannitum non debent alere, *II. F. 27. pr.*

LIBERIS suis prospexisse quis creditur, *II. F. 90.*

LIBERI adhiberi possunt testes investituræ, *II. F. 58. c. 1.*

LIBERI sunt, qui ex libero matrimonio sunt orti, *c. 15. q. 4. caus. 32.*

LIBERI ex libero & ancilla orti, servilis sunt conditionis, *ib.*

LIBERI parentibus reverentiam & obsequium debent, *c. 1. dist. 30.*

LIBEROS debent alere parentes, *c. 14. ead.*

LIBEROS matres ipsæ debent lactare, non aliis ad nutriendum tradere, *c. 4. dist. 5.*

LIBERORUM successio & educatio est juris naturalis, *c. 7. dist. 1.*

Pro LIBERORUM susceptione patres præmia habent ex lege Papia & Poppæa, *c. 6. dist. 2.*

LIBERI procreati ex alterutro parente infideli, fidelem quoad religionem sequuntur, *c. 10. q. 1. caus. 28.*

LIBE-

LIBERI sunt legitimi, si parentes infideles, qui injuste contraxerant, postea ad fidem sunt conversi, *c. 15. X. qui filii sint legitimi.*

Si alter conjux ad fidem redeat, altero in hæresi permanente, apud conversum LIBERI alendi & educandi sunt, *c. 2. X. de convers. infidel.*

LIBERI possunt conqueri de facto parentum, si modo crimen eis non intendant, *c. 14. q. 1. caus. 2.*

LIBERI possunt rerum suarum defendarum gratia, de facto parentum queri, si dicant, vi se de possessione ab iis expulsos, *ib.*

LIBERI impuberes in electione status vitæ, pendent à voluntate parentum, ita, ut etiam religionem ingressi, absque consensu parentum possint ab iis intra annum extrahi, *c. 2. X. de regularib.*

LIBERI si fuerint præsentes, nec contradixerint, pro illis possunt parentes sponsalia contrahere, *c. un. in f. de spons. impub. in 6.*

LIBERIS per rectam lineam descendentibus, quorum pater commisit crimen læsæ Majestatis, dignitatis janua non aperitur; imo in dignitate constituti eo ipso illa privantur, *c. ult. §. quod si de pœnis in 6.*

LIBERI reorum læsæ Majestatis ex nulla hereditate, vel testamento, etiam exterorum quid capiant, & ad nullos honores perveniant, *c. 22. pr. q. 1. caus. 6.*

LIBEROS reorum læsæ Majestatis infamia paterna semper comitatur, *ib.*

LIBERI ad bona matrum intestatarum admittuntur ex SCto Orphitiano, *pr. Inst. de SCto Orphitiano.*

LIBERI proprio vocabulo apud Romanos usque ad trinepotem nominantur, ulteriores, qui non habent speciale nomen, vocantur posteriores, *L. 10. §. 7. de gradibus,* & *L. 61. C. de Decurion. X.*

LIBERORUM mentio facta inter virum & uxorem intelligitur de natis ex eis, *L. 25. de condit. & demonstr.*

LIBERI differunt à posteris, *L. 114. §. 14. de legatis &c. 1.*

LIBERORUM appellatione veniunt liberi utriusque sexus, & masculi, & fœminæ, *L. 10. §. 5. de in jus vocando.*

LIBERI *adoptivi,*

LIBERI adoptivi, sc. *plene tales,* in potestate patris adoptivi sunt, *pr. Inst. de adoption.*

LIBERI adoptivi & parentes inter se jungi matrimonio non possunt, *§. 1. de N.*

LIBERI adoptivi emancipati, & jure civili perdunt gradum liberorum, & à Prætore non admittuntur, *§. 11. de hereditatibus, quæ ab intest.*

LIBERI adoptivi, quamdiu sunt in potestate patris adoptivi, ejusdem juris habentur, cujus sunt justis nuptiis quæsiti, *§. 4. de exhered. liber.*

LIBERI adoptivi heredes sunt instituendi, vel exheredandi, *ib.*

Onera LIBERORUM adoptivorum ad patres adoptivos transferuntur, *L. 45. de adoptionibus.*

LIBERI adoptivi emancipati, vel in adoptionem dati, iterum à patre adoptivo non possunt adoptari, *L. 37. §. 1. eod.*

LIBERI *adulterini.*

LIBERI adulterini non legitimantur per rescriptum Papæ, *c. 13. in f. X. qui filii sint legitimi.*

LIBERI adulterini à successione paterna non solum repelluntur, sed & alimenta ipsis denegantur, d. *c. 13. X.* & *Nov. 89. c. 15.*

LIBERI *incestuosi.*

LIBERI incestuosi nullo jure parentibus

bus succedere possunt, *c. un. q. 7. caus. 35.*

LIBERI *naturales tantum.*

LIBERI naturales sunt ex non justis nuptiis orti, *c. 15. pr. q. 4. caus. 32.*

LIBERI naturales, matris, non patris conditionem sequuntur, *c. 15. §. 1. ead.*

LIBERI naturales ex soluto geniti & soluta, legitimantur per subsequens matrimonium,. etiam quoad hereditatem, *c. 1. X. qui filii sint legitimi.*

LIBERI naturales legitimantur per rescriptum Papæ, *c. 13. X. eod.*

LIBERI naturales dicuntur, qui ex concubina nati sunt, *§. 13. de N.*

LIBERI naturales æque ac legitimi honesti esse possunt, *c. 8. q. 4. caus. 32.*

LIBERTAS.

LIBERTAS est naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, nisi vi, aut jure prohibeatur, *§. 1. de jure personarum.*

Quotiens LIBERTATIS interpretatio dubia est, secundum libertatem respondendum est, *L. 20. de R. I.*

LIBERTAS inæstimabilis res est, *L. 106. de R. I.*

LIBERTAS omnibus rebus favorabilior est, *L. 122. eod.*

LIBERTAS una atque simplex a primis urbis Romæ cunabilis competebat, *§. 3. de libertinis.*

LIBERTATEM impediebat lex Ælia Sentia, *pr. Inst. quib. ex caus. man.*

LIBERTATE totam suam familiam donare, permissum est, *pr. Inst. de L. Fus. Can.*

LIBERTAS una omnium est juris naturalis, *c. 7. dist. 1.*

Quorum LIBERTAS perniciosa est, sit salutifera servitus, *c. 62. q. 2. caus. 12.*

Qui superbire noverunt adepta LIBERTATE, discant obedire subjecti, *ibid.*

LIBERTATI suæ non est voluntas mala permittenda, ubi potest prohiberi, *c. 38. q. 4. caus. 23.*

LIBERTATIS privilegio non potest renunciare exemptus, sine licentia illius, cui subest, *c. 5. X. de arbitr.*

LIBERTATIS favor attendendus est, *c. 3. X. de conjug. serv.*

In causa LIBERTATIS jura sunt favorabilia, *c. 26. X. de sent. & re judic.*

LIBERTATIS privilegio nemo renunciare potest in præjudicium Papæ, *c. 21. X. eod.*

LIBERTAS monasterii præscribi potest, *c. 17. X. de privileg.*

LIBERTAS potest sub conditione dari, *c. 2. X. de condit. apposit.*

Quando LIBERTAS datur sub conditione, tunc manumissus conditionem servare compellitur, *c. 6. X. de serv. non ordin.*

Pro sua LIBERTATE licitum est pugnare, *c. 3. X. de pænit. & remiss.*

Qui nihil proprium habet, LIBERTATEM alienæ rei dare non potest, *c. 22. dist. 54.*

LIBERTATIS favor præfertur favori nuptiarum, *L. 96. §. 1. de condit. & demonstr.*

Cum LIBERTAS lege adimatur, aut pro non data haberi debeat, aut certe perinde observari, ac si à testatore adempta esset, *L. un. de ademptione libertatis.*

Fideicommissa LIBERTAS non debetur ei, quem postea vinxit dominus, *L. 43. de fideicommiss. libertat.*

De LIBERTATE fideicommissaria præstanda servus cum domino recte contendat, *L. 44. eod.*

LIBERTATE nihil gratius, *L. 39. §. 1. eod.*

LIBERTATEM ex causa fideicommissi

missi servo dare sine tutoris autoritate pupillus non potest, *L. 9. eod.*

LIBERTATES per fideicommissum dari possunt, & quidem largius, quam directo, *L. 16. eod.*

LIBERTAS per fideicommissum non tantum propriis, sed & alienis dari potest, *ibid.*

LIBERTAS fideicommissaria prætextu compilatæ hereditatis, aut rationis gestæ non differtur, *L. 23. pr. eod.*

LIBERTAS ad tempus dari non potest, *L. 33. de manumissis testamento.*

LIBERTAS testamento servo ita dari potest, *Cum per leges licebit, liber esto*, *L. 38. eod.*

LIBERTATES directæ & testamento & codicillis testamento confirmatis recte dantur, *L. 43. eod.*

In LIBERTATIBVS levissima scriptura spectanda est, ut si plures sint, quæ manumisso facilior sit, ea levissima intelligatur, *L. 5. eod.*

In LIBERTATIBVS fideicommissariis novissima scriptura spectatur, *ib.*

Si LIBERTAS fideicommissa legato servo relicta est, vel heres vel legatarius eum cogitur manumittere, *L. 11. pr. eod.*

LIBERTAS, quæ in ultimum vitæ tempus confertur, veluti, *Stichus cum morietur, liber esto*, nullius momenti existimanda est, *L. 17. pr. eod.*

LIBERTATES fideicommissariæ & ab intestato & codicillis non confirmatis relinqui possunt, *L. 43. eod.*

Si quis LIBERTATEM servo in testamento dederit & directo, & per fideicommissum, in potestate servi est, utrum velit ex directo, an ex fideicommisso ad libertatem pervenire, *L. 56. eod.*

Pro LIBERTATE multa contra juris rigorem sunt constituta, *L. 24. §. 10. de fideicom. libertat.*

Hi possunt fideicommissariam LIBERTATEM adscribere, qui fideicommissum pecuniarium possunt relinquere, *L. 24. pr. eod.*

LIBERTATI mora facta sive sponte, sive fortuito casu non debet obesse partui, nisi testator hoc voluisse appareat, ut si testator reliquit libertatem dandam ancillæ à substituto impuberis, & interim vivente impubere ancilla peperit, partus erit servus, & item si ancilla data sibi libertate sub conditione, vel post tempus interim peperit, & sic talis partus erit servus, *L. 26. §. 3. 4. & 5. eod.*

LIBERTATIBVS subventum est SCto Rubriano, cujus tenor est, si hi, qui erant rogati manumittere servos, citati à Iudice, ut veniant, & manumittant, nolint venire, & Iudex pronunciet libertatem his deberi, statim erunt liberi, *L. 26. §. 9. & 10. eod.*

LIBERTAS collata in nimis longum tempus, vel in conditionem impossibilem declarat voluntatem domini contrariam esse libertati, *L. 4. §. 1. de statu liberis.*

Ei, qui hac lege emptus sit, ut à vivo emptore manumittatur, statim mortuo eo competit LIBERTAS, *L. 4. qui sine manumissione ad libertat. perven.*

LIBERTAS servo competere non potest, si relegatus moratus sit in urbe, *L. 2. qui & à quibus manumissi* &c.

Ad LIBERTATEM non veniunt in fraudem civitatium manumissi, *L. 11. pr. eod.*

Nulla competit LIBERTAS data ab eo, qui postea servus ipse pronunciatus est, *L. 19. eod.*

Si LIBERTAS servo alieno, non consentiente domino data est, valere ex autoritate juris non potest, quamvis postea manumissor domino heres extitit, *L. 20. eod.*

LIBERTAS semper in fraudem datur ab eo, qui sciret se solvendo non esse, quamvis bene dedisset merenti hoc, *L. 23. eod.*

LIBERTATES in fraudem creditorum testamento datæ, prioribus creditoribus dimissis, propter novos creditores irritæ sunt, *L. 25. eod.*

Ad LIBERTATEM majores viginti annis ita demum proclamare non possunt, si pretium ad ipsum, qui venit, pervenerit, *L. 1. pr. quibus ad libertatem proclamare non licet.*

Ex certis autem causis, quamvis major viginti annis se venundari passus sit, ad LIBERTATEM ei proclamare licet, *ibid.*

Eis, qui se passi sint venire, ad LIBERTATEM proclamandi licentia denegatur, *L. 3. eod.*

In LIBERTATEM proclamare non potest ille, qui liber esse dicitur ex eo testamento, quod Prætor aperiri vetat, quia testator à familia occisus esse dicitur, *L. 7. §. 4. de liberali causa.*

Ex LIBERTATE si quis in servitutem proclamat, is, qui servum suum dicit, sustinet partes actoris, sed quando quis ex servitute in *libertatem* proclamat, dicitur is proclamans sustinere partes actoris, *L. 7. §. 5. eod.*

In LIBERTATEM si quis vult proclamare, non auditur, nisi prius reddiderit rationes administrationis, *L. 34. eod.*

LIBERTATE servus donetur, qui desertorem militiæ prodiderit, *L. 4. C. pro quibus causis servi pro præmio* &c.

In LIBERTATEM proclamare licitum est ei, qui passus se vendi pretium non participavit, sed si participasset, denegatur ei libertatis defensio, *L. 1. C. quib. ad libertat. proclam.*

In LIBERTATEM proclamare non possunt servi effecti propter insigne delictum, *L. 2. C. eod.*

In LIBERTATEM provocans si fatetur de rebus apud eum existentibus, aliquas esse ejus, qui se dominum dicit, statim ei debent restitui, *L. 3. C. eod.*

LIBERTATES datæ & solutiones creditoribus factæ non rescinduntur minore restituto adversus aditionem hereditatis, *L. 31. de minoribus.*

LIBERTATES dare possunt domini servis in Ecclesia præsente Episcopo, & populo, interveniente scriptura, *L. 1. & 2. C. de his, qui in Ecclesia manum.*

LIBERTAS servis dari potest à Clericis dominis speciali quidem jure secundum jura Codicis, sive inter vivos, sive in ultima voluntate, & servi plenam consequentur libertatem, *L. 2. C. eod.*

LIBERTAS data à minore causa non cognita, neque probata, non valet ipso jure, unde non est opus restitutione, *L. 3. C. si adversus libertat.*

LIBERTAS data à minore causa probata valet, neque datur restitutio, *ibid.*

LIBERTAS relicta his verbis, illum, aut illum liberum esse volo, valet, & ambo erunt liberi & accipiunt libertatem, *L. 4. C. de V. S.*

LIBERTAS ex testamento defuncti præstari non potest hereditate non adita, *L. 2. C. de testam. manumiss.*

LIBERTAS in testamento relicta hereditate adita competit, etiam si heres postea per in integrum restitutionem abstinuerit hereditate, *L. 3. C. eod.*

LIBERTAS contra voluntatem testatoris non debet præstari ab heredibus, *L. 7. C. eod.*

LIBERTATES in fraudem creditorum testamento datæ, quamvis debitori heres,

heres, qui solvendo est, extiterit, per Legem Æliam Sentiam non valent, *L. 5. C. eod.*

LIBERTAS aliis servis imponi potest per servum, cui libertas relicta non est, *L. 15. §. 5. C. eod.*

LIBERTAS non competit ex testamento falso, data tamen bona fide non revocatur, *L. 2. C. de fideicommiss. libertat.*

LIBERTA.

LIBERTA invito patrono, quæ ei nupta est, alii nubere non potest, *L. 45. pr. de R. N.*

LIBERTA sponsata patrono potest eo invito mittere nuncium, & cum alio nuptias contrahere, secus tamen est in liberta nupta, *L. 45. §. 4. eod.*

LIBERTA communis nupta patrono, eo invito non potest alii nubere, *L. 46. eod.*

Si ignominiosam LIBERTAM suam patronus uxorem duxerit, placet, quia contra legem maritus sit, non habere eum legis beneficium, quod ipsa sibi nupta alii nubere non possit eo invito, *L. 48. §. 1. eod.*

LIBERTAM suam, quam ex fideicommissi causa manumisit, si uxorem duxit, illa liberta invito eo potest cum alio matrimonium contrahere, quia eam impedire non potest, qui ex necessitate eam manumisit, & non ex voluntate, vel arbitrio suo, *L. 50. eod.*

LIBERTA, quæ manumissa fuit matrimonii causa, non potest alii, quam patrono nubere, nisi patronus matrimonio ejus renunciaverit, *L. 51. eod.*

Si LIBERTA Senatorem deceperit, quasi ingenua, & ei nupta est, datur in eam actio injuriarum, vel de dolo, quia ex dote nullum lucrum habet, quia nulla est, *L. 58. eod.*

LIBERTA, quæ voluntate patroni discessit, de dote cum eo agere potest, quam ei dedit, *L. 35. soluto matrimonio* &c.

Si patronus LIBERTAM concubinam habens furere cœperit, in concubinatu eam esse, humanius dicitur, *L. 2. de concubinis.*

LIBERTA, quæ in concubinatu est, ab invito patrono potest discedere, & alteri se aut in matrimonium, aut in concubinatum dare, *L. 1. pr. eod.*

Honestius est patrono LIBERTAM concubinam, quam matremfamilias habere, *ibid.*

LIBERTA, quæ non consensit patrono suo volenti eam recipere in concubinam, excusatur, si patronus habeat aliam concubinam, secus si aliam non haberet, *L. 16. §. 1. de his, quæ uti ndignis* &c.

LIBERTA ingrata non est, quod arte sua contra patronæ voluntatem utitur, *L. 11. de obsequiis* &c.

LIBERTA non videtur nupta voluntate patroni impuberis, quoad hoc, ut ipse perdat operas, nisi tutoris autoritas voluntati accesserit, ratihabitio tamen obest patrono in nuptiis libertæ, *L. 13. §. 4. & 5. de operis libertorum.*

A LIBERTA, quæ nupta esse desiit, possunt peti operæ, *L. 14. eod.*

Si LIBERTA duorum pluriumve communis, unius patroni voluntate nupserit, alteri patrono jus operarum manet, *L. 28. eod.*

LIBERTA major quinquaginta annis operas præstare patrono non cogitur, *L. 35. eod.*

LIBERTA si in concubitu patroni esset, perinde ac si nupta eidem esset, operarum petitionem in eam dari non oportere constat, *L. 46. eod.*

LIBERTA si ab invito patrono divertit, Lex Iulia de maritandis ordinib. retinet istam in matrimonio, dum eam prohibet alii nubere invito patrono, *L. un. §. 1. unde vir & uxor.*

LIBERTAE fœminæ jus aureorum annulorum impetrare possunt quoad matrimonia, licet non quoad honores, item possunt impetrare jura ingenuitatis, & etiam natalibus restitui, *L. 4. de jure aureorum annulorum.*

LIBERTA non potest in jus vocare sine venia filium ex patrono susceptum, neque filius matrem libertam, *L. 10. §. 10. de in jus vocando.*

LIBERTAE, quæ voluntate patroni, aut jure nuptæ sunt, non coguntur officium patronis suis præstare, *L. 2. C. de obsequiis patrono præst.*

LIBERTA, quam patronus duxit in uxorem, non tenetur ei præstare operas, *L. 8. C. de operis libertorum.*

LIBERTAE defunctorum operas neque extraneis heredibus patronorum, neque maritis patronarum debent, *L. 10. C. eod.*

Quod ex LIBERTA muliere nascitur, ingenuum est, *L. 11. pr. C. eod.*

Is, qui LIBERTAE suæ nubendi commodavit assensum, quamvis operas ab ea exigere non possit, jura tamen patronatus non amittit, *L. 11. §. 1. C. eod.*

LIBERTAM ducere potest patronus, *c. 3. q. 2. caus. 29.*

LIBERTINVS.

LIBERTINI sunt, qui ex justa servitute manumissi sunt, *pr. Inst. de libertin. L. 6. de statu hominum.*

LIBERTINORVM status tripertitus antea fuerat, nam qui manumittebantur, modo majorem & justam libertatem consequebantur, & fiebant cives Romani; modo minorem, & Latini ex Lege Iunia Norbana fiebant; modo inferiorem, & fiebant ex Lege Ælia Sentia dedititii, *§. 3. eod.*

Eum, qui se LIBERTINVM esse fatetur, nec adoptando patronus ingenuum facere potuit, *L. 27. de stat. homin.*

LIBERTINVS libertinam matrem, aut sororem, uxorem ducere non potest; quia hoc jus moribus, non legibus introductum est, *L. 8. de R. N.*

LIBERTINO tutores liberti dandi sunt; Sed etsi ingenuus detur, nec se excusaverit, tutor perseverabit, *L. 27. §. 1. de tutoribus & curatoribus datis* &c.

LIBERTINIS pupillis non possunt dari tutores vel curatores ingenui, nisi libertinorum penuria secundum illum locum sit, *L. 1. §. 4. de excusat.*

LIBERTINIS pupillis dari debent tutores soli libertini, qui ex eodem loco sunt, *ibid.*

LIBERTINI originem patronorum vel domicilium sequuntur; item qui ex his nascuntur, *L. 6. §. 3. ad municipal.*

LIBERTINI hodie plenam consequuntur libertatem, nulla differentia habita nec ætatis manumissi, nec domini manumissoris, nec in modo manumissionis, sc. in testamento, vel inter vivos, quomodocunque, *§. 3. de libertinis.*

LIBERTINI non habent excusationem à muneribus, *L. un. C. de libertinis X.*

Si LIBERTINVS per collusionem fuerit pronunciatus ingenuus, collusione detecta, in quibusdam causis quasi libertinus incipit esse; medio tamen tempore, antequam collusio detegatur, & post sententiam de ingenuitate latam, utique quasi ingenuus accipitur, *L. 4. de collusione detegenda.*

LIBERTINVS si jus annulorum impetraverit, quamvis jura ingenuitatis salvo jure patroni nactus sit, tamen ingenuus intelligitur, *L. 6. de jure aureorum annulorum.*

LIBER-

LIBERTINUS iterum potest redigi in servitutem, ob ingratitudinem, *c. 3. X. de serv. non ordin.*

LIBERTUS.

LIBERTOS paternos recte videmur dicere nostros libertos, *L. 58. §. 1. de V. S.*

Liberorum LIBERTOS non recte nostros *libertos* dicimus, *ibid.*

LIBERTI appellatione etiam libertam contineri placuit, *L. 172. eod.*

LIBERTORUM appellatione etiam hi continentur, qui eodem testamento vel posteriore loco manumittuntur, *L. 234. eod.*

LIBERTUS, si fraudulenter gessisse tutelam filiorum patroni probetur, ad Præsidem urbis remittetur puniendus, *L. 2. de suspect. tut.*

LIBERTUS si patronum suum ut suspectum in tutela facere velit, ab accusatione repellendus, *L. 3. §. 1. de suspect. tut.*

LIBERTUS donatus annulis, tutor datus liberis patroni, non habetur pro ingenuo, *L. 14. §. 2. de excus.*

LIBERTIS non connumeratur, qui propria pecunia emptus & manumissus est, *L. 14. §. 3. eod.*

LIBERTUS est, qui ex servili statu traditus est libertati, *c. 63. §. 1. q. 2. caus. 12.*

Nec LIBERTI, nec eorum posteri à patrocinio discedant Ecclesiæ, *c. 65. ead.*

LIBERTI Dominum suum accusare non possunt, vel contra ipsum testificari, sine venia, *c. 3. X. de serv. non ordin. c. 58. §. 1. q. 2. caus. 12.*

Pœna LIBERTORUM patronum in jus vocantium, 50. aurei, vel si pauper sit, castigatur, *c. 58. §. Libertus &c. ead.*

Si contra Rempubl. vel universitatem, cujus LIBERTUS est, velit experiri, veniam edicti petere debet, *c. 58. §. 1. ead.*

Si LIBERTUS in criminali causa patronum in jus vocaverit, caput ejus & fortunas petiturus, ante litis exordium, capite plectendus est, *c. 58. §. 3. ead*

LIBERTI in patronos testificari non possunt, nisi in quibusdam casibus, in quibus etiam servi in dominos torqueri jubentur, *c. 58. §. 4. eod.*

Patrona LIBERTORUM, Ecclesia, nunquam moritur, *c. 65. ead.*

Si LIBERTUS sua autoritate à patrocinio Ecclesiæ recesserit, si admonitus redire contempserit, in servitutem revocabitur, *c. 60. ead.*

LIBERTI Ecclesiæ ad sacros ordines promoti à patrocinio Ecclesiæ non recedant, *c. 63. ead.*

LIBERTI Ecclesiæ, tempore suæ manumissionis debent per scriptum profiteri, se esse de familia Ecclesiæ, & de obsequiis ejus nunquam velle recedere, *c. 63. §. ne vero &c. ead.*

LIBERTI Ecclesiæ, & ab iis geniti, novo Episcopo surgente, conditionem suam præsenti Episcopo in chartulis debent protestari, *c. 64. ead.*

LIBERTI Ecclesiæ, si negotia ipsius facere contempserint, vel contra Ecclesiam insurrexerint, in pristinam servitutem revocantur, *c. 35. ead.*

LIBERTI possunt conqueri de facto patronorum, si modo eis crimen non intendant, *c. 14. pr. q. 1. caus. 2.*

LIBERTI non possunt inviti esse testes, *c. 3. §. 5. & 6. q. 2. caus. 4.*

LIBERTI, quorum patroni in seculo sunt, Clerici fieri non possunt, *c. 24. dist. 54.*

LIBERTI non sunt promovendi ad Clerum, nisi ab obsequiis sui patroni fuerint absoluti, *c. 23. §. ecce &c. ead.*

LIBERTUS quamdiu patroni filius nasci possit, eo jure est libertus ejus, quo jure sunt, qui patronos habent, *L. 26. de statu homin.*

LIBERTI assidere possunt, *L. 2. de officio assessor.*

Communis LIBERTUS, licet plurium sit, debet à Prætore petere, ut ei liceat vel quendam ex patronis in jus vocare, ne in pœnam incidat ex edicto Prætoris, *L. 23. de in jus voc.*

Si LIBERTUS, deferente patrono, juravit *se libertum non esse*, ratum est habendum jusjurandum, *L. 30. §. 4. de jurejur.*

LIBERTUS non debet uxorem ducere eam pupillam, cujus patronus res pupillæ administrat tanquam tutor, *L. 66. §. 1. de R. N.*

LIBERTI pro modo facultatium suarum alimenta legentibus patronis præbere debent, *L. 5. §. 19. de agnoscendis & alendis liberis* &c.

Si quis LIBERTIS alimenta reliquerit, etsi legati fuerint servi & rogatil legatarii manumittere, ad fideicommissum admittuntur, *L. 2. pr. de aliment. vel cibar. legat.*

LIBERTOS Iudices ex causa alimentorum dividere solent, quotiens plures sunt heredes, *L. 3. eod.*

LIBERTORUM suorum appellatione continentur communes liberti pro ea parte, quam quis habebit in eis, *L. 16. §. 3. eod.*

LIBERTI homines negotiatione licita prohiberi à patronis non debent, *L. 2. de jure patronatus.*

Iura LIBERTORUM patronorum liberis, cum pater eorum erat perduellionis damnatus, salva esse Divi Severus & Antoninus benignissime rescripserunt, *L. 4. eod.*

Si LIBERTUS minorem se centenario in fraudem legis fecerit, ipso jure non valebit id, quod factum est, & ideo, quasi in centenarii liberti bonis locum habebit patronus, quidquid igitur quaqua ratione alienavit, ea alienatio nullius momenti est, *L. 16. pr. eod.*

LIBERTUS non potest prohiberi à patrono in eadem colonia, in qua ipse negotiatur, idem genus negotii exercere, *L. 18. eod.*

Ingratus LIBERTUS est, qui patrono obsequium non præstat, vel res ejus, filiorumve tutelam administrare detrectat, *L. 19. eod.*

LIBERTI filius heres institutus, si bona repudiaverit, patronus non excluditur, *L. 21. §. 4. eod.*

LIBERTUM ingratum per procuratorem posse argui. Divus Severus & Antoninus rescripserunt, *L. 4. de obsequiis parentibus* &c.

LIBERTO & filio semper honesta & sancta persona patris & patroni videri debet, *L. 9. eod.*

LIBERTI heres omnia jura integra extranei hominis adversus patronum defuncti habet, *L. 8. eod.*

Pro LIBERTO jurante fidejubere quisquis potest, *L. 8. §. 1. de operis libertor.*

LIBERTUS operarum nomine ita jurando, *Patrono aut Lucio Titio*, solvere Lucio Titio non potest, ut à patrono liberetur. *L. 10. §. 1. eod.*

LIBERTUS, qui post indictionem operarum valetudine impeditur, quo minus præstet operas, non tenetur, nec enim potest videri per eum stare, quo minus operas præstet, *L. 15. pr. eod*

Cum LIBERTUS promiserit patrono operas se daturum, neque adjecerit, *liberisque ejus*; constat, liberis ejus ita demum deberi, si patri heredes extiterint, *L. 22. §. 1. eod.*

Hæ operæ, quas LIBERTUS promisit, mul-

multum distant à fabrilibus vel pictoriis operis, *L. 23. pr. eod.*

Si LIBERTUS faber aut pictor fuerit, quamdiu id artificium exercebit, has operas patrono præstare cogitur, *ibid.*

Si LIBERTUS artem Pantomimi exerceat, tenetur ille non solum ipsi patrono, sed etiam amicorum ludis gratuitam operam præbere, *L. 27. eod.*

Is LIBERTUS, qui medicinam exercet, voluntate patroni curare gratis debet amicos ejus, *ibid.*

Si LIBERTUS ita juraverit, *dare se quot operas patronus arbitratus sit*; non aliter ratum fore arbitrium patroni, quam si æquum arbitratus sit, *L. 30. pr. eod.*

Si LIBERTUS artificium exerceat, ejus quoque operas præstare patrono debebit, & si post manumissionem id didicerit, *L. 38. §. 1. eod.*

Si LIBERTUS artificium exercere desierit, tales operas edere debebit, quæ non contra dignitatem ejus fuerint, veluti ut cum patrono moretur, peregre proficiscatur, negotium ejus exerceat, *ibid.*

LIBERTUS, qui operarum obligatione dimissus est, atque ita liberam testamenti factionem assecutus est, nihilominus obsequi verecundiæ tenetur, *L. 41. eod.*

Si LIBERTUS moram in operis fecerit, fidejussor tenetur, *L. 44. eod.*

LIBERTUS negotiatoris vestiarii eandem negotiationem in eadem civitate & eodem loco invito patrono exercere potest, *L. 45. eod.*

Duorum LIBERTUS potest aliquo casu singulis diversas operas uno tempore in solidum edere, *L. 49. eod.*

LIBERTUM unum, vel plures potest pater assignare uni, vel pluribus liberis testamento, vel inter vivos, *L 1. pr. de assignandis libertis.*

LIBERTUS, qui apud hostes est, potest assignari quibuscunque verbis, vel nutu, vel testamento, vel codicillis, vel vivus, & assignationem potest adimere etiam nuda voluntate, *L. 1. §. 3. & 4. eod.*

LIBERTI assignationem sibi factam potest quis repudiare, *L. 1. §. 7. eod.*

LIBERTUM assignare potest quis filio exheredato, sed si post assignationem fuerit exheredatus, non censetur exheredatus animo adimendi assignationem, nisi hoc animo facta sit, *L. 1. §. 5. & 6. eod.*

LIBERTUS si sit assignatus uni ex duobus filiis unius patroni existente filio ex altero patrono, is, cui assignatus est, cum fratrem excludat, habebit bessem in hereditate liberti, quamdiu frater ejus vivit, vel admitti potuit ad legitimam hereditatem, sed si fuerit capite minutus etiam minima, æquales partes habebit, *L. 1. §. 8. eod.*

LIBERTUS si sit assignatus alicui, & is decesserit relicto filio, & fratre, & alterius patroni filio, nepos habebit semissem, quam esset habiturus frater defuncti, si ei libertus non fuisset assignatus, *L. 2. eod.*

LIBERTUS potest assignari nepti, & nepos assignatoris præfertur filio, *L 3. §. 1. eod.*

LIBERTUS potest assignari etiam ei, qui in potestatem recasurus est, *L. 3. §. 2. eod.*

LIBERTUM si quis assignaverit duobus, quorum unus filios, alter nepotes reliquit, ordo etiam inter eos servandus est, *L. 5. §. 2. eod.*

LIBERTUS potest assignari pure, & sub conditione, & per epistolam, vel testationem, vel per chirographum, *L. 7. eod.*

LIBER-

LIBERTI assignatio, neque quasi legatum, neque quasi fideicommissum percipitur, neque fideicommisso potest onerari, *ibid.*

Si uni pure, alii sub conditione LIBERTUS assignatus sit, eum, cui pure assignatus sit, pendente conditione solum patroni jus habere dicendum est, *L. 10. § 1. eod.*

LIBERTUS soli ei, qui in potestate est, potest assignari, sed non filio emancipato, *L. 9. eod.*

LIBERTO sub conditione, vel in diem assignato, interim pendente die, vel conditione omnia perinde observantur, ac si assignatus non fuisset, & ita mortuo eo interim ad omnes liberos pertinet hereditas, vel bonorum illius liberti possessio, *L. 10. pr. eod.*

LIBERTUS ex die certa assignari potest, sed usque in diem certum vix potest, *L. 13. §. 3. eod.*

LIBERTUS etiam potest assignari posthumis, *L. 13. §. 1. eod.*

LIBERTORUM bona quamvis æqualiter pertineant ad omnes patroni liberos, qui ejusdem gradus sunt, tamen si assignetur libertus uni ex patroni filiis, vel nepotibus in potestate, is solus succedit liberto, exclusis aliis etiam in eodem gradu constitutis; sed si is, cui assignatus est libertus, decesserit, nullis relictis liberis, cæteri liberi patroni defuncti recipiunt jus patronatus, & succedunt liberto, *pr. Inst. de assignatione libert.*

Non solum LIBERTUM, sed & libertam, & non tantum filio, nepotive, sed etiam filiæ, neptive assignare permittitur, *§. 1. eod.*

Facultas LIBERTUM assignandi datur ei, qui duos pluresve liberos in potestate habebit, §. *2. eod.*

Si quis LIBERTUM assignatum emancipaverit, evanescit assignatio, *ib.*

LIBERTUS non solum in testamento, sed & sine testamento, & quibuscunque verbis potest assignari, §. *3. eod.*

In bonis LIBERTORUM plenum jus municipibus defertur, h. e. id jus, quod etiam patrono, *L. un. pr. de libertis universitatum.*

Si LIBERTUS instituit heredem patronum suum sub conditione, *si filius meus me vivo morietur, patronus heres esto*, valet institutio, quia poterit esse, quod filio decedente patronus possit accipere bonorum possessionem secundum tabulas, *L. 3. §. 14. de bonis libertorum.*

LIBERTINUS, qui patronum patronique liberos habet, si patronum ex parte debita heredem instituit, liberos ejus in eandem portionem substituere debet, ut licet patronus vivo liberto mortuus fuerit, satisfactum videatur liberis ejus, *L. 5. pr. eod.*

LIBERTUS si habeat patroni filium emancipatum, & ex eo nepotem, qui in avi potestate remansit, debet relinquere debitam partem filio tantum, non nepoti, *L. 5. §. 1. eod.*

Si filius LIBERTI heres ab eo institutus abstinuerit, quamvis nomine sit heres, patronus admittitur, *L. 6. §. 2. eod.*

Qui in servitutem LIBERTUM paternum petierit, nec nomine liberorum bonorum possessionem accipere potest, *L. 9. eod.*

Si quis LIBERTUM filio suo assignaverit, eumque exheredaverit, admitti potest ad bonorum *liberti* possessionem, *L. 12. §. 1. eod.*

LIBERTO sine liberis mortuo, patronus & patrona possunt accipere bonorum possessionem, & quidem simul

mul etiam ante patrem & fratrem liberti, sed hodie non accipiunt ante fratrem & patrem, *L. 17. eod.*

LIBERTUS si legavit alicui, & is rogatus sit restituere illud patrono, denegatur legatario petitio illius legati, si patrono ex debita portione fuerit satisfactum, *L. 20. §. 1. eod.*

LIBERTUS si filium suum emancipatum heredem instituat sub conditione, & in ejus defectum substituat alium, si deficiente conditione ad substitutum pertinet hereditas, vel pendente conditione filius decessit, patrono partis debitæ bonorum possessio adversus substitutum competit, *L. 20. §. 4. eod.*

Si LIBERTUS præterito patrono extraneum instituerit heredem, & patronus, antequam contra tabulas bonorum possessionem petierit, in adoptionem se dederit, deinde scriptus omiserit hereditatem, patronus totorum bonorum liberti possessionem ut legitimus petere potest, *L. 23. pr. eod.*

Si LIBERTUS intestato decesserit, relictis patroni filio, & ex altero filio duobus nepotibus, nepotes non admittentur, quamdiu filius esset, quia proximum quemque ad hereditatem *liberti* vocari, manifestum est, *L. 23. §. 1. eod.*

LIBERTO communi, si ex duobus patronis alter jusjurandum exegerit, ne uxorem ducat, vel vivo liberto decesserit is, qui extra hanc culpam fuerit, vel supervixerit, partis utique debitæ bonorum possessionem solus habebit, *L. 24. eod.*

LIBERTUS si condemnatus sit de crimine capitali, illud ejus, quod patronus habiturus esset in bonis liberti, auferri ei non debet, reliqua pars bonorum, quæ patrono non pertinet, fisco applicatur, *L. 28. pr. eod.*

Si quis LIBERTUM paternum in servitutem ea voluntate petierit, ut causam evictionis sibi conservet, non amittit beneficium bonorum possessionis, *L. 30. eod.*

LIBERTUS meus in servitutem redactus, si postea ab eo, cujus servus factus est, liberatus sit, & ejus cœperit esse libertus, is, qui eum manumisit, præfertur mihi in bonorum possessione contra tabulas, *L. 32. eod.*

Si LIBERTUS, cum duos patronos haberet, alterum præteriit, alterum ex semisse fecit heredem, & alteri extraneo semissem dereliquit, scriptus quidem patronus debitam sibi partem immunem habet; de cætera autem parte patroni, quæ supra debitum ei relicta est, & de semisse extraneo relicto, alteri patrono pro rata portione satisfieri oportet, *L. 34. eod.*

Si LIBERTUS heredem scripserit, isque prius, quam de familia quæstionem haberet, adierit hereditatem, patronum ad contra tabulas bonorum possessionem non admitti *Iulianus* ait, debuit enim & patronus liberti necem vindicare, quod & in patrona erit dicendum, *L. 37. §. 1. eod.*

Si LIBERTI filius omiserit patris sui hereditatem, hoc patrono proficiet, *L. 38. §. 1. eod.*

LIBERTUS, cui patroni filius scripserat literas, quibus concedebat sibi liberam testamenti factionem ob merita sua, non videtur consequutus liberam testamenti factionem, *L. 47. §. 2. eod.*

LIBERTO per obreptionem arrogato, jus suum patronus non amittit, *L. 49. eod.*

Si LIBERTUS filiam dotavit, non videtur fraudare patronum, quia pietas patris non est reprehendenda, *L. 1.* §. *10. si quid in fraudem patroni* &c.

Si pluribus in fraudem LIBERTUS donaverit, vel pluribus mortis causa, æqualiter patronus adversus omnes, in partem sibi debitam, sive *Faviana* sive *Calvisiana* experietur, *L. 1.* §. *11. eod.*

LIBERTUS si mutuam pecuniam in fraudem patroni accepit, & donavit, patronus debet convenire *Faviana* eum, cui donavit; sed si mutuam pecuniam acceptam consumpserit, non debet perdere, qui mutuum dedit, *L. 1.* §. *17. eod.*

LIBERTUS si in fraudem patroni vendit, vel locat, datur electio emptori, vel reddere rem, vel pretium supplere, sed si *libertus* emit rem in fraudem patroni majori pretio, non datur electio patrono, sed ipsi venditori, & idem est in permutatione, vel locatione & conductione, *L. 1.* §. *12.* & *13. eod.*

LIBERTUS si fidejussit apud alicujus creditorem in fraudem patroni, vel rem obligat, creditor non tenetur Faviana patrono, debitor tamen poterit conveniri à patrono Faviana, vel mandati, *L. 1.* §. *19. eod.*

LIBERTUS si in fraudem patroni aliquid dedit defuncto patrono, vivo liberto, filius liberti, etiamsi contra tabulas liberti acceperit, uti potest Faviana ad revocanda alienata à liberto, *L. 1.* §. *27. eod.*

Si LIBERTUS intestatus decesserit, patronus adeundo hereditatem ejus, revocat per Calvisianam actionem ea, quæ alienata sunt dolo malo, quo minus pars ex testamento debita bonorum liberti ad patronum liberosve ejus perveniret, idque est, sive petita sit à patrono ab intestato bonorum possessio, sive non sit, *L. 3.* §. *3. eod.*

Vivus LIBERTUS donare bene merentibus amicis potest, legare vero nec bene merentibus amicis potest, qui patroni partem minuat, *L. 9. eod.*

LIBERTUS orcinus fit, qui ob necem domini detectam præmium libertatis consequitur, *L. 5. qui, sine manumissione* &c.

LIBERTI paterni debent præstare consuetum obsequium etiam liberis damnatorum, quibus si non præstiterint, debent puniri cum severitate, *L. 5. C. de obsequiis patrono præst.*

Si LIBERTUS in fraudem patroni aliquid alienaverit, quatenus legitima pars est deminuta, potestas revocandi competit, *L. 1. C. si in fraudem patroni à libertis* &c.

Defuncto LIBERTO patronus intestato succedens, per actionem Calvisianam in ejus fraudem alienata revocare potest, *L. 2. C. eod.*

LIBERTUS tenetur alere patronum, qui vergit ad inopiam, quamvis non teneatur ad operas, *L. 1. C. de operis libertor.*

LIBERTI etiam illi, qui fuerunt manumissi ob pecuniam suam acceptam à domino, tenentur ei mero jure obsequia præstare, *L. 3. C. de obsequiis patrono præst.*

LIBERTUS non debet in patronum vim & audaciam exercere, & si exercuerit, ejus temeraria licentia à Judice puniri debet, *L. 4. C. eod.*

LIBERTI, quibus operæ impositæ non sunt, consuetum obsequium tenentur præstare patronis, non vero ministerium servile, *L. 6. C. eod.*

LIBERTI novercæ non debent esse injuriosi privignis patronæ suæ, *L. 7. C. eod.*

LIBERTUS tenetur præstare obsequium

um patronæ, & etiam liberis ejus, *L. 8. C. eod.*

LIBERTI ob vitium ingratitudinis revocantur in servitutem, *L. 2. C. de libertis* &c.

LIBERTI non solum patronis, sed & heredibus etiam extraneis eorum debent præstare reverentiam, *L. 3. C. eod.*

LIBERTI contra patronos sine venia non debent audiri, *L. 3. C. eod.*

LIBERTUS debet præstare operas tempore manumissionis sibi impositas, *L. 1. C. de operis libertor.*

LIBERTUS manumissus ex causa necessitatis operas de facto promissas præstare non cogitur, *L. 2. C. eod.*

LIBERTIS competit mera ingenuitas ex sola natalium restitutione, *L. 2. C. de jure aureor. annulor.*

LIBERTUS impetrans à Principe jus aureorum annulorum non efficitur ingenuus, sed tantum consequitur libertinitatis imaginem, *ib.*

LIBERTINIS pactum ingenuitatem non assignat, *L. 8. C. de ingenuis manumissis.*

LIBERTUS, qui jus aureorum annulorum adeptus non est, nec restitutus est suis natalibus, removetur à curialibus muneribus cum pœna, *L. 1. C. si servus aut libertus ad Decurionat.*

LIBERTUS arrogatus ab ingenuo, quamvis in ejus familia ingenui jura sit consecutus, ut libertinus tamen à Senatoriis nuptiis repellendus est, *L. 32. de R. N.*

LIBERTUS non aliis patroni patronæve liberis tutor esse cogitur, quam qui jura patronatus sperare possunt, *L. 14. de tutorib. & curator. datis* &c.

LIBERTUS tenetur ex necessitate petere tutorem constitui patroni filio, alias accusatus apud Præsidem puniri debet, ut emendetur, si appareat eum vel propter negligentiam vel malitiam non petiisse, *L. 2. §. 1. qui petant tutores vel curatores* &c.

LIBERTUS, si fraudulenter gessit tutelam filiorum patroni, ad Præfectum urbi remittitur puniendus, *L. 2. de suspectis tutor.*

LIBERTI possunt tutores, vel curatores patronorum suorum, vel filiorum patroni sui accusare de suspecto, & si omiserint eos accusare, committunt ingratitudinem, *L. 3. §. 1. eod.*

LIBERTI non possunt accusare patronos suos crimine suspecti tutoris, *ib.*

LIBERTUS non potest se excusare à tutela patroni vel filiorum nepotumve, & deinceps ipsius patroni, vel patronæ, *L. 14. §. 1. de excusat.*

LIBERTUS quoad hoc, ut se non excuset à tutela, patroni vel filiorum patroni, custodit ordinem libertorum, etiam si jus aureorum annulorum impetraverit, *L. 14. §. 2. eod.*

LIBERTI propria pecunia empti & manumissi possunt se excusare à tutela filiorum patroni, si excusationes habeant, neque connumerantur in reliquis libertis, qui se non possunt excusare à tutela filiorum patroni, *L. 14. §. 3. eod.*

LIBERTUS unus ex pluribus si tutor datus sit multis, & omnibus filiis patroni, non habet excusationem trium onerum appellatione, *L. 14. §. 4. eod.*

LIBERTI uxorum Senatorum unius, etsi res eorum disponunt, non absolvuntur tamen à tutelis, hoc enim masculorum Senatorum libertis solum concessum est, *L. 15. §. 8. eod.*

Patronus impuberi LIBERTO quosdam ex libertis tutores aut curatores testamento dedit; quamvis eos idoneos esse constet, nihilominus

jure publico potuerunt excusari, ne decreto confirmentur, *L. 30. §. 3. eod.*

LIBERTUS Senatoris, filiorum, ejus tutelam administrans, ab aliis tutelis non excusatur, *L. 43. eod.*

LIBERTUS Senatoris solus procurator ejus licet possit se excusare ab aliorum tutelis, tamen ex quo jus annulorum impetravit, non potest se excusare à tutelis aliorum, quia habetur pro ingenuo quoad aliorum tutelam suscipiendam, *L. 44. §. 3. eod.*

LIBERTUS adversa valetudine corporis, vel mente ab agendis rebus prohibitus, ut ne suis quidem negotiis sufficiat, à tutela patroni, & filiorum ejus de jure communi potest se excusare, *L. 45. §. 4. eod.*

LIBERTUS propter patronum à civilibus muneribus non excusatur, nec ad rem pertinet, an operas patrono, vel ministerium capto luminibus exhibeat, *L. 17. pr. ad municipal.*

LIBERTI Senatorum, qui negotia patronorum gerunt, à tutela decreto patrum excusantur, *L. 17. §. 1. eod.*

LIBERTUS tutor si pecuniam pupilli sui non deposuerit, vel in emptionem prædiorum non collocaverit, sed converterit in usus suos, remitti debet puniendus ad Præfectum urbi arbitrio suo, *L. 4. C. de administr. tutor.*

LIBERTI curatores culpa, vel fraude si curam male administraverint, damnum ab eo, qui dedit minori, resarciri debet, & removentur, & pro modo commissi delicti puniuntur in corpore, *L. 10. C. eod.*

LIBERTUS tutor, qui non potest patronum contutorem accusare de suspecto, non prohibetur officium Iudicis implorare, *L. 1. C. si tutor vel curator non gesserit.*

LIBERTI à tutela vel cura liberorum patroni seu patronæ nullam excusationem impetrare possunt, *L. 5. C. de excusation.*

LIBERTI non excusantur à muneribus civilibus, veluti à tutela, eo quod patronorum negotia gerant, nisi sit libertus Senatoris, cujus negotia gerit, *L. 13. C. eod.*

LIBERTUM tuum, & tutorem filii tui, si fraudulenter res ejus administraverit, suspectum facere potes, modo si officium ejus pubertate pupilli finitum non est, *L. C. de suspectis tutor.*

LIBERTUS si fraudulenter tutelam filiorum vel nepotum patroni gessisse probetur, ad Præfectum urbi remittitur puniendus, *§. 11. de suspectis tutor.*

Si LIBERTUS ab intestato decesserit, à patrono potest, usque ad partem debitam, fideicommissum relinquere, quia, si testamentum faceret, licebit ei partem debitam solam relinquere, *L. 114. §. 1. de legat. 1.*

LIBERTI si consentiunt heredi patroni alienanti rem eis relictam, præsumitur animus donandi, nisi aliud appareat, *L. 88. §. 14. de legat. 2.*

LIBERTUS sine fraude de hereditate sua potest donare amicis bene merentibus, & filiam suam dotare, si tamen alienaverit in fraudem patroni, ille, cui alienavit, non tenetur petitione hereditatis patrono, quia debitor patroni est, & non hereditarius, *L. 16. §. 6. de hereditat. petit.*

LIBERTUS si non præstet patrono operas obsequiales, non propterea potest redigi in servitutem, *L. 30. C. de liberali causa.*

LIBERTUS municipum sine justa causa non revocatur in servitutem, & non est justa causa tabellionatus officium, licet tabellio servus publicus

cus

cus appelletur, *L. 3. C. de servis reipubl.*

LIBERTUS, etiam si ei remiserit patronus jus patronatus, revocatur in servitutem ex his causis, ex quibus revocatur donatio; sed si patronus non remiserit ei, tunc etiam pro levi culpa, quæ consistit in faciendo, revocatur, sed non pro ea, quæ consistit in non faciendo, *Nov. 78. c. 2.*

LIBERTUS sicut propter ingratitudinem potest revocari in servitutem, ita & liberti filius, posito etiam, quod natus fuerit ingenuus, *Nov. 22 c. 9.*

LIBERTUS ingratus revocatur in servitutem accusatione, vel actione extraordinaria, per quam officium Iudicis imploratur, *§. 1. de capitis deminut.*

LIBITINARIUS.

Si LIBITINARIUS (*dicitur à libitina, qui habet lavellos sive suas conchas, ubi funera lavantur*), quos Græce νεκροθάπτας, i. e. *mortuorum sepultores*, vocant, servum pollinctorem habuerit, isque mortuum spoliaverit, danda in eum quasi institoria actio, quamvis & furti & injuriarum actio competeret, *L. 5. §. 8. de institor. actione.*

LIBRA *auri.*

LIBRA auri, vel argenti condemnatus si sit, etiam species comprehenditur, *L. 25. §. 1. C. de Episcopis* &c.

Centum LIBRARUM auri, *II. F. 53.*

LIBRARIUS.

Si LIBRARIUS in transcribendis stipulationis verbis erraffet, nihil nocere, quominus & reus, & fidejussor teneatur, *L. 92. de R. I.*

LIBRARII error non nocet, *L. 15. §. 1. de usufr.* & *L. 15. §. 5. de excusat. tut.*

LICENTIA.

LICENTIA fraudulenter extorta, non valet, *c. 16. X. de convers. conjug.*

LICENTIA approbationis est licentia nubendi data ab Apostolo, *c. 5. in fin. dist. 28.*

LICENTIA permissionis est, quando Iudæis celebrandi cærimonias licentia datur, *c. 3. dist. 45.*

LICENTIA præsumptionis est, cum quis propria autoritate à superiore commissa dimittit, *c. 51. q. 2. caus. 12.*

LICENTIA dispensationis est, quando Simoniacus ignoranter ordinem recipit, eique officium exercendi licentia datur, *c. 3. q. 5. caus. 1.*

LICENTIA occasionis est, quando ex continentia viri, uxori datur *licentia* fornicandi, *c. 24. q. 2. caus. 27.*

LICENTIA docendi, gratis dari debet, *c. 1. sqq. X. de Magistris.*

Pro LICENTIA docendi, nihil exigi debet, vel promitti, & exactum restitui, & promissum remitti debet, & negligente inferiore Prælato, ad Magistrum constituendum, supplebit hoc Superior, *c. 2. X. eod.*

Pro LICENTIA docendi &c. vid. *Docere.*

LICENTIAM peccandi non dat remissio peccati, *c. 18. q. 7. caus. 1.*

LICENTIAM delinquendi non debet quis usurpare consuetudine, *c. 11. X. de excess. Prælat.*

LICENTIAM excedendi non debet alteri præbere excessus alterius, *c. 20. X. de privileg.*

LICERE.

Quod LICITUM est uni, non statim omnibus convenit, *c. 39. q. 1. caus. 16.*

Non omne, quod LICET, honestum est, *L. 144. pr. de R. I.*

Si alicui LICET, quod est plus, magis, quod est minus, *L. 5. §. 1. & 2. de in litem jurand.*

Non debet, cui plus LICET, quod minus est, non *licere*, *L. 21. d. R. I.*

LICET aliquid subinde in genere, quod non licet in specie, *c. 3. de* con-

conceſſ. Præbend. in 6. c. 12. X. de pænitent.

LICITVM quandoque eſt perficere, quod non eſt licitum incipere, *c. 7. X. de Iudæis & Sar.*

LICET ratione officii, quod alias non liceret, *c. 54. X. de ſent. excomm.*

LICENT multa ob pericula animarum, quæ alias non licent, *c. 5. X. de ſent. excomm.*

LICERE ſibi non putet Princeps, quod populo prohibet, *c. 2. diſt. 9.*

LICITVM non vitiatur per illicitum, *c. 19. X. de præbend.*

Nulli LICET quidquam contra jus naturale agere, *c. 2. diſt. 8.*

LICET nemini per alium, quod per ſeipſum non licet, *c. 5. X. de purg. canon.*

Cui LICET, quod plus eſt, eidem *licet* utique, quod eſt minus, *c. 53. de R. I. in 6.*

Intra LICITVM valet illud, quod fit ultra *licitum*, *L. 14. de vulgari & pupill. ſubſt.*

LICTOR.

Per LICTORES hodie manumiſſio, domino tacente, expediri ſolet, *L. 23. de manumiſſis vindiƐa.*

Etſi LICTORIS præſentia non eſſet, manumiſſio tamen fieri poteſt, *L. 8. eod.*

LIGARE.

In perſona Petri LIGANDI, atque ſolvendi poteſtatem accepit Eccleſia, *c. 6. q. 1. cauſ. 24.*

Non ſolvitur, vel LIGATVR, niſi quod autoritas B. Petri ſolverit, vel ligaverit, *c. 5. & 8. ead.*

LIGIVS, *a*, *m*.

LIGIVM feudum quodnam, *II. F. 99.*

LIGIVM eſt, ob quod fidelitas præſtatur nullo antepoſito, *II. F. 52. c. 2.*

LIGIVS homo duorum eſſe non poteſt, *II. F. 9.*

LIGIVM fieri non poteſt ex recognitione fratris, quod ante non erat ligium, *II. F. 52. c. 2.*

LIGNVM.

LIGNI appellatio nomen generale eſt; ſed ſic ſeparatur, ut ſit aliquid materia, aliquid lignum, *L. 55. pr. de legat. 3.*

LIGNVM eſt, quidquid comburendi cauſa paratum eſt, *ibid.*

LIGNI legati appellatione continentur etiam arbores, quæ comburendi cauſa nondum ſunt conſciſſæ, ſed ad concidendum ſunt deſtinatæ, *L. 55. §. 2. eod.*

Cui LIGNA legata ſunt, ad eum omnia ligna pertinent, quæ alio nomine non appellantur; veluti virgæ, carbones, nuclei olivarum, quibus ad nullam aliam rem, niſi ad comburendum, poſſit uti; ſed & balani, vel ſi qui alii nuclei, *L. 55. §. 1. eod.*

LIGNIS legatis, quod comburendi cauſa paratum eſt, continetur, ſive ad balnei calefactionem, ſive diætarum, hypocauſtarum, ſive ad calcem, vel ad aliam rem coquendam ſolebat uti, *L. 55. §. 3. eod.*

LIGNI legati appellatione continentur etiam virgulæ, germina, & ſarmenta, & ſuperamenta materiarum & vitium ſtirpes, atque radices, ſi ſit conſuetudo illius regionis, ut eis utantur pro lignis, non alias, *L. 55. §. 4. eod.*

LIGNORVM appellatione in quibusdam regionibus continentur etiam herbulæ quædam ſpinæ, & vepres, ut in Ægypto arundine pro ligno utuntur, & arundines & papyrum, i. e. *juncum*, comburunt; & in quibusdam regionibus ſtercora boum, quibus ad comburendum utuntur, *ligni* appellatione continentur, *L. 55. §. 5. & 6. eod.*

LIGNI appellatione continentur de pinu etiam integri ſtrobyli, i. e. pineæ,

neæ, quando nuclei ſunt extracti, *L. 55. §. 10. eod.* & *L. 167. de V. S.*

LIGNORUM appellatione non continentur, nec ligna ad carbones coquendos, conficiendosque parata, nec titiones, & alia *ligna* cocta, nec ſulphurata de ligno, nec illa, quæ ſunt parata ad faces, niſi teſtator expreſſerit, *L. 55. §. 7. 8. & 9. eod.* & *L. 167. de V. S.*

LIGNORUM appellatione pali & perticæ continentur, *L. 168. eod.*

LIMEN.

LIMEN dictum eſt, quaſi finis quidam & terminus, *§. 5. quib. mod. jus patr.*

LIMINA ſicut in domo finem quendam faciunt, ſic & imperii finem eſſe limen, veteres voluerunt, *ibid.*

In LIMINE ad D. Petrum Romæ, *II. F. 50.*

Epiſcopi promittunt in ſuo juramento, quod Papæ faciunt, ſe ſingulis annis, ſive per ſe, ſive per certum nuntium, viſitaturos LIMINA Apoſtolorum, *c. 4. X. de jurejur.*

LIMITES.
vid.
Finis.

LINEA.

LINEA quandoque ſumitur pro lineo vel filo, ſive funiculo, qui per medios uniones pertuſos transfigi ſolet, *L. 40. §. 2. de auro, argento,* &c.

LINEA.

LINEA eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, gradus continens, & numeros diſtinguens, *c. ult. q. 5. cauſ. 35.*

LINEA eſt vel recta, vel collateralis, *ibid.*

LINEA recta eſt vel aſcendentium, vel deſcendentium; In hac ſequens regula notanda eſt: *Quot ſunt perſonæ, de quibus quæritur, computatis intermediis una dempta, tot ſunt gradus inter eas, ibid.*

LINEA collateralis eſt vel æqualis, vel inæqualis, *ibid.*

In LINEA collaterali æquali talis regula traditur: *Quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite, toto duplicato diſtant inter ſe, vel ſibi attinent, ibid.*

In LINEA collaterali inæquali ſequens regula venit obſervanda: *Quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite, toto diſtant inter ſe, vel ſibi attinent, ibid.*

LINEA in collateralibus, non ita gradus in ſucceſſionibus attenditur, *II. F. 52.*

Ex LINEA procedentes, ad quam feudum per diviſionem venit, prius ſuccedunt, *ibid.*

In LINEA deficientibus, ad quam ex diviſione feudum pervenerit, omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur, *ibid.*

LINGVA.

Cum ſonitu LINGVAE concordare debent opera Sacerdotis, *c. 1. diſt. 43.*

Niſi LINGVA à detractionibus cohibeatur, jejunare, vel orare nihil prodeſt, *c. 23 diſt. 5. de conſecr.*

Qui LINGVAM ſuam non refrænat, hujus vana eſt religio, *c. 3. q. 4. cauſ. 5.*

LINGVA delatori capuletur, aut convicto caput amputetur, *c. 5. pr. q. 6. ead.*

Non hominum LINGVAE, ſed conſcientiæ nobis curandæ ſunt, *c. 55. q. 3. cauſ. 11.*

Si cui LINGVA abſciſſa ſit, ſanus non eſt, & ideo in eo habet locum ædilitium edictum, *L. 8. de ædilitio edicto.*

LINGVAE lubricum non facile ad pœnam eſt trahendum, *L. 7. §. 3. ad L. Iul. majeſtatis.*

LINGVA.

In univerſitatibus debent eſſe Magiſtri LIN-

LINGVARVM, Hebraicæ, Arabicæ, Chaldaicæ, & quidem duo pro qualibet *lingua*, *Clem. c. 1. de Magistr.*

Omnis LINGVA habet sua quædam propria genera locutionum, quæ in alia translata, videntur absurda, *c. 14. dist. 38.*

LINTRARIVS.

LINTRARII dicuntur, qui parvas naves habent, & exercent, his nihil cavetur, *L. 1. §. 4. nauta, caupones* &c.

LINVM.

LINO legato, tam factum, quam infectum continebitur, quodque netum, quodque in tela est, quod est nondum detextum, *L. 70. §. 11. de legat. 3.*

LIS.

In LITE Dominus defendit Vasallum, *II. F. 25.*

LITIS nomen (*omnem*) actionem significat, sive in rem, sive in personam sit, *L. 36. de V. S.*

LIS à contentione dicta est, *c. 10. X. de V. S.*

LIS ex ignorantia provenit, & garrulitatem nutrit, in *pr. dist. 46.*

Prorogatio LITIVM fit aliquando ex subtili ordinis Iudicarii observatione causarum, *Clem. c. 2. de judic.*

LITE mota, nihil ab alterutra parte innovandum est in præjudicium alterius, *c. 9. X. de constit.*

LIS decidenda est secundum jura existentia tempore controversiæ, non autem secundum privilegium impetratum lite pendente, nisi de litis pendentia mentionem faciat, *c. 5. X. ut lite pendente nihil innovetur.*

LITE pendente uxor debito jure carnali privari non debet, *c. 2. X. eod.*

LITE pendente, res litigiosa in alium transferri non debet, *c. 3. X. eod.*

Antequam LIS inchoëtur, potest quis Iudicem sibi suspectum recusare, & ad alium recurrere, *c. 15. §. 4. q. 5. caus. 3.*

Sub IVDICE suspecto litigare periculosum est, *c. 5. X. de except.*

LITES instaurari non debent prætextu novorum instrumentorum, *c. 20. X. de sent. & re judic.*

LITES non debent immortales fieri, *Extrav. comm. c. ult. §. nos, qui* &c. *de Prabend.*

LITES debent celeriter terminari, *c. 2. X. de sententia & re judic.*

LITES prorogari non debent, *c. ult. de arbitr. in 6.*

LITEM non debet protrahere Advocatus industria, *c. 2. §. 10. q. 7. caus. 3.*

LITIVM dispendia Iudices æquitate debent coarctare, *c. 3. de rescript. in 6.*

LITIS emptiones & cessione prohibentur, & puniuntur jactura causæ, *c. 2. X. de alien. judic. mut.*

Ne LIS in infinitum prorogetur, non licet reprobare testes reprobatorios reprobatoriorum, sed tantum probatorios, & reprobatorios probatoriorum, *c. 49. X. de testib.*

LITI renuntiare intelligitur, qui renuntiat instrumentis, *c. 4. X. de pact.*

LITEM calumniose agens in expensis condemnatur alteri parti, *c. 4. X. de pœnis.*

LITIS expensas necessarias de bonis monasterii habent Monachi Abbatem suum accusantes, vel denuntiantes, *c. 11. X. de accusat.*

LIS dicitur mota, cum fuerit contestata, *c. 30. X. de V. S.*

LITI in totum renuntiasse dicitur ille, qui destitit, non ille, qui distulit, *L. 21. de minor.*

LIS inchoata dicitur, quando est ordinata per libellum & satisdationem, licet

licet lis non sit contestata, *L. 12. ex quibus causis major.*

LITES execrans non est vituperandus, *L. 4. §. 1. de alienat. judic. mut. causa* &c.

LITES minui & dirimi ad Iudicis officium pertinet, *L. 21. de rebus creditis* &c.

LITIVM finiendarum remedium triplex est, scilicet sententia, transactio, & juramentum, quod inter alia remedia est maximum, *L. 1. de jurejurando* &c.

LITIS dominus dicitur ille, qui litem suo nomine contestatus est, *L. 7. de in litem jurando.*

LITIS & executionis eventus dubius est, & incertus, *L. 51. de petul.*

LITI se offerre non dicitur ille, qui se obtulit ex necessitate, *L. 2. de administr. & periculo tutor.*

LITIS pendentia sola in causa liberali non facit servum haberi pro libero, nec privat dominum possessione, *L. 3. §. 10. de acquir. poss.*

LITES ne fiant immortales, & vitæ hominum terminum excedant, Princeps & Iudices debent intendere, *L. 13. pr. C. de judic.*

LITES omnes debent procedere & definire sine ulla suspicione, *L. 16. C. eod.*

LITES non sunt protrahendæ, *§. 11. de exception.*

LITES sunt amputandæ ac dirimendæ, *§. 12. de inutilib. stipul.*

LITIS *æstimatio.*

LITIS æstimatio similis est venditioni, *L. 7. §. 1. de public. in rem act.*

LITIS æstimationem solvens similis est emptori, *L. 5. §. 1. commodati.*

LITIS *contestatio.*

LITIS contestationes & pœnales actiones transmittuntur ab utraque parte, & temporales perpetuantur, *L. 8. §. 1. de fidejuss. & nomin.*

LITIS contestatio fieri potest per confessionem, negationem, vel dubitationem, *L. 42. de heredit. petit.*

Ante LITIS contestationem quæ contingunt, non veniunt in judicium, nisi ea speciatim in libello petantur, *L. 25. §. 8. de ædilitio edicto.*

LITIS contestatione accipitur judicium, *L. 23. de judiciis.*

LIS contestata tunc videtur, cum Iudex per narrationem negotii causam audire cœperit, *L. 1. C. de litis contestatione.*

LITIS contestatio permultum differt ad edita actione, *ibid.*

LITIS contestatio intra duos menses fieri debet, *Auth. Libellum. C. eod. Nov. 96. c. 1.*

Omissa LITIS contestatione, processus nullus est, *c. un. X. de lit. contest.*

LITE contestata, juramentum calumniæ præstari debet, *c. 6. X. de juram. calumn.*

Ante LITIS contestationem possessori spoliato cuncta sunt restituenda, ita ut nec judicari, nec citari possit, priusquam restituatur, *c. 3. q. 2. caus. 3.* & *c. 1. sqq. q. 2. caus. 2.*

LITIS contestatione jurisdictio perpetuatur, *c. 19. X. de offic. deleg.*

LITIS contestatio facienda est coram Iudice appellationis, *c. 18. X. de testam.*

De LITIS contestatione constat per confessiones partium, licet non reperiatur in actis, ex quo partes confitentur, *c. ult. X. de probat.*

Post LITIS contestationem, eo, qui vim fecit, vel concussionem intulit, vel aliquid deliquit, defuncto, successores ejus in solidum, alioquin in quantum ad eos pervenit, conveniri juris absolutissimi est, ne alieno scelere ditentur, *L. un. C. ex delictis defunctorum* &c.

LITANIA.

LITANIAS facere prohibentur Laici sine

sine Episcopo, aut Clericis, *Auth. Sed novo jure &c. C. de Episcopis & Clericis* &c. *Nov. 123. c. 31.*

Si quis LITANIAS concusserit, capite plectatur, *ibid.*

Ante diem Ascensionis LITANIAE triduo celebrentur, *c. 3. dist. 3. de consecr.*

LITERAE.

LITERAE faciunt fidem, dummodo sint approbatæ, *L. 65. de procurat.*

LITERAE, licet aureæ sint, perinde chartis membranisve cedunt, ac solo cedere solent ea, quæ inædificantur, aut inferuntur, *§. 33. de R. D.*

Si LITERAE Judicis aliquid ultra veterem consuetudinem contineant, præsumuntur erroneæ, *L. 4. C. de canone largition. titulorum. X.*

LITERARUM clausula: *Si ita est*, debet referri ad omnia contenta, *c. 25. X. de rescript.*

LITERAS de rato debet habere procurator, *c. penult. X. de juram. calum.*

LITERAS vindictam sanguinis continentes Clericus scribere, vel dictare non debet, *c. penult. X. ne Clerici vel Monachi.*

Clerici & Monachi, qui de suis Civitatibus ad alienam urbem proficiscuntur, nisi muniti veniant Prælatorum suorum LITERIS, non sunt Clerici vel Monachi reputandi, *Extrav. comm. c. 1. de elect.*

LITERARUM copia facienda est adversario ad inspiciendum, *c. 3. X. de fide instrum.*

Qui LITERAS Judicis falsat, debet privari eo, super quo litigatur; propter hoc tamen non acquiritur jus alteri parti, *c. 25. X. de rescript.*

LITERIS ordinariis Judicis statur, *c. 24. X. de sent. & re judic.*

LITERAS Judicum nemo debet aperire, Judicibus ignorantibus, *c. 33. X. de offic. deleg.*

LITERIS monitoriis jus confertur, *c. 5. X. de rescript.*

Qui LITERIS falsis gravat adversarium, est ipsi in expensas condemnandus, *c. 3. X. eod.*

Per LITERAS falsas sententia lata, non debet executioni mandari, *c. 2. X. de crimin. falsi.*

Per LITERAS subreptitias factum, irritum est, *c. 27. X. de rescript.*

Quidquid LITERIS subreptitiis obtentis fit, posita exceptione cassatur, *c. 22. X. eod.*

LITERAE, quæ ab initio effectum non habent, tractu temporis incipiunt habere, *c. 11. X. de for. compet.*

LITERAE posteriores debent facere mentionem de prioribus, alias priores non revocantur, *c. 3. X. de rescript.*

LITERAE præter assensum partium impetratæ, non præjudicant primis, communi consensu impetratis, *c. 33. X. eod.*

Post revocationem LITERARUM sententia lata non valet, *c. 4. X. de restit. spoliat.*

LITERAE à Procuratore revocato impetratæ, non valent, *c. 33. X. de rescript.*

LITERAE impetratæ super beneficio, suppresso nomine dignitatis, non valent, *c. 8. X. eod.*

Impetratarum LITERARUM jurisdictio, si intra annum negligatur, vel ex malitia supprimatur, expirat, *c. 23. X. eod.*

LITERAE super re litigiosa impetratæ, de mota lite non facientes mentionem, non valent, *c. 26. X. eod.*

Qui falsas LITERAS impetravit, caret commodo illarum, *c. 3. X. eod.*

LITERIS Episcoporum creditur, *c. 5. X. de Cler. non resident.*

LI-

LITERAE per subreptionem obtentæ non valent, *c. 22. & 26. X. de rescript.*

LITERAE sine speciali Domini mandato non valent, *c. 28.* & *33. X. eod.*

Non valent LITERAE executoriæ, in quibus impetrans falso dixit, monitorias præcessisse; alioquin valent, *c. 37. X. eod.*

Quando Papa prior LITERAS monitorias ad Ecclesiam, pro aliquo in Canonicum recipiendo, dedit, & posterior dedit Executorias, prior intelligitur gravasse Ecclesiam, non posterior, *c. 39. X. eod.*

LITERAS secundas non mittit Papa scienter, nisi faciant mentionem de primis, *c. 23. X. eod.*

LITERAE papales reprobantur propter vitium grammaticale, *c. 11. X. eod.*

LITERIS Papæ si inseratur clausula: *Quod si non omnes*, intelligitur tam de impotentia facti, quam juris, *c. 13. X. eod.*

LITERAE *appellationis.*

LITERAE appellationis, seriem facti continere debent, *c. 5. X. de cohabit. Cleric.*

LITERAE *authenticæ.*

LITERAE authenticæ sigillo signatæ, & instrumentum publicum, vim habent parem in probando, *c. 2. de offic. Ordin. in 6.*

LITERAE authenticæ vel ab ipso Principe, vel ab eo, qui ad hoc officium per Principem deputatus est, debent recipi, *c. 4. X. de crimine falsi.*

LITERAE *commendatitiæ.*

LITERAE commendatitiæ trahi non debent ad hoc, ut pecunia mutuetur, *L. 13. C. quod cum eo, qui in aliena* &c.

LITERAE commendatitiæ, vel epistolæ familiares, quibus homines plerumque commendant absentem, non censentur emissæ animo obligandi, sed simpliciter commendandi, *ibid.*

LITERAE *dimissoriæ.*

LITERAE dimissoriæ dicuntur *Apostoli*, & quidem ideo vocantur dimissoriæ, eo quod per eas causa ad eum, qui appellatus est, dimittitur, *L. 106. de V. S.*

LITERATVS.

LITERATVS admittitur ad aliqua, ad quæ non recipitur illiteratus, *§. 8. de excusation.*

LITIGARE.

LITIGANTIVM malitia debet compesci, *Clem. c. un. in pr. de sequestrat.*

Facile LITIGANTES testes esse non possunt, nec accusatores, *c. 4. q. 5. caus. 3.*

LITIGANTES gravari non debent ex alieno facto, *c. 10. de officio deleg. in 6.*

LITIGANTES debent relevari à laboribus & expensis, *c. 5. de officio Ordin. in 6.*

LITIGANTES moniales non debent personaliter venire, sed procuratorem sufficientem mittere, *c. 43. de elect. in 6.*

LITIGARE juste dicitur ille, qui litigat causa conservandi suum pudorem, *L. 25. de procurator.*

Ad LITIGANDVM ne homines de sua jurisdictione de facili procedant, debet Princeps studere, *pr. Inst. de pœna temere litigant.*

Temere LITIGANTES triplici pœna coarctantur, pecuniaria, perjurii & infamiæ, *ibid.*

LITIGANS actor calumniose olim puniebatur in decima parte litis, hodie vero pœna perjurii, & victori in expensis condemnabitur, *§. 1. eod.*

LITIGATOR.

Improbus LITIGATOR & damnum & impensas litis inferre adversario suo tenetur, *§. 1. de pœna temere litigant.*

LITIGATOR unus ex pluribus litigantibus familiæ erciscundæ, communi dividundo, vel finium regundorum, si decesserit, relictis pluribus heredibus, non potest judicium in partes scindi, sed aut omnes heredes coheredis decedentis accipere debent judicium loco unius personæ, aut procuratorem unum instituere, *L. 48. familiæ erciscundæ.*

LITIGIOSUS, *a*, *m*.

LITIGIOSIS actibus non debent se immiscere religiosi, *Clem. c. 1. §. amplius. de V. S.*

LITIGIOSUS ideo ordinari prohibetur, quia talis discordiam seminare non cessat, *c. 1 dist. 46.*

LITIGIOSAM rem non facit denunciatio, quæ impediendæ venditionis causa fit, *L. 1. pr. de litigiosis.*

LITIGIOSAM rem emens si cecidit à possessione, & eam petat ab aliquo, obstat ei exceptio rei litigiosæ, *L. 1. §. 1. eod.*

LITIGIOSA res ut fiat, inspicitur scientia, vel ignorantia ejus, qui emit, & non ejus, cui acquiritur, *L. 2. eod.*

LITIGIOSAM rem consecrare, vel dedicare in sacrum, prohibitum est, alioquin consecrans patitur pœnam dupli, & applicatur ille adversario, *L. 3. eod.*

LITIGIOSAM rem vel alii obligatam non potest vendere procurator Cæsaris, sed bene rem sibi obligatam, *L. 22. pr. de jure fisci.*

LITIGIOSAM rem non facit venditio pignoris facta per creditorem, etiamsi debitor contradicat, *L. 1. C. de litigiosis.*

LITIGIOSA res est, de cujus dominio causa movetur inter possessorem & petitorem, judiciaria conventione, vel precibus Principi oblatis, & judici insinuatis, & per eum futuro reo cognitis, *Auth. Litigiosa res &c. C. eod. Nov. 112. c. 1.*

LITIGIOSA res vel actio litigiosa non potest transferri aliquo titulo in conjunctam, nec in extraneam personam lite pendente, *L. 2. C. eod.*

LITIGIOSA res vel actio litigiosa si legetur, debetur æstimatio, litigiosa re apud heredem remanente, *L. 3. C. eod.*

LITIGIOSAM rem scienter emens tenetur illam restituere, nec pretium repetit, sed illud & tantundem venditor fisco solvit, *L. 4. pr. C. eod.*

LITIGIOSAM rem ignoranter emens tenetur eam restituere, pretium tamen recuperabit, & ultra illud tertiam partem æstimationis, rei vindicatione irrita manente, *L. 4. §. 1. C. eod.*

LITIGIOSAM rem si quis donaverit, donatarius tenetur donatori eam restituere, & donator mulctatur in tertia parte æstimationis rei præstanda donatario, *L. 4. pr. C. eod.*

LITIGIOSA res potest dari in dotem, & in donationem ante nuptias, vel ex causa transactionis, *L. 4. §. 1. C. eod.*

LITIGIOSA res legari, vel fidei committi potest, vel dari ex causa communi dividundo, *ibid.*

LITIGIOSA res hodie si legetur, solum debetur litis eventus, ita quidem, quod si heres vincat, rem restituet legatariis, si nihil consequitur, nihil tenetur dare legatariis, *Auth. Nunc si &c. C. eod. Nov. 112. c. 1.*

LITIGIOSA res efficitur mobilis & immobilis, cum inter petitorem & possessorem de ejus dominio causa movetur per judicialem conventionem,

nem, aut per preces Principi oblatas, & insinuatas Iudici, & per eum adversario interpellationes cognitas, d. *Nov. 112. c. 1.*

LITIGIOSA res ut fiat, non est necesse litem contestari, sed sufficit libellum dari, *ibid.*

LITIGIOSAM actionem, vel dubiam ex causa donationis respublica vel fiscus suscipere non potest, *L. 2. C. ne fiscus vel respubl.*

LITUS.

LITUS est, quousque maximus fluctus à mari pervenit: Idque Marcum Tullium ajunt, cum arbiter esset, primum constituisse, *L. 96. pr. de V. S.* & *§. 3. de R. D.*

LITUS publicum est eatenus, qua maxime fluctus exæstuat, *L. 112. eod.*

LITORA maris omnia communia sunt quoad usum & dominium, §. *1. de R. D.*

In LITORE maris lapilli, gemmæ, & cætera, quæ inveniuntur, jure naturali occupantis fiunt, §. *18. eod.*

Ad LITUS maris accedere nemo prohibetur piscandi causa, dum tamen à monumentis & ædificiis abstineat, *§. 1. eod.*

LITORUM usus publicus est, & juris gentium, sicut & ipsius maris, & ob id cuilibet liberum est casam ibi ponere, in quam se recipiat; sicut retia siccare, & ex mari deducere, *§. 5. eod.*

Quod in LITORE quis ædificaverit, ejus erit, *L. 14. pr. de A. R. D.*

LITORA publica non ita sunt, ut ea, quæ in patrimonio sunt populi, sed ut ea, quæ primum à natura prodita sunt, & in nullius adhuc dominium pervenerunt, *ibid.*

LOCARE.

Si LOCAVERO tibi habitationem, mox pensionem remittam, ex locato conducto agendum erit, *L. 5. locati.*

LOCARE servitutem nemo potest, *L. 44. eod.*

Si domum tibi LOCAVERO, & servi mei tibi damnum dederint, vel furtum fecerint, non teneor tibi ex conducto, sed noxali actione, *L. 45. pr. eod.*

Si quis mihi LOCAVERIT domum bona fide emptam vel fundum, isque sit evictus sine dolo malo culpaque ejus, *Pomponius* ait, nihilominus eum teneri ex conducto ei, qui conduxit, *L. 9. pr. eod.*

Si fructuarius LOCAVERIT fundum in quinquennium, & decesserit, heres ejus non tenetur, ut frui præstet, *L. 9. §. 1. eod.*

LOCANS insulam ea combusta non tenetur conductori, ipse tamen conductor tenetur ad pensionem pro rata temporis, quo fruitus est, *ib.*

Si quis LOCAVERIT fundum, *ut etiam si quid vi majore accidisset, hoc ei præstaretur*, pacto standum est, *L. 9. §. 2. eod.*

Si LOCAVERIS mihi alienam domum, eaque mihi legata vel donata sit, non teneor tibi ex locato ob pensionem, sed de tempore jam præterito pensio debetur, *L. 9. §. 6. eod.*

Si fundus, quem mihi LOCAVERIS, publicatus sit, teneri te actione ex conducto, ut mihi frui liceat, quamvis per te non stet, quo minus id præstes, *L. 33. eod.*

LOCANS insulam ædificandam, & solum corruit, tenetur conductori mercedem solvere pro eo opere, quod fecit conductor, antequam rueret, & ita interitus est ad damnum locantis, *L. 33. eod.*

Qui LOCAVIT operas suas, totius temporis mercedem accipere debet,

ſi per eum non ſtitit, quominus operas præſtet, *L. 38. pr. eod.*

Si LOCATVM tibi ſervum ſubripias, utrumque judicium adverſus te eſt exercendum, locati actionis, & furti, *L. 42. eod.*

LOCANS tibi ſervum, ut eum haberes in taberna, ſi is tibi fecit furtum, teneor tibi furti noxali judicio, & non ex conducto, *L. 45. §. 1. eod.*

Si ignorans quis militi, quaſi pagano LOCAVERIT, exigere illum poſſe, probandum eſt, non enim condemnit diſciplinam, qui ignoravit militem, *L. 50. eod.*

LOCANS horrea non tenetur de eorum effractura facta à latronibus & de rebus furto ſublatis, niſi cuſtodiam promiſerit, tenetur tamen cuſtodes exhibere, & ſervi ejus, cum quo contractum eſt, propter ædificiorum notitiam torqueri poſſunt, *L. 55. eod.*

LOCANS inſulam uno pretio, & eam vendidiſti, *ita ut emptori mercedes inquilinorum accederent*; quamvis conductor majore pretio locaret, tamen id emptori accedit, quod tibi conductor debeat, *L. 58. pr. eod.*

LOCANS tota horrea de cuſtodia non tenetur, niſi in locando aliter convenerit, *L. 60. §. 9. eod.*

Nemo prohibetur rem, quam conduxit, fruendam alii LOCARE, ſi nihil aliud convenit, *L. 6. C. de locato.*

Si quis dolia vitioſa ignarus LOCAVERIT, deinde vinum effluxerit, tenebitur in id, quod intereſt, nec ignorantia ejus erit excuſata, *L. 19. §. 1. locati.*

LOCANS ædem faciendam ſi promiſit conductori pro eo, quod eſt neceſſarium in opus lapideum, & pro manuum opera in pedes ſingulos ſeptem, pro rata operis facti, h. e., pro conſumatis pedibus, poteſt conductor petere mercedem etiam æde nondum conſumata, *L. 30. §. 3. eod.*

Opus, quod *averſione* LOCATVM eſt, donec approbetur, conductoris periculum eſt, *L. 36. eod.*

LOCANS domum tenetur præſtare conductori, ut non ſolum habitare, ſed etiam locare aliis perſonis idoneis, & habitare cum aliis poſſit conductor pro ſuo tempore, *L. 60. pr. eod.*

LOCANS fundum tenetur præſtare conductori inſtrumenta, quæ ſolent præſtari, quod ſi non præſtat, tenetur ei ex conducto, *L. 19. §. 2. eod.*

LOCANS fundum tenetur conductori vel colono præſtare dolia, prælum, & trapeta, inſtructa funibus, & alia inſtrumenta neceſſaria fructuum liquidorum quærendorum cauſa, quod ſi non præſtiterit, tenetur ex conducto, *ibid.*

LOCANS fundum tenetur conductori vel colono præſtare regulas, i. e. *tabulas*, quibus oliva prematur, & prælum, & ſuculam, & tympanum, & trochleas, quibus relevatur prælum, & ahenum, in quo oliva aqua calida lavatur, & dolia, & cætera vaſa olearia, quæ ad præſentem uſum colono ſunt neceſſaria, niſi aliud ſpecialiter dictum ſit, *ib.*

LOCANS fundum vel domum in quinquennium, contra colonum, qui culturam fundi, vel contra inquilinum, qui habitationem deſeruit ex voluntate, poteſt etiam agere pro mercede futuri temporis, ſecus ſi ex neceſſitate, *L. 24. §. 2. eod.*

Qui in plures annos LOCAVERAT fundum, teſtamento ſuo damnavit heredem, *ut conductorem liberaret*; Si non patiatur heres eum reliquo tempore frui, eſt ex conducto actio, quod ſi patiatur, nec mercedes remittat,

mittat, ex testamento tenetur, *L. 24. §. 5. eod.*

Qui alicui LOCAVIT fundum fruendum, vel habitationem, si aliqua ex causa fundum, vel ædes vendat, curare debet, ut apud emptorem quoque eadem pactione & colono frui, & inquilino habitare liceat, alioquin prohibitus is aget cum eo ex conducto, *L. 25. §. 1. eod.*

LOCANS fundum in plures annos si decessit illo fundo legato alicui, heres ejus non potest agere contra colonum, ut colat, cum sua non intersit, legatarius tamen poterit dejicere colonum, & tunc colonus aget contra heredem ad interesse, *L. 32. eod.*

LOCANS agrum sulphurarium poterit agere actione furti contra ex illo agro surripientem terram, ex qua sulphur extrahitur, & quicquid consequutus fuerit, tenetur præstare conductori actione conducti, *L. 52. §. 8. de furtis.*

LOCANS scienter saltum pascuum, in quo herba mala nascebatur, si pecora mortua, vel deteriorata sint, tenetur ad omne interesse, si vero ignorabat herbam malam ibi nasci, non tenetur ad interesse, neque potest petere pensionem, *L. 19. §. 1. eod.*

LOCARI & conduci bona Ecclesiæ non possunt ultra triennium, *Extrav. comm. c. un. de reb. Eccl. non alien.*

LOCARI ad tempus possunt bona Ecclesiarum sub annuo censu, *c. ult. X. ne Prælat. vices suas.*

LOCARE possunt personæ ecclesiasticæ proventus decimarum his, cum quibus conditio Ecclesiæ fit melior, statuto Diœcesani contrario non obstante, & eadem ratio est de aliis rebus Ecclesiæ, *c. 2. X. de locato & conducto.*

LOCARE nemo debet alienigenis domos ad exercendum fœnus; imo si sciant tales jam conduxisse, debent eos expellere, sub pœna excommunicationis infra tres menses, *c. 1. de usur. in 6.*

LOCARI non debet domus in præjudicium inhabitantium, *c. 1. X. de locat. & conduct.*

LOCANS operas suas artifex videtur asserere se peritum esse in illa arte, *L. 9. §. 6. locati.*

LOCANS operas suas non tenetur de damno contingenti ex culpa levissima illius vel illorum, quorum opera utitur, sed de levi culpa, *L. 25. §. 7. eod.*

In operis duobus simul LOCATIS convenit priori conductori ante satisfieri, *L. 26. eod.*

LOCANS operas suas, ut certum opus faceret, tenetur de operis vitio, sive una pensio, sive in singulos dies fuerit præstita; qui autem operas suas singulis diebus locat, neque ad certum tempus adstringit, non tenetur de operis vitio, *L. 51. §. 1. eod.*

LOCANS operas ad vehendum frumentum vel hordeum ex locato convenitur, si accepta pecunia eas non præstat, *L. 14. C. de locato.*

LOCARI potest feudum, *II. F. 9. §. 1.*

LOCATIO.

LOCATIO & conductio proxima est emptioni & venditioni, iisdemque juris regulis consistit, *pr. Inst. de locatione & conduct. L. 2. pr. locati.*

LOCATIO & conductio ita contrahi intelligitur, si merces constituta sit, *ibid.*

LOCATIO valet, etiam si merces alieno arbitrio promissa sit, *§. 1. eod.*

LOCATIO facta incerta mercede constituta efficitur contractus innominatus, *ibid.*

LOCATIO non dicitur, quando quis tibi

tibi aliquam rem utendam & fruendam, & tu aliam similiter utendam & fruendam dedisti, sed dicitur tunc contractus innominatus, *§. 2. eod.*

LOCATIO & conductio, cum naturalis sit, & omnium gentium, non verbis, sed consensu contrahitur, sicut emptio & venditio, *L. 1. locati.*

LOCATIO & conductio adeo habet familiaritatem aliquam cum emptione & venditione, ut in quibusdam casibus quæri soleat, an sit emptio & venditio, an locatio vel conductio, *L. 2. §. 1. eod.*

LOCATIO, precariive rogatio ita facta, *quoad is, qui eam locasset, dedissetve, vellet*, morte ejus, qui locavit, tollitur, *L. 4. eod.*

Sicut emptio, ita & LOCATIO, sub conditione fieri potest, *L. 20. pr. eod.*

LOCATIO donationis causa contrahi non potest, *L. 20. §. 1. eod.*

Quotiens faciendum aliquid datur, LOCATIO est, *L. 22. §. 1. eod.*

LOCATIO dicitur, & non emptio, quando quis locat opus ædificandum in solo suo de materia conductoris, licet in eum transferat conductor dominium suæ materiæ, *L. 22. §. 2. eod.*

LOCATIO & conductio non contrahitur, ubi merces contrahitur arbitrio incertæ personæ, sed ubi committitur arbitrio certæ personæ, recte contrahitur, veluti *quanti Titius æstimaverit*, & valet, si is, qui nominatus est, mercedem definierit, secus si noluerit definire, vel non potuerit, *L. 25. pr. eod.*

LOCATIO proprie non dicitur inter dominum & colonum partiarium, sed dicitur societas, *L. 25. §. 6. eod.*

LOCATIO non solet dominium mutare, *L. 39. eod.*

LOCATIO facta uno numo non valet, quia hoc donationis instar inducit, *L. 46. eod.*

LOCATIO non est, quando ego do tibi pecuniam, ut tu aliquid facias, puta *ut servum manumittas*, quia tale est factum, quod non consuevit locari, dicitur tamen contractus innominatus, do ut facias, *L. 5. §. 2. de præscriptis verbis* &c.

LOCATIO vero est, quando tibi pecuniam do, ut *tabulam pingas*, quia ejusmodi factum locari solet, *ib.*

LOCATIO similiter non fit ut venditio, nam in emptione transfertur dominium, non vero in locatione, *L. 43. de ædilitio edicto.*

LOCATIO vectigalium, quæ calor licitantis ultra modum solitæ conductionis inflavit, ita demum admittenda est, si fidejussores idoneos, & cautionem is, qui licitatione vicerit, offerre paratus sit, *L. 9. pr. de publicanis.*

LOCATIO agrorum publicorum facta per officiales in perpetuum, id est, quamdiu solvatur vectigal, non potest sine causa revocari per officiales sequentes sine autoritate Principis, *L. 11. §. 1. eod.*

LOCATIO non probat dominium, nec possessionem, *c. 6. X. de fide instrum.*

LOCATIONES Ecclesiæ libere revertuntur ad eam, si conductor inciderit in crimen læsæ Majestatis, *Clem. c. 1. in pr. de pœnis.*

Si LOCATIO fundorum publicorum fuerit finita, & primus conductor tantum offert, quantum novus, tunc in locutione præfertur, *L. 4. C. de locatione prædiorum civilium &c. XI.*

LOCATIO & conductio etiam non intervenientibus instrumentis rata habetur, *L. 24. C. de locato* &c.

In LOCATIONE & conductione veniunt dolus & custodia, non vero casus,

casus, cui resisti non potest, *L. 28. C. eod.*

LOCATOR.

LOCATOR horrei non tenetur præstare conductori periculum vis majoris, vel effracturam latronum, *L. 1. C. de locato.*

LOCATOR horrei tenetur de culpa præsumpta, *ib.*

LOCATOR horreorum non tenetur ultra, quam ut exhibeat custodes, *L. 4. C. eod.*

LOCATOR horreorum non tenetur de effractura, nisi custodiam promiserit, tenetur tamen custodes exhibere, *ibid.*

LOCATOR non tenetur colono ad damnum illatum per agressuram latronum in rebus coloni existentibus in possessionibus conductis, *L. 12. C. eod.*

LOCATORES duo si fundum locaverint colono, & unus eorum pensionem remiserit contra legem contractus, atque consuetudinem regionis, hoc alii præjudicium afferre non potest, *L. 19. C. eod.*

LOCATOR inquilinum potest expellere, si immineat necessitas, quæ non imminebat tempore locationis; vel si refectione indigeat domus; vel si non solvat canonem per biennium, *c. 3. & 4. X. de locat. & conduct.*

LOCATOR propter sterilitatem gravem conductori sine sua culpa contingentem remittit pensionem pro rata, nisi possit cum ubertate præcedentis vel sequentis temporis compensari, *c. 3. X. eod.*

LOCATOR vel conductor possessionum tenentur ad decimas, nisi se immunes ostendant, *c. 24. X. de decim.*

LOCATOR si locavit tibi alienam insulam pro 60. tu eamdem locasti pro 60. alii, si secundus conductor prohibitus à vero domino habitare, tu adversus primum locatorem poteris agere ex conducto ad 60, cum tu tenearis secundo conductori in 60, & sic tenetur primus locator tibi, quantum interest secundi conductoris, *L. 7. locati* &c.

Si LOCATOR exceperit in locatione, *ut frumenti certum modum certo pretio acciperet*, si *locator* nolit frumentum accipere, neque pecuniam ex mercede deducere; potest quidem totam summam ex locato petere, sed utique consequens est existimare, officio Iudicis hoc convenire, habere rationem, quando conductoris intererat, in frumento potius, quam in pecunia solvere pensionis exceptam portionem, *L. 19. §. 3. eod.*

LOCATOR tenetur præstare commoditatem inquilino ad auferendas res, quas ipse induxit in domum, si commode auferri possunt sine damno domus, alias tenetur cavere de damno infecto, *L. 19. §. 4. eod.*

LOCATOR si colonum ad quinquennium non patiatur primo anno frui, statim colonus potest agere ad interesse nomine totius quinquennii, neque liberatur ex eo, quod secundo vel tertio anno patiatur fundo frui, *L. 24. §. 4. eod.*

LOCATOR si colonum ad quinquennium non patiatur frui, deinde post paucos dies pœnitentiam egit, ac patiatur fundo frui, si omnia colono sunt integra, *locator* non tenetur colono ad aliquid, neque pensio sibi in aliquo ob id debet minui, *ib.*

LOCATOR tenetur reficere ostia, & fenestras domus, *L. 25. §. 5. eod.*

LOCATOR si prohibuerit colonum fundo frui, tenetur ei quanti ejus interfuit frui, in quo venit etiam lucrum ejus, *L. 33. eod.*

LOCATOR si locaverit fundum decem, conductor tamen existimat quinque se conduxisse, nihil agitur in ejus præjudicium, nec valet; sed si locator senserit, se locare minoris, conductor vero pluris se conducere, non erit pluris conductio, quam locator senserit, *L. 52. eod.*

LOCATOR horrei propositum habuit *se aurum, argentum, margaritam non recipere suo periculo*; deinde cum sciret has res inferri, passus est, sic videtur remisisse propositum, *L. 60. §. 6. eod.*

LOCATOR si convenit de solvenda sibi mercede ad certum diem, & nihil de usuris dixit, post eum diem sibi debentur usuræ, quia conductor in mora est de interpellante pro homine, *L. 17. §. 4. de usuris.*

LOCATOR tenetur exonerare colonum à præstatione mercedis propter omnem vim, cui resisti non potest, veluti fluminum, graculorum, sturnorum, & siquid simile acciderit, aut incursus hostium fiat, *L. 15. §. 2. locati* &c.

LOCATORIBUS & conductoribus licitum est in pensione se invicem decipere sine dolo, & prætextu minoris pensionis locatione facta, si nullus dolus adversarii probari possit, rescindi non potest locatio, *L. 22. §. 3.* & *23. eod.*

LOCATOR si impediat habitationem conductoris propter refectionem necessariam domus, tenetur conductori remittere pensionem domus pro rata temporis, sed si impediat ob refectionem non necessariam, tenetur ad interesse, *L. 30. pr. eod.*

LOCATORI invecta & illata in urbanis habitationibus sunt obligata pro pensione, quamvis nihil nominatim sit conventum, *L. 4. pr. de pactis.*

LOCVPLES.

LOCVPLES est, qui satis idonee habet pro magnitudine rei, quam actor restituendam esse petit, *L. 234. §. 1. de V. S.*

LOCVPLETIOR non est factus, qui libertum acquisierit, *L. 126. §. 1 de R. I.*

LOCVPLETIOR dicitur ille, qui non est pauperior, *L. 47. §. 1. de solution.*

LOCVPLETIOR an sit quis, inspicitur tempus litis contestationis, *L. 34. pr. de minor.*

LOCVPLETIOR an sit facta uxor ex donatione facta sibi à viro, vel econtra vir, inspicitur tempus litis contestationis, *L. 7. pr. de donat. inter vir. & uxor.*

LOCVPLETIOR non dicitur quis habens jus adeundi hereditatem, *L. 63. pr. ad L. Falcidiam.*

LOCVPLETARE.

LOCVPLETARI non debet quis ex alienis laboribus, *§. 1. per quas personas cuique acquir.*

Non debet quis LOCVPLETARI cum alterius injuria, vel jactura, *c. 48. X. de R. I.*

LOCVS.

LOCVS non est fundus, sed portio aliqua fundi, *L. 60. pr. de V. S.*

LOCI appellationem non solum ad rustica, verum ad urbana quoque prædia pertinere, *Labeo* scribit, *L. 60. §. 1. eod.*

LOCVS latere potest, quatenus determinetur, & definietur, *L. 60. §. 2. eod.*

LOCVS à fundo separatur, *L. 60. pr. eod.*

Non magnitudo LOCVM à fundo separat, sed nostra affectio, *ibid.*

Modicus LOCVS potest fundus dici, si fundi animo eum habuimus, *ibid.*

LOCVS dum mutatur, mutatur plerumque & mentis affectus, *c. 6. dist. 86.* & *c. 9. dist. 81.*

LOCVS non sanctificat hominem, sed hic illum, *c. ult. dist. 40.*

Quod

Quod LOCA mentem non muniant, ipse humani generis primus testatur parens, qui & in Paradiso cecidit, *c. 11. dist. 40.*

Non LOCA, vel ordines, sed merita nos Deo jungunt, *c. 4. ead.*

Morum nobilitas, non LOCI, vel generis, Sacerdotes notificet, *c. 3. ead.*

Mutatio LOCI aliquando valet conversis ad pœnitentiam, *c. 9. dist 81.*

Quid LOCIS, & temporibus, & personis conveniat, diligenter attendendum, ne temere flagitia reprehendamus, *c. 1. dist. 41.*

LOCO & tempore diversæ consuetudines possunt observari, *c. 3. dist. 12.*

Non LOCUS consuetudinem, sed consuetudo locum commendat, *c. 10. ead.*

In LOCIS sanctis judicium sanguinis non debet tractari, nec placita fieri, *c. 1. & 5. X. de immunit. Eccl.*

Ad famam LOCI est recurrendum circa matrimonium, *c. 11. X. de præsumpt.*

LOCUS tutus pro discussione causæ debet partibus assignari, *c. 4. q. 2. caus. 33.*

Si partibus LOCUS tutus non est assignatus, appellari potest, licet sit scriptum, *appellatione remota, c. 47. X. de appell.*

Ad securum LOCUM citatio fieri debet, *c. 4. X. ut lit. non contest.*

De suspecto LOCO exceptio admittitur, *c. 47. X. de appell.*

LOCUS desertus dicitur, qui penitus inhabitatus, neque cultus fuerit, vel ultra memoriam hominum, *c. 1. §. illum locum. de V. S. in 6.*

Qui LOCUM gubernaculi occupavit, & remum tenere non novit, miserabilis est Rector, *c. 7. dist. 40.*

Qui certo LOCO solvere promisit, & ibi domicilium habet, conveniri potest, *c. 17. X. de foro compet.*

Is, qui certo LOCO dare promittit, nullo alio loco, quam in quo promisit, solvere invito stipulatore potest, *L. 9. de eo, quod certo loco* &c.

Alio LOCO, quam in quem sibi dari quisque stipulatus esset, non videtur agendi facultas comp tere, *L. 1. eod.*

Si quis *insulam fieri* stipuletur, & LOCUM non adjiciat, non valet stipulatio, *L. 2. §. 5. eod.*

LOCA inseri stipulationi solent: veluti, *Carthagini dare spondes?* Quæ stipulatio licet pure fieri videtur; tamen re ipsa habet tempus adjectum, quo promissor utatur ad pecuniam Carthagini dandam, *§. 5. de V. O.*

LOCUS, in quo ædes sacræ sunt ædificatæ, etiam diruto ædificio sacer adhuc manet, *§. 8. de R. D.*

Religiosum LOCUM uniusquisque sua voluntate facit, dum mortuum infert in locum suum, *§. 9. eod.*

LOCUM, in quo servus sepultus est, religiosum esse, *Aristo* ait, *L. 2. pr. de religiosis* &c.

LOCUS purus dicitur, qui neque sacer, neque sanctus est, neque religiosus, sed ab omnibus hujusmodi nominibus vacare videtur, *L. 2. §. 4. eod.*

Si usumfructum quis habet, LOCUM religiosum non facit, *L. 2. §. 7. eod.*

LOCUM, qui servit, nemo religiosum facit, nisi consentiat is, cui servitus deberetur, *L. 2. §. 8. eod.*

Si LOCUS religiosus pro *puro* venisse dicetur, Prætor in factum actionem in eum dat ei, ad quem ea res pertinet, *L. 8. §. 1. eod.*

Si in LOCUM publicis usibus destinatum intulerit quis mortuum, Prætor in eum judicium dat, si dolo fecerit, *L. 8. §. 2. eod.*

Quod si LOCUS monumenti hac lege venierit, *Ne in eum inferrentur, quos jus est inferri*, pactum quidem ad hoc non sufficit sed stipulatione id caveri oportet, *L. 11. eod.*

Si LOCUS sub conditione legatus sit, interim heres inferendo mortuum,

non facit locum religiosum, *L. 34. eod.*

Cum LOCA capta sunt ab hostibus, omnia desinunt religiosa, vel sacra esse; sicut homines liberi in servitutem perveniunt, *L. 36. eod.*

LOCVS profanus licet sit juxta religiosum locum, non est religiosus, secus vero si locus profanus adhæreat loco religioso, quia tunc religiosus est, *L. 4. C. de religiosis* &c.

LOCVS profanus si est deputatus ad usum alterius loci, dicitur etiam pars, vel portio loci illius, & pertinet ad illum, ad quem pertinet ille locus, ad cujus usum est destinatus, *ibid.*

LOCVS religiosus distrahi non potest, *L. 9. C. eod.*

Nemo humanum corpus ad alium LOCVM, sine Augusti affatibus, transferat, *L. 14. C. eod.*

LOCVTIO.

LOCVTIO Dei, est inspiratio, qua voluntatem suam inserit in corda credentium, *c. ult. dist. 5. de consecr.*

LOCVTIO pluralis duorum numero contenta est, *c. 40. de R. I. in 6.*

LOCVTIO hominis ideo instituta est, ut cogitationes suas in alterius notitiam proferat, *c. 4. §. 3. q. 2. caus. 22.*

LONGINQVITAS.

LONGINQVITATE temporis sæpe fit, ut non pateat conditio originis, *c. 64. q. 2. caus. 12.*

LOQVI.

LOQVENS de supremis non oportet quæri, cum quo loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigatur, *L. 77. §. 26. de legat. 2.*

LOQVENS persona consideranda est, & eorum, ad quos quis loquitur, *c. 6. in pr. X. de majorit. & obed.*

LOQVENTIS voluntatem debemus considerare, non verba, *c. 15. X. de V. S.*

LOQVENDI usus considerari debet, *c. 9. X. eod.*

LOQVENDI usus communis dat significationem rei, *L. 7. §. 2. de supellectili legato.*

LOTH.

LOTH non de incestu, sed de ebrietate culpatur, *c. 9. q. 1. caus. 15.*

LVCIFER.

LVCIFER licet charitate negetur repletus, non tamen penitus ea vacuus fuit, *c. 45. pr. dist. 2. de pœnit.*

LVCIFER fuit in veritate conditus, sed in veritate non stetit, *c. 44. §. 1. ead.*

LVCRARI.

LVCRARI non debet quis ex eo, ex quo puniri debet, *L. 10. §. 1. soluto matrimonio.*

LVCRARI aliquem cum damno alterius, aut damnum sentire pro alterius lucro, non convenit æquitati, *L. 6. §. 2. de jure dotium.*

LVCRATIVVS, *a*, *m*.

Duæ causæ LVCRATIVAE in eundem hominem & eandem rem concurrere non possunt, *§. 6. de legatis.*

LVCRVM.

Cum de LVCRO duorum quæratur, melior est causa possidentis, *L. 126. §. 2. de R. I.*

Ex qua persona quis LVCRVM capit, ejus factum præstare debet, *L. 149. eod.*

LVCRVM turpe est, quidquid plus justo homo appetit, *c. 1. X. ne Cler. vel Monach.*

LVCRVM nemo debet quærere cum damno alterius, *c. 9. X. de pœnis.*

Turpe LVCRVM sequitur, qui minus emit, ut plus vendat, *c. 9. q. 4. caus. 14.*

Qui connumerantur in Clero, turpibus LVCRIS inservire non debent, *c. 26. dist. 86.*

LVCRA, quæ sescupla dicuntur, non licet

licet accipere Sacerdotibus, nec usuras, *c. 9. dist. 46.*

Temporalibus LVCRIS deservientes, Deo nequaquam militare probantur, *c. 3. dist. 47.*

LVCRVM turpe exercens Clericus, debet deponi, *c. 4. q. 4. caus. 14.*

Advocati LVCRO capi non debent, *c. 2. §. 11. q. 7. caus. 3.*

LVCRI causâ factum testimonium, non admittitur, *c. 3. §. 2. q. 2. caus. 4.*

LVCRVM non intelligitur, nisi omni damno deducto, & damnum non intelligitur, nisi omni lucro deducto, *L. 30. pro socio.*

LVCRVM & damnum, quod sine culpa socii contingit, commune esse debet, *L. 52. §. 4. eod.*

LVCRVM unius participans debet etiam participare ejus damnum, *L. 55. eod.*

LVCRVM pecuniarium non est præferendum honestæ vindictæ, *L. 11. §. 3. ad L. Iul. de adulteriis.*

LVCRVM dicitur, quod superest omni damno deducto, *§. 1. de societate.*

LVCTVS.

Mulier intra tempus LVCTVS nubens secundum leges civiles infamis est, & ille, qui sciens eam ducit, *c. 2. §. 20. q. 7. caus. 3. L. 15. C. ex quibus caus. infam. irrog.*

LVDERE.

Senatusconsultum vetuit in pecuniam LVDERE, præterquam si quis certet hasta, vel pilo jaciendo, vel currendo, saliendo, luctando, pugnando, quod virtutis causâ fiat, *L. 2. §. 1. de aleator.*

Alea LVDERE convivii causâ licet, *L. 4. pr. eod.*

Compellens aliquem ad LVDENDVM, aut multa multetur, aut in lautumius, vel in vincula publica ducatur, *L. 1. §. 4. eod.*

LVDERE ad tabulas non est licitum Episcopis, & Presbyteris, Diaconis, & Sub-Diaconis, & Lectoribus, & omnibus aliis cujuslibet ordinis venerabilis collegii aut schematis constitutis, aut aliis ludentibus participes esse, aut inspectores fieri, aut ad quodlibet spectaculum spectandi gratia venire, alias tribus annis à venerabili ministerio prohibentur, & in monasterium rediguntur, *Auth. Interdicimus C. de Episcopis &c. Nov. 123. c. 10.*

Ad LVDENDVM alea si quis servo mutuaverit pecuniam, datur contra dominum actio de peculio, sed non ad plus, quam ex ea re in peculio est, *L. 4. §. 1. de aleator.*

LVDENS cum filiofam, vel servo ludo prohibito, si amisit, illud amissum repetere potest à domino, vel patre, *L. 4. §. 2. eod.*

LVDENS pila si vehementius pila percussa in tonsoris manum ei dejecerit, & sic servi, quem tonsor radebat, gula sit præcisa, ille, qui percussit, tenetur Aquilia, nisi tonsor sit in culpa, si nempe ibi tondebat, ubi ex consuetudine ludebatur, vel ubi transitus frequens erat, *L. 11. pr. ad L. Aquil.*

Cum pila complures LVDERENT, quidam ex his servulum, cum pilam percipere conaretur, impulit, servus cecidit, & crus fregit, dominus servuli lege Aquilia cum eo, cujus impulsu ceciderat, agere non potest, *L. 52. §. 4. eod.*

LVDVS.

LVDVS est crimen, cum ex eo crimen oriatur, §. 9. *Const. Omnem reipubl. nostræ* &c.

De LVDIS inhonestis studiosorum abrogatis, *ibid.*

LVDVS s. *lusus* noxius in culpa est, *L. 10. ad L. Aquil.*

LVDVS aleæ Ecclesiasticis vetatur, *c. 1. dist. 35.*

Qui LVDIS turpibus deserviunt, ad ordines non debent promoveri, *c. 2. dist. 33.*

LVDO deserviens Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, nisi desinat, est deponendus, *c. 1. dist. 35.*

LVDIS & saltationibus non debet vacare populus in SS. solennitatibus, sed divinis officiis, *c. 2. dist. 3. de consecr.*

LVDI theatrales etiam prætextu consuetudinis in Ecclesiis, vel per Clericos non habeantur, *c. 12. X. de vit. & honest. Cler.*

LVDIS sacris deservientes, nullo afficiuntur supplicio, *L. 2. C. de spectaculis & scenicis &c. XI.*

LVGERE.

Viri LVGERE uxores non compellentur, *L. 9. pr. de his, qui notant. infam.*

Sponsus LVGERE sponsam suam non tenetur, *L. 9. §. 1. eod.*

Non solent LVGERI hostes, vel perduellionis damnati, nec suspendiosi, nec qui manus sibi intulerunt, non tædio vitæ, sed mala conscientia, *L. 11. §. 3. eod.*

LVGENDVS non est ille, qui veniens ad patriam delendam, & parentes & liberos interficiendos ipse interfectus est, *L. 35. de religios.*

LVGERE mortuos non prohibemur ex pietate, sed ex resurrectionis desperatione, *c. 26. & 27. q. 2. caus. 13.*

LVGENDI non sunt fideles mortui, cum sciamus, eos non amitti, sed præmitti, *c. 25. ead.*

LVPANARIVM.

LVPANARIA exercentur in multorum honestorum virorum prædiis urbanis, & ideo pensiones ex illis perceptæ veniunt in petitione hereditatis, *L. 27. §. 1. de hereditat. petit.*

LVPANARIVM dicitur locus meretricibus destinatus ad hoc solum, ut sui formam venalem exhibeant, *L. 43 pr. de R. N.*

LVPVS.

LVPVS aut alia bestia fera si rapiat pastori meo oves, aut porcos, & aliquis eripiat eos, vel canes ejus extorserint, illi porci, vel oves remanent mei tamdiu, quamdiu consumpti non sunt, quod secus est in avibus, piscibus ac feris meis, quæ si ore lupi vel bestiæ fuerint liberatæ, fiunt occupantis, *L. 44. de A. R. D.*

A LVPO vel à bestia fera si eripiat quis porcos meos, vel oves, aut alias res meas, illæ res remanent meæ, & adversus eripientem mihi competit actio furti, ad exhibendum, & rei vindicatio, licet is furandi animo non eripuerit, si modo reposcenti mihi non reddiderit, *ibid.*

LVSCITIO.

LVSCITIONEM, quam Græci vocant νυκτάλωπα, quidam putant, eam esse morbi genus, ubi homo lumine adhibito, nihil videt, *L. 10. §. 4. de ædilitio edicto.*

LVSCITIOSVS.

LVSCITIOSVS dicitur ille, qui neque matutino tempore videt, neque vespertino, *ibid.* alias vocatur *luscus*, *L. 101. §. 2. de V. S.*

LVSITANI.

LVSITANI erant hostes Populi Romani, *L. 21. pr. de negotiis gestis.*

LVXVRIA.

LVXVRIA idem est, quod prodigalitas, *L. 40. pr. de damni infecto.*

LVXVRIA non debet habere plus, quam castitas, *Nov. 39. c. 2. §. 1.*

Ob LVXVRIAM contra naturam gravissime offenditur Deus, & in divinis scripturis legitur, quod ex hujusmodi impiis & contra naturam actibus civitates cum hominibus pariter perierunt, *Nov. 77. c. 1. pr.* & §. 1.

LV-

LVXVRIA fomentum accipit à vino, *c. 6.* & *7. dist. 35.*

LVXVRIAE nomine omnis inordinata pollutio intelligitur, *c. 12. q. 4. caus. 32.*

LVXVRIA etiam solo consensu mentis, absque contractu temporis exercetur, *c. 12. q. 5. ead.*

LVXVRIA cum incognitione non reprimitur, etiam in actione dominatur, *c. 1. dist. 49.*

Cui LVXVRIA carnis dominatur sine cessatione, jugem scabiem habet, *ib.*

LVXVRIA plus juris aliquando habet, quam castitas, *c. 7. dist. 34.*

LVXVRIOSVS, *a, m.*

LVXVRIOSVS Episcopus vel Sacerdos dignitate officii careat, *c. 2. q. 8. caus. 15.*

M.

MACEDONIANVM *Senatusconsultum.*
vid.
SENATVSCONSVLTVM *Macedonianum.*

MACERIA.

MACERIA sive *maceries* est paries, vel murus de lapidibus sive cemento, *L. 17. communia prædiorum.*

MACHINA.

MACHINA dicitur omne artificiose factum, *L. 12. §. 10. de instructo vel instrumento legato* &c.

MACHINA frumentaria dicitur arca vel aliud artificium artificiose factum, ad frumentum tenendum, *ib.*

MACHINARIVS, *a, m.*

Asinus MACHINARIVS, i. e. molendarius, qui molit, & molam torquet, *L. 12. §. 10. de instructo vel instrum. leg.*

Asinus MACHINARIVS instrumento fundi non continetur, *L. 18. §. 2. eod.*

MACHINATIO.

MACHINATIO fit arte verborum, *L. 1. §. 2. de dolo malo.*

MACHINATIO in mortem conjugis privat se conjugii, non homicidium necessarium, *c. 1. X. de divort.*

MACVLA.

MACVLA corporis notabilis removet à ministerio altaris, *c. 1. dist. 49. c. 90. q. 1. caus. 1.*

MAGIA.

Qui sectantur MAGIAM, vel qui Magis credunt, perpetuæ damnationis interitum incurrunt, *c. 7. q. 2. caus. 26.*

MAGIAM permittit Deus, ut probentur homines, qui in fide firmi sunt, & mali, qui in mendacio credunt, per sua desideria seducuntur, *c. 14. pr. q. 5. caus. 26.*

MAGICVS, *a, m.*

MAGICIS artibus multi utentes elementa turbare, vitam insontium labefactare non dubitant, qui ultimo supplicio puniri debent, *L. 6. C. de maleficis* &c.

MAGICA ars non potest disci, doceri, neque, *L. 8. C. eod.*

MAGICA arte, & sacrificiis sceleratis uti prohibitum, *L. un. C. de thesauris X.*

MAGICA ars est prohibita, *§. 5. de publicis judic.*

MAGISTER.

MAGISTRI debent gratis docere, *c. 1. X. de Magist.*

MAGISTRI imperiti injuriam faciunt cathedræ, *c. 12. pr. dist. 40.*

MA-

MAGISTRIS imperiti non sunt præferendi, *c. 8. dist. 61.*

Miserum est cum MAGISTRUM fieri, qui nunquam discipulus fuit, *c. 4. dist. 61.* & *in princ. dist. 48.*

MAGISTROS & Doctores congruis Episcopi constituant locis, qui studia literarum liberaliumque artium dogmata assidue doceant; quia in his maxime divina manifestantur, atque declarantur mandata, *c. 12. dist. 37.*

In universitatibus debent esse MAGISTRI linguarum: Hebraicæ, Arabicæ, & Chaldaicæ, & quidem duo pro qualibet lingua, *Clem. 1. de Magistr.*

MAGISTER causa correctionis discipulum verberare potest, *c. 19. dist. 1. de pœnit.*

MAGISTRIS gratiæ sunt agendæ, à quibus docti sumus, *c. 65. q. 1. caus. 16.*

MAGISTROS studiorum Doctoresque excellere oportet moribus primum, deinde facundia, *L. 7. C. de Professoribus & Medicis, X.*

In MAGISTRI defuncti locum non debet quis subrogari, nisi fuerit approbatus ad minus à septem Doctoribus, & juratis, & licet subrogetur in numerum, non tamen subrogatur in gradum, *L. 10. eod.*

MAGISTRI liberalium artium, qui fuerint Palatini, habeant perpetuam immunitatem ab omnibus muneribus & ipsi, & eorum filii, & conjuges, *L. 11. C. eod.*

MAGISTRI legentes in aliquibus locis ad hoc, ut ibi staret multitudo populi, vel in locis privatis convocantes homines undique, ut viderentur habere multos scholares, & sic magis ad pompam, quam ad utilitatem, debent prohiberi à dicta ostentatione, & si prohibiti non cessaverint, expellendi sunt à civitate, & sunt infames, *L. un. C. de studiis liberalibus* &c. *XI.*

MAGISTRI liberalium artium excusantur ab oneribus, sed non eorum filii descendentes ex curiali stirpe, *L. 35. C. de Decurionibus* &c *X.*

MAGISTRI debent primo docere levia, deinde difficiliora, ne scholares aut studium deserant, aut cum magno labore & summa diffidentia ad scientiam perducantur, ad quam maturius perduci potuissent, *§. 2. de I. & I.*

MAGISTER, qui filium discentem in disciplina vitiavit oculum, tenetur ejus patri lege Aquilia ad omne illud, quod minus ex operis filii propter vitiatum oculum pater habiturus est, & ad impendia, quæ pro ejus curatione fecit, *L. 7. pr. ad L. Aquiliam.* & *L. 13. §. 4. locati* &c.

MAGISTRO levis castigatio concessa est, sed non gravis, & ideo si excesserit in modo castigandi, tenetur ex locato, & *L. Aquilia*, *ibid.*

MAGISTRI appellantur, quibus præcipue cura rerum incumbit, & qui magis quam cæteri diligentiam & sollicitudinem rebus, quibus præsunt, debent, *L. 57. pr. de V. S.*

MAGISTRI dicuntur à monendo, vel monstrando, *ibid.*

Ita etiam cujuslibet disciplinæ Præceptores vocantur MAGISTRI, *ibid.*

MAGISTER, qui discipulum in disciplina, eluscaverit, i. e. eruerit oculum, tenetur L. Aquilia, & multo magis qui occidit, *L. 5. § 3. ad L. Aquil.*

MAGISTRIS, qui civilium munerum vacationem habent, item grammaticis & oratoribus, & medicis, & philosophis, ne hospitem reciperent, à Principibus fuit immunitas indulta, *L. 18. §. 30. de muneribus & honor.*

MA-

MAGISTER *militum.*

MAGISTRI militum & alii, qui habent experientiam negotiorum, licet illiterati sint, possunt causas dirimere, & sententias proferre, *L. 17. C. de judiciis.*

MAGISTER militum literarum peritus, non tamen juris, potest causas dirimere & sententias ferre inter milites tantum, & non inter alios, *ib.*

MAGISTRI militum habent jurisdictionem inter milites, vel privatum actorem & reum militarem, etiam in civilibus quæstionibus, *L. 6. C. de Iurisdictione.*

MAGISTER militum non potest pronunciare contra non militem, si non habet commissionem ab eo, sub cujus jurisdictione ille est, *L. 2. C. si à non competente Iudice* &c.

MAGISTRI militum milites senatores suos scholares verberare aut degradare non possunt, sed istud spectat ad magistrum officiorum, *L. 1. C. de privilegiis scholarum.*

MAGISTER *navis.*

MAGISTER navis ille dicitur, cui totius navis cura mandata est, *L. 1. §. 1. de exercitoria actione.*

MAGISTRI autem imponuntur locandis navibus, vel ad merces, vel vectoribus conducendis, armamentisve emendis; sed etiam si mercibus emendis vel vendendis fuerit præpositus, etiam hoc nomine obligat exercitorem, *L. 1. §. 3. de exercitor. actione.*

Ex MAGISTRI navis facto tenetur dominus, etiamsi ignorantes conditionem & qualitatem Magistri cum eo contrahamus, *L. 1. pr. eod.*

MAGISTER navi præpositus, cujus conditionis sit, an liber, an servus, an exercitoris, an alterius, vel cujus ætatis, nihil interest ad hoc, ut exercitoria detur contra dominum, quia præponenti imputatur hoc, *L. 1. §. 4. eod.*

MAGISTER navis dicitur non solum, quem exercitor præposuit, sed etiam ille, quem Magister præposuit etiam ignorante exercitore, & ex facto tam Magistri, quam ex facto illius substituti tenetur exercitor, *L. 1. §. 5. eod.*

Omnia facta MAGISTRI debet præstare, qui eum præposuit, alioquin contrahentes decipientur, *ibid.*

MAGISTER navis expressim prohibitus, ne Titio Magistro uteretur, si eum præposuit, nihilominus ex facto Titii substituti tenetur exercitor, *ib.*

MAGISTER ad usum ejus rei, in quam præpositus est, mutuam pecuniam accipiens obligat dominum, i.e. exercitorem, *L. 1. §. 8. eod.*

MAGISTER si creditore sciente pecuniam refectioni necessariam acceperit ab eo mutuam, quasi in navem impensurus, licet mox mutaverit voluntatem, & in usus suos converterit, obligat dominum, & tenetur exercitoria mutuanti, *L. 1. §. 9. eod.*

MAGISTER si ab initio animo fraudandi creditorem ab eo mutuam pecuniam accipiat, non obligat dominum, nisi specialiter expresserit tunc, quod ad navis causam accipiebat, *ibid.*

MAGISTER si decepit creditorem in emendo aliquas res necessarias ad navem, damnum spectat ad exercitorem, non ad creditorem, *L. 1. §. 10. eod.*

MAGISTER accipiens mutuam pecuniam ad solvendum ei, qui in refectionem navis crediderat, obligat dominum, & tenetur exercitoria huic secundo creditori, quasi in navem crediderit, *L. 1 §. 11. eod.*

MAGISTER navi præpositus ad hoc tantum, ut vecturas exigat, non ut

locet, quia forte ipse dominus locaverat, non obligat dominum, *L. 1. §. 12. eod.*

MAGISTER navi præpositus ad locandum tantum, non ad exigendum, vel ad hoc, ut vectoribus locet, non ut mercibus navem præstet, vel econtra, modum si egressus fuerit, non obligat exercitorem, *ib.*

MAGISTER navi præpositus, ut certis mercibus levibus navem locet, veluti legumini, vel cannabæ, si marmoribus vel aliis materiis ponderosis locavit, non obligat exercitorem, *ib.*

MAGISTRI quandoq; e præponuntur navibus, ut certa regione & certo mari negotientur, veluti navibus, quæ Brundusium, vel à Capua, vel à Dyrrachio vectores trajiciunt, & illæ sunt ad onera inhabiles, *ib.*

MAGISTRI plures si simpliciter & non divisis officiis fuerint præpositi, etiam si cum uno eorum fuerit gestum, tenetur exercitor ad illud, secus si divisis officiis, veluti ut alter locaret, alter exigeret, quia tunc pro cujusque officio tantum obligatur, *L. 1. §. 13. eod.*

MAGISTRI plures præpositi ne alter sine altero quid gerat, si quis cum uno tantum contraxit, ad illum contractum non tenetur exercitor, *L. 1. §. 14. eod.*

Cum MAGISTRO contrahens habet electionem, utrum velit convenire exercitorem per exercitoriam, vel *Magistrum* per actionem civilem, puta ex empto, vel simili, *L. 1. §. 17. eod.*

MAGISTRO mortuo nihilominus tenetur exercitor, *L. 4. §. 4. eod.*

MAGISTER *sacrorum scriniorum.*

MAGISTRI sacrorum scriniorum etiam dignitate finita una cum eorum filiis à gravamine privato & publico sunt immunes, & pœna 50. aureorum imponitur contra eos, qui compellunt eos munus sibi subire, *L. un. C. de Magistris sacrorum scriniorum.*

MAGISTERIUM.

MAGISTERIUM militare solvit patriam potestatem, *Auth. Sed episcopalis. C. de Episcopis & Cler.*

Is, cujus est MAGISTERIUM vel Doctoratum tribuere, à promovendo juramentum prius exigat, quod in promotione ultra 300. Turonensium argenteorum non expendet; quod si non fecerit, etsi Episcopus sit, per 6. menses à collatione Magisterii est suspensus, *Clem. c. 2. de Magistr.*

MAGISTRARE.

MAGISTRANDI non debent nimium expendere in solennitate sua, *Clem. c. ult. de Magistr.*

MAGISTRATUS.

MAGISTRATUS per derivationem à *Magistris* cognominantur, *L. 57. de V. S.*

Duo MAGISTRATUS non habentur ut duo rei, *L. 45. de admin. & peric. tut.*

MAGISTRATIBUS imputatur, si omnino tutor vel curator datus non sit, *L. 1. §. 6. de Magistrat. conven.*

Pactum quod inter se MAGISTRATUS faciunt, pupillo, cui ex officio obligantur, non nocet ordinis ratione; sc. ut priore loco conveniatur Magistratus, qui in se periculum suscepit, quam alius, *L. 1. §. 9. eod.*

Si MAGISTRATUS ab initio tutorem idoneum dedit & satis exegit, postea facultatibus lapsi sunt tutores, vel fidejussores, non tenetur, *L. 1. §. 11. eod.*

MAGISTRATUS officio suo semel functus, non tenetur, *ib.*

MAGISTRATUS bona non obligantur

tur tacite ex quasi delicto, seu ex negligentia, *L. 1. §. 14. eod.*

MAGISTRATVVM heredes non similiter tenentur, ut ipsi Magistratus tenentur, *L. 4. eod.*

MAGISTRATVS in omne periculum succedit, *L. 4. eod.*

Heres MAGISTRATVS ex culpa dolo proxima obligatus, *ib.*

MAGISTRATVS fidejussoris loco habetur, qui sua negligentia non exegit satisdationem, quam exigere debuit, *L. 6. eod.*

MAGISTRATVS ratione doli in solidum; culpæ pro virili tenentur, *L. 7. eod.*

MAGISTRATVVM constituendorum potestas, *II. F. 56.*

MAGISTRATVS ab Imperatore vel ejus voluntate constituti vel confirmati, *II. F. 53.*

Necessarius erat MAGISTRATVS, qui hastæ præesset: hinc *Decemviri in litibus judicandis* sunt constituti, *L. 2. §. 29. de O. I.*

MAGISTRATIBVS vespertinis temporibus in publicum esse inconveniens erat, & ideo quinque viri constituti sunt, qui possent pro magistratibus fungi, *L. 2. §. 31. eod.*

MAGISTRATVS, qui jus iniquum statuit, debet simili jure uti contra eum, *L. 1. §. 1. quod quisque juris in alter.*

MAGISTRATVS ratio habenda, *c. 18. q. 5. cauf. 23.*

Qui in MAGISTRATVM eligitur, jurare debet de cavendo hæresi, *c. 11. §. statuimus. de hæreticis in 6.*

MAGISTRATVS non debet moveri odio, amore, timore, commodo, *Clem. 1. §. propter. de hæret.*

MAGISTRATVS minor majori debet cedere, *c. 2. §. 2. dist. 8.*

MAGISTRATVS superioris exemplum, inferiores sequuntur, *c. 7. §. præterea &c. X. de voto.*

Ad MAGISTRATVM hæretici non sunt admittendi, *c. 2. §. Hæretici &c. c. 15. de hæret. in 6.*

Ad MAGISTRATVM non sunt admittendi infames, *c. penult. de R. I. in 6.*

MAGISTRATVI commissa est gladius ad vindictam malorum, laudem vero bonorum, *c. 21. X. de homicid.*

MAGISTRATVS malis occurrere debet, *c. 43. de elect. in 6.*

MAGISTRATVS debet excessus subditorum corrigere, *c. 35. X. de sent. excomm.*

MAGISTRATVS tam civilis, quam ecclesiasticus tenetur defendere Ecclesiam, *c. 7. 21. & 26. X. de statu Monach.*

Mali à MAGISTRATV cogendi sunt ad bonum, *q. 6. cauf. 23. per tot.*

MAGISTRATVS debet laborare circa commoda suorum subditorum, *c. 1. de offic. Leg. in 6.*

MAGISTRATVS indebitum à suis subditis exigens, debet illud restituere, *c. 8. X. de immunit. Eccl.*

MAGISTRATVI dans pecuniam, ne ipsum in jure suo, de facto molestet, illam repetit, si magistratus promissa non servat, *c. 28. X. de Simon.*

MAGISTRATVM suum potest accusare subditus, non obstante obedientia, *c. 11. X. de accusat.*

MAGISTRATVS pridie Kalendas Ianuarias, nec jus dicere, nec sui potestatem facere consuerunt, *L. 5. de feriis.*

MAGISTRATVS, qui publicam pecuniam in usus suos convertit, tenetur præstare maximas usuras, *L. 38. de negotiis gestis.*

MAGISTRATVS superiores, aut pares imperio cogi non possunt ab infe-

rioribus, vel paribus, inferiores autem recte possunt, *L. 4. de receptis, qui arbitr.*

MAGISTRATUS, quo anno cum imperio sunt, neque propriam, neque eorum, quorum tutelam vel curam gerunt, causam in judicio, vel agendo, vel defendendo sustinento, *L. 48. de judiciis.*

Si MAGISTRATUS dies exierit, non ipsis tantum adversus reos suos, sed etiam aliis, adversus ipsos litem intentare jus fasque esto, *ib.*

Nonnunquam solent MAGISTRATUS populi Romani viatorem nominatim vice arbitri dare, quod raro, & nonnisi re urgente faciendum est, *L. 82. eod.*

MAGISTRATUS municipales, si damnum injuria dederint, Aquilia tenentur, *L. 29. §. 7. ad L. Aquil.*

MAGISTRATUS si adversus resistentem violentius quid fecerit, non tenetur Aquilia, *ib.*

MAGISTRATUS, qui cum servum pignori accepit, ille se suspenderit, nulla actione tenetur, *ib.*

MAGISTRATUS si non jure pecudes pignori accepit, & fame eas necaverit, dum non patitur eis cibaria afferri, datur in eum actio in factum, & etiam utilis Aquilia, *ib.*

MAGISTRATIBUS non licet aliquid injuriose facere, & si fecerint, vel quasi privati, vel fiducia magistratus, tenentur injuriarum actione, & debent conveniri finito officio, si fuerint ex majoribus magistratibus, sed si fuerint ex minoribus magistratibus, vel sine imperio vel potestate, possunt conveniri etiam durante officio, *L. 32. de injuriis.*

MAGISTRATUS aliquid faciens reipubl. inducendæ causa, & non causa injuriæ faciendæ, non tenetur actione injuriarum, etiam si id ad contumeliam ejus fiat, *L. 33. eod.*

MAGISTRATUS, i. e. merum imperium habens non potest accusare, dum durat magistratus, neque potest accusari, *L. 8. de accusat.*

MAGISTRATUS imperium potestatemve habens Lege Iulia de vi publica tenetur, si civem Romanum adversus provocationem necaverit, verberaverit, jusserit ve quid fieri, aut quid in collum injecerit, ut torqueatur, *L. 7. ad L. Iul. de vi publ.*

MAGISTRATUS, & qui publico judicio præest, operam dans, quo quis falsum judicium proferat, ut quis innocens circumveniretur, & condemnaretur, tenetur Lege Cornelia de sicariis, *L. 1. pr. ad L. Cornel. de sicar.*

MAGISTRATUS sub capitali causa pecuniam accipiens, ut publica lege reus fieret, tenetur Lege Cornelia de sicariis, *L. 1. §. 1. eod.*

MAGISTRATUS, qui aliquid fecit, ut aliquis occideretur contra legem, tenetur Lege Cornelia de sicariis, *L. 4. pr. eod.*

Ex MAGISTRATIBUS creatis unus si appellet, interim alter onus utriusque officii debet sustinere, quod si uterque appellaverit, alius interim in locum eorum creari debet, & qui eorum apparuerit injuste appellasse, tenetur emendare reipubl. omne damnum, quod ejus appellatione habuit, & si uterque juste appellavit, Præses vel Princeps æstimabit, cui hoc sit adscribendum, *L. 21. §. 2. de appellat.*

MAGISTRATUS fidejussores, qui salvam rempubl. fore spoponderunt, item magistratus nominatores tenentur emendare damnum civitati illatum per eum, non tamen tenentur ad pœnam, *L. 17. §. 15. ad municipal.*

MA-

MAGISTRATVS nominans sibi successorem tenetur pro mala administratione sui successoris, sed non fidejussor ipsius nominantis, *L. 17. §. 14. eod.*

MAGISTRATVS municipalis facere non potest ea, quæ magis imperii sunt, *L. 26. pr. eod.*

MAGISTRATIBVS municipalibus non permittitur in integrum restituere, aut bona rei servandæ causa jubere possidere, aut dotis servandæ causa, vel legatorum servandorum causa, *L. 26. eod.*

Ad MAGISTRATVVM officium pertinet exigere legata reipubl. relicta, & si non exigerent, ipsi *magistratus* & eorum heredes tenentur, & si solvendo non fuerint, tenentur eorum fidejussores, *L. 38. §. 2. eod.*

MAGISTRATVS coactus agnoscens officium non minus cavere debet de indemnitate reipubl. quam qui sponte agnovit, *L. 38. §. 6. eod.*

Ad MAGISTRATVS non sunt eligendi illi, qui sunt tenues, & exhausti, & inopes, *L. 6. pr. de muneribus & honor.*

Si quis MAGISTRATVS in municipio creatus, munere injuncto fungi detrectet, per Præsides munus agnoscere cogendus est remediis, quibus tutores quoque solent cogi ad munus, quod injunctum est, agnoscendum, *L. 9. eod.*

MAGISTRATVM subire non cogitur quis amplius quam semel, nisi necessitas id fieri postulat, ut quia non inveniantur alii idonei, *L. 16. §. 3. eod.*

MAGISTRATVS unus ex duobus habentibus administrationem rei ad civitatem pertinentis, si male gesserit, tenetur alter civitati, & quod unus solvit civitati pro mala gestione alterius, recuperat ab eo, pro quo solvit, & ab ejus heredibus, *L. 2. §. 8. 9. & 10. de administrat. rerum ad civitat.*

MAGISTRATVS reipublicæ non dolum solummodo, sed & latam negligentiam, & hoc amplius etiam diligentiam debent, *L. 6. eod.*

MAGISTRATVS, qui pecuniam publicam tempore sui *Magistratus*, & etiam post non pauco tempore apud se detinet, tenetur præstare eam cum usuris, nisi aliquid allegare possit, ex qua causa tardius intulerit, *L. 9. §. 10. eod.*

MAGISTRATVS non debet cogere piscatores, nec rusticos, ut deferant ad civitatem utensilia, scilicet frumentum, & gallinas, & pisces, & similia, & vendant civibus minutatim, cum per hoc relinquant agros incultos, cum debeant ea summatim vendere, & statim reverti ad agrum, *L. 2. de nundinis.*

Ad MAGISTRATVM nominatus si fuerit contumax, loco ejus alius eligitur, & is interim bona contumacis habebit, & contumax duplicato tempore debet officium exercere, *L. 18. C. de Decurionibus. X.*

MAGISTRATVS, apud quem legis actio est, & emancipare filios suos, & in adoptionem dare apud se potest, *L. 4. de adoptionibus.*

MAGISTRATIBVS municipalibus supplicium à servo sumere non licet; modica autem castigatio eis non est deneganda, *L. 12. de jurisdictione.*

MAGISTRATVS municipalis vel Prætor ad funus sumptus decernere debet, *L. 12. §. 6. de religiosis.*

MAGNVS, *a*, *m.*

Ratum est omne, quod MAGNVM, *c. 4. q. 7. caus. 2.*

MAGVS.

MAGI facere plus non possunt, quam Deus

Deus permittat, *c. 14. §. 9. q. 5. cauf. 26.*

Quæ MAGORVM præstigiis fiunt, non vera, sed phantastica esse probantur, *c. 14. pr. ead.*

MAGI sunt, qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur, *c. 14. §. 1. ead.*

MAGI permissu Dei elementa concutiunt, turbant mentes hominum minus confidentium in Deo, ac sine ullo veneni haustu, violentia tantum carminis interimunt, *ibid.*

Sacris officiis dediti, MAGI vel Incantatores non fiant, *c. 4. ead.*

MAIESTAS.

vid.

CRIMEN *læsæ majestatis,*

MAIOR.

Non Episcopi nomen, sed vita MAIOREM facit, *c. 34. q. 7. cauf. 2.*

Qui MAIOR est ordine, licet in Ecclesia posterius receptus, in loco & portione præfertur, *c. 15. X. de majoritate & obedientia.*

MAIOR est potestas spiritualis, quam secularis, *c. 6. X. eod.*

Prius ordinatus ceteris paribus prior & MAIOR habendus est, *c. 1. X. eod.*

MAIORI Domino vendatur, *II. F. 34. §. 1.*

MAIORIS etiam investitura non nisi de justa possessione intelligitur, *II. F. 3. pr.*

MAIOREM feudi partem Vasallus alienans retineat, *II. F. 73.*

MAIOR natu dividit, minor eligit, *c. 1. X. de Paroch.*

MAIORES debent esse exemplo minoribus, *c. 14. X. de pœnit. & remission.*

MAIOR potestatem minoris non immerito respuit, *c. penult. X. de majorit. & obed.*

MAIOR debet imitari minorem in bonis, *c. 4. dist. 22.*

MAIORES meritis Ecclesiis debent præfici, *c. 3. X. de jure patronat.*

MAIOR 14. annis, per se, & per procuratorem potest agere, & defendere causam spiritualem, *c. 3. de judic. in 6.*

MAIORI parti standum est, *c. 7. X. de tempor. ordin.*

Nisi à MAIORI parte electio facta sit, non valet, *c. 48. c. 50. X. de elect.*

MAIOR si mandavit minori, ut contraheret, & contraxit, & deceptus est, non restituitur, quia sibi imputet, qui tali mandavit, *L. 23. de minoribus.*

MAIORES indebitum solutum justis de causis repetere possunt, *L. 25. eod.*

MAIOR restituitur ad jus amissum per id tempus, quo reipubl. operam dabat, vel adverso casu laborabat, *L. 1. pr. ex quib. causis major.*

MAIORIBVS ex edicto, *ex quibus causis majores* &c. non est danda restitutio, quando certant de lucro cum alterius injuria & damno, *L. 18. eod.*

MAIORIBVS quandoque plus succurritur, quam minoribus, *L. 28. §. 2. eod.*

MAIORES viginti annis ita demum ad libertatem proclamare non possunt, si pretium ad ipsum, qui veniit, pervenerit, *L. 1. pr. quibus ad libertatem provoc.*

Ex cæteris autem causis, quamvis MAIOR viginti annis se venundari passus sit, ad libertatem ei proclamare licet, *ibid.*

MAIORES annis quinquaginta quinque ad Decurionatus honorem inviti vocari Constitutionibus prohibentur, *L. 2. §. 8. de Decurionibus.*

MAIORES annis septuaginta munera civilia obire non coguntur, honores autem gerere debent, *ibid.*

MA-

MAIOR factus si ratificat ea, quæ in minori ætate gessit, restitutionem perdit, *L. 2. C. si major factus ratum habuerit* &c.

MAIOR succedens minori jure civili ab intestato, vel ex testamento, ab adita hereditate habet annum utilem ad petendam restitutionem ex persona defuncti; si succedat jure prætorio, à bonorum possessionis occupatæ, *L. 5. §. 3. C. de temporib. in integrum* &c.

MAIORES restituuntur, si propter officium legationis factum ad Principem absentes, & indefensi condemnati sunt, *L. 1. C. quibus ex causis majores* &c.

MAIORI detento in carcere succurritur, si propterea non potuit comparere, & restituitur in integrum ad totam causam, *L. 2. C. eod.*

MAIORIBUS in contractibus bonæ fidei enormiter læsis officio judicis subvenitur, *L. 5. C. eod.*

MAIOR pars creditorum in remittenda quota parte debiti consideratur primo respectu cumuli debiti, secundo respectu numeri personarum, tertio respectu dignitatis, *L. 8. de pactis.*

MAIOR causa minorem ad se trahit, unde per minorem causam majori cognitioni non fit præjudicium, *L. 54. de judiciis.*

MAIORITAS.

MAIORITAS attenditur in obsequio, & honore exhibendo, *c. 5. dist. 93.*

MAIORITAS attenditur etiam in obediendo, *c. 8. ead.* in sedendo & stando, *c. 20.* & *24. ead.* in Sacramento conferendo, *c. 18. ead.* nec non in benedicendo, *c. 6 dist. 21.*

MALEDICERE.

MALEDICENS Papæ puniendus est, ut alii deinceps deterreantur, & ipse arceatur, *c. 1. X. de maledicis.*

Qui ex officio MALEDICIT, major est eo, cui *maledicit*, *c. 4. §. fin autem. q. 1. caus. 24.*

Qui licet non corde, ore tamen MALEDICUNT, immunditiam tamen labiorum, & inquinamentum oris incurrunt, *c. 3. q. 3. caus. 24.*

MALEDICTIO.

MALEDICTIO duplex est, Dei & hominis, *c. 38. q. 3. caus. 24.*

MALEDICTIO divina meritum maledicti designat, *ibid.*

MALEDICTUM.

Ab omni MALEDICTO fideles immunes esse oportet, *c. 10. q. 3. caus. 24.*

Non omne MALEDICTUM prohibetur, sed illud, quod procedit ex voto ultionis, & odio persequentis, non ex amore justitiæ, *c. 11. ead.*

MALEDICTUM frustra prolatum, frequenter in maledicentem revertitur, *c. 87. in fin. q. 3. caus. 11.*

Iactatum MALEDICTUM in innocentem, præmium illud est, *c. 90. ead.*

MALEVOLUS.

Si MALEVOLI aliquem infament, inquisitio non est facienda, *c. penult. X. de præsumpt.*

MALITIA.

MALITIAM seu desidiam delegati supplet ordinarius, *c. 6. X. de offic. ordin.*

MALITIA litigantium debet compesci, *Clemen. c. un. in pr. de sequestr.*

De sua MALITIA nemo debet commodum referre, *c. 7. X. de judiciis.*

MALITIA nuncii non obest domino, modo ab initio credatur fidelis nuncius, *c. penult. X. de pignorib.*

MALITIIS hominum non est indulgendum, *c. 23. X. de rescript.*

MALITIA gravius punienda, quam negligentia, *c. 7. X. de crimine falsi.*

MALUS, *a*, *m.*

MALUS & bonus aliquis simul esse non potest, *c. 37. dist. 1. de pœnit.*

MA-

MALUS non poteſt in omnibus malus eſſe, ſed habet aliquid, ſecundum quod bonus dici poſſit. Et idem eſt de bono, *c. 48. diſt. 3. de pœnit.*

Donec quis MALUS probetur, ſemper præſumitur bonus, *c. penult. q. 1. cauſ. 2.*

MALUS ſemel, ſemper præſumitur eſſe malus, *c. 8. de R. I. in 6.*

Eccleſia MALOS juſte perſequitur, *c. 42. q. 4. cauſ. 23.*

A MALO abſtinere non ſufficit, *II. F. 6.*

MALA fides autoris nocet univerſali ſucceſſori, ſed non ſingulari ſucceſſori, niſi quando uteretur acceſſione temporis ejus autoris, *§. 2. de uſucap.*

Eccleſia MALOS debet cogere ad bonum, ſicut Chriſtus Paulum coëgit, *c. 1. q. 6. cauſ. 23.*

De coactione MALORUM ad bonum pro & contra diſputatur, *c. ult. §. ex his. ead.*

Omnes MALI ſpiritualiter à bonis ſunt ſeparati, *c. 41. §. omnes. diſt. 4. de conſecrat.*

Sociatur MALIS, qui *mali* aliquid cum eis committit, vel committentibus favet, *c. 6. q. 4. cauſ. 23.*

MALAE fidei teſtibus non eſt credendum, vel ſaltem modica fides adhibenda, *c. 9. X. de probat.*

MALA non ſunt facienda, ut bona ſequantur, *q. 5. cauſ. 14. per tot.*

MALO non ſufficit abſtinere, niſi fiat, quod bonum eſt, *Clem. c. 3. §. Et quia &c. de pœnis.*

MALUM pro malo non reddatur, *c. 2. §. 2. q. 1. cauſ. 23.*

MALA non ſunt, niſi quæ crimine mentem implicant, & conſcientiam ligant, *c. 6. pr. q. 1. cauſ. 15.*

MALA quædam per ſe ſunt, quædam non per ſe, ſed ſi fiant frequenter, mala ex iis ſequuntur, *c. 26. in f. X. de jurejur.*

MALI ſunt tolerandi à bonis, *c. 2. q. 4. cauſ. 23.*

MALI pro pace Eccleſiæ ſunt tolerandi, *c. 3. ead.*

MALUS te non maculat, ſi ei non conſentis, ſed ipſum redarguis, *c. 8. §. 1. ead.*

Boni à MALIS nunquam in hac vita penitus poſſunt ſeparari, *c. 14. ead.*

Quædam MALA punienda ſunt, & quædam toleranda, *c. 18. ead.*

Occulto Dei judicio MALI obdurantur flagellis, boni emendantur, *c. 22. ead.*

MANCEPS.

MANCEPS eſt, qui publica prædia colono locat, *L. 53. locati.*

MANCIPIUM.

MANCIPIA ex eo appellantur, quod ab hoſtibus manu capiuntur, *L. 4. §. 3. de ſtatu hominum. §. 3. de jure perſon.*

Si plura MANCIPIA uno pretio venierint, & de uno eorum ædilitia actione utamur, ita demum pro bonitate ejus æſtimatio fiet, ſi confuſe univerſis mancipiis conſtitutum pretium fuerit, *L. 36. de ædilit. edicto.*

MANCIPIA, quæ rudia ſunt, ſimpliciora eſſe præſumuntur, & ad miniſteria aptiora, & dociliora, contra vero mancipia, quæ trita & veterana ſunt, difficile reformari poſſunt, *L. 37. eod.*

MANCIPIA Monachis donata Abbas non poteſt manumittere, *c. 40. q. 4. cauſ. 17.*

MANCIPIA eccleſiaſtica non debent permutari, niſi ſint fugitiva, *c. 3. X. de rerum permut.*

Nullum MANCIPIUM Chriſtianum ſerviat Judæo; ſed à Chriſtiano 12. ſolidis, ſive in libertatem, ſive in ſervitutem redimatur, *c. 13. & 15. diſt. 54.*

MANCIPIORUM appellatione non con-

continentur postea nati ex eis, *L. 41. §. 10. de legat. 3.*

MANCIPIA, quæ prædiis morantur, dicuntur partes prædiorum, *L. 3. de diversis & temporal.*

Is, qui natus est ex MANCIPIIS urbanis, & missus est in villam nutriendus, in urbanis servis constituetur, *L. 210. de V. S.*

Ea MANCIPIA, quorum venditio eam legem accepit; *Ne ad libertatem perducantur*, etiamsi manumittantur, nancisci libertatem non possunt, *L. 5. C. si mancipium ita fuerit* &c.

MANDARE.

MANDARE idem est, quod facere, *c. 6. X. de sent. excomm.*

MANDANTI aliquem verberari, mors secuta imputatur, *c. ult. de pœnis in 6.*

Si quædam MANDANTUR sub disjunctione, unum sufficiat impleri, *c. 4. X. de rescript.*

Si MANDETUR alicui provideri de dignitate vacatura, quam duxerit acceptandam, & vacat dignitas, quam ante acceptationem ordinarius confert, tenet ipsius collatio, etsi Executor impetrantis fecerit reservationem, inhibitionem & processus super prima vacante, *c. 1. de concess. Prabend. in 6.*

MANDANTIS intentio semper attendenda est & observanda, *c. ult. X. de prabend.*

MANDANTIS intentio cum ex præcedentibus & consequentibus possit cognosci, non vitiatur rescriptum, propter modicum defectum, *c. 11. X. de fide instrum.*

MANDANS & faciens eodem modo puniuntur, *c. 1. §. cum igitur. de homicidio in 6. c. ult. in pr. de pœnis in 6.*

MANDANS percuti Clericum excommunicandus est, *c. 6. X. de sentent. excommun.*

MANDANTE Iudice Ecclesiastico laicus licite potest capere Clericum, *c. 15. de sent. excomm. in 6.*

MANDANTE Ecclesia solvens debitum uxori sibi præjudicium non facit, *c. 2. X. ut lit. pend.*

Qui patitur ab alio MANDARI, *ut sibi credatur*, mandare intelligitur, *L. 18. mandati.*

Si MANDAVERO tibi, *ut pro me in diem fidejubeas*, tuque pure fidejusseris, & solveris, utilius respondebitur, interim non esse tibi mandati actionem, sed cum dies venerit, *L. 22. pr. eod.*

MANDARE potest alicui is, cujus bona publicata sunt, ut ea emat, & si emerit, contra emptorem habet actionem mandati ad sibi restituenda, *L. 22. §. 5. eod.*

MANDANTIS causa interdum melior, interdum non melior fieri potest, sed nunquam potest fieri deterior, *L. 3. pr. eod.*

Si MANDAVI tibi, ut aliquam rem mihi emeres, nec de pretio quidquam statui, tuque emisti, utrinque actio nascitur, *L. 3. §. 1. eod.*

Is MANDARE semper videtur, qui non prohibet pro se intervenire, *L. 60. de R. I.*

Si quis alicui MANDAVERIT, *ut si æstimaverit, peteret sibi bonorum possessionem*; & postquam ille petit, furere cœperit, nihilominus acquisita est bonorum possessio, *L. 48. de acquir. hered.*

MANDANS alicui, ut accipiat mutuam pecuniam ab actore suo, non habet contra eum mandati actionem, sed habet tantum mutui actionem, & ideo usuras petere non potest, si in stipulationem deductæ non fuerint, *L. 8 §. 3. mandati.*

MANDANS alicui, ut mutuet filiofam. non contra SCtum Macedonianum, sed in causam, ex qua pater de peculio, vel de in rem verso, vel quod jussu tenetur, mandati actione conveniri potest, si ex tali causa mutuet, *L. 12. §. 13. eod.*

MANDANS creditori, ut debitori daret tempus ad solvendum, & quod pecunia esset suo periculo, tenetur mandati ad omne periculum, *L. 12. §. 14. eod.*

MANDANS alicui, ut pecuniam exigat, si revocavit mandatum, cessat mandati actio, *L. 12. §. 16. eod.*

MANDANS alicui, ut pecuniam exigat, si prohibuit eum deinde, exactamque pecuniam recepit, liberatur debitor, *ib.*

MANDANS, ut fundum emeres, si postea scripsi, ne emeres, & mandatarius, antequam sciret revocationem, emit, habet contra mandantem actionem mandati, *L. 15. eod.*

Si quis mihi MANDAVERIT, *in meo aliquid facere*, & fecero, habeo mandati actionem contra mandantem, *L. 16. eod.*

Si MANDAVERO tibi, *ut à Titio decem exigeres*, &, ante exacta ea, mandati tecum egero, si ante rem judicatam exegeris, condemnandum te esse constat, *L. 17. eod.*

MANDANTI cedere debet mandatarius actiones, quas habet contra reum principalem, *L. 27. §. 5. eod.*

In MANDANTE requiritur certitudo causæ, *L. 93. pr. de acquir. vel omitt. hered.*

MANDANS alicui suas actiones contra debitores suos, potest hoc non obstanre re integra experiri, *L. 3. C. mandati &c.*

MANDANS vendere res suas, venditione facta à mandatario potest petere pretium, & usuras legitimas ex stipulatione vel mora, sed ultra usuras legitimas non potest, licet pignora sint data pro illis, *L. 19. C. eod.*

MANDANTES & facientes puniri debent, quando ambo sint in dolo, *L. 7. §. 5. de jurisdict.*

MANDATARIUS.

MANDATARIUS excedens mandatum aliud facere videtur, *L. 5. pr. mandati.*

MANDATARIUS non adimplens mandatum susceptum tenetur mandati, *L. 5. §. 1. eod.*

MANDATARIUS, cui mandavi, ut domum Sejanam mihi emeret centum, si emit Titianam longe majoris pretii, centum tamen, aut etiam minoris, non censetur adimplesse mandatum, *L. 5. §. 2. eod.*

MANDATARIUS, cui mandavi, ut Stichum emeret mihi decem, si eum pluris emerit, tenetur mihi mandati, *L. 5. §. 5. eod.*

MANDATARIUS emens rem de suo, habet contra mandantem contrariam mandati actionem ad recuperandum pretium, & ad id, quod bona fide ad emptionem rei impendit, etiam si mandans rem emptam nolit recipere, *L. 12. §. 9. eod.*

MANDATARIUS, qui sumptus fecit in id, quod sibi mandatum est, non tantum id, quod impendit, sed etiam usuras potest consequi per actionem mandati contrariam, *ib.*

MANDATARIUS, cui mandatum est ab adolescente luxurioso, ut pro meretrice fidejubeat, si sciens mandatum susceperit, non habet mandati actionem, *L. 12. §. 11. eod.*

MANDATARIUS, cui mandatum est ab adolescente luxurioso, ut meretrici crederet pecuniam, non habet mandati actionem, quasi adversus bonam fidem mandatum sit, *ib.*

MANDATARIUS potest agere, ut sibi detur

detur pecunia pro executione mandati necessaria, maxime si jam quædam ad faciendum paravit, *L. 12. §. 17. eod.*

MANDATARIUS ex mandato non debet sentire lucrum, nec damnum, *L. 20. eod.*

MANDATARIUS, cui mandatum est, ut aliquid emat, si non emit, neque renunciavit, se non empturum, idque sua, non alterius culpa fecerit, tenetur mandati, *L. 22. §. 11. eod.*

MANDATARIUS, cui mandatum est, ut aliquid emat, si eo tempore per fraudem renunciaverit, cum jam recte emere non posset, tenetur mandati, *ibid.*

MANDATARIUS si adversæ valetudinis, vel inimicitiarum capitalium causa, vel ob innanes rei actiones, vel ob accusationes capitalium criminum, vel ob aliam justam causam adimplere non potest, mandati non tenetur, *L. 23. 24. & 25. eod.*

MANDATARIUS mortuo mandante non tenetur adimplere mandatum, si tamen per ignorantiam adimplevit, habet actionem mandati, *L. 26. pr. eod.*

MANDATARIUS pro eo, quod spoliatus est à latronibus, vel naufragio amisit, vel quod suo suorumque languore apprehensus erogavit; non habet mandati actionem, *L. 26. §. 6. eod.*

MANDATARIUS, si servus à se emptus ex mandato furtum fecerit, habet mandati actionem contra mandantem, ut servus sibi noxæ dedatur, si sine culpa mandatarii adhibita in emendo id acciderit, sed si mandans sciens eum servum esse furem non prædixerit mandatario, ut posset præcavere, tenetur mandatario in solidum, quanti ejus interest, *L. 26. §. 7. eod.*

MANDATARIUS mandatum susceptum adimplere debet, alioquin tenetur mandati ad interesse, *L. 27. §. 2. eod.*

MANDATARIUS si bona fide, & probabili ratione fecit impendia mandati exequendi gratia, habet mandati actionem contra mandantem, ut sibi restituantur, etiamsi mandans potuisset, si ipse negotium gereret, minus impendere, *L. 27. §. 4. eod.*

MANDATARIUS, qui ex mandato pecuniam credidit Titio, si agat contra mandantem, non aliter debet condemnari mandans, quam cessis sibi actionibus, quas contra Titium habet mandatarius, *L. 27. §. 5. eod.*

MANDATARIUS, qui ex mandato pecuniam credidit Titio, si agat contra eundem Titium, non ob id liberatur mandans, sed tenetur tantum in id, quod à Titio non potuit consequi, *ibid.*

MANDATARIUS, qui emit domum Sempronianam, cum esset ei mandatum, ut emeret Sejanam, tenetur mandanti mandati, sed non mandans ei, *L. 41. eod.*

MANDATARIUS decipiens mandantem tenetur mandati, *L. 42. eod.*

MANDATARIUS, cui mandatum est, ut inquireret, an quis esset idoneus ad mutuandum ei, tenetur mandati, si denunciavit mandanti esse idoneum, cum non esset, *ibid.*

MANDATARIUS dicitur esse in dolo, si nolit persequi, quod persequi potest, aut si non exegerit, quod exigere & solvere potest, *L. 44. eod.*

MANDATARIUS, qui juxta mandatum emit rem, antequam pretium solvat, potest agere contra mandantem, ut suscipiat obligationem, quæ adversus eum competit venditori, cum & mandans contra mandata-

rium possit agere mandati, ut præstet sibi actionem empti adversus venditorem, *L. 45. pr. eod.*

MANDATARIUS, qui ex mandato judicium suscepit, manente judicio sine justa causa non potest agere contra mandantem, ut transferat in se judicium, quia nondum perfecit mandatum, *L. 45. §. 1. eod.*

MANDATARIUS ex mandato promittens mandantem judicio sisti die quinta, etiam ante diem potest agere contra mandantem, ut liberetur, *L. 45. §. 3. eod.*

MANDATARIUS, cui mandatum est, ut creditori mandantis solveret, si non solverit, sed expromiserit, & ex ea causa condemnatus sit, habet actionem mandati contra mandantem, *L. 45. §. 4. eod.*

MANDATARIUS quoties mandato alicujus obligatus ante solutam pecuniam potest agere mandati, non agit, ut mandator solvat, sed ut eum liberet, *L. 45. §. 5. eod.*

MANDATARIIS duobus si negotium sit mandatum, unusquisque eorum in solidum tenetur, si sit actum, ut in solidum unusquisque teneatur, *L. 60. §. 2. eod.*

MANDATOR.

MANDATORUM quilibet potest in solidum conveniri, etiamsi de hoc in mandato non sit dictum, *L. 59. §. 3. mandati.*

MANDATORES plures judicio mandati si fuerint conventi, & condemnati ex causa judicati, hoc ex sententia, singuli pro rata parte conveniri debent, *ibid.*

MANDATOR conventus actione mandati à mandatario, qui juxta mandatum credidit Titio, non aliter debet condemnari mandatario, quam si actiones, quas ipse habet adversus Titium, cedat mandatori, *L. 14. de fidejussor.*

MANDATUM.

MANDATUM contrahitur quinque modis; sive sua tantum gratia aliquis tibi mandet, sive sua & tua, sive aliena tantum, sive sua & aliena, sive tua & aliena, *pr. Inst. de mandato.*

Si MANDATUM tua tantum sit, supervacuum est mandatum, & ob id nulla ex eo obligatio, nec mandati inter vos actio nascitur, *ib. L. 2. §. 6. mandati.*

MANDATI obligatio consensu contrahentium consistit, *L. 1. pr. mandati.*

MANDATUM per nuncium, vel per epistolam suscipi potest, *L. 1. §. 1. eod.*

MANDATUM fit per verbum mando, rogo, volo & similia, *L. 1. §. 2. eod.*

MANDATUM & in diem differri, & sub conditione contrahi potest, *L. 1. §. 3. eod.* §. 12. *eod.*

MANDATUM nisi gratuitum, nullum est, nam originem ex officio atque amicitia trahit; contrarium ergo est officio merces, interveniente enim pecunia, res ad locationem & conductionem potius respicit, *L. 1. §. 4. eod. §. 13. eod.*

MANDATUM mandantis tantum gratia dicitur, quando quis mandat tibi, ut negotia ejus gereres, aut ut ei fundum emeres, aut ut pro eo spondeas, *§. 1. de mandato.*

MANDATUM dicitur mandantis & mandatarii gratia, ut si quis mandet tibi, ut pecuniam sub usuris crederes ei, qui in rem ipsius mandantis mutuaretur; aut si quis volente te agere cum eo ex fidejussoria causa, mandet tibi, ut cum reo agas periculo ipsius mandantis, *L. 2. §. 4. eod. §. 2. eod.*

MANDATUM gratia tantum aliena vocatur, quando aliquis tibi mandat,

dat, ut Titii negotia gereres, aut ut Titio fundum emeres, *§. 3. eod.* & *L. 2.* §. *2. eod.*

MANDATVM sua & aliena gratia nominatur, quando quis de communibus suis, & Titii negotiis gerendis tibi mandat, vel quod sibi & Titio fundum emeres, aut ut pro eo & Titio sponderes, *§. 4. eod.* & *L. 2. §. 3. eod.*

MANDATVM tua & aliena gratia dicitur, quando quis tibi mandat, ut Titio sub usuris crederes, quia si sine usuris crederes pecuniam, aliena tantum gratia intercedit mandatum, *§. 5. eod.* & *L. 2. §. 5. eod.*

MANDATVM gratia sua, tua, & aliena appellatur, quando quis mandat tibi, ut emas fundum pro me, & pro te, & pro Titio, & quando tutor mandat contutori, ut servum necessarium emat pupillo, & sic gratia mandantis, mandatarii, & pupilli, *pr. Inst. eod.*

MANDATVM mercede constituta non mandatum, sed locatio conductio contrahi intelligitur, sed nulla mercede interveniente dicitur mandatum, & ideo si quis fulloni dedit vestimenta polienda curandave, nulla mercede constituta, mandati competit actio, secus mercede constituta, *§. 13. eod.*

MANDATI fines diligenter sunt custodiendi, nam qui excessit, aliud quid facere videtur, *L. 5. pr. eod. §. 8. eod.*

Illud MANDATVM non est obligatorium, quod contra bonos mores est; veluti si Titius de furto, aut de damno faciendo, aut de injuria facienda mandet tibi, *§. 7. eod.*

MANDATVM recte contractum, si, dum adhuc integra res sit, revocari potest, *§. 9. eod.*

MANDATVM suscipere cuilibet liberum est, §. *11. eod.*

MANDATVM susceptum aut consummandum est, aut quamprimum renunciandum, ut per semet ipsum aut per aliam eandem rem mandator exequatur, *ibid.*

MANDATO committitur homicidium, *c. 18. X. de homicid.*

Ex MANDATO actio mandati nascitur, non ex consilio; nullus enim ex consilio obligatur, dummodo fraudulentum non fuerit, *c. 62. de R. I. in 6.*

MANDATA non debent ad alios casus extendi, quam ad expressos, *c. 27. de praebend. in 6.*

MANDATI fines diligenter sunt servandi, *ibid.*

MANDATVM generale ad negotia, etiam ad judicia se extendit, *c. 4. de procuratoribus in 6.*

MANDATVM generale ad negotia, non includit ea, quae speciale mandatum requirunt, *ibid.*

MANDATO generali, causa privilegiorum non delegatur, *c. 12. X. de judic.*

MANDATVM factum Capitulo, tangit quemlibet de Capitulo specialiter, *c. 7. X. de rescript.*

MANDATVM factum universitati, comprehendit illa, quae ad eos, ut Collegium, non ad eos, ut singulares pertinent, *c. ult. de praebend. in 6.*

MANDATVM Dei omnibus mandatis antefertur, *c. 2. dist. 8. c. 101. q. 3. c. 11.*

Sine speciali MANDATO Domini, literae impetratae non valent, *c.* [illegible] *X. de rescript.*

MANDATVM speciale de certa persona eligenda, potest Elector absens Legato dare, *c. penult. in 6.*

MANDATO alicujus simpliciter jurans stare, licitum debet esse mandatum, alioquin non valet mandatum, *c. 23. X. de jurejur.*

MANDATO injusto non est obediendum, *c. 46. c. 54. X. de appell.*

Qui MANDATUM non implet, debet reduci in eandem sententiam, à qua fuit absolutus, *c. 21. X. eod.*

MANDATUM Dei facit licitum, quod alias esset illicitum, *c. 12. q. 5. caus. 14.*

MANDATO non obtemperans reus est, & debitor pœnæ, *c. 3. pr. q. 1. caus. 14.*

MANDATUM expirat morte mandatoris, re integra, *c. 19.* & *30. X. de offic. deleg.*

MANDATUM revocari potest re integra, alias non, *c. 30. X. de elect.*

MANDATUM Papæ qui transgrediuntur, puniendi sunt, *c. 10. X. de celebr. miss.*

MANDATUM superioris debet impleri, vel reddi ratio, cur non impleatur, *c. 5. X. de rescript.*

MANDATUM Iudicis contemni non debet, *c. 1. X. de matrim. contracto.*

Cum MANDATUM in dubium vocatur, cautio rati præstatur regulariter, *c. 34. X. de offic deleg.*

MANDATUM revocans, vel in præjudicium adversarii, vel in contemptum Iudicis, punitur propter hoc in expensis factis, *c. 8. X. de procurat.*

MANDATI revocatio pervenire debet ad adversarium, vel Iudicem, alias non valet, *c. 13. X. eod.*

MANDATI revocatio non valet, postquam est in causa conclusum, *c. 8. X. eod.*

MANDATI revocatio probatur per proprium juramentum, & per juramentum unius testis, *c. 3. X. eod.*

Si procurator mandatum legitimum non habet, non auditur, *c. 1. X. de procurat.*

Si procurator MANDATI fines excedit, nec Dominus contradicit, ratum habere intelligitur, *c. 32. X. de offic. deleg.*

Si procurator MANDATUM substituendi habet, substitutum à se post mandatum acceptum, etiamsi eo non sit usus, revocare non potest, *c. 3. de procurat. in 6.*

MANDATUM si sit factum libero homini, qui bona fide serviebat, ut ageret aliquid, ex tali mandato non oritur actio mandati contra eum, sed actio negotiorum gestorum, *L. 19. §. 2. de negotiis gestis.*

MANDATUM si sit factum alicui, ut mutuam acciperet pecuniam, & ejus contemplatione creditor, recepto fidejussore, dedit mutuam pecuniam mandatario, etiamsi illa pecunia non sit versa in rem mandantis, nihilominus tamen datur actio negotiorum gestorum ipsi creditori, & fidejussori, scilicet ad exemplum institoriæ actionis, *L. 31. pr. eod.*

MANDATUM si sit alicui, ut emeret fundum, si ego contemplatione mandatarii emi, ne judicio mandati teneretur, ille adversus mandantem habet mandati actionem, & ego adversus illum actionem negotiorum gestorum, *L. 46. pr. eod.*

MANDATUM potest conjici in tempus post mortem, quia tale mandatum non finitur morte, *L. 11. de condict. causa data* &c.

MANDATUM obligandi se si quis habeat, intelligitur etiam habere, quod solvat, *L. 47. de condict. indebiti.*

MANDATUM si sit alicui post creditam pecuniam, ut crederet eam, nullum est mandatum, *L. 12. §. 14. mandati.*

MANDATUM potest intervenire tantum ante obligationem, non post, nisi mandaret creditori, ut daret intervallum suo periculo, *ib.*

MANDATUM in re sua valet, quando

do fit pro utilitate mandantis, *L. 16. eod.*

MANDATO tuo si quis fidejussit pro Titio, non potest agere mandati contra Titium, sed bene contra te, *L. 21. eod.*

MANDATVM de re mea emenda de jure valet, *L. 22. §. 3. eod.*

MANDATVM de re emenda, quæ est pro parte mandatarii, valet, *L. 22. § 4. eod.*

MANDATVM non suscipere sicut est liberum unicuique, ita post susceptum consummari oportet, nisi renunciatum sit à mandante, vel à mandatario, *L. 22. §. 11. eod.*

MANDATVM de adeunda hereditate est obligatorium, sed legatum non, *L. 32. eod.*

MANDATVM si sit tibi, ut rem, quam habes communem cum aliis, emas, cæteris partibus emptis, etiam tuam partem præstare teneris actione mandati, *L. 35. eod.*

MANDATVM extinguitur per contrariam voluntatem mandantis, *L. 12. §. 6. eod.*

MANDATVM si sit alicui, ut post mortem ipsius mandantis fundum emeret heredibus ejus, non finitur morte mandantis, & heredes habent actionem mandati contra mandatarium, ut emat, & mandatarius si emat, contra heredes, *L. 13. juncto §. præcedenti legis eod.*

MANDATVM, ut post mortem sibi monumentum fiat, non finitur morte, & ideo heres mandantis habet mandati actionem, ut perficiatur, vel fiat monumentum, sed si mandatarius sua pecunia fecit, habet mandati actionem contra heredem, *L. 12. §. 17. eod.*

MANDATVM distrahendorum servorum morte mandatarii finitur, *L. 57. eod.*

MANDATVM morte mandatoris, non etiam mandati actio solvitur, *L. 58. pr. eod.*

MANDATVM factum procuratori post litis contestationem etiam morte domini non finitur, *L. 23. C. de procurator.*

MANDATVM re integra domini morte finitur, *L. 15. C. mandati* &c.

Qui MANDATVM suscepit ad comparandas merces data pecunia, fide rupta, quanti interest mandatoris, tenetur, *L. 16. C. eod.*

MANDATVM qui accipit de fidejubendo, videtur accipere & de solvendo, ideo fidejussor antequam solvat, non potest agere contra debitorem, ut liberet eum, *L. 10. C. eod.*

MANDATI forma integra debet servari secundum bonam fidem, *L. 12. C. eod.*

Si secundum MANDATVM Triphonis & Felicis equos tua pecunia comparatos, vel in solutum à proprio debitore tibi traditos, uni de his utriusque voluntate dedisti, ad parendum placitis eos mandati judicio conventos bona fides urget, *L. 14. C. eod.*

MANDATVM generale de nuptiis contrahendis non sufficit, nisi mandantis ratihabitio subsequatur, *L. 34. pr. de R. N.*

MANDATVM cum libera administratione videtur concedi, quando concessum est, quod faciat, vel emat aliquid, ut vult, vel quod possit ipse facere, quidquid dominus ipse, *L. 60. §. 4. mandati.*

MANDATVM quantumcunque liberum si concedatur alicui, intelligitur quod dolus debeat abesse, *ibid.*

MANGO.

MANGONES non mercatores, sed vena-

venaliciarii vocantur, *L. 207. de V. S.*

MANICHAEVS.

Qui MANICHAEORVM superstitiones sequuntur, anathematizantur, *c. ult. dist. 30.*

MANICHAEI conjugium detestabantur, in *princ. dist. 30.*

MANIFESTARE.

MANIFESTARI debent ei, contra quem inquiritur, ea, de quibus contra eum inquisitio fit, ut se defendere possit, *c. 24. §. debet. X de accus.*

MANIFESTVS, *a, m.*

MANIFESTA peccata non sunt occulte corrigenda, *c. 1. X. de pœnit. & remiss.*

De MANIFESTA causa, & pluribus nota, testes non sunt quærendi, *c. 17. q. 1. caus. 2.*

MANIFESTA non indigent probatione, *c. 15. ead.*

De MANIFESTIS tantum, & non de occultis, debet judicare Ecclesia, *c. 34. X. de Simon.*

MANIFESTVM tripliciter dicitur, confessione, probatione & facti evidentia, *c. 24. X. de V. S*

MANIFESTVM & evidens sunt Synonyma, *c. 2. pr. de V. S. in 6.*

MANSIO.

MANSIO mala dicitur carcer, *L. 7. pr. depositi.*

MANSVETVDO.

MANSVETVDO & districtio ab invicem non separentur, *c. 14. dist. 45.*

Nec lenitas MANSVETVDINIS sine rectitudine severitatis, nec zelus rectitudinis sine mansuetudine, in Prælatis debet inveniri, *c. 13. §. Ex his. ead.*

MANSVETVDINE rigor debet temperari, *Clem. 1. §. quia. X. de Iudic.*

MANSVS.

MANSVS, i. e. fundus. *I. F. 4. §. 5.*

De MANSO uno investitus, *ibid.*

MANVMISSIO.

MANVMISSIO est de manu datio, nam quamdiu aliquis in servitute est, manui & potestati suppositus est, *pr. de libertinis.*

MANVMISSIO est juris gentium, *ib.*

MANVMISSIO non esset nota, cum servitus esset incognita, *ibid.*

MANVMISSIONIS beneficium sequutum est, postequam servitus *ingenuitatem* invasit, *ibid.*

MANVMISSIO non officit naturalibus, *§. 1. de ingenuis.*

MANVMISSIO autem multis modis procedit; aut enim ex sacris constitutionibus in sacrosanctis Ecclesiis, aut vindicta manumittitur, aut inter amicos, aut per epistolam, aut per testamentum, aut per aliam quamlibet ultimam voluntatem, *§. 1. de libertinis.*

MANVMISSIONIS causæ quænam sint, vid. *§. 5. quib. ex caus. man. L. 13. de manum. vindicta.*

MANVMISSIONIS causa semel approbata, sive vera sit, sive falsa, non retractatur, *§. 6. eod. L. 9. §. 1. de manumissis vindicta.*

MANVMISSIO dicitur, quando hi, qui sunt sub servitutis manumittentis beneficio, libertati redduntur, *c. 68. q. 2. caus. 12.*

MANVMISSIO per Episcopum sic fieri debet, ut manumissi, patrocinium Ecclesiæ semper recognoscant, *c. 58. ead.*

MANVMISSIONEM successor Episcopi prædecessoris sui, non debet infringere, *c. 57. ead.*

MANVMISSIO ad servos, emancipatio ad filios pertinet, *L. 1. §. 4. quando de peculio actio annalis est.*

MANVMISSIO non est in administratione, *L. 13. de manumiss.*

MANVMISSIONIS justa causa est, si periculo vitæ infamiæve dominum ser-

servus liberaverit, *L. 9. de manumissis vindicta.*

MANUMISSIONIS justæ causæ etiam de præterito possunt esse, veluti quod dominum in prælio adjuverit, quod contra latrones tuitus sit, quod eum sanaverit, quod insidias detexerit, & alia multa incidere possunt, quibus honestum sit libertatem cum decreto præstare, quas æstimare debebit is, apud quem de ea re agitur, *L. 15. §. 1. eod.*

MANUMISSIONIS causam potest absens probare per procuratorem, licet non possit manumittere per procuratorem, *L. 15. §. 3. eod.*

In MANUMISSIONIS causa probanda debet Iudex approbare causas descendentes ex affectu, & non ex luxuria, scilicet ut manumittens habeat pro concubina, *L. 16. pr. eod.*

MANUMISSIO hodie per lictores, domino tacente, expediri solet, & verba solennia, licet non dicantur, ut dicta accipiuntur, *L. 23. eod.*

MANUMISSIO furti actionem non extinguit, nec enim dissimilis est morti manumissio, quod ad subtrahendum domino servum, *L. 46. pr. de furtis.*

MANUMISSIONIS instrumentum licet sit perditum, potest tamen *manumissio* per testes probari, *L. 6. C. de fide instrum.*

MANUMISSIO potest fieri sine scriptura, *L. 25. C. de liberali causa.*

MANUMISSIONIS instrumentum patronus manumisso præstare tenetur, *L. 26. C. eod.*

Tempore MANUMISSIONIS operæ impositæ sunt præstandæ, *ibid.*

MANUMISSOR.

MANUMISSOR operas impositas petere non potest ab eo, quem ex causa fideicommissi manumisit, *L. 5. C. de operis libert.*

A MANUMISSORE manumissionis causa traditus, neque in servitutem reduci potest, neque impositas operas præstare cogitur, *L. 2. C. eod.*

MANUMISSOR ex Lege duodecim tabularum est liberti, sive sponte eum, sive compulsus ex causa fideicommissi manumiserit, *L. 3. §. 1. de legitimis tutoribus.*

MANUMITTERE.

Non cuique volenti MANUMITTERE licet, *pr. Inst. quib. ex causis manum.*

Qui MANUMITTIT in fraudem creditorum, nihil agit, *ibid.*

In fraudem creditorum MANUMITTITUR, quando quis eo tempore, quo manumittit, solvendo non est, vel quis datis libertatibus, desiturus est solvendo esse, *§. 3. eod.*

Certus modus MANUMITTENDI minoribus viginti annis dominis per L. Æliam Sentiam constitutus est, §. *7. eod.*

MANUMITTERE Domino minori viginti annis non aliter permittitur, quam si vindicta apud Consilium, justa causa manumissionis approbata, fuerint manumissi, *§. 4. eod.*

MANUMITTUNTUR servi Ecclesiæ miserationis & pietatis intuitu, *c. 68. q. 2. cauf. 12.*

MANUMISSUS à collegio, non tenetur ad reverentiam singulis de collegio; sed universitati; imo singulos potest in jus vocare, *c. 58. §. si vero. eod.*

MANUMITTI prius debent servi, quam ordinentur, *c. 1. X. de fil. de Presbyt. c. 2. & 5. X. de servis non ordin.*

MANUMITTERE potest Sacerdos servum Ecclesiæ, si rem duplæ æstimationis Ecclesiæ det, *c. 3. X. de reb. Eccles. non alien.*

MANUMITTENTIS voluntas debet observari, *c. 2 X. de condit. apposit.*

MANUMITERE servos suos non pot-

est ille, qui servus pœnæ efficitur, *L. 8. pr. de manumiss.*

MANUMITTERE servos suos in ultima voluntate non possunt rei capitalium criminum accusati, sed bene possunt inter vivos, nisi in exceptis criminibus, *L. 8. §. 1. eod.*

MANUMITTI servus furiosi non potest ab agnato curatore, debet tamen curare, ut manumittatur, si furiosus libertatem debeat servo, *L. 13. eod.*

MANUMITTERE potest minor magistratus apud majorem, non autem apud parem, *L. 14. pr. eod.*

MANUMITTERE servum Prætor apud Consulem potest, *L. 14. §. 1. eod.*

Imperator cum servum MANUMITTIT, non vindictam imponit, sed cum voluit, fit liber is, qui manumittitur, ex *Lege Augusti*, *L. 14. §. 2. eod.*

Mortis causa servum MANUMITTI posse non est dubitandum, *L. 15. eod.*

Si consentiente patre filius minor annis viginti MANUMISERIT servum ejus, patris faciet libertum, *L. 16. eod.*

MANUMITTERE servum compellitur dominus, qui numos etiam de peculio ipsius servi accepit ab aliquo, ita, ut eum manumitteret, non tamen dans eam pecuniam de peculio servi, liberatur ex tali datione, *L. 19. eod.*

MANUMITTERE servum potest nepos ex filio, avi voluntate, & manumissus dicitur avi libertus, *L. 22. eod.*

MANUMITTERE alumnos magis convenit mulieribus, quam viris, licet viris etiam hoc convenit, *L. 14 pr. de manumissis vindicta.*

Sunt, qui putant, etiam fœminas posse *matrimonii causa* MANUMITTERE, sed ita, si forte conservus suus in hoc ei legatus est, *L. 14. §. 1. eod.*

Si Spado velit matrimonii causa MANUMITTERE, potest, non idem est in castrato, *ibid.*

MANUMITTERE servum proprium apud se, & autoritatem sive consilium potest Prætor, vel Consul, *L. 5. eod.*

Plures vindicta pariter MANUMITTI possunt, & sufficit præsentia servorum, ut vel plures manumitti possint, *L. 15. §. 2. eod.*

Si duo matrimonii causa MANUMITTENT, recipi causa non debet, *L. 15. §. 4. eod.*

Hi, qui in Italia vel alia Provincia domicilium habent, apud alterius Provinciæ Præsidem consilio adhibito MANUMITTERE possunt, *L. 15. §. 5. eod.*

Apud Proconsulem, postquam urbem egressus est, vindicta MANUMITTI poterat, *L. 17. pr. eod.*

MANUMITTI poterat apud Legatum Proconsulis, *L. 17. §. 1. eod.*

Apud filiumfamilias Magistratum MANUMITTI potest, etiam si ipse filiusfamilias manumittere non potest, *L. 18. pr. eod.*

MANUMITTERE non potest Prætor apud suum Collegam, *L. 18. §. 1. eod.*

MANUMITTERE filius poterat voluntate patris apud patrem, *L. 18. §. 2. eod.*

Si minor annis apud Consilium matrimonii causa prægnantem MANUMISERIT, eaque interim pepererit, in pendenti erit, servus, an liber sit, quem ea peperit, *L. 19. eod.*

Si rogatus sit minor viginti quinque annis MANUMITTERE per fideicommissum, incunctanter debet ei permitti, nisi si proprium servum rogatus fuit manumittere, *L. 20. pr. eod.*

Si hac lege minori viginti quinque servus fuerit donatus, ut MANUMITTATUR,

TATUR, permittendum erit manumittere, *L. 20. §. 1. eod.*

Matrimonii causa MANUMITTERE si minor viginti quinque annis velit, & is sit, qui non indigne hujusmodi conditionis uxorem sortiturus sit, erit ei concedendum, *L. 20. §. 2. eod.*

MANUMITTERE permittitur mulieri filium suum naturalem, *L. 20. §. 3. eod.*

Consul apud se potest MANUMITTERE, etiamsi evenerit, ut minor annis viginti sit, *L. 20. §. 4. eod.*

Apud Præfectum Ægypti possum servum MANUMITTERE ex Constitutione Divi Augusti, *L. 21. eod.*

Recte MANUMITTIT pupillus, qui infans non est, apud Consilium, autore tutore, ita tamen, ut peculium eum non sequatur *L. 24. eod.*

Si tutoris habendi causa pupillus MANUMITTAT, probationis esse causam *Fufidius* ait; *Nerva* filius contra sentit, quod verius est, *L. 25. eod.*

MANUMITTENDI potestatem Divus Marcus omnibus Collegiis, quibus coëundi jus est, dedit, *L. 1. de manumissionib. quæ servis ad universitat.*

Servus civitatis, jure MANUMISSUS, non ademptum peculium retinet, ideoque debitor ei solvendo liberatur, *L. 3. eod.*

Nec militi minori annis viginti permittitur, posse testamento MANUMITTERE servum suum, *L. 3. de manumissis testamento.*

MAMUMISSUS testamento, ita demum fit liber, si testamentum valeat, & ex eo adita sit hereditas; vel si quis omissa causa testamenti ab intestato possideat testamentum, *L. 23. pr. eod.*

Qui potuerint apud Consilium MANUMITTENDO ad libertatem perducere, possunt etiam necessarium heredem facere, *L. 27. eod.*

MANUMISSUS nominatim codicillis videtur servus, cujus nomen testamento continetur, *L. 37. eod.*

Testamento militis ita MANUMISSAM, *Samiam in libertate esse jussi*, directam libertatem jure militiæ cepisse placuit, *L. 49. eod.*

Si quis ex causa fideicommissi MANUMISSURUS est, nullo modo deteriorem ejus servi conditionem facere potest, *L. 15. de fideicommiss. liber.*

MANUMITTI potest surdus ita natus, *L. 1. qui & à quib. manum. liberi* &c.

MANUMITTERE servum pignori datum non possum, *L. 4. eod.*

MANUMISSI in fraudem civitatium, ad libertatem non veniunt, *L. 11. pr. eod.*

MANUMITTERE non potest Majestatis crimine reus factus, *L. 15. §. 1. eod.*

Si quis MANUMISERIT ancillam suam matrimonii causa, & alter eam uxorem ducat, non erit libera, *L. 27. eod.*

MANUMITTI ancilla matrimonii causa à nullo alio potest, quam qui eam uxorem ducturus est, *ib.*

Curator furiosi servum ejus MANUMITTERE non potest, *L. 22. eod.*

MANUMITTITUR in fraudem creditorum, sive dies solvendæ pecuniæ jam cessit, sive in diem, vel sub conditione sit debitum, *L. 27. pr. eod.*

Heres servum proprium, quem testator legaverat, MANUMITTENDO nihil agit, quia scientiæ vel ignorantiæ ejus nullam placuit admitti rationem, *L. 28. eod.*

MANUMITTENS, qui numis acceptis ab extraneo servum suum manumi-

ſit, ut indebitam ſolutam cogitur reddere liberto pecuniam, quam à liberto pro operis accepit, ſive ſint illæ impoſitæ, ſive non, *L. 3. C. de operis libertor.*

MANUMITTENS ſervum emptum ejus pecunia non poteſt ei operas imponere, nec ut ingratum in ſervitutem revocare, licet quoad alia habeat jura patronatus, *L. 7. C. eod.*

Scienter MANUMITTENS ſervum alienum, ut proprium, tenetur domino hoc eligenti ad pretium, *L. 1. C. de his, qui à non domino.*

Filius, qui per ſe non poteſt MANUMITTERE, nec patri poteſt conſentire, *L. 6. C. eod.*

MANUMITTENS ſervum alienum cum Iudicis decreto nullam pœnam patitur, cum eum excuſet autoritas Iudicis, libertas tamen revocatur à domino, *L. 7. C. eod.*

MANUS.

MANUS dicitur membrum, *Nov. 134. c. 13.*

MANUS una ſola debet abſcindi ei, qui omiſit crimen, cujus qualitas exigit abſciſſionem membri, *Auth. Sed novo. C. de ſervis fugitivis*, d. *Nov. 134. c. 13.*

MANU ſua juraverit, *II. F. 27. §. 3.*

MANU militari ſe purgare, *ib.*

In MANU Domini refutare, *II. F. 9. pr. II. F. 14.*

MANUS impias in perſonam domini Vaſallus ingeſſerit. *II. F. 24. §. 2.*

MANU calida, *II. F. 27. pr.*

MANUM amittat Notarius, *II. F. 55.*

MANUS idem denotat, quod poteſtas, *pr. Inſt. de libertinis.*

MANUS militaris, i. e. executio militaris debet ceſſare in negotiis privatorum, niſi in ſubſidium ex magna cauſa, *L. 68. de R. V.*

MANUM injicere, idem eſt, quod non exſpectata Iudicis autoritate rem noſtram, aut nobis vindicare, *L. 9. de ſervis exportandis.*

MARCHIA.

MARCHIA non dividatur, *II. F. 55.*

De MARCHIA inveſtitus, *II. F. 10.*

In MARCHIAE feudo non ſuccedit heres, *I. F. 14. pr.*

In MARCHIAE feudo non eſt ſucceſſio ſecundum uſum rationabilem, ſed hodie non eſt uſurpatum, *I. F. 13.*

MARCHIA ideo dicitur, quia *marcha* ut plurimum juxta mare ſit poſita, *II. F. 10.*

MARCHIO.

MARCHIO dicitur, qui de marchia eſt inveſtitus, *II. F. 10.*

MARCHIONES proprie appellantur capitanei, *I. F. 7.*

MARCHIO feudum dare poteſt, *I. F. 1. pr.*

MARE.

MARE & litora maris naturali jure communia ſunt omnium, *§. 1. de R. D.*

In MARE piſcantibus liberum eſt caſam ibi in litore ponere, qua ſe recipiant, *L. 5. §. 1. de D. R.*

Si MARIS proprium ad aliquem pertineat, uti poſſidetis Interdictum ei competit, ſi prohibeatur jus ſuum exercere, quoniam ad privatam jam cauſam pertinet, non ad publicam hæc res, *L. 14. de injuriis.*

MARIS uſus communis eſt omnibus, ut aëris, jactæque in id pilæ ejus ſunt, qui jecerit, quod tamen non eſt concedendum, quando deterior litoris vel maris uſus quoquo modo futurus eſt, *L. 3. §. 1. ne quid in loco publico* &c.

Quæcunque res ex MARE extracta eſt, non ante ejus incipit eſſe, qui extraxit, quam dominus eam pro derelicto habere cœpit, *L. 58. de A. R. D.*

MARE natura omnibus patet, *L. 13. pr. communia prædiorum.*

MARI non potest servitus imponi privata lege, Princeps tamen potest imponere servitutem mari, scilicet quod piscatio ibi non exerceatur, *ibid.*

MARGARITA.

Si MARGARITAE (Lingua Indica ita dicuntur, teste Ariano, *uniones* Latine) auri ornandi gratia adhibitæ sunt, auro cedunt; si contra, aurum *margaritis* cedit, *L. 19.* §. *15. de auro, argento*, &c.

MARGARITA, si non soluta, vel qui alii lapides, si quidem exemptiles sint, dicendum ornamentorum loco haberi, *L. 25.* §. *11. eod.*

MARGARITAS nec gemmis, nec lapillis contineri, satis constat, quia concha apud rubrum mare & crescit & coalescit, *L. 19.* §. *18. eod.*

Si MARGARITARUM linea sit subrepta, dicendus est numerus, *L. 52.* §. *25. de furtis.*

MARIA.

Excommunicationem ipso facto incurrunt Prædicatores, asserentes, MARIAM, s. *Divam Virginem* in peccato mortali fuisse conceptam; qui etiam dicunt, quod festum conceptionis ejus celebrantes, graviter peccant, *c. 2. Extrav. comm. de reliqu. & venerat. Sanct.*

Post natalem Sanctæ MARIAE unusquisque comes septem boni testimonii viros sibi eligat, & de qualibet provincia cum ipsis sagaciter disponat, *II. F. 37.* §. *4.*

MARITUS.

MARITUS si ex lana sua vestimentum mulieri confecerit, quamvis id uxori confectum fuerit, & uxoris cura, tamen viri est, *L. 31. pr. de donation. inter virum & uxor.*

MARITO reverentiam uxor præstare tenetur, *L. 14.* §. *1. soluto matrimonio.*

MARITI heres non habet coërcitionem morum in uxore defuncti, *L. 15.* §. *1. eod.*

MARITI heres extraneus conventus ab uxore ejus, in solidum tenetur, potest tamen ei objicere compensationem ob res donatas, & amotas, & impensas, *ibid.*

MARITUS fortuitis vel prosperis casibus mulieris, vel econtra mulier mariti particeps esse debet, *L. 22.* §. *7. & 8. eod.*

Si MARITUS sævus in servos dotales fuerit, potest conveniri, *L. 24.* §. *5. eod.*

MARITUS in reddenda dote, *de dolo malo & culpa* cavere debet, *L. 25.* §. *1. eod.*

MARITUS etiam id videtur *facere posse*, quod à muliere consequi potest, *L. 28. eod.*

Si MARITO publico judicio damnato pars aliqua bonorum ejus publicetur, fiscus creditoribus ejus satisfacere necesse habet, inter quos uxor quoque est, *L. 31. pr. eod.*

MARITUS non succedit in feudo, *II. F. 13.*

MARITUS non succedit in feudo, nisi pacto, *I. F. 15.*

MARITUS de feudo uxoris investitus, *II. F. 85.*

In MARITUM facta investitura, *II. F. 14.*

MARITO filiæ Vasalli Dominus feudum dat, *II. F. 15.*

MARITI contemplatione acquisitum feudum, *II. F. 103.*

MARITO filia feudum paternum in dotem dat, *I. F. 17.*

MARITO & uxori feudum acquirentibus quomodo succedatur, *II. F. 104.* §. *2.*

Si prior MARITUS posteriori dotis nomi-

nomine tanquam debitor mulieris dotem promiserit, non plus, quam id, quod facere possit, dotis futurum esse, *L. 32. soluto matrimonio.*

Si MARITVS minus facere potest, & dos publicata sit, in id, quod facere potest, fisco *maritus* condemnandus est, ne in perniciem mariti mulier punita sit, *L. 36. eod.*

Si MARITVS in id, quod facere potest, condemnatus sit, & nomina sint ad dotis quantitatem, neque amplius habebit, mandare actiones debet, *L. 43. eod.*

Æstimatæ res, usu etiam mulieris, periculo MARITI deteriores efficiuntur, *L. 51. eod.*

Si MARITVS dotem, quam non accepit, post divortium per errorem solvit, repetere potest, *L. 52. eod.*

Vbi numerus MARITORVM est, ibi vir, qui proprie unus est, esse desiit, *c. 10. pr. q. 1. caus. 31.*

MARITO in servitutem redacto, nihilominus uxor manet libera, *c. 6. & 7. q. 2. caus. 29.*

Vt MARITOS accipiant, non debent Virgines cogi extra voluntatem parentum, vel suam, *c. 28. q. 1. caus. 28.*

Ob MARITI maleficium uxor non debet dotem amittere, *c. 5. X. de pignor.*

MARITVS si rem donatam propter nuptias alienet de consensu uxoris, constante matrimonio, alienatio tenet, soluto matrimonio, *c. 4. X. de empt.*

MARITVS prætextu consuetudinis bona uxoris dissipare non potest, *c. 10. X. de consuet.*

MARITVS accusatus de adulterio, ante probatam accusationem, non potest privari jure, quod habet in uxorem, *c. 2. X. ut lit. pend.*

MARITIS etiam ex suspicione, uxores accusare permissum est, *c. 4. X. de adulter.*

Non creditur MARITO, nec uxori contra matrimonium confitenti, sed exigitur probatio, *c. 1. X. de frigid. & malefic.*

Inter MARITI & uxoris consanguineos nulla est affinitas, *c. 5. X. de consang.*

MARITI & uxoris consanguinei licite inter se contrahunt nuptias, *ib.*

Omnes MARITI consanguinei sunt affines uxoris, *ib.*

MARITO occisori non potest nubere uxor, cujus instinctu fuit *maritus* occisus, *c. 1. X. de convers. infid-l.*

Ob MARITI fornicationem, uxor dimissa, vivente marito, alteri nubere non potest, *c. 11. pr. q. 1. caus. 7.*

MARITVS si dimissa uxore propter adulterium, fornicatur, redintegratur matrimonium, *c. 5. X. de divort.*

MARITVS uxorem suam expectare debet, donec de ipsius morte sit certus, & contra, *c. 5. X. ut lit. non contest.*

MARITVS retinens adulteram conjugem, quæ non peregit pœnitentiam, sed permanet in fornicatione, particeps est delicti, secus si egit pœnitentiam, non tamen debet eam sæpe recipere, *c. 3. X. de adulter.*

In causa MARITI, uxor non admittitur testis, *c. 3. X. de hæret. in 6.*

MARITVS non debet extorquere uxoris consensum ad continentiam Deo vovendam, *c. 2. q. 5. caus. 33.*

MARITVS potest agere causam pecuniariam uxoris præstita legitima satisdatione sive sit causa principalis, sive appellationis, *L. 2. & 21. C. de procurator.*

MARITVS absens non dicitur legitime defensus, si uxor pro eo comparuit, *L. 4. C. eod.*

MARITVS pro uxore conveniri non pot-

poteſt, niſi ipſe maritus pro ea ſe obnoxium fecit, *L. 3. C. ne uxor pro marito.*

MARITUS non poteſt obligare res uxoris non conſentientis, *L. 5. C. ad SC. Vellejan.*

MARITUS ſi rem uxoris obligaverit pro debito ſuo creditori, ipſe eam rem vendendo dominium ejus auferre non poteſt, *L. 7. C. eod.*

MARITUS repetit uxorem etiam à patre, maxime, cum pater eam reluctantem detinet, *L. 11. C. de nuptiis.*

MARITI felicitas uxori non debet eſſe infortunium, & quantum maritus in alium tollitur, tantum ejus conjux decreſcere non debet, *L. 28. C. eod.*

MARITUS contra ſuam uxorem conſtante matrimonio non poteſt habere actionem furti, *L. 22. §. 4. C. de furtis.*

MARITUS propter matrimonii pudorem non furti, ſed in factum rerum amotarum actionem habet contra uxorem, *ib.*

Si MARITUS uxorem noctu intra cubiculum ſecum cubantem necaverit, vel uxor maritum, ſervi pœna Senatusconſulti liberabuntur; ſed ſi exaudiſſent, & opem non tuliſſent, plectendi erunt, *L. 3. §. 2. de SCto Silaniano.*

MARITUS ſi uxorem in adulterio deprehenſam occiderit, ſervi tam mariti, quam uxoris exaudientes, etiam ſi opem non præſtiterint, non puniuntur, *L. 3. §. 3. eod.*

MARITUS, qui aliquid recipit ab adultero uxoris ſuæ, committit manifeſtum lenocinium, & punitur Lege Julia de adulteriis, *L. 2. §. 2. ad L. Jul. de adulteriis.*

MARITUS, qui patitur uxorem ſuam delinquere, matrimonium ſuum contemnit, *L. 2. §. 3. eod.*

MARITUS præfertur patri uxoris ſuæ ad accuſandum de adulterio uxoris, ſi non fuerit negligens ad accuſationem inſtituendam & proſequendam, *L. 2. §. 8. eod.*

MARITO præfertur pater uxoris ad accuſandum de adulterio, ſi pater probet maritum eſſe infamem, aut quod vult colludere, *L. 3. eod.*

MARITO accuſante uxorem de adulterio non currunt tempora patri, & ſi uterque differat, currunt tempora utrique, *L. 4. pr. eod.*

MARITUS poteſt accuſare uxorem de adulterio, quod commiſit in primo matrimonio, *L. 5. eod.*

MARITUS licet accuſaverit duos reos diverſis criminibus, nihilominus poteſt tertium accuſare de adulterio cum uxore ſua commiſſo, *L. 6. §. 3. eod.*

MARITUS faciens quæſtum ex adulterio uxoris ſuæ, quaſi adulter punitur, *L. 8. pr. eod.*

MARITO dantur ſexaginta dies utiles ad accuſandum de adulterio, & in illis computantur ei etiam dies feriati, ſi habuit facultatem Præſidis adeundi, *L. 11. §. 6. eod.*

MARITUS jure mariti non poteſt accuſare eam fœminam, quæ, cum ei deſponſata fuiſſet, alii in matrimonium à patre tradita fuit, *L. 11. §. 7. eod.*

MARITO defuncto, ſi ejus uxor de adulterio accuſata dicens debere differri cauſam, donec filius ſuus impubes erit magnus, quaſi hæc cauſa tangeret ipſum, non auditur, cum hæc cauſa non præjudicet filio ejus, *L. 11. §. 8. & 9. eod.*

MARITO competit accuſatio adulterii, ſive uxor fuerit bona, ſive mala, *L. 13. §. 1. eod.*

MA-

MARITUS in ea uxore potest adulterium vindicare, quæ vulgaris fuerit, quamvis, si vidua esset, impune in ea stuprum committeretur, *L. 13. §. 2. eod.*

MARITUS cum uxorem accusat de adulterio, ante oculos habere debet, & inquirere, an *maritus* pudice vivens mulieri quoque bonos mores colendi autor fuerit, & id etiam potest virum damnare, nec debet adduci in compensationem mutui criminis, *L. 13. §. 5. eod.*

Periniquum est, si MARITUS exigat ab uxore pudicitiam, quam ipse non exhibet, committendo lenocinium, *ibid.*

Si MARITUS uxorem suam velit accusare, dicatque eam adulterium commisisse, antequam sibi nuberet, jure viri accusationem instituere non poterit, quia non, cum ei nupta est, adulterium commisit, *L. 13. §. 6. eod.*

MARITUS sero accusat uxoris mores, quos eam ducendo approbavit, *L. 13. §. 10. eod.*

MARITUS non potest accusare uxorem de stupro, quod ipsa antea commisit, *ibid.*

MARITUS si uxorem repudiatam mox reduxerit, non quasi eodem matrimonio durante, sed quasi alio interposito non potest eam accusare de adulterio, quod in priori matrimonio illa admisit, *L. 13. §. 9. eod.*

Si MARITUS infamandæ uxoris suæ causa adulterium subjecerit, ut ipse deprehenderit, & maritus, & uxor adulterii crimine tenentur, *L. 14. §. 1. eod.*

MARITUS accusans jure *mariti* uxorem de adulterio, non evitat calumniæ periculum, *L. 14. §. 3. eod.*

MARITO primum, vel patri eam filiam, quam in potestate habet, intra dies sexaginta divortii accusare permittitur, nec ulli alii in id tempus agendi potestas datur, ultra eos dies neutrius voluntas expectatur, *L. 14 §. 2. eod.*

MARITUS dum est in magistratu, non potest accusare uxorem de adulterio, nec potest pater accusare interim, dum *maritus* magistratum gerit, nec interim currunt ipsi patri dies 60. ad accusandum sibi concessi, cum accusare non possit, *L. 15. pr. eod.*

MARITUS & pater mulieris si dicant se nolle accusare de adulterio, statim currunt tempora extraneis accusare volentibus, & nec pater nec maritus postea admittuntur ad accusandum, *L. 15. §. 5. eod.*

MARITUS, qui uxorem in adulterio deprehensam repudiavit, potest denunciare, ne alii nubat, & sufficit, quod denunciaverit ei simpliciter se accusaturum de adulterio, ad hoc, ut possit incipere accusationem adulterii, etiam ab ea si velit, *L. 16. eod.*

MARITUS, qui uxorem adulteram repudiavit, si non denunciavit, libellum tamen accusationis de ea dederit, antequam ipsa nuberet, & hoc intellecto ipsa nupsit, nunquam poterit incipere accusationem ab ea, *L. 17. §. 1. eod.*

MARITUS, qui uxorem adulteram repudiavit, si denunciaverit, ne alii nuberet, cum vellet accusare de adulterio, nec dixit, pro quo adulterio, nec pro quo delicto, si ipsa postea nupserit alii, potest maritus incipere accusationem etiam ab ea, *L. 17. §. 2. eod.*

MARITO non licet occidere uxorem in adulterio deprehensam, *L. 22. §. 4. eod.*

MARITO adulterum uxoris suæ deprehensum domi suæ, non soceri, occidere

dere permittitur, non quemlibet, ut patri, sed tantum vilem, puta eum, qui leno est, aut qui artem ludicram facit, vel qui in scenam saltandi, cantandive causa prodierit, & debet se divertere ab uxore, *L. 24. pr. eod.*

MARITUS uxorem in adulterio deprehensam retinens adulterumque dimittens, ut leno tenetur, *L. 29. pr. eod.*

MARITUS, qui duxit in uxorem fœminam de adulterio damnatam aut de stupro, punitur lege Iul. de adulteriis, secus si ob aliam causam fuit damnata, *L. 29. §. 1. eod.*

MARITUS quæstum faciens ex adulterio uxoris suæ punitur lege Iulia de adulteriis, sive semel, sive sæpius fecerit, *L. 29. §. 4. eod.*

MARITUS quæstum ex adulterio uxoris suæ facere dicitur, qui accepit aliquid, ut uxorem pateretur adulterari meretricio quodam genere, *ib.*

MARITUS, qui passus est uxorem delinquere, non ob quæstum, sed ob negligentiam, vel culpam, vel quantamcunque patientiam, vel nimiam credulitatem, non tenetur lege Iul. de adulter. *ibid.*

MARITUS, qui separavit se ab uxore adultera, habet 60. dies utiles, intra quos possit jure mariti accusare, qui dies si cucurrerunt, & etiam quinquennium à die commissi criminis cucurrerit, non potest eam accusare de adulterio, *L. 29. §. 5. eod.*

MARITUS accusans unum de adulteris non potest interim alium accusare, potest tamen una cum adultero accusare eum, qui præbuit domum, ut adulterium ibi fiat, vel qui consilium in hoc dedit, *L. 32. §. 1. eod.*

MARITUS dicens servum suum adulterium commisisse cum uxore sua, prius debet accusare uxorem de adulterio, quam in præjudicium servum torquere, *L. 33. pr. eod.*

MARITUS retinens filium, vel servum, vel libertum, qui commiserant adulterium cum uxore sua, punitur lege Iulia quasi leno, & ipsa uxor retenta punitur, sed si eam dimissam postea reduxerit, punitur etiam ipse, *L. 33. §. 1. eod.*

Si MARITUS uxorem in adulterio deprehensam, impetu tractus doloris interfecerit, non tenetur lege Cornelia de sicariis, punitur tamen secundum conditionem personæ, ut si humili loco, in opus perpetuum traditur, si vero honestiore loco, in insulam relegatur, *L. 38. §. 8. eod.*

MARITUS potest accusare adulterum etiam uxore mortua in matrimonio, *L. 39. §. 2. eod.*

MARITUS, qui post crimen adulterii intentatum eandem uxorem reduxit, destitisse videtur, & ideo non potest postea ex eadem lege eandem iterum accusare, maritus tamen ex legis mente potest accusari, licet non possit ex verbis, quod intellige, si damnatam reduxit, vel si non possit ignorantiam obtendere, *L. 40. §. 1. eod.*

MARITUS potest accusare uxorem de adulterio lege Iulia, sed non uxor virum, *L. 1. C. ad L. Iul. de adulteriis.*

MARITUS retinens uxorem in adulterio deprehensam videtur adulterio consensisse, & ideo crimine lenocinii puniri potest, *L. 2. C. eod.*

MARITUS, retinens in matrimonio uxorem, quam habet suspectam de adulterio, non punitur, *ibid.*

MARITUS si velit uxorem accusare de adulterio, servi & ancillæ uxoris vel patris ejus torqueri possunt, ut veritas eruatur, & ideo intra 60. dies à die dissoluti matrimonii prohiben-

tur manumitti, & distrahi, & maritus debet cavere de ipsorum emendatione totali, vel deteriorationis in casu subsequutæ solutionis, *L. 3. C. eod.*

MARITUS per se vel filios potest impune occidere adulterum vilem in adulterio nocte comprehensum in domo sua, scilicet mariti non adulteri, *L. 4. C. eod.*

MARITUS per se vel filios occidens adulterum non vilem in adulterio deprehensum, in totum non liberatur, sed debet mitti in exilium, *ib.*

MARITUS jure mariti potest accusare adulterum intra 60. dies utiles, quibus elapsis, admittitur jure extranei intra quatuor menses utiles, *L. 6. C. eod.*

MARITUS vel sponsus si non est tempore, quo virgo stuprata fuit, non potest ut maritus vel sponsus accusare, licet sit sponsus vel maritus, sed ipsa puella cum autoritate curatoris accusare potest stupratorem, *L. 7. C. eod.*

MARITO de crimine adulterii pacisci non licet, & par delictum est accusatoris, prævaricatoris, & defugientis veritatis inquisitionem, *L. 10. C. eod.*

MARITUS uxorem, quam retinet in matrimonio, non potest accusare de adulterio, sed hodie de jure novo potest, & si accusatio vera esse ostendatur, repudium mittere, & in scriptis accusare debet, & si non probet, similitudine supplicii debet affici, *L. 11. Auth. Sed novo* &c. *C. eod. Nov. 117. c. 8.*

MARITUS militiæ causa absens si intra statutum tempus non potuit uxorem de adulterio accusare, non currit ei tempus, *L. 15. C. eod.*

MARITUS, qui cœpit accusare uxorem de adulterio, si velit desistere, debet impetrare à Iudice, alioquin si simpliciter desistat, scilicet nulla abolitione impetrata, pœnam desertæ accusationis non evitabit, nec de cætero admittitur ad accusandum, *L. 16. C. eod.*

MARITUS, qui uxorem in adulterio deprehensam retinet, vel de adulterio damnatam reducit, crimen lenocinii committit, sed non, qui vana designatione libellum accusationis solum porrexit, nam tunc potest desistere, & sine metu legis Iuliæ in matrimonio retinet, *L. 17. C. eod.*

MARITUM genialis tori vindicem esse oportet, *L. 30. C. eod.*

MARITUS si civiliter agens probaverit adulterium uxoris, & ea civiliter sit condemnata, lucratur dotem, sed si criminaliter accusaverit, & ea sit damnata, ejus substantia dividitur, *Auth. Sed hodie* &c. *C. eod. Nov. 134. c. 10.*

MARITUS ei, quem habet de uxore suspectum, debet denunciare ter in scriptis, ne cum ea loquatur, & si post invenerit eum cum uxore in loco suspecto, poterit eum interficere, *Auth. Si quis* &c. *C. eod. Nov. 117. c. 15.*

MARITUS admittitur ad accusandum uxorem quondam de stupro commisso, postquam divertit ab eo, *L. 35. C. eod.*

MARITUS in his rebus, quas mulier extra dotem habet, quas Græci *parapherna* dicunt, nullam uxore prohibente communionem, nec aliquam necessitatem imponere potest ei, *L. 8. C. de pactis convent.*

MARITUS potest movere actiones ratione *parapbernorum* competentes, quorum sibi tradita sunt instrumenta, & exigere debita; pro quibus restituendis bona sunt tacite obligata, *L. 11. C. eod.*

MARITUS facto divortio ante mortem patris, si sub conditione heres à patre sit institutus, interim actio de uxoris dote, quam pater recepit, pendet, quia si heres est, ipsum pro hereditaria parte & cæteros coheredes convenire potest uxor, sed si non fuisset heres, non potest convenire illum, *L. 46. familiæ ercisc.*

MARITUS de rebus dotalibus peremptis tenetur de dolo, & levi culpa, sed non de levissima, *L. 25. §. 1. soluto matrimonio.*

MARITI fiunt res in dotem datæ constante matrimonio, & etiam datæ ante matrimonium, si ita datæ sint, ut statim efficerentur ejus, secus si fuissent datæ ea conditione, ut efficerentur ejus, cum eam duceret, *L. 7. §. 3. de jure dotium.*

MARITUS in rebus dotalibus tenetur præstare dolum, & culpam levem, & levissimam, si in rebus suis fuit diligentissimus, *L. 17. pr. eod.*

MARITUS de dote obligatur, etiam si dos jussu mariti alii data sit, quia hoc ipso ipse videtur accipere, *L. 19. eod.*

Si MARITUS ex lapidicinis dotalis fundi lapidem vel arbores, quæ fructus non essent, sive superficiem ædificii dotalis voluntate mulieris vendiderit, nummi ex ea venditione recepti sunt dotis, *L. 32. eod.*

MARITUS habet non solum dominium dotis, sed etiam onera matrimonii, *L. 75. eod.*

MARITO licet culpæ adscribi non possit, cur à patre dotis promissore eam non exegerit, adscribitur tamen, si ab heredibus ejus non exegerit, *L. 20. §. 2. de pactis dotalibus.*

MARITUS habens in dotem fundum dominantem acquirendo servitutis dominium, confundit servitutem, sed in restituenda dote id, quod interest, præstatur, & restituitur servitus, *L. 7. pr. de fundo.*

MARITUS fundum dotalem vendidit, & tradidit, si in matrimonio mulier decesserit, & dos lucro mariti cessit, fundus emptori avelli non potest, *L. 17. eod.*

Si MARITO debitori fundi id, quod debet, doti mulier promiserit, dotalis fundus efficitur, *L. 9. pr. eod.*

MARITUS non potest incidere arbores fructiferas ex fundo dotali, & si incidat, dicitur deteriorasse, & tenetur uxori ad totale interesse actione de dote, vel L. Aquilia, *L. 7. §. 12. soluto matrimonio.*

MARITUS quando reperit thesaurum in fundo dotali, dicitur medietas esse viri, & alia medietas esse uxoris, & sic idem est, ac si reperisset in fundo alieno, *ib.*

MARITUS si arbores, quæ vi tempestatis ex fundo dotali ceciderunt, distraxerit, vel in suam utilitatem converterit, soluto matrimonio tenetur restituere uxori pretium illarum, *ib.*

MARITUS soluto matrimonio licet pro dote teneatur mulieri de dolo, lata & levi culpa, tamen quando obtulit, non tenetur, nisi de dolo, si mulier sit in mora non recipiendi dotem, *L. 9. eod.*

MARITUS soluto matrimonio si solverit dotem mulieri in potestate constitutæ, ea consummante dotem, nihilominus competit patri actio dotis contra maritum, nisi maritus solverit ex justis causis filiæ non perditurræ, *L. 22. §. 1. eod.*

MARITUS, qui dotem à promissore dotis non exegit, soluto matrimonio conventus à promissore herede mulieris, nihil amplius tenetur præstare ei, quam eum obligatione liberare, *L. 30. §. 1. eod.*

Inter MARITUM & patrem mulieris si pactum est, ne dos vivo patre pe-

teretur, divortio facto, & patre mulieris decedente relictis aliis heredibus & filia exheredata, potest maritus petere dotem ab heredibus soceri, & exacta debet mulieri præstare, vel actiones ei cedere, cum filia cœperit habere actionem de dote sua recuperanda contra maritum, *L. 44. §. 1. eod.*

MARITUS nihil debet retinere de dote, quando mulier viri lenocinio adulterata fuerit, *L. 47. eod.*

MARITUS, cui nomen simpliciter datum est in dotem, si sine culpa pecuniam exigere non potuit, vel propter inopiam, vel ob aliam justam causam, soluto matrimonio non potest conveniri à muliere actione de dote, neque mandati, *L. 49. pr. eod.*

MARMOR.

MARMOR non est in fructu, nisi tale sit, ut lapis ibi renascatur, quales sunt in Gallia; sunt & in Asia, *L. 7. §. 13. soluto matrimonio.*

MARTYR.

MARTYREM non pœna, sed causa facit, *c. 34. dist. 4. de consecr.*

MARTYRIBUS non annumerantur, qui seipsos qualicunque intentione voluntarie interimunt, *c. 10.* & *12. q. 5. caus. 23.*

MARTYRIUM.

MARTYRIUM pro Christo, non à nobis, sed ab aliis libenter debemus suscipere, *c. 11. q. 5. caus. 23.*

Aliud est MARTYRIO animum defuisse; aliud animo defuisse *Martyrium*, *c. 26. dist. 1. de pœnit.*

MARTYRII affectus etiamsi in servis Christi ad effectum non deducatur, ipsa sola voluntas coronatur, *ibid.*

MASCULUS.

MASCULUS heres legitimus in feudo, *I. F. 13.*

MASCULI descendentes in feudo in infinitum succedunt, *I. F. 1. §. 4.*

MASCULO extante, fœminæ in feudis non admittuntur, *I. F. 6. §. 1. II. F. 17.*

MASCULI ex filia Vasalli cum fœminis concurrentes, *II. F. 17.*

MASCULUS in una linea fœminas, ex altera linea è masculo excludit, *II. F. 17.*

MASCULO & fœmina investitis non simul succedunt, *I. F. 6. §. 2.*

MASCULO creditur cum juramento contra fœminam, *II. F. 41.*

MASSA.

Si MASSAE duorum dominorum fuerint conflatæ, tota massa communis est pro indiviso, etiam si aliquid ex prima specie separatum maneat, *L. 19. pr. communi divid.*

MATER.

MATRIS calamitas non debet ei nocere, qui in ventre est, *pr. Inst. de ingen.*

MATRI succedit filia præ consanguineo fratre, *II. F. 104. §. 2.*

MATRI succeditur in fœm. feudo, *II. F. 50.*

MATRES consularium non dicuntur consulares, sed bene uxores consularium, *L. 1. §. 1. de senatoribus.*

Licet MATER secundum voluntatem patris possit gerere negotia, tamen non potest agere in judicio nomine filii, *L. 31. §. 6. de negot. gest.*

MATER filii nomine non potest agere, neque potest res ejus alienare, neque debitores filii matri solvendo liberantur, *ib.*

MATER, ignorante filia sponsa, si accepit aliquas res à sponso, ut filiæ daret, filia contra matrem agit actione negotiorum gestorum, *L. 32. §. 1. eod.*

MATER non potest donare vulgo quæsitis, *L. 77. §. 2. de legat. 2.*

MA-

MATER ejus, cui de libertate & hereditate paterna controversia fit, si in quæstionem libertatis vocetur, judicium de libertate *matris* non differtur in tempus pubertatis, *L. 7. § 3. de Carboniano edicto.*

MATER in causa status, & ad statum pertinentibus potest testificare pro pupillo, *L. 3. §. 5. eod.*

MATER impuberis accusati de subjecto partu si obtinuit, potest nihilominus objici impuberi quæstio status, ut quia dicitur, quod is non sit conceptus ex defuncto, vel si ex defuncto, non tamen ex matrimonio, *L. 3. §. 6. eod.*

Si MATER & filius de libertate litigant, ante constare de matre oportet, an libera, an serva sit, dein de filio cognosci potest, *L. 23. §. 2. de liberali causa.*

MATER gerens negotia filiæ heredis patri intestato defuncto, si vendidit aliquas res ipsius filiæ, & pretium receperit ab emptoribus, ea solutione emptores liberantur, nec adversus eos filia habet aliquam actionem, nisi scientes *matrem* non habere jus administrationis emerint ab ea scienter, & earum pretium dederint ei, quo casu non liberantur, si *mater* solvendo non sit, *L. 88 de solution.*

MATER quando ad secunda vota transit, tutrix filiorum suorum esse desinit, nec potest postea pro filiis conveniri, *c. 67. X. de appell.*

MATREM & filiam possunt ducere pater & filius, *c. 5. X. de consang.*

MATER & pater, si scienter aut ignoranter filium suum de fonte sacro lavent, non dissolvitur matrimonium, *c. 2. X. de cognat. spirit.*

MATRES ex persona filiorum inquietari, vel interpellari non possunt, ita neque uxores ex persona mariti, *L. 3. C. de inoff. testam.*

MATER pro filio non potest fidejubere, *L. 3. C. ad Sc. Vellejan.*

MATRE licet consentiente, ejus prædium à marito suo si sit obligatum pro debito suo, & vendito prædio à creditore, potest ipsa mulier, vel filius, qui successit ei, vindicare, nullo refusso pretio emptori, cum talis venditio sit nulla, *L. 4. C. eod.*

Si MATER tua major annis constituta, negotia, quæ ad te pertinent, gesserit, cum omnem diligentiam præstare debeat, usuras pecuniæ tuæ, quam administrasse fuerit comprobata, præstare compelli potest, *L. 24. C. de usuris.*

Si MATER constante matrimonio tibi domum tradidit, hanc in tuis bonis fecit, *L. 19. C. de donationibus inter virum & uxor.*

MATER non potest administrare res filii furiosi, vel mente capti, nec filium obligare, *L. 4. C. de curatore furiosi.*

MATER potest facere codicillos absente filio, *L. 4. C. de codicillis.*

MATER inter eas personas est, quæ sine calumniæ timore necem filii sui vindicare possunt, *L. 2. C. de calumniat.*

Si MATER pro filia dotem dederit, eamque mandante filia vel illico stipulata sit, vel etiam postea, mandati ea tenetur, quamvis ipsa sit, quæ dotem dederit, *L. 10. §. 6. mandati.*

A MATRE traditæ res extra dotem nomine filiæ, videntur donatæ filiæ, quæ præsens erat, & ab ea viro traditæ, *L. 31. §. 1. de donation.*

MATER non cogitur filiam dotare, nisi ex causis expressis in jure, *L. 4. C. de jure dot.*

MATER non potest dare rem filiorum pro dote sua, *L. 13 C. eod.*

MATER non potest esse tutrix testa-

mentaria jure digestorum, nec à Iudice confirmatur, *L. 26. pr. de testament. tut.*

MATER liberis non recte testamento tutorem dat, sed si dederit, decreto Prætoris vel Proconsulis ex inquisitione confirmabitur, *L. 2. pr. de confirm. tut.*

MATER si misit procuratorem ad petendum tutorem filio suo, & à latronibus interfectus procurator, interim mortuo pupillo ab ejus successione non excluditur, *L. 8. C. qui petant. tut.*

MATER officium pietatis in petendo tutorem non deserit, si filio suo habenti tutorem non petierit, *L. 9. C. eod.*

MATRES etiam naturalibus filiis sicut legitimis subjacent petendorum tutorum necessitati, & nulla juris ignorantia eas excusat ad evitandam pœnam legibus statutam, *L. 11. C. eod.*

MATER præfertur aviæ in tutela liberorum administranda, utpote propinquior, *Auth. Matri & aviæ, C. quando mulier tutela. Nov. 118. c. 5.*

MATRI & aviæ tutelam liberorum gerere licet, dum Senatusconsulto Vellejano, & secundis nuptiis renuncient, *ibid.*

MATRES naturalibus etiam liberis possunt esse tutrices, *L. 3. C. eod. Nov. 89. c. 14.*

MATER hodie ad suscipiendam tutelam filiorum non tenetur jurare de non veniendo ad secundas nuptias, sed contractis secundis nuptiis repellitur, minoribus omni alia cautela salva re manente, *Auth. Sacramentum. C. eod. Nov. 94. c. 2.*

MATER debitrix filiorum etiam naturalium ad eorum tutelam admittitur, debito in sua natura durante, secus in alio tutore, Auth. *Ad hæc. C. eod.*

MATER, nullo existente tutore testamentario, vel legitimo, potest nancisci tutelam filiorum legitimorum, & multo magis potest esse tutrix filiorum naturalium, cum hoc casu deficiat legitima tutela, *L. 3. C. eod.*

MATER ex necessitate tenetur filiis impuberibus tutores petere, sed non curatores, nisi in casu, quo impuberi curator peti debet, *L. 1.* & *L. 2. §. 1. qui petant tutores* &c.

MATER expellitur legitima hereditate filii, si neglexit petere tutorem constitui eidem filio, vel si petierit eum, qui ob mores pravos dimitti poterat, & eo dimisso vel abjecto, rursus alium non petiit, vel si studiose malos petiit, *L. 2. §. 1. eod.*

MATER tenetur petere tutores filiis ex necessitate, & ideo periculum administrationis eorum tutorum non pertinet ad eam, non tamen tenetur ex necessitate curatores petere, sed ex voluntate petit, & ideo periculum administrationis illorum curatorum pertinet ad eam, *L. 2. §. 5. eod.*

MATER, quæ tutorem à patre non legitime testamento datum filiis impuberibus non petiit confirmari, vel in locum excusati non petiit alium dari, cum alius non superesset, perdit successionem filii, non id, quod sibi debetur ex testamento mariti, nec sibi imputatur, si ut suspectum non petiit removeri, *L. 4. pr. §. 1. 2. & 3. eod.*

MATER si non petierit eos tutores, quos decretum est adjungi tutori conjuncto accusato de suspecto, repellitur ab omni bonorum vindicatione intestati filii, *L. 4. §. 3. eod.*

MATER ex eo, quod non petierit tutorem

torem filio, à quo fideicommissum sibi reliquerat maritus, si sine liberis decesserit, vel intestatus mortuus fuerit, non perdit fideicommissi petitionem, cum ex alieno judicio, scilicet mariti descendat, *L. 4. §. 3. eod.*

MATER ex eo, quod tutorem filii suspectum non fecerit, non amittit successionem filii, quia hujusmodi facta dijudicare & æstimare virilis animi est, *L. 4. §. 4. eod.*

Ad MATREM non pertinet dijudicare & æstimare, an tutor datus à Iudice sit suspectus, quia illa potuit ignorare, satis enim est eam petiisse talem, qui inquisitione habita à Iudice idoneus apparuit, *ibid.*

MATER si legaverit tutori non jure dato à se, potest tutor petere legatum, si per eum non stat, quominus esset tutor, secus si per eum stetit, *L. 76. §. 6. de legat. 2.*

MATER filio impubere herede instituto, tutorem idem adscripsit; *ut si filius suus intra quatuordecim annos decessisset, restitueret hereditatem Sempronio*; non ideo minus fideicommissum recte datum intelligi debet, quia tutorem dare mater non potuit, *L. 69. §. 2. eod.*

MATREM potius, quam patrem, liberi, qui sunt de legitimo matrimonio, sequuntur, *c. 15. q. 4. caus. 32.*

MATRIS liberæ condicionem sequitur filius servi, *c. ult. X. de serv. non ordin.*

MATER pro filio appellare potest, licet ab initio eum defendere non possit, *c. 30. pr. q. 6. caus. 2.*

MATER potest accusare matrimonium filiæ, repellitur tamen, si accuset propter quæstum, *c. penult. X. qui matrim. accus. poss.*

MATRES ipsæ suos liberos lactare debent, non aliis ad nutriendum dare, *c. 4. pr. dist. 5.*

MATER tenetur pupillis petere tutores, vel curatores, & ut tutores & curatores suscipiant defensiones, vel si fuerint remoti, ut alii idonei constituantur, *L. 28. §. 2. C. de administrat. tutor.*

Licet MATER petierit tutorem dari filio ejus periculo, non propterea tenetur ex illo facto, nisi hoc expressum fuerit Iudicis decreto, *L. 1. C. si mater indemnitatem promisit.*

Tutor MATRI pupilli vel avo administrationem committens, ab eis indemnitatis promissionem recipiens, officio finito convenitur, & ipse ab eis conservabitur indemnis, *L. 2. C. eod.*

Apud MATREM pupilli educari debent, nisi ad secunda vota transierit, *L. 1. C. ubi pupilli educari debeant.*

MATRES, quæ puberes amiserunt filios, licet impuberibus eis tutores dare non petierunt, præscriptione tamen non petiti tutoris ad excludendam eorum successionem minime debere præscribi, certum est, *L. 3. C. ad SC. Tertullianum.*

MATER, quæ defuncto filio filiæve sine liberis, ex testamento vel ab intestato succedit, si matrimonium secundum post mortem filii vel filiæ non contraxerit, omnia filii seu filiæ morte delata, vel derelicta pleno jure acquirat, *L. 5. C. eod.*

MATER si secundo nubat post mortem filii, succedit ei in bonis paternis quoad usumfructum tantum, proprietas tamen ad fratres vel sorores transmittitur, in aliis tamen bonis acquisitis extra bona patris succedet pleno jure, *ibid.*

MATER tutrix filii privatur ejus hereditate, si transivit ad secunda vota, antequam tutorem alium ei fecerit ordinari, *L. 6. C. eod.*

MA-

MATERFAMILIAS.

MATREMFAMILIAS accipere debemus eam, quæ non inhoneste vixit, *L. 46. §. 1. de V. S.*

MATREMFAMILIAS à cæteris fœminis mores discernunt, atque separant, *ibid.*

MATERFAMILIAS an nupta, an vidua, ingenua, an libertina sit, nihil interest, *ibid.*

MATREMFAMILIAS neque nuptiæ, neque natales faciunt, sed boni mores, *ibid.*

MATERFAMILIAS significatur non tantum nupta, sed etiam vidua, *L. 10. pr. ad L. Iul. de adult.*

MATERFAMILIAS dicitur illa, quæ suæ potestatis est, *L. 4. de his, qui sui, vel alien.*

MATERFAMILIAS non debet realiter cogi, ut extrahatur de domo, alias extrahens punitur pœna capitali, *L. 1. C. de officio diversorum judicum.*

MATERIA.

MATERIA est, quæ ad ædificandum, fulciendum, necessaria est, *L. 55. pr. de legat. 3.*

MATERIA aliud est, & aliud materiatum, *L. 18. §. 3. de pignor. act.*

Ex MATERIA surrepta si à fure fuerit facta species, dominus materiæ potest condicere speciem condictione furtiva, & in ea venit æstimatio expensarum, quia eas donasse videtur, cum sit malæ fidei possessor, *L. 13. de condictione furtiva.*

MATERIA legata, non censetur legata arca, vel armarium, *L. 57. de legat. 3.*

MATERIAE appellatione non continetur materiatum, quod ad sui materiam reverti non potest, *L. 78. §. 4. eod.*

MATERIA legata, non debetur navis, vel armarium ex ea factum, *L. 88. §. 1. eod.*

MATERIAE diversæ quando sunt junctæ, & dubium sit, quænam illarum sit accessio, æstimari debet ex visu, & usu rei ipsius, & ex consuetudine illius, cujus erant, *L. 29. §. 1. de auro, argento,* &c.

Cum quis ex aliena MATERIA speciem aliquam suo nomine fecerit, faciens est dominus speciei, si species non possit reduci ad priorem materiam, sed si reduci possit, tunc dominus materiæ dicitur dominus speciei factæ; *Nerva* & *Proculus*; *Sabinus* & *Cassius* inter se dissentiunt, *L. 7. §. 7. de A. R. D. §. 25. de R. D.*

MATERIAE duorum dominorum si fuerint confusæ eorum voluntate, si materiæ fuissent ejusdem, vel diversi generis, commune est totum corpus, si materiæ separari non possunt, secus si separari possunt, *L. 7. §. 8. eod. §. 27. eod.*

MATERNUS, *a*, *m*.

MATERNA pietas impedit repetitionem eorum, quæ à matre expensa sunt in filium, *L. 11. C. de negotiis gestis.*

MATERNA bona & sponsalitias facultates patrum suorum filii ex quocunque conjugio suscepti debent retinere, *L. 4. C. de secundis nuptiis.*

MATERTERA.

MATERTERA dicitur matris soror, quæ Græce μητραδέλφη dicitur, *§. 3. de gradibus cognatorum.*

MATERTERA magna dicitur soror aviæ maternæ, *§. 4. eod.*

MATHEMATICUS, *a*, *m*.

MATHEMATICA ars damnabilis est & interdicta omnino, *L. 2. C. de maleficis & mathematicis* &c.

MATHEMATICUS.

MATHEMATICI nisi parati sint combu-

burere libros erroris proprii coram Episcopo, imperio repelluntur, qui si reperiantur postea intra imperium, vel quod insinuant secreta sui erroris, deportantur, *L. 10. C. de Episcopali audient.*

MATHEMATICI actiones & futura prædicere non possunt, *c. 6. §. 3. q. 2. caus. 26.*

MATRICULA.

MATRICULA probat eos esse de collegio, quorum nomina sunt inscripta in *matricula*, dummodo exerceant ea, quæ pertinent ad collegium vel in matriculam, alias secus, *L. 13. C. de Advocatis diversor. judiciorum. 1.*

MATRICULA militem sola non facit, ideoque qui militum effectu carent, & militum munere non funguntur, carent & privilegio, *L. 16. C. de testamento militis.*

MATRIMONIUM.

MATRIMONIUM est viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ consuetudinem continens, *§. 1. de patria potest. c. 11. X. de præsumpt.*

MATRIMONIO soluto, solvi mulieri dos debet, *L. 2. pr. soluto matrimonio.*

MATRIMONIUM est juris naturalis, *pr. Inst. de I. N. G. & C.*

MATRIMONIUM consistit non solum altero furente, sed etiam utroque, scil. marito & uxore furentibus, *L. 8. pr. de his, qui sui vel alieni juris* &c.

MATRIMONIUM idem dicitur, quando mulier non multo tempore interposito ad eundem virum revertitur, si inter moras illa alii non nupsit, aut vir aliam non duxit, maxime si vir dotem non reddidit, *L. 33. de R. N.*

MATRIMONIA non debent esse venalia, *L. 2. de donation. inter vir. & uxor.*

MATRIMONIUM non coitus facit, sed maritalis affectio, *L. 32. §. 13. eod.*

Post MATRIMONIUM contractum quandoque fiunt tabulæ matrimoniales, *L. 66. pr. eod.*

MATRIMONIUM dictum, quod in liberis procreandis & educandis potiores partes sint Matris, quam patris, *c. 2. §. ad hoc* &c. *X. de convers. infidel.*

MATRIMONIUM res sancta est, *c. 12. dist. 30. c. 9 dist 31.*

MATRIMONII custos & defensor est Deus, *c. 4. §. 2. q 4. caus. 32.*

MATRIMONIUM in Paradiso institutum fuit, *c. 2. §. his ita* &c. *q. 2. eod.*

MATRIMONIUM non facit sola traductio mulieris ad domum viri, nisi præcedentibus sponsalibus, & consensu utriusque, *c. 14. X. de restit. spoliat.*

MATRIMONIUM Synodus Nicæna in cujusque voluntate, non necessitate dimisit, *c. 12. dist. 31.*

MATRIMONIUM unionem & insolubilitatem accepit à Deo, *c. un. de vot. in 6.*

Qui recusat MATRIMONIUM contrahere, non debet cogi pœna pecuniaria, quia libertas est in *matrimonio*, *c. 29. X. de sponsal.*

MATRIMONIUM præsumptum probatur saltem per exteriora, *c. 11. X. de præsumpt.*

MATRIMONIUM de præsenti, superveniente quocunque casu, nunquam tollitur, nisi ante copulam carnalem profiteatur, *c. 25. X. de jurejur.*

MATRIMONIUM per vim contractum, cohabitatione spontanea convalescit, *c. 21. X. de sponsal.*

MATRIMONII finis est procreatio liberorum, & per eam propagatio generis humani, *c. 12. q. 1. caus. 31.* & *in pr. q. 2. caus. 32.*

MATRIMONII triplex bonum eſt: Fides, proles, & Sacramentum, *c. 10. q. 2 cauſ. 27.* & *c. 2. §. 1. q. 2. cauſ. 32.*

MATRIMONIA ſecunda conceduntur, ut vitetur periculum fornicationis, *c. 10. q 1. cauſ. 31.*

MATRIMONIUM ſolo conſenſu contrahitur viri & mulieris legitimo, verbis vel ſignis expreſſo, *c. 25. X. de ſponſal.*

Nec MATRIMONIUM, nec ſpem matrimonii violare eſt permiſſum *L. 13. §. 3. ad L. Iuliam de adulter.*

MATRIMONIUM ſ. *nuptias* non concubitus, ſed conſenſus facit, *L. 30. de R. I.*

Ad MATRIMONIUM præſumendum non ſunt neceſſariæ tabulæ nuptiales, *L. 9. C. de nuptiis.*

MATRIMONIUM contrahitur ſolo affectu, niſi legibus contrarium contrahatur, *L. 26. C. eod.*

MATRIMONIA non dotibus, ſed affectu contrahuntur, *L. 11. pr. C. de repudiis.*

MATRIMONIO ſine dote contracto, ſi mulier inops, viro divite moriente, ſupervivat, ad quartam partem hereditatis mariti admittitur, ſi tres vel pauciores filii communis, vel alterius matrimonii fuerint, ſi plures, in virilem, proprietas tamen reſervatur liberis, *Auth. Praterea &c. C. unde vir & uxor.*

MATRIMONIA augent rempublicam, *L. 2. C. de indicta viduitate* &c.

Ex MATRIMONIO morganatico filii nati in feudum non ſuccedunt, *II. F. 29.*

Quando liberi ex ſecundo MATRIMONIO nati, ſoli in feudum ſuccedunt, *II. F. 103.*

MATRIMONIUM perficitur nudo conſenſu etiam ſine ſcriptura, *§. 13. de N.*

In MATRIMONIIS ſervatur publica honeſtas, *§. 9. eod.*

MATRIMONIUM ubi non eſt legitimum, dos non eſt, *§. 12. eod.*

In contrahendis MATRIMONIIS naturale jus & pudor eſt inſpiciendus, *L. 14. §. 2. de R. N.*

MATRIMONIUM inter invitos non contrahitur, *L. 22. eod.*

MATRIMONIUM ab initio contrahere, vel diſſociatum reconciliare quiſquam cogi non poteſt, *L. 14. C. de nuptiis.*

MATRIMONIUM contractum eſſe non probatur per inſtrumenta facta ſuper dote, *L. 13. C. eod.*

MATRIMONIUM contrahendi atque diſtrahendi liberam facultatem transferri ad neceſſitatem non oportet, *L. 14. C. eod.*

MATRIMONIUM contrahere poſſunt omnes ſolo affectu ſine aliqua ſolennitate, *L. 21. C. eod.*

MATRIMONIUM poteſt contrahi inter majores vel minores ſexagenariis, & tales nuptiæ nullo modo, vel ex nulla cauſa poſſunt impediri, *L. 27. C. eod.*

MATRIMONIUM illicitum ſi contraxerit mulier de facto, ſi ſcivit jus, & factum, vel ſi ſcivit jus, ſed ignoravit factum, non repetit dotem datam, ſed applicatur fiſco, niſi in facto intervenit error acerrimus, quo caſu mulier repetit, *L. 4. C. de inceſtis nuptiis.*

MATRIMONIUM contrahere quis non poteſt cum ea, quam polluit per adulterium, & ſi contraxerit, non valet matrimonium, & quod vir tali uxori reliquit, tanquam ab indigna aufertur ab ea, & econtra aufertur à viro, quod uxor ei reliquit, & applicatur fiſco, *L 13. de his, quæ. ut indign.*

MATRIMONIUM non eſt, qui pupillam

lam suam contra Senatusconsultum duxit, *L. 7. pr. ad L. Iul. de adult.*

MATRIMONIUM non facit contractum ante pubertatem, etiam cum nisu carnalis copulæ, *c. 10. X. de desponf. impub.*

MATRIMONIUM requirit ætatem, nec ante legitimos annos consensus valet, *c. 8. & . 11 X. eod.*

Licet fides & simpliciter de contrahendo MATRIMONIO sit data, si postea displiceat contrahentibus, non sunt, ut contrahant, compellendi, ne quid deterius inde contingat, *c. 2. X. de sponsal.*

MATRIMONII favore, reo defertur juramentum, quamvis actor nihil probet, *c. 10. X. de desponf. impub.*

MATRIMONII error per sententiam factus, retractandus est, cognita veritate, *c. 6. X. de frigid. & malefic.*

MATRIMONIUM separatur propter arctationem mulieris, si apparet, quod præter divinum miraculum absque periculo corporali habilis reddi non potest; redintegratur tamen, si postea appareat Ecclesiam fuisse deceptam, *c. 6. X. eod.*

MATRIMONIUM non respuit honestam conditionem, *c. 3. X. de condit. apposit.*

In MATRIMONIIS & sponsalibus debet esse libertas, unde in eis promissio pœnæ non obligat, *c. 29. X. de sponsal.*

Nullum MATRIMONIUM fiat sine dote, si potest haberi, *c. 6. q. 5. caus. 30.*

MATRIMONIA clandestina fieri non debent, *c. 1. ead.*

MATRIMONIA clandestina illicita quidem sunt, sed contracta valent, *c. 8. ead.*

MATRIMONIA, quæ clam contrahuntur, non negantur esse *matrimonia*, nec prohibentur dissolvi, si utriusque professione probari potuerunt; verum tamen prohibentur, quia mutata voluntate alterius eorum, alterius confessione fides Iudici fieri non potest, *c. 9. § his ita &c. ead.*

Qui MATRIMONIUM clandestine contraxerunt, altero negante, vel utroque, non apparente legitima exinde probatione, simul cohabitare ab Ecclesia non compelluntur; & si illud publicaverint, tanquam in conspectu Ecclesiæ factum comprobabitur, nisi rationabilis causa subsit, quæ impediat, *c. 2. X. de clandestina desponsat.*

Si in MATRIMONIUM clandestinum Sacerdos consentiat, est suspendendus ab officio, *c. 3. §. 2. X. eod.*

MATRIMONIUM non impedit consanguinitas, sed Ecclesiæ constitutio, *c. 1. in pr. q. 1. caus. 35.*

MATRIMONIUM sine consensu nullum est, *§. 1. q. 1. caus. 29.*

MATRIMONIUM contrahere non possunt, qui consentire non possunt, ut pueri &c. *c. 5. X. de desponsat. impuber.*

MATRIMONIUM contrahere possunt mutus & surdus, & omnes, qui non prohibentur, *c. 23. X. de sponsal.*

MATRIMONIUM furiosus contrahere non potest, *c. 24. X. eod.*

MATRIMONIUM cum inhabili valet, si contrahentes voluerint, *c. 4. X. de frigid. & malef.*

MATRIMONIA inter alienigenos de jure gentium sunt prohibita, *c. 9. pr. dist. 1.*

MATRIMONII prohibitio ultra quartum gradum consanguinitatis & affinitatis non extenditur: Et prohibitio in secundo & tertio affinitatis gradu tollitur, *c. penult. X. de consanguinit.*

MATRIMONIO non debent jungi impuberes, ambo, vel alter, nisi pro bono reipublicæ, *c. 2. de despons. impub.*

MATRIMONIUM extraordinaria pollutio in naturalibus non impedit, *c. 11. q. 3. dist. 35.*

Ad MATRIMONIUM contrahendum pater filium cogere non potest, nisi consentiat statim, si adultus est, vel postquam pervenerit ad perfectam ætatem, si infans, *c. 2. q. 2. caus. 31. c. 1. X. de despons. impub.*

MATRIMONIUM non possunt contrahere filius adoptivus, & filia naturalis, adoptione durante, secus si alteruter emancipetur, *c. un. X. de cognat. leg. §. 3. de N.*

MATRIMONIO fideles infidelibus non sunt conjungendi, *c. 15. q. 1. caus. 28.*

MATRIMONIUM ad tempus contrahi non potest, *c. 6. & 7. q. 2. caus. 32.*

MATRIMONIUM contrahentes ascendentes & descendentes inter se dicuntur incestas atque nefarias nuptias contraxisse, *§. 1. de N.*

MATRIMONIUM contrahi non potest inter ascendentes & descendentes, sive sint ex legitimo *matrimonio*, sive non sint, & hoc usque in infinitum, *ibid. Et si Adam viveret, non posset habere uxorem.*

MATRIMONIUM contrahi non potest inter ascendentes & descendentes per adoptionem, in tantum, ut filiam vel neptem adoptatam, etiam dissoluta ac finita adoptione per emancipationem, non possit quis uxorem ducere, prohibetur enim contrahere matrimonium cum ea pro honestatis causa. *ib.*

MATRIMONIUM inter eas personas, quæ ex transverso gradu cognationis junguntur, contrahi non potest, sc. usque ad quartum gradum (*secundum nempe computationem civilem*) inclusive, *§. 2. eod.*

MATRIMONIUM inter fratrem & sororem prohibetur, sive sint ex eodem patre & matre, sive ex altero tantum, *ibid.*

MATRIMONIUM non potest fieri inter fratrem & sororem adoptatam, quamdiu adoptio constat inter ipsos, sed adoptione dissoluta per emancipationem, recte poterit eam uxorem ducere, *ibid.*

MATRIMONIUM contrahi non potest cum fratris naturalis vel sororis filia, vel nepte, sed bene cum filia vel nepte fratris adoptivi vel sororis adoptivæ, qui talis filia neque naturali, neque civili jure illi jungitur, *§. 3. eod.*

MATRIMONIUM inter duorum fratrum vel sororum liberos contrahi potest, *§. 4. eod.*

MATRIMONIUM contrahere non potest quis cum amita, nec cum matertera, etiam magna, quamvis sint adoptivæ, *§. 5. eod.*

MATRIMONIUM contrahi non potest cum socru, vel noverca, *§. 7. eod.*

MATRIMONIUM recte contrahunt mariti filius ex alia uxore, & uxoris filia ex alio marito, vel contra, *§. 8. eod.*

MATRIMONIUM contrahere non potest quis cum filia quondam uxoris suæ nata post divortium, nec cum sponsa patris vel filii, *§. 9. eod. L. 12. §. 2. & 3. de R. N.*

MATRIMONIUM contrahendum impediunt consanguinitates & affinitates, quæ sunt inter servos etiam manumissos, *§. 10. eod.*

MATRIMONIUM si contraxerit uxor olim mea à me repudiata cum Sejo, quem postea arrogavi, valet matrimoni-

monium nec dicuntur inceſtæ nuptiæ, *L. 12. pr. de R. N.*

MATRIMONIVM inter me & ſponſam patris mei contrahi non poteſt, quamquam *noverca* proprie non dicatur, *L. 12. §. 1. eod.*

MATRIMONIVM contrahere non poteſt libertus cum patrona, vel patroni filia, vel cum conjuge, nepte, vel pronepte patroni, & contrahenti imponitur pœna arbitraria, *L. 3. C. de nuptiis.*

MATRIMONIVM contrahere poterit manumiſſor cum liberta, & filii nati ex eo matrimonio ſunt legitimi, niſi manumiſſor ſit de his, qui expreſſe prohibentur, *L. 15. C. eod.*

Novo jure nulla dignitas prohibet cum liberta MATRIMONIVM contrahi, dotalibus inſtrumentis confectis, *Auth. Novo jure. C. eod. Nov. 78. c. 3.*

MATRIMONIVM contrahere poterit manumiſſor cum alumna ſua data libertate, *L. 26. C. eod.*

MATRIMONIVM ſecundum contrahi non impedit litis ſuper Matrimonio pendentia, ſi primum poſtea appareat fuiſſe nullum, *c. 18. X. de ſponſal.*

Si quis juravit cum aliqua contrahere MATRIMONIVM, compellitur eam ducere, ſi non obſtet impedimentum, *c. 10. X. eod.*

MATRIMONIVM contrahere poſſunt leproſi, *c. 2. X. de conjug. lepros.*

Ad MATRIMONIVM contrahendum cum leproſo, ſponſalia de futuro non præciſe compellunt, lepra ſponſalibus ſuperveniente, *c. ult. X. eod.*

MATRIMONIVM contractum cum ea, quæ alteri per verba de præſenti deſponſata eſt, non valet, *c. 2. X. de ſponſa duorum.*

MATRIMONIA diſſolvi religionis cauſa, lex humana conceſſit, prohibuit vero lex divina, *c. 1. diſt. 10.*

MATRIMONIVM dirimitur per impedimentum criminis, *c. 1. X. de converſ. infidel.*

MATRIMONIVM non invalidatur, ſi conſuetudo patriæ non fuit ſervata, *c. 1. X. de ſponſalib.*

MATRIMONIVM contrahendum impedit inceſtus, *c. 12. X. de deſponſ. impub.*

MATRIMONIVM contrahendum impedit publica honeſtas, & dirimit jam contractum, *ibid.* & *c. un. de ſponſalib.*

MATRIMONIVM inter affines primi generis, & quarti gradus contractum ſeparatur, *c. 1. X. de conſang.*

MATRIMONIVM inter infideles in gradu prohibito contractum ſtat, ſi convertantur, *c. 4. X. eod.*

MATRIMONIVM ob infirmitatem, vel damna corporis, non poteſt ſolvi, *c. 25. q. 7. cauſ. 32.*

MATRIMONIVM impedit & dirimit impotentia coëundi, medicorum arte irreparabilis, *c. 3. X. de frigid. & malef.*

MATRIMONIVM contractum per metum, qui cadit in virum conſtantem, non tenet, *c. 16.* & *18. X. de ſponſal.*

MATRIMONIVM ſeparatur propter adulterium mulieris, & ſi vir poſtea fornicetur, redintegratur, *c. 5. X. de divort.*

MATRIMONIVM ſuperveniens ſponſalibus de futuro, ea diſſolvit, *c. 2. X. de matrim. contr.*

MATRIMONIVM in legitima ætate contractum, ſolvit ſponſalia in minori ætate contracta, *c. ult. X. de ſponſal.*

MATRIMONIVM jam contractum error conditionis dirimit, *c. ult. X. de conjug. ſerv.*

MATRIMONIVM, quod non tenet, non impedit aliud matrimonium,

quod de jure poteſt valere, *c. 13. X. qui filii ſint legit.*

MATRIMONIVM legitime contractum, non ſeparat delictum, quo minus alter alteri adhærere teneatur, præter idololatriam, *c. 2. X de his, qui fil. occid.*

MATRIMONII cauſa per talem Judicem tractanda eſt, qui ſciat Canones, *c. 1. X. d conſanguin.*

MATRIMONII favore potius creditur viro, quam mulieri, *c. 6. X. de deſponſ. impub.*

MATRIMONO non præjudicat juramentum, *c. 24. X. de jurejur.*

Cui cauſa MATRIMONII committitur, eidem per conſequens etiam commiſſa videtur cauſa dotis, *c. 3. X. de donat. inter vir. & uxor.*

MATRIMONIO licite ſeparato, dos reſtituenda eſt, *c. 1. X. de donat. int. vir. & uxor.*

MATRIMONIO per carnalem copulam conſummato, maritus non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier, & viciſſim, *c. penult. X. de raptor.*

MATRIMONIO non utens teneat uxorem ut ſororem, *c. 4. X. de frigid. & malefic.*

MATRIMONIO propter adulterium ſeparato, debet accuſans continere, vivente altero, aut reconciliari, *c. 9. X. de ſponſal.*

MATRIMONIA illicite contracta quilibet denuntiare tenetur, *c. penult. X. de cognat. ſpirit.*

MATRIMONIVM accuſare debent conſanguinei, quibus deficientibus extranei audiendi ſunt, *c. 3. q. 6. cauſ. 35.*

Contra MATRIMONIVM non habet locum compoſitio vel diſpenſatio, *c. ult. X. de tranſact.*

Contra MATRIMONIVM familiares non admittuntur teſtes, *c. 24. X. de teſtib.*

Si quid certi circa MATRIMONIVM ſcire deſideramus, recurrendum ad famam loci, *c. 11. X. de præſumpt.*

Iuramentum ſi impugnet MATRIMONIVM, eſt illicitum, & non ſervandum, *c. 19. X. de regular.*

MATRIMONIVM præjudicat juramento, *c. 22. X. de ſponſal. c. 24. X. de jurejur.*

Poſt MATRIMONIVM contractum, poteſt uxor ad probandum metum admitti, *c. 28. X. de ſponſalib.*

Si puella in MATRIMONIO, quod coacta contraxit, exiſtat per annum & diem, conſenſiſſe videtur, nec teſtes in contrarium recipiuntur, *c. 21. X. eod.*

MATRIMONIVM contrahere non prohibetur mater pupillæ cum tutore filiæ ſuæ, vel cum filio tutoris, *L. 2. C. de interdicto matrimonio.*

MATRIMONIVM collocare poteſt curator filiam ſuam cum adulto ſuo, *L. 5. C. eod.*

MATRIMONIVM contrahere non poteſt filius tutoris vel curatoris cum pupilla vel adulta nondum reddita ratione tutelæ, vel poſt redditam nondum exacto anno 25. nec non utili anno, & ſi ſit contractum, erit nullum, *L. 6. eod.*

Contrahens MATRIMONIVM tutor vel curator cum pupilla vel adulta, nullo impetrato reſcripto à Principe, eſt infamis ipſo jure ex dolo præſumpto, *L. 7. C. eod.*

MATRIMONIVM poteſt contrahere negotiorum geſtor, & ejus filius cum pupilla, *L. 8. C. eod*

MATRIX.

Quando Eccleſia ſubjecta Epiſcopo, unitur alteri, vel gubernanda committitur, ſalvo jure MATRICIS Eccle-

clesiæ; per *matricem* intelligitur Cathedralis, & non Romana, *c. 22. X. de V. S.*

MEDIASTINVS.

MEDIASTINI dicuntur, qui vilia officia faciunt, *L. 1. §. 5. nautæ, caupones*, &c.

MEDICAMENTVM.

MEDICAMENTVM per vim, vel persuasu alicujus infundens alicui ore, vel clystere suis manibus, tenetur Lege Aquilia, si is periit, & idem si unxit malo veneno, *L. 9. §. 1. ad L. Aquil.*

Qui in publicum mala MEDICAMENTA vendiderit, vel hominis necandi causa habuerit, pœna legis Corneliæ de sicariis afficitur, *L. 3. §. 1. ad L. Cornel. de sicar.*

MEDICINA.

MEDICINA est duplex, spiritualis & corporalis, *c. ult. dist. 29.*

MEDICINA spiritualis, est pœnitentia, *c. 25. dist. 50.*

MEDICINA non est negligenda ex eo, quod aliquorum insanabilis est pestilentia, *c. 37. q. 4. caus. 23.*

Vulnera, quæ MEDICINAM fomentorum non senserunt, ferro necesse est, ut abscindantur, *c. 4. in f. dist. 82.*

MEDICINAE præcepta, divinæ cognitioni sunt contraria, *c. 21. dist. 5. de consecr.*

MEDICVS.

MEDICVS reprobari potest, licet semel sit probatus, *L. 6. §. 6. de excus.*

MEDICVS legionis secundæ adjutricis, munera civilia quamdiu reipubl. causa abfuerit, suscipere non cogetur, *L. 1. C. de Profess. & Medicis X.*

MEDICI sumentes salarium ex publico, ita tenuioribus sicut divitibus servire tenentur, *L. 9. C. eod.*

MEDICI non debent accipere salarium vel promissionem ab infirmis, nisi cum sani fuerint facti, & si acceperint promissionem, nulla redditur promissio, *ibid.*

MEDICVS peritus & regulas artis in curando diligenter observans, potest ordinari, *c. 7. X. de ætat. & qualit. ordin.*

MEDICVS nihil omittens de contingentibus, non punitur, si æger moriatur, *ibid.*

Qui se MEDICIS dederit, seipsum sibi abnegat, *c. 21. dist. 5. de consecr.*

MEDICVS ad infirmum vocatus, debet ante omnia inducere infirmum ad confessionem, nec quidquam persuadere pro salute corporis, tendens in animæ periculum, *c. 13. X. de pœnit. & remiss.*

MEDICORVM est centies infirmum visitare, centies curare, *c. 32. dist. 3. de pœnit.*

MEDICVS, qui suscepit curationem, tenetur etiam ad prosequendam eam, alias non prosequendo dicitur esse in culpa, *§. 6. de L. Aquilia.*

MEDICVS, qui ideo servum alienum occidit, quia male & imperite eum curaverit, tenetur L. Aquilia, *§. 7. eod.*

Sicuti MEDICO imputari eventus mortalitatis non debet, ita quod per imperitiam commisit, imputari ei debet, *L. 6. §. 7. de officio Præsidis.*

MEDICVS, qui servum alicujus ægrum curavit, habet actionem negotiorum gestorum contra dominum, licet servus obierit, *L. 10. §. 1. de negotiis gestis.*

Si MEDICVS servum imperite secuerit, vel ex locato, vel ex L. Aquilia tenetur, *L. 7. §. 8. ad L. Aquil.*

MEDICVS, qui prave medicamento usus est, tenetur ex locato, & ex L. Aquilia, *L. 8. pr. eod.*

MEDICI in urbe Constantinopolitana 600. erant, *L. 18. C. de Episcopis.*

ME-

MEDICI sunt constituendi in quacunque civitate ab Episcopo loci, *ibid.*

MEDIOLANENSIS, *e.*

In MEDIOLANENSI curia non amittitur feudum ob non petitam investituram, *II. F. 24. pr.*

MEDIOLANENSIS Archi-Episcopus quatenus in feudum dare possit, *II. F. 35.*

MEDIOLANENSES in nulla causa admittunt fœminas ad testimonium, *II. F. 32.*

MEDIOLANENSES non omnes Constitutiones Imperatorum receperunt, *II. F. 34. pr.* & passim.

MELIORATIO.

MELIORATIONES decedente Vasallo auferunt heredes allodiales, *II. F. 28. §. 2.*

MELIORATIONES si auferre non patitur Dominus feudi, solvat, *ibid.*

MEMBRANA.

MEMBRANARUM libri dicuntur in membranis conscripti, ab ipsa materia nomen habentes, *L. 12. §. 2. de condict. furtiva.*

MEMBRUM.

MEMBRUM, i. e. pes abscinditur servo fugienti ad Barbaros, *L. 3.* & *Auth. Sed novo jure. C. de servis fugitiv.*

MEMBRUM Domini custodire, *II. F. 5.*

MEMBRUM putridum abscindi debet, ne sana membra inficiat, *c. 15. X. de excess. Prælat.*

MEMBRORUM truncatione subsequente, conjugium non licet solvere, *c. 25. q. 7. caus. 32.*

MEMBRUM.

MEMBRA non sunt exempta, licet monasterium liberum sit in capite, nisi expresse de membris contineatur in privilegio, *c. 17. X. de privileg.*

MEMBRA non decet à capite recedere, *c. 4. X. de his, quæ fiunt à Prælat. c. 21. dist. 3. de consecr.*

MEMBRA debent se conformare capiti suo, *c. ult. X. de Baptismo.*

MEMORIA.

MEMORIAM extare, qui vult probare, non habet necesse probare diem & consulem, sed sufficit testimonium de auditu, *L. 28. de probat.*

MEMORIAM non extare ita probatur per testes, qui asserunt omnium esse opinionem, nec se audisse, nec vidisse, quando opus sit factum, nec eos vidisse vel audivisse, qui id viderunt, vel audierunt, *ibid.*

MEMORIAE infirmitas damnum afferre non debet, *L. 44. pr. de acquirenda vel amitt. poss.*

MENDACIUM.

MENDACIUM est falsa significatio vocis, cum voluntate fallendi, *c. 5. q. 2. caus. 22.*

Qui verum occultat, & qui MENDACIUM dicit, uterque reus est, *c. 80. q. 3. caus. 11.*

MENDACIUM nec simplici sermone debet proferri, nec juramento firmari, *c. 19. §. ut itaque. q. 5. caus. 22.*

MENDACIUM non solum in verbis, sed etiam in simulatis operibus est, *ibid.*

MENDACIORUM octo sunt genera:

1) Est capitale mendacium, longeque fugiendum, quod fit in doctrina Religionis.
2) Quod nulli prodest, & obest alicui.
3) Quod prodest uni, & obest alteri.
4) Quod sola mentiendi, fallendique libidine fit.
5) Quod fit placendi cupiditate de suaviloquo.
6) Quod nulli obest, & prodest alicui.
7) Quod & nulli obest, & prodest alicui, certo in casu.

8) Quod

8) Quod nulli obest, & ad hoc prodest, ut ab immunditia corporali aliquem tueatur, *c. 8. q. 2. caus. 22.*

Omne MENDACIUM æque peccatum, *c. 12. q. 2. caus. 22.*

Non reputantur MENDACIA, cum ea, quæ non sunt, joco dicuntur, *c. 18. ead.*

Nec MENDACIO artificioso, nec simplici verbo oportet decipere quemquam, *c. 13. ead.*

Omnes, qui MENDACIUM amant, filii sunt Diaboli, *c. 20. q. 5. caus. 22.*

MENDACIO vel malitia impetratæ literæ non valent, *c. 15. X. de rescript.*

Sine MENDACIO & perjurio vix est mercator, *c. 11. & seq. dist. 88.*

MENDACIUM defuncti non nocet heredi, nec sibi, si revocat mendacium ante litis contestationem, *L. 26. §. 5. de noxalib. act.*

MENDACIUM est falsa significatio vocis cum intentione fallendi, *L. 11. §. 3. de interrogat. in jure* &c.

Ob MENDACIUM punitur quis in plus, *L. 23. §. 10. ad L. Aquil.*

MENDACIUM ita potest committi tacendo veritatem, sicut exprimendo falsitatem, *L. 2. C. si contra jus vel utilitatem.*

Propter MENDACIUM amittit quis privilegium, quod alias sibi indulgebatur, *L. 10. §. 1. de fidejuss.*

MENDACII convictus, *II. F. 26. c. 3.*

MENDAX.

A MENDACIBUS mendacia serio aguntur, *c. 18. q. 2. caus. 22.*

MENDICARE.

Qui sine necessitate MENDICANT, possunt inspici, & qui eos inspexerit, & prodiderit, & esse probaverit, dominium eorum consequitur, si sunt servi; vel jus colonatus, si sunt liberi, salva dominis actione servi corrupti, *L. un. C. de mendicantibus validis.*

Varia de ordinibus MENDICANTIBUS statuuntur, *c. un. de relig. domib. in 6.*

Religiosi MENDICANTES sub Excommunicationis pœna prohibentur convolare ad religionem non mendicantium, quocunque quæsito colore, *Extrav. comm. c. 1. de Regularib.*

MENIANUM.

Si quis velum in MENIANO, al. *mæniano* vel *maniano* immissum haberet, qui vicini luminibus officiebat, utile interdictum competit, *Ne quid in publico immittas, qua ex re luminibus Gaji Seji officias, L. 2. §. 6. ne quid in loco publico* &c.

MENS.

MENS rea facit linguam ream, *c. 3. q. 2. caus 22.*

MENTE incorrupta, caro non corrumpitur, *c. 6. & 8. q. 5. caus. 32.*

MENSA.

MENSA Clericorum non debet abundare fabularum recitatione, sed sacræ scripturæ lectione, *c. 11. dist. 44.*

MENSIS.

MENSIS intercalaris constat ex diebus viginti octo, *L. 98. §. 2. de V. S.*

Intra spatium MENSIS, ex eo die, quo literas accepit, debet comparere citatus, nisi sufficienter se excusaverit, *c. 1. q. 5. caus. 4.*

MENSEM intercalarem, *Cato* putat, addititium esse, omnesque ejus dies pro momento temporis observat, *L. 98. §. 1. de V. S.*

MENSOR.

MENSOR & si mercedem accipiat, non omnem tenetur culpam præstare, *L. 1. §. 1. si mensor falsum modum* &c.

Contra MENSORES agrorum datur

actio in factum, quia inter mensores non datur locatio, neque conductio, sed dicuntur præstare operam beneficii gratia, *L. 1. pr. eod.*

MENSORIBUS quod datur, dicitur dari ad remunerandum, & inde honorarium appellatur, *ib.*

MENSOR tenetur tantum de dolo, & lata culpa, si tamen imperite vel negligenter versatus sit, non tenetur, sibi enim imputare debet, qui talem mensorem adhibuit, *L. 1. §. 1. eod.*

MENSOR falso modo renuncians, & dicens, tenetur actione in factum, si falsum modum dixit, etiam si per alium renunciaverit, vel per literas, *L. 1. §. 2.* & *L. 2. pr. eod.*

MENSOR, cui mensura agri mandata fuit, si alicui eam postea commiserit, & is dolo malo in ea quid fecerit, tenetur actione in factum, quia dolo malo versatus est, qui tali homini credidit, *L. 2. §. 1. eod.*

MENSORIBUS duobus si mandatum sit, ut metirentur agrum, & ambo dolose fecerint, adversus singulos in solidum agi potest, sed uno convento, si satisfactum sit, actio in alterum denegatur, *L. 3. pr. eod.*

MENSOR adhibitus à Iudice si dolo malo fraudaverit aliquem in mensuræ renunciatione, tenetur ei, si ob suam renunciationem de judicio minus sibi assignatum est, *L. 3. §. 4. eod.*

MENSOR si falsum modum non renunciaverit sed tantum distulit dolo malo, & ab hoc evenit, ut venditor liberetur, non tenetur actione in factum, tenetur tamen actione de dolo malo, *L. 5. pr. eod.*

MENSORUM primicerius biennio expleto agentis in rebus militis militiam sortitur, *L. un. C. de mensor. XII.*

MENSORES frumentarii habent excusationem à tutela, *L. 26. de excusat.*

MENSURA.

MENSURA non eo proficit, ut aut plus, aut minus veneat, sed ut appareat, quantum ematur, *L. 34. §. 5. de contrah. empt.*

Quibus MENSURIS aut pretiis negotiatores vina comparare volunt, in contrahentium potestate est, *L. 71. eod.*

MENSURAS iniquas scienter si quis conduxerit, & eas magistratus frangi jusserit, tenetur ex locato ad eas, nisi ignoranter conduxisset, sed si æquas mensuras conduxit, ita demum tenetur, si magistratus culpa ipsius conductoris frangi jusserit, non alias, *L. 13. §. 8. locati.*

Qui MENSURAS falsas habet, in insulam delegatur, *L. 6. §. 2. de extraordin. crimin.*

MENSURAS & pondera falsificantes puniri debent, *L. 9. C. de susceptoribus. X.*

Mutans injuste MENSURAS & pondera, 30. diebus in pane & aqua pœnitere debet, *c. 2. X. de empt.*

MENTIRI.

MENTIRI impune nemo potest, *L. 10. C. de calumniator.*

MENTIENTIS pœna est, ut si primo tenebatur pro parte, postea teneatur in solidum, nisi juste erraverit, *L. 11. §. 3. de interrogation*

Non est MENTIRI, dicere falsum, quod putat verum, *c. 4. q. 2. caus. 22.*

Non MENTITUR, qui animum fallendi non habet, *c. 5. ead.*

MENTITUR, qui operibus non ostendit professionem suam, *c. 20. q. 5. ead.*

MENTIRI quis non debet pro vita alterius servanda, *c. 14. q. 2. ead.* & *c. 4. X. de usur.*

Non quivis MENTITUR, qui falsum dicit, *c. 5.* & *20. ead.*

MENTIRI Deo potes, fallere non potes, *c. 64. dist. 2. de consecr.*

MERCARI.

MERCARI prohibetur omnibus Clericis, *c. 3. q. 4. caus. 14.*

MERCANS contra jura, non præsumitur habere bonam fidem, *c. 82. de R. I. in 6.*

MERCATIO.

MERCATIO potest esse honesta & turpis, *c. 2. dist. 5. de pœnit.*

MERCATOR.

MERCATOR sine mendacio esse non potest ac perjurio, & titulo christiani non est dignus, debetque de Ecclesia Dei ejici, *c. 11. dist. 88.*

MERCATOR vix homo, & nunquam Deo potest placere, *ibid.*

Nullus Christianus debet esse MERCATOR, aut si voluerit esse, projiciatur de Ecclesia Dei, dicente Propheta, *Psal. 70. Quia non cognovi negotiationes, introibo in potentias Domini, ibid.*

MERCATORES subjecti Romano Imperio non possunt mercari à Persis, vel econtra, aut nundinas exercere ultra loca ad id deputata, ne alieni regni scrutentur arcana, *L. 4. C. de commerciis* &c.

MERCATORIBUS non est licitum cum gentibus populo Romano non gratis conversari mercationis causâ sub pœna confiscationis rerum venditarum, & pretii & perpetui exilii, *ibid.*

MERCATORES ad domum Principis pertinentes debent esse 563. nullique his addendi, mutandi, vel in defuncti locum substituendi ultra dictum numerum, sed tantum subrogentur in defunctorum locum alii usque ad dictum numerum, *L. 5. C. eod.*

MERCATORES pertinentes ad domum Principis sunt immunes à muneribus personalibus, alii autem non sunt immunes, *ibid.*

MERCATORES, cujuscunque sint dignitatis, si mercimonium exercuerint ultra civitates, in quibus mercari permittitur, vel susceperint negotiationes prohibitas, puniuntur pœna exilii, & publicatione bonorum, *L. 6. C. eod.*

MERCATURA.

MERCATURAE non debent exerceri in loco sacro, ubi est orationibus vacandum, *c. 9. q. 7. caus. 16.*

MERCENARIUS.

Non sunt filii, sed MERCENARII, qui honorem ab hominibus appetunt, *c. 19. q. 1. caus 8.*

MERCENARIUS est Prælatus, qui plus diligens proprium commodum quam ovium, videns lupum, oves relinquit, *c. 48. q. 1. caus. 7.*

MERCENARII vices deservit ille Presbyter, qui gratiam humanam amittere formidans, loqui recta pertimescit, *c. 1. dist. 43.*

Qui MERCENARIUM defraudat mercede, reus est, acsi ipsius sanguinem funderet, *c. 2. q. 5. caus. 14.*

MERCES.

Qui ab invito detentore recipit MERCEDEM suam, non committit injuriam, *c. 15. q. 5. caus. 14.*

De MERCEDIBUS Præses Provinciæ jus dicere solet, sed Præceptoribus tantum studiorum liberalium, *L. 1. pr. de extraordinar. cognit.*

MERCEDEM sibi constitui à discipulis petere non possunt Philosophi, cum ipsi mercedem ex opere capere spernant, *L. 1. §. 4. eod.*

MERCEDEM sibi constitui petere non possunt juris civilis Professores, si tamen discipuli eis velint dare aliquid sponte, possunt ipsi recipere, *L. 1. §. 5. eod.*

De MERCEDE constituenda aliarum arti-

artium opificibus, sive artificibus, quæ sunt extra literas & notas positæ, Præses non debet cognoscere extra ordinem, *L. 1. §. 7. eod.*

Si MERCES promissa sit generaliter *alieno arbitrio*, locatio & conductio contrahi non videtur, *L. 25. pr. locati.*

Si de MERCEDE convenerit, locatio conductio contrahitur, *L. 2. pr. eod.*

MERETRICIVS, *a*, *m*.

MERETRICIA voluptas etiam in uxore damnatur, *c. 14. q. 4. cauf. 22.*

MERETRIX.

MERETRIX turpiter facit in eo, quod meretrix sit, sed non accipit turpiter, cum meretrix sit, *L. 4. §. 3. de cond. ct. ob turp. cauf.*

Quod MERETRICI datur, repeti non potest, quia dans turpiter dat, sed ipsa non turpiter accipit, *ibid.*

MERETRICI bonis interdici potest, quia prodiga est suæ personæ, per quod præsumitur & rerum, *L. 15. pr. de curatorib. furioso* &c.

MERETRIX est turpis persona, *L. 3. pr. si à parente quis manum.*

MERETRICEM ancillam alienam celans libidinis causa, non tenetur Lege Flawa, *L. 39. de furtis.*

Is, qui fores MERETRICIS effregit libidinis causa, & fures ab eo non inducti, sed alias ingressi meretricis res egesserunt, furti non tenetur, *ib.*

MERETRICES, & *Mimæ*, i. e. fœminæ joculatrices, non debent publice uti habitu virginum, & Deo dedicatarum, *L. 4. C. de Episcop. audient.*

MERETRIX est, quæ multorum libidini patet, *c. 16. dist. 34.*

MERETRIX est, cujus turpitudo publice est venalis, *c. 11. q. 4. cauf. 32.*

MERETRICES esse, & ad Meretrices accedere à Deo prohibetur, *ibid.*

MERETRICEM retinens fatuus est, & injustus, *c. 1. q. 1. cauf. 32.*

MERETRICEM ducere uxorem, non est peccatum, *c. 14. q. 1. ead.*

Qui MERETRICEM ducit, bonum opus est, *c. 20. X. de sponsal.*

MERITVM.

Suis MERITIS firmus, non unquam turbatur alienis, *c. 7. q. 1. cauf. 24.*

MERITA reviviscunt per pœnitentiam, *c. 19. §. dicens. dist. 4. de pœnit.*

MERX.

MERCIS appellatio ad res mobiles tantum pertinet, *L. 66. de V. S.*

MERCIS appellatione homines non continentur, *L. 207. eod.*

MERCES commutare, & vendere, & emere poterunt Legati Persarum à mercatoribus Romanis, nisi sub specie legationis diutius in qualibet provincia resederint, *L. 4. C. de commer. & mercat.*

Si quis MERCES supposuerit, vel obligatas averterit, vel si corruperit, stellionatus reus erit, *L. 3. §. 1. stellionatus.*

MERCES illicitas si quis portaverit, confiscantur illæ, & eas poterit vindicare fiscus etiam ab herede portatoris, *L. 11. §. 2.* & *L. 14. de publican. & vectigal.*

Illicitarum MERCIVM persequutio heredem quoque affligit, *L. 11. § 3. eod.*

MERCES, quæ commisso vindicatæ sunt, dominus emere non prohibetur, vel per se, vel per alios, quibus hoc mandaverit, *L. 11. §. 4. eod.*

MERCES jactatæ in mare causa vitandi periculi dominorum permanent, *L. 9. §. 8. de A R. D.*

MERCIVM projectarum contributio tunc debet fieri, cum jactus remedio cæteris in communi periculo salva nave consultum est, *L. 5. pr. de L. Rhodia.*

Qui MERCES aliquas levandæ navis causa

causa projiciunt, non hanc habent mentem, ut eas pro derelicto habeant, & ideo si invenerint, eas recuperare possunt, *L. 8. eod.*

Si levandæ navis causa jactus MERCIUM factus est, omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus datum est, *L. 1. eod.*

MERCIUM jactarum domini in mare causa levandæ navis habent actionem ex locato contra magistrum navis, & magister contra alios habentes merces in navi non solum habet actiones ex conducto, sed etiam retentionem mercium, ut pro portione competenti resarciatur damnum mercium jactarum, & fiat contributio ab eis, *L. 2. pr. eod.*

MERCIUM jactarum domini possunt agere ex locato cum magistro navis, ut res aliorum vectorum in navi existentes retineat, donec portionem damni competentem præstent, *ibid.*

MERCIUM projectarum detrimentum debent etiam contribuere illi, quibus vehuntur margaritæ, gemmæ, annuli, licet merces non dicantur, neque onera, *L. 2. §. 2. eod.*

MERCIUM projectarum damnum debent contribuere dominus navis, & etiam domini omnium mercium, etiam margaritarum, & gemmarum in navi existentium pro portione æstimationis illarum, & non prout ponderant, *ibid.*

MERCIUM projectarum damnum non contribuitur pro liberis capitibus, quia corpora libera æstimationem non recipiunt, *ibid.*

MERCIUM projectarum damnum debet contribui pro pretio rerum, quæ salvæ sunt, & quæ projectæ, *L. 2. §. 4. eod.*

MERCIUM projectarum damni contributio fit, etiam ratione vestimentorum & annulorum in navi existentium pro portione æstimationis illarum, *L. 2. §. 2. eod.*

MERCIUM projectarum damni contributio non fit ratione earum rerum, quæ causa consumendi in navi positæ sunt, veluti cibaria, cum si illa deficerent in navigatione, teneantur domini cibariorum illa conferre non habentibus,

MERCES unius si prædones à navi abstulerunt, damnum est solius domini illarum, & si illas redemerit, non fit contributio ei ab aliis mercatoribus, *L. 2. §. 3. eod.*

Si MERCES, quæ jactæ sunt, apparuerint, exoneratur collatio, quod si jam contributio facta, tunc hi, qui solverint, agent ex locato cum magistro, ut is ex conducto experiatur, & quod exegerit, reddat, *L. 2. §. 7. eod.*

MERCES projiciens non videtur illas habere pro derelicto, quia nemo suam pecuniam jactare præsumitur, *L. 2. §. 8. eod.*

MERCIBUS projectis unius mercatoris si navis submersa sit cum aliorum mercibus, & per urinatores data mercede aliquæ illarum recuperatæ sint, illarum domini debent conferre ei, qui merces suas projecit causa navis levandæ, secus si non recuperaverint, *L. 4. §. 1. eod.*

MERCIUM projectarum dominus etiamsi recuperaverit illas per urinatores, non tenetur conferre illas dominis mercium, quæ cum navi submersæ sunt, *ib.*

MERCES submersæ cum navi non videntur projectæ causa servandæ navis, & ideo in contributionem non veniunt, *ib.*

MESSIS.

MESSIUM & vindemiarum tempore nemo

nemo compellitur in jus venire, *L. 1. pr. de feriis.*

MESSIVM & vindemiarum tempore jus dici potest de rebus, quæ tempore perituræ sunt, aut actionis dies exiturus est, *L. 3. pr. eod.*

MESSIVM & vindemiarum tempore jus dici potest de rebus, quæ morte perituræ sunt, veluti furti, damni, injuriarum atrocium, & quæ de incendio, ruina, naufragio, rate, & nave expugnata raptæ fuisse dicuntur, *ib.*

MESSIVM, & quocunque alio tempore judicia liberalia finiri possunt, & potest etiam jus dici in eum, qui aliquid nundinarum nomine adversus communem utilitatem acceperit, *L. 3. §. 1. & 2. eod.*

Arguitur Episcopus, qui, antequam Missarum solennia celebraret die Dominico, ad exarandam MESSEM cujusdam profectus est, *c. 24. dist. 86.*

MESSONAVTA.

MESSONAVTA, al. *mesonauta* dicitur, qui medium locum tenet inter nautas summos & imos, *L. 1. §. 2. nautæ, caupones*, &c.

META.

META molendinaria est inferior pars molæ, hæc debetur, si fundus cum instrumento fuerit legatus, quando ejus fundi operariis moleretur, *L. 18. §. 5. de instructo vel instrumento legato.*

META.

METAS suas nemo debet excedere, *Clem. 1. in pr. de hæret.*

METALLARIVS.

METALLARII volentes vendere metallum, debent vendere fisco pretio competenti, *L. 1. C. de Metallariis &c. XI.*

METALLICVS, *a, m.*

METALLICVS hic canon erat in diœcesi Pontica & Asiana *L. 2. C. de Metallariis XI.*

METALLVM.

METALLA, i. e. lapides, cretas, arenas, &c. privatis licet possidere, *L. 4. de rebus eorum, qui sub. tut.*

In METALLVM damnati libertatem perdunt, bonaque eorum publicantur, *L. 8. §. 4. qui testam. fac.*

In METALLVM damnati hodie libertatem non amittunt, *Nov. 22. c. 8.*

METALLA multa numero sunt, & quædam quidem Provinciæ habent, quædam non habent, sed quæ non habent, in eas Provincias mittunt, quæ metalla habent, *L. 8. §. 4. de pœnis.*

In METALLVM damnandi potestatem habet Præfectus urbi, *L. 8. §. 5. eod.*

In METALLVM damnati à damnatis in opus metalli differunt tantum in hoc, quod in metallum damnati gravioribus vinculis premantur, sed damnati in opus metalli levioribus, *L. 8. §. 6. eod.*

In METALLVM damnati si refugerint ex metallo, gravius puniuntur, scilicet capite, sed refugientes damnati in opus metalli, ex opere metalli in metallum damnantur, *L. 8. §. 7. eod.*

In METALLVM & in ministerium metallicorum damnati, servi efficiuntur, sed pœnæ, *L. 36. eod.*

In METALLVM damnati, si valetudine, aut ætatis infirmitate inutiles operi faciendo deprehendantur, à Præside dimitti poterunt, qui æstimabit de his dimittendis, si modo vel cognatos, vel affines habeant, & non minus decem annis pœnæ suæ functi fuerint, *L. 22. eod.*

Sine præfinito tempore in METAL-

LVM

LVM dato, imperitia dantis decennii tempora præfinita videntur, *L. 23. eod.*

METATOR.

METATOR deputatus ad hospitia mensuranda, & militibus danda seu assignanda, si in hospitis domo scripserit nomen militis, cui sit hospitium assignatum, & postea deleverit, punitur pœna falsi, *L. 1. C. de metatis. XII.*

METROPOLITANVS.

Duo METROPOLITANI in eadem provincia esse non debent, *c. 1. dist. 101.*

METROPOLITANVS dicitur à mensura civitatum, quibus præest, *c. 1. §. ordo dist. 21.*

METROPOLITANVS debet decem vel undecim civitates, & totidem Episcopos sub se habere, *c. 2. q. 3. caus. 6.*

METROPOLITANVS à comprovincialibus Episcopis consecretur, *c. 6. dist. 64.*

METROPOLITANVS absque Primatis consensu, Episcopum non ordinet, *c. 4. dist. 65.*

METROPOLITANVS sine Episcoporum consensu, vel præsentia alicujus eorum non audiat causas, *c. 4. q. 3. dist. 9.*

METROPOLITANVS constituat œconomos, quos Episcopus habere neglexerit, *c. 3. ead.*

Sine METROPOLITANI conscientia extra suam diœcesin nihil agat Episcopus, *c. 2. ead.*

METROPOLITANI ad correctionem excessuum, & reformationem morum, singulis annis facere debent concilium provinciale, *c. 25. X. de accusat.*

METROPOLITANVS cum suis Episcopis consecrent Episcopum, *c. 1. X. de Sacr. unctione.*

METVS.

METVM comprobare contra bonos mores est, *L. 116. de R. I.*

Quæ METV fiunt, per subsequentem consensum valent, nec testes sunt in contrarium recipiendi, *c. 21. X. de sponsalib.*

METVS est instantis periculi, vel futuri mentis trepidatio, *L. 1. de eo, quod metus causa.*

METVS causa gestum ratum non habetur, *ibid.*

METV facta censentur, si sint facta terrore mortis, aut verberum, aut timore servitutis, ut ne servaretur in perpetuis vinculis, vel inserviret in perpetuum, & illa rescinduntur per actionem quod metus causa, *L. 3. & 4. eod.*

METVS dicitur non quilibet timor, sed magni mali, *L. 5. eod.*

METVS vocatur, qui cadit in hominem constantissimum, ut mortis, cruciatus, &c. *L. 6. eod.*

METV infamiæ vel alicujus vexationis aliquid gestum, non rescinditur per actionem quod metus causa, *L. 7. pr. eod.*

METVS debet esse illatus ab aliquo ad hoc, quod actio quod metus causa habeat locum, *L. 9. pr. eod.*

METVM passo datur actio & exceptio ex edicto quod metus causa, sive res sit imperfecta, i. e. promissa, sed non tradita, sive perfecta, i. e. promissa & tradita, *L. 9. §. 3. eod.*

METVM passo restitui debet res ab eo tradita per metum cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt à metum passo, *L. 12. pr. eod.*

Per METVM qui reddit id, quod actione quod metus causa, vel alia reddere tenetur, non habet actionem quod metus causa, *L. 12. §. 1. & 2. eod.*

Eum, qui METVM fecit, & de dolo teneri certum est, & consumi alteram actionem per alteram, exceptione

ne in factum opposita, *L. 14. §. 13. eod.*

Per METUM justum extortum juramentum, *II. F. 53.*

METUS justus culpam attenuat, *c. 5. X. de his, quæ vi* &c.

METUS cadens in virum constantem excusat, *c. 4. X. eod.*

METU extorta revocatio non valet, *c. un. de his, quæ vi &c. in 6.*

METU gesta ipso jure nulla sunt, *ib.*

Quæ METU & vi fiunt, de jure debent in integrum revocari, *c. 4. X. de his, quæ vi* &c.

METU extorta confessio non præjudicat, *c. 16. X. de offic. deleg.*

METU extorta confessio non valet, *c. 14. X. de privileg.*

METU tradita revocari possunt, non obstante juramento, *c. 2. X. de his, quæ vi* &c.

METU votum factum per patientiam sequentis temporis sit validum, *c. ult. X. Qui Cler. vel vovent.*

METU Domini, supprimit servus testimonium veritatis, *c. 10. X. de V. S.*

METU pœnæ deterrentur à malo delinquentes, *c. 1. §. cum igitur, de homicid.*

METUM justum inducunt minæ capitales, metus mortis & cruciatus, *L. 7. C. de his, quæ vi* &c.

METU justo quilibet contractus celebratus, sive hinc inde obligatorius, sive ex una tantum parte, rescinditur, *ib.*

METUM inferens si à me possessionem consequutus est, non est fur, quamvis, qui vi rapuit, fure improbior sit, *L. 14. § 12. quod metus causa.*

MEUS, *a, m.*

MEUM est, quod ex re mea superest, cujus vindicandi jus habeo, *L. 49. §. 1. de R. V.*

Quod MEUM est, ex alia causa meum fieri non potest, nisi desierit meum esse, *c. 6. in f. X. de fide instrum.*

MILES.

MILITI licet plura testamenta facere, nec superius per inferius rumpitur, *L. 19. pr. de testam. milit.*

MILES in eodem testamento eundem heredem, deinde exheredem scripsit, adempta videtur hereditas, *L. 17. §. 2. eod.*

Si MILES certarum rerum heredes instituerit, valebit institutio, *L. 17. pr. eod.*

MILES tam sibi, quam filio jure militari testamentum facere potest, & soli filio, tametsi sibi non fecerit, *L. 15. §. 5. eod.*

MILES & ad tempus heredem facere potest, & alium post tempus, vel ex conditione, vel in conditionem, *L. 15. §. 4. eod.*

Si MILES testamentum cancellaverit, & mox valere voluerit, valebit ex suprema voluntate, *L. 15. §. 1. eod.*

Si MILES cancellaverit testamentum suum, vel inciderit, nullius erit momenti, *ibid.*

MILES hereditatem nuda voluntate dare, ita & adimere potest, *ibid.*

Si MILES servum proprium, quem liberum esse credidisset, heredem sine libertate instituit, institutio non valet, *L. 13. §. 3. eod.*

Si MILES servum pœnæ heredem scribat, institutio non valebit, *L. 13. §. 2. eod.*

A MILITE heredes institui possunt deportati, & fere omnes, qui testamenti factionem non habent, *ibid.*

MILITES ea, quæ habent, scriptis relinquere possunt, *L. 12. eod.*

MILES pro parte testatus & intestatus decedere potest, *L. 6. & 19. pr. eod.*

MILITES quando domi sunt, jure communi testari debent, *L. pen. C. de testam. mil.*

MILI-

MILITIBUS in expeditionibus occupatis diligens observatio in ordinandis testamentis propter nimiam imperitiam, seu simplicitatem eorum remissa, *pr. I. de milit. testam. L. 1. pr. ·. de testam. mil. L. pen. C. de testam. mil.*

MILITES faciant testamenta, quomodo volent; faciant, quomodo poterint, *L. 1. pr. eod.*

Filius MILES ut paganus nominatim à patre aut heres scribi, aut exheredari debet, *L. 26. de liber. & posthum.*

MILITIBUS liberam testamenti factionem primus Iulius Cæsar concessit, hanc successores ejus confirmarunt, *L. 1. pr. eod.*

MILES appellatur, vel à militia, aut à malo, aut à numero mille hominum, aut à multitudine, *L. 1. §. 1. eod.*

MILES quoquo modo testatus est, rata est ejus voluntas, *L. 1. pr. eod.*

MILITUM privilegium ad alienam injuriam porrigi non oportet, *L. 40. de adminiſt. & peric tut.*

Si MILES reum falsæ monetæ de custodia exire fecerit, capite puniatur, *L. 1. de falſ. mon.*

MILITES ignominiose dimissi, similes his, qui nequaquam militaverunt, existimantur, *L. 8. §. 1. de excuſ.*

Ægritudo MILITI parit honestam missionem, *L. 8. §. 5. eod.*

MILES, i. e. Vasallus, *I. F. 19. c. si quis ex mil. I. F. 21. c. sancimus. I. F. 22. c. si quis.*

MILES natione legitimus, *II. F. 27. §. 3.*

MILES subinfeudat militi, *II. F. 34. §. 2.*

MILES pulsans rusticum, *II. F. 27.*

MILES de violata pace pulsatus, *II. F. 27. §. 3.*

MILES arma non ferat ad palatium, *II. F. 27. §. 5.*

MILES Christi, *II. F. 109.*

MILES seculi, *ibid.*

MILITIBUS suis Capitaneus dedit beneficium, *II. F. 51. pr.*

MILITES non possunt facere collegia, seu colligationes, *L. 1. pr. de collég. illicitis.*

MILES, qui in commeatu agit, non videtur Reipubl. causa abesse, *L. 1. de re militari.*

MILITUM delicta sive admissa aut propria sunt, aut cum cæteris communia, unde & persequutio aut propria, aut communis est, *L. 2. pr. eod.*

Dare se MILITEM, cui non licet, grave crimen habetur, *L. 2. §. 1. eod.*

MILITUM pœnæ hujusmodi sunt, castigatio, pecuniaria multa, munerum indictio, militiæ mutatio, gradus dejectio, ignominiosa missio; nam in metallum, aut in opus metalli non dabuntur, nec torquentur, *L. 3. §. 1. eod.*

MILES, qui ad hostem confugit & redit, torquebitur, ad bestiasque vel in furcam damnabitur, *L. 3. §. 10. eod.*

MILES, qui volens transfugere apprehensus est, capite punitur, *L. 3. §. 11. eod.*

MILES, qui in bello arma amisit, vel alienavit, capite punitur, *L. 3. §. 13. eod.*

MILES, qui aliena arma subripuit, gradu militiæ pellendus est, *L. 3. §. 14. eod.*

MILES, qui in bello rem à Duce prohibitam fecit, aut mandata non servavit, capite punitur, etiamsi res bene gesserit, *L. 3. §. 15. eod.*

MILES, qui agmen excessit, ex causa vel fustibus cæditur, vel mutare militiam solet, *L. 3. §. 16. eod.*

MILES, si vallum transcendat, aut per mu-

murum castra ingrediatur, capite punitur, *L. 3. §. 17. eod.*

MILES si fossam transiluit, militia rejicitur, *L. 3. §. 18. eod.*

MILES seditionem atrocem concitans capite punitur, *L. 3. §. 19. eod.*

MILES, nobilis, & in dignitate constitutus, non subjiciuntur torturæ in causa criminali, *c. ult. q. 1. caus. 6.*

MILES sua sponte occidens hominem, peccat; potestati obediendo occidens, non peccat, *c. 13. q. 5. caus. 23.*

MILITES in bello contra infideles occisi, salvantur, *c. 46. q. 5. ead.*

MILES præcipua habere debet, quæ tulit secum in castra, concedente patre, *L. 4. pr. de castrensi peculio.*

MILES caligatus, vel alius quicunque, etiam centurio, vel præfectus legionis, vel exercitus ignominiose missus infamis est, *L. 2. pr. de his, qui notant. infam.*

MILES si ignominiose non sit dimissus, sed citra indignitatem Principis successor ei datus est, non notatur infamia, *ibid.*

MILES à legione, vel à cohorte ignominiose missus infamis est, sicut ab exercitu missus, *L. 2. §. 1. eod.*

MILES ab exercitu mittitur honesta causa, quæ emeritis stipendiis per 20. annos, vel etiam ante à Principe indulgetur, non est infamis, *L. 2. §. 2. eod.*

MILES si ab exercitu mittitur causaria missione, quando causaria missio solvit eum laboribus militiæ propter valetudinem, *ibid.*

MILES ignominiose missus dicitur toties, quoties is, quæ mittit, addit nominatim ignominiæ causa se mittere, semper enim debet addere, cur mittatur, *ibid.*

MILES ignominiose missus dicitur, quoties est exautoratus, i. e. cui insignia militaria sunt detracta, licet exautorans non addiderit, ignominiæ causa se exautorasse, *ibid.*

MILES, qui Lege Iulia de adulteriis fuerit damnatus, ita infamis est, ut etiam ipsa sententia eum sacramento ignominiæ causa solvat, *L. 2. §. 3. eod.*

MILITIBUS ignominia missis neque in urbe, neque alibi, ubi Imperator est, morari licet, *L. 2. §. 4. eod.*

MILITES ignominia missi cum infamia notentur, nullis honoribus, qui integræ dignitatis hominibus deferri solent, uti possunt, habeant autem morandi, ubi velint, potestatem, præterquam in eis locis, in quibus specialiter arguentur, *L. 3. C. de re milit. XII.*

MILES captus ab hostibus, dum ibi est, non potest habere stipendium, vel donarium, *L. 1. C. eod.*

MILES missus à militia ex causa ægritudinis, factus sanus, instaurandus non est, *L. 6. C. eod.*

MILES ex causa ægritudinis mitti non debet, nisi medicis hoc denunciantibus, & Iudice hoc inquirente, *ibid.*

MILES causuria missus, nulla existimationis macula aspergitur, *L. 8. C. eod.*

MILITIS deserentis bona in desertione defuncti confiscantur, *L. 4. C. eod.*

MILITES implentes stipendia per 20. annos munera sordida non tenentur subire, *L. 2. C. eod.*

MILITES non amplius 20. lapide debent sibi paleas convectare, *L. 2. C. de erogatione militaris annonæ. XII.*

MILITES ut aliquid in cœna habeant, à provincialibus nihil possunt accipere, *L. 3. C. eod.*

MILITIBUS præstanda est annona singulis diebus & ante lapsum anni, *L. 6. C. eod.*

MILITIBUS existentibus in castris vicinioribus annonariæ species conferri

ferri debent à provincialibus, *L. 4. C. eod.*

MILES, qui tempore fertilitatis annonam neglexerit recipere de publico, tempore cariftiæ pretium ipfius aut annonam petere non poteft, *L. 7. C. eod.*

Fœnum MILITIBUS & vexilliferis opportunum etiam fcholarum tribunis, & comitibus illuftribus ad domum eorum habitationis apportatur, *L. 8. C. eod.*

MILITIBUS vinum novum, non vetus debet tribui poft Calendas Novembris, *L. 10. C. eod.*

MILITIBUS feptem diebus fori non venduntur res pretio viliori, *L. 12. C. eod.*

MILES impediens exactionem annonæ, vel confuetam erogationem, punitur in centum libris, & pœna facrilegii, *L. 13. C. eod.*

Inter MILITEM & actuarium fi tempore erogationis ftipendiorum oriatur quæftio de lucro ex pactione actuarii debito, pecunia deponitur apud Principes militum, donec per eos Principes propofitis facrofanctis fcriptis caufa interim fuerit terminata, *L. 16. §. 1. eod.*

MILITES deputati ad cuftodiam alicujus perfonæ, vel loci, annonam de publico non percipiunt, *L. 17. C. eod.*

MILITIBUS defunctis, falarium & ftipendium debitum præftari debet eorum uxoribus & liberis, *L. 6. §. 8. C. eod.*

MILITIBUS pro vefte militari, i. e. pro chlamydibus fingulis dari debet unus aureus, non bini tremiffes, *L. 3. C. de militari vefte. XII.*

MILITIBUS fortiffimis in pecunia dari debent quinque partes pretii veftis militaris, debilibus vero fexta pars in panno, *L. 4. C. eod.*

MILES aliquis ad prædium publicum, vel privatum accedere non poteft, & contra facientem tanquam facrilegum quilibet poteft expellere, & adminiftrator, qui eum militem tranfmifit, punitur, *L. 5. C. de metatis. XII.*

Tempore expeditionis nullus MILITIBUS commeatum dare poteft, *L. 1. C. de commeatu. XII.*

MILITEM defertorem fcienter recipiens in agro vel in domo, fi eft actor, vel procurator, capite punitur, *L. 1. C. de defertoribus. XII.*

MILITUM, vel Comitum, vel Tribunorum, aut Præpofitorum aliquis nomine, falgami gratia culcitras, lignum, oleum à fuis hofpitibus non debet extorquere, fed nec volentibus hofpitibus aliquid in prædictis fpeciebus accipiat, alias punitur, *L. un. C. de falgamo hofpitibus non præftando. XII.*

MILES relictis militaribus caftris, fi fe ad deprædationem vel latrocinium contulerit, feveritatem Iudicis non evadat, *L. 3. C. de defertoribus* &c. *XII.*

MILES concubinæ fuæ donare non poteft, *L. 2. C. de donat. inter virum* &c.

MILITES prohibentur prædia comparare in his provinciis, in quibus militibant, præterquam fi paterna eorum fifcus diftrahat, nam hanc fpeciem Severus & Antoninus remiferunt, *L. 9 pr. de re militari.*

MILES poft finitam militiam poteft emere prædia in provincia, in qua militabat, *ibid.*

MILES fi contra prohibitionem durante militia prædium emit, confifcatur tale prædium, & fifcus vindicat illud, fi delatum fit, fed fi nondum delata caufa militia finita fit, non eft locus delationi, *ib.*

MILES jure fucceffionis poteft acquirere prædia in provincia, in qua militat, *L. 9. §. 1. eod.*

MILES non debet exercere officia vilia, & mechanica, quibus possit à militia distrahi, *L. 12. §. 1. eod.*

MILITES agrum comparare prohibentur in ea provincia, in qua bellica opera peragunt, scilicet, ne studio culturæ militia sua avocentur, *L. 13. pr. eod*

MILITES possunt emere domum, in qua militant, *ib.*

MILITES possunt emere agros extra provinciam, in qua militant, *ib.*

MILES si contra prohibitionem militarem durante militia emerit agrum, ager ille defertur in fiscum, ante missionem de militia, sed post missionem non defertur, nisi ignominiose sit missus, *L. 13. §. 1. eod.*

MILITES sive majores, sive minores prohibentur à conductione alienarum rerum, *L. 35. C. de locato.*

MILITES non debent ad sordida ministeria venire, & relictis studiis publicis signisque victricibus ad conductiones aliarum rerum prosilire, *ibid.*

MILITES alienarum rerum conductores, seu procuratores, aut fidejussores. seu mandatores conductores esse non possunt, *L. 31. C. eod.*

MILITES omisso armorum usu ad opus rurestre se conferre non debent, ne vicinis graves præsumptione cinguli militaris existant, *ib.*

MILITES armis, & non privatis negotiis debent se occupare, ut numeris & signis suis jugiter inhærentes rempub. à qua aluntur, ab omni bellorum necessitate defendant, *ibid.*

MILITES, qui causas alias defendere non possunt, admittuntur tamen ad accusationem Legis Iuliæ majestatis, *L 7. §. 1. ad L. Iul. majestatis.*

MILITES licet ad accusandum aliquem non admittantur, admittuntur tamen ad accusandum de annona fraudata, *L. 13. de accusat.*

MILES procurator ad negotia fieri non potest, *L. 5. C. de condictione ob causam datorum.*

MILES ad accusandum admittitur, si suam vel suorum injuriam prosequatur, *L. 8. C. de his, qui accusare non possunt.*

MILES interfectores consobrini sui potest accusare, *ib.*

MILITUM magistri nullam habent jurisdictionem in provinciales, neque Præfecti in militares viros, *L. 1. C. de offi. magistri militum.*

MILITIBUS supervenientibus in civitate debent cives præstare hospitia per vices, i. e. quidam una die, alii alia die, *L. 3. §. 13. de munerib.*

MILITES, qui sunt ultra statutum numerum, debent subjacere sententiis judicum civilium & tributariis collationibus, *L. 3. C. de officio magistri milit.*

MILITES de locis, in quibus consistunt, ad alia loca sine speciali nostræ Serenitatis autoritate nullatenus transferri possunt, *L. 4. C. eod.*

MILITUM numerus quemadmodum se habeat, debet Principi significari à magistro officiorum quotannis, *L. 4. C. de officio magistri officiorum.*

MILITES debent fieri cum rescripto Principis, alias, qui sine rescripto ejus ad militiam pervenerint, privantur illa, & puniuntur viginti librarum auri, *L. 5. pr. C. eod.*

MILITUM duces, & magistri castrorum refectionis lustrationisque curam debent habere, *L. 4. C. de officio militar. Iudicum.*

MILES pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere potest, *L. 1. C. de testamento militis.*

MILITUM testamenta juris vinculis non

non subjiciuntur, cum propter simplicitatem militarem quomodo velint, & quomodo possint, eis conceditur facere, *L. 3. C. eod.*

MILES si major 20. annis faciens testamentum servum suum manumiserit, liber erit, *L. 4. C. eod.*

Ex testamento MILITIS, sive adhuc in militia, sive intra annum missus honeste decessit, hereditas & legata omnibus, quibus relicta sunt, debentur, *L. 5. C. eod.*

MILITIBUS damnatis ob flagitium militare non permittitur facere testamentum aliarum rerum, quam castrensium, & intestatis jure proprio succedit fiscus, *L. 13. C. eod.*

MILITIS testamentum minus solenne factum valet, & heres in eo scriptus praefertur succedenti ab intestato, *L. 14. C. eod.*

MILITES in expeditione degentes possunt testari, quomodo volunt, & quomodo possunt, *L. 15. C. eod.*

MILITES in expeditione degentes quod in vagina aut clypeo literis sanguine suo rutilantibus annotaverint, aut in pulvere inscripserint gladio suo, ipso tempore, quo in praelio vitae sortem derelinquunt, hujusmodi voluntatem stabilem esse oportet, *L. 15. C. eod.*

MILITUM notarii & apparitores in testamentis conficiendis non gaudent privilegio militum, licet in matricula militum sint descripti, *L. 16. C. eod.*

Illi MILITES tantum, qui in expeditionibus occupati sunt, habent privilegium testandi, quomodo voluerint, sed non illi, qui non degunt in expeditionibus, *L. 17. C. eod.*

MILES surdus & mutus testamentum facere potest, *§. 2. de militari testamento.*

MILITIS in expeditione existentis voluntas ultima, sive scripta, sive sine scriptura quoquomodo declarata habet vim testamenti, in *pr. Inst. eod.*

MILES extra expeditionem debet testari secundum jus commune, *§. 3. eod.*

MILES convocatis saltem duobus testibus debet testari in tentorio, sed domi & extra castra debet testari jure communi, in conflictu autem belli nullo etiam teste vocato, debet tamen aliquo modo de voluntate constare, vel per duos testes, vel per comparationem literarum, vel alio modo, §. *1. eod.*

MILES filiusfamilias à commilitone, vel ab eo, quem per militiam cognovit, heres institutus, & citra jussum patris suo arbitrio recte pro herede geret, *L. 5. de castrensi peculio.*

MILITARE.

MILITANT causarum patroni, qui gloriosae vocis confisi munimine, laborantium spem, vitam, & posteros defendunt, *L. 14. C. de advocatis diversor. judic. I.*

Non solum MILITANT illi in imperio, qui gladiis, clypeis & thoracibus nituntur, sed & Advocati, *ib.*

MILITARE volentes debent se offerre ei, qui habet jus probandi, *L. 1. pr. C. qui militare possunt* &c. *XII.*

MILITARE nullus potest in aliquo numero militum sine licentia Principis, si tamen aliquis de numero deficiat, magister militum & dux belli in illius locum alium subrogabit, facta prius declaratione Principi, & contra facientes puniuntur, *L. 17. C. de re militari. XII.*

MILITANTES in officio magistrorum militum peditum, & equitum dicuntur esse ordinis militaris, & excusantur ab omni nominationis injuria,

juria, *L. 1. & 2. C. de apparitoribus magistrorum militum &c. XII*

MILITANS si sit de numero militantium, gaudet eisdem privilegiis, quibus alii militantes, sed si constitutus ultra numerum statutum militet, non gaudet eisdem privilegiis, *L. 5. C. eod.*

MILITARE licitum est, *c. 2. c. militare. q. 1. caus. 23.*

MILITARIS, e.

MILITARIS disciplina Regi omnia servat, *c. 25. q. 5. caus. 23.*

Si MILITARES viri petant recipi in monasteriis, non sunt temere suscipiendi, sed debent in suo habitu, triennio probari, *c. un. §. 1. dist. 53.*

MILITARES causas civiles & criminales cognoscere possunt per se duces belli, vel etiam delegare principalibus, *L. 18. §. 4. C. de re militari. XII.*

Exactor MILITARIS annonæ scholari ad numerum cogendum deputato unum solidum præstabit, *L. 14. C. de erogatione militar. annonæ. XII.*

MILITARE delictum dicitur, quod committitur contra disciplinam *militarem*, veluti crimen pigritiæ s. *segnitiæ*, vel contumaciæ, vel desidiæ, *L. 6. pr. de re militari.*

MILITIA.

MILITIA non liberat à patria potestate, *§. 4. quib. mod. jus patr. potest.*

MILITIAM vel disciplinam militarem non contemnit, qui militem esse aliquem ignoravit, *L. 50. locati.*

MILITIAM habere de jure vetitum est servis, *L. 11. §. 16. de legat. 3.*

MILITIA quædam vendi potest, & ad heredes transmitti, *L. 30. §. 2. C. de inoff. testam.*

MILITIA duplex est, secularis & spiritualis, *c. 2. dist. 59.*

MILITIA instituta est propter duo; videlicet ad injuriam propulsandam, & vindictam inferendam, in *princ. q. 1. caus. 23.*

In MILITIA seculari gradatim quis promovetur ad honores, *c. 2. & seq. dist. 59.*

MILITIAE summa laus est, communi utilitati intendere, *c. ult. q. 1. caus. 23.*

MILITIAM appetens causa litis vitandæ adversariis postulantibus solvi debet sacramento, *L. 1. C. qui militare possunt. XII.*

MILITIAE armatæ nomen nullus debet assumere in fraudem munerum civilium, *L. 2. C. eod.*

Ad MILITIAM armatam non debent suscipi coloni, vel saltuenses volentes, aut inviti, *L. 3. C. eod.*

Omnes omnino curialis, vel cohortalis conditionis constituti nullam armatam MILITIAM in posterum arripiant, *L. 4. C. eod.*

Ad MILITIAM nullus tyro vagus, aut veteranus, aut censibus obnoxius debet accedere, *L. 1. C. de tyronibus, XII.*

MILLE.

MILLE passus (*qui faciunt unum milliare*) non à milliario urbis, sed à continentibus ædificiis numerandi sunt, *L. 154. de V. S.*

MINISTER.

MINISTER est Dei, qui malos percutit in eo, quod mali sunt, *c. 29 q. 5. caus. 33.*

MINISTER debet officium suum fideliter administrare, *Clem. c. 1. § porro. de heret.*

MINISTER non debet esse tenax, ubi paterfamilias largus est, *c. 12 q. 7. caus. 26.*

MI-

MINISTRI Ecclesiæ stipendia accipiant, *c. 4. q. 2. caus. 1.*

Ea, quæ MINISTRI Ecclesiæ ante nihil habentes tempore administrationis acquisiverunt ex officio ecclesiastico, Ecclesiæ conferuntur, *c. 1. q. 3. caus. 12.*

Si MINISTER occasione Ecclesiæ passus est damnum, compensabit Ecclesia; Si vero Ecclesia occasione *Ministri* passa est, damnum ipse compensabit, *c. 1. q. 4. caus. 12.*

Ex MINISTRIS Ecclesiæ geniti, in servitutem ejus Ecclesiæ vocentur, *c. 3. q. 8. caus. 15.*

MINISTER Ecclesiæ si lapsus sit carnaliter, Episcopi arbitrio subjacebit, *c. 2. q. 8. caus. 15.*

MINISTERIUM.

A MINISTERIO deponatur, qui illud vivendo illicite polluit, *c. 6. dist. 81.*

MINISTERIIS sacris deservientes, secularibus litteris vacent, *dist. 37. per tot.*

MINISTRARE.

Qui digne MINISTRARE sacramenta non possunt, ad ministerium non eligantur divinum, *c. 4. dist. 23.*

MINISTRANS in ordine, quem non habet, abjicitur de Ecclesia, & nunquam ordinandus est, *c. 1. X. de Cler. non ordin.*

Sacerdotes per se sacramenta MINISTRENT, non per Laicos, *c. 29. dist. 2. de consecr.*

MINOR.

MINOR viginti quinque annis tutor esse nequit, *§. 2. qui testam. tutor. dari* &c.

MINORIS judicium fragile est, *L. 1. pr. de minor. 25. an.*

MINORIS judicium ad alios regendos infirmum, *§. 3. de excusat. tut.* junct. *pr. Inst. de curat.*

MINOR restituitur adversus sententiam; ut puta, si in majorem pecuniam condemnatus sit, quam debuerit, *L. 20. pr. de tut. & ration. distr.*

MINORE adversus majorem restituto, ipsi majori restituitur actio contra tertium, qui beneficio ipsius minoris fuerat liberatus, *ibid.*

Si MINOR viginti quinque annis emit prædia, *ut quoad pretium solveret, essent pignori obligata venditori*, non valet pignus, *L. 1. §. 4. de rebus eorum, qui sub tut.*

MINOR fidelitatem non cogitur facere, donec doli capax sit, *II. F. 20. c. 4.* §. 7.

MINORIS investitura de justa tantum possessione Vasalli intelligitur, *II. F. 3. pr.*

MINOR viginti quinque annis investit de feudo antiquo, *II. F. 91. II. F. 3. pr.*

MINOR 18. annorum non investit de novo, *II. F. 91. X.*

MINORUM juramenta, *II. F. 53.*

Prætor MINORUM defensionem suscipit, secutus naturalem æquitatem, *L. 1. pr. de minorib.*

MINORUM consilium fragile & infirmum est, & multis captionibus suppositum, multorumque insidiis expositum, & ideo adversus captionem Prætor auxilium eis præstitit, *ib.*

MINORUM edictum Prætor sequentem in modum concepit: *Quod cum minore viginti quinque annorum natu gestum esse dicetur, utique quæ res ea erit, animadvertam*, *L. 1. §. 1. eod.*

MINORES usque ad 25. annum curatorum auxilio reguntur, nec ante rei suæ administratio committi debet eis, quamvis bene rem suam gerunt, *L. 1. §. 3. eod.*

MINOR si natus sit anno bisexto, ultimus dies de medio tollitur, i. e. ambo dies pro uno computantur, & usque ad momentum, quo natus fuit, computandus est in ulterioris die, ut etiam tunc restitui debeat, *L. 3. §. 3. eod.*

MINORIBUS viginti quinque annis sub-

ſubvenitur per in integrum reſtitutionem, non ſolum cum de bonis eorum aliquid minuitur, ſed etiam cum interſit ipſorum litibus & ſumptibus non vexari, *L. 6. eod.*

MINOR, etiamſi quaſi contumax condemnatus ſit, in integrum reſtitutionis auxilium implorabit, *L. 8. eod.*

MINOR viginti quinque annis omiſſam allegationem per in integrum reſtitutionis auxilium repetere poteſt, *L. 36. eod.*

MINOR ſe in id, quod fidejuſſit, vel mandavit, in integrum reſtituendo, reum principalem non liberat, *L. 48. pr. eod.*

MINOR ancillam vendidit, ſi eam emptor manumiſerit, ob hoc in integrum reſtitui non poterit; ſed adverſus emptorem, quanti ſua intereſt, actionem habebit, *L. 48. §. 1. eod.*

Si quis MINOR viginti quinque annis arrogandum ſe dedit, & in ipſa arrogatione ſe circumventum dicat, in integrum eſt reſtituendus, *L. 3. §. 6. eod.*

Si MINOR deceptus dolo ſervi, vel filiifam., & pater vel dominus non habeant peculium, neque aliquid ex eo ad eos pervenit, tunc ſervus propter dolum ſuum verberibus caſtigandus, vel dedendus eſt pro noxa, filius autem familias propter dolum ſuum condemnatur actione ex eo contractu, *L. 24. §. 3. & 4. eod.*

Si MINOR circumſcriptus in venditione fundi reſtitutus ſit, tenetur emptor fundum cum fructibus reddere minori, & minor ei pretium reddere, niſi minor perdiderit pretium, *L. 24. §. 4. eod.*

MINOR ſi deceptus ſit etiam patre eodemque tutore autore, curator poſtea ei datus poſtulare poteſt in integrum reſtitutionem nomine ipſius, pater autem non poteſt, *L. 29. pr. eod.*

MINOR ſervus non reſtituitur in his, quæ ad dominum ſpectant, etiamſi libera peculii adminiſtratio à domino ſit conceſſa, ſibi enim debebit imputare, cur minori rem commiſit, *L. 3. §. 11. eod.*

MINOR dici ſolet, tum qui eſt minor 14. annis, tum qui minor eſt 25. annis, *c. 8. X. de probat.*

MINOR 14. annis per ſe non agit, ſed per procuratorem vel curatorem ad litem datum, authoritate ordinarii Iudicis Eccleſiaſtici, *c. 3. de judiciis in 6.*

MINORES 17. annis prohibentur poſtulare pro ſe, & pro aliis, *c. 2. §. 2. q. 7. cauſ. 3.*

MINOR 20. annis non poteſt eſſe teſtis, *c. 3. §. 14. q. 2. cauſ. 4.*

MINOR non debet habere poteſtatem in majorem, *c. penult. X. de majorit.*

MINOR poteſt ſe opponere majori, imo unus multis, modo juſtam cauſam oſtendat, *c. 10. X. de conceſſ. Praebend.*

MINORIS conditio melior eſt, quia hic eligit, major dividit, *c. 1. X. de Paroch.*

In contractu MINORIS, ſi juris ſolennitas non ſervatur, nullus eſt contractus in præjudicium minoris, *c. 8. X. de in integr. reſtit.*

Reſtituitur MINOR in eo, quod contraxit, vel omiſit, ſi probat exinde ſe læſum, & ſit intra tempora reſtitutionis petendæ, *c. 8. X. eod.*

Iure MINORIS Eccleſia gaudet in reſtitutionibus, *c. 1. & 3. X. eod.*

MINORES debent exemplum capere à majoribus, *c. 14. X. de pœnit. & remiſſ.*

MINOR pars tenetur facere, quod major facit, *c. 18. X. de cenſib.*

MI-

MINOR si sit fidejussor, & se circumventum doceat, semper restituitur, *L. 7. §. 3. de minor.*

MINOR, qui allegationes in causa dimisit, vel exceptionem omisit, quando conveniebatur, restituitur, *L. 7. §. 4. eod.*

MINORI datur restitutio non passim, sed causa cognita. h. e. si est minor & læsus sui facilitate, secus si casu fortuito, *L. 11. §. 3. eod.*

MINOR non restituitur, si sobrie rem suam administrans occasione damni non inconsulte accidentis, sed casu fortuito velit se restitui, *L. 11. §. 4. eod.*

MINORI casus fortuitus non concedit damni restitutionem, sed inconsulta facilitas, *ibid.*

MINOR contra minorem non restituitur, nisi quando certat de damno vitando contra alium minorem agentem de lucro; sed si ambo certant de damno vitando, restituitur reus, *L. 11. §. 6. eod.*

MINOR si mutuaverit pecuniam minori, & ille perdidit, melior est causa ejus, qui accepit, & dilapidavit, vel perdidit ad petendam restitutionem, *ibid.*

Si MINOR annis viginti quinque cum filiosfamilias majore contraxerit, potest in integrum restitui, ut magis ætatis ratio, quam Senatusconsulti Macedon. habeatur, *L. 11. §. 7. eod.*

MINORI tempus petendæ restitutionis durante minori ætate non currit ipso jure, sed demum finitis 25. annis, *L. 19. eod.*

MINOR in his, quæ facit ut procurator, non restituitur ad commodum domini majoris; *L. 23. eod.*

MINOR potest cedere procuratori in rem suam jus restitutionis, quod ipse habet, *L. 24. pr. eod.*

MINOR non semper restituendus est, nisi quando sui facilitate sit deceptus, *L. 24. §. 1. eod.*

MINORI restitutio danda est ipso postulante, aut procuratore ejus habente speciale mandatum, qui vero generale mandatum de universis negotiis gerendis alleget, non debet audiri, *L. 25. §. 1. eod.*

MINOR adversus eum, cum quo egit judicio tutelæ, restituitur, nec ideo tutori restituendum est contrarium judicium tutelæ, *L. 28. eod.*

MINOR propter interesse affectionis restituitur, *L. 35. eod.*

MINOR si omittit auxilium ordinarium contra curatores, sive administratores, & intendat extraordinarium contra possessores, tenetur restituere omnes expensas possessoribus, *L. 39. §. 1. eod.*

MINOR in omnibus, quæ gerit, non debet restitui, sed in his, in quibus læsus est, *L. 44. eod.*

MINORE restituto restituitur actio in pristinum debitorem in eo statu, in quo erat tempore novationis, *L. 50. eod.*

MINOR si sua sponte absque mandato aliena negotia gessit, restituitur adversus secum contrahentem in rebus domini, ne alius per eum damnificetur, *L. 24. pr. eod.*

MINOR si tempore minoris ætatis vendidit, & factus major tradidit, non restituitur, si autem in minori ætate vendidit sub conditione, vel alias contraxit, & conditio post 25. annum extitit, restituitur, *L. 3. §. 1. eod.*

MINORUM res, quæ servari non possunt, si vendantur, contra venditionem non restituuntur, nisi sordes, aut evidens gratia tutorum doceatur, vel enorme damnum patiatur, quia tunc per restitutionem revocat illas, *L. 7. §. 8. eod.*

MINOR non restituitur pro levi damno in pignore prætorio, vel judiciali vendito, nisi grande damnum, vel fraudis consilium intervenerit, *L. 9. pr. eod.*

MINOR si mutuam pecuniam accepit, & ex ea pluris, quam oportet, emerit prædium, restituitur minor ita, ut jubeatur venditor reddito pretio prædium recipere ita, ut sine alterius damno etiam creditor mutuans à minore suum consequatur, *L. 27. §. 1. eod.*

MINOR si vendiderit prædium minori pretio, quam oportuit, restituitur ita, quod emptor teneatur reddere prædium cum fructibus, & minor ei eatenus ex pretio reddere, quatenus ex ea pecunia locupletior est, *ibid.*

MINOR si sua pecunia vel sibi mutuata pluris, quam oportet, emerit prædium, restituitur ita, quod venditor tenetur reddere pretium, & etiam usuras, quas ex pecunia percepit, & similiter minor tenetur ei reddere prædium cum fructibus, quibus locupletior factus fuit, *ibid.*

MINOR restituitur contra venditionem rerum suarum factam à tutore bona fide & justa causa, si sit læsus in venditione, *L. 47. eod.*

MINOR adversus commissum vectigal restituitur, nisi in eo dolum commiserit, *L. 9. §. 5. eod.*

MINORIS successor licet sit major, potest restitui intra annum ex persona minoris defuncti, *L. 18. § 5. eod.*

MINOR magistratus contra sententiam majorum non restituet, *L. 18. pr. eod.*

MINORES, si in Iudicem compromiserunt, & tutore autore stipulati sunt, integri restitutionem adversus talem obligationem jure desiderant, *L. 34. §. 1. eod.*

Si MINOR læsus sit miles, & in militia major factus auxilium restitutionis potest petere toto tempore expeditionis militaris, *L. 1. C. de temporibus in integrum* &c.

Si MINOR succedit majori causa militiæ absenti, toto tempore minoris ætatis tempus petendæ restitutionis non currit, *L. 2. C. eod.*

Si MINOR viginti quinque annis de dote cauta non numerata statim non queritur, restituitur eatenus, ut non transcendat à tempore nuptiarum duodecimum annum, *Auth. Si minor. C. eod.*

MINOR sine decreto per transactionem si dedit fundum fratri suo, vel etiam si vendidit, poterit vindicare restituto fratri, si quid minor ab eo percepit, *L. 4. C. de prædiis minor.*

MINORUM possessionis venditio per procuratorem delato ad Prætorem, vel Præsidem provinciæ libello fieri non potuit, *L. 6. C. eod.*

MINORIS venditio possessionis fieri non potest, nisi apud acta, causa alienationis probata, quæ venditionis necessitatem inferat, decretum solenniter interponatur, *ibid.*

MINORIS prædium rusticum provinciale ob æs alienum tantum causa cognita Præsidiali decreto distrahi permittitur, *L. 12. C. eod.*

Si MINOR viginti quinque annis prædium rusticum, cum aliud deberes, sine decreto in solutum dedisti, dominium à te discedere non permittit Senatusconsulti autoritas, *L. 15. C. eod.*

MINOR si prædium rusticum vendiderit, sine decreto, dominium ejus sive jus ab eo discedere non potuit, & ideo poterit vindicare illud cum fructibus extantibus, vel illis consumptis condicere, *L. 16. C. eod.*

MINORUM animalia supervacua, & vestes detritæ vendi possunt sine decre-

cre-

creto, *L. 4. C. quando decreto opus non est.*

Licet MINOR factus major ratam habeat alienationem prædii intra dimidium justi pretii venditi, potest nihilominus ipsum vindicare, nisi justum pretium suppleatur, vel in debito compensetur, *L. 1. C. si major factus alienationem* &c.

MINOR si autoritate tutoris vel curatoris rem immobilem vendiderit sine decreto, & tacuerit post 25. annum per quinquennium, non potest postea contravenire venditioni, *L. 3. C. eod.*

MINOR poterit revocare prædium alienatum à tutore vel curatore sine decreto, *L. 9. C. de prædiis minor.*

MINOR prædia à se alienata sine decreto poterit revocare, tenetur tamen restituere pretium, quatenus in ejus utilitatem conversum est, *L. 10. C. eod.*

MINOR si sine decreto alienavit prædium, cum talis alienatio sit nulla, supervacuum est agere de parvitate pretii, *L. 11. C. eod.*

MINOR non potest alienare sine decreto prædium vectigale, patrimoniale, sive emphyteuticum, *L. 13. C. eod.*

MINOR vindicans alienata injuste, exceptione repellitur, nisi pretium in ejus utilitatem conversum restituat, *L. 14. C. eod.*

MINORIS bona etiam immobilia possunt alienari sine decreto ex voluntate, cui successit, *L. 1. & 3. C. quando decreto opus.*

MINORIBVS viginti quinque annis non obest, si mortem defuncti parentis non ulciscantur, *L. 1. C. in quibus causis in integr.*

MINOR asserens se majorem per errorem, restituitur nihilominus probata minori ætate ad omnia jura intra eam ætatem adversus se gesta, *L. 1. C. si minor se major.*

MINOR fallaciter asserens se majorem, non poterit postea petere restitutionem ratione minoritatis, *L. 2. C. eod.*

MINOR restituitur, quando circa probandum annorum numerum apud Iudicem erratum esse dicit, *L. 4. C. eod.*

MINOR annis si defensor existat, ex quibus causis in integrum restitui possit, defensor idoneus non est, quia & ipsi, & fidejussoribus ejus per in integrum restitutionem succurritur, *L. 51. pr. de procurat.*

MINOR læsus in eo, quod vendidit, restituitur ad rem, si res extat, si non extat, ad ejus æstimationem justam, *L. 12. §. 1. de jure dotium.*

MINOR adversus commentitias venditiones, & adversus tutorum vel curatorum insidias restituitur, *L. 2. C. si adversus venditionem.*

MIRACVLVM.

MIRACVLVM est opus arduum & insolidum super spem & facultatem consistens admirantis, *c. 69. dist. 2. de consecrat.*

MIRACVLIS probet quis se esse missum, *c. 12. X. de hæret.*

MIRACVLA sunt per testes examinanda, *c. 52. X. de testibus.*

MIRACVLA facere, est speciale donum Spiritus Sancti, *c. 6. dist. 2. de pœnit.*

MISERABILIS, e.

MISERABILES personæ debent ab Ecclesia defendi, *c. 4. X. de censib.*

Persona MISERABILIS potest laicum *Interdicto unde vi*, coram Iudice ecclesiastico convenire, etsi res subtracta dicatur feudalis, *c. 15. X. de foro compet.*

MISERICORDIA.

Sententia, quæ MISERICORDIAM

 vetat,

vetat, non est tenenda; sed nec audienda, *c. 14. dist. 50.*

MISERICORDIA erga proximum duplex est, corporalis & spiritualis, *c. 12. dist. 45.*

MISERICORDIA est plenitudo & perfecta forma virtutum, *c. 19. dist. 86.*

MISERICORDIA spiritualis æque vinum austeritatis requirit, quam oleum pietatis, *c. 9. dist. 45.*

MISERICORDIA capto hosti debetur, nisi timeatur major turbatio, *c. 1. q. 1. caus. 23.*

MISERICORDIA est justa & injusta, *c. 33. q. 4. caus. 23.*

Qui viscera MISERICORDIAE non est indutus, quamvis spiritualis sit, non adimplet legem Christi, *c. 22. dist. 86.*

MISERICORDIA nulli homini claudenda, nulli peccatori impunitas relaxanda, *c. 35. q. 4. caus. 23.*

MISERICORDIAM benignus Deus cum severitate miscet, *c. 69 dist. 1. de pœnit.*

MISERICORDIAE medicina, tollit peccata magna, *c. 76. ead.*

Per MISERICORDIAE opera non emimus Deum, sed ipsi nos redimimus, *ibid.*

MISERICORDITER.

MISERICORDITER agendum est cum peccatore, *c. 3. X. de pœnit. & remiss.*

MISERICORS.

MISERICORS non est, qui parcit vitiis nutriendis, ne conturbet delinquentes, *c. 38. q. 5. caus. 23.*

MISSA.

MISSA à jejuno tantum celebretur, *c. 49. dist. 1. de consecr.*

Quoties MISSAM Sacerdos facit, toties ipse communicet, *c. 11. dist. 2. ead.*

Omnis peccator MISSAM cantare potest, præter Simoniacum, *c. 7. X. de Simon.*

Sine MISSA Episcopum non decet transigere ullum diem, *c. ult. de privileg. in 6.*

Ad MISSARUM solennia semper aliquid est offerendum, *c. 69. dist. 1. de consecr.*

Non modica res est, unam MISSAM dicere, & valde felix est, qui unam celebrare potest, *c. 53. dist. 1. ead.*

Vna tantum MISSA ab uno Sacerdote, in die, celebratur, *ibid.*

MISSAE primo quoque diei parte celebrari possunt, *c. 51. dist. 1. de consecr.*

MISSAE peculiares non sunt in publico celebrandæ, ita ut ideo à publica missa, hora tertia canonice fieri solita, populus abstrahatur, *c. 52. ead.*

MISSAE in nocte Navivitatis celebrentur; aliis vero diebus ante horam diei tertiam non celebrentur, *c. 48. ead.*

Dum pro cunctis animabus MISSA dicitur, nihil minns, quam si pro uno quolibet eorum diceretur, accipitur, *c. 24. dist. 5. de consecrat.*

MISSA quando celebratur, Laici Presbyterium ingredi non præsumant, *c. 30. dist. 2. de consecr.*

In MISSA panis & vinum aqua mixtum debet offerri, *c. 1. dist. 2. ead.*

In MISSA debet plus vini, quam aquæ poni, *c. 13. X. de celebr. miss.*

In omnibus MISSARUM solenniis, oratio fiat pro defunctis, *c. 72. dist. 1. ead.*

Propter MISSAM specialem, quam sibi quis ex sua devotione fieri curat, *Missa* de feria dimittenda non est, *c. 2. X. de celebr missar.*

MISSAE causa & usus est; quia Creatura non habet, quid pro meritis rependat Creatori, *c. 11. X. ead.*

MISSILIA.

MISSILIA dicuntur, quæ jactantur in vulgus, & fiunt occupantium. *§. 46. de R. D. L. 9. §. 7. de A. R. D.*

MISSIO.

Per MISSIONEM in possessionem ex primo decreto non desinit quis usucapere, vel præscribere, *L. 12. pro emptore.*

MISSIO in possessionem fit contra absentem, qui non dimisit Procuratorem, facta citatione domi, nullo defendente, *c. ult. X. de eo, qui mitt. in poss.*

MISSIONEM passus repetens possessionem, restituitur in pristinum statum, si allegat se contumacem non fuisse, præstita cautione, & dilata condemnatione expensarum, quam evitat, si postea constiterit, eum non fuisse contumacem, *c. penult. X. eod.*

MISSIONEM passo non currit annale tempus, si infra illud cautionem Judicibus, vel alteri eorum, aliis absentibus obtulit, licet per eos, vel eum recepta non fuerit, *c. 2. X. eod.*

MISSIO *militum.*

MISSIONUM generales causæ sunt tres, honesta, causaria & ignominiosa, *L. 13. §. 3. de re militari.*

MISSIO militum honesta est, quæ, tempore militiæ impleto, datur, *ib.*

MISSIO causaria, cum quis vitio animi, vel corporis minus idoneus militiæ renunciatur, *ib.*

MISSIO ignominiosa est, cum quis propter delictum sacramento solvitur, *ibid.*

MITTERE.

MISSI si fuerint plures in possessionem damni infecti, & antequam possidere jubeantur, unus eorum insulam fulcierit, sumptus communi dividundo directo non potest ille consequi, *L. 4. §. 4. communi divid.*

MISSI si fuerint plures in possessionem damni infecti, & hoc dominium nacti fuerint, partem ejus expensæ, quam unus eorum fecit, ab aliis communi dividundo judicio consequi potest, *L. 5. eod.*

MISSUS in possessionem ædium minantium ruinam si fuerit quis eo, quod sibi non cavebatur, is, cujus ædes fuerant, non potest petere cautionem damni infecti nomine ipsarum ædium ab eo, qui in possessionem ædium illarum missus est, sed nomine aliarum potest, *L. 13. §. 11. de damno infecto.*

MISSUS in possessionem ex primo decreto non possidet ut dominus, sed tantum dicitur habere custodiam, *L. 5. pr. ut in possessionem legator.*

MITTITUR in possessionem veram Actor, reo contumaciter absente, lite contestata, *c. 4. X. de dolo & contum.*

MITTITUR in possessionem Actor causa rei servandæ, reo nec per se, nec per alium comparente, *c. ult. X. de eo, qui mitt. in poss.*

MISSUS in possessionem causa rei servandæ, secundum canones verus est possessor, *c. 5. X. ut lit. non contest.*

MITTI debet actor in possessionem rei petitæ, ante litem contestatam, propter contumaciam rei, & Iudex inductum, in possessionem defendere debet, *c. 15. X. de Simon.*

MISSUS in possessionem custodiæ causa, si fructus dissipat, dissipati revocantur, & cum aliis sequestrantur, *c. penult. X de sequestr.*

MITTI in possessionem potest quis ex primo decreto in ædes minantes ruinam propter contumaciam superficiarii, *L. 9. §. 4. de damno infecto.*

MITTI jussus ex primo decreto in causa damni infecti, si non admittatur à servo, habet actionem noxalem contra dominum, *L. 17. pr. eod.*

MITTI jussus ex primo decreto in causa damni infecti, si negligens fuit in faciendo se mitti, si interim domûs ruat, perdit jus, quod sibi quæsitum erat ex illo decreto, secus si non fuisset negligens, *L. 15. §. 35. eod.*

MIXTVS, *a*, *m*.

MIXTVM frumentum Titii si fuerit cum tuo ex voluntate utriusque, illud mixtum commune est, secus si casu fuerit mixtum, vel Titius id miscuerit sine tua voluntate, quo casu non videtur commune, *§. 28. de R. D.*

MIXTA causa magis sequitur naturam spiritualis, quam civilis, *c. 3. X. de judic.*

MOBILIS, *e*.

MOBILIVM, item moventium appellatione, idem significamus, *L. 93. de V. S.*

MOBILES res violatoris pacis publicæ à Iudice publicantur, ubi deprehensæ sunt, *II. F. 17. pr.* & *§. 2.*

MOBILES res cum titulo & bona fide hodie usucapiuntur triennio, immobiles decem annis inter præsentes, i. e. degentes in eadem provincia, & viginti annis inter absentes, *pr. Inst. de usucapion.*

MODERAMEN.

MODERAMINE s. *moderatione* inculpatæ tutelæ recte possidenti, ad defendendam possessionem, quam sine vitio tenebat, illatam vim propulsare licet, *L. 1. C. unde vi.*

MODERATIO.

MODERATIONIS verbum, diminutionem continet, non augmentum, *c. 33. X. de V. S.*

MODICVS, *a*, *m*.

MODICA suspicio non vitiat rescriptum, *c. ult. X de crim. falsi.*

Circa MODICA non præsumitur dolus committi, *c. penult. X. eod.*

MODICA suspicio non debet animum sapientis immutare, *c. ult. X. eod.*

MODICA non præsumuntur aliquem immutare, *c. 18. X. de Simon.*

MODIVS.

MODIVS iniquus, qui modius non est, *L. 221. de V. S.*

MODII, vel mensuræ, atque pondera debent esse ænea, vel lapidea in singulis civitatibus, & debent collocari in Ecclesia, vel alio loco publico, ut unusquisque tributarius sub oculis constitutis rerum omnium modiis sciat, quid debeat susceptoribus dare, *L. 9. C. de susceptoribus. X.*

MODIVS annonæ, *II. F. 27. §. 4.*

MODVS.

MODVS adscriptus in legatis, vel fideicommissis pro conditione observatur, *L. 1. C. de his, quæ sub modo legata* &c.

MODVS pro conditione servatur, *c. 18. X. de testament.*

MODVS adjectus contractui contractum non suspendit, & actione ex eo contractu quis cogitur implere contractum, secus in conditione, *L. 41. de contrah. empt.*

MODVS.

Quibus MODIS obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur, *L. 153. de R. I.*

Quibus MODIS acquirimus, iisdem in contrarium actis amittimus, *ib.*

MOECHARI.

Vir MOECHATVR, qui dimittit uxorem ob fornicationem, & aliam ducit, *c. 8. X. de divort.*

MOECHIA.

Omnis MOECHIA etiam fornicatio dici-

dicitur in scripturis, *c. 11. §. 1. q. 4. caus. 32.*

MOECHIA est omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum illegitimus usus, *ib.*

MOECHIA duplex est; spiritualis & carnalis, *c. 6. q. 1. caus. 28.*

MOLENDINUM.

Decimæ de MOLENDINO ad ventum, solvendæ sunt, *c. 23. X. de decimis.*

MOLITIO.

MOLITIO significat constructionem, sed *demolitio* destructionem, *L. 21. §. 1. de operis novi nunciatione.*

MONACHALIS, *e.*

MONACHALIS vita debet detegere omnem maculam, *Nov. 5. in præf.*

MONACHALEM vitam profiteri volentes Præses monasterii debet requirere, unde eis desiderium vitæ monasticæ accesserit, & discens ab eis, quod nulla maligna occasio ad hoc eos induxit, & debet habere eos inter eos, qui adhuc docentur, & monentur, i. e. intra novitios, & experimento percipere eorum tolerantiam, & honestatem, & dum toto triennio ita permanserint, debet dare eis monasticam vestem, scilicet cuculam scapularium & tonsuram, *Nov. 5. c. 2. pr. & §. 1.*

MONACHALIBUS vestibus & actibus uti prohibitum est histrionibus, & generaliter in seculari vita conversantibus, pœna contrafacientibus imponitur, *Nov. 123. c. 44.*

MONACHUS.

MONACHUM non facit habitus, sed professio, *c. 13. X. de regularib.*

MONACHUS & Monacha semper & ubique debent ferre vestes suæ professionis, *c. 24. dist. 23.*

MONACHUS græce, latine *singularis* dicitur, *c. 1. q. 1. caus. 16.*

MONACHUS à μόνος seu unus & ἄχος seu tristis venit, *c. 8. ead.*

MONACHORUM conversatio ab omnibus debet esse discreta, *c. 1. ead.*

MONACHI, qui ad Clericatum promoventur, à priori proposito discedere non debent, *c. 3. ead.*

MONACHUS non docentis, sed plangentis habet officium, *c. 4. ead.*

MONACHI in populari frequentia esse non debent, *c. 5. ead.*

MONACHUS pascitur, Clerici pascunt, *c. 6. ead.*

MONACHIS non licet aliquid agere sine Presbyterorum consilio, *c. 7. ead.*

MONACHUS mundo mortuus est, Deo autem vivit, *c. 8. pr. ead.*

Sicut piscis sine aqua caret vita, ita MONACHUS sine monasterio, *ibid.*

MONACHI absque Episcoporum consensu Episcopalia jura non usurpent, *c. 9. ead.*

MONACHI non possunt publicas pœnitentias dare, infirmos visitare, & unctiones facere, & missas publicas cantare, *c. 10. ead.*

MONACHI inter claustra morantes, Clericorum officia exterius non ministrent, *c. 11. ead.*

MONACHI, qui sunt in civitatibus, Episcopo debent esse subjecti, *c. 12. ead.*

MONACHI, qui sine licentia Episcopi vagantur, ad propria loca redire cogantur, *c. 17. ead.*

MONACHI circumvagentes per defensorem sunt compellendi, *c. 18. ead.*

Nullus MONACHUS præter Domini Sacerdotes audeat prædicare, *c. 19. ead.*

MONACHUS defensor fieri non debet, *c. 20. ead.*

Clericorum officia MONACHI Presbyteri

byteri celebrare non prohibeantur, *c. 21. ead.*

Beneficiis ecclesiasticis MONACHVS Presbyter libere perfruatur, *c. 22. ead.*

Clericorum officia MONACHI Presbyteri libere administrent, *c. 24. ead.*

MONACHI Presbyterii honore decorati, potestatem habent ligandi & solvendi, *c. 25. ead.*

MONACHI ad ordinem Clericatus promoveri possunt, *c. 27. ead.*

In loco, quo Abbas judicaverit, MONACHVS eligatur, & ab Episcopo Sacerdos ordinetur, *c. 28. ead.*

MONACHI sine testimonio Abbatis ad Clericatus officium non eligantur, *c. 33. ead*

MONACHI cum Abbatis voluntate ordinentur, quos pro utilitate Ecclesiæ Episcopus ordinare voluerit, *c. 34. ead.*

MONACHI à monasterio foras egredientes, nullum ministerium ecclesiasticum sine Abbatis imperio agere possunt, *c. 35. ead.*

MONACHI promotione nullo modo graventur monasteria, *c. 37. ead.*

MONACHI de propriis laboribus decimas minime solvere tenentur, *c. 47. ead.*

Liberum est Clericis decimas MONACHIS concedere, *c. 68. ead.*

MONACHI non pretio suscipiantur in monasterio, nec peculium permittantur habere, *c. 2. X. de statu monachorum.*

MONACHO restituitur pecunia, quam dedit monasterio pro sua receptione, *c. 19. X. de simonia.*

MONACHVS si pro receptione aliquid monasterio dederit, dans & recipiens deponuntur, *c. 2. X. de statu monachorum.*

MONACHVS fieri compulsus, sive à parentibus, sive ab aliis, non tenetur, nisi prius consentiat, *c. 4. q. 3. caus. 20.*

MONACHVS non potest fidejubere, nec mutuum accipere sine licentia Abbatis, & Conventus, *c. penult. X. de fidejuss.*

MONACHO orarium in monasterio vel zonas habere non liceat, *c. 32. q. 1. caus. 27.*

MONACHVS, qui rixas & contentiones amaverit, vel convicium fratri intulerit, puniatur, *c. 5. dist. 90.*

MONACHOS excommunicare potest Abbas vel Prior, *c. 10. X. de maj. & obed.*

MONACHVS causa lucri negotiari non debet, *c. 6. X. ne Cler. vel Monach.*

MONACHVS chirurgiam non exerceat, *c. 19. X. de homicid.*

Canibus vesci, MONACHO non licet, *c. 32. dist. 5. de consecr.*

MONACHORVM libertati providetur *c. 5. q. 2. caus. 18.*

MONACHI & Monachæ spectant ad Iudicium Episcopi, *c. 38. q. 1. caus. 11.*

MONACHIS non licet sibi fœminas commatres facere, neque ad fœminas accedere, *c. 20. q. 2. caus. 18.*

MONACHI non habent dominium rerum, *Auth. Ingressi &c. C. de sacrosanct. Eccles. Nov. 5. c. 5.*

MONACHI facti liberi feudum accipiunt, *II. F. 21.*

MONASTERIVM.

MONASTERIA construenda sunt in solitudine, ne populari accessu devotio religionis impediatur, *c. 6. q. 2. caus. 18.*

MONASTERIVM unum potest alteri conjungi, *c. 2. X. de relig. domib.*

MONASTERIVM non comprehenditur appellatione Ecclesiæ, *c. 4. X. de offic. ordin. in 6.*

Du-

Duplicia MONASTERIA prohibentur, seu, ne duo *Monasteria* sint simul, mulierum & virorum, aut ne Monialibus cohabitent Monachi, *c. 21. q. 2. caus. 18.*

Res Ecclesiæ jure proprietatis licet tradere MONASTERIORUM ædificiis, *c. ult. q. 2. caus. 12.*

MONASTERII res non possunt alienare Abbates sine Episcopo, nec Episcopus per se, *c. 40. q. 4. caus. 17.*

Nulli liceat MONASTERIUM in jus suum convertere, vel commutare, *c. 40. q. 7. caus. 16.*

Res MONASTERII ab ejus jure nullo titulo licet segregare, *c. 41. & seq. q. 4. caus. 17.*

MONASTERIA Puellarum longius à *Monasteriis* Monachorum aut propter insidias Diaboli, aut propter oblocutiones hominum collocentur, *c. 23. q. 2. caus. 18.*

Utilitates MONASTERII à proprio Episcopo debent disponi, *c. 19. ead.*

In MONASTERIO baptisterium non permittitur fieri, *c. 7. ead.*

MONASTERIA Puellarum præsidio & ministerio Monachorum rogantur, *c. 24. ead.*

MONASTERIA, Clericorum aut Laicorum habitacula fieri non debent, *c. 26. ead.*

Qui in sacro Ordine sunt constituti, in MONASTERIIS nullam habeant potestatem, *c. 27. ead.*

MONASTERIA frequenter Episcopi visitent, & quæ corrigenda sunt, corrigant, *c. 29. ead.*

MONASTERIUM Episcopus causa visitandi & exhortandi adire potest, *c. 28. ead.*

Non debet à MONASTERIO Episcopus aliquid exigere, præter conditiones, quæ Dedicationis tempore sunt constitutæ, *c. 30. ead.*

MONASTERIA consueta servitia Episcopis exhibeant, *c. 31. ead.*

Qui cum aliquo MONASTERIO causam habet, Abbatem conveniat, non Monachos, *c. 21. X. de rescript.*

MONASTERIIS pluribus unus Abbas præesse non debet, nec unus Monachus in duobus *Monasteriis* locum habere potest, *c. ult. de relig. domib.*

MONASTERII unius Religiosus non assumitur ad beneficium, vel Prioratum alterius *Monasterii*, *c. 32. de præbend. in 6.*

Pro ingressu MONASTERII nulla pecunia exigenda, in *princ. q. 2. caus. 1.*

MONASTERIA Religiosorum mulieres intrare non debent, *c. 20. q. 2. caus 18.*

Qui MONASTERIUM heredem instituunt, non dicuntur absque herede decedere, *c. 8. X. de probat.*

Non licet de MONASTERIO egredi, quem pater, vel mater intra annos infantiæ fecerit ordinari, *c. 2. q. 1. caus. 20.*

Coacte intrusi in MONASTERIUM, manere non tenentur; sic vero, qui libere intrarunt, *c. 8. & 10. q. 1. caus. 20.*

In MONASTERIO mortui possunt sepeliri, & ibidem pro eis Missæ celebrari, *c. 13. q. 1. caus. 16.*

MONASTERIUM debet agere per suum procuratorem, *Nov. 123. c. 27.*

MONASTERIUM ingrediens si *notus* est, potest in continenti monachus ordinari, si Abbati videatur, sed si *ignotus* sit, debet differre per triennium, & domino intra illud tempus repetente sibi cum juramento reddi debet, vel ordinandus est domino redditis rebus, & eo redeunte ad secularem vitam, domino est omnino reddendus, *Nov. 123. c. 35.*

MONASTERIUM quando est virorum

& mulierum, viri modis omnibus sunt separandi à fœminis, rebus communibus inter eos divisis, *Nov. 123. c. 36.*

Qui MONASTERIA ingrediuntur, se suaque dedicant monasterio, *Nov. 123. c. 38.*

Per MONASTERII ingressum sponsalia solvuntur, & simplæ tantum arrhæ redduntur, *Nov. 123. c 39.*

Post MONASTERII ingressum parens testari potest, & hereditatem dividere inter filios, *Nov. 123. c. 38.*

Parens quamvis MONASTERIVM ingressus, legitimam tamen liberis tenetur relinquere, *ibid.*

Si MONASTERIVM suum Monachus reliquerit, & in aliud ingrediatur, quascunque res tempore, quo monasterium dereliquerit, habere videbitur, proprio *monasterio*, in quod ab initio ingressus est, eæ competunt, *Nov. 123. c. 42.*

MONAZONTON.

MONAZONTON dicitur collegium Clericorum, vel Monachorum, vel aliorum ordinum, *L. 26. C. de Decurionibus. X.*

MONERE.

MONENDI sunt prius hæretici ab errore discedere, quam tradantur pœnæ, *c. 41. in f. q. 4. caus. 23.*

MONETA.

MONETAE falsæ reus non appellat, *L. 1. C. de fals. mon.*

Domus vel fundus, in quo MONETA falsa cusa est, fisco vindicetur, *ibid.*

Qui MONETAM falsam fusione formavit, debet comburi, & præmium datur accusatori, *L. 2. C. eod.*

MONETA, sive diminuta fuerit, sive augmentata, pensio solvenda est, secundum quod ab initio fuit constituta, *c. 26. X. de censib.*

MONETA reprobata & à legitimo pondere defraudata, recudatur & ad legitimum pondus reducatur, *c. 18. X. de jurejur.*

Qui falsam MONETAM percusserint, si id totum formare noluerunt, suffragio justæ pœnitentiæ absolvuntur, *L. 19. pr. ad L. Cornel. de falsis.*

MONETAM falsam fabricantem si miles permisit egredi de carcere, capite punitur, *L. 1. C. de falsa moneta.*

MONETARIVS.

MONETARIOS in sua semper conditione durare oportet, nec dignitatis cujuscunque privilegio ab hujusmodi conditione liberari, *L. 1. C. de Murilegulis &c. XI.*

MONIALIS.

MONIALIVM raptores & corrumpentes eas, & similium participes capitali pœna, & bonorum amissione plectuntur, *Nov. 123. c. 43.*

MONIALES non debent extra Monasterium evagari, *c. 43. §. sed cum. de elect. in 6.*

MONIALIS in quacunque causa, sive civili, sive criminali, non est ad juramentum compellenda, *c. 1 X. de juram. calum.*

MONIALES non debent habere receptacula seu domicilia privata, ubi hospites recipiant, *c. 22. q. 2. caus. 18.*

MONIALES simul cum Canonicis, vel Monachis in Ecclesia, in uno choro non conveniant ad psallendum, *ibid.*

Cum MONIALI solus Monachus, aut alius vir non loquatur; sed coram aliquot præsentibus, *c. 21. §. 3. q. 2. caus. 18.*

MONIALIS suspecta de incestu purgare se tenetur, *c. 3. X. de purg. canon.*

MONIALIS in vitium carnis prolapsa, graviter punitur, *c. 11. q. 1. caus. 27.*

MONIALEM percutiens incidit in Canonem, *c. 33. X. de sent. excomm.*

MONIALI intestatæ Ecclesia succedit in

in integrum, *c. penult. q. 5. cauſ. 12.*

MONITIO.

MONITIO debet præcedere vindi-ctam, *c. 16. X. de foro compet.*

Tres MONITIONES, quæ habent intervalla dierum, ſive nomina pro tribus, debent præcedere excommunicationem, *c. 9. de ſent. excomm. in 6.*

Ad trinam usque MONITIONEM retinet Clericus privilegium, *c. 45. X. de ſent. excomm.*

MONITIO debet præcedere denunciationem, *c. 24. X. de accuſat.*

MONITOR.

MONITORIS perſonam non recte ſuſcipit, qui verbis, & non operibus docet, *c. 2. diſt. 81.*

MONOPOLIVM.

MONOPOLIVM non poteſt exercere mercator alicujus veſtis, vel piſcis, vel alterius cujuslibet ad victum, vel ad quemcunque uſum pertinentis ſpeciei ſuper rebus vendendis ad certum pretium pro ſe impetrato reſcripto, *L. 1. C. de monopoliis.*

MONSTRVM.

Pro MONSTRO habetur, ut filius major ſit patre, *§. 4. de adopt.*

MONVMENTVM.

MONVMENTVM eſt, quod memoriæ ſervandæ gratia exiſtat, *L. 2. §. 6. de religioſis* &c.

MONVMENTVM, quod adhuc purum eſt, poteſt quis donare, vel vendere, *L. 6. §. 1. eod.*

MONVMENTVM, quod adhuc purum eſt, non eſt religioſum, *ibid.*

MONVMENTI appellatione ſi veniat ſepulchrum jure dominii, nullus id vindicare poteſt, *L. 4. C. de religioſis* &c.

MONVMENTORVM inſcriptiones neque ſepulchrorum jura, neque dominium loci puri, ad libertos transferent, *L. 6. C. eod.*

MONVMENTVM tantum voluntate defuncti coguntur heredes conſtruere, non jure actionis, quæ non eſt, cui competat, ſed offic. Iudicis, *L. 5. C. eod.*

MORA.

MORA ſua cuilibet nociva eſt, *c. 25. de R. I. in 6.*

MORA in electionibus eſt damnoſa, *c. 18. X. de elect.*

Si in MORA creditor aut actor eſt, debitor feciſſe intelligitur, *L. 1. §. 3. de eo, per quem fact. L. 17. §. 3. de uſur.*

In omnibus cauſis pro facto accipitur id, in quo per alium MORAE ſit, quo minus fiat, *L. 39. de R. I.*

MORAM non facit, qui ſine dolo malo ad judicium provocat, *L. 63. eod.*

MORA nulla intelligitur ibi fieri, ubi nulla petitio eſt, *L. 88. eod.*

MORA ſua unicuique nocet; quod & in duobus reis promittendi obſervatur, *L. 173. §. 2. eod.*

MORA non eſt in eo, qui exceptione legitima ſe tueri poteſt, *c. 61. de R. I. in 6.*

MORA poteſt purgari in ſolutione Canonis, *c. ult. X. de locat. conduct.*

MORA temporis aggravat delictum, *c. 6. X. de homicid.*

MORA periculoſa eſt in pœna, *c. 48. X. de ſent. excomm.*

MORA & negligentia amittitur jus eligendi, *c. ult. X. de ſuppl. negl. Prælat.*

MORA fieri intelligitur non ex re, ſed ex perſona, i. e, ſi interpellatus opportuno loco non ſolverit, *L. 32. pr. de uſuris.*

MORAE definitio difficilis eſt, *ibid.*

Ad MORAE probationem non ſufficit, ſi ſervo debitoris abſentis denunciatum ſit à creditore, vel procuratore ejus, *L. 32. §. 1. eod.*

Ex MORA in bonæ fidei contractibus uſuræ debentur, *L. 32. §. 2. eod.*

Si duo Rei promittendi ſint, alterius

MORA alteri non nocet, *L. 32. §. 4. eod.*

Si MORAM solus fidejussor fecerit, non tenetur, *L. 32. §. 5. eod.*

MORAM non committit ille, qui potest se tueri exceptione legitima, *L. 54. de pactis.*

MORAM facere semper videtur fur in restituenda re, *L. 20. de condict. furtiva.*

MORA videtur esse, si nulla difficultas venditorem impediat, quo minus traderet, præsertim si omni tempore paratus fuerit tradere, *L. 3. §. 4. de A. E. V.*

MORAM non committit ille, qui differt solutionem ex justa causa, secus si ex ficta, *L. 21. de usuris.*

Si quis solutioni quidem MORAM fecit, judicium autem accipere paratus fuit, non videtur fecisse *moram*, utique si juste ad judicium provocavit, *L. 24. pr. eod.*

Cum reus MORAM facit, & fidejussor tenetur, *L. 24. §. 1. eod.*

MORA videtur creditori fieri, sive ipsi, sive ei, cui mandaverat, sive ei, qui negotia ejus gerebat, mora facta sit, *L. 24. §. 2. eod.*

MORAM facere non videtur; qui paratus est judicium accipere, si ab adversario ejus causatum est, *L. 47. eod.*

MORA rei fidejussori quoque nocet, *L. 88. de V. O.*

MORARI.

MORARI dicitur quis ibi, ubi cum familia sua moratur, *L. 32. pr. de legat. 3.*

MORARI cum filio si quis teneatur, non tenetur omni momento esse cum eo, sed sufficit, quod habeat eam mentem, & id propositum, ne filium à se dimittat, neve per cum stet, quo minus cum eo filius educeretur, *L. 8. de condit. & demonstr.*

MORANTI currit tempus, *c. ult. X. de elect.*

MORBOSUS, *a, m.*

MORBOSUS dicitur mutus, qui sine voce apparet, vel sine ulla significatione vocis loquitur; sed qui graviter & obscura voce & obtusa loquitur, non dicitur *morbosus*, *L. 9. de ædilit. edicto.*

MORBOSUS non dicitur, qui plures digitos habet, sive in manibus, sive in pedibus, si numero eorum nihil impeditur uti, & tunc cessat redhibitoria, secus si pluralitas digitorum esset impedimento, *L. 10. §. 2. eod.*

MORBOSUS dicitur, cui digitus abscissus est, vel aliquod membrum laceratum, quamvis consolidaverit, dummodo ob eam rem eo minus uti possit, & tunc locus est edicto ædilitio, *L. 10. pr. eod.*

MORBOSUS dicitur hydropicus, & myops, i. e. luscitiosus, h. e. qui plus vesperi, quam meridie videt, & item ille, qui neque matutino, neque vespertino tempore videt, & in his habet locum ædilitium edictum, *L. 10. §. 3. & 4. eod.*

MORBOSUS non est, cui dens abest, cum magna hominum pars aliquo dente careat, neque ideo dicuntur morbosi, præsertim cum sine dentibus nascimur, nec ideo minus sani sumus, donec dentes habeamus, alioquin nullus senex sanus esset, *L. 11. eod.*

MORBOSUS dicitur ille, qui clavum, i. e. apostema habet, sicut & polyposus, i. e. qui carnem superfluam habet in naribus, *L. 12. pr. eod.*

MORBOSUS dicitur claudus, al. *clodus*, *L. 13. eod.*

MORBOSA dicitur mulier, quæ vulvæ vitio semper mortuos parit, *L. 14. pr. eod.*

MORBOSA dicitur mulier, quæ ita arcta,

arcta, al. *arta* est, ut mulier fieri non possit propter viri, vel naturæ potentiam, & pro ea datur redhibitoria, *L. 14. §. 7. eod.*

MORBUS.

Verum est, MORBUM esse temporalem corporis imbecillitatem, *L. 101. §. 2. de V. S.*

MORBUS fonticus est, qui cuique rei nocet, *L. 113. eod.*

MORBI ex nimia saturitate concitantur, *c. 29. dist. 5. de consecr.*

MORBO caduco affectus Episcopus, jubetur per 30. dies probari, & carnibus indifferenter uti, *c. ult. q. 2. caus. 7.*

MORBUM Sabinus ita definit, habitum esse cujusque corporis contra naturam, qui usum ejus ad id facit deteriorem, cujus causa natura nobis ejus corporis sanitatem dedit, *L. 1. §. 7. de ædilit. edicto.*

MORBUS quandoque accidit in toto corpore, veluti febris, quandoque in parte, veluti cœcitas, licet homo ita natus sit, *ibid.*

MORBUS multum differt à vitio, veluti si quis balbus sit, nam is sanus est in corpore, sed vitiosus est in animo, & ideo magis dicitur vitiosus, quam morbosus, sed verbis ædilitii edicti morbus & vitium pro uno eodemque accipiuntur, scilicet pro morbo corporis, *ib.*

Quotiens MORBUS fonticus nominatur, eum significari *Cassius* ait, qui noceat; nocere autem intelligi, qui perpetuus est, non qui tempore finiatur, *L. 65. §. 1. eod.*

MORBUS fonticus existimandus est, qui cujusque rei agendæ impedimento est, *L. 60. de re judicata.*

MORES.

Si MORES sunt boni, delectent, si mali sunt, emendentur, *c. 36. q. 5. caus. 23.*

MORGANATICUS, *a, m.*

MORGANATICI liberi sunt legitimi, *II. F. 29.*

MORGANATICI liberi in feudalibus non succedunt, in allodialibus succedunt, aliis non extantibus, *ib.*

MORGANATICI liberi quomodo succedant in feudis, *II. F. 26. c. 5. §. 3.*

Portio MORGANATICA pro uxore & liberis quænam sit, *II. F. 29.*

MORGANATICA portio est tertia vel quarta pars, *II. F. 8. c. rei autem. §. 2.*

MORI.

MORIENTES pares naufragio omnes pariter mortui præsumuntur, sed si mater cum filio anniculo naufragio perierit, filius anniculus prius decessisse præsumitur, secus in pubere filio sic mortuo, *L. 26. pr. de pactis dotal.*

Qui MORIENTEM fame non pascit, occidit, *c. 21. dist. 86.*

MORS.

Si quis dixerit, ut intra diem MORTIS aliquid fiat, ipse quoque dies, quo quis mortuus est, numeratur, *L. 133. de V. S.*

MORS omnia solvit, *Nov. 22. c. 20. pr.*

MORTE accipientis quæ feuda finiantur, *I. F. 9.*

MORTE alterutrius Soldata finitur, *II. F. 10.*

MORS solvit matrimonium, *L. 1. de divort.*

MORTE finiuntur feuda habitationum, *II. F. 105.*

MORTIS tempus ratione fructuum observandum in feudis venit, *II. F. 45.*

MORTE mandatum solvitur, *L. 26. mandati.*

MORS patriam potestatem solvit, *pr. Inst. quib. mod. jus patr. potest.*

MORS secuta imputatur mandanti ali-

quem verberari, *c. ult. de homicid. in 6.*

MORTE testatoris confirmatur testamentum, *c. 6. X. de celebr. miss.*

MORTE arbitrorum arbitrium est finitum, *c. 50. X. de testib.*

MORTE delegantis re integra, expirat delegatum, *c. 19. X. de officio deleg.*

MORTE alterius compromittentis finitur compromissum, secus in judicio, *c. 10. X. de arbitr.*

MORTE tutela finitur, *§. 3. quib. mod. tut.*

MORS solvit usumfructum, *L. 3. in f. quib. mod. usufr.*

Mandatum non tantum naturali, sed & civili MORTE finitur, *c. 19. X. de offic. deleg.*

MORS dicitur casus fortuitus, *L. 36. pr. de judic.*

MORS non est causa tollendæ obligationis, *L. 57. de V. O.*

MORTIS causa capere dicitur, qui pretio accepto repudiavit hereditatem, sive hereditas ob id perveniat ad substitutum, sive ad venientem ab intestato, *L. 8. pr. de mortis causa donat.*

MORTIS causa omnibus capere permittitur, qui scilicet & legata accipere possunt, *L. 9. eod.*

MORTIS causa capi dicitur id, quod capitur occasione mortis alterius, etiamsi illicite & per calumniam, & præter voluntatem defuncti, *L. 12. eod.*

MORTIS causa capio latius patet, quam mortis causa donatio, *L. 21. eod.*

MORTIS causa capere dicitur etiam ille, qui, ut adiret hereditatem, pecuniam accepit à creditoribus, vel à legatariis, *ib.*

MORTIS causa capitur, cum propter mortem alicujus capiendi occasio obvenit, *L. 31. pr. eod.*

MORTIS causam præbens alicui per lasciviam & copulam, in quinquennium relegandus, *L. 4. §. 1. ad L. Cornel. de sicar.*

MORTIS causam præstans non Aquilia, sed in factum actione Legis Aquiliæ tenetur, *L. 7. §. 6. ad L. Aquil.*

MORTIS causam præstare dicitur ille, qui venenum pro medicamento dedit alicui, & in factum Legis Aquiliæ tenetur, si damnum secutum sit, *ibid.*

MORTIS causam præstare dicitur ille, qui furenti gladium porrexit, & si homicidium sit secutum, tenetur in factum actione L. Aquil. *ib.*

MORTIFICATIO.

MORTIFICATIO vitiorum, quam abstinentia ciborum magis apud Deum valet, *c. 86. dist. 1. de pœnit.*

MORTVARIVM.

Constitutio legati de solvenda tertia MORTVARIORVM Episcopo, intelligi debet de his *mortuariis*, in quibus de jure communi debetur, *c. 31. de V. S.*

MORTVVS.

MORTVVS omnis non dicitur occisus, sed quilibet occisus dicitur mortuus, *L. 25. pr. ad L. Aquil.*

MORTVO Iudice, quod eum judicare oportuerat, idem eum, qui subditus est, sequi oportet, *L. 60. de judic.*

MORTVO Domino renovanda est investitura, *II. F. 24. pr.*

MORTVO expectativario ante eum, qui tenet feudum, ante tempus aut conditionem, *I. F. 9.*

MORTVO Vasallo feudum pro dimidia alienatum ad Dominum revertitur, *I. F. 13.*

MORTVI pro republica intelliguntur in

in perpetuum per gloriam vivere, *pr. Inst. de excusation.*

Qui MORTVVM in locum alienum intulit vel inferre curavit, tenebitur in factum actione, *L. 2. §. 1. de religiosis.*

MORTVVM in locum alienum inferre dicitur ille, qui in agro vel ædificio alieno intulit, *ib.*

MORTVVM in locum proprietarii si fructuarius intulerit, tenetur domino proprietatis, *ib.*

MORTVO aliquo de statu ejus quæri potest, *c. 7. X. qui filii sint legit.*

MORTVI in Dei sunt judicio, non ab hominibus judicandi, *c. 14. dist. 23.*

Quod lugeamus MORTVOS, ex pusillanimitate contingit, *c. 26. q. 2. caus. 13.*

Pietatis tamen affectu & humanitatis intuitu MORTVOS lugere non prohibemur, *ibid.*

MORTVI ex se non sciunt, quid hic geratur à vivis, *c. 29. ead.*

MORTVOS non amisimus, sed præmisimus, *c. 25. ead.*

MOS.

MORES Curiarum varii. *II. F. 1. pr.*

MOS regionis, in qua fit contractus, debet attendi, *L. 34. de R. I.*

MOS & longa consuetudo de moribus tantum tracta, *c. 4. dist. 1.*

MOYSES.

MOYSES & Daniel omni scientia Ægyptiorum & Chaldæorum fuerunt eruditi, *c. 7. §. 2. c. 11. dist. 37.*

MOYSES charitatem habuisse, probatur, *c. 39. dist. 2. de pœnit.*

MVLCTA.

MVLCTA s. *multa* damnum famæ non irrogat, *L. 1. C. de modo mulct.*

MVLCTA alicui indicta pertinet ad fiscum, *L. 5. C. eod.*

Inter MVLCTAM & pœnam multum interest, cum pœna generale nomen sit, & omnium delictorum coërcitio, mulcta est specialis peccati coërcitio, cujus animadversio hodie pecuniaria est, sed pœna non solum pecuniaria, sed etiam capitis, & existimationis irrogari solet, *L. 131. §. 1. de V. S.*

MVLCTA differt etiam à pœna, quia mulcta venit ex arbitrio ejus, qui mulctam dicit, sed pœna non irrogatur, nisi quæ quacunque lege, vel aliquo jure specialiter huic delicto imposita sit, *ib.*

MVLCTA dicitur ibi, ubi specialiter pœna non est imposita, *ib.*

MVLCTAM is dicere potest, cui judicatio data est, *ib.*

Magistratus solos & Præsides provinciarum posse MVLCTAM dicere, mandatis permissum est; pœnam autem unusquisque irrogare potest, cui hujus criminis sive delicti executio competit, *ib.*

His datur MVLCTAE dicendæ jus, quibus publice judicium est, & non aliis, nisi hoc specialiter eis permissum est, *L. 2. §. 8. de judiciis.*

MVLCTA ex causa necessitatis & paupertatis remitti potest, reprehensa exactorum illicita avaritia, *L. 6. §. 9. de offic. Præsidis.*

MVLCTA propter inopiam remissa ab exactoribus exigi non debet, *ib.*

MVLCTARVM pœnarumque compendia, *II. F. 56.*

MVLCTA Iudici tributa, *II. F. 27. §. 4.*

MVLIER.

MVLIERIS appellatione etiam virgo viripotens continetur, *L. 13. pr. de V. S.*

Etiam ea MVLIER, cum moreretur, creditur filium habere, quæ exciso utero edere possit, *L. 141. eod.*

MVLIER alio etiam casu potest habere filium, quem mortis tempore non ha-

habuit, ut puta eum, qui ab hostibus remeavit, *ib.*

MVLIER familiæ ſuæ & caput, & finis eſt, *L. 195. §. 5. de V. S.*

MVLIERIBVS tunc ſuccurrendum eſt, cum defendantur, non ut facilius calumnientur, *L. 110. §. 4. de R. I.*

MVLIERIS nulla eſt poteſtas, ſed in omnibus viri dominio ſubjecta eſt, *c. 17. q. 5. cauſ. 33.*

Arbitrium viri MVLIEREM ſequi oportet in omnibus, *c. 16. ead.*

MVLIER non eſt facta ad imaginem Dei, nec eſt gloria Dei, ideo velet caput ſuum; vir autem non velet, quia eſt gloria & imago Dei, *c. 13. ead.*

MVLIERIS caput eſt vir, *c. 12. X. de deſponſat. impub.* & *c. 1. X. de frigid. & malefic.*

MVLIER conſentiens, non rapitur, *c. penult. X. de rapt.*

MVLIERI proles ante partum eſt onerosa, in partu dolorosa, poſt partum laborioſa, *c. ult. X. de converſ. infidel.*

MVLIER, quæ menſtrua patitur, nec ſtatim intrare Eccleſiam, nec Euchariſtiam ſumere prohibetur, in *princ. §. 2. diſt. 5.*

MVLIER extra Eccleſiam poſt aliquot dies intrare veteri teſtamento vetabatur, *c. 1. ead.*

MVLIER enixa gratias actura Eccleſiam intrare hora eadem non prohibetur, *c. 2. ead.*

MVLIEREM enixam, vel quod ab ea genitum fuerit, eadem hora nihil prohibet baptizari, *c. 3. ead.*

Ad MVLIEREM vir accedere non debet, quouſque, qui gignitur, ablactetur, *c. 4. ead.*

Si qua MVLIER derelicto viro diſcedere voluerit ſoluto vinculo conjugali, nuptias condemnando, anathema ſit, *c. 4. diſt. 30.*

Si qua MVLIER ſuo propoſito utile judicans, ut virili veſte utatur, propter hoc virilem habitum imitetur, anathema ſit, *c. 6. ead.*

Si MVLIER prægnans venierit, inter omnes convenit, ſanam eam eſſe, *l. 14. §. 1. de ædilitio edicto.*

MVLIERVM maximum ac perpetuum munus eſt concipere, ac tueri conceptum, *ibid.*

MVLIER, quæ bis in menſe purgatur, ſana non eſt; item quæ non purgatur, niſi per ætatem accidit, *L. 15. eod.*

MVLIEREM abſenti per literas ejus, vel per nuncium poſſe nubere placet, ſi in domum ejus deduceretur, *L. 5. de R. N.*

MVLIER, quæ alterius concubina, quam patroni fuerit, non dicitur habere honeſtatem matrisfam., *L. 41. §. 1. eod.*

MVLIERI non eſt ignoſcendum, etiamſi propter pauperratem turpiſſimam vitam eligit, *L. 43. §. 5. eod.*

Si MVLIER ſoluto matrimonio egentem reum dotis per novationem decepta accipiat, nihilominus actio dotis ei manebit, *L. 22. §. 2. ſoluto matrimonio.*

MVLIER inveſtit de novo, *II. F. 91.*

Si MVLIER diverterit, & judicio de dote conteſtato reverſa fuerit in matrimonium, redintegrato matrimonio exſpirat judicium, & omnia in ſtatu priſtino manent, *L. 19. ſoluto matrimonio.*

MVLIERES interdum omnes dicuntur, quæcunque ſexus fœminini ſunt, *L. 25. §. 9. de auro, argento,* &c.

MVLIER poteſt eſſe munda, non tamen ornata, ut contingit in ea, quæ ſe emendavit, in balneo lota, ſed non ornata; & contra, poteſt eſſe aliqua, quæ ex ſomno ſtatim ornata,

non

non tamen commundata est, *L. 25. §. 10. eod.*

Ex MVLIERVM nimia conversatione insurgit contrahiturque infamia, *L. 15. §. 22. de injuriis.*

MVLIER, quæ evitandæ pœnæ, adulterii gratia lenocinium fecerit, aut operas suas in scenam locaverit, adulterii accusari damnariq. e potest, *L. 10. §. 2. ad L. Iul. de adulter*

MVLIERES natura ad hoc progenuit, ut partus ederent, & maxima eis cupiditas in hoc constituta est, *L. 2. C. de indicta viduitate.*

MVLIERIBVS ingenuis & illustribus castitatis observatio præcipuum esse debet, *L. 5. C. ad SCt. Orficianum.*

MVLIER, quæ redemit puellam ab hostibus, & prostituit, perdit pretium, *L. 7. C. de postlimin.*

MVLIERES multa onera & pericula propter liberos sustinent, *§. 4. de SC. Tertulliano.*

MVLIER si jussit, ut servo suo mutuaretur, tenetur quod jussit, nec Vellejano juvatur, *L. 25. pr. ad SC. Vellejan.*

Si MVLIERI dederim pecuniam, ut eam creditori meo solvat, vel expromittat, si ea expromiserit, locum non esse Senatusconsulto Vellejano, *Pomponius* scribit, *L. 22 eod.*

Si MVLIER pro uno reo intercessit, adversus utrumque restituitur actio creditori, *L. 22. eod.*

Si MVLIER pro aliquo intercesserit, sed in rem ejus, quod acceptum est, versaretur, exceptio Senatusconsulti Vellejani locum non habet, quia non fit pauperior, *L. 21. pr. eod.*

Si MVLIER, quod ex intercessione solvit, nolit repetere, sed mandati agere, & cavere velit de indemnitate reo, audienda est, *L. 31. eod.*

Reipublicæ interest MVLIERES dotes salvas habere, propter quas nubere possunt, *L 2. de jure dot.*

MVLIER si rem æstimatam in dotem dederit, deinde ea moram faciente in traditione, in rerum natura esse desierit, actionem non habet, *L. 14. eod.*

MVLIER si dotem dedit, & post divortium rursus in matrimonium rediit, non revocatis instrumentis, quæ prior maritus habebat pro prædiis in dotem datis, intelligitur mulier renovasse priorem dotem, ac rediisse non indotatam, *L. 40. eod.*

MVLIER si ita dotem promiserit, decem tibi aut Titio doti erunt, potest etiam Titio dari, sed vir de dote tenetur, quemadmodum si vir jussisset Titio dari, *L. 59. eod.*

MVLIER promissura dotem viro potest eo delegante alteri promittere, *ibid.*

MVLIER dotis nomine non potest obligari alii, quam marito, *ibid.*

MVLIER bona sua omnia potest in dotem dare, *L. 72 pr. eod.*

Cum dotem MVLIERIS nomine extraneus promisit, mulieris periculum est, *L. 71. eod.*

MVLIER post divortium si de dote maritus nihil cavit, & cum alii nupsisset, postea ad priorem virum rediit, tacite dos ei redintegratur, *L. 64. eod.*

Si pater MVLIERIS mortis suæ causa dotem promiserit, valet promissio, *L. 76. eod.*

Quamvis in bonis mariti dos sit, MVLIERIS tamen est, *L. 75. eod.*

MVLIER si dotis nomine dedit marito usumfructum fundi, & manente matrimonio eidem totum fundum vendidit, quanti vendere poterat,

non detracto usufructu, divortio facto mulier dotis judicio nihil petere potest, quia intelligitur recepisse dotem manente matrimonio, *L. 78. §. 3. eod.*

MVLIER si marito debitori fundi id, quod debet, doti promiserit, dotalis fundus efficitur, *L. 11. pr. de fundo dotali.*

MVLIER nuptura Titio voluntate & jussu ejusdem Titii si fundum dotis nomine Mevio tradidit, erit fundus dotalis, & perinde habetur, ac si ipsi Titio tradidisset, *L. 14. pr. eod.*

MVLIER si sciens rem alienam in dotem dederit, reddenda ei est, quasi suam dedisset, & fructus quoque pro portione anni, quo divortium factum est, *L. 11. soluto matrimonio.*

MVLIER conventa à marito ex promissione sua, ut det ei dotem, debet condemnari in quantum facere potest, & non in plus, *L. 17. §. 1. eod.*

MVLIER, quæ nihil in dotem habebat, divortio facto potest sibi stipulari centum dotis nomine sibi dari à marito, imo etiam constante matrimonio potest stipulari, & valet, si maritus præmoriatur, non alias, *L. 21. de V. O.*

MVLIER universa bona in dotem dare marito nulla lege est prohibita, *L. 4. C. de jure dot.*

MVLIER quando ex culpa perdit dotem, dos non revertitur ad eum, qui eam dedit, nisi sibi fuerit pactus, vel stipulatus, *L. 24. C. eod.*

MVLIER in minori ætate constituta, dotem marito consentiente generali vel speciali curatore, recte dare & exigere potest, licet ipse tempore creationis fidejussorem in minorem, quam dos est, quantitatem dicitur præstitisse, *L. 28. C. eod.*

MVLIER si ex pecunia sibi à viro donata emerit prædia, & hodie illa sint vilissima, æstimatio eorum inspicitur litis contestationis tempore, sed si magni pretii fuerint prædia, summam numeratam, non usuram pretii debet mulier restituere viro, *L. 7. §. 3. de donation. inter virum* &c.

MVLIERI si ex centum, quæ vir sibi donavit, quinquaginta apud debitorem perierint, & ex reliquis & illorum usuris alia quinquaginta consecuta sit, maritus ab ea plus quinquaginta ejus donationis nomine non consequetur, *L. 16. eod.*

MVLIER accusata de adulterio, & inter reas recepta non potest defendi per alium, etiam si sit absens, *L. 11. §. 2. ad L. Jul. de adulter.*

MVLIER, quæ per vim commisit adulterium, non est in ea causa, ut adulterii & stupri damnetur, *L. 13. §. 7. eod.*

MVLIER constante matrimonio non potest accusari de adulterio, nisi prius accusetur maritus de lenocinio, *L. 26. pr. eod.*

MVLIER si voluit interficere virum, lege Cornelia accusabitur, & ad veritatem eruendam servi torquentur, & idem, quando vir voluit occidere uxorem, *L. 9. ad L. Cornel. de sicariis.*

MVLIER damnata in exilium, eo quod latronum socia fuisset, adhuc remanet uxor, & in matrimonio, *L. 39. §. 4. ad L. Jul. de adulter.*

MVLIER prægnans damnata ultimo supplicio dari non debet, donec pariat, *L. 18. de statu hominum.*

MVLIERI prægnanti si sit aqua & igni interdicta, i. e. deportata, partus liber est & in potestate, *ib.*

MVLIER prægnans, quæ mortua sit, humari non debet, antequam partus ei excidatur, qui contra fecerit, spem animantis cum gravida peremis-

misse videtur, *L. 2. de mortuo inferendo.*

MVLIER contrahens scienter matrimonium illicitum perdit dotem, *L. 61. de R. N.*

Solet à Principe impetrari, ut intra legitimum tempus luctus MVLIERI nubere liceat, *L. 10. pr. de his, qui not. inf.*

MVLIER non tenetur lugere sponsum, *L. 9. §. 1. eod.*

MVLIER non potest nubere intra annum luctus, sed bene potest contrahere sponsalia, *L. 10. §. 1. eod.*

MVLIER intra annum lugere debet, & non nubere, etiamsi maritus esset talis, quem more majorum lugeri non oportet, *L. 11. §. 1. eod.*

MVLIER, quæ intra legitimum tempus luctus edidit partum, statim post partum potest nubere, *L. 11. §. 2. eod.*

MVLIER intra annum luctus nubens non potest secundo viro dare in dotem ultra tertiam bonorum partem, neque ultra illam potest ei testamento relinquere, *L. 1. C. de secundis nuptiis.*

MVLIER, quæ intra annum luctus nubit, & pariat, & certum est, quod non parit ex priori viro, amittit usumfructum & proprietatem donationis ante nuptias, *Auth. Eisdem. C. eod.*

MVLIER intra annum luctus secundo nubens, honestioris nobilisque personæ decore & jure privatur, & omnia, quæ de prioris mariti bonis vel jure sponsalium, vel judicio conjugis defuncti consecuta fuerit, amittit, *L. 2. C. eod.*

MVLIER transiens post annum luctus ad secunda vota, liberis susceptis ex priori matrimonio, quidquid à priori viro titulo lucrativo consecuta est, habet potestatem tantum possidendi, atque fruendi in sua vita, & ita moriens non potest alienare in extraneum, vel in successionem susceptam ex secundo matrimonio. *L. 3. C. eod.*

MVLIER sicut cogitur restituere, quidquid habuit ex primo matrimonio, liberis prioris matrimonii, ita debet restituere filiis secundi matrimonii, quidquid ex secundo matrimonio, *L. 4. C. eod.*

MVLIERE mortua, quod vir ex dote lucratur, filiis communibus illius matrimonii omnino reservatur quoad proprietatem, usufructu patri concesso, *Auth. Vxore &c. C. eod.*

MVLIER, quæ putat se prægnantem, sufficit notum facere marito, quod sit prægnans ex eo, nec tenetur denunciare marito, quod mittat custodes, *L. 1. §. 1. & 3. de agnoscendis & alend. liber.*

MVLIER, quæ putat se prægnantem, & ne dicatur partus suppositus, debet ipsa vel parens ejus, cujus in potestate est, vel is, cui specialiter ab eis mandatum est esse prægnantem, ex eo denunciare intra 30. dies continuos computandos post divortium ipsi marito, vel parenti, cujus est in potestate, aut domum, si nullius eorum copiam habeat, *L. 1. § 1. eod.*

Si MVLIER se prægnantem esse intra triginta dies non denunciaverit, postea denuncians, causa cognita, audiri debet, *L. 1. §. 7. eod.*

MVLIER si custodes, quos maritus vel Iudex misit, non admittat, liberum est marito parentive ejus, partum non agnoscere, *L. 1. §. 6. eod.*

MVLIER, quæ partum subjecisse dicitur, licet decesserit, statim cognoscendum est de participibus criminis, sed si omnes participes decesserint, ex Carboniano differtur quæstio impu-

puberis, & bonorum in tempus pubertaris, *L. 2. de Carboniano edicto.*

Si MVLIER prægnans pugno, vel equa ictu à te percussa ejecerit partum, teneris Aquilia, *L. 27. §. 22. ad L. Aquil.*

MVLIER si visceribus suis vim infert, quo faceret abortum, in exilium mittitur, *L. 8. ad L. Corn. de sicar.*

MVLIER sciens se non esse prægnantem, si ut prægnans per calumniam in possessionem mittatur, per sententiam infamatur, *L. 15. & 16. de his, qui not. infam.*

MVLIER, quæ falsa existimatione decepta credens prægnantem, ventris nomine si fuerit missa in possessionem, non videtur per calumniam missa, & ita non est infamis, *L. 18. eod.*

MVLIER si ventris nomine in possessione sit, aperiendæ sunt secundæ tabulæ, i. e. *pupillares*, ut sciatur, cui demandata sit curatio, *L. 9. testamenta quemad. aper.*

MVLIER ut mittatur in possessionem ventris nomine, oportet eam esse omnino prægnantem tempore mortis viri, & eo tempore, quo se in possessionem mitti petit, nec sufficit dicere se prægnantem, *L. 1. §. 1. de ventre in possess.*

MVLIER ventris nomine totiens mittitur in possessionem, quotiens venter non est exheredatus, & id, quod in utero est futurum, est inter suos heredes, *L. 1. §. 2. eod.*

MVLIER ventris nomine mittitur in possessionem, etiamsi incertum sit, dumtamen aliquo casu possit existere, quo, qui editur, suus futurus sit, *ibid.*

MVLIER ventris nomine non potest mitti in possessionem viventibus institutis, & adeuntibus, quando venter ab institutis exheredatus, & à substitutis præteritus fuit, *L. 1. §. 6. eod.*

MVLIER ventris nomine mittitur in possessionem, etiamsi tempore mortis non fuerit uxor, forte divortio separata ab eo, *L. 1. §. 10. eod.*

MVLIER prægnans ex filio emancipato ventris nomine mittitur in possessionem bonorum soceri, *L. 1. §. 11. eod.*

MVLIER prægnans ex filio in potestate, qui postea emancipatus decessit, ventris nomine mittitur in possessionem bonorum filii emancipati mariti sui, etiamsi socer viveret, *ibid.*

MVLIER prægnans mittitur in possessionem bonorum avi adoptivi, quando filius in adoptionem datus decessit prægnante uxore, deinde adoptator mortuus sit, mittitur in possessionem bonorum ejus, qui dictum filium in adoptionem dederat, si hic nepos posthumus institutus fuit ab avo naturali, *L. 1. §. 12. eod.*

MVLIERE prima prægnante facta, si quis secundam duxerit, eamque prægnantem fecerit, & decesserit, uterque venter mittitur in possessionem, nisi evidens calumnia appareat, *L. 1. §. 16. eod.*

MVLIER in possessionem missa, ea sola, sine quibus fœtus sustineri, & ad partum usque produci non possit, sumere ex bonis debet, *L. 1. §. 19. eod.*

MVLIER quando mittitur in possessionem ventris nomine, si curator ventri & bonis datus non sit, heres vel substitutus debet tantum pernumerare res omnes hereditarias, & assignare mulieri, *L. 1. §. 23. & 24. eod.*

MVLIER missa in possessionem ventris nomine tamdiu debet esse in possessione, quamdiu aut pariat, aut abor-

abortum faciat, aut certum sit non esse prægnantem. Et si sciens prudensque se prægnantem non esse, consumpserit, dicitur illa de suo consumpsisse, *L. 1. §. 27. & 28. eod.*

MVLIER quando mittitur in possessionem ventris nomine, id, quod in ventris alimenta deminutum est, detrahitur velut æs alienum, *L. 9. eod.*

MVLIER si ventris nomine missa sit in possessionem, D. Hadrianus *Calpurnio Flacco*, differendam accusationem adulterii, rescripsit; ne quod præjudicium fieret nato, *L. 8. eod.*

MVLIER, quæ nec suos filios habet in potestate, non potest aliquem arrogare, *L. 5. C. de adoption.*

MVLIERES non possunt esse curatrices, fallit in matre, & avia, *L. 21. pr. de tutoribus & curator. datis.*

MVLIERI, quæ luxuriose vivit, bonis interdici potest, *L. 15. pr. de curatorib. furioso* &c.

MVLIER regulariter non potest tutelæ officio fungi, *L. 1. C. quando mulier tutelæ officio.*

MVLIERES omnes, præter matrem, & aviam non possunt subire tutelæ officium, *Auth. Matri. C. eod.*

MVLIERES, quæ indignam honore conversationem imbecillitate sexus elegerint, competenti moderatione sunt sublevandæ, *L. 23. pr. C. de nuptils.*

MVLIEREM scenicam ad frugem melioris vitæ revertentem, impetrata licentia, eam potest unusquisque recipere in uxorem sine ulla pœna, & filii nati ex illo matrimonio sunt legitimi, *L. 23. §. 1. & 2. C. eod.*

MVLIER accipiens mutuam pecuniam pro viro animo donandi, expendit illud, non repetit, n si maritus ex ea pecunia fuerit factus locupletior, vel dignitas inde marito empta fuerit, *L. 21. C. de donation. inter virum & uxor.*

MVLIER debitorem suum acceptilatione si liberavit ob causam futurarum nuptiarum, his non secutis, repetit ab eo debitum, ac si solutum non fuisset, *L. 10. de condictione causa data, causa non sec.*

MVLIERES, quæ cum obligatæ non essent, si pro aliis solverint pecuniam, intercessione cessante non possunt repetere, *L. 1. C. ad SC. Vellejan.*

MVLIER si pro debito suo obligatur, non juvatur Vellejano, *L. 2. C. eod.*

MVLIER major 25. annorum si vendiderit, & pro marito pecuniam solverit sine intercessione, deficit SC. Vellejanum, *L. 4. C. eod.*

MVLIER licet pro alio solvere possit, tamen, si præcedente promissione, intercessione ignorans se munitam Vellejano solverit, repetere potest solutum condictione indebiti, *L. 9. C. eod.*

MVLIER, si in ea opinione sit, ut credat se pro dote obligatam, quidquid dotis nomine dederit, non repetit, sublata enim falsa opinione, relinquitur pietatis causa, ex qua solutum repeti non potest, *L. 32. §. 2. de condictione indebiti.*

MVLIER si, in rem viri damnum dederit, actione in factum Aquiliæ conveniri potest, *L. 56. ad L. Aquil.*

MVLIER si, cum marius ei margaritas extricatas dedisset in usu, invito vel inscio viro perforasset, ut pertusis in linea uteretur, tenetur lege Aquilia, sive divertit, sive nupta est adhuc, *L. 27. §. 30. eod.*

Contra MVLIEREM amoventem marito non datur turpis actio in honorem matrimonii, *L. 2. de actione rerum amotar.*

MVLIER ob mariti res, quas tempore divortii comedit, vel vendidit, donavit, vel qualibet ratione con-

sumpsit, tenetur marito actione rerum amotarum, *L. 3. §. 3. eod.*

Si MVLIER, cum de viri vita desperasset, subreptis quibusdam rebus divortisset, si convaluerit vir, utilis rerum amotarum actio ei danda est, *L. 21. pr. eod.*

MVLIER viros in conventu docere non debet, *c. 29. dist. 23.*

MVLIER ad concionandum non admittenda, licet docta & sancta sit, *c. 20. dist. 4. de consecr.*

MVLIER fucis colorum uti non debet, *c. 38. dist. 5. de consecr.*

MVLIERI non convenit vagari, *c. 2. de judiciis in 6.*

MVLIO.

MVLIO, si per imperitiam impetum mularum retinere non potuerit, si eæ alienum hominem obtriverint, tenetur Lege Aquilia, *L. 8. §. 1. ad L. Aquil.*

MVLIO tenetur solvere pedagium, vel portorium pro mulo, si pedagium vel portorium non ignoravit, & se transiturum, cum locaverat; sed pro rebus, quas portat mulus, solvit dominus illarum, *L. 60. §. 8. locati.*

Eum, qui MVLIONEM dolo malo in jus vocasset, si interea mulæ perissent, furti teneri veteres responderunt, *L. 66. §. 2. de furtis.*

MVLSVM.

MVLSVM vini appellatione proprie non continetur, nisi forte paterfamilias etiam de hoc sensit, *L. 9. pr. de tritico, vino, &c.*

MVLSVM conficitur ex melle & vino, *§. 25. de R. D.*

MVLTIPLICATIO.

MVLTIPLICATIO verborum non necessaria, non mutat substantiam, *L. 32. §. 6. de auro, argento, mundo, &c.*

MVLTITVDO.

MVLTITVDO & consuetudo antiqua excusat, *c. 2. X. de temp. ordin.*

MVLTITVDO inducit dispensationem, *ibid.*

MVLTITVDO testium effrænata dicitur, si ultra 40. testes sint, *c. 37. X. de testibus.*

MVLTITVDO lenissimis admonitionibus frangenda est; paucitas vero aspere corrigenda, *c. 1. dist. 44.*

MVLTITVDO inutilium personarum vitanda est, *c. 4. dist. 23.*

MVLTITVDO aliquando propter unius delictum punitur, *c. 17. dist. 45.*

MVLVS.

MVLVM si quis plus justo oneraverit, & aliquid membri ruperit, actio L. Aquiliæ locum habet, *L. 27. §. 23. ad L. Aquil.*

MVLORVM appellatione etiam mulæ continentur, *L. 62. de legat. 3.*

MVLI nascuntur ex coitu asini & equæ, *L. 52. §. 20. de furtis.*

MVNDANVS, *a, m.*

MVNDANIS negotiis non debent se implicare Sacerdotes, *c. 8. dist. 10.*

MVNDVS.

MVNDVM hunc regunt Autoritas Sacra Pontificum, & Regalis potestas, *c. 10. dist. 96.*

MVNDVS.

MVNDO non continentur unguenta, quibus valetudinis causa unguimur, *L. 25. §. 12. de auro, argento, mundo, &c.*

MVNDVS muliebris est, quo mulier mundior fit; & continentur eo specula, matulæ, unguenta, vasa unguentaria, & si qua similia dici possunt, veluti lavatio, riscus, *L. 25. §. 10. eod.*

MVNDO muliebri legato non continentur ornamenta muliebria & monilia, in quibus insunt margaritæ, &

& gemmæ, nec vestes, sed continentur argentum, vel aliud, quod paratum est ad lavandam, vel balneandam mulierem, *L. 32. §. 7. eod.*

MVNICEPS.

MVNICIPES dicuntur, qui munera civilia capiunt, *L. 18. de V. S.*

MVNICIPES intelligendi sunt, & qui in eodem municipio nati sunt, *L. 228. eod.*

MVNICIPEM aut nativitas facit, aut manumissio, aut adoptio, *L. 1. pr. ad municip.*

MVNICIPES proprie dicuntur *muneris participes*, recepti in civitate, ut munera nobiscum facerent, *L. 1. §. 1. eod.*

MVNICIPES abusive nunc appellantur, suæ cujusque civitatis cives; ut puta Campani, Puteolani, *ib.*

MVNICIPES intelliguntur scire, quod sciant hi, quibus summa Reipubl. commissa est, *L. 14. eod.*

MVNICEPS esse definit Senatoriam adeptus dignitatem, quantum ad munera; quantum vero ad honorem, retinere creditur originem, denique manumissi ab eo, ejus municipii efficiuntur municipes, unde originem trahit, *L. 23. pr. eod.*

MVNICIPIBVS plenum jus in bonis libertorum, libertarum, defertur, h. e., id jus, quod etiam patrono. *L. un. pr. de libertis universit.*

MVNICIPIBVS potest restitui hereditas ex SCto Trebelliano, *L. un. §. 1. eod.*

MVNICIPES jurare possunt per eos, per quos municipii res geruntur, *L. 97. de condition. & demonstr.*

MVNICIPES heredes instituti, & rogati de restituendo possunt cogi adire, & restituere, & econtra potest fieri eis restitutio, *L. 6. §. 4. ad SC. Trebellian.*

MVNICIPES ad exhibendum conveniri possunt, *L. 7. §. 3. ad exhibend.*

MVNICIPIVM.

MVNICIPIIS fideicommissum universale & singulare relinqui potest, *L. 12. ut in possessionem legatorum.*

MVNITIO.

MVNITIO est juris gentium, *c. 9. dist. 1.*

MVNVS.

MVNVS tribus modis dicitur; uno *donum*; altero *onus*; tertio *officium*, *L. 18. de V. S.*

MVNERA dici, dari, mittive, *ibid.*

MVNVS est donum cum causa, ut puta, natalicium, nuptialicium, *L. 194. eod.*

MVNVS proprie est, quod necessarie obimus, lege, more, imperiove ejus, qui jubendi habet potestatem, *L. 214. eod.*

MVNVS publicum est officium privati hominis, ex quo commodum ad singulos, universosque cives, remque eorum imperio Magistratus extraordinarium pervenit, *L. 239. §. 3. eod.*

MVNVS à manu, est pecunia, munus à lingua, est favor, *c. 114. q. 1. caus. 1.*

In MVNERIBVS accipiendis tria sunt attendenda, persona dantis, & accipientis qualitas; quantitas muneris, & tempus donationis, *c. 18. X. de Simonia.*

Ob MVNERA parva, animus in persona magna mutatus non creditur, *ibid.*

MVNVS gratis oblatum recipi potest, *c. 30. in fin. X. eod.*

MVNERA dantem & accipientem faciunt deviare à justitia, *c. 66. & 72. q. 3. caus. 11.*

MVNERIBVS si quis pœnæ causa fuerit prohibitus, non valet sententia, *L. 7. §. 22. de interdictis.*

MVNERVM civilium quædam sunt patrimonii, alia personarum, *L. 1. pr. de muneribus & honor.*

MV-

MVNERA patrimonii sunt rei vehicularis, item navicularis, decem primatus, *L. 1. §. 1. eod.*

MVNERA personalia civilia sunt, defensio civitatis, i. e. ut Syndicus fiat, Legatio, &c. *L. 1. §. 2. eod.*

MVNVS personale generaliter dicitur, quod corporibus, labore, cum sollicitudine animi ac vigilantia solenniter exstitit, *L. 1. §. 3. eod.*

MVNVS vero patrimonii vocari solet, in quo sumptus maxime postulatur, *ibid.*

MVNVS personale est tutela, cura adulti, furiosive, item prodigi, muti, etiam ventri, & similia, *L. 1. §. 4. eod.*

MVNVS hospitis in domo recipiendi, non personæ, sed patrimonii onus est, *L. 3. §. 14. eod.*

MVNVS publicum est cura extruendi vel reficiendi operis in civitate, *L. 4. pr. eod.*

MVNVS honorem sustinenti imponi non potest, *L. 10. eod.*

MVNVS sustinenti honor deferri potest, *ibid.*

Cui MVNERIS publici vacatio datur, non remittitur ei, ne Magistratus fiat, *L. 12. eod.*

MVNVS aut publicum, aut privatum est, *L. 14. §. 1. eod.*

MVNVS publicum dicitur, quod in administranda republica cum sumptu sine titulo dignitatis subimus, *L. 14. §. 1. eod.*

MVNERVM civilium triplex divisio est; nam quædam munera personalia sunt, quædam patrimoniorum dicuntur, alia mixta, *L. 18. pr. eod.*

MVNERA personalia sunt, quæ animi provisione, & corporalis laboris intentione sine aliquo gerentis detrimento perpetrantur, veluti tutela, vel cura, *L. 18. §. 1. eod.*

Patrimoniorum MVNERA sunt, quæ sumptibus patrimonii, & damnis administrantis expediuntur, *L. 18. §. 18. e d.*

MVNERA patrimoniorum duplicia sunt, *L. 18 §. 21. eod.*

MVNERA mixta sunt decaprotiæ & icosaprotiæ, *L. 18. §. 26. eod.*

MVNERA corporalia, ut honores, & *munera* personalia fœminis interdicta sunt, *L. 3. §. 3. eod.*

MVNERA & honores in civitatibus æqualiter per vices secundum ætates, dignitates & gradus munerum honorumque, qui antiquitus statuti sunt, distribui debent, *L. 3. §. 15. eod.*

MVNERIBVS suæ civitatis obnoxius si causa eorum evitandorum dedit se militiæ, non præjudicat civitati, quin adhuc *munera* subire cogatur, *L. 4. §. 3. eod.*

MVNERIS publici personalis excusationem intra quinquennium habent navicularii, & mercatores olearii, qui magnam partem patrimonii ei rei contulerunt, *L. 5. eod.*

MVNERA locorum & non personarum dicuntur viarum munitiones, & prædiorum collationes, *L. 14. §. 2. eod.*

MVNERA omnia patrimonialia, personalia, & mixta appellantur civilia, aut publica, *L. 18. §. 28. eod.*

Ad MVNERA municipalia, vel honores vocatus antequam negotiari inciperet, vel antequam in collegium, quod immunitatem parit, assumeretur, vel antequam numerum filiorum haberet, cogitur subire, *L. 5. §. 7. de jure immunitatis.*

MVNERIS effugiendi causa faciens se navicularium, vel de aliquo collegio, quod præstat immunitatem, non habet immunitatem, *L. 5. §. 9. eod.*

Ad MVNERA civilia omnes tenentur, nec valent rescripta concedentia immu-

munitatem ab illis, etiamsi consensu Decurionum, vel curiæ fuerint concessa, *L. 19. C. de Decurionib. X.*

MVNERA civitatis evitans prætextu fictæ religionis retrahitur ab ea, & qui loco ejus substituitur, capiet ejus bona, *L. 26. C. eod.*

Ad MVNERA publica subeunda electus potest extrahi de domo, etiam magnatum, sive sit curialis origine, sive quovis alio modo, & occultator talis punitur, *L. 31. C. eod.*

MVNERA civilia ut evitaret curialis, si fabricensis sit factus, & transtulit se ad fabricam, extrahitur à collegio fabricensi, & punitur collegium, *L. 32. C. eod.*

MVNERA civilia, quæ etsi necessitas non exigit, tamen patria non remittit, *L. 35. C. eod.*

MVNERIBVS civilibus personalibus subiens 30. annis in Alexandrina civitate excusatur corporalibus injuriis, sed non pecuniariis, habita tamen ratione meritorum, *L. 38. C. eod.*

A MVNERIBVS Decurionatus nec sententia Præsidis in perpetuum, nec anni quinquaginta, nec podagræ valetudo præstat excusationem, *L. 13. C. eod.*

A MVNERIBVS omnibus sordidis habent immunitatem illustres, & super illustres, item Comites consistoriani, notarii etiam Principis, & cubicularii, & excubicularii, *L. 12. C. de excusat. muner. X.*

A MVNERIBVS sordidis, & extraordinariis excusantur illustres personæ, *L. 16. C. eod.*

A MVNERIBVS sordidis excusantur Grammatici, & Rhetores, & Philosophi, *L. 12. C eod.*

A MVNERIBVS personalibus excusantur majores 55. annorum. *L. 3. C. qui ætate vel profess. excus. X.*

A MVNERIBVS personalibus orbi utroque oculo excusantur, secus si uno tantum, *L. 1. C. qui morbo se excusant. X.*

Ille à MVNERIBVS majoribus non excusatur, qui confugit de civitate ad rus, ne subjiceretur majoribus, *L. 1. §. 2. de vacat. & excusat.*

Quamvis sexaginta quinque annorum aliquis sit, & tres liberos incolumes habeat, à MVNERIBVS tamen civilibus non liberatur, *L. 1. §. 3. eod.*

Ad MVNERA vel honores non vocatur minor 25. annorum, *L. 2. pr. eod.*

Si quis velit à MVNERIBVS se excusare propter liberos, debet probare se habere numerum filiorum eo tempore, quo propter eos vult se excusare, *L. 2. §. 3. eod.*

MVREX.

MVREX est piscis, ex quo & ex conchitio fit optimus color purpureus, *L. 6. C. de divers. rescript.* & *L. 9. C. de murilegulis* &c. *XI.*

MVRICIS vellus non potest vendi, & duo commoda proveniunt ex murice, scilicet de encausto imperiali, & purpura, *L. 1. C. quæ res venire non possunt.*

MVRILEGVLVS.

MVRILEGVLI si ad aliam dignitatem transierint, debent retrahi ad aliam conditionem, & res alienatæ per eos revocentur, nisi emptor voluerit eam conditionem subire, *L. 11. C. de murilegulis. XI.*

MVRMVRARE.

MVRMVRANS & contentiosus pari pœna puniuntur, *c. 5. dist. 90.*

MVRMVRANTES separentur à fratrum unitate, *c. 5. ead.*

MVRMVRATIO.

MVRMVRATIO dissuadetur, quod eam gravissima pœna consequatur, *c. 4 dist. 90.*

MVRVS.

MVRVS dicitur cum cemento, maceria sine cemento, *L. 157. pr. de V. S.*

MVRI in municipiis dicuntur sancti, prohibenturque, ne quid in his committatur, *L. 8. §. 2. de D. R.*

MVROS municipales nec reficere licet sine Principis vel Præsidis autoritate, nec aliquid eis conjungere vel superponere, *L. 9. §. 4. eod.*

MVROS violans capite punitur, sicut transcendens scalis admotis, vel alia qualibet ratione, *L. 11. eod.*

MVROS violare & transcendere hostile & abominandum est, cum cives Romanos alia, quam per portas egredi non liceat, *ibid.*

MVROS eo quod transcendere voluerit *Remus* frater *Romuli*, traditur quod fuerit occisus, *ibid.*

In MVRIS, itemque portis, & aliis sanctis locis aliquid facere, ex quo damnum aut incommodum irrogetur, non permittitur, *L. 2. ne quid in loco sacro fiat.*

Neque MVRI, neque portæ habitari sine permissu Principis propter fortuita incendia possunt, *L. 3. eod.*

Per MVRVM castra ingrediens, vel vallum transcendens capite punitur, *L. 3. §. 17. de re militari.*

Ad MVRORVM restaurationem sufficit tertia pars canonis annui tributi, qui redigitur ex fundis vel locis reipublicæ, *L. 3. C. de diversis prædiis urbanis X.*

MVSICA.

MVSICA laudatur & permittitur etiam in templis, *Extrav. comm. c. un. de vit. & honest. Cleric.*

MVSICA, Geometria & Arithmetica, habent in sua scientia veritatem, sed non est scientia illa, scientia pietatis, *c. 10. §. 1. dist. 37.*

MVSICVS.

Lasciva MVSICORVM melodia reprobatur, & tales Cantores, tam exempti, quam non exempti, per octo dies ab officio suspenduntur, *Extrav. comm. c. un. de vit. & honest. Cleric.*

MVTARI.

MVTARE non licet domicilium, *c. ult. X. de Paroch.*

MVTARI feudi origo non potest facto Vasalli in deterius, *II. F. 52. c. 2.*

MVTARE Deus novit sententiam, quando de malo in melius mutantur homines, *c. 67. dist. 1. de pœnit.*

MVTANTVR postea in melius, suadente subditorum utilitate, consulte & rationabiliter ordinata, *c. ult. in pr. X. de sent. excommun.*

MVTARI potest votum justa de causa, *c. 7. X. de voto, & vot. redempt.*

MVTARI subito non debent, quæ cum deliberatione facta sunt, *c. 1. in fin. X. ne sede vac.*

MVTANTVR, propter negligentiam Regiminis, Reges, *c. 3. q. 6. caus. 15.*

MVTARE nemo potest consilium suum in alterius injuriam, *L. 75. de R. I.*

Minime sunt MVTANDA, quæ interpretationem certam semper habuerunt, *L. 23. de legibus.*

MVTATIO.

MVTATIO nominis non fraudulosa, libero homini est permissa, *L. 1. de mutat. nominis.*

In MVTATIONE voti, causa, & voventis qualitas consideranda, *c. 1. & 7. X. de voto, & vot. redempt.*

MVTATIO non debet fieri in his, quæ rationabiliter & utiliter à Patribus sunt definita, *c. 9. & 12. q. 2. caus. 25.*

MVTATIO nominis, contractus substantiam ejus non mutat, *c. 36. X. de simon.*

MVTATIONES Episcoporum, necessitatis & utilitatis causa conceduntur, *c. 44. q. 1. caus. 7.*

MVTILARE.

Si quis volens MVTILAVERIT partem digiti sui, ab Ordinibus abstinebit; secus si casu contigerit, *c. 5. dist. 55.*

MVTILATIO.

MVTILATIO membrorum latronis proficit ei, quia debilitata membra nequeunt exercere consueta, *c. 6. q. 3. caus. 23.*

MVTILATOR.

MVTILATOR sui ipsius est homicida, *c. 4. dist. 55.*

MVTILATOR alterius, non debet promoveri, uti nec mutilatus ab alio, *c. ult. ead.*

MVTVARE.

MVTVANS pecuniam alicui, ut aliquid ultra sortem accipiat, pro usurario habetur, *c. ult. X. de usuris.*

MVTVANS procuratori tuo tui contemplatione, ut creditorem tuum vel pignus liberaret, adversus te habet actionem negotiorum gestorum, sed adversus procuratorem nullam habet actionem, *L. 6. §. 1. de negotiis gestis.*

MVTVANS in refectionem domus ipso jure habet tacitam hypothecam in ea, sive fabro, vel conductori operis mutuaverit, *L. 1. in quibus causis pignus.*

MVTVANS ex mutuo agens non tenetur probare originem dominii rei mutuatæ, h. e., unde dominium illius ad eum pervenerit, si ut propriam mutuaverit, *L. 7. C. si certum petatur.*

MVTVANTIBVS pluribus pecuniam cuilibet pro parte quæritur actio, nisi sit conventum, quod sint plures rei credendi re, vel verbis in solidum, *L. 9. C. eod.*

MVTVANS pecuniam vel fructus aridos agricolis in uno quoque anno pro modio octavam partem modii, & pro solido siliquam accipiens nomine usurarum, terram, sive aliquid aliud, quod pignori accipit, omnino reddere tenetur, *Auth. Ad hæc. C. de usuris.*

MVTVANS agricolis pecuniam vel fructus, & usuram majorem octava parte stipulans cadit ab actione sua, & quod pignori datum est, non tenetur, *ibid.*

MVTVANS ex mandato alicujus obligat sibi recipientem tanquam principalem ex contractu mutui, & mandantem per actionem mandati, *L. 7. C. mandati.*

MVTVANTI non est obligata res empta ex pecunia numerata, nisi specialiter vel generaliter emptor eam mutuanti obligaverit, *L. 17. C. de pignorib.*

MVTVANTI vinum vetus non debet reddi vinum novum, *L. 3. de rebus creditis, si certum* &c.

MVTVANS pecuniam Titii vel suam nomine Titii, Titio acquirit condictionem, *L. 9. §. 8. eod.*

MVTVANS nummos alienos si post numerationem furere cœperit, accipiens si illos consumpserit, acquiritur furioso condictio certi ex mutuo, *L. 12. in f. eod.*

MVTVANS servo ad ludendum alea, habet actionem de peculio ad id tantum, quod ex ea re in peculio est, & non ad plus, *L. 4. §. 1. de aleatoribus.*

MVTVS.

Qui MVTVM, aut furiosum, aut infantem exhibet, non potest videri ejus præstare præsentiam; nemo enim ex eo genere præsens satis apte appellari potest, *L. 246. pr. de V. S.*

MVTVS, si intellectum habet, potest videri respondere, *L. 124. pr. de R. I.*

MVTVS potest uxorem ducere. *L. 43. pr. de vulgari & pupill. substit. L. 73. de jure dot.*

MVTVS, qui nullo modo loquitur, *I. F. 6 §. 2.*

MVTVS an feudum retineat, *II. F. 36.*

MVTVS feudum non retinet, *I. F. 6. §. 2.*

MVTVS & surdus per eum modum, qui procedere potest, procuratorem dare non prohibetur, forsitan & ipsi dantur, non quidem ad agendum, sed ad administrandum, *L. 43. pr. eod.*

MVTVM morbosum esse, *Sabinus* ait, morbum enim esse, sine voce esse apparet, sed qui graviter loquitur, morbosus non est, *L. 9. de aedilitio edicto.*

MVTVS tutor dari non potest, quoniam autoritatem praebere non potest, *L. 1. §. 2. de tutelis.*

MVTO, itemque mutae impuberibus tutor dari potest, qui etiam eis potest autoritatem praestare, *L. 6. pr. eod.*

MVTVS & surdus heres recte institui potest, *L. 1. §. 2. de heredib. instit.*

MVTVM, nec non surdum, etiam ita natos, pro herede gerere & obligari hereditati posse constat, *L. 5. pr. de acquirenda vel omittenda* &c.

MVTVS servus, jussu domini pro herede gerendo, obligat dominum hereditati, *L. 93. §. 2. eod.*

MVTVS pater vel dominus, filio vel servo heredibus institutis, magis est, ut, si intellectu non careat, nutu jubere possit adire hereditatem, ut ei jure ejus commodum quaeri possit, quod facile explicari possit scientia literarum, *L. 93. §. 1. eod.*

MVTVS non potest facere testamentum, *L. 8. §. 3. de jure codicill.*

MVTVS nihil intelligens infanti aequiparatur, *L. 65. §. 3. ad SC. Trebell.*

MVTVS, surdus, caecus bonorum possessionem admittere possunt, si, quod agatur, intelligant, *L. 2. de bonor. possess. furioso, infanti,* &c.

MVTVS & surdus donare non prohibentur, *L. 33. §. 2. de donation.*

MVTVS neque stipulari, neque promittere potest, §. *7. de inutilib. stipulat.*

MVTVS & surdus natura neque testamentum facere, neque codicillos, neque fideicommissum relinquere, neque mortis causa donationem celebrare, nec libertatem, sive vindicta, sive alio modo imponere potest, *L. 10. C. qui testamenta facere* &c.

MVTVS & surdus matrimonium contrahere possunt, *c. 23.* & *25. X. de sponsalib.*

MVTVS canis dicitur Praelatus, qui non redarguit vitia subditorum, *c. 1. pr. dist. 43.*

MVTVS, surdus, furiosus, posthumus, infans, filiusfamilias, & servus alienus habent testamenti factionem passivam, sed non activam, *§. 4. de heredum qualitate* &c.

MVTVS & surdus miles testamentum facere potest, *§. 2. de militari testamento.*

MVTVS is intelligitur, qui eloqui nihil potest, non qui tarde loquitur, *§. 3. quibus non est permissum facere* &c.

MVTVS & surdus non semper testamentum facere possunt, *ib.*

MVTVVM.

MVTVVM appellatur ex eo, quod ita tibi à me datur, ut ex meo tuum fiat, *pr. Inst. quib. mod. re contrah.*

MVTVI datio in iis rebus consistit, quae pondere, numero, mensura constant, *ibid. L. 2. §. 1. de rebus creditis.*

Ex

Ex MVTVO nafcitur actio, quæ vocatur condictio certi ex mutuo, *ib.*

MVTVVM damus recepturi non eandem fpeciem, quam dedimus, (alioquin commodatum erit, aut depofitum) fed idem genus, nam fi aliud genus, veluti, ut pro tritico vinum recipiamus, non erit mutuum, *L. 2. pr. de rebus creditis* &c.

MVTVVM non poteft effe, nifi proficifcatur pecunia, *L. 2. §. 3. eod.*

In MVTVI datione oportet dominum effe dantem, *L. 2. §. 4. eod.*

MVTVI obligatio non nafcitur, fi de meo tuum non fiat, *L. 2. §. 2. eod.*

MVTVI dationi poffunt inferi omnia, quæ inferuntur ftipulationibus, & ideo mutuum poteft fieri fub conditione, *L. 7. eod.*

MVTVI datio poteft fufpendi in eventum conditionis expreffæ, veluti fi quis tibi mutuaverit numos, ut tui fiant, fi extiterit aliqua conditio, interim autem funt numerantis, *L. 8. eod.*

In MVTVO etfi non caveatur, ut æque bonum reddatur, tamen reddi debet æque bonum, & in eadem qualitate & bonitate, *L. 3. eod.*

MVTVI obligatio contrahi poteft in minus, quam datum fit, fed non in plus, quia illud. quod eft in plus, nec tan quam ufura peti poteft, *L. 11. §. 1. eod.*

MVTVVM licet contrahatur re, tamen non poteft fieri, nifi inter confentientes, *L. 32. eod.*

MVTVVM recte contrahitur, quando datur argentum, vel jumentum, vel alia fpecies æftimata pro pecunia mutuanda, *L. 8. C. fi certum petatur.*

MVTVO accipiens pecuniam pro re communi, & obligatus in folidum folvit, poteft à focio partem ad fe fpectantem repetere, *L. 12. C. eod.*

MYSTERIVM.

MYSTERIVM dicitur, quod fecretam & reconditam habeat difpenfationem, *c. 84. §. 1. q. 2. cauf. 1.*

N.

NARRARE.

Vbi plura NARRANTVR, quorum alterum per fe fufficit, alterum fufficit probari, *c. 15. X. de exceff. Prælat.*

NARRANDI diverfitas non obftat, fi eadem dicantur, & veritas non mutetur, *c. 20. X. de converf. conjugat.*

NARRATIO.

NARRATIO facti non facit jus, *c. 3. X. de fide inftrum.*

NASCI.

Qui NASCI fperatur, (f. *nafciturus*) pro fuperftite habetur, cum de ipfius jure quæritur, *L. 231. de V. S. L. 2. §. 6. de excufat.*

NASCI non debent injuriæ, unde jura nafcuntur, *c. 17. X. de accufat.*

Qui NASCVNTVR mortui, neque nati, neque procreati videntur, *L. 129. de V. S.*

Qui NASCVNTVR mortui, nunquam liberi appellari poffunt, *ib.*

NATI ex libero ventre, liberi funt, *c. 1. X. de natis ex lib. ventr.*

NATVS ex adulterio, non eft in culpa, quod fic nafcatur, fed ille, qui generat, *c. 5. dift. 56.*

NASCI unum ex muliere prægnante per rerum naturam certum eft, fed incertum, an plures nafcantur, *L. 28. §. 5. de judiciis.*

NASCITVRORVM incertitudo non im-

impedit coheredem adire, licet quæ portio competat sibi, sit incertum, *L. 5. §. 1. si pars heredit. petat.*

NASCI septimo mense perfectum partum jam receptum est, propter autoritatem doctissimi Viri Hippocratis, *L. 12. de statu homin.*

NATUS imperfectus an feudum retineat, *II. F. 36.*

NATUS apud hostes, sed prius conceptus, non minus quam captus ab hostibus restituitur, si læsus fuerit, *L. 15. §. 1. ex quibus causis major.*

NATORUM appellatio & ad nepotes extenditur, *L. 104. de V. S.*

NATORUM appellatione continentur etiam non nati, quando de eorum commodo agitur, §. *4. de tutelis.*

NATALIS.

Hoc sermone, *agnitis* NATALIBUS, de nullis aliis intelligendum est Senatum sensisse, quam ingenuis, *L. 3. si ingenuus esse dicetur.*

NATALIBUS restitutus libertus dicitur ingenuus, libertus tamen, qui consequutus est jus aureorum annulorum, quamvis omnia munia habeat, non tamen eximitur à jure reverentiali, *L. 10. §. 3. de in jus vocando.*

NATALIUM causa spectat ad forum ecclesiasticum, *c. 3. X. de ordine cognit.*

Post NATALEM S. Mariæ, *II. F. 27. §. 4.*

NATIO.

Qui mancipia vendunt, NATIONEM cujusque in venditione pronunciare debent, *L. 31. §. 21. de ædilit. edicto.*

NATIO servi aut provocat, aut deterret emptorem servi, *ib.*

NATIO facit aliquem præsumi bonum, ut quia sit nationis non infamatæ, & econtra præsumitur malus, qui est nationis infamatæ, *ibid.*

NATIONEM servi debet venditor in venditione dicere, alioquin dabitur emptori redhibitoria, licet alias non sit in causa redhibitionis, *ib.*

NATIONE, i. e. nativitate, *II. F. 27. §. 3.*

NATIVITAS.

De NATIVITATE masculi & fœminæ quando non apparet, quis eorum prior natus sit, præsumitur ille prius natus, ex quo mater libertatem consequitur, alias masculus semper præsumitur, *L. 10. §. 1. de rebus dubiis.*

NATIVITAS alia naturæ est, *c. 3. dist. 4. de consecr.*

alia gloriæ, *c. 91. ead.*

alia gratiæ, *c. 115. ead.*

Exceptio NATIVITATIS obstat petenti hereditatem, quæ prius debet probari coram Iudice ecclesiastico, *c. 3. X. de ordine cognition.*

Quæstio NATIVITATIS opposita petenti hereditatem coram Iudice seculari, ad Iudicem ecclesiasticum est transmittenda, *c. 5. X. qui filii sint legitimi.*

NATIVITATIS causa præjudicialis est ad causam successionis, & ideo primo debet terminari, si contrarium fieret, ordo juris perverteretur, nec valeret processus successionis, nisi legitima prius pronunciaretur, *c. 3. X. de ordine cognit.*

NATURA.

Is NATURA debet, quem jure gentium dare oportet, cujus fidem secuti sumus, *L. 84. §. 1. de R. I.*

NATURA debetur id, quod natura æquum est solvi, *L. 11. §. 2. de pecul.*

NATURA magis in homine generandi & consuetudo spectanda est, quam temporale vitium, aut valetudo, propter quam abducatur homo à generandi facultate, *L. 9. pr. de liber. & posthum.*

NATVRA constant divinæ leges, *c. 1. dist. 1.*

NATVRA cedit miraculo, *c. 6. §. quæsivisti. X. de celebr. miss.*

NATVRA abhorret periculum & mortem, *Clem. c. 2. §. Esto igitur. de sent. & re judic.*

NATVRA dæmonum in pluribus subtilior & nobilior est, quam hominum, *c. 2. q. 4. caus. 26.*

NATVRAE accusatores non debemus esse, *L. 4. C. de liberis prater.*

A NATVRA quæ probabiliter noscuntur esse producta, non debemus respuere, *L. 12. C. de legitimis heredib.*

NATVRA utrumque corpus & fœminæ & masculi edidit, ut maneat sui vicibus immortale, & alterum alterius auxilio egeat, & uno semoto, & alterum corrumpatur, *L. 14. C. eod.*

NATVRA pene similis est omnium hominum, *L. 13. C. de contrahenda stipulatione.*

Contra NATVRAM feudi filiæ succedunt, *II. F. 2. §. 2.*

NATVRAM feudi propriam habent feuda Valvasor. major, *I. F. 1. §. 4.*

NATVRALIS, *e.*

Quod NATVRALIS ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peræque custoditur, vocaturque jus gentium, quasi quo jure omnes gentes utantur, *§. 1. de I. N. G. & C.*

Nihil tam NATVRALE est, quam eo genere quidque dissolvere, quo colligatum est, *L. 35. de R. I.*

NATVRALE est in culpam cadere, doluisse virtutis, *c. 25. dist. 3. de pœnit.*

NATVRALE fœdus excludit suspicionem mali, *c. penult. X. de cohabit. Cleric.*

NATVRALE jus est commune omnium nationum, eo quod ubique instinctu naturæ, non institutione alius habetur, *c. 7. dist. 1.*

NATVRALIS filius ex soluto & soluta genitus, legitimatur per subsequens matrimonium, *c. 6. X. qui filii sint legit.*

NATVRALIA jura civilis ratio corrumpere non potest, *L. 8. de capite minutis.*

NATVRALIS ratio autoritate Senatus commutari non potest, *L. 2. §. 1. de usufructu earum rerum* &c.

NATVRALIS ratio suadet, *II. F. 24. §. 2.*

NATVRALES filii, licet legitimati, non succedunt in feudo, *II. F. 26. c. 4.* §. *6.*

NATVRALIVM immutatio in feudo quomodo probetur, *II. F. 2. §. 2.*

NAVFRAGIVM.

Ex NAVFRAGIO rem fluctibus & undis expulsam auferens, & surripiens tenetur furti, si accepit eam ex intervallo post naufragium, sed si in ipso naufragii tempore accepit, tenetur edicto de incendio, ruina, naufragio, sive ex ipso mari, sive ex naufragio, sive ex litore percipiat, *L. 5. de incendio, ruina*, &c.

Ex NAVFRAGIO possessores locorum, ubi fit naufragium, non debent aliquid recipere, & si ibi rapuerint, tenentur in quadruplum his, quorum res erant, & puniuntur ut latrones, *L. 7. eod.*

NAVFRAGIVM suum cuilibet licet impune colligere, *L. 12. pr. eod.*

Quo NAVFRAGIVM fit, vel factum est, si quis rapuerit, incidit in edictum de incendio, ruina, naufragio, *L. 3. pr. eod.*

NAVFRAGIVM supprimens tenetur L. Cornelia de sicariis, *L. 3. §. 4. ad L. Cornel. de sicariis.*

Cum de NAVFRAGIO quæritur, debent examinari duo vel tres de navi,

vi, qui melius scire debent veritatem, & eis deficientibus devenitur ad alios, *L. 3. C. de naufragiis XI.*

Pro NAVFRAGIO culpa unius nauicularii contingente tenentur omnes alii navicularii pro rata, *L. 6. C. eod.*

De NAVFRAGIO quando quæritur, cognosci debet summatim, & omni velamine levato, & ex eo, quod in illa cognitione reperitur, potest per inquisitionem procedi, & causa debet intra biennium terminari, alias navicularius absolvitur, *L. 5. C. eod.*

Si NAVFRAGIO quid amissum est, non statim nostrum esse desinit, & quadruplo is tenetur, qui rapuit, *L. 44. de A. R. D.*

NAVFRAGVS.

NAVFRAGORVM miserrimæ fortunæ multifarie provisum est, ut nullus res eorum causa surripiendi colligat, cum ad litus ejectæ sint, vel adhuc in mari fluctuant, *L. 3. § 8. de incendio, ruina, naufragio,* &c.

Ex NAVFRAGORVM miserrima fortuna rapientes vel lucrantes aliquid, tenentur in quadruplum damnum passis, & in tantundem tenentur fisco, *ibid.*

NAVFRAGOS qui spoliant, incidunt in Canonem, *c. 3. §. illi etiam &c. X. de Raptor.*

NAVICVLA.

Si quis NAVICVLAM functioni muricis & legendis conchyliis deputatam ausus fuerit usurpare, duarum librarum auri illatione teneatur, *L. 9. C. de Murilegulis &c. XI.*

NAVICVLARIVS.

Qui cum NAVICVLARIIS fecerunt rapinam, tenentur in quadruplum, *L. 5. C. de naviculariis &c. XI.*

Si quis NAVICVLARIVS sine testamento & liberis, vel successoribus defunctus sit, hereditatem ejus non ad fiscum, sed ad corpus naviculariorum, ex quo fatali sorte subtractus est, defertur. *L. 1. C. de hereditatibus Decurionum.*

NAVICVLARIVS conducens onus vehendum, si cum flumen ea navis non possit subire, in aliam navem merces transtulit, & ea navis in ostio fluminis perit, tenetur ex locato, si domino invito id fecit, vel tempore, quo non debuit, vel minus idonee imposuit, vel alias fuit in culpa, secus si non fuit in culpa, *L. 13. §. 1. locati.*

NAVICVLARII, qui deserviunt annonæ portandæ Romæ, immunes sunt à muneribus publicis, dum durant in communi servitio, si navis sit magna, & sua, non aliena, & non causa effugiendi muneris fecerint navicularium, *L. 5. §. 3. de jure immunitat.*

Immunitati, quæ NAVICVLARIIS præstatur, certa forma data est, quam immunitatem ipsi duntaxat habent, non etiam liberis, aut libertis eorum præstatur, idque principalibus constitutionibus declaratur, *L. 5. §. 4. eod.*

NAVICVLARII excusantur à tutela extraneorum, non eorum, qui sunt de corpore suo, *L. 24. C. de excusat. tutor.*

NAVICVLARIVS suscipiens res fiscales deportandas, si recta navigatione contempta, litora devia sectatus eas avertendo distraxit, capitali, i. e. deportationis pœna punitur, *L. 7. C. de Naviculariis &c. XI.*

NAVICVLARIOS tempore bonæ navigationis si in suo territorio commorari patiantur Iudices, puniuntur ipsi, & municipes, *L. 8. C. eod.*

NAVICVLARIVS onerum publicorum cogi non potest portare sarcinas privatas,

vatas, *L. un. C. ne quid oneri publico imponatur.*

NAVIGARE.

NAVIGARE licitum est unicuique per flumen publicum, & in ripa onerare, & exonerare item per lacum & fossam, vel per stagnum publicum, & qui prohibetur à prædictis, habet interdictum, ne quis navigare in flumine publico prohibeatur, *L. un. pr. ut in flumine publico navig.* &c.

NAVIGANTES decipiens imponendo lumen de nocte in loco periculoso maris, & sic navigantes ad illud lumen veniant, putantes esse portum, ut veniendo ibi periclitentur, tenetur, ac si ipse imponens lumen raperet, *L. 10. de incendio, ruina* &c.

NAVIGATIO.

NAVIGATIO tempore hyemis periculosa, & semper incerta, *L. 6. C. de officio Rectoris provinciæ.*

NAVIGATIO rerum publicarum debet fieri à Calendis Aprilis usque ad Calendas Octobris, *L. 3. in f. C. de Naufragiis, XI.*

NAVIGIUM.

NAVIGII appellatione rates continentur, quia plerumque & ratium usus necessarius est, *L. 1. §. 14. de fluminibus.*

NAVIGIUM solemus dicere ipsam navem, & etiam iter navigii, i. e. navigationem, *ib.*

NAVIGIA habere non tantum Senatoribus, sed etiam cuilibet privato licitum est, *L. 1. C. de navibus non excusandis. XI.*

NAVIS.

NAVIS eadem videtur, etiamsi sæpe adeo refecta sit, ut nulla tabula eadem permaneret, quæ non nova fuisset, *L. 76. de judiciis.*

NAVIS ornamenta singula erunt vindicanda, scapha quoque separatim vindicabitur, *L. 3. §. 1. de R. V.*

NAVEM suam si quis ex aliena materia refecit, sua remanet illa, sed si navem de novo ædificaverit ex aliena materia, ad hoc à domino præparata, non est ædificantis, *L. 61. eod.*

NAVIS totius proprietas sequitur caussam carinæ, i. e. omnes tabulæ alienæ causa reficiendi positæ in navi fiunt ejus, cujus est carina, *ib.*

NAVES quædam sunt inhabiles ad onera, veluti illæ, quæ Brundusium à Capua, vel à Dyrachio vectores trajiciunt, quædam sunt capaces ad flumina, ad mare tamen non sufficientes, *L. 1. §. 12. de exercitoria actione.*

NAVE aut domo empta, singula cementa, vel tabulæ emptæ non intelliguntur, ideoque nec evictionis nomine venditor obligatur pro tabula evicta ex stipulatu, sed bene actione ex empto ad interesse, *L. 36. de eviction.*

NAVIS pars scapha non est, nec quicquam conjunctum habet, quia scapha per se parva navicula est, *L. 44. eod.*

NAVIS sine nautis navigare non potest, *L. 6. pr. qui potiores in pignore* &c.

Si NAVEM legavero, & specialiter meam adscripsero, eamque per partes totam refecero, carina eadem manente, nihilominus recte à legatario vindicaretur, *L. 24. §. 4. de legat. 1.*

NAVE legata & postea dissoluta, neque materia, neque navis debetur, *L. 88. §. 2. de leg it. 3.*

Si NAVEM cum instrumento emisti, præstari tibi debet scapha navis, *L. 29. de fundo instructo* &c.

NAVE cum instrumento empta, non continetur scapha navis, *ib.*

Si NAVEM ex tabulis meis fecisses, tua navis est, *L. 26. pr. de A. R. D.*

NAVIS dissoluta animo reficiendi si postea reficiatur, dicitur eadem navis, & stipulatio super ea interposita non extinguitur, sed cessat, *L. 98. §. 8. de solutionibus.*

NAVIS expugnatur, cum spoliatur, aut mergitur, aut dissolvitur, aut pertunditur, aut funes ejus praeciduntur, aut vela conscinduntur, aut ancorae involantur de mare, *L. 6. de incendio, ruina*, &c.

NAVIBUS longis atque onerariis propter belli usum postliminium est; non piscatoriis, aut si quas actuarias voluptatis causa paraverunt, *L. 2. pr. de captivis* &c.

NAVIS ultra duorum millium modiorum capax non potest excusare ab onere ferendarum rerum, vel personarum ad expeditionem exercitus, quocunque privilegio non obstante, *L. 10. C. de sacrosanctis Eccles.*

NAVIS pars, *malum* est, non autem *artemo*, quia pleraeque *naves* sine malo inutiles essent, ideoque pars navis habetur, artemo vero magis adjectamento, quam pars navis est, *L. 242. pr. de V. S.*

NAVES, quae sub nomine & titulo alieno excusantur, publicantur, *L. 1. C. de navibus non excusandis, XI.*

NAVIS quando naufragio est expulsa ad litus, vel aliquam terram attigit, ad dominum ejus pertinet ea navis, & res in ea contentae, *L. 1. C. de naufragiis XI.*

Qui NAVEM Tiberinam habet, onus publicum cogitur suscipere, nec ullo privilegio excusatur, *L. un. C. de nautis Tiberinis, XI.*

NAVES quaecunque dimittuntur ex quolibet portu vel litore, nullam concussionem, vel damna debent sustinere, si earum nauckeri deposuerint, in quam provinciam ituri sunt, *L. un. C. de littorum & itinerum custodia, XII.*

NAVIBUS quidam custodiae causa praeponuntur, ut nauphilaces, i. e. navium custodes, & dietarii, i. e. ministri, qui victum & cibum servant, *L. 1. §. 3. nautae, caupones*, &c.

NAVIS *Magister*, vid. *Magister navis.*

NAVEM accipere debemus, sive marinam, sive fluviatilem, sive in aliquo stagno naviget, sive schedia sit, *L. 1. §. 6. de exercitoria actione.*

Si is, qui NAVEM exercuerit, in aliena potestate erit, ejusque voluntate navem exercuerit, quod cum magistro ejus gestum erit, in eum, in cujus potestate is erit, qui navem exercuerit, judicium datur, *L. 1. §. 19. eod.*

NAVEM si exerceat per magistrum servus peculiaris filii mei, vel servus vicarius servi mei sine voluntate mea, ego teneor duntaxat de peculio, sed filius ipse tenetur in solidum, *L. 1. §. 22. eod.*

NAVEM si per magistrum exerceat servus peculiaris filii mei, vel servus vicarius servi mei mea voluntate, teneor ego in solidum, & etiam filius meus, si & ipse voluntatem accommodavit, *ib.*

NAVEM si plures exerceant per communem servum, singuli tenentur in solidum, *L. 4. pr. eod.*

NAVEM voluntate domini si exercuerit servus, & is postea alienatus fuerit, vel fuerit mortuus, nihilominus exercitoria tenebitur is, qui eum alienavit, *L. 4. §. 3. eod.*

NAVIS exercitor, vid. *Exercitor.*

Si NAVIS unius nautarum culpa damnum dedit in scapham alicujus, Lege Aquilia cum nautis potest agere dominus scaphae, *L. 29. §. 2. ad L. Aquil.*

NA-

NAVIS si fune rupto, aut cum à nullo regeretur, damnum dedit scaphæ alicujus, dominus navis non tenetur ad illud damnum, *ib.*

NAVIS si vi ventorum impulsa sit in funes anchorarum alterius, & nautæ funes præciderint, si nullo modo nisi præcissis finibus explicare se potuerunt, nulla actio datur contra eos, *L. 29. §. 3. eod.*

NAVIS si culpa nautarum in retia piscatorum incidit, agitur tantum Lege Aquilia pro damno retium, ad piscium tamen æstimationem non agitur, cum capti adhuc non dicantur, cum incertum sit, an caperentur, *ib.*

NAVI si culpa nautarum alteram contra se venientem obruisset, datur Actio L. Aquiliæ contra gubernatorem, aut inductorem, & etiam contra exercitorem, *L. 29. §. 4. eod.*

NAVIS si fune fuerit religata, & eum funem quis præsciderit, præscindens tenetur actione in factum de nave perempta, *L. 29. §. 5. eod.*

NAVIS si deterior facta sit, aut si quid exarmaverit, nulla facienda collatio s. contributio damni à dominis mercium, quæ conservatæ sunt, nisi voluntate mercatorum, vel alio justo metu illud damnum factum sit, *L. 2. §. 1. de L. Rhodia de jactu*

Si NAVIS à piratis redempta sit, omnes conferre debent, *L. 2. §. 3. eod.*

In NAVI existens servus si in mare ceciderit, non fit contributio, *L. 2. §. 5. eod.*

Cum NAVIS arbor, aut aliud instrumentum, removendi communis periculi causa, dejectum est, contributio debetur, *L. 3. eod.*

NAVIS amissæ damnum non fit contributio per eos, qui merces suas ex naufragio liberarunt, *L. 5. pr. eod.*

NAVIS arbor si cæsa fuerit, ut illa cum mercibus liberari posset, arboris illius contributio fieri debet domino navis ab habentibus merces in ea, *L. 5. §. 1. eod.*

NAVIS armamentum, arbor, & antennæ, si ictu fulminis fuerint depressæ, domini mercium non tenentur conferre ad comparanda instrumenta navis, quia talis sumptus magis est gratia navis reparandæ, quam mercis salvandæ, *L. 6. eod.*

Cum NAVIS depressa, aut dejecta esset, quod quisque ex ea suum servasset, sibi servare respondit, tanquam ex incendio, *L. 7. eod.*

NAVIS usufructu legato, fructuarius hanc ad navigandum potest mittere, licet naufragii periculum immineat, navis etenim ad hoc paratur, ut naviget, *L. 12. §. 1. de usufructu, & quemadmodum* &c.

NAVTA.

NAVTA regulariter is dicitur, qui navem exercet, *L. 1. §. 2. nautæ, caupones*, &c.

NAVTAE alias appellantur omnes, qui navis navigandæ causa in nave sunt, *ibid.*

Si quid NAVTAE inter se damni dederint, hoc ad exercitorem non pertinet, *L. 7. §. 2. eod.*

NAVTA, & caupo, & stabularius mercedem accipiunt, non pro custodia; sed nauta, ut trajiciat vectores; caupo, ut viatores manere in caupona patiatur; stabularius, ut permittat jumenta, apud eum stabulari, & tamen custodiæ nomine tenentur, *L. 5. pr. eod.*

NAVTA tenetur non solum de facto nautarum, sed etiam vectorum, i. e. eorum, qui in navi vehuntur, *L. 1. §. 8. eod.*

NAVTA vel caupo tenetur de recepto de omnibus rebus, etiamsi non sint sibi assignatæ, eo ipso, quod in domo vel in navi illatæ sunt sciente eo, secus si ignorante, *L. 1. §. 8. eod.*

NAVTA, qui recepit res non in navi, sed in littore, & ibidem perierunt, periculum ad eum pertinet, & ideo datur actio in factum contra eum, nisi restituat, *L. 3. pr. eod.*

NAVTA tenetur de recepto mero jure, sed habet exceptionem, quando res receptæ naufragio vel per vim piratarum perierunt, aut in illis damnum datum est, *L. 3. §. 1. eod.*

NECESSARIVS, *a*, *m*.

NECESSARII testes Pares Curiæ sunt, *II. F. 32.*

NECESSARIVM postea fit, quod prius fuit voluntarium, *c. 12. X. de renunc.*

NECESSITAS.

Quæ propter NECESSITATEM recepta sunt, non debent in argumentum trahi, *L. 162. de R. I.*

NECESSITAS facit licitum, quod alias est illicitum, *c. 3. X. de celebr. Miss.*

NECESSITAS aliena facit propria, quia tempore necessitatis omnia sunt communia, *c. 8. dist. 47.*

NECESSITAS non facit raptorem, vel furem, sed voluntas, *c. 26. dist. 5. de consecr.*

NECESSITAS excusat, *c. 31. X. de sent. excomm.*

NECESSITATE urgente facta opera, non sunt laudabilia, *c. un. dist. 57.*

NECESSITATE nec ad virtutem, nec ad vitia trahimur, *c. 40. dist. 2. de pœnit.*

Vbi NECESSITAS est, nec damnatio, nec corona est, *ibid.*

Si NECESSITAS immineat, quæ tempore locationis non imminebat, inquilinus potest expelli, *c. penult. X. de locat. & conduct.*

NECESSITATIS tempore permittitur parentibus, matri, & omnibus aliis baptizare, *c. 7. q. 1. caus. 30.*

NECESSITATIS tempore Episcopus, ignorante Concilio, res Ecclesiæ alienare potest, *c. 51. q. 2. caus. 12.*

NECESSITATE justissima urgente, Ecclesiæ ornamenta Laicis oppignorari possunt, *c. 1. X. de pignor.*

NECESSITATIS tempore possunt necessaria emi ab excommunicatis, & hæreticis, *c. 34. X. de sent. excomm.*

NECESSITATIS tempore prius est subveniendum propinquo, quam alieno, *c. 12. X. de renunc.*

NECESSITATIS causa quædam in Ecclesia tolerantur, *c. 13. & seq. q. 7. caus. 1.*

NECESSITAS probabilem facit manumissionem, *L. 27. de manumissis testamento.*

Ob NECESSITATEM feudum alienari potest, *II. F. 9. §. 1.*

NECESSITVDO.

NECESSITVDINE proxima filius est conjunctus, *L. 37. C. de liberali causa.*

NECROMANTICVS.

NECROMANTICI sunt, quorum præcantationibus videntur resuscitari mortui, divinare, & ad interrogata respondere; νεκρὸς enim græce, *mortuus*; μαντεία, *divinatio* nuncupatur, *c. 14. §. 2. q. 5. caus. 26.*

NEGARE.

Si NEGAVERIT feudum sciens Vasallus, privatur feudo, *II. F. 34. §. fin.*

NEGANTE investituram Domino, jurat Vasallus, *I. F. 23.*

Qui NEGAT emancipationem non recte factam, ipse tenetur probare, *L. 5. §. 1. de probation.*

NEGANS se debere non prohibetur uti etiam alia defensione, nisi lex impediat, *L. 43. pr. de R. I.*

NEGANS veritatem pro pecunia, Deum, qui veritas est, vendit, *c. 83. q. 3. cauf. 11.*

NEGANTIS factum, nulla est probatio, *c. 23. X. de elect.*

NEGANS de uno, de alio confitetur tacendo, *c. 5. X. de præsumpt. sen.*

NEGANS ex duobus allatis alterum, præsumitur alterum affirmare, *ibid.*

NEGANS misericordiam faciendam pauperibus, ipsum Christum, qui misericordia est, negat, *c. 36. q. 1. cauf. 7.*

Iudex NEGANS se jurisdictionem habere, statim eam amittit, nec in causa illa ulterius procedere potest, etiamsi juste pronunciet, *c. 38. X. de offic. deleg.*

NEGANS solutionem sibi factam, si de hoc convincatur, onus probandi in eum transfertur, quod debitam pecuniam recepit, *c. ult. X. de solut.*

NEGATIO.

NEGATIO Christi non tantum fit verbis, sed etiam factis, *c. 84. q. 3. cauf. 11.*

NEGATIVVS, *a, m.*

NEGATIVVM habens in se affirmativam, debet probari, *c. 5. X. de renunciat.*

NEGATIVAS positiones (quæ probari non possunt, nisi per confessionem adversarii) Iudices admittere possunt, si æquitate suadente viderint expedire, *c. 1. de confess. in 6.*

NEGATORIA *actio* vid.

ACTIO *negatoria.*

NEGLIGENTIA

NEGLIGENTIA magna, culpa est, *L. 226. de V. S.*

NEGLIGENTIA lata prope fraudem accedit, *L. 7. §. 1. de suspect. tut.*

NEGLIGENTIA & fraus in Sacerdote comparantur, *c. 3. X. de offic. Archidiac.*

NEGLIGENTIA amittit quis jus suum, *c. 1 X. de appell.* & *c. 11. X. de præbend. in 6.*

NEGLIGENTIA parvi temporis, *II. F. 26. §. 1.*

NEGLIGENTIA vel malitia amittit Iurisdictionem Iudex ordinarius, vel delegatus, *c. 21. X. de officio deleg.* & *c. 6. X. de for. compet.*

NEGLIGENTIA amittit quis jus suum eligendi, *c. 41. X. de elect.*

NEGLIGENTIA non tam graviter punienda est, quam malitia, *c. 7. X. de crimin. falsi.*

NEGLIGENTIAE nomine heres tutoris tenetur, *L. 4. de magistr. conveniendis.*

NEGLIGENTIA & dolus imputantur, *c. 9. X. de rescript.*

NEGLIGENTIA & dolus Iudicis non debet obesse partibus, quo minus post aperturam testium iterum interrogentur, *c. 48. X. de testibus.*

NEGLIGENTIA unius, aliis de jure obesse non debet, *c. 52. X. de elect.*

NEGLIGENTIA Iudicis secularis, devolvitur jurisdictio ad Ecclesiasticum, *c. 8. & 11. X. de for. compet. c. 14. X. de Iudæis.*

NEGLIGENTIA probatur per lapsum temporis, *c. 23. X. de rescript.*

NEGLIGENTIA extinguitur beneficium, *c. 11. de prabendis in 6.*

Per NEGLIGENTIAM Procuratoris restituitur Ecclesia, *c. 2. X. de in integr. restit.*

NEGLIGENTIA Procuratoris nocet Domino, *c. 28. X. de V. S.*

NEGLIGERE.

NEGLIGERE potest quis rem, quam tenet ut suam, & tunc nulli querelæ subjectus est, si vero alienam rem sciret, tenetur de negligentia, *L. 3. §. 3. de hereditatis petit.*

NEGLIGENS tenetur ex negligentia, *c. 3. X. de injur.*

NEGLIGENTI currit tempus, *c. ult. X. de elect.*

NEGLIGENTI in officio datur à Superiore coadjutor, *c. 2. de suppl. Prælat. in 6.*

NEGLIGERE, cum possis deturbare, perversos, nihil aliud est, quam fovere, *c. 3. dist. 83.*

NEGOTIATIO.

NEGOTIATIO dicitur in commerciis, *c. 10. X. de V. S.*

NEGOTIATIO non est in se mala, *c. 12. dist. 88.*

NEGOTIATIO sine periculo minime exerceri potest, *c. 2. dist. 5. de pœnit.*

Liberti homines NEGOTIATIONE licita prohiberi à patronis non debent, *L. 2. de jure patronatus.*

NEGOTIATIONEM arguit, vel excusat qualitas negotii, *c. 2. dist. 5. de pœnit.*

NEGOTIATIO inhonesta & cupiditatis prohibetur Clericis, *c. 1. & 2. dist. 88.*

NEGOTIATOR.

NEGOTIATORES illi abominabiles existimantur, qui justitiam Dei minime considerantes, per immoderatum pecuniæ ambitum polluuntur, merces suas plus perjuriis onerando, quam pretiis, *c. 13. dist. 88.*

NEGOTIATOREM Clericum, & ex inope divitem, & ex ignobili gloriosum, tanquam pestem NB. quandam fuge, *c. 9. ead.*

NEGOTIATORES militare prohibentur, *L. un. C. Negotiatores ne militent, XII.*

NEGOTIATORES omnino possunt conveniri in mercatibus, vel nundinis ex ante gesto, nec merces eorum prætextu privati debiti possunt sequestrari, vel in illis aliquam molestiam eis inferre, *L. 1. C. de nundinis* &c.

NEGOTIATORES, qui annonam urbis adjuvant, habent immunitatem à muneribus publicis, quamdiu in hujusmodi actu sunt, *L. 5. §. 3. de jure immunitat.*

NEGOTIATORES servi dicuntur hi, qui præpositi sunt causa negotii exercendi, veluti ad emendum, vel ad locandum, *L. 65. pr. de legat 3.*

NEGOTIATORES servorum appellatione non continentur servi cubicularii, vel obsonatores, vel qui piscationibus præpositi sunt *ibid.*

2) NEGOTIUM.

Si quis NEGOTIA mea gessit, non mei contemplatione, sed sui lucri causa, suum is potius, quam meum negotium gessit, *L. 6. §. 3. de negotiis gestis.*

NEGOTIA absentis & ignorantis geris, & culpam & dolum præstare debes, *L. 11. eod.*

Qui NEGOTIA hereditaria gerit, quodammodo sibi hereditatem, seque ei obligat, *L. 21. §. 1. eod.*

NEGOTIA nova non inchoandi justa causa est mors domini, sed non ab inceptis desistendi, *L. 21. §. 2. eod.*

NEGOTIUM dicitur, quod sine otio sit, & significat *primo* actum alicujus rei, cujus contrarium est otium; *secundo*, actionem causæ, vel jurgium litis, *c. 10. X. de V. S.*

NEGOTIUM in causis dicitur; negotiatio in commerciis, *ibid.*

NEGOTIUM dum proponitur, causa est; dum discutitur, judicium; dum finitur, justitia, *ibid.*

In omni NEGOTIO hæ sunt personæ; Iudex, actor, reus & tres testes, *ibid.*

NEGOTIA alia sunt ecclesiastica, alia secularia, *c. 1. dist. 88.*

Ecclesiastica NEGOTIA Laici tractare non debent, *c. 2. X. de judic.*

NE-

NEGOTIA Ecclesiæ Prælatus, de Consilio Fratrum tractare debet, *c. 4. & 5. X. de his, quæ fiunt à Prælat.*

NEGOTIA spiritualia Clericorum expeditionem exigunt, *c. 6. de Procurat. in 6.*

NEGOTIIS secularibus non debent se implicare Sacerdotes, *c. 8. dist. 10. & c. 2. 3. & 4. dist. 88.*

NEGOTIORUM testes & Procuratores non debent esse Clerici, *c. 2. X. ne Cler. vel Monach.*

NEGOTIA orphanorum & viduarum, etiam Clerici, jubente Episcopo tractare possunt, *c. 1. q. 3. caus. 21.*

NEGOTIORUM secularium peritiam debent habere Prælati, in *princ. dist. 39.*

NEGOTIUM ab alio inchoatum, ab alio potest perfici, *c. 6. de Procurat. in 6.*

De NEGOTIO principali, & exceptionibus simul cognosci non debet, *c. 19. X. de judic.*

Postquam Superior ad se revocat NEGOTIUM, quidquid postea ab inferiore fit, non tenet, *c. 4. X. ut lit. pend.*

NEGOTIUM diversis processibus non est intricandum, *c. penult. X. de ordin. cognit.*

Quæ probationes NEGOTIUM tangunt, omnes admittendæ sunt, *c. penult. X. de probat.*

NEGOTIA alicujus omnia uni delegato committi non debent, quia per hæc tollitur Iurisdictio Ordinarii, *c. 10. X. de rescript.*

NEGOTIORUM merita partium assertione panduntur, *L. 2. C. si per vim vel alio modo* &c.

In NEGOTIIS contrahendis alia causa habita est furiosorum, alia eorum, qui fari possunt, quamvis actum rei non intelligerent, *L. 5. de R. I.*

1) NEGOTIORUM *gestor* vid. GESTOR.

NEMO.

NEMO, qui condemnare potest, absolvere non potest, *L. 37. de R. I.*

NEMO plus juris ad alium transferre potest, quam ipse haberet, *L. 54. eod.*

NEOPHYTUS.

NEOPHYTUS dicitur, qui noviter est in fide, vel religione plantatus, *c. ult. dist. 48.*

NEOPHYTUS in Episcopum non est ordinandus, *c. 1. dist. 48. & c. 9. dist. 61.*

NEOPHYTI aliquamdiu à lautioribus epulis & spectaculis & conjugibus abstineant, *c. 12. dist. 5. de consecr.*

NEPOS.

NEPOTES nostros nec dulciore nomine possumus, quam filii appellare, *L. 220. §. 3. de V. S.*

NEPOTES jure communi non continentur appellatione filiorum, *L. 8. pr. de excus.*

In privilegiis NEPOTES non continentur appellatione filiorum, *L. 8. pr. de excus.*

NEPOS & Avunculus possunt ducere duas sorores, *c. 5. X. de consanguin.*

NEPOTES succedunt in feudum avitum, *I. F. 19. c. si quis miles.*

NEPOTES loco patris per repræsentationem succedunt in feudis, *I. F. 8. pr.*

NEPOTES ex parte filiorum succedunt Capitaneis & Valvasoribus, *I. F. 14. §. 1.*

NEPOS ex filio succedit in feudum præ filia, *I. F. 8. pr. II. F. 11. II. F. 50.*

NEPOS ex filia in feudo fœmineo succedit, *II. F. 51. c. 3.*

NEPOS præfertur nepti ex filia in feudo fœmineo, *II. F. 50.*

NEPOTI facta alienatio feudi stabilis manet, *I. F. 13.*

NE-

NEPOS, qui vivente avo & ignorante de conjunctione filiæ conceptus est, licet post mortem avi natus est, justus & legitimus nepos ei non est, *L. 11. de statu hominum.*

NEPOTE uxorem ducente, & avus & filius consentire debent ejus nuptiis, sed si neptis nubat voluntas & autoritas avi sufficit, *L. 16. §. 1. & 2. de R. N.*

NEPOTES sub nomine liberorum in contractu comprehenduntur, *L. 48. soluto matrim.*

NEPOTES ex consuetudine improprie, & per abusionem appellantur cognati, etiam eorum, post quorum mortem concepti sunt, *L. 8. pr. de suis & legitim.*

NEPOTES proprie dicuntur illi, qui tempore mortis ejus, de cujus bonis quæritur, sunt nati, vel saltim concepti, *L. 6. & 7. eod.*

Si NEPOTI facta sit injuria, & nemo sit, qui avi nomine agat, permittendum est patri experiri, & is procuratorem dare potest, *L. 17. §. 20. de injuriis.*

NEPOTES succedentes in locum parentum prosunt avo quoad perficiendum numerum requisitum filiorum ad excusationem munerum, ita tamen, quod plures nepotes ex uno filio computantur pro uno filio, *L. 3. C. de his, qui numero liberorum* &c. *X.* & *pr. Inst. de excusation.*

NEPOTES vivo filio ad excusationem tutelæ ob requisitum numerum non prosunt avo, d. *pr. Inst. eod.*

NEPOTES ex filia etiam jam mortua non prosunt avo materno ad excusationem tutelæ vel curæ, *ibid.*

NEPOTUM appellatione veniunt tam ex filio masculo, quam ex filia fœmina, *§. 16. de hereditatibus, quæ ab intest.*

NEPOTI, qui in querela inoff. testam. obtinuit, pendente appellatione alimenta pro modo facultatum hereditatis decerni debent, secus si non obtinuisset, *L. 27. §. 3. de inoffic. testam.*

NEPOTES ita demum nanciscuntur suitatem, si obtinent primum locum, non alias, *§. 2. de heredum qualitate* &c.

NEPOS, & alii ulteriores liberi in potestate ad hoc, ut sui heredes sint, requiritur quod alius non præcedat eos, *§. 2. de heredit. quæ ab intest.*

NEPOS conceptus tempore mortis avi, quamvis natus post mortem, dicitur suus, secus in concepto & nato post mortem avi, *§. 7.* & *8. eod.*

NEPOS ex filio, mortuo avo, recidere solet in filii potestatem, sic & pronepotes & cæteri deinceps, *L. 5. de his, qui sunt sui* &c.

Is NEPOS in patris potestatem non revertitur, quem avus retinuerit filio dato in adoptionem, quem denuo readoptavit, *L. 41. de adoption.*

NEPOTES & alii descendentes ex filia non sunt in potestate avi materni, sed sunt in potestate patris eorum, vel avi paterni, *§. 3. de patria potestate.*

NEPOTES mortuo avo non fiunt omnimodo sui juris, sed ita demum, si mortuo avo in potestatem patris sui non sint recasuri, ut quia pater eorum jam mortuus sit, aut per emancipationem jam exiit de patris potestate, *pr. Inst. quibus modis jus patr. pot.*

NEPOS præteritus mortuo filio exheredato succedit avo ab intestato repudiante instituto, si tempore mortis avi fiunt in utero uxoris filii sui, si vero post mortem avi sit conceptus, & mortuo patre natus, neque ut suus, neque ut nepos, neque ut co-

cognatus ad avi hereditatem admitti potest, *L. 6. pr. de injusto, rupto*, &c.

NEPOTES, & pronepotes, & sic deinceps gradatim, & non simul junguntur cum emancipato filio in successione, *L. 1. §. 7. de conjungendis cum emancipatis* &c.

NEPOS ex emancipato filio captus ab hostibus postliminio reversus jungitur patri emancipato, *L. 1. § 8. eod.*

NEPOTES ex filio emancipato & filius emancipatus quando junguntur ad successionem avi, hereditas dividitur sic, ut ipse filius dimidiam, aliam dimidiam nepotes habeant, *L. 1. §. 11. eod.*

NEPOTES quando junguntur filio emancipato, si unus ex nepotibus partem suam omiserit, ejus pars accrescit fratribus, & si omnes nepotes omiserint, eorum pars accrescit patri, qui si eam omiserit, tunc patruo accrescit, *L. 1. §. 12. eod.*

NEPOTI impuberi dicenti se retentum in potestate avi, ut jungeretur patri emancipato, si fiat controversia à dicto patre eum non esse de liberis, datur nepoti possessio rerum hereditariarum, & quæstio status differtur in tempus pubertatis, *L. 1. §. 4. de Carboniano edicto.*

NEPTIS.

NEPTIS non minus succedit in locum parentis sui, quam nepos, *L. 1. §. 6. de suis & legitimis.*

NEPTIS fratris, vel sororis & patruus de jure civili sunt in quarto gradu, *§. 3. de N.*

NEPTES in feudum non succedunt, *II. F. 11.*

Si cum NEPTE ex filio Domini Vasallus concubuerit, feudum amittit, *I. F. 5. pr.*

NISUS.

NISU etiam carnalis copulæ, contractus, ante pubertatem non facit matrimonium, *c. 10. X. de desponf. impub.*

NISUS sine effectu punitur, *c. 1. X. de divort.*

NISU tantum carnalis copulæ non transeunt sponsalia de futuro in matrimonium, sed per coitum subsecutum, *c. 30. & c. ult. X. de sponsal.*

NISUS inutilis non facit præjudicium, *c. 10. X. de desponf. impub.*

NITI.

Qui contra legis voluntatem NITITUR, committit in legem, *c. ult. de R. I. in 6.*

NOBILIS.

NOBILEM qui se asserit, probet, *II. F. 27. §. 3.*

NOBILES non sunt, qui non diu feudum à Valvasoribus tenuerint, *II. F. 11.*

NOBILES non sunt puniendi ejusdem pœnis, quibus ignobiles, *§. 4. de publicis judiciis.*

NOBILIS mitius punitur, quam ignobilis, *L. 1. §. 3. de abigeis.*

NOBILIS graviori pœna debet affici, quam ignobilis, *c. 28. dist. 2. de consecr.*

NOBILIS, miles, & in dignitate constitutus, non subjiciuntur torturæ in causa criminali, excepto crimine læsæ majestatis, *c. ult. q. 1. caus. 6.*

NOBILES debent se abstinere à negotiationibus, ut inter plebejos & negotiatores facilius sit emendi vendendique commercium, *L. 3. C. de commerciis.*

NOBILITAS.

NOBILITAS & claritas natalium vitæ turpitudine deperditur, tolliturque honor, *L. 47. de R. N.*

NOBILITAS morum, non loci, vel generis ornat, *c. 3. dist. 40.*

In collatione beneficiorum non est attea-

attendenda NOBILITAS generis, sed potius virtutum, & vitæ honestas, *c. penult. X. de præbendis.*

NOBILITATI parcendum est circa pœnas imponendas, *c. ult. X. de pœnis.*

NOBILITAS mulieris, quam habet ex progenie, retinetur, etiam si nubat nobili etiam minoris dignitatis, *L. 1. C. de dignitat. XII.*

NOCERE.

NOCERE nulli, & peccantem punire, innocentis est officium, *c. 17. q. 5. cauf. 23.*

Vnius iniquitas, non debet NOCERE alteri, *c. 10. X. de eo, qui cognov.*

Qui tantum vult NOCERE, non audiatur, *c. penult. X. qui matrim. accus. poss.*

NOCERE enormiter si incipiat privilegium, ex postfacto revocatur, *c. 9. X. de decim.*

NOCERE alicui non debet officium suum, *c. 30. de elect. in 6.*

Si aliquid NOCERE possit, licet non noceat, prohiberi debet, *c. 4. X. de constit.*

Quod initio non NOCEBAT, tractu temporis, per consensum sequentem imputatur, *c. 33. X. de simon.*

NOCENT quandoque expressa, non expressa non nocent, *c. ult. X. de procurat.*

Si NOCENDI voluntas intercedit, crimen contrahitur, *c. 47. dist. 50.*

NOCENS occulte, pœnæ est obnoxius, ut manifeste *nocens*, licet postea dicat, joco se fecisse, *c. 1. X. de præsumpt.*

NOLLE.

Ejus est non NOLLE, qui potest velle, *L. 3. de R. I.*

NOLLE adire hereditatem non videtur, qui non potest adire, *L. 4. de acquir. vel omitt.*

NOMEN.

NOMINIS appellatione rem significari, Proculus ait, *L. 4. de V. S.*

NOMINIS & rei appellatio ad omnem contractum & obligationem pertinet, *L. 6. eod.*

NOMINA testium publicantur in judiciis, *c. ult. §. cessante. de Hæreticis in 6.*

NOMEN aliquando propter facti detestationem depravatur, *c. 5. dist. 17.*

Quod alicui suo NOMINE non licet, nec alieno licebit, *c. 67. de R. I. in 6.*

NOMINA testium producens exprimere debet, *c. 2. §. testes. de testib. in 6.*

NOMEN accusatoris ponendum est in libello ejusdem, *c. ult. §. qua vero &c. q. 8. cauf. 2.*

NOMINIS variatio in delictis non prodest, *c. 16. X. de simon.*

NOMINVM diversitas non mutat substantiam, *c. 13. X. de Hæretic.*

NOMINIS error vitiat rescriptum, *c. 34. & 35. X. de rescript.*

NOMINA significandorum hominum gratia sunt reperta, *§. 29. de legat.*

In NOMINE Domini nostri Iesu Christi, *Rubr. proœm. Inst.*

In NOMINE Domini & Dei nostri Iesu Christi, *Rubr. Constit. Tanta, & Dedit.*

NOMEN.

NOMINA debitorum non continentur in legato generali eorum, quæ in domo sunt, *L. 86. pr. de legat. 2.*

NOMEN debitoris quando legatur, heres cedendo actionem liberatur, *L. 89. §. 8. eod.*

NOMINA debitorum non veniunt appellatione mobilium & immobilium, cum sit tertia species bonorum separata à mobilibus & immobilibus, *L. 15. §. 2. de re judicata.*

NOMEN dans in solutum non tenetur

tur de evictione, si pignora nominis evincantur, *L. 68. §. 1. de evictione.*

NOMEN debitoris potest pignori obligari, & quod inde redactum erit, vel compensatur, vel pignoris loco tenetur, *L. 18. pr. de pignor. act.*

Qui emit NOMEN, non propterea efficitur dominus rei debitæ, sed agit ad illam actione personali, *L. 8. C. de heredit. vel act. vend.*

Probatum semel NOMEN debitoris, perpetuo probatum intelligitur, *L. 19. de tutel. & ration. distr.*

NOMINARE.

NOMINANS aliquem indebite ad munus tenetur ei ad sumptus, *L. 2. C. de Decurionib. X.*

NOMINANS aliquem ad munera, ut nominatus lite fatigetur, ex vexetur, tenetur civiliter ad expensas ei reficiendas, *L. 14. C. de excusat. tutor.*

NOMINATIO.

NOMINATIO sola nullum jus acquirit nominato, *c. 28. X. de elect.*

NOMINATIO per inimicitiam facta ad munera non est ipso jure nulla, sed appellationis ope, per quam rescinditur, *L. un. C. si propter inimicitias creatio facta. X.*

NOMINATOR.

NOMINATOR tenetur pro nominato officiali, in quantum ipse convenitur ex persona sua, *L. 2. C. de periculo nominator. XI.*

Ad NOMINATORES susceptorum & eorum, qui ad præposituram horreorum & pagorum creantur, devenitur in subsidium, *L. 2. C. de susceptoribus &c. X.*

NOSOCOMIVM.

NOSOCOMIVM dicitur locus, in quo ægroti curantur, *L. 19. C. de sacrosanctis Ecclef.*

NOSTER, *a, m.*

NOSTRVM, sine facto nostro, ad alium transferri non potest, *L. 11. de R. I.*

NOSTRVM est, quod ex re nostra fit, *L. 12. §. 3. ad exhibendum.*

Quod NOSTRVM non est, quandoque transferimus ad alium, veluti qui fundum habet, licet usumfructum non habeat, tamen potest cedere usumfructum causalem, sed non formalem, *L. 63. de usufructu & quemadm.*

NOTA.

NOTAE significantes numerum positæ in instrumento, veluti si pro C. scriptum sit, *cat.*, non vitiant instrumentum, *L. 9. §. 4. de heredib. instit.*

NOTARIVS.

NOTARII Principis licet senectute deposuerint officium, aut majorem dignitatem fuerint adepti, non ob hoc nomen *Notariorum* perdunt, *L. 1. C. de Primicerio &c. XII.*

NOTARII Principis non possunt esse discussores, aut peræquatores, aut similem dignitatem cum administratione habere, *ib.*

NOTARIORVM Principis officium, vel militia nobilis est, *L. 2. in pr. eod.*

NOTARIVS infamiam subit super illicito negotio libellum conficiens, *II. F. 52.*

NOTARIVS infamiam subeat & manum amittat, si falsum instrumentum fecerit, *II. F. 55.*

Si NOTARIVS instrumentum autoritate Iudicis ordinarii exemplaverit, exemplatum eandem vim cum originali habet, *c. ult. X. de fide instrum.*

Nisi NOTARIVS instrumentum confecerit, vel sigillum habeat authenticum, corruit, si testes inscripti decesserint, *c. 2. X. eod.*

NOTARIVS Tabellionis mortui notas in

in publicam formam redigere potest, autoritate Iudicis ordinarii, *c. penult. X. eod.*

NOTARIUM quælibet civitas habere debet; si autem hic ad scribendum instrumentum non habetur, sufficit trium testium subscriptio, *c. 15. §. quod si Præses. q. 3. caus. 16.*

NOTARII plerumque in exigendo salario metas excedunt, *c. 11. §. Notarium. X. de rescript. in 6.*

NOTARIORUM salarium debet taxare delegatus, *ibid.*

NOTARII, qui hæreticis favet, instrumenta confecta nullius sunt momenti, *c. 13. X. de Hæretic.*

NOTARII & Advocati infames sunt, qui advocant, & scribunt instrumenta pro hæreticis, *c. 11. X. eod.*

NOTARIUS Actuarius debet solennitates observare in actorum libris, quas & in instrumentis observare debet, *Nov. 47. c. 1. §. 1.*

NOTARII dicuntur servi conditionales; servi à serviendo, conditionales, quia hominum conditiones & contractus faciunt, *L. 7. C. de jure fisci. X.*

NOTIO.

NOTIONEM accipere possumus & cognitionem & jurisdictionem, *L. 99. pr. de V. S.*

NOTITIA.

Ex vicinitate præsumitur NOTITIA facti loci vicini, *c. 7. X. de præsumpt.*

NOTITIA legum antiquarum, vetustate & incuria obsoletarum videtur necessaria, *c. 2. dist. 7.*

NOTORIUS, *a*, *m*.

NOTORIUM definitur, de quo Presbyter canonice condemnatur; occultum autem, quod ab Ecclesia toleratur, *c. 7. X. de cohabitatione Clericorum.*

Cum NOTORIUM facti culpatur, luce clarius constare dicitur, *c. 47. q. 1. caus. 7.*

In NOTORIIS non admittuntur testes, nisi ad cautelam, *c. 23. §. licet. X. de elect.* & *c. 10. X. de filiis Presbyter.*

NOTORIA probationem, vel ordinem judiciarium, non requirunt, adeoque nec testium attestationibus declarari factum, *c 3. X. de testibus cogendis.*

NOVALIS, *e*.

NOVALIS est terra præcisa, quæ anno cessavit, quam Græci νεὰν vocant, *L. 30. §. 2. de V. S.*

NOVALE est terra noviter, seu nunc primum ad culturam redacta, *c. 1. X. de V. S.*

Per NOVALE intelligitur ager de novo ad culturam redactus, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuisset. Quando autem datur privilegium de non solvendo decimas ex *novalibus*, non intelligitur de quolibet tali novali; sed de illo tantum, cujus decimam potest Religiosus Conventus, absque gravi detrimento parochiæ detinere, *c. 21. X. eod.*

NOVARE.

NOVARI potest omnis obligatio, si tamen hoc agatur expresse, vel tacite, hodie tamen si expresse tantum agatur, *L. 2. de novation.*

Cui bonis interdictum est, NOVARE obligationem suam non potest, nisi meliorem suam conditionem fecerit, *L. 3. eod.*

NOVARE etiam potest ille, qui potest recipere solutionem suo nomine, secus si alieno, *L. 10. eod.*

NOVARE possumus aut ipsi, si sui juris sumus, aut per alios, qui voluntate nostra stipulantur, *L. 20. pr. eod.*

NOVARE pupillus sine tutoris autoritate non potest, *L. 20. §. 1. eod.*

NOVARE potest tutor, si hoc pupillo expediat, *ibid.*

NO-

NOVARE potest procurator omnium bonorum, *ibid.*

Si debitorem meum jussero tibi solvere, non statim tu etiam stipulando id NOVARE possis, quamvis debitor solvendo tibi liberaretur, *L. 21. eod.*

Si quis absente me à debitore meo stipulatus est NOVANDI animo, ego postea ratum habuero, *novo* obligationem, *L. 22. eod.*

NOVARE filius patris actionem ignorante eo non potest, *L. 23. eod.*

NOVARE veterem obligationem non ideo potest quis, quod sibi recte solvi possit, nam & his, qui in nostra potestate sunt, quod ab his creditum est, recte potest solvi, sed nemo eorum per se potest novare veterem obligationem in priorem, *L. 25. eod.*

NOVARE potest ille, qui habet liberam peculii administrationem, nisi animo donandi id faciat, *L. 34. pr. eod.*

NOVARE potest agnatus curator legitimus furiosi, vel prodigi, si furioso vel prodigo expediat, *L. 34. §. 1. eod.*

In diem obligatio novari potest, & prius quam dies advenerit, *L. 5. eod.*

NOVATIO.

NOVATIO est prioris debiti in aliam obligationem vel civilem vel naturalem transfusio atque translatio, h. e. cum ex praecedenti causa ita nova constituatur, ut prior perimatur, *L. 1. pr. de novationibus.*

NOVATIO à novo nomen accepit, & à nova obligatione, *ibid.*

In NOVATIONEM omnes res transire possunt, *L. 2. eod.*

NOVATIO ita demum fit, si hoc agatur, ut novetur obligatio, cæterum si non hoc agatur, duæ erunt obligationes, *ibid.*

NOVATIONE legitime facta, liberantur hypothecæ & pignus, usuræ non currunt, *L. 18. eod.*

NOVATIO hodie debet fieri naturalibus verbis, i. e. expressis, non per subauditum vel extrinsecum verbis ipsis intellectum, unde hodie obligatio per obligationem non novatur, etiamsi nova persona interveniat, vel obligationi aliquid addatur, vel detrahatur, *L. 8. C. de novation.*

NOVATIO non præsumitur, quando secunda stipulatio continet aliud, quam prima, *L. 28. de novation.*

NOVATIO quædam est voluntaria, quæ fit extra judicium per stipulationem, alia necessaria, quæ fit in judicio per litis contestationem, *L. 29. eod.*

NOVATIONE tollitur obligatio, veluti si id, quod tibi Sejus debebat, à Titio dari stipulatus sis, *§. 3. quib. mod. toll. oblig.*

NOVELLETUM.

Si NOVELLETUM (sumitur pro vinea, vel oliveto ex novis vitibus, vel olivis consita) in fundo factum sit, refertur inter utiles impensas, *L. 6. de impensis in res dotales* &c.

NOVERCA.

NOVERCA dicitur patris uxor filiis ex alia uxore natis, *L. 4. §. 4. de gradibus.*

Qui NOVERCAM alicujus duxit in uxorem, ea mortua non poterit uxorem privigni demortui ducere, *c. 21. §. 1. q. 2. & 3. caus. 35.*

NOVERCAM in uxorem ducere prohibitum est, *§. 7. de N.*

NOVERCAE suis delinimentis vel instigationibus solent instigare maritos suos, ne juste exheredent, vel prætereant, *L. 4. de inoffic. testam.*

NOVITAS.

NOVITATES plerumque pariunt discordiam, *c. 9. X. de consuet.*

NOVITAS contra consuetudinem, ex qua oritur scandulum, est vitanda, *c. 3. X. de consang.*

Ob NOVITATEM fidei dispensatur cum aliquibus, ubi alias non dispensaretur, *c. ult. X. de divort.*

NOVITER.

NOVITER quæ contingunt, Imperator *Iustinianus* potest emendare, & componere, & modis & regulis competentibus tradere, *L. 2. §. 18. C. de veteri jure* &c.

NOVITIVS.

Qui ad monasterium convertitur, sumendo habitum NOVITII, potest intra tempus probationis redire ad seculum, nisi appareat eum vitam voluisse mutare omnino, *c. 20. X. de Regularibus.*

NOVITIVS, non facta professione, ad seculum rediens licite potest ad ordines & beneficia promoveri, *c. 21. X. eod.*

Vt NOVITII dignoscantur à Professis, debet habitus Professorum benedici in locis, ubi habitus non est distinctus, *c. 23. X. eod.*

Verberans NOVITIVM Religionis, excommunicationem incurrit, *c. 21. §. 1. de sent. excomm. in 6.*

NOVITIVS Religionem ingressus, religiosus censeri cum effectu non potest, *ibid.*

NOVITIVS servus non tyrocinio animi, ut quia rudis est, sed qualitate serviendi dicitur, nec refert, sciat loqui latine, nec ne, *L. 65. §. 2. de ædilit. edicto.*

NOVVS, *a*, *m*.

Non est NOVVM, ut, quæ semel utiliter constituta sunt, durent, licet ille casus extiterit, à quo initium capere non potuerunt, *L. 85. §. 1. de R. I.*

NOVO auxilio indigent, qui de novo emergunt, *c. ult. X. de in integr. restit.*

NOVVM feudum esse contendens maritus filiæ Vasalli contra agnatum, *II. F. 15.*

NOVVM feudum esse quis probet, *II. F. 11.*

NOVVM feudum dicens Dominus probabit, *ibid.*

De NOVO feudo, licet communi, non succedunt nisi descendentes, *I. F. 1. §. 2.*

In NOVO feudo à fratribus acquisito nulla successio, *II. F. 12.*

In NOVO feudo non succedit frater fratri, *I. F. 20. II. F. 90.*

NOX.

NOCTE factum, die factum dicitur fictione juris, *c. 24. in f. X. de Offic. Deleg.*

NOCTE quod fit, valet, sicut quod fit de die, *L. 20. C. de transact.*

NOXA.

NOXAE dedere, est animal tradere vivum, *L. 1. §. 14. si quadrupes pauper.*

NOXA sequitur etiam caput in quadrupedibus, *L. 1. §. 12. eod.*

NOXAE deditio divisionem non recipit, sed in solidum, & non pro parte dari potest, *L. 27. §. 2. ad L. Aquil.*

NOXAE deditione detracta si actum sit in solidum contra dominum ob scientiam, absolutione lata in eo judicio ad noxæ deditionem agi non potest, nisi pendente, quo contra dominum agebatur, in solidum velit agere ad noxam, *L. 4. §. 3. de noxalibus action.*

Non NOXAE, sed facto plerumque imputantur, quæ ex improviso casu fiunt potius, quam fraude, *c. 47. dist. 50.*

NOXA est ipsum corpus, quod nocuit, i. e. servus, *§. 1. de noxal. action.*

Summa ratione permissum est, NOXAE deditionem fungi, namque erat iniquum, nequitiam eorum ultra ipsorum corpora dominis damnosam esse, *§. 2. eod.*

Si

Si servus domino NOXAM commiserit, actio nulla nascitur, §. *6. eod.*

NOXA sequitur caput in actione furti, sed non in condictione furtiva, *L. 15. de condictione furtiva.*

Quod dicitur NOXAM caput sequi, tunc verum est, ut quæ initio adversus aliquem nata est, caput nocentis sequatur, ideoque si servus tuus furtum mihi fecerit, & dominus ejus effectus eum vendidero, non possum agere cum debitore, *L. 18. de furtis.*

NOXA sequitur caput, vel damnum facientem, *L. 1. C. de noxal. action.*

NOXALIS *actio.*

vid.

ACTIO *noxalis.*

NOXIA.

NOXIA est ipsum maleficium, veluti furtum, damnum, rapina, injuria, *§. 1. de noxalib. action.*

Si liber homo NOXIAM commiserit, & is servus tuus esse cœperit, incipit tecum esse noxalis actio, *§. 5. eod.*

NOXIAE appellatione omne delictum continetur, *L. 238. §. 3. de V. S.*

NOXIVS, *a, m.*

NOXIA sunt subtrahenda, & salubria procuranda, *Extrav. comm. c. 2. in pr. de Prabend. & dignit.*

NVBERE.

NVBERE alii non potest uxor accusata de adulterio, *L. 26. de R. N.*

NVBERE potest adulta suo arbitrio sine curatoris voluntate, quia ad curatoris officium pertinet administratio rerum, non personæ, *L. 20. eod.*

NVBERE non coguntur virgines huic vel illi extra parentum & suam voluntatem, *c. 16. q 2. cauf. 32.*

Sponsa vi rapta NVBERE alii potest, si eam sponsus recipere nolit, *c. 33. q. 2. cauf. 27.*

NVBERE rapta potest raptori patre consentiente, & est legitimum conjugium, *c. 10. q. 2. cauf. 36.*

NVBANT viduæ propria voluntate illis, quos habere voluerint maritos, *c. 16. q. 2. cauf. 32.*

Velle NVBERE post votum castitatis damnabile est, *c. 41. q. 1. cauf. 27.*

NVBENS inscia viro alieno, quamdiu inscia est, adultera non est, *c. 5. q. 1. cauf. 34.*

Qui alii NVPSERIT, putans virum suum mortuum esse, illo redeunte ad priorem redire cogitur, *c. 1. ead.*

NVBENTES post votum non sunt adinvicem separandi, *c. 2. dist. 27.*

NVBERE alteri non potest uxor propter fornicationem dimissa, vivente viro, *c. 39. q. 1. cauf. 7.*

NVBENS mulier intra tempus luctus infamis fit, ut & ille, qui eam sciens ducit, *c. 2. §. 20. q. 7. cauf. 3.* Sed hoc juxta leges Civiles; At non fit infamis juxta leges Canonicas, *c. pen. & ult. X. de secundis nuptiis.*

NVBENS puella sequi debet arbitrium avi ingenui, non patris servi, *c. un. q. 3. cauf. 33.*

Mulier non potest NVBERE ei, qui virum, instante muliere, occidit, *c. 1. X. de convers. infidel.*

NVBERE non cogitur, juramento patris, puella illi, cui nunquam assensum adhibuit, *c. 1. q. 2. cauf. 31.*

NVBERE mulier potest alteri, si probaverit, quod à viro suo impotenti nunquam cognita fuerit, *c. 29. q. 2. cauf. 27.*

NVBENTES moniales debent à viro separari, *c. 40. q. 1. cauf. 27.*

Si NVBAT mulier alteri vivente primo, à quo per judicium Ecclesiæ separata est, legitima erit proles, quam ex secundo suscepit, & ad he-

hereditatem admittitur, *c. 8. X. qui filii sint legit.*

NVLLITAS.

NVLLITATIS causa pertinet ad Iudicem appellationis, qui potest sententiam pro parte confirmare, & pro parte nullam pronunciare, *L. 41. famil. ercisc.*

NVLLVS.

NVLLVS videtur dolo facere, qui suo jure utitur, *L. 55. de R. I.*

Quod NVLLIVS esse potest, id ut alicujus fieret, nulla obligatio valet efficere, *L. 182. de R. I.*

NVLLIVS esse dici potest id, quod est omnium, *§. 5. de R. D.*

NVMERARIVS.

NVMERARIVS ad similitudinem chartularii non potest descendere, *L. 10. C. de Numerariis &c. XII.*

NVMERARII, i. e. servientes Rectoribus in diversis obsequiis, tormentis & lacerationibus puniuntur, *L. 1. C. eod.*

NVMERARII, qui hodie Tabularii vocantur, subjiciuntur tormentis, nisi Iudicibus vel aliis ad provinciam per Principem destinatis nomen debitorum subactorum testificatione monstraverint, ut eis judicantibus ad solutionem omnes fisci debitores compellantur, *L. 2. C. eod.*

NVMERARII ab Actuariorum communione abstinere debent, *L. 6. C. eod.*

NVMERARII duo in omni provincia, & Tabularii collocantur, *L. 4. C. eod.*

NVMERARII illustrium completa militia, & principatus munere functi immunes sunt ab omnibus indictionibus, tam militarium, quam civilium Iudicum, *L. 4. C. de apparitoribus magistrorum militum.*

NVMERVS.

NVMERVS singularis quandoque ponitur pro plurali, *L. 158. de V. S.*

Qui ex NVMERO civium Romanorum tollitur, habetur pro quasi mortuo, *§. 1. quib. mod. patr. potest.*

NVMERVM à Superiore finitum inferior excedere non potest, *L. 6. §. 3. de excusat.*

NVMERO præfertur autoritas, *c. 52. X. de elect.*

NVMERO majori non semper statur, nisi sit sanior, *c. 22. X. eod.*

NVMERVS compurgatorum est arbitrarius, *c. 10. X. de purg. canon.*

NVMERVM non auget persona electi, nec computatur in numerum eligentium, *c. 50. X. de elect.*

NVMERO testium standum est, si testes sint ejusdem existimationis, *c. 32. X. de testibus.*

NVMERO duorum contenta est pluralis locutio, *c. 3. §. 26. q. 2. caus. 4.*

NVMERO testium, dignitate, autoritate & fama perpetua veritas cujusque rei, sine publicis monumentis, deprehenditur, *c. 3. §. 28. ead.*

Vbi NVMERVS testium non adjicitur, etiam duo sufficiunt, *c. 3. §. 26. ead.*

NVMMVS.

Qui NVMMOS falsa fusione formavit, universæ ejus facultates fisco addicendæ, *L. 2. C. de fals. mon.*

NVMMOS aureos æs dicimus, *L. 159. de V. S.*

NVMMORVM acceptio, prævaricatio veritatis, *c. 66. q. 3. caus. 11.*

NVMMI in feudum dari possunt, *II. F. 25.*

Numerare NVMMOS, *ib.*

NVMMIS depositis, Iudicem non oportet in litem jusjurandum deferre, ut juret quisque, quod sua interfuit, cum certa sit *nummorum* æstimatio, nisi forte de eo quis juret,

ret, quod sua interfuit, *L. 3. de in litem jurando.*

NVMMI repositi ut mutuo dentur, non videntur legati, secus ut ibi perpetuo sint, *L. 79. §. 1. de legat. 3.*

NVMMIS indistincte legatis, hoc receptum est, ut exiguiores legati videantur, si neque ex consuetudine patrisfam., neque ex regionis, unde fuit, neque ex contextu testamenti possit apparere, *L. 75. eod.*

Quincunque NVMMOS aureos partim raserit, partim tinxerit, vel finxerit; siquidem liberi sunt, ad bestias damnari; si servi, summo supplicio affici debent, *L. 8. de L. Cornel. de falsis.*

NVMMOS argenteos adulterinos conflans tenetur pœna falsi, & etiam ille, qui non prohibuit, cum potuit prohibere, *L. 9. pr.* & *§. 1. eod.*

NVMMOS stanneos, vel plumbeos dolo malo emens, ac vendens, & ita expendens pœna falsi tenetur, *L. 9. §. 2. eod.*

NVMMVLARIVS.

NVMMVLARII, sicut argentarii, tenentur edere rationes petentibus his, ad quos pertinet, & jurantibus de calumnia, *L. 9. §. 2. de edendo.*

NVNCIARE.

NVNCIARE quis potest ignorans, quod opus fieret, *L. 1. §. 8. de operis novi nunciat.*

NVNCIARE novum opus juris sui conservandi, aut damni depellendi causa potest ille, ad quem ea res pertinet, *L. 1. §. 19. eod.*

NVNCIARE novum opus non potest usufructuarius suo nomine, sed procuratorio nomine nunciare poterit, aut vindicare usumfructum ab eo, qui opus novum faciat, quæ vindicatio præstabit ei, quod ejus interfuit, novum opus factum non esse, *L. 1. §. 20. eod.*

NVNCIARE non potest socius socio facienti novum opus in loco communi, poterit tamen eum prohibere communi dividundo, quando non negat socius, sed quando non fatetur, tunc poterit prohibere officio Iudicis, *L. 3. §. 1. eod.*

NVNCIARE novum opus potest superficiarius, qui habet utile dominium, secus in eo, qui ad modicum tempus conduxit, *L. 3. §. 3. eod.*

NVNCIARE novum opus omnes cives possunt, si in publico aliquid fiat, *L. 3. §. 4. eod.*

NVNCIARE novum opus possunt pupilli, sed tutoris autoritate, *L. 5. pr. eod.*

NVNCIARI novum opus potest servo, *L. 5. §. 1. eod.*

NVNCIARE novum opus servus non potest, *ibid.*

NVNCIARE non utique domino oportet, sufficit enim in re præsenti nunciari ei, qui in re præsenti fuerit, usque adeo, ut etiam fabris vel opificibus, qui eo loci operantur, opus novum nunciari possit, *L. 5. §. 3. eod.*

Et generaliter ei NVNCIARI opus novum potest, qui in re præsenti fuit domini operisve nomine, *ib.*

NVNCIARI novum opus potest non solum ædificanti, sed etiam immittenti in nostrum, *L. 5. §. 8. eod.*

NVNCIARE potest novum opus ille, qui non possidet, nec prætendit se possidere, *L. 5. §. 10. eod.*

Qui NVNCIAT novum opus, jurare debet, non calumniæ causa opus novum nunciare, *L. 5. §. 14. eod.*

Qui NVNCIAT, necesse habeat demonstrare, in quo loco opus novum nunciet, *L. 5. §. 15. eod.*

Recte NVNCIANT novum opus & tutor & curator, *L. 7. §. 1. eod.*

NVNCIARE novum opus potest quis non solum vicino proximo, sed etiam superiori novum opus facienti, *L. 8. pr. eod.*

Qui NVNCIAT novum opus, si quid operis jam factum erit, in testationem referre debet, ut appareat, quid postea factum sit, *L. 8. §. 1. eod.*

NVNCIARE novum opus potest habens servitutem rusticam, veluti & hoc favore agrorum, *L. 14. eod.*

NVNCIARE novum opus, & prohibere idem est, *L. 17. eod.*

NVNCIANDI jus competit ei, qui habet jus vindicandi servitutem, *L. 9. eod.*

Si plures NVNCIENT, curandum est, ut uni caveatur, si inter eos conveniat; plane si non conveniat, & singulis erit cavendum, *L. 21. §. 6. eod.*

NVNCIATIO.

NVNCIATIO ex edicto de novi operis nunciatione non habet necessariam Praetoris aditionem, potest enim nunciare quis, etsi eum non adierit, *L. 1. §. 2. de novi operis nunc.*

NVNCIATIONEM & nostro & alieno nomine facere possumus, *L. 1. §. 3. eod.*

NVNCIATIO omnibus diebus fieri potest, *L. 1. §. 4. eod.*

NVNCIATIO novi operis & adversus absentes etiam, & invitos, & ignorantes procedit, *L. 1. §. 5. eod.*

In NVNCIATIONE novi operis possessorem adversarium facimus, *L. 1. §. 6. eod.*

Post NVNCIATIONEM novi operis committunt se litigantes praetoriae jurisdictioni, *L. 1. §. 9. eod.*

NVNCIATIO fit, aut juris nostri conservandi causa, aut damni depellendi, aut publici juris tuendi gratia, *L. 1. §. 16. eod.*

NVNCIATIONIS novi operis edictum est inductum principaliter in favorem privatorum, & ideo super eo potest pacisci absque derogatione juris publici, *L. 1. §. 10. eod.*

NVNCIATIONIS novi operis edictum solum ad opera, quae cohaerent solo, pertinet, quorum aedificatio, vel demolitio videtur novum opus continere, *L. 1. §. 12. eod.*

NVNCIATIONIS novi operis edictum non datur pro eo, quod quis messem facit, arborem succidit, vineamve putat, quamvis in hoc opus dicatur facere, datur tamen tunc interdictum quod vi aut clam, *ibid.*

NVNCIATIO habet locum, sive intra oppida, sive extra, sive in villis, vel agris; sive in privato, sive in publico novum opus fiat, *L. 1. §. 14. eod.*

NVNCIATIO novi operis habet locum non solum in praedio Italico, sed etiam in loco communi, quando aliquid factum est à vicino, *L. 3. pr. eod.*

NVNCIATIONIS novi operis edictum non datur, nisi in subsidium, *L. 3. §. 1. eod.*

NVNCIATIO novi operis debet fieri in opere, & sic re ipsa praesente, quamvis dominus non sit praesens, *L. 5. §. 2. eod.*

NVNCIATIONIS verba debent referri ad eum, qui est praesens, cum nunciatur, *L. 5. §. 3. eod.*

NVNCIATIO novi operis, quae fit domino in foro, nullius est momenti, *L. 5. §. 4. eod.*

NVNCIATIO facta uni ex pluribus dominis, vel sociis rei, tenet, ac si omnibus dominis nunciatum esset, sed

ſed ſi unus eorum ædificaverit poſt nunciationem, alii, qui non ædificarunt, non tenentur demoliri ſumptibus ſuis, *L. 5. §. 5. eod.*

NVNCIATIO juris noſtri conſervandi ex triplici cauſa fieri poteſt, ſcilicet aut ex naturali, aut publica, aut impoſititia, *L. 5. §. 9. eod.*

NVNCIATIO gratia juris noſtri conſervandi, ex cauſa naturali fit, quando in ædes noſtras quid immittitur, aut in noſtro ædificatur, *ibid.*

NVNCIATIO gratia juris noſtri conſervandi ex publica cauſa fit, quoties leges, Senatusconſulta, & conſtitutiones Principum novi operis nunciationem tuentur, prohibentes in publico, vel alias contra jus ædificari, *ibid.*

NVNCIATIO cauſa defendendi leges dicitur, quoties fit ei, qui ædificat inter ſe & vicinum, & non dimittit pedem, *ibid.*

NVNCIATIO cauſa noſtri juris conſervandi ex cauſa impoſititia fit, quando ædificatur contra ſervitutem debitam, *ibid.*

In NVNCIATIONE novi operis per jactum lapilli verba apta ad nunciationem ſunt neceſſaria, quæcunque ſint, *L. 5. §. 10. eod.*

Si quis rivos vel cloacas velit reficere, vel purgare, NVNCIATIO novi operis merito prohibetur, *L. 5. §. 11. eod.*

NVNCIATIONE novi operis non poteſt prohiberi faciens opera, quorum mora periculum aliquod eſt allatura, *L. 5. §. 13. eod.*

NVNCIATIONES plures, & conſequenter plures remiſſiones requiruntur, ubi ædificatur novum opus in pluribus locis, *L. 5. §. 16. eod.*

NVNCIATIO ipſo jure cenſetur remiſſa ſatisdatione, vel repromiſſione præſtita, & oblata etiam à parte non acceptata, nec expedit adire Iudicem pro remiſſione fienda, *L. 15. §. 17. eod.*

NVNCIATIONEM novi operis pro abſente poteſt petere quilibet carens mandato, cum ſuſtineat partes defenſoris, *L. 5. §. 19. eod.*

Poſt NVNCIATIONEM non debet ædificari, donec ſatisdetur de opere demoliendo, vel remiſſio obtineatur, *L. 8. §. 4. eod.*

NVNCIATIO extinguitur morte ejus, qui nunciavit, ſicut alienatione, quia his modis finitur jus prohibendi, *L. 8. §. 6. eod.*

NVNCIATIO novi operis non extinguitur, quando is, cui opus novum nunciatum erat, deceſſerit, vel ædes alienaverit, *L. 8. §. 7. eod.*

NVNCIATIO novi operis in rem fit, non in perſonam, *L. 10. eod.*

NVNCIATIO furioſo & infanti fieri poteſt, nec tutoris autoritas in ea exigitur, *ibid.*

NVNCIATIO cuilibet intelligenti, veluti fabro, facta, infantem & furioſum tenet, *L. 11. eod.*

Si ex NVNCIATIONE novi operis caveatur, tanti ſtipulatio committitur, quanti judicatum ſit, *L. 12. eod.*

Poſt NVNCIATIONEM ædificari non debet, & ſi ædificetur, deſtrui debet ex edicto Prætoris, etiamſi alius jus ædificandi haberet, niſi ſatisdetur, vel remiſſio nunciationis fiat, *L. 20. §. 1. eod.*

NVNCIATIO habetur pro remiſſa, ſi oblata fuit ſatisdatio de demoliendo, & per nunciantem ſtet, quominus præſtaretur, *L. 20. §. 5. eod.*

Poſt NVNCIATIONEM volens ædificare impune debet offerre ſatisdationem nunciatori, quod ſi fecerit, utrique conſulitur, tam nunciatori, quia cautum habet de opere reſtituendo in priſtinum ſtatum, quam ei,

ei, cui nunciatum est, quia constructio ejus impeditur, *L. 21. §. 1. eod.*

Post NVNCIATIONEM quidquid ædificaverit quis, antequam caveat, cogitur interdicto restitutorio destruere, *ibid.*

NVNCIATOR.

NVNCIATOR caute faciet, si tempore, quo nunciat, testes adducat, quantum erit factum, ut sic si postea fiat, sciatur, quantum sit destruendum, *L. 8. §. 1. de operis novi nunciat.*

NVNCIATORIS mora in non recipiendo satisdationem oblatam potest per eum purgari, *L. 20. §. 15. eod.*

NVNCIVS.

NVNCIIS Principum non creditur sine literis, *L. 5. C. de jure fisci. X.*

Per NVNCIVM dicitur aliquis præsens, *c. 19. X. de appell.*

Per NVNCIVM non excusatur quis, quo minus contumax judicetur, *c. 23. X. de elect.*

NVNCIVS missus ad unam rem petendam, aliam petere non potest, *c. 20. X. eod.*

NVNCII malitia non obest domino, modo ab initio credatur fidelis, *c. penult. X. de pignor.*

Per NVNCIVM potest matrimonium contrahi, *c. 14. X. de convers. conjugat.*

Licet appellans miserit NVNCIVM ad Superiorem, vel literas habeat, quæ nondum tamen delegato sunt assignatæ, non valet, *c. 59. X. de appell.*

Etiam per NVNCIVM dari potest & accipi investitura, *II. F. 58. c. 2.*

NVNDINAE.

NVNDINAE in templis & cœmeteriis celebrari non debent, *c. 2. §. cessent in Ecclesiis &c. de immunit. Eccl. in 6.*

NVNDINIS impetratis à Principe, non utendo qui metuit, decennii tempore usum amittit, *L. 1. de nundinis.*

NVPTIAE.

NVPTIAS non concubitus, sed consensus facit, *L. 30. de R. I.*

A quarundam NVPTIIS abstinendum est, *§. 1. de N.*

Contrahi NVPTIAE inter eas personas non possunt, quæ parentum liberorumve locum inter se obtinent, & quidem in infinitum, *ibid.*

NVPTIAE sunt permissæ inter fratrum & sororum liberos, *§. 4. eod.*

NVPTIIS etiam serviles cognationes impedimento sunt, *§. 10. eod.*

Si NVPTIAE contra præcepta legum sunt initæ, tunc nec vir, nec uxor, nec matrimonium, nec nuptiæ, nec dos intelligitur, *§. 12. eod.*

Qui NVPTIAS prohibitas contrahunt, pœnas patiuntur, quæ sacris constitutionibus continentur, *ibid.*

NVPTIAE dicuntur ab obnubendo, eo quod caput suum obnubere solebant, *c. 8. q. 5. caus. 30.*

Veritas NVPTIARVM non consistit in commixtione maris & fœminæ, *c. 11. q. 1. caus. 32.*

Ad NVPTIAS legitimas requiritur consensus parentum, *c. 3. q. 2. caus. 32.*

NVPTIAE duas requirunt personas, & ideo Canones in uno gradu duas personas constituerunt, *c. 2. q. 5. caus. 35.*

NVPTIAE terram implent, virginitas paradisum, *c. 12. q. 1. caus. 32.*

NVPTIARVM copula quia Dei mandato perficitur, non potest dici peccatum, *c. 3. dist. 26.*

Qui NVPTIAS vituperat, anathema sit, *c. 8. & 9. dist. 31.*

Damnabant aliqui NVPTIAS, & nolebant eas Christianis, etiam Laicis, permittere, *c. 7. dist. 31.*

Si quis professus sit continentiam eo, quod NVPTIAS tanquam abomina-

nabi-

nabiles judicat, anathema sit, *c. 12. dist. 30.*

Accusans NVPTIAS, anathema sit, *ibid.*

NVPTIAE admittuntur & honorantur, *c. 16. ead.*

NVPTIAE omnes fiunt ex affectu, *c. 3. q. 2. caus. 29.*

NVPTIAE secundæ honesta sunt fornicatio, *c. 9. q. 1. caus. 31.*

NVPTIAE primæ melioris sunt meriti, quam secundæ, *c. 4. §. 3. q. 1. caus. 27.*

NVPTIAE sunt conjunctio maris & fœminæ, & consortium omnis vitæ; divini & humani juris communicatio, *L. 1. de R. N.*

NVPTIAE consistere non possunt, nisi consentiant omnes, i. e. qui coëunt, quorumque in potestate sunt, *L. 2. eod.*

NVPTIAE contrahi possunt avo solo autore inter nepotem ex filio mortuo vel furioso, & neptem ex altero filio in potestate, *L. 3. eod.*

NVPTIAE imperfectæ contractæ propter defectum ætatis adveniente legitima ætate perficiuntur, *L. 4. eod.*

NVPTIAE contrahi non possunt inter me & sponsam patris mei, quamquam noverca proprie non dicatur, nec sponsæ meæ nubere patri meo non licet, quamvis proprie nurus non sit, *L. 12. §. 1. & 2. eod.*

NVPTIAS contrahere quis non potest cum filia, cujus matrem habuit in uxorem, quæ post divortium alii nupsit, & illam filiam suscepit, *L. 12. §. 3. eod.*

NVPTIAS contrahere quis potest cum filia adoptivæ sororis, quia ejus filia non est cognata. *L. 12. §. 4. eod.*

NVPTIAS contrahere quis potest cum sorore patris adoptivi, si non fuit nata eodem patre, *ibid.*

NVPTIAS contrahere cum liberto potest persona, si tam ignobilis sit ea, ut ei honestæ sint nuptiæ liberti, quæ si non esset ignobilis, posset accusari, *L. 13. eod.*

In NVPTIIS contrahendis observantur etiam cognationes servorum, & ideo manumissus matrem suam, vel sororis filiam ducere non potest, *L. 14. §. 2. eod.*

NVPTIAS contrahere non potest pater naturalis cum filia vulgo quæsita, *ibid.*

In NVPTIIS contrahendis naturale jus, & pudor inspiciendus est, *ibid.*

In NVPTIIS contrahendis observantur etiam servorum affinitates, veluti illam, quæ in contubernio patris mei fuit, non possum quasi novercam ducere; & contra, eam, quæ in contubernio filii fuerit, pater quasi nurum ducere non potest, *L. 14. §. 3. eod.*

NVPTIIS abstinere potius est in re dubia, i. e. cum dubitatur, an inter eos sit cognatio, vel affinitas, *ibid.*

NVPTIAS contrahere non possum cum matre ejus, quam sponsam habui, *L. 14. §. 4. eod.*

NVPTIAE contractæ à filia senatoris cum libertino non valent, *L. 16. pr. eod.*

NVPTIAS eo usque impedit fraternitas per adoptionem quæsita, donec manet adoptio, & ideo eam, quam pater meus adoptavit, & emancipavit, potero uxorem ducere, & etiam si me emancipato illam in potestate retinuerit, possum jungi matrimonio cum ea, *ibid.*

NVPTIAS contrahere quis non potest cum amita, matertera, nec cum amita magna, nec matertera magna, quamvis amita magna & matertera magna in quarto gradu remoto sunt, & etiamsi per adoptionem nobis conjunctæ sint, *L. 17. §. 2. eod.*

NVPTIAS contrahere licet omnibus ingenuis cum libertinis, sed Senatoribus & eorum liberis non licet habere libertinas uxores, *L. 23. eod.*

NVPTIAS si de facto Senator contraxit cum libertina, quamvis illa interim uxor non sit, si tamen is eam habuerit post dignitatem amissam, illa incipit esse uxor, *L. 27. eod.*

NVPTIAS contrahere non potest patronus cum liberta invita, *L. 28. eod.*

NVPTIAE simulatæ nullius sunt momenti, *L. 30. eod.*

NVPTIAS contrahere potest Senator cum libertina cum indulgentia Principis, *L. 31. eod.*

NVPTIAE contrahi possunt inter privignos, etiamsi fratrem communem ex novo parentum matrimonio susceptum habeant, *L. 34. §. 2. eod.*

NVPTIAS contrahere non potest quis cum sororis proneptte, quoniam parentis loco est ei, *L. 39. pr. eod.*

NVPTIAS incestas contrahere dicitur ille, qui contrahit matrimonium cum illis personis, cum quibus contrahi prohibetur moribus, *L. 39. §. 1. eod.*

NVPTIAS contrahere quis non potest cum filia privignæ, *L. 40. eod.*

In NVPTIIS contrahendis non solum, quid liceat de jure stricto, considerandum est, sed etiam, quid honestum sit de æquitate, *L. 42. pr. eod.*

NVPTIAE incestæ neque dotem habent, & ideo omne, quod perceptum est, licet fructuum nomine, aufertur, *L. 52. eod.*

NVPTIAE consistere non possunt inter eas personas, quæ in numero parentum liberorumve sunt, sive proximi, sive ulterioris gradus sint, usque ad infinitum, *L. 53. eod.*

NVPTIAE ut non consistant inter cognatos, nihil interest, cognatio descendat ex justis nuptiis, an non, nam & vulgo quæsitam sororem non potest quis uxorem ducere, *L. 54. eod.*

NVPTIAS contrahere quis non potest cum ea, quam adoptavit in filiam, vel neptem, etiamsi emancipaverit eam, *L. 55. pr. eod.* & *§. 1. de N.*

NVPTIAS contrahere quis non potest cum patris adoptivi matre, aut matertera, aut nepte ex filio, si in ejus familia sit, secus si sit emancipatus, *L. 55. §. 1. eod.*

NVPTIAS si contraxerit Præfectus cohortis, vel equitum, aut Tribunus contra edictum legis in provincia, in qua officium gerunt, nuptiæ non valent ipso jure, ratio enim potentatus prohibet nuptias, *L. 63. eod.*

NVPTIARVM benedictio debet fieri gratis, *c. 9. §. 29.* & *42. X. de simon.*

NVPTIAS secundas non contrahunt, qui ad mortem usque uxoris in incestu permanserunt, *c. ult. q. 8. caus. 35.*

NVPTIARVM secundarum convivio Presbyter interesse non debet, *c. 8. §. 1. q. 1. caus. 31.*

NVPTIAE contractæ cum consanguineis dicuntur esse contra jus naturale, *c. penult. de haret. in 6.*

NVPTIAS prohibitas contrahentes, juxta seculares leges puniendi sunt, *c. 1. in fin. q. 8. caus. 35.*

NVPTIAE fieri non debent tribus septimanis ante festum S. Ioannis Baptistæ, *c. 4. X. de feriis.*

NVPTIAE in Quadragesima prohibentur, *c. 2. q. 4. caus. 33.*

NVPTIAS occultas celebrare non licet, *c. 2. q. 5. caus. 30.*

NVPTIAE publice celebrari debent, *c. 3. ead.*

NVPTIAS contrahere possunt Sacerdotes Græci, *c. 7. X. de pænit. & remiss.*

NVPTIAS contrahere possunt surdus, mutus & cæcus, *L. 73. de jure dot.*

NV-

NVPTIAE olim celebrabantur accipiendo aquam & ignem, *L. 66. §. 1. de donat. inter virum* &c.

NVPTIAE fine fcriptis contrahi posfunt, *L. 4. de pignoribus.*

De NVPTIIS futuris puellæ fi eft controverfia inter tutorem & confanguineos, ad Iudicis arbitrium eft recurrendum, *L. 1. C. de nuptiis.*

NVPTIAE per filiam contractæ confentiente patre valent, etiamfi pater in inftrumento dotali non fe fubfcripferit, *L. 2. eod.*

In NVPTIIS copulandis, nec curatoris, nec cognatorum vel affinium ulla autoritas poteft intervenire, fed fpectanda eft ejus voluntas, de cujus conjunctione tractatur, *L. 8. C. eod.*

NVPTIAE nefariæ dicuntur inter afcendentes & defcendentes, *§. 1. de N.*

NVPTIARVM ftudium totius eft humanæ fobolis, ex quo folo ftudio etiam renovatur genus humanum, *Nov. 22. in præfat.*

Iuftas NVPTIAS inter fe contrahunt cives Romani, qui fecundum præcepta legum coeunt, mafculi quidem puberes, fœminæ autem viripotentes, *pr. Inft. de N.* vid. *Matrimonium.*

NVRVS.

NVRVS appellatio etiam ad pronurum, & ultra porrigenda eft, *L. 50. de V. S.*

NVTRIRE.

Prava confuetudo furrexit, ut mulieres filios fuos NVTRIRE contemnant, *c. 4. dift. 5.*

NVTRITOR.

NVTRITORIBVS nec civili, nec honorario jure defertur hereditas, *L. 10. C. communia de fucceffionibus.*

NVTRIX.

NVTRICES ob alimoniam infantium officio Iudicis poffunt petere nutricia, quoad infantes uberibus alunt, fed poft ceffat officium Iudicis, *L. 1. §. 14. de extraordin. cognit.*

NVTRICES Chriftianæ non debent alere infantes infidelium, *c. 13. X. de Iudæis & Sar.*

NVX.

NVX eft, quod foris duro tegitur, & intus habet, quod efui eft, *L. 205. de V. S.*

O.

OBEDIENTIA.

OBEDIENTIA debita vel promiffa excufat quem à delicto, *L. 37. pr. ad L. Aquil.*

OBEDIENTIA probatur per hoc, quando quis vocatus venit, *c. 2. X. de Capell. Monach.*

OBEDIENTIA præfertur omnibus, *c. 5. X. de Maj. & Obed.*

OBEDIENTIAM manualem fubfequi debet reverentia, & honorificentia omnis, *c. 11. X. eod.*

OBEDIENTIA eft, obtemperare utilibus Superiorum mandatis, *c. ult. q. 1. cauf. 23.*

Per OBEDIENTIAM bonum deferere, malum vero nunquam facere licet, *c. 99. q. 3. cauf. 11.*

Vbi eft incolumitas OBEDIENTIAE, ibi fana eft forma doctrinæ, *c. 5. §. integritas. dift. 61.*

OBEDIENTIA, quia cogit effe fub aliena poteftate, nihil debet habere proprium, *c. 11. §. 2. q. 1. cauf. 12.*

OBEDIENTIA victimis jure præfertur; quia per victimas aliena caro, per obe-

obedientiam vero propria voluntas mactatur, *c. 10.* §. *1. q. 1. cauſ. 8.*

OBEDIENTIA aliquando, ſi de ſuo aliquid habet, nulla eſt; aliquando ſi de ſuo nihil habuerit, minima, *c. 10. pr. ead.*

Sicut OBEDIENTIA in exequendis jure laudatur, ſic reprehenditur, ſi quis uſurpet ſibi non conceſſa, *c. 15. q. 5. cauſ. 23.*

OBEDIENTIA in ſcriptis debet promitti, *c. 6. diſt. 23.*

Qui OBEDIENTIAM ſponte impedit, non cogitur ſe obligare ſcripto, *c. 3. X. de Maj. & Obed.*

OBEDIENTIA & ſubjectio, quando in judicium deducitur, nihil attentari debet in præjudicium rei, vel poſſeſſoris non citati, *c. 8. X. eod.*

OBEDIENTIAM ſui Epiſcopi non tollit ſubjectio Papæ, *c. 7. X. eod.*

Clericus OBEDIENTIAE juramentum Epiſcopo ſuo non tenetur præſtare, niſi ratione adminiſtrationis ſibi conceſſæ, *c. 5. X. de jurejur.*

OBEDIENTIAE juramentum à Communitatibus debet exigi, *c. 10. X. de Maj. & Obed.*

OBEDIENTIA facta Epiſcopo ab Abbate ſine conſenſu Conventus, non valet, *c. penult. X. de Relig. domib.*

Jurans OBEDIENTIAM Prælato & Eccleſiæ, non Clero Diœceſano, ſed Cathedralis Eccleſiæ Capitulo, & principaliter Epiſcopo obedire tenetur, *c. 19. X. de V. S.*

OBEDIENTIAE forma facienda Epiſcopo ab Abbate, *c. 43. X. de ſimonia.*

OBEDIENTIAM minores majoribus præſtent, *c. 5. diſt. 93.*

OBEDIENTIAM non poteſt ſubditus præſcribere contra Prælatum, *c. 12. X. de præſcript.*

OBEDIRE.

Generale pactum eſt ſocietatis humanæ, OBEDIRE Regibus ſuis, *c. 2. §. 2. diſt. 8.*

OBEDIRE legibus ſuis Principem juſtum eſt, *c. 2. diſt. 9.*

OBEDIENDUM eſt feſtinanter Superioribus, *c. 1. diſt 93.*

OBEDIRI vult Pontifex legibus Imperatorum, *c. 9. diſt. 10.*

OBEDIRE debent ſubditi Magiſtratui, inquiſitione, vel accuſatione contra eum pendente, *c. penult. X. de accuſat.*

OBEDIRE tenentur tam Laici, quam Clerici Abbatiſſæ jurisdictionem habenti, *c. 12. X. de Maj. & Obed.*

OBEDIRE Abbatibus debent Monachi, *c. 16. §. 1. q. 2. cauſ. 18.*

Magis OBEDIENDUM Deo, quam hominibus, *c. 97. & 98. q. 3. cauſ. 11.*

OBEDIRE nolle, non ſemper malum eſt, ſi nempe contra Deum quid præcipiatur, *c. 92. q. 3. cauſ. 11.*

In rebus illicitis non eſt OBEDIENDUM Prælatis, Dominis, Parentibus, *c. 4. q. 3. cauſ. 11. & c. 97. 99. ead.*

OBEDIENDUM ſic eſt poteſtatibus ſecularibus, ut Deus non offendatur, *c. 4. & 5. q. 6. cauſ. 15. & c. 2. diſt. 8.*

OBEDIENDUM non eſt inferiori, ubi major mandat oppoſitum, *c. 97. & ſeq. q. 3. cauſ. 11.*

OBEDIRE non tenentur inferiores exempti à Superiore, *c. 8. X. de Maj. & Obed.*

OBEDIENS ſervus Domino ſuo malo, excuſatur pro tanto, quia ſervus, ſed non pro toto, *c. 1. q. 5. cauſ. 22.*

OBIICERE.

OBIICIENS crimen alicui iratus, niſi reſipiſcens illud probaverit, reus criminis non eſt, *c. 5. q. 3. cauſ. 2.*

OBIICERE non ſufficit, niſi probetur

tur objectum, *c. 21. X. de sent. & re judic.*

OBIICIENS multa, si in præcipuo fallat, repellitur punitus, ac si in omnibus fefellisset, *c. 11. de elect. in 6.*

OBIECTA crimina non probans, pœnam, quam intulit, ipse patietur, *c. 6. q. 3. cauf. 2.*

OBLATIO.

OBLATIO debiti facta in judicio inducit liberationem, *L. 9. §. 5. de pignorat. actione.*

OBLATIO debitoris purgat moram præcedentem, & tollit omnem ejus effectum, *L. 26. soluto matrimonio.*

OBLATIO debiti verbalis non impedit cursum usurarum, *L. 122. pr. de V. O.*

OBLATIO & consignatio debet fieri congruo loco & tempore, *L. 39. de solution.*

Res fidelium OBLATIONES dicuntur, quia domino offeruntur, *c. 16. §. ipsæ. q. 1. cauf. 12.*

OBLATIONES dicuntur, quæcunque de propriis & licitis rebus, Ecclesiæ à fidelibus offeruntur, *c. 13. X. de V. S.*

OBLATIO nulla comparari potest corpori & sanguini Christi, *c. 8. dist. 2. de consecr.*

OBLATIO de rapina reprobatur à Deo, *c. 2. q. 5. cauf. 14.*

OBLATIONES diffidentium, in Ecclesia non recipiantur, *c. 2. pr. dist. 90.*

OBLATIONES eorum, qui pauperes opprimunt, à Sacerdotibus refutandæ sunt, d. *c. 2. §. 1. ead.*

OBLATIONES ejus, qui filium exheredavit, non accipiendæ, *c. ult. q. 4. cauf. 17.*

OBLATIONES defunctorum donatas, vel testamento relictas, Ecclesiis negantes, vel retinentes, excommunicentur, *c. 9. 10. & 11. q. 2. cauf. 13.*

OBLIGARE.

Nemo ideo OBLIGATUR, quia recepturus est ab alio, quod præstiterit, *L. 171. de R. I.*

Nemo potest OBLIGARI ad impossibile, *c. 6. de R. I. in 6.*

Nullus OBLIGATUR ex consilio, modo fraudulentum non fuerit, *c. 62. de R. I. in 6.*

Votum meum OBLIGAT me ad id, quod in me est, *c. 3. X. de convers. conjug.*

OBLIGARE parentes non possunt liberos invitos & ignorantes ad sponsalia, *c. un. de desponf. impub. in 6.*

OBLIGARE aliis possum pignus mihi obligatum, *c. 6. X. de pignor.*

OBLIGARE se quis potest ad pœnam beneficii sui, *c. 32. X. de elect.*

OBLIGATUS ad certum quantum certa die sub pœna solvendum, si partem intra terminum solvit, ad pœnam integram non tenetur, *c. 9. X. de pœnis.*

OBLIGATUS est quis ei, à quo beneficium accepit, *c. 7. X. de testam.*

OBLIGANS Prælatus Ecclesiam pro debitis alienis, ipso facto ab administratione Spiritualium & Temporalium est suspensus, & Ecclesia non tenetur solvere, *c. 2. X. de solut.*

Non OBLIGATUR Successor ex contractu habito ab Antecessore, in damnum Ecclesiæ, *c. penult. X. de precar.*

Tacite OBLIGATA sunt bona mariti uxori pro dote sua, *c. 5. X. de pignor.*

OBLIGARI possunt fructus Decimarum & aliarum spiritualium rerum, *c. 2. X. de locat. conduct.*

OBLIGARI sibi ipsi quis non potest, *L. 11. de legat. 1.*

OBLIGATUR quisque aut suo, aut ali-

alieno nomine, *L. 1. §. 8. de O. & A.*

OBLIGAMVR aut re, aut verbis, aut simul utroque, aut consensu, aut Lege, aut jure honorario, aut necessitate, aut ex peccato, *L. 52. pr. eod.*

Re OBLIGAMVR, cum res ipsa intercedit, *L. 52. §. 1. eod.*

OBLIGAMVR verbis, cum præcedit interrogatio, & sequitur congruens responsio, *L. 52. §. 2. eod.*

Re & verbis pariter OBLIGAMVR, cum & res interrogationi intercedit, *L. 52. §. 3. eod.*

Consentientes in aliquam rem, ex consensu obligari necessario ex voluntate nostra videmur, *L. 52. §. 4. eod.*

Lege OBLIGAMVR, cum obtemperantes Legibus aliquid secundum præceptum Legis aut contra facimus, *L. 52. §. 5. eod.*

Iure honorario OBLIGAMVR ex his, quæ edicto perpetuo, vel magistratu fieri præcipiuntur, vel fieri prohibentur, *L. 52. §. 6. eod.*

Necessitate OBLIGAMVR, quibus non licet aliud facere, quam quod præceptum est, quod evenit in necessario herede, *L. 52. §. 2. eod.*

Ex peccato OBLIGAMVR, cum in facto quæstionis summa constitit, *L. 52. §. 8. eod.*

OBLIGARI qui non potest contrahendo, nec potest tradere, & sic tradendo possessionem non amittit, *L. 6. de V. O.*

OBLIGATIO.

OBLIGATIO est juris vinculum, quo necessitate adstringimur alicujus rei solvendæ, *pr. Inst. de obligat.*

Omnium OBLIGATIONVM summa divisio in duo genera deducitur, namque aut *civiles* sunt, aut *prætoria*, *§. 1. eod.*

OBLIGATIONES civiles sunt, quæ aut legibus constitutæ, aut certo jure civili comprobatæ sunt, *ib.*

OBLIGATIONES prætoriæ sunt, quas Prætor ex sua jurisdictione constituit, quæ etiam honorariæ vocantur, *ibid.*

OBLIGATIONES aut ex contractu sunt, aut quasi ex contractu; aut ex maleficio, aut quasi ex maleficio, *§. 2. eod.*

OBLIGATIONES aut re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut consensu, *ibid.*

Re OBLIGATIO contrahitur mutui datione, commodato, deposito & pignore, *pr. §. 2. & sqq. quib. modis re contrah. obl.*

Verbis OBLIGATIO contrahitur ex interrogatione & responsione, cum quid dari fierive nobis stipulamur, *pr. Inst. de V. O.*

Olim scriptura OBLIGATIO fiebat, quæ nominibus fieri dicebatur, quæ nomina hodie non sunt in usu, *§. un. Inst. de literarum obligat.*

Consensu fiunt OBLIGATIONES in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus, & mandatis, *pr. Inst. de obligat. ex consensu.*

Si quis OBLIGATIONE liberatus sit, potest videri cepisse, *L. 115. pr. de R. I.*

In omnibus OBLIGATIONIBVS, in quibus dies non ponitur, præsenti die debetur, *L. 14. de R. I.*

OBLIGATIO in personam servilem nulla cadit, *L. 22. eod.*

OBLIGATIONVM causæ pactione possunt immutari, & ipso jure, & per pacti conventi exceptionem, *L. 27. eod.*

OBLIGATIO nudi consensus contrario consensu dissolvitur, *L. 35. eod.*

OBLI-

OBLIGATIONEM nec de jure, nec de facto inducit pactum turpe, vel rei turpis, aut impossibilis, *c. ult. X. de pact.* & *c. 5. X. de R. I.*

OBLIGATIO fit per futuram cautelam, *c. 9. q. 7.*

OBLIGATIO consensu contracta, dissensu dissolvitur, *c. 1. X. de R. I.*

OBLIGATIONES de aliquo eligendo, debent deponere Eligentes, *c. 3. §. caeterum. X. de elect. in 6.*

OBLIGATIO contra substantiam matrimonii, vel contra bonos mores, non tenet, *c. ult. X. de condit. apposit.*

OBLIGATIO quandoque fit sub poena excommunicationis, *c. 9. q. 7. c. 1.* & *c. 42. dist. 2. de consecr.*

OBLIGATIO, quae inter dominum & procuratorem consistere solet, parit actionem mandati, *L. 42. §. 2. de procurat.*

OBLIGATIONES duae in ejusdem persona de eadem re recte possunt concurrere, *L. 10. de A. E. V.*

In OBLIGATIONE bonorum contrahenda non requiritur verborum solennitas, neque scriptura, solo enim pacto fit, *L. 4. de pignoribus* &c.

OBLIGATIONES aut ex contractu nascuntur, aut ex maleficio, aut proprio quodam jure ex variis causarum figuris, *L. 1. pr. de O. & A.*

OBLIGATIONUM substantia non in eo consistit, ut aliquod corpus nostrum, aut servitutem nostram faciat, sed ut alium nobis obstringat ad dandum aliquid, vel faciendum, vel praestandum, *L. 3. pr. eod.*

OBLIGATIONUM fere quatuor causae sunt; aut enim dies in his est, aut conditio, aut modus, aut accessio, *L. 44. pr. eod.*

OBLIGATIONES, quae non propriis viribus consistunt, neque officio Judicis, neque Praetoris imperio, neque legis potestate confirmantur, *L. 27. eod.*

OBLIGATIONIS origo potius, quam titulus actionis considerari debet, *L. 3. C. ad SC. Macedon.*

OBLIQUE.

OBLIQUE nemo debet exercere illud, quod de directo ei non permittitur, *Clem. c. un. in pr. de excess. Praelat.*

OBSCURUS, *a, m.*

In OBSCURIS semper, quod minimum est, sequimur, *L. 9. de R. I.*

In OBSCURIS inspici solet, quod verisimilius est, aut quod plerumque fieri solet, *L. 114. eod.*

OBSCURUM declaratur ex conjecturis, *L. 21. §. 1. qui testam. fac.*

In re OBSCURA melius est favere repetitioni, quam adventitio lucro, *L. 41. §. 1. de R. I.* Favetur ei magis, qui repetit, quam qui de lucro captando certat.

OBSCURA verba ad communem sensum sunt reducenda, *c. 7. X. de sponsal.*

Si OBSCURIS verbis matrimonium sit contractum inter aptos contrahentes, communem verborum intellectum sequi tenentur, *ib.*

In OBSCURIS sequendum, quod legibus contrarium non est, *c. ult. in fin. dist. 12.*

In OBSCURIS rebus sequi oportet minimum, *c. 30. de R. I. in 6.*

In causis OBSCURIS inspicimus, quod est verisimilius, vel quod plerumque fieri consuevit, *c. 45. eod.*

Cum sunt OBSCURA jura partium, pro possessore contra petitorem judicandum est, *c. 6. in f. X. de fide instrum.*

OBSCURUM privilegium non probat, *c. 15. X. de praescript.*

OBSCURA & ambigua oratio contra ven-

venditorem interpretatur, *L. 33. de contrah. empt.*

OBSERVARE.

OBSERVARE superstitiose dies, menses, annos, grave peccatum est, *c. 17. q. 7. caus. 26.*

OBSERVARE ritus Paganorum, dies Ægyptiacos, Calendas Ianuarii colere non licet, *c. 14. & 16. ead.*

OBSEQVIVM.

Qui pactione data à dominis manumittuntur, mero jure omne eis OBSEQVIVM debent, *L. 3. C. de obsequiis &c.*

Vt patrono OBSEQVIVM debetur, ita patronæ, *L. 8. C. eod.*

OBSIDES.

OBSIDES testari non possunt, nisi eis permittatur, *L. 11. qui testamenta fac.*

OBSIDVM bona, sicut captivorum, omnimodo in fiscum sunt cogenda, *L. 31. de jure fisci.*

OBSIGNARE.

OBSIGNATVM sacculum pecuniæ depositum si unus ex heredibus velit repetere, debet depositarius exhibere coram Prætore, vel honestis personis, & sacculus debet aperiri, cum autoritate ejusdem Prætoris, vel interventu honestarum personarum, & debet ei solvi pro hereditaria parte, residuum apud eum remanendo, si vult, dum tamen obsignetur ab his, coram quibus singula erant remota, sed si nolit, in æde sacra deponit, *L. 1. §. 36. depositi.*

OBSONATOR.

OBSONATORES servi dicuntur illi, qui custodiunt dominum in lecto, vel qui resonant, vel cantant domino in mensa, *L. 65. pr. de Legatis 3.*

OBSTETRIX.

OBSTETRIX si suis manibus dedit medicamentum, & mulier perierit, tenetur L. Aquilia, sed si dedit, ut ipsamet mulier sibi offerret, & perierit, in factum actione tenetur, *L. 9. pr. ad L. Aquil.*

OBSTETRICES probabilius debent scire mulierem esse prægnantem, vel non, quàm aliæ personæ, *L. 30. §. 3. de acquirenda vel omitt. hered.*

OBSTETRICES videntur medicinam quoque exhibere, & ideo etiam de mercede eis constituenda cognoscit Præses, *L. 1. §. 2. de extraordin. cognit.*

Sæpe manus fallitur, & oculus OBSTETRICVM, *c. 4. q. 1. caus. 27.*

OBSTINATIO.

OBSTINATIO est, in consiliis salutaribus nolle acquiescere, *c. ult. dist. 47.*

OBSTINATVS.

OBSTINATI ideo indigni sunt venia, quia peccant ex certa malitia, *c. penult. §. ignosci. dist. 8.*

OBSTINATVS est, qui post inspirationem & revelationem factam, in eo, in quo erraverat, perseverat, *ibid.*

OBTEMPERARE.

OBTEMPERANS venia dignus est, *L. 11. §. 4. de his, qui notant. infam.*

OBVENTIO.

OBVENTIONES dicuntur parvi & magni reditus, *L. 1. §. 15. de exercitor. act.*

OCCASIO.

OCCASIO omnis non sufficit ad ingratitudinem, *II. F. 23.*

OCCASIO juris ad iniquum dispendium trahi non debet, *c. 25. X. de privil.*

OCCASIO peccandi non debet dari jurantibus, *c. 1. de jurejur. in 6.*

OCCASIONEM damni dans, damnum dedisse censetur, *c. 2. 5. & ult. X. de injur.*

Qui OCCASIONEM causæ præstat, ita puniri debet, sicut is, qui ipsam causam præstat, *c. 7. X. de homicid.*

Ra-

Rapienda OCCASIO est, quæ præbet benignius responsum, *L. 168. pr. de R. I.*

OCCASIONALITER.

OCCASIONALITER est aliquis homicida, *c. 5. X. eod.*

OCCIDERE.

OCCIDENS capitaliter punitur, *II. F. 27. pr.*

Si OCCIDERIT Vasallus fratrem suum, *I. F. 5. pr.*

OCCIDENS furem, cum posset apprehendere, tenetur L. Cornelia de sicariis, qui dolo fecit, *L. 5. pr. ad L. Aquil.*

OCCISUM autem accipere debemus, sive gladio, sive etiam fuste, vel alio telo, vel manibus, si forte strangulavit eum, vel calce petiit, vel capite, vel qualiter qualiter *L. 7. §. 1. eod.*

OCCIDENS, vel vulnerans aliquem in publico certamine non tenetur lege Aquilia, si gloriæ causa & virtutis, non injuriæ gratia occiderit, secus, si data opera, *L. 7. §. 4. eod.*

OCCIDENS, vel vulnerans etiam in publico certamine cedentem, i. e. *recedentem*, ac ulterius pugnare nolentem, tenetur L. Aquilia, *ibid.*

OCCIDENS servum alienum in adulterio deprehensum non tenetur L. Aquilia, *L. 30. pr. eod.*

Pignori datus servus si OCCISUS sit, debitori actio competit, *L. 30. §. 1. eod.*

OCCIDENS servum alienum, putans esse liberum, tenetur L. Aquilia, *L. 45. §. 2. eod.*

OCCIDERE furem nocturnum, quocunque modo se defendat, ut non capiatur, cuilibet licet Lege XII. tabb. dummodo id ipsum cum clamore testificetur, *L. 4. §. 1. eod.*

OCCIDERE furem diurnum, si telo se defendat, cuilibet licet, dum tamen cum clamore id ipsum testificetur, secus si telo se non defendat, quia tunc dimitti debet, cum possit cognosci, & accusari, *ibid.*

Si quis hominem vivum falso confiteatur OCCIDISSE, & postea paratus sit ostendere, hominem vivum esse, *Iulianus* scribit, cessare Aquiliam, quamvis confessus sit se occidisse, *L. 23. §. 11. eod.*

OCCIDISSE vulgo dicitur, quis mortis causam quolibet modo, vel manibus, vel corpore, vel sine manibus, vel sine corpore præbuit, *L. 51. pr. eod.*

OCCIDIT & occiditur quis multipliciter, videlicet actu in corpore, odio in corde, detractione in ore, *c. 24. dist. 1. de pœnit.*

OCCIDENS aliquem casu corrigendo, innocens habetur, *c. ult. q. 1. caus. 15.*

Vasallus OCCIDENS Dominum, feudum amittit, nec confertur ipsi aliud, nec ejus heredibus, arg. *c. 10. X. de pœnis.*

Furiosus, infans, dormiens, si aliquem OCCIDAT, non committit homicidium, *Clem. c. un. de homicid.*

Invasorem OCCIDERE licet ei, qui mortem aliter vitare non potest, *ib.*

Neminem OCCIDERE licet, quamdiu nos defendere, vel aliter nobis consulere possumus, *c. 2. X. de homicid.*

Fur diurnus OCCIDI impune non potest, sed nocturnus, *c. 3. X. eod.*

OCCIDENS excommunicatos ardore ac zelo Ecclesiæ Catholicæ, non illico homicida habetur, *c. 47. q. 5. caus. 23.*

OCCIDENS crudeles, ex officio, crudelis non est, *c. 28. ead.*

Qui hominem OCCIDERIT, punitur, non habita differentia, cujus conditionis hominem interemit, *L. 1. §. 2. ad L. Cornel. de sicariis.*

Is, qui hominem OCCIDIT, si non oc-

occidendi animo hoc admisit, absolvi potest, *ibid.*

Qui hominem non OCCIDIT, sed vulneravit, ut occidat, pro homicida damnandus, *ibid.*

OCCIDENS eum, qui stuprum sibi, vel suis per vim infert, non punitur lege Cornelia de sicariis, *L. 1. §. 4. eod.*

OCCIDENS uxorem in adulterio deprehensam, non tenetur lege Cornelia, punitur tamen leviori pœna; nam si sit humiliori loco, in exilium in perpetuum datur, si vero in aliqua dignitate, ad tempus, *L. 1. §. 5. eod.*

OCCIDENS aliquem sponte vel dolo, deportari solet, si in honore aliquo sit positus, sed si secundo gradu sit, capite punitur, *L. 16. eod.*

Si quis OCCIDERIT patrem, matrem, avum, aviam, fratrem, sororem, patruelem, patruum, avunculum, amitam, consobrinum, consobrinam, uxorem, virum, generum, socrum, vitricum, privignum, privignam, patronum, patronam, cujusve dolo malo id factum erit, tenetur eadem pœna, quæ est L. Corneliæ de sicariis, *L. 1. de L. Pompeja de parricidiis.*

OCCIDENS mater filium, vel filiam, aut avus nepotem, & sic in linea descendente in infinitum, punitur pœna legis Pompejæ de parricidiis, *ib.*

Cum quis OCCIDERIT in venatione filium suum, qui novercam adulterabat, in insulam is deportabatur, quod latronis magis, quam patris jure eum interfecit, *L. 5. eod.*

OCCIDENS ancillam alienam dolo, tenetur civiliter actione legis Aquiliæ, & criminaliter lege Cornelia de sicariis, & una per alteram non tollitur, *L. 3. C. de L. Aquil.*

OCCIDENS aliquem si probaverit non animo occidendi percussisse, pœna homicidii non tenetur, tenebitur tamen minori, *L. 1. C. ad L. Cornel. de sicariis.*

OCCISUS si sit servus unus ex comœdis vel symphoniacis, actione L. Aquiliæ venit æstimatio non solum illius occisi, sed etiam deteriorationis aliorum servorum, eo quod nesciebant sine occiso cantare, *L. 22. §. 1. ad L. Aquil.*

OCCISUS si sit tuus equus, vel una mula ex gemellis, vel ex quadriga, actione L. Aquil. venit æstimatio occisi, & deteriorationis reliquorum, *ibid.*

OCCISUS dicitur quis eo tempore, quo fuit mortifere vulneratus, *L. 51. pr. eod.*

Injuria OCCIDERE videtur, qui nullo jure occidit, *§. 2. de L. Aquilia.*

Qui OCCIDERIT latronem, non tenetur L. Aquilia, utique si aliter periculum effugere non potest, *ibid.*

Qui casu OCCIDIT, L. Aquilia non tenetur, si modo culpa ejus nulla interveniat, *§. 3. eod.*

OCCULTARE.

OCCULTANS libertum alienum, tenetur tantum ad præstationem operarum, quas libertus præstare erat obligatus, & non alias, *L. 13. C. de operis libertorum.*

OCCUPARE.

OCCUPANTIS est id, quod in nullius bonis est, donec custodia ejus coërcetur, *§. 12. de R. D.*

OCCUPANS feram, vel aliud, quod in nullius bonis est, in alieno fundo, illud captum facit suum, *ibid.*

OCCUPANS apes vel feras in alieno fundo, fit dominus earum per occupationem, nec potest dominus fundi eum retinere, ut det sibi, quod accepit, licet posset prohibere eum, ne intraret fundum, *§. 14. eod.*

OCCU-

OCCVPANS rem propriam per vim, cadit dominio, sed occupans rem alienam, tenetur eam restituere, & etiam dare ejus æstimationem, §. 6. *de interdictis.*

OCCVPATIO.

OCCVPATIO Sedium est juris gentium, *c. 9. dist. 1.*

OCVLVS.

OCVLIS conniventibus & clausis multa perferuntur, *L. 4. §. 1. de manumission.*

OCVLO privatus, qualicunque ex causa, privatur Sacerdotii jure, *c. ult. dist. 55.*

OCVLIS vagis, effræni lingua, fluidoque gestu non incedant Clerici; sed pudorem & verecundiam mentis simplici habitu, incessuque custodiant, *c. 3. dist. 23.*

OCVLI Dei sunt Episcopi, *c. 9. q. 1. caus. 6.*

OCVLOS Domini tangit, qui injuriose justos tangit, *c. 15. q. 7. caus. 2.*

Non tantum OCVLOS castos sufficit custodire, sed etiam linguam, *c. 13. ead.*

OCVLVS impudicus, est nuncius cordis impudici, *c. 12. q. 5. caus. 32.*

ODIOSVS, *a*, *m.*

ODIOSI nec accusatores, nec testes esse possunt, *c. 13. q. 5. caus. 3.*

ODIRE.

ODISSE se vitia probat, qui delinquentes arguit, *c. 3. §. & libat. dist. 86.*

ODIVM.

ODIVM fraternum & homicidium pariter judicantur, *c. 24. dist. 1. de pœnit.*

Nisi quis ODIVM ex corde dimittat, non potest veram agere pœnitentiam, *c. 6. dist. 5. de pœnit.*

ODIVM & æmulationes debent Clerici maxime fugere, *c. 3. dist. 23.*

Qui ODIVM diuturnum non dimittit, admonitione per Presbyteros præmissa, à cœtu fidelium est expellendus, *c. 9. dist. 90.*

Quando vir ODIO capitali persequitur uxorem, non est restituenda, licet vir vellet cavere, *c. 8. X. de restit. spoliat.*

ODIO, amore, cupiditate pervertitur humanum judicium, *c. 78. q. 3. caus. 11.*

ODIO remoto testes debent ferre testimonium, *c. 47. X. de testib.*

ODIO indulgens Iudex, judicare non debet, *c. 1. de sent. & re judic. in 6.*

ODIA restringi, favores convenit ampliari, *c. 15. de R. I. in 6.* & *c. 22. de elect. in 6.*

Non debet quis alterius ODIO prægravari, *c. 22. de R. I. in 6.*

ODIO debent haberi peccata, non homines, *c. 2. dist. 86.* & *c. 35. q. 4. caus. 23.*

Magistratus ODIO moveri non debet, *Clem. c. 1. §. propter. de hæretic.*

ODIO corrupti testes, *II. F. 2. pr.*

OECONOMVS.

OECONOMVS vendere potest rem Ecclesiæ ex necessitate, vel utilitate, modo subscribant & comprobent contractum duo vel tres Comprovinciales, vel vicini Episcopi, *c. 3. §. 2. q. 2. caus. 10.*

OECONOMVS usumfructum prædiorum Ecclesiæ, vel ad certum tempus, vel ad totum tempus vitæ alicui concedere potest, prout viderit expedire Ecclesiæ, *c. 2. §. 11. ead.*

Singuli Episcopi suos habeant OECONOMOS de Clero proprio, qui dispensent res Ecclesiasticas ex voluntate Episcopi, *c. 21. q. 7. caus. 16.*

OECONOMVS dicitur, cui res ecclesiastica gubernanda mandatur ab Ecclesia, *L. 14. pr. C. de sacrosanctis Ecclesiis* &c.

OECONOMVS vendens, vel alienationi consentiens in rebus Ecclesiæ, privatur administratione œconomatus,

tus, & tenetur ad damnum Ecclesiæ, *L. 14. §. 2. eod.*

OECONOMVS si vendat prædium Ecclesiæ, non valet venditio, & Ecclesia lucratur pretium, & illud potest petere, si non sit datum, *L. 14. §. 1. eod.*

OECONOMO, vel ipsius conjuncto non est licitum emere, vel accipere, etiam in casu alias permisso, rem Ecclesiæ, *Auth. Quibuscunque* &c. *C. eod.*

OECONOMVS citatus ad judicium super causa Ecclesiæ, non tenetur dare cautionem aliquam, *L. 25. pr. C. de Episcopis.*

OECONOMVS est fidejussor de judicio sisti vel judicatum solvi usque ad 50. libras auri pro Clerico convento, *L. 25. §. 1. C. eod.*

OECONOMVS Ecclesiæ debet ordinari ab Episcopo, *L. 33. §. 4. C. eod.*

OECONOMI & alii similes coram Episcopo, cui subjacent, sunt conveniendi, & coram eo debent rationem reddere, licitum tamen est eis à sententia Episcopi ad metropolitanum appellare, *Nov. 123. c. 23.*

OFFENSA.

OFFENSA præsumitur in eo, in quem pœna irrogatur, *L. 51. §. 1. de manumiss. testam.*

OFFENSA duplex est, manifesta & dubia, *c. 23. in f. X. de V. S.*

OFFERRE.

Si is, qui OBTVLIT se fundi vindicationi, damnatus est, nihilominus à possessore recte petitur, *L. 7. de R. V.*

OFFERENS se liti, ut possessor condemnatur, licet non possideat, nisi evidentissimis probationibus possit ostendere, actorem ab initio litis scivisse eum non possidere, quia tunc actor non videtur deceptus, *L. 45. de heredit. petit.*

OFFICIALIS.

OFFICIALES rationales Principis, non redditis rationibus administrationis publicæ, ad Clericatum transire non possunt, alias ad priorem conditionem trahuntur, *L. 4. C. de Episcop.*

OFFICIALIS Archiepiscopi in suffraganeos Episcopos sententiam excommunicationis, interdicti, vel suspensionis ferre non potest, *c. 1. §. fin. de offic. Ordin. in 6.*

De OFFICIALI Episcopi non ad Episcopum, sed ad Archiepiscopum appellatur, *c. 3. pr. de appellat. in 6.*

Ex generali commissione officii, non potest OFFICIALIS inquirere, deponere & punire subditorum excessus, *c. 2. de offic. Vicar.*

OFFICIVM.

OFFICIVM aliud est seculare, aliud divinum seu ecclesiasticum, *c. 2. dist. 59.*

OFFICIVM seculare aliud est licitum, quod scilicet caret peccato, aliud illicitum, quod sine peccato exerceri non potest, & tale est deserendum, *c. 6. dist. 5. de pœnit.*

OFFICIVM divinum Prælati, aut per Clericos debent explere, *c. 2. dist. 91.*

OFFICIVM ecclesiasticum debet quis diligenter exequi, *c. penult. dist. 12.*

Si OFFICIVM divinum Clericus non expleat, deponi debet, *c. ult dist. 92.*

OFFICIVM divinum plus corde, quam voce est exercendum, *c. 1. ead.*

OFFICII divini ordo, seu horarum canonicarum præscribitur *c. 13. cum. seqq. 2. dist. 5. de consecrat.*

OFFICIA omnium ordinum, incipiendo ab Ostiario, describuntur *c. 1. dist. 25.*

Pro OFFICIIS ecclesiasticis nihil dari debet, *c. 21. X. de Simon.*

OFFICIO negligenter fungenti, datur à Superiore Coadjutor, *c. 2. de suppl. negl. Præl. in 6.*

OF-

OFFICIVM Coadjutoris expirat per mortem illius, cui datus est Coadjutor, *ibid.*

OFFICIVM suum Minister non debet fraudulenter administrare, *Clem. c. 1. §. porro. de haret.*

OFFICIORVM, graduum & ordinum distributio ecclesiasticam unitatem conservat, *c. ult. dist. 89.*

OFFICIIS illicitis inhiantes ab Ecclesiæ officiis sunt expellendi, *c. 2. dist. 88.*

Ab OFFICIO suo quis amovetur propter scandalum, *c. 3. X. de Cleric. ægrot.*

Amovetur quis ab OFFICIO suo propter negligentiam, *c. 6. X. de statu Monach.*

Ab OFFICIO quis removetur propter perjurium, *c. 2. X. de fidejuss.*

OFFICIO nullus seipsum debet ingerere, *c. 26. X. de jure patronatus.*

Nullo OFFICIO possunt fungi liberi reorum læsæ Majestatis, *c. ult. §. quodsi. X. de pœnis.*

Qui Iudæis publica OFFICIA committunt, velut Sacrilegi excommunicentur, *c. 31. q. 4. caus. 17.* & *c. 14. dist. 54.*

In uno, eodemque OFFICIO, non debet esse dispar professio, *c. 22. q. 7. caus. 16.*

OFFICIVM Iudicis non pendente dilatione conquiescit, ut interim nihil facere possit, sine consensu partium, *c. 69. X. de appell.*

OFFICIA & onera sunt partienda, *c. ult. de offic. Archipresbyt.*

OFFICIA singula in Ecclesiis assiduitatem requirunt personarum, *c. 13. X. de prabend.*

OFFICIA singula singulis committenda personis, *c. 23. de prabend. in 6.* & *c. 1. dist. 89.*

OFFICIA ecclesiastica propinquis & favore conjunctis non committat Episcopus, *c. 6. dist. 89.*

OFFICIVM Regum est, bonos sublevare, & malos comprimere, *c. 23. q. 5. caus. 23.*

Nullus debet usurpare OFFICIVM, quod ad ipsum non pertinet, *c. 19. in pr. X. de homicid.*

Superior ex OFFICIO debet inquirere de excessibus inferiorum, *c. un. X. ut eccles. benef.*

Ratione OFFICII licet, quod alias non liceret, *c. 54. X. de sent. excommun.*

Qui ratione OFFICII occidit nocentem, homicida non est, *c. 41. q. 5. caus. 23.*

Absque divini OFFICII detrimento, licet Clericis artificio victum quærere, *c. 3.* & *seqq. dist. 91.*

Si quis juret, se OFFICIVM suum fideliter adimplere, pro illo præsumitur, *c. 13. X. de præscript.*

OFFICIVM suum non debet alicui esse nocivum, *c. 30. de elect. in 6.*

Vbi OFFICIVM, ibi beneficium, *II. F. 21.*

OFFICIVM Parium, *II. F. 20.*

Si ex OFFICIO quis ad artificium transierit, quidam recte putant, legatum extingui, quia *officium* artificio mutatur, *L. 65. §. 1. de legat. 3.*

OFFICIVM publicum, vel privatum non debet esse alicui damnosum, *L. 29. ex quib. caus. major.*

Militum Medici, quoniam OFFICIVM, quod gerunt, & publice prodest, & fraudem eis afferre non debet, restitutionis auxilium implorare possunt, *L. 33. §. 2. eod.*

OFFICIVM Iudicis est, ne aliter judicet, quam legibus aut constitutionibus, aut moribus proditum est, *pr. Inst. de officio Iudicis.*

OLEVM.

OLEVM non consecratum admisceri potest consecrato, & totum fit conse-

consecratum, *c. 3. X. de consecr. Eccles.*

OLIVA.

OLIVA est fructus industrialis, quia si esset naturalis, non efficeretur bonæ fidei possessoris, ut efficitur, *L. 78. de R. V.*

Si quis OLIVAM immaturam decerpserit, lege Aquilia tenetur, *L. 27. §. 25. ad L. Aquil.*

OLIVAM, vel uvam maturam alienam colligens non tenetur Aquilia, sed si interceperit, tenetur actione furti, *ibid.*

OMISSIO.

OMISSIO casu, vel per errorem contingens, caute est supplenda, *c. 58. §. ecce. q. 1. caus. 1.* & *c. un. dist. 52.*

OMITTERE.

Quando aliquid OMITTITUR propter majus bonum, non contemptus, sed providentia judicatur, *c. 29. dist. 63.*

Quando OMITTITUR substantiale, non valet, quod agitur, *c. ult. dist. 5. de pœnit. c. 83. dist. 4. de consecr.*

OMITTERE malum non sufficit, *II. F. 6.*

OMNIS, e.

OMNIA, quæ jure contrahuntur, contrario jure pereunt, *L. 100. de R. I.*

ONERARE.

ONERATUS quis si dejecerit onus, & occiderit servum, ita demum tenetur Aquilia, si plus debito se oneravit, aut negligentius per locum lubricum transivit, quia tunc fuit in culpa, cum prævidere potuisset, *L. 7. §. 2. ad L. Aquil.*

ONUS.

ONERA præterita & futura quando injunguntur alicui, intelligitur de præteritis pendentibus, & nondum finitis, *L. 88. §. 2. de legat. 2.*

ONERA, quæ plerisque personis diversa ratione remittuntur, inconveniens est imponi Clericis, *L. 33. §. 7. C. de Episcopis* &c.

Qui sentit ONUS, sentire debet & commodum, & contra, *L. 55. de R. I. in 6.*

ONERA & officia sunt partienda, *c. ult. X. de offic. Archipresbyt.*

Res cum suo ONERE transit ad quemlibet possessorem, *c. 5. X. de pignorib.*

ONERI succedere debet, qui substituitur in honore, ac onus recepisse intelligitur, qui honorem recepit, *c. 7. X. de immunit. Eccl.* & *c. 77. de R. I. in 6.*

Laici non debent onera ecclesiasticis imponere, nec earum jurisdictionem usurpare, *c. 4. X. de immunit. Eccl.*

ONUS probandi actori incumbit, non reo, *c. 1.* & *A q. 5. caus. 6.*

ONUS æris alieni suum sequitur patrimonium, *L. 17. §. 1. de testam. milit.*

OPERA.

OPERA in actu consistit, nec ante in rerum natura est, quam si dies venit, quo præstanda est, *L. 1. de operis servorum.*

OPERÆ servi legatæ capitis minutione non amittuntur, *L. 2. eod.*

OPERÆ in hominis usufructu sunt, & ob operas mercedes, *L. 3. eod.*

In OPERIS fructus hominis consistit, & retro, in fructu hominis operæ sunt, *L. 4. eod.*

OPERIS servi legatis, usus datus intelligitur, *L. 5. eod.*

OPERÆ sunt diurnum officium, *L. 1. de operis libertorum.*

OPERAM stipulatus ante peractum diem operam ejus diei petere non potest, *L. 2. pr. eod.*

Pars OPERÆ per horas solvi non potest, *L. 2. §. 1. eod.*

Si quis OPERAS sit stipulatus sibi libe-

berisque suis, etiam ad posthumos pervenit stipulatio, *L. 5. eod.*

OPERAE fabriles cæteræque, quæ quasi in pecuniæ præstatione consistunt, ad heredem transeunt, officiales vero non transeunt, *L. 6. eod.*

OPERAE in rerum natura non sunt, *L. 9. pr. eod.*

OPERIS obligatus, militiæ nomen non sine injuria patroni dabit, *L. 43. eod.*

OPERAE loco edi debent, ubi patronus moratur, sumptu scilicet, & vectura patroni, *L. 21. eod.*

OPERAE, quas libertus patrono promisit, non adjecto, *liberisque ejus*, ita debentur liberis ejus, si patri heredes tantum exititerint, & tunc habent utilem ex stipulatu, nisi per alium heredes extiterint, quo casu non debentur eis operæ, sed bene debetur eis reverentia, *L. 22. §. 1. eod.*

OPERAE impositæ liberto non debent præstari manumissori, si ex necessitate, non ex voluntate propria servum manumisit, *L. 2. C. de operis libertor.*

OPERAE non debentur ei, qui nummis acceptis ab extraneo servum suum manumisit, *L. 3. C. eod.*

OPERARUM pretium à liberto promitti potest, patronus tamen id exigens perdit jus patronatus, *L. 4. C. eod.*

OPERAS non debet manumissori servus emptus suis nummis, & manumissus, nec ab eo ut ingratus potest revocari in servitutem, licet vere sit libertus, *L. 7. C. eod.*

OPERAE non debentur heredibus extraneis, neque etiam marito patronæ, *L. 10. C. eod.*

OPERARUM artificialium seu fabrilium obligatio tollitur per pactum nudum, & si solutæ fuerint, repetuntur tanquam indebitæ, *L. 40. §. 2. de condict. indebiti.*

Si per errorem OPERAE indebitæ datæ sunt, ipsæ repeti non possunt, *L. 25. de præscriptis verbis.*

OPINIO.

OPINIO communis excusat quem, *L. 3. pr. ad SC. Macedon.*

In OPINIONE plus est, quam in veritate, *L. 15. de acquirenda hered.*

OPINIO communis quando est de aliquo facto, quod pendet ex facto meo, debeo attendere factum meum, & veritatem, & non communem opinionem, *L. 30. §. 3. eod.*

Ex sola OPINIONE non acquiritur jus, *c. 19. X. de jure patronatus.*

OPINIONI præfertur, & prævalet veritas, *c. 4. X. de bigam. non ordin.*

OPINIONEM testium, qui verisimiliora dicant, & honestatem Iudex debet potius attendere, quam multitudinem testium, *c. 32. X. de testibus.*

OPINIONEM amor, timor, avaritia prævertunt, & sensus humanos plerumque hebetant, ut quæstum, pietatem putent, & pecuniam, quasi mercedem prudentiæ, *c. 2. q. 5. caus. 3.*

OPINIONES Doctorum hodie probabilem tantum obtinent necessitatem, non necessariam, *c. 3. 4. & 5. dist. 9.*

OPIS.

Nemo OPE videtur fecisse, nisi & consilium malignum habuerit, *L. 53. §. 2. de V. S.*

Dubitatum est, illa verba OPE *consilione*, quemadmodum accipienda sunt, sententiæ conjungentium, aut separantium? Sed verius est, quod & *Labeo* ait, separatim accipienda, *L. 52. §. 1. de V. S.*

Si OPEM ferente servo meo, furtum mihi

mihi feceris, id ex peculio deducendum est, *L. 4. §. 4. de peculio.*

OPEM fert, qui ministerium, atque adjutorium ad subripiendas res præbet, *L. 50. §. 3. de furtis.*

OPEM & consilium præstans uxori subtrahenti res mariti, tenetur furti, licet ipsa non faciat furtum, *L. 52. pr. eod.*

OPEM & consilium præstare, ut furentur res, tunc nocet, ut teneatur furti, cum secuta est contrectatio, *L. 52. §. 19. eod.*

Nemo OPEM, aut consilium alii præstare potest, qui ipse furti faciendi consilium capere potest, *L. 90. §. 1. eod.*

OPORTERE.

Verbum OPORTEBIT, tam præsens, quam futurum tempus significat, *L. 8. pr. de V. S.*

Verbum OPORTERE non ad facultatem Iudicis pertinet, qui potest, vel pluris, vel minoris condemnare, sed ad veritatem refertur, *L. 37. eod.*

OPPIDVM

OPPIDVM ab *ope* dicitur, quod ejus rei causa mœnia sint constituta, *L. 239. §. 7. de V. S.*

OPPIGNORATIO.

OPPIGNORATIO feudi cum pacto distractionis, *I. F. 5. pr.*

OPPONERE.

OPPONERE se potest minor majori, imo unus multis, modo justam causam ostendit, *c. 10. X. de concess. præbend.*

Non debet OPPONERE contra ipsam appellationem, qui appellationem sui adversarii non defert, *c. 23. X. de elect.*

OPPRESSIO.

OPPRESSIO dicitur, quæ fit in pauperes contra justitiam & veritatem, *c. 72. q. 3. caus. 11.*

OPPRESSIO, iniquitas, injustitia, judicium sanguinis est, *c. 25. dist. 1. de pœnit.*

OPPRIMERE.

Omnis OPPRESSVS libere appellet, nec ab illo prohibeatur, *c. 3. q. 6. c. caus. 2.*

OPTARE.

Si OPTARE velim servum, vel aliam rem, cujus optio mihi relicta est, ad exhibendum possum agere, *L. 3. §. 6. ad exhibendum.*

2) OPTIO.

Quotiens OPTIO servi datur, legatarius optabit, quem velit, *L. 2. pr. de optione legata.*

OPTIONIS legatario statuitur terminus ad eligendum, quo elapso eligere non potest, *L. 6. eod.*

OPTIO legata non potest optari ante aditam hereditatem, & si optatur, non valet *optio*, *L. 16. eod.*

OPTIONIS legatum cedit etiam jure digestorum quoad transmissionem à die mortis testatoris, sed olim ante jura digestorum non cedebat, *L. 19. eod.*

OPTIONE duorum servorum legata alicui, si reliqui servi alii fuerint legati, primo legatario repudiante, vel tempore à Iudice statuto ad eligendum excluso, omnes servi reliquorum appellatione ad secundum legatarium pertinent, *L. 17. eod.*

OPTIO servi vel alterius rei si sit relicta duobus vel pluribus legatariis, his discordantibus sors debet fieri inter eos, & quem sors prætulerit, ille eliget, cæteris præstet æstimationem partium contingentium eis, *L. 3. pr. C. communia de legatis &c. & §. 22. de legatis.*

OPTIO rei legatæ si uni legatario relicta sit, & eo mortuo duo vel plures ejus heredes discordant in optione, forte debent dirimere, & quem sors prætulerit, eligit ille, cæteris ta-

tamen præstat æstimationem partium contingentium eis, *ibid.*

OPTIO rei legatæ quando committitur tertio, illo non eligente intra annum, vel morte prævento, electio transfertur in legatarium, qui non debet eligere meliorem, *L. 3. §. 1. C. eod.*

OPTIONIS legatum, i. e. ubi testator ex servis suis, vel aliis rebus optare legatarium jusserat, habebat olim in se conditionem, & ideo, nisi ipse legatarius vivus optasset, ad heredem legatum non transmittebat, *§. 22. de legatis.*

1) OPTIMVS, *a*, *m*.

OPTIMVS *maximusque uti est*, adjectio in traditionibus, emptionibus, stipulationibus, & testamentis significat, ut liberum præstetur prædium, non ut etiam servitutes ei debeantur, *L. 169. de V. S.*

Illa verba, OPTIMVS *maximusque*, in eum cadere possunt, qui solus est, *L. 163. eod.*

OPVS.

OPERA bona vigilanter sunt facienda, *c. 6. dist. 86.*

OPERA bona extra fidem non valent, *c. 3. X. de heret.*

Nullum boni OPERIS est super ædificium, ubi Christus non est fundamentum, *c. 26. q. 1. caus. 1.*

Non qui tenent loca Sanctorum, sed qui exercent OPERA eorum, filii Sanctorum sunt, *c. 2. dist. 40.*

Quando OPERA facimus, Deus bonum animum plus respicit, quam actum, *c. 1. §. 6. q. 6. caus. 15.*

Quotiescunque bonum OPVS agimus, Deum confitemur, & malum quotiescunque facimus, ipsum negamus, *c. 84. q. 3. caus. 11.*

Pro qualitate peccatorum, qualitas offeratur bonorum OPERVM, *c. 87. §. in quo similiter. dist. 1. de pœnit.*

Non debet par esse fructus OPERIS ejus, qui nihil vel parum deliquit, ac ejus, qui grandia commisit, *ibid.*

OPERA in peccatis facta, non prosunt, nisi mens ab iniquitate revocetur, *c. 21. dist. 3. de pœnit.*

Si quando videris inter multa mala OPERA peccatorum facere quempiam nonnulla, quæ justa sunt, non est tam injustus Deus, ut propter mala multa, paucorum obliviscatur bonorum, *c. 2. sqq. dist. 5. de consecr.*

OPERA non sunt præcipitanda, sicut nec consilia, *c. 14. in pr. dist. 50.*

Non solum OPERA sunt respicienda, sed etiam circumstantiæ *operum*, *c. 7. dist. 34.* & *c. 46. sqq. dist. 50. c. 5. dist. 40.*

OPVS.

Cum Prætor dicat, *ut* OPVS *factum restituatur*, etiam damnum datum actor consequi debet, *L. 81. de V. S.*

OPERE locato, conducto, his verbis *Labeo* significari ait id *opus*, quod Græci ἀποτέλεσμα vocant, non ἔργον, i. e., ex opere facto corpus aliquod perfectum, *L. 5. §. 1. eod.*

In OPERIS novi nunciatione possessorem adversarium facimus, *L. 1. §. 6. de operis novi nunc.*

OPVS novum facere videtur, qui aut ædificando, aut detrahendo aliquid, pristinam operis faciem mutat, *L. 1. §. 11. eod.*

Non omnia OPERA edictum de novi operis nunc. complectitur, sed ea sola, quæ solo conjuncta sunt, quorum ædificatio, vel demolitio videtur *opus* novum continere, *L. 1. §. 12. eod.*

In OPERIS duobus simul locatis, convenit priori conductori ante satisfieri, *L. 26. locati.*

OPVS probatum sive approbatum dicitur, quod magistri opificiorum in-

 spe-

ſpectum evocati retulerunt idoneum, rite factum, *L. 24. pr. eod.*

OPVS, quod averſione locatum eſt, donec approbetur, conductoris periculum eſt, *L. 36. eod.*

OPVS ad menſuram ſi quis debet præſtare, periculum eſt ejus, donec menſuretur, *ibid.*

OPVS novum privato etiam ſine Principis autoritate facere licet, præterquam ſi ad æmulationem alterius civitatis pertineat, vel materiam ſeditionis præbeat, &c. *L. 3. pr. de operibus publicis.*

Ad OPERA publice perficienda ſi quis conceſſit reditus aliquos, & quod nomen ſuum inſcriberetur in eo opere, ejus nomen debet inſcribi, & debet Præſes provinciæ interponere ſuam autoritatem, ne nomen illius eradatur, *L. 2. pr. eod.*

In OPERVM curatorem electus ſi cœpit ſe excuſare, & non potuit, ac deceſſit, tenetur ipſe, & ejus heredes pro tempore, quo ceſſavit in vita, ſed pro tempore, quo cucurrit poſt mortem ſuam, non tenentur ejus heredes, *L. 1. pr. eod.*

Ad OPVS publicum, puta ad ſtatuas, vel imagines ponendas ſi legatum vel fideicommiſſum relictum ſit ſine diei præfinitione à Præſide, debet ſtatui tempus, intra quod heredes ponant, *L. 5. eod.*

De OPERIBVS, quæ in muris, vel portis, vel in rebus publicis fiunt, aut ſi muri extruantur, debet Præſes conſulere Principem, qui æſtimabit, an locari vel deſtrui debeant propter pericula, *L. 6. eod.*

Ad OPERA nova pecunia legata potius debet expendi in reficiendis operibus veteribus, quam in faciendis novis, ſi ſatis operum habeat civitas, nec habeat pecuniam aliunde ad reficiendum, *L. 7. pr. eod.*

OPVS ab alio factum poteſt quis adornare marmoribus, vel aliquo modo ſcribendo titulum nominis ſui proprii, manentibus tamen titulis priorum, qui illud opus fecerunt, *L. 7. §. 1. eod.*

In OPVS, quod publica pecunia fit, ſi privatus aliquam ſummam de ſuo expendit, debet inſcribi in opere, qualiter is dedit tantam pecuniam ad opus illud faciendum, *ibid.*

OPERIS perfecti aſſignatio facta à conductore liberat eum à caſu fortuito ſuperveniente, ſive totum opus, ſive pars pereat, *L. 1. §. 6. de pollicitation.*

De OPERIS vitio intra quindecim annos in futurum apparituros tenetur ille, qui præeſt operi publico conſtruendo, vel etiam heres, *L. 8. C. de operibus publicis.*

OPERIS publici reficiendi, vel extruendi cura, munus publicum perſonale eſt, à quo excuſatur habens quinque liberos, & ſi per vim geſſerit, non ob id perdit excuſationem, quam habet ab aliis muneribus, *L. 4. pr. de munerib.*

OPERIS duas curas non debet quis eodem tempore adminiſtrare, *L. 14. §. 1. de vacatione muner.*

ORARE.

ORANTIS animus nihil aliud cogitare debet, quam id ſolum, quod petitur, *c. 70. diſt. 1. de conſecr.*

ORARE neque cum hæreticis, neque cum ſchiſmaticis licet, *c. 67. q. 1. cauſ. 1.*

Pro his non ORETVR, qui ſeipſos occiderunt, *c. 12. q. 5. cauſ. 23.*

Genibus flexis, vel proſtrato corpore ORANDVM ab agentibus pœnitentiam, *c. 6. §. 3. q. 7. cauſ. 26.*

ORARIVM.

ORARIVM Monacho in monaſterio habere non licet, *c. 32. q. 1. cauſ. 27.*

ORARIIS Ministrum, Lectores, aut Psalmistas uti, & sic legere, aut psallere non oportet, *c. 27. & 28. dist. 23.*

Sacerdos utrumque humerum ORARIO ambit; Diaconus vero sinistrum tantum, ut ad Ministerium Sacerdotale expeditius discurrat, *c. 2. §. Sacerdos. dist. 25.*

ORATIO.

ORATIO est pii animi affectus, omnia in Deum protendens, *c. 70. dist. 1. de consecr.*

ORATIONIS voces ad aures Dei non diriguntur, nisi cum animi affectu, *c. 12. dist. 38.*

Cum quolibet ORATIONIS verbo debet concors esse sensus cogitationis, *c. 33. dist. 5. de consecr.*

ORATIO absque puritate mentis non prodest, *c. 23. ead.*

ORATIO est contra visibiles & invisibiles hostes juvamentum, *c. ult. dist. 36.*

ORATIONI præcipue debent esse intenti Prælati, quia non tantum pro se, sed etiam pro subditis tenentur orare, *ibid.*

ORATIO quando à meliori porrigitur, tanto citius exauditur, *c. 91. q. 1. caus. 1.*

ORATIO dominica matutinis & vespertinis subjungatur, *c. 14. dist. 5. de consecr.*

ORATIONE divina secreta revelantur, *c. 16. q. 1. caus. 8.*

Pro quotidianis & levibus peccatis, quotidiana ORATIO fidelium satisfacit, *c. 20. dist. 3. de pœnit.*

ORATIO pro seculari potestate habenda, *c. 54. §. compon. dist. 1. de consecr.*

ORATIO.

ORATIO, quæ neque conjunctionem, neque disjunctionem habet, ex mente pronunciantis vel disjunctiva, vel conjuncta accipitur, *L. 28. §. 1. de V. S.*

ORATIO imperfecta perficitur ex voluntate præsumpta defuncti, *L. 106. de legat. 1.*

ORATOR.

ORATORES appellantur advocati, *L. 33. §. 1. C. de Episcopis.*

ORATORIUM.

ORATORIUM ædificari, vel xenodochium si quis jusserit in testamento, heres ejus ab Episcopo, & Iudice etiam civili cogitur complere oratorium intra 5. annos, sed xenodochium intra annum, *Nov. 131. c. 10.*

ORATORIA & Capellæ non debent extrui sine consensu Episcopi, *c. 4. de privil. in 6.*

Qui extra Parochias habent Oratoria, quibusdam diebus ad Parochias redeant, ibi interfuturi solenniis, uti est Pascha, Nativitas Christi, Epiphania, Ascensio, Pentecoste, Nativitas S. Ioan. Bapt. & si qui dies maximi in festivitatibus habentur, *c. 35. dist. 1.*

Vnicuique fidelium in domo sua licet ORATORIUM habere, ibique orare; sed Missas ibi celebrare non licet, *c. 33. ead.*

In ORATORIIS privatis campanæ publicæ haberi non debent, *c. 10. X. de privilegiis.*

In ORATORIIS privatis, quæ intra domos sunt, non nisi cum consensu Episcopi ministrent Clerici & baptizent, alias deponantur, *c. 34. dist. 1. de consecr.*

ORDINARE.

Qui præter Canonum formam aliquem ORDINAT, annuæ suspensioni subjaceat, *c. 2. dist. 55.*

Qualiter ORDINARI debeant, qui ad ecclesiasticos gradus promoventur, à Papa incipiendo, *c. 1. dist. 23.*

Quid præmittere debeant ORDINANDI

DI ad Ecclesiasticos gradus, *c. 6. ead.*

Multi se ORDINARI faciunt non propter devotionem, sed propter supplendam pecuniam, *c. ult. dist. 77.*

ORDINATUS ab Episcopo sustinetur ab eo, *c. 2. X. de præbend.*

ORDINATUS ab hæretico, alias Catholico Episcopo, si alias dignus est, non est reordinandus, *c. 8. dist. 19.*

ORDINANS scienter indignum punitur, *c. 55. dist. 50.*

ORDINATUS remote, probet suam ordinationem Episcoporum sigillis, *c. 1. X. de Cler. peregrin.*

ORDINATUS à Papa, non est ob hoc à jurisdictione sui Prælati exemptus, ut eum revereri non debeat, *c. 7. X. de Majorit. & Obed.*

In una Ecclesia ORDINATUS, in alia non suscipiatur, *c. ult. dist. 72.*

Clerici ab Episcopo alterius Parochiæ ORDINATI, à proprio in suis ordinibus recipi possunt, *c. ult. q. 2. caus. 9.*

Episcopus potest ORDINARI Sabbatho magno post horam Baptismi, *c. ult. dist. 76.*

Qui Episcopum ORDINAVIT indignum, careat ordine, *c. 3. dist. 81.*

Qui Simoniace ORDINANTUR, & non sunt Simoniaci, ille, qui ignorant, se Simoniace *ordinari*, possunt permitti in ordine sic accepto permanere, *c. 22. X. de Simon.*

ORDINANTES & *ordinandi* debent esse jejuni, *c. 4. dist. 75.*

ORDINANDI debent prius diligenter examinari, *Dist. 24. per tot.* & *c. 8. & 9. dist. 77.*

Qui ORDINANDUM præsentat, & interrogatus ab ordinante, an eum sciat dignum esse? sine mendacio respondere potest, eum esse dignum, si non novit eum indignum, *c. 1. X. de scrutin. in ord. faciend.*

Episcopi ORDINANDOS in Sacerdotes diligenter sive per se, sive per idoneos instruant super divinis officiis & scitis Ecclesiasticis, ut ea rite valeant celebrare, *c. 14. X. de ætat. & qualit.*

ORDINANDI promissionem debent facere Episcopo, sub juratoria cautione, de obedientia & aliis honestis, *c. 6. dist. 23.*

Nemo invitus ORDINARI debet, *c. 1. 2. 7. & 8. dist. 74.*

Iterum ORDINENTUR, qui à Novatianis ad Ecclesiam redeunt, *c. 8. q. 7. caus. 1.*

Non ORDINETUR Clericus actu pœnitens, *c. 55. dist. 50.* & *c. 3. dist. 55.*

ORDINARI non debet quis in Presbyterum, nec Episcopum, nisi trigesimo anno completo, secus tamen, si necessitas aliud suadeat, *c. 6.* & *7. dist. 77.* & *78. per tot.*

Nemo pretio vel favore ORDINETUR, sed vitæ merito, *c. 120 q. 1. caus. 1.*

Non ORDINENTUR illiterati, & legis scientiam non habentes, *dist. 36. per tot.*

Indoctus, terrena lucra sectans, vitiosus ORDINARI non debent, *c. ult. dist. 48.*

Corpore vitiati, & qui semet abscindunt, non ORDINENTUR, *c. 1. dist. 36.*

Non sunt ORDINANDI, qui seditionibus vacant, *c. 8. dist. 46.*

ORDINANS puerum 13. annorum in Diaconum, suspenditur à collatione ordinum, & ordinato prohibetur executio usque ad legitimam ætatem; cui tamen *ordinans* providere compellitur, *c. 14. X. de tempor. Ordin.*

ORDINARI conjugatus non debet, nisi uxore requisita, & castitate præsente Episcopo promissa, *c. 6. dist. 77.*

ORDI-

ORDINANDVS debet recipere literas suæ ordinationis, *c. 9. q. 1. caus. 2.*

Pœnitentes, repudiatarum mariti, non ORDINENTVR in Sacerdotes, *c. 1. X. de bigamia.*

Spurii ORDINARI non debent, *c. 13. in f. X. qui fil. sint legit.*

Non ORDINETVR in Ministerium ecclesiasticum, cujus uxor, dum Laicus esset, commisit adulterium, *c. 11. & 12. dist. 34.*

Qui ante baptismum habuit unam, & post baptismum aliam, bigamus est, & ORDINARI non potest, *c. 2. dist. 26.*

ORDINARIO exequente sententiam Delegati, exequatur ipse Delegatus, *c. 7. X. de offic. Deleg.*

ORDINARIO major est Delegatus Papæ, quantum ad causam hanc, quæ sibi commissa est, *c. 11. §. preterea. X. de offic. Ordin.*

ORDINARIVS non potest restituere possessionem contumaci, contra quem facta est missio à Delegato Papæ, *ibid.*

ORDINARIVS tenetur exequi sententiam Delegati, *c. 9. X. de offic. Deleg.*

ORDINARIVS non tenetur obedire Delegato, nisi constet ei de commissione, *c. 31. eod.*

ORDINARIVS debet retractare iniquam sententiam Iudicis Delegati in causa matrimoniali, *c. 6. X. de offic. ordin.*

ORDINARIVS potest ex officio suo cogere partes, ut stent justo arbitrio, & pareant sententiæ Arbitrorum, *c. 2. in f. X. de Arbitr.*

ORDINARIVS potest excommunicare injuste absolutos à Delegato, *c. 5. X. de offic. Ordin.*

Ad ORDINARIVM Iudicem pertinet, primo exequi sententiam, *c. 7. X. de offic. Deleg.*

ORDINARIO non intendit præjudicare Papa per suum mandatum, *c. 12. §. quia. X. de offic. Ordin.*

ORDINATIO.

ORDINATIONEM debet præcedere jejunium, *c. 1. & 3. dist. 75.*

ORDINATIONES debent fieri gratis, *c. 1. & 39. X. de Simon. & c. 12. q. 1. caus. 1.*

ORDINATIO per pecuniam facta damnatur, tam in ordinante, quam ordinato, *c. 7. cum plur. seqq. q. 1. caus. 1.*

ORDO.

Non ORDO scripturæ, sed successionis est spectanda, *L. 2. §. 6. de vulgar.*

Qui indignus est inferiore ORDINE, indignior est superiore, *L. 4. de Senator.*

ORDO naturæ est, ut prius moriatur pater quam filius, cum ergo aliter contingit, turbatur *ordo*, *L. 15. pr. de inoffic. testam.*

ORDO servandus est in creatione tutelarum, scilicet quod tertia præferatur quartæ, *L. 6. pr. de excusation.*

ORDINIS perversio non nocet, *L. 28. de hered. instit.*

ORDO scripturæ inspicitur, nisi ubi constat de contraria mente scribentis, *L. 77. § 32. de legat. 2.*

ORDO exercendorum publicorum capitalium in usu esse desiit, durante tamen pœna legum, cum extra ordinem crimina probantur, *L. 8. de publicis judiciis.*

Solos Sacros ORDINES primitiva habuit Ecclesia, Diaconatum & Presbyteratum, *c. ult. dist. 60.*

ORDINVM nomina & officia explicantur in *c. 1. dist. 21. & c. 1. dist. 25.*

Quomodo quilibet ORDO conferatur, habetur *c. 7. cum seqq. dist. 23.*

Qui in Ecclesia Romana semel ORDINES acceperit, ab ea ulterius egredi non poterit, *c. 122. q. 1. caus. 1.*

Lapsi in suum ORDINEM reparari non debent, *c. 1. & sqq. dist. 28.*

Ministrans in ORDINE, quem non habet, abjicitur de Ecclesia, & nunquam ordinandus est, *c. 1. X. de Cler. non ordin.*

In Sacris ORDINIBUS constituti non ducant uxores, & si duxerint, separentur, *c. 8. dist.* 27.

ORDINEM Subdiaconatus à Papa suscipiens, non potest sine ejus licentia ab alio ulterius promovêri, *c. 122. q. 1. caus. 1.*

ORIGINALIS, *e.*

ORIGINALE instrumentum edi debet, quando est necesse, *Auth. Si quis C. de edendo.*

Nisi ORIGINALE instrumentum ostendatur, exemplari non creditur, *c. 1. X. de fide instrum.*

ORIGO.

ORIGINE rei sublata, & ejus imago tolli debet, *L. 1. pr. C. de latina libertate* &c.

ORIGINEM patris sequitur filius, & non matris, nisi ex alia causa civitati matris sit adstrictus, *L. 3. C. de municipibus* &c. *X.*

ORIGINE propria neminem posse voluntate sua eximi manifestum est, *L. 4. C. eod.*

In loco ORIGINIS & incolatus cogitur quis subire munera, *L. 1. C. eod.*

Sæpe fit longinquitate temporis, ut ne ORIGO quidem aut *originis* conditio pateat, *c. Longinquitate, q. 2. caus. 12.*

ORIUNDUS.

ORIUNDUS ex villa, vel vico sortitur originem ex illa civitate, cui villa, vel vicus ille subest, *L. 3. pr. C. de naturalibus liber.*

ORNAMENTUM.

ORNAMENTI appellatione signatorius annulus non continetur, *L. 74. de V. S.*

ORNAMENTA muliebria sunt, quibus mulier ornatur, veluti inaures, armillæ, viriolæ, annuli, præter signatorios, & omnia, quæ ad alium rem nullam parantur, nisi corporis ornandi causa, *L. 25. §. 10. de auro, argento*, &c.

ORNAMENTORUM nomine continentur margaritæ, & lapides pretiosi, conjuncti auro vel argento parato ad mulierem ornandam, etiam si sint apti ad removendum, vel sint soluti addicto auro, ut postea re componantur, *L. 25. §. 11. eod.*

ORNAMENTORUM nomine non continentur lapilli, & gemmæ, vel margaritæ rudes, nec auro vel argento conjuncti, nisi aliud appareat de voluntate, *ibid.*

ORNAMENTORUM nomine habentur illa, quibus mulieres venustatis & ornamenti causa cœperunt, licet quædam eorum ornamentorum alium quoque usum præbeant, sicut mitræ, & anadesmata, *L. 26. eod.*

ORNAMENTA sua legans non videtur legare ea, quæ habet ad vendendum parata, *L. 32. § 4. eod.*

ORNAMENTA, quæ itineris causa ducuntur, non veniunt in venditione jumenti, *L. 38. §. 11. de ædilitio edicto.*

ORNAMENTA, quæ ducuntur vendendi jumenti causa, veniunt vendito jumento, si in ipsa venditione ornamentum erat jumentum, *ib.*

ORNAMENTA Ecclesiæ Laicis oppignorari possunt, justissima necessitate urgente, *c. 1. X. de pignorib.*

ORNAMENTA Ecclesiæ non debent ex causa pignoris recipi, *Clem. c. ult. de decim.*

ORNATUS.

ORNATUS Ecclesiæ pro necessitate pauperum & captivorum est expendendus, *c. 70. q. 2. caus. 12.*

ORNA-

ORNATUS hominis duplex est, interior describitur in *pr. dist. 40.* exterior vero in *princ. dist. 41.*

ORNATUS exterior tolerabilior est in fœminis, quam viris, *c. 38. dist. 5. de consecr.*

ORNATUS Christianorum verus, non sunt splendidæ vestes, sed mores boni, *ibid.*

ORNATUS Clericorum sunt vestes religiosæ, quæ nec fulgidæ, nec sordidæ esse debent, in *princ. dist. 41.*

ORNATUS Episcopi maximus est humilitas, *c. 8. in f. dist. 100.*

ORNATUS Pontificis est manifesta veritatis cognitio, *c. 2. §. ecce, dist. 36.*

ORPHANOTROPHIUM.

ORPHANOTROPHIUM dicitur locus, in quo pueri orbati parentibus aluntur, *L. 19. C. de sacrosanctis Eccles.*

ORTHODOXUS.

ORTHODOXUS juvatur hæretici testimonio; non vero istud contra illum valet, *c. 26. q. 7. caus. 2.*

OSCULUM.

OSCULUM lascivum, libidinis est incitamentum, *c. 4. q. 1. caus. 27.*

OSCULUM non parit propinquitatem, quod nullam facit sanguinis commixtionem, *c. 18. q. 2. caus. 27.*

OSSUARIA.

OSSUARIA dicitur urna, in qua ossa reconduntur, *L. 2. de sepulchro violato.*

OSTENTUM.

OSTENTUM *Labeo* definit, omne contra naturam cujusque rei genitum, factumque, *L. 38. de V. S.*

OSTENTI duo sunt genera, *unum*, quotiens quid contra naturam nascitur, tribus manibus forte aut pedibus, aut qua alia parte corporis, quæ naturæ contraria est; *alterum*, cum quid prodigiosum videtur, quæ Græci φαντάσματα, i. e. visiones vocant, *ibid.*

OSTIARIUS.

Nomen & officium OSTIARII describitur *c. 1. dist. 21.* & *c. 1. §. ad ostiarium &c. dist. 25.*

OSTIARIUS non debet orario uti, *c. 28. dist. 23.*

OTHO.

Iuramentum OTHONIS Imperatoris factum Papæ Ioanni, *c. 33. dist. 63.*

OVILE.

OVILIA, dicuntur, ubi oves clauduntur, instrumento omni legato continentur, *L. 25. §. 2. de instructo vel instrum.* &c.

OVILIO.

OVILIONES, dicuntur, qui custodiunt oves, omni instrumento legato continentur, *L. 25. §. 2. de instructo vel instrum.*

OVIS.

OVIBUS legatis, agni non continentur, *L. 65. §. 7. de legat. 3.*

OVIBUS legatis, neque agnos, neque arietes contineri, quidam recte existimant, *L. 81. §. 4. eod.*

OVES Christi vocantur omnes Christiani, *c. 38. q. 4. caus. 23.*

OVES contra Pastorem, nisi in fide erraverit, insurgere non debent, *c. oves. q. 7. caus. 2.*

OVIS scabiosa, ne totum gregem inficiat, est repellenda, *c. resecanda &c. q. 3. caus. 24.*

P.

PACISCI.

PACISCI tacite potest mutus, *L. 4. §. 1. de pactis.*

PACISCI de furto jam facto licitum est, sed non de furto futuro, cum tali pacto homines ad furandum invitentur, *L. 7. §. 14. eod.*

Si PACISCAR, *ne pro judicati, vel incensarum aditum agatur*, hoc valet, *L. 7. §. 13. eod.*

Si quis PACISCATUR, *ne depositi agat*, secundum Pomponium valet, *L. 7. §. 15. eod.*

Si quis PACTUS sit, *ut ex causa depositi omne periculum praestet*, pactio haec valet, *ib.*

PACISCI licet unicuique super quibusque rebus, quae non ad publicam laesionem, sed ad rem familiarem, ac privatam respiciunt, *L. 7. §. 13. eod.*

Si quis PACISCATUR ante aditam hereditatem cum creditoribus, *ut minus solvatur*, hoc valet, *L. 7. §. 17. eod.*

PACISCI contra Edictum Aedilium omnimodo licet, sive in ipso negotio venditionis gerendo convenisset, sive postea, *L. 31. eod.*

Si tibi decem dem, & PACISCAR, *ut viginti mihi debeantur*, non nascitur obligatio ultra decem; re enim obligatio non potest contrahi, nisi quatenus datum sit, *L. 17. pr. eod.*

PACISCI possunt filius, vel servus, *ne à patre vel domino petatur*, & ex tali pacto acquirunt exceptionem patri, vel domino, sive pactum illud sit de eo, quod cum eis, vel de eo, quod cum patre, vel domino est contractum, *L. 17. §. 7. L. 18. & L. 19. pr. eod.*

PACISCI sibi potest filiusfamilias, *ne à se petatur*, proderit ei, & patri quoque, si de peculio conveniatur, *L. 19. §. 1. eod.*

PACISCI non licet de quota litis etiam minori dimidia, bene tamen potest pacisci de certa quantitate, *L. 53. eod.*

Si PACTUS sum, *ne Stichum, qui mihi debebatur, petam*, non intelligitur mora mihi fieri, mortuoque Sticho non tenetur reus, qui ante pactum moram non fecerat, *L. 54. eod.*

Nemo PACISCENDO efficere potest: *Ne sibi locum suum dedicare liceat*, aut; *Ne sibi in suo sepelire mortuum liceat*; aut, *Ne vicino invito, praedium alienet*, *L. 61. eod.*

PACISCI de dote reddenda, vel de culpa praestanda, & de similibus, dum tamen donationis animo non fiant, licitum est post nuptias, etiamsi nihil ante convenerit, *L. 1. pr. & §. 1. de pactis dotalibus.*

PACISCI maritus non potest, *ut dolum solummodo in dotem praestet*, videlicet propter utilitatem nubentium, *L. 6. eod.*

PACISCI maritus potest, *ne sit periculo ejus nomen debitoris, qui ei dotem promisit*, *ib.*

PACISCI potest, qua die reddi debet dos, dummodo mulieris conditio deterior non fiat, *L. 14. eod.*

PACISCI potest, *ut citeriore die* dos reddatur, sed ut *longiore die* reddatur, non potest, *L. 15. & 16. eod.*

Filius PACISCENDO, aut debitum accipiendo, nihil detrahit patris obligationi, *L. 23. C. de pactis.*

PACISCI de crimine adulterii non licet, *L. 11. C. ad L. Iul. de adulter.*

PACISCI non potest Procurator absque speciali mandato, nisi habeat liberam

beram administrationem causæ, *c. 4. de Procurat. in 6.*

PACISCENTES de certa parte Litis cum eo, cujus causam defendunt, repelluntur ab advocando, *c. 2.* §. *8. q. 7. caus. 3.*

PACTIO.

PACTIONIS fides est, quando quis promittit alicui fidem, si permiserit rem suam habere; Fides autem consensus est, quando, etsi manum non stringat, corde tamen & ore consentit ducere, & mutuo se suscipiunt, *c. 1. X. de sponſ. duorum.*

Qui PACTIONIS fidem fecit mulieri, non potest aliam ducere, ducens tamen aliam, punitur, manetque cum ea, quam duxit, *ibid.*

PACTIO conjugalis facit conjugium, non defloratio virginitatis, *c. 5. q. 2. caus. 27.*

PACTIO omnis illicita in spiritualibus cessare debet, *c. un. X. ut Eccl. benef.*

PACTIONE partium vetus pensio augeri non potest sine vitio Simoniæ, *c. 9. X. de transaction.*

PACTIO obscura, vel ambigua nocet venditori, & locatori, in quorum potestate fuit legem apertius conscribere, *L. 39. de pactis.*

PACTIO est duorum pluriumve in idem placitum consensus, *L. 1. §. 2. eod.*

PACTVM.

PACTVM à pactione dicitur; inde etiam pacis nomen appellatum est, *L. 1. §. 1. de pactis.*

PACTA, quæ contra leges constitutionesque, vel contra bonos mores fiunt, nullam vim habent, *L. 6. C. de pactis.*

PACTA novissima servari oportere, tam juris, quam ipsius rei æquitas postulat, *L. 12. C. eod.*

PACTA, quæ turpem causam continent, non sunt observanda, veluti si paciscar: ne furti agam, vel injuriarum si feceris, *L. 27. §. 4. eod.*

PACTVM dicitur, quod ex pace factum, *c. 11. de V. S.*

Seu PACTVM dicitur inter partes ex pace conveniens scriptura legibus & moribus comprobata, *ib.*

PACTVM arduum in scripta est redigendum propter formam pacti & temporis, *c. 3. q. 2. caus. 10.*

PACTO privatorum non tollitur jus publicum, *c. 12. X. de for. compet.*

PACTA contra bonos mores, vel leges, vel contra honestas consuetudines nullius sunt momenti, *c. 2. dist. 8.*

Pax servetur, PACTA custodiantur, *c. 1. X. de pactis.*

Lex tollens statuta, non tollit PACTA, nisi de pactis faceret mentionem, *c. 40. de elect. in 6.*

PACTVM non vergens in æternæ salutis dispendium, nec redundans in alterius detrimentum, servari debet, *c. 2. de pactis in 6.*

PACTVM est duorum consensus, atque conventio, *L. 3. pr. de pollicitat.*

PACTA servanda sunt, & nihil est tam congruum humanæ fidei, quam ea, quæ inter eos placuerint, servare, *L. 1. pr. de pactis.*

PACTA conventa, quæ neque dolo malo, neque adversus leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta Principum, neque quo fraus cui eorum fiat, facta erunt, servari debent, *L. 7. §. 7. eod.*

PACTORVM quædam in rem sunt, quædam in personam, *L. 7. §. 8. eod.*

PACTA in rem sunt, quotiens generaliter paciscor, *ne petam*, *ib.*

PACTA in personam dicuntur, quoties, ne à persona petam, i. e. *ne à Lucio Titio petam*, fiunt, *ib.*

Utrum autem PACTUM in rem, an in personam factum sit, non minus ex verbis, quam ex mente convenientium æstimandum est, *ib.*

PACTO plerumque persona inseritur, non ut *personale pactum* fiat, sed ut demonstretur, cum quo *pactum* factum est, *ibid.*

Quoties PACTUM à jure communi est remotum, servari hoc non oportet, *L. 17. §. 16. eod.*

PACTUM turpe vel impossibile non obligat, *c. ult. X. de pactis.*

PACTUM licitum & honestum, inviolabiliter debet servari, *c. ult. de pact. in 6.*

PACTUM invalidum, per consensum Superioris validatur, *c. 2. X. de pactis.*

PACTUM, quod ab initio non tenuit, per ratihabitionem, vel confirmationem Superioris tenet, *ib.*

PACTUM generale Societatis humanæ est: Regibus suis obtemperare, *c. 2. dist. 8.*

PACTUM generale, ne de crimine agatur, non valet, *c. 25. §. illud. X. de jurejur.*

PACTUM in præjudicium Ecclesiæ factum, ei non nocet, & quidquid perceptum est, ratione hujus, restituetur Ecclesiæ, *c. 8. X. de censib.*

PACTUM in alterius præjudicium factum, non nocet illi, *c. penult. X. de pactis.*

Non tenet PACTUM, quod Regulares vel Clerici seculares, dum domos locant, vel feuda concedunt, faciunt in præjudicium Parochialium Ecclesiarum, *c. 7. X. eod.*

Non valet PACTUM de succedendo post mortem Prælati in ipsius Ecclesia, *c. 5. X. eod.*

Qui per PACTUM augendæ pensionis consecutus est Ecclesiam, debet ea privari, & alias canonice puniri, *c. 6. X. eod.*

PACTA quantumcunque nuda, servanda sunt, *c. 1. X. eod.*

Non valet PACTUM, per quod beneficium ecclesiasticum debet pecunia resignari, *c. 4. X. eod.*

PACTA de aliquo eligendo cassare debent eligentes, quia sunt irrita, *c. 3. §. 4. de elect. in 6.*

PACTUM, ne quis conveniatur, ultra quam facere potest, valet, *L. 49. de pactis.*

PACTUM, ne quis servum commodatum, vel locatum furem, vel fugitivum faciat, valet, & intelligitur, ne ipse faciat, & ut curet, ne per alium fiat, *L. 50. eod.*

PACTUM temporale ipso jure non transit ad heredes, *L. 52. §. 3. eod.*

PACTUM de reddendis sumptibus litiganti, i. e. advocato, vel procuratori valet, *L. 53. eod.*

PACTO nobis acquiri potest per eosdem, per quos nobis potest per stipulationem acquiri, fallit in casibus, in quibus stipulatio sufficit, sed non pactum, *L. 59. eod.*

PACTUM de vendendo insulam porrigitur ad insulam postea renovatam, *L. 35. de pignorib.*

PACTUM de superfluo solvendo creditori supervacuum est, quia tacite inesse intelligitur, *L. 9. §. 1. de distract. pignor.*

PACTUM bona fide interpositum, & si scriptura non existat, dum tamen aliis probationibus rei gestæ veritas comprobari potest, valet, *L. 17. C. de pactis.*

PACTUM, quod res vendita non evincatur, alia res pro ea obligata debitori reddatur, est validum & servandum, *L. 2 C. de pactis pignor.*

PACTUM de nunquam dissolvenda societate

cietate non valet, quia frustra fit, *L. 14. pro socio.*

PACTVM personale ad alium non pertinet, quemadmodum nec ad heredem, *L. 25. §. 1. de pactis.*

PACTVM tutoris pupillo prodest, *L. 15. eod.*

PACTIS privatorum jus publicum mutari non potest, *L. 38. eod.*

PACTVM, ne experiar interdicto unde vi, quatenus publicam causam contingit, non valet, *L. 27. §. 4. eod.*

PACTVM remotum à re privata, & contrarium publicæ utilitati, non valet, *ibid.*

PACTA dolo inita non sunt servanda, *L. 7. §. 9. eod.*

PACTVM fraudulenter factum non est servandum, sicut & dolo factum, quia fraus dolo inest, *L. 7. §. 10. eod.*

PACTVM si sit factum dolo malo ab initio, sive post pactum aliquid dolo malo factum est, obstat exceptio doli, vel actio, vel replicatio, *L. 7. §. 11. eod.*

PACTVM, quod maritus conveniatur, ultra quam facere potest etiam juramento firmatum, tanquam contra bonos mores non valet, cum per illud tollatur jus reverentiale, *L. 14. §. 1. soluto matrimonio.*

PACTVM constante matrimonio factum, ne ob res amotas agatur, non valet, quia mulieres invitantur ad furandum, *L. 5. §. 1. de pactis dotal.*

PACTVM, *ne ob impensas necessarias ageretur*, non est servandum, quia tales impensæ dotem ipso jure minuunt, *L. 5. §. 2. eod.*

PACTVM inter virum & uxorem ante nuptias si fuit factum, *ut, quibus diebus dos data esset, iisdem, divortio facto, redderetur*, si uxor dedit dotem viro post quinquennium, quam nuptiæ factæ sunt, non valet tale pactum, quia non potest pacisci, ut longiori die reddatur dos, quam legibus est constitutum, sed ut breviori tempore, quam legibus est constitutum, reddatur dos, recte potest fieri, & valet tunc tale pactum, *L. 17. de pactis dotal.*

PACTVM initum inter aliquos de hereditate viventis non valet, neque tenet, *L. 30. C. de pactis.*

PACTA super hereditate viventis sunt odiosa, & plena tristissimi & periculosi eventus, *ibid.*

PACTA super viventis hereditate, quæ contra bonos mores inita sunt, repelli debent, nihilque observandum ex his pactionibus, *ibid.*

PACTVM, per quod de hereditate viventis certo modo disponitur, non valet, nisi ille consenserit, & in eadem voluntate usque ad mortem perseveraverit, quia tunc tollitur acerbissima illa spes, *ibid.*

PACTVM commissorium in feudum reprobatum, *I. F. 27. C. si quis.*

PACTO fœminæ in feudo novo succedunt, *II. F. 11.*

PACTO succedit in feudo maritus, *I. F. 15.*

PACTVM, ne juramentum feudale præstetur, *II. F. 3. §. 1.*

PAEDAGIVM.

vid.

PEDAGIVM.

PAGANVS.

PAGANVS testato & intestato decedere non potest, *L. 7. de R. I.*

Cum PAGANO comedere licet, non cum excommunicato, *c. 24. q. 3. caus. 11.*

Qui PAGANIS prædicant, possunt cibis ab eis appositis vesci, *c. 10 in pr. X. de Iudæis.*

PAGANI ad officia publica non admittantur, *c. 16. §. f. X. eod.*

PAGANI dicuntur illi, qui non sunt

sunt milites, *pr Inst. de militar. testam.*

PAGANORUM iniquitates puniunt Præsides, *L. 9. §. 1. C. de paganis.*

Qui post sanctum baptismum in errore PAGANORUM manent, ultimo supplicio puniuntur, *L. 10. pr. C. eod.*

PALAM.

PALAM est, coram pluribus, *L. 33. de V. S.*

Cum PALAM est, quod injuste Dominus bellum faciat, *II. F. 28. pr.*

PALAM quæstum facere dicitur non solum illa, quæ in lupanario se prostituit, verum etiam si qua, ut assolet, in taberna cauponia, vel qua alia pudori suo non parcit, *L. 43. pr. de R. N.*

PALAM autem sic accipimus, *passim*, h. e. sine delectu, non si qua adulteris, vel stupratoribus se committit, sed quæ vicem prostitutæ sustinet, *L. 43. §. 1. eod.*

Qui rogatus est PALAM restituere, non intelligitur fraudem legi fecisse, *L. 3. pr. de jure fisci.*

PALATIA.

PALATIA inclyta ab omni privatorum usu, & communi habitatione excipiuntur, *L. un. C. de palatiis* &c.

PALATIUM (placitum legit *Hotomannus*) i. e. forum judiciale, *II. F. 27. §. 5.*

Ad PALATIUM venire contempserint, *II F. 22.*

PALATIUM comitis, *II. F. 27. §. 5.*

Ad PALATIUM ne arma ferat, *II. F. 56.*

PALATINUS.

PALATINIS hæc cura debet esse præcipua, ut periculo proprio Notariis destinatis, super negligentia Judicum conquerantur, ne eorum impunita sit desidia, *L. un. C. de officio comitis sacrarum largition.*

PALATINI obsecundant cum Comitibus largitionum, qui nullum habent commercium cum provincialibus, *L. 10. C. de officio Rectoris provinciæ.*

PALATINI pro capitibus seu jugis suis tantum pensitationem atque obsequia recognoscent, extraordinariis, & sordidis muneribus, & susceptionibus, & temonariis oneribus liberati, *L. 1. C. de Palatinis &c. XII.*

PALATINUS unus debet mitti singulis annis ad agendum principatum domorum Cappadociæ, *L. 3. C. eod.*

PALATINI nihil habent commune cum aliis Judicibus provinciarum, sed excepta reverentia, quæ eis debetur non solum à Judicibus minoribus, sed etiam à majoribus, *L. 4. C. eod.*

PALLIUM.

PALLIUM Archi Episcopis dandum accipitur de corpore Sancti Petri, & repræsentat specialem dignitatem & honorem, *c. 2. c. 8. in f. dist. 100.*

PALLIUM intra tres menses peti debet, *c. 1. ead.*

PALLIUM significat, quod quis assumptus sit ad plenitudinem ecclesiasticæ dignitatis ac potestatis, *c. 4. X. de autorit. & usu pallii.*

Absque PALLIO Archi Episcopus non potest convocare Concilium, ordinare Clericos, & Episcopos consecrare, *c. 28. §. super &c X. de elect.*

PALLIUM est personale quiddam, quod extinguitur cum persona, *c. ult. dist. 100.*

Cum PALLIO Archi-Episcopus sepelitur, *c. 2. X. de autorit. & usu pall.*

Cum usu PALLII aliqua privilegia debent concedi, *c. 9. & 10. dist. 100.*

PALLIUM gratis debet dari, *c. 3. ead.*

PALLIUM postulanti debet dari exigentibus causarum meritis, *c. 2. ead.*

PAL-

PALLIVM suum Archi-Episcopus alteri Archi-Episcopo commodare non potest, *c. 2. X. de autorit. & usu pall.*

PALLIVM possunt conferre quatuor principales Patriarchæ, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus, suffraganeis suis, *c. 23. X de privilegiis.*

PALMARIVM.

PALMARIVM est præmium, quod victoriæ causa datur, *L. 1. §. 12. de extraordinar. cognition.*

PALVS.

PALI & perticæ in numerum materiæ redigendi sunt, & ideo lignorum appellatione non continentur, *L. 168. de V. S.* & *L. 56. de legat. 3.*

PAPA,

PAPA est Princeps Sacerdotum, & Summus Sacerdos, ejusque summa potestas, *c. 1. §. Pontifex. dist. 21.*

PAPA vocatur etiam Pontifex, quasi vam faciens cæteris, *Maximus, ibid.*

PAPA caput est totius corporis Ecclesiæ, *c. 10. & 11. dist. 96.*

PAPA in spiritualibus supremus est, in temporalibus Imperator, *c. 6. X. de Maj. & Obed.*

PAPA spiritualis animæ Parens, *c. 7. dist. 95.*

PAPA est Iudex ordinarius singulorum, *c. 23. X. de privileg.*

PAPA obtinet plenitudinem potestatis, *c 14. X. de pœnit. & remiss.*

PAPA duos habet gladios, spiritualem & temporalem, *Extrav. comm. c. 1. §. in hæc. de Maj. & Obed.*

PAPA omnia jura in scrinio pectoris habere censetur, *c. 1. de constitut. in 6.*

PAPA est Christi in terris Vicarius, *Clem. c. un. in pr. de jurejur.* & *c. 2. in pr. X. de Translat. Episcop.*

PAPA est successor S. Petri *c. 4. in pr. X. eod.*

PAPAE soli reservatur translatio, & depositio Episcoporum *c. 2. in pr. X de Translat. Episcop.*

PAPA ab Ecclesiæ jure, documentorum intercedentium autoritate firmato non discedit, *c. 21. q. 2. caus. 25.*

PAPA nonnunquam aliter definiendo, vel agendo, se Canonum Dominum probat, *c. 16. §. non nunquam. q. 1. caus. 25.*

Constitutio PAPAE generalis est, & omnes ligat, *c. ult. X. de Constit.*

Nemini est permissum, de eo, quod PAPA statuit, judicare, vel ejus sententiam retractare, *c. 30. q. 4. caus. 17.*

Qui contra mandatum PAPAE faciunt, puniendi sunt, *c. 10. X. de celebr. Missar.*

PAPA non potest Successoribus legem imponere, nec potestatem limitare, *c. 20. §. quamvis. X. de elect.*

PAPA potest Antecessorum statuta emendare in melius, *c. ult. X. de rescript. in 6.*

PAPA in sententiis servat ordinem juris, *c. 19. X. de sentent. & re jud.*

PAPA sua confirmatione sententiam, quam ipse non tenet, efficit validam, *c. 10. q. 6. caus. 3.*

Solus PAPA definitivam sententiam mutare potest, *c. 12. X. de sent. & re judic.*

PAPA sententiam legitime latam revocare non potest, *c. 4. X. de restit. spoliat.*

PAPAE sententia propter subreptionem revocatur, *c. 12. X. de sent. & re judic.*

PAPA de hereditate judicat, ratione fidei, *c. 5 X. de Iudæis & Sarac.*

PAPA sic viduis est defensor, ut aliis injustitiam facere non debeat, *c. 11. X. de foro compet.*

PAPAE autoritate interveniente compositio amicabilis fieri potest inter Ecclesiam & Laicos, *c. penult. X. de confirm. util.*

PAPA ex certa scientia transactionem vel

vel compositionem confirmans, valet, etsi alias non valeret, *c. 1. X. de transact.*

PAPA debet cognoscere causam Natalium, *c. 3. X. de ordin. cognit.*

PAPA potest legitimare illegitimos, *c. 13. in pr. X. qui fil. sint legit.*

PAPA potest infamiam irrogare, *c. 11. X. de haret.*

PAPA nemini loquitur in plurali, cujuscunque dignitatis sit, *c. 6. X. de crimine falsi.*

PAPA non scribit sine causæ cognitione, & si scribit, literæ censentur subreptitiæ, & ad eum remitti debent, *c. 2. X. de rescript.*

Aliorum scripturæ, Decretis PAPAE non sunt præponendæ, *c. 1. dist. 20.*

PAPA potest jubere congregari militem contra Saracenos, *c. 7. q. 8. caus. 23.*

Vltor sui gregis PAPA debet esse, & præcipuus adjutor, *c. 8. ead.*

Contra Longobardos, precibus *Hadriani* PAPAE, Carolus bellum suscepit, *c. 10. ead.*

PAPA non debet alienare bona Ecclesiæ, *c. 20. q. 2. caus. 12.*

PAPA libere potest renunciare Papatui, *c. 1. de renunc. in 6.*

Enumerantur PAPAE, qui fuerunt filii Presbyterorum, *c. 2. dist. 56.*

A Seculari Potestate PAPA prorsus nec solvi, nec ligari valet, *c. 7. dist. 96.*

PAPAE ita debetur obedientia, ut nulli, cui Papa propter suos actus inimicus est, communicare debeamus, *c. 1.* & *2. dist. 93.*

PAPAE electionem sibi Deus reservavit, *c. ult. dist. 79.*

PAPA eligatur de gremio ipsius Ecclesiæ, si reperitur idoneus, vel, si non reperitur, ex alia assumatur, salvo honore debito & reverentia Imperatoris, *c. 1. dist. 23.*

In PAPAM unus è Cardinalibus eligendus est, *c. 3. dist. 79.*

PAPA præsentibus Legatis Imperatoris ordinetur, *c. 9. dist. 63.*

PAPA superstite & inconsulto, de electione futuri Papæ nemo audeat loqui, & tractare, *c. 2. dist. 79.*

Anathema sit, qui electioni PAPAE contradicere præsumpserit, *c. 6. dist. 79.*

Si duo PAPAE, temeritate concertantium ordinati fuerint, nullus ex his penitus futurus est Papa; sed is, quem ex numero Clericorum, nova electione divinum judicium, & universitatis consensus elegerit, *c. 8. ead.*

Si quis in PAPAM per pecuniam vel aliter illegitime electus est, non est *Papa*, sed alius à Cardinalibus eligatur intra urbem; si autem non possunt intra, tunc eligant commodum locum extra urbem, *c. 9. ead.*

Si in electione PAPAE fuerit diversitas Suffragiorum, vincat sententia plurimorum, *c. 10. ead.*

Electio PAPAE, etiam cum deliberatione Prædecessoris fieri debet, *c. 9.* & *10. ead.*

Ad electionem PAPAE concurrunt Cardinales & reliquus Clerus ac populus, *c. 1. dist. 23.*

Ab electione PAPAE nullus Cardinalium debet repelli prætextu excommunicationis, interdicti, aut suspensionis, *Clem. 2. §. caeterum. X. de elect.*

PAPAE electio elapsis decem diebus fieri debet, *c. 3. §. hoc sacro, de elect. in 6.*

PAPA aut clarus eligitur, aut ex promotione clarus efficitur, *c. 1. dist. 40.*

PAPINIANVS.

PAPINIANVS fuit Præfectus prætorio, *L. 40. de rebus creditis* &c.

PAPINIANVM virum prudentissimum appellat Imperator Iustinianus, *L. 14. C. de prædiis & aliis reb. minor.*

PAPINIANVS fuit varius quandoque, &

& in contrarias sententias declinavit, *l. 22. §. 3. C. de furtis.*

PAPINIANVS summi ingenii vir appellatur ab Imperatore, *L. 14. C. de sententiis & interloc.*

PAR.

PARIA sunt nullo modo comparere, & post tempus lege constitutum, *L. 13. §. 1. de excus.*

PAR verbum potest poni *substantive*, & *adjective*; Substantive, ut lego poculorum duo *paria*, h. e. quatuor; sed quando *adjective*, veluti lego pocula *paria* duo, tunc censetur quis legare duo pocula, quæ sint æqualia, *L. 30. pr. de legat. 3.*

PAR in *parem* vel majorem vel in seipsum non habet imperium, *L. 13. §. 4. ad SC. Trebellian.*

PAR in parem imperium non habet, *c. 20. §. quamvis. X. de elect.*

PARABOLANVS.

PARABOLANIS neque ad quodlibet publicum spectaculum, neque ad curiæ locum, neque ad judicium accedendi licentia permittitur, *L. 17. C. de Episcopis* &c.

PARADISVS.

Vir extra PARADISVM, mulier intra facta est, & tamen hæc inferior, ille dignior; Non ergo locus gratiam comparat, *c. 9.* & *10 dist. 40.*

PARAPHERNA.

PARAPHERNA græce, Galli appellant peculium, *L. 9. §. 3. de jure dotium.*

PARAPHERNA dicitur illud, quod fœminis præter dotem datur, cum mariti domum deducuntur, *ibid.*

PARAPHERNA dicuntur illa bona, quæ præter dotem uxor secum duxit, *L. 8. C. de pactis conventis* &c.

Vsuras PARAPHERNORVM maritus potest in suam & uxoris utilitatem convertere, sortem vero tenetur uxori servare, *L. 11. C. eod.*

Pro restituendis PARAPHERNIS bona mariti tacite uxori obligantur, *ibid.*

Maritus in PARAPHERNIS sibi commissis eandem diligentiam, quam in rebus suis præstare debet, *ibid.*

PARATVS, *a, m.*

PARATA uxoris causa dicuntur illa, quæ promiscui usus sunt, dum tamen vir tradens illa uxori sit solitus ab ea quasi usum mutuari, *L. 49. §. 2. de legat. 3.*

PARATVM uxoris causa in his, quibus quis promiscue utitur, dicitur illud, quod ad ejus usum annuum est necessarium, *L. 58. eod*

PARATA uxoris causa si quis legaverit ei, non censentur legatæ res æstimatæ, quarum pretium erat in dotem, nisi in ejus usum data essent, *L. 78. §. 6. eod.*

PARATVM alicujus causa non videtur, quod causa commodandi habetur, *L. 28. de auro, argento*, &c.

PARCERE.

PARCENDVM est simplicitati, *c. 34. X. de appell.*

PARCENS vitiis nutriendis, misericors non est, *c. 38. q. 5. caus. 23.*

2) PARENTELA.

Qualiter gradus PARENTELAE computentur, *c. 4. q. 5. caus. 35.*

1) PARENS.

PARENTIS appellatione, non tantum pater, sed etiam avus, & proavus, & deinceps omnes superiores continentur; sed & mater, & avia, & proavia, *L. 51. de V. S.*

Natura docet, PARENTES pios, *qui liberorum procreandorum animo & voto uxores ducunt*, filiorum appellatione omnes, qui ex nobis descendunt, continere, *L. 220. §. 3. eod.*

PARENTES si simul acquirant feudum, quomodo illis succedant liberi, *II. F. 104. §. 2.*

PARENTIS communis illius agnationis feudum, *II. F. 11.*

PARENTES, maxime fideles, honorandi sunt, ex hoc ipso etiam, quod fideles sunt, *c. 1. dist. 30.*

PARENTIBVS magis succurrendum est tempore necessitatis, quam aliis, *c. 20. dist. 86.*

PARENTES debent filios alere, licet ex injusto matrimonio nati sint, *c. 5. X. de eo, qui duxit in matrim. c. 14. dist. 30.*

PARENTVM verbis filiationem negantium statur, nisi indiciis & testibus probetur contrarium, *c. 3. X. qui filii sint legit.*

PARENTES non odio habent filios, quos castigant, *c. 1. 2. & 51, q. 4. caus. 23.*

PARENTES non possunt spoliare liberos hereditate, dum Monachi facti sunt, etsi ante notam ingratitudinis contraxerint, *c. ult. q. 3. caus. 19.*

PARENTES monendi sunt, ne tam tenellos infantes secum in lecto collocent ob periculum suffocationis, *c. 20. q. 5. caus. 2.*

PARENTVM opprobriis non debet dedecorari natus ex meretrice, si propria decoratur virtute, *c. 4. dist. 56.*

Ex PARENTIBVS malis ut plurimum nascitur mala proles, *c. 10. dist. 56.*

PARENTVM culpa neminem condemnat, sed propria. *c. 5. 7. & 9. ead.*

Pro peccatis PARENTVM, filii spirituali pœna non sunt plectendi, *c. 10. q. 4. caus. 1.*

Quæ peccata etiam post nativitatem filiorum à PARENTIBVS committuntur, non imputantur filiis, *ib.*

Peccata PARENTVM dicuntur redire in filios ideo, quia eorum culpam sequuntur, *c. ult. dist. 4. de pœnit.*

PARENTIBVS non succedunt incestuosi, cum non appellentur filii, *c. un. q. 7. caus. 35.*

PARENTES pueris puellas & puellis pueros in cunabulis date non possunt, nisi uterque ad annos discretionis perveniens consentiat, *c. un. q. 2. caus. 30.*

PARENTES non possunt desponsatam puellam alii viro tradere, *c. 27. q. 2. caus. 27.*

Non licet PARENTIBVS Sponsalia filiorum frangere, si eorum consensu facta sunt, *c. un. §. Ecce. q. 3. caus. 31.*

PARENTES ad matrimonium vel contrahendum vel dirimendum esse possunt testes, *c. 3. X. qui matrim. accus. poss.*

PARENTES possunt revocare filios suos, si ante legitimam ætatem intrent Religionem, *c. 2. q. 2. caus. 20.*

PARENTES si coëgerint liberos ad suscipiendum Religionis habitum, eum, nisi consentiant, deserere possunt, *c. 8. q. 1. ead.*

PARENS præteritus à filio emancipato milite non habet bonorum possessionem contra tabulas, *L. 1. §. 4. si à parente quis manum.*

PARENS præteritus si accepit pecuniam, ut emanciparet filium, vel postea filius in eum, quantum satis est, contulit, ne judicia ejus inquietaret, exceptione doli repellitur, *L. 1. §. 3. eod.*

PARENTES usque ad tritavum apud Romanos proprio vocabulo nominantur, ulteriores, qui non habent speciale nomen, majores appellantur, *L. 10. §. 7. de gradibus.*

PARENTES & liberi invicem adversus se nec volentes ad testimonium admittendi sunt, *L. 6. C. de testibus.*

PARENTES naturales in jus vocare nemo potest, una est enim omnibus paren-

parentibus servanda reverentia, *L. 6. de in jus voc.*

Patris adoptivi PARENTES impune quis in jus vocare potest, *L. 7. eod.*

PARENTES, & liberi utriusque sexus, & cæteri agnati, vel cognati secundum pietatis rationem, & animi sui patientiam, prout quisque voluerit, lugendi sunt, qui vero eos non eluxerit, non est infamis, quia talis luctus voluntatis, & non necessitatis est, *L. 23. de his, qui not. infam.*

PARENTIBUS non est consentiendum injuriam adversus liberos suos testamento inducere, unde si non juste exheredentur, vel prætereantur, competit eis inofficiosi querela, *L. 3. & 4. de inoffic. testam.*

PARENTES novercalibus delinimentis instigationibusve corrupti; plerumque non juste exheredant, vel prætereunt filios, *L. 4. eod.*

In PARENTES etiam militibus pietatis ratio constare debet, quare, si filius miles in patrem aliqua commisit, pro modo delicti puniendus est, *L. 1. pr. de obsequiis* &c.

PARENTES non possunt liberos alienare quoquo titulo, etiam pignoris, *L. 1. C. de patribus, qui filio* &c.

PARENTIBUS legitimis tutoribus impuberum defunctis, liberi masculi sunt fiduciarii tutores, non sic filii patroni, qui durant legitimi, *§. 1. de fiduciaria tutela.*

PARENTIBUS & patronis ac liberis eorum debetur honor, & ideo sine venia non sunt in jus vocandi, alias vocantes in jus eos puniuntur in quinquaginta aureis, *§. 3. de pœna temere litigant.*

PARERE.

PARERE quod non possit major 50. annorum, præsumitur à jure, & si contra fiat, est miraculum, *L. 21. pr. de A. E. V.*

PEPERISSE eam falsum est, cui mortuæ filius extractus est, *L. 132. §. 1. de V. S.*

PARIENS etiam tergeminos videtur ter enixa, *L. 137. eod.*

PARES.

PARES quinam, *I. F. 26. pr.*

PARES curiæ, *II. F. 32.*

PARES curiæ sunt Iudices inter investitum de novo & agnatos, *II. F. 46.*

PARES curiæ, si velint, judicare possunt inter noviter investitum & defuncti agnatos, *ib.*

PARES curiæ interesse debent investituræ, *II. F. 58. c. 1.*

PARES curiæ etiamsi absfuerint, ad investituram expectandi sunt, *II. F. 33. pr.*

PARES curiæ judicent inter Valvasores, *II. F. 34. pr.*

PARES curiæ Mediol. judicant de feudo non Regali, *ib.*

PARES sunt Iudices inter Valvasores majores & minores, *I. F. 18. §. si contentio.*

PARES cognoscunt de causa ad Dominum spectante, *II. F. 46.*

PARIUM officium est, ut investiri faciant, *II. F. 20.*

PARIBUS non extantibus de investitura Dominus jurat, *I. F. 23.*

Pro PARI non eligitur, qui non juravit, *II. F. 16.*

PARIES.

PARIES est, sive murus, sive maceria est, *L. 157. pr. de V. S.*

PARIETEM, qui naturali ratione communis est, alterutri vicinorum demoliendi eum, & reficiendi jus non est, quia non solus dominus est, *L. 8. de S. P. V.*

Ad PARIETEM communem non licet habere tubulos admotos, i. e. canales fictiles variis usibus accommodatos, per quos ignis transit ad superiora, vel in balneum immittitur, *L. 13. pr. eod.*

PARIETEM communem incrustare licitum est, *L. 13. §. 1. eod.*

In PARIETE communi fistulas, per quas aqua ducatur, non licet alicui habere, *L. 19. pr. eod.*

Ad communem PARIETEM scalas possum habere, quia hæ possunt removeri, *L. 19. §. 2. eod.*

Iuxta PARIETEM communem cameram ex figlino opere factam, si ita retineatur, ut etiam sublato pariete maneat, si modo non impediat refectionem communis parietis, jure haberi licet, *L. 19. §. 1. eod.*

Secundum PARIETEM communem vicinus balneum habere potest, *L. 19. pr. eod.*

PARIES, qui est inter duas domos, si ita ventrem faciat, ut in unam illarum domum semipedem aut amplius inclinet, per negatoriam actionem tollere cogi potest alterius domus dominus, *L. 17. pr. si servit. vind.*

Iuxta PARIETEM alicujus si vicinus in loco publico sterquilinium fecerit, per interdictum ne quid in loco publico, ut factum destruatur, cogi potest, *L. 17. §. 2. eod.*

Qui idoneum PARIETEM sustulit, damni injuria domino ejus tenetur, *L. 45. §. 5. ad L. Aquil.*

PARIES communis inter duas domos dicitur communis pro diviso, *L. 4. de servitute leg ata.*

In PARIETIS communis demolitione ea quæri oportet, satis aptus fuerit oneribus ferendis, an non fuerit aptus, *L. 35 de damno infecto.*

PARIETEM communem si unus ex sociis reædificat, vel erigit altius, vel ipse onerat, tenetur socio cavere de damno infecto nomine eorum ædificiorum, quæ socius habet propria, ut quia in eis timet damnum sibi futurum ex operis vitio, *L. 39. pr. eod.*

Quoties communis PARIETIS vitio quid accidit, socius socio nihil præstare debet, cum communi rei vitio contigerit, *L. 40. §. 1. eod.*

PAROCHIA.

Vnaquæque PAROCHIA Episcopi provisione regatur, *c. 4. q. 1. caus. 10.*

PAROCHIAE non dividantur sine consensu Episcopi, *c. 10. X. de præbend.*

Fines PAROCHIARVM, de quibus constat, & finibus illis cohærentia præscribi non possunt, *c. 4. X. de Paroch.*

PAROCHIALIS, e.

PAROCHIALIS Ecclesia nemini conferatur, qui non sit idoneus scientia, moribus, & ætate, & si conferatur non attingenti 25. annum, non valet collatio, *c. 14. de elect. in 6.*

Nec PAROCHIALEM Ecclesiam, in legitima ætate & Sacerdotio non constitutus, ultra 6. menses commendet, *c. 15. eod. in 6.*

PAROCHIALIS Ecclesia nulli debet conferri, qui Personatum vel Dignitatem habet cum Cura, alioquin non tenet collatio ipso facto, *ibid.*

PAROCHIALIS Ecclesia debet aliquid habere de bono Parochiani alibi sepulti, *c. 2. & 4. X. de sepultur.*

PAROCHIANVS.

PAROCHIANVS seu Diœcesanus si domicilium transfert, primus Prælatus in eo jura Episcopalia seu Diœcesana sibi non vindicet; Decimæ tamen prædiales parœciæ Episcopo debentur, nisi alteri debeantur ex consuetudine, *c. ult. X. de Paroch.*

PAROCHVS.

PAROCHVS debet habere, non obstante consuetudine Episcopi, vel Patroni, de reditibus Ecclesiæ sufficientem portionem, *c. 30. X. de præbend.*

PAROCHVS ordinatus residere personaliter tenetur, *c. licet. §. is etiam. de elect. in 6.*

PA-

PAROCHVS, quidquid de ecclesiastici juris possessione destruxerit, irritum est, tam respectu ementis, quam vendentis, *c. 36. q. 2. caus. 12.*

PARRICIDA.

PARRICIDA est, qui occidit patrem, vel alium de parentibus suis ex linea ascendente vel descendente, *L. 3. C. de episcop. audien.*

PARRICIDAE pœna est, quod insutus culeo, cum cane, & gallo gallinaceo, & vipera, & simia, & inter eas ferales angustias comprehensus, secundum quod regionis qualitas tulerit, in vicinum mare, vel flumen debet projici, *§. 6. de publicis judic.*

PARRICIDIVM.

PARRICIDIVM crimen publicum est, §. *6. de publicis judic.*

PARRICIDIVM crimen asperrimum est, *ibid.*

PARRICIDII accusatio semper & in perpetuum fieri permittitur, *L. 10. de L. Pompeja de parricidiis.*

PARRICIDIVM dicitur committere non solum, qui aliquem ex parentibus occidit, sed etiam alios affinitate conjunctos, de quibus in *L. 1. 2.* & *3. eod.*

In PARRICIDII crimine conscius, ut parricida punitur, *L. 6. eod.*

PARRICIDII postulatus, si interim decesserit, si quidem sibi mortem conscivit, successorem fiscum habere debebit, sin minus, eum, quem voluit, si modo testamentum fecit, si intestatus decessit, eos heredes habebit, qui lege vocantur, *L. 8. eod.*

PARS.

Servius non ineleganter PARTIS appellatione rem pro indiviso significari, ait *L. 25. §. 1. de V. S.*

Ea, quæ in PARTES dividi non possunt, solida à singulis heredibus debentur, *L. 192. pr. de R. I.*

Pro PARTE etiam accipitur feudum, *II. F. 58. c. 2.*

Qui PARTEM feudi habet, fidelitatem facere debet, *II. F. 55.*

PARTEM feudi qui habuit, præsumptionem habet pro feudo paterno, *J. F. 12.*

PARTIS feudi possessor etiam alterius possessor intelligitur, *I. F. 4. §. 2.*

PARS feudi quando ad Dominum revertitur, *I. F. 5. §. 1.*

PARTE feudi privatur, qui in Dominum partis delinquit, *II. F. 38.*

PARTE alienata, pars amittitur, *ibid.*

PARS feudi alienata Domino aperitur, *I. F. 18. c. [illegible]aliquis.*

Pro PARTE feudi si conjuges investiti, *II. F. 85.*

PARS feudi conjugis deficientis Domino acquiritur, *ibid.*

PARS feudi olim alienari poterat, *II. F. 9. pr. II. F. 44.*

PARTEM feudi dimidiam alienare potest Vasallus, *I. F. 13.*

PARTEM feudi Dominus directus rustico alienare potest, *II. F. 34.* §. *1.*

Pro PARTE restituendum, quod de communi pro feudo expensum, *II. F. 12.*

PARTE rei venditæ evicta videtur tota res evinci, *L. 1. de eviction.*

PARTIS appellatione continetur totum, *L. 41. §. 8. de vulgari & pupill.*

Proprie PARS hereditatis in una re non intelligitur, *L. 14. si quis omissa causa t. stam.*

PARS fundi dicitur fundus, si de mente testatoris id appareat, *L. 34. §. 15. de legat. 1.*

PARTIS nomen simpliciter prolatum in dispositione testatoris intelligitur de dimidia, *L. 83. eod.*

PARS continetur in toto, *L. 113. de R. I.*

In

In toto PARTEM contineri, non est dubium, *c. 80. de R. I. in 6.*

PARTE non retinetur totum, *c. 18. X. de præscript.*

PARTEM totius multo magis facere potest, qui potest facere totum, *c. 28. §. item cum totum. X. de offic. Deleg.*

Turpis est omnis PARS, suo universo non congruens, *c. 2. pr. dist. 8.*

PARTES.

Inter PARTES, parti majori standum est, *c. 7. X. de temp. Ordin.*

PARTES potest Iudex compellere, ut Arbitros eligant, qui de causa suspicionis cognoscant, *c. 41. X. de appell.*

PARTES ambæ possunt à sententia appellare, *c. 18. X. de testament.*

PARTIBUS debet Iudex providere locum securum, *c. penult. X. de probat.*

Cum PARTIUM jura sunt obscura, pro possessore judicandum est, *c. 6. inf. X. de fide instrum.*

Per confessionem PARTIUM constat de litis contestatione, licet non reperiatur in actis, ex quo *Partes* confitentur, *c. ult. X. de probat.*

PARTIUM consensu potest aliis delegare quis vices suas, si injungitur alicui, ut negotium personaliter exequatur, *c. ult. X. de offic. Deleg.*

PARTES juramentum calumniæ facientes potest judex in causa criminali compellere, ut personaliter coram se compareant, *c. 1. de judic. in 6.*

PARTIBUS non præjudicat, nec causæ nocet impedimentum Iudicis, *c. 50. X. de appell.*

PARTUS.

PARTUM non esse partem rei furtivæ *Scævola* libro XI. quæst. scribit, *L. 26. de V. S.*

PARTUS septimo mense natus, perfectus nascitur, *L. 12. de statu hominum.*

PARTUS, qui membrorum humanorum officia ampliavit, inter liberos connumeratur, ut quia sex digitos habuit in manu, vel etiam minuit, ut quatuor, *L. 14. eod.*

Nunc statim post PARTUM Ecclesiam ingredi non prohibetur puerpera in *prin. dist. 5.*

PARTUS portentosus prodest parentibus, nec non monstrosus, & debilis, id enim, quod fataliter accessit, matri damnum injungere non debet, *L. 135. de V. S.*

PARTUS non est pars rei venditæ, *L. 42. de eviction.*

PARTUM post litem contestatam editum restituere possessor debet, quem non deberet restituere, si cum mater peteretur, jam natus fuisset, nisi specialiter & pro hoc egisset, *L 10. de usuris.*

PARTUM provocans necare videtur, & tenetur L. Cornelia de sicariis, *L. 8. ad L. Cornel. de sicariis.*

PARTUS antequam editur, mulieris portio est, vel viscerum, *L. 1. §. 1. de inspiciendo ventre.*

PARTUS sequitur matrem, *L. 84. §. 10. de legat. 1.*

PARTUS nondum editus, homo non recte esse dicitur, *L. 9. §. 1. ad L. Falcid.*

PARTUS causa favorabilior est, quam pueri nati, quia partui favetur in hoc, ut in lucem producatur, puero vero, ut in familia inducatur, *L. 1. §. 15. de ventre in possess.*

PARTUS nascitur non solum parenti, cujus esse dicitur, sed etiam reipubl. *ib.*

PARTUS suppositi accusatio nulla temporis præscriptione depellitur, nec interest, decesserit nec ne, ea, quæ partum subdidisse contenditur, *L. 19. §. 1. de L. Cornel. de falsis.*

De PARTU supposito soli accusant parentes, aut hi, ad quos ea res pertineat

tineat, non quilibet ex populo, ut publicam accusationem intendat, *L. 30. §. 1. eod.*

Super PARTUS suppositi causa torqueri possunt servi hereditarii, *L. 17. §. 2. de quaestionibus.*

PARTUS tempus inspicitur, non conceptionis, ubi de statu liberorum est dubitatio, nisi in casibus, in quibus conceptionem magis approbari liberorum conditionis utilitas expostulat, *L. 11. C. de naturalibus liberis.*

PARTUS ancillae subtractae apud furem editi, priusquam à domino possideantur, usucapi nequeunt, *L. 12. C. de furtis.*

PARTUS natus ex muliere majore quinquagenaria dicitur mirabilis, & raro contingit, *L. 12. C. de legitim. hered.*

PARTUS natus ex muliere etiam quinquagenaria est legitimus, & ideo ad successionem admittitur, *ibid.*

PARTUS mulieris dicitur periculosus, *L. 12. §. 1. C. qui potiores* &c.

PARTUS pignoratitiae ancillae in pari causa est, qua mater, *L. 1. C. de partu pignoris.*

PARTUS ancillae ad fructuarium non pertinet, *§. 5. de usucapion.*

PARTUS ancillae furtivae editus penes bonae fidei possessorem non potest usucapi, si fur in ejus potestate fuerit, alias potest usucapi, si ante nativitatem scientiam rei alienae non habuit, *L. 4. §. 16. eod.*

PARTUS conceptus, & editus apud furem, vel apud furis heredem potest usucapi ab extraneo, cum partus non sit rei furtivae pars, *L. 10. §. 2. eod.*

PARTUM ancillae furtivae apud se conceptum & editum quilibet bonae fidei possessor cum titulo potest usucapere, *L. 33. pr. eod.*

PARTUM ancillae furtivae ab alio, quam à servo subtractae, & per servum domino traditae, ob pactionem libertatis potest dominus usucapere quasi emptor, qui nullo tempore scivit alienam, *L. 9. pro emptore.*

PARTUM ancillae à servo manumisso subtractae domino, & sibi traditae ob suam libertatem potest dominus usucapere, *L. 10. eod.*

PARTUS conceptus & editus apud bonae fidei possessorem non est furtivus, & usucapi potest, *L. 48. §. 5 de furtis.*

PARTUS ex ancilla praegnante surrepta vel conceptus apud furem dicitur furtivus, sive sit editus apud furem, sive apud bonae fidei possessorem, non tamen datur furti actio, cum nascitur apud bonae fidei possessorem, *ibid.*

PARTUS ancillae post moram libertatis praestandae dicitur ingenuus & liber, secus vero ante moram, *L. 13. de fideicommiss. libert.*

PARTUS ancillae domino invito, vel ignorante expositus repeti potest, ad expensas tamen factas in alendo tenetur, nisi sint factae à fure, *L. 1. C. de infant. expos.*

PARTUS ancillae si domino volente expositus sit, perdit dominium, quia suum dicere non potest, quod ut non periret, contempsit, *L. 2. C. eod.*

PASCERE.

PASCERE animalia sua in pratis publicis dimittere militibus non debet magister militum, alias punitur una cum ejus officialibus in 12. lib. auri, debent tamen provinciales providere, in quo loco animalia militum sine damno provincialium depascantur, *L. 2. C. de pascuis publicis.*

PASCHA

In toto Orbe, uno die & tempore PASCHA celebrandum est, *c. 25. & 26. dist. 3. de consecr.*

PASCHA non nisi die dominico celebretur, *c. 21. ead.*

A 14. Luna primi mensis, usque ad 21. diem ejusdem mensis PASCHA celebretur, *c. 21. & 22. ead.*

In PASCHATIS tempore fiat baptismus, *ibid.*

PASCHALIS, *e.*

PASCHALIBUS diebus nullus debet esse incarceratus, nisi pro crimine enormi, vel crimine assueto, *L. 3. C. de Episcop. aud.*

PASTUS.

PASTUM alienum prati faciens depasci animalibus suis, tenetur domino prati utili L. Aquil. actione, *L. 6. C. de L. Aquilia.*

PATER.

Ob PATRIS servitium & amorem filiæ Dominus dare potest feudum, *I. F. 24.*

PATER filio non succedit in feudo, nisi pacto, *II. F. 84.*

PATRIS investituram filius servare tenetur, *II. F. 58. c. 2.*

PATRIS hereditatem recusare & feudum retinere non licet, sed tamen agnatus potest separare, *II. F. 45.*

PATRIS feudo ob feloniam à se vivo illo commissam privatur, *II. F. 51. c. 1.*

PATER deducat filium ad satisfaciendum Domino, *II. F. 15.*

PATER feudo privatur, si filium, qui Dominum offendit, non separet, *II. F. 55.*

De PATRIS, avi aut ascendentis facto quomodo juret Dominus, *II. F. 33. §. 1.*

PATRIS nomine avus quoque demonstratur, *L. 201. de V. S.*

Indecorum est PATREM à filio regi, *L. 12. §. 1. de tutor. & curat. dat.*

PATER non est legitimus curator filii emancipati, *L. 8. §. 7. de excusat.*

Voluntas PATRIS alimenta filiis suis decernentis non semper servatur, *L. 2. §. 3. ubi pupill. educ.*

Si PATER statuit alimenta liberis, quos heredes scripserit, ea præstando, tutor reputare poterit, *L. 2. §. 3. ubi pupill. educ.*

PATREM redimere filius naturaliter tenetur, *Nov. 115. c. 3. §. 8.*

PATRIS appellatione, in lata significatione veniunt omnes ascendentes, *c. 2. X. de V. S.*

PATER more scripturæ etiam pro *Proavo* accipitur, *ib.*

Licet PATER sit ex adulterino coitu, si modo uxor hoc ignoraverit, filii de legitimo matrimonio sunt legitimi, *c. 14. X. qui filii sunt legitim.*

PATER filios alere debet sub anathemate, *c. 14. dist. 30.*

PATER filios alere tenetur, etsi ex illegitimo thoro genuerit, *c. 5. X. de eo, qui dux.*

PATER filium privare non potest quarta legitima, vel etiam in ea gravere, *c. 16. X. de testam.*

PATER filium carnalem non semper osculari, sed quandoque castigare debet, *c. 3. q. 5. caus. 5.*

PATRIS, non matris familiam sequitur filius, *c. ult. X. de convers. infidel.*

PATER, vel mater si scienter vel ignoranter filium suum de sacro fonte susceperint, conjugium non dissolvitur, *c. 2. X. de cognat. spiritual.*

Ex facto PATRIS tenetur filius, *c. 17. X. de usur.*

PATRIS crimen nullam filio maculam infligit, *c. 6. q. 4. caus. 1.*

PATRIS donationem non potest filius revocare, *c. 6. X. de donat.*

PATRI obligata pignora potest petere heres, *c. 6. X. de pignor.*

PATRIS ignorantia non excusat filium, *c. 10. X. qui filii sint legitimi.*

Pro

Pro PATRIS delicto, in causa hæreseos, filius punitur, *c. 15. in pr. de hæretic. in 6.*

PATER pro filio conveniri non potest, neque tenetur, *c. ult. X. de delictis puerorum.*

PATER pœna pecuniaria puniri non debet pro delicto filii minoris 14. annis, *ibid.*

PATRUM præmia pro liberis suscipiendis continentur in lege *Papia*, &c. *Poppaa, c. 6. dist. 2.*

In causa PATRIS filius non potest esse testis, nec familiaris, nec de suis aliquis, *c. 3. de hæreticis in 6.*

PATER si filii sponsam oppresserit, simul cum ea sine spe conjugii maneat, filius tamen *patris* factum ignorans, aliam accipiat, *c. 32. q. 2. caus. 27.*

PATER & filius possunt ducere matrem & filiam, *c. 5. X. de consang. & affinit.*

PATER, qui ventris nomine filiam, quam in potestate habebat, calumniæ causa in possessionem mitti passus est, infamis est, *L. 19. de his, L. 12. §. 1. de tutor. & curat. datis.*

PATER, qui filium suum debilitavit propter timorem belli indicti hostibus, vel ab hostibus, ut sic inhabilis militiæ esset, debet deportari, *L. 4. §. 12. de re militari.*

PATER subtrahens filium à militia belli tempore puniri debet exilio, & parte bonorum mulctari, sed si in pace subtraxerit, fustibus cæditur, filius autem requisitus, vel à patre postea exhibitus, in deteriorem militiam dari debet, *L. 4. §. 11. eod.*

PATER filium in adoptionem dare potest, *L. 11. C. de adoption.*

PATER si filium suum in adoptionem dare voluerit, scriptura interveniente hoc Iudici debet insinuare præsente filio, qui debet adoptare, & præsente adoptante, *ibid.*

PATER si neget quem esse filium, & idcirco alere se non debere contendat, vel filius negat parentem, summarie Iudex debet de eo cognoscere, & si constiterit, filium, vel parentem esse, tunc ali jubebit, secus si non constiterit, *L. 5. §. 8. de liber. agnosc.*

PATER usufructuarius tenetur alere mancipia hereditaria filiifamilias, *L. 8. §. 4. C. de bonis, quæ liberis* &c.

PATRIBUS jus vitæ in liberos, necisque potestas olim erat permissa, *L. 10. C. de patria potestate.*

PATER scienter vendens filium suum tanquam servum ignoranti, tenetur de evictione, *L. 39. §. 3. de evict.*

PATER habet furti actionem, si filiusfamilias subreptus fuerit, *L. 14. §. 13. de furtis.*

PATER furti agere non potest cum filiofam., *L. 16 eod.*

PATER ab hostibus captus, reversus jure postliminii recuperat filium in potestate, *L. 8. de captivis.*

PATER, qui dat in adoptionem filium militem, peculium ei auferre non potest, quod semel jure militiæ filius tenuit, qua ratione nec emancipando filium, peculium ei aufert, quod nec in familia retento potest auferre, *L. 12. de castrensi pecul.*

PATER filium filiamve sanguinolentos propter nimiam paupertatem egestatemque victus causa poterit vendere, sed postea pretio oblato, vel alio æque bono mancipio præstito, in pristinam libertatem potest repeti, *L. 2. C. de patribus, qui filios suos distrax.*

Si PATER, *filium dare non oporte* juraverit, datur patri & filio exce-

ptio jurisjurandi, *L. 26. §. 1. de jurejurando.*

Si PATER juraverit, *in peculio nihil esse*, filius conveniri poterit, sed & pater ita convenietur, ut post acquisiti peculii ratio habeatur, *ib.*

Si PATER filio peculium ademisset, nihilominus creditores cum filio agere possunt, *L. 45. de peculio.*

PATER non tenetur de peculio ex deposito facto apud filiumfam. qui non habebat peculium, nec deposita pecunia dicitur peculii, cum sit & maneat deponentis, & ideo ipse deponens debet agere ad exhibendum, & rei venditione, *L. 38. pr. eod.*

PATER ex contractibus filii tenetur de peculio accessorie ad similitudinem fidejussoris, *L. 49. pr. de V. O.*

PATER, qui rem peculii castrensis solvit, perinde habetur, ac si alienam solvisset, quamvis possit residere apud eum, cui soluta est, mortuo scilicet prius intestato filio, *L. 96. §. 3. de solution.*

PATER hodie solum habet usumfructum in rebus maternis filio in potestate constituto delatis, proprietate apud filium remanente, *L. 1. C. de bonis maternis.*

PATER invitus non emancipat filios, neque filii inviti possunt emancipari, *L. 11. de his, qui sui* &c.

PATER habens duos filios, & ex altero nepotem, potest adoptare nepotem quasi ex altero filio natum, si eum emancipaverit, & sic adoptaverit quasi ex altero natum, *L. 15. §. 1. de adopt.*

PATER habet jura patronatus in filium emancipatum, *L. 1. §. 6. si à parente quis manum.*

Si PATREM suum filius emancipatus testamento praeterierit, sive heredem instituerit, fideicommissa non cogitur pater praestare ex sua parte, quae ei debetur, etiamsi adierit hereditatem, *L. 3. eod.*

PATER si tempore emancipationis filii imposuit operas ei, frustra stipulabitur eas de filio, quia pietatem, non operas debet filius, *L. 4. eod.*

PATER regulariter non cogitur emancipare filium, nisi quando eum male contra pietatem afficit, & praeteritus tunc à filio non habet bonorum possessionem contra tabulas, *L. 5. eod.*

PATER invitus non potest cogi emancipare filium, nisi receperit aliquid pro emancipando eo, *L. 107. de V. S.*

PATER emancipans filium aequiparatur patrono, *§. un. Inst. de legitima parent. tutela.*

PATER emancipans filium poterat olim retinere tertiam partem adventitiorum, hodie autem solum potest retinere dimidiam usufructus adventitiorum, *§. 2. per quas personas cuique acq.*

PATER potest agere querela nomine filii contra testamentum matris, etiam si ipse pater agnoverit legatum sibi relictum in eo testamento, *L. 22. pr. de inoffic. testam.*

PATER, qui nomine pupilli egit querela, etiam si succubuerit, non perdit legatum, quod sibi relictum est, *L. 22. §. 1. eod.*

PATER in solidum tenetur de mala administratione tutelae, in qua filiusfam. tutor fuit creatus, si ipse pater eam tutelam agnovit, alias tenetur tantum de peculio, *L. 7. de tutelis.*

PATER tutelam, ad quam filiusfamil. fuit creatus tutor, dicitur agnoscere, quando gerit, vel gerenti filio con-

consentit, vel quando omnino tutelam attigit, *ibid*.

PATER si consenserit filio, qui ut testamentarius administrat tutelam, non obligatur, nisi de peculio, & de in rem verso, *L. 21. de administ. tutor.*

PATRIS nomine superstitis filius, nec munerum civilium, nec debiti causa, personali potest conveniri actione, *L. 4. C. ne filius pro patre* &c.

PATER non tenetur propter officium filiifam., qui invito patre creatus est Decurio, *L. 3. C. eod.*

PATER dissentiens Decurionatui filiifam. non tenetur ad Decurionatum, nisi de peculio, *L. 1. C. de filiisfam. & quemad. X.*

PATER appellans nomine proprio à nominatione facta de filio videtur consentire Decurionatui, *L. 2. eod.*

Si PATER stipulatus sit dotem sibi dari, si filia in matrimonio decesserit, si constante matrimonio capitali crimine damnatus sit pater, divortio secuto, vel morte mariti soluto matrimonio, conditio stipulatoris deficit, sed si mulier in matrimonio decesserit, ex stipulatu fisco quæritur dotis actio, *L. 26. §. 5. de pactis dotal.*

PATER si dotem dedit, & pactus est, ut filia mortua in matrimonio dos apud virum maneat, pactum servandum est, etiamsi liberi non interveniant, *L. 12. pr. eod.*

PATRI datur jus occidendi adulterum cum filia, quam in potestate habet, *L. 20. ad L. Iul. de adulter.*

PATER in accusatione stupri filiæ viduæ non præfertur extraneis, qui etiam admittuntur ad eam accusationem, *L. 22. §. 1. eod.*

PATER potest occidere magistratum adulterum inventum, cum filia sit ignobilis, aut matrimonium contra legem, aut pater vel maritus sit turpis persona, *L. 24. §. 3. eod.*

PATER non potest accusare de adulterio filiam sine periculo calumniæ, *L. 30. eod.*

PATER an filiam adulteram prius occiderit, an non, nihil interest, dummodo utrumque occidat, *L. 32. pr. eod.*

Si quis & PATREM, & avum habuerit Senatorem, & quasi filius, & quasi nepos Senatoris intelligitur, *L. 7. §. 2. de Senator.*

PATRIS macula non nocet filio, quominus ipse filius uti possit privilegio &, dignitate ex persona avi, *ib.*

PATRIS factum non nocet filiæ, postquam fuerit sui juris, & sic emancipata fuerit, *L. 2. §. 1. soluto matrimonio.*

Ex PATRIS delicto filius non punitur, *L. 26. de pœnis.*

Si PATER filio suo militi, quem habet in potestate, testamento commilitonis filii aliquid adscripserit, quem commilitonem in militia novit, quia patri non acquiritur, extra pœnam est, *L. 11. pr. de L. Corn. de fals.*

PATRE damnato ex delicto, quo publicantur ejus bona, tamen filio ex ejus bonis salva remanet legitima portio, & si damnatus *pater* plures filios habeat, non publicantur bona, sed eis conceduntur omnia, *L. 7. pr.* & *§. 3. de bonis damnatorum.*

PATERFAMILIAS.

PATERFAMILIAS liber peculium non potest habere, quemadmodum nec servus bona, *L. 182. de V. S.*

PATERFAMILIAS appellatur, qui in domo dominium habet, *L. 195. §. 2. eod.*

PATERFAMILIAS recte hoc nomine appellatur, quamvis filium non habeat,

beat, non enim solam personam ejus, sed & jus demonstramus, *ib.*

PATERFAMILIAS cum moritur, quotquot capita ei subjecta fuerunt, singulas familias incipiunt habere, singuli enim patrumfamiliarum nomen subeunt, *ibid.*

PATERFAMILIAS etiam dicitur, qui emancipatus est, nam & hic sui juris effectus propriam familiam habet, *ib.*

PATRESFAMILIAS sunt, qui sunt suæ potestatis, sive puberes, sive impuberes, *L. 4. de his, qui sui* &c.

Obligari potest PATERFAMILIAS, suæ potestatis, pubes, compos mentis, *L. 43. de O. & A.*

PATERNITAS.

PATERNITATIS vinculum jura magnopere tuentur, ut etiam patrem improbum & scelestum à filio debere ali statuant; *Licet enim legum contemptor, & impius sit, tamen pater est, Nov. 12. c. 2.*

PATERNUS, *a, m.*

PATERNUM affectum nullus affectus vincit, *L. 7. pr. C. de curatore furiosi.*

PATERNUM officium est, dotem vel ante nuptias donationem pro sua dare progenie, *L. 7. C. de dotis promissione* &c.

PATERNUM feudum retinet imperfectus, *II. F. 36.*

In PATERNO feudo frater fratri succedit, *I. F. 14. §. 2.*

De PATERNO feudo pactum cum fratre, *II. F. 26. c. 5. §. f.*

In PATERNO feudo collaterales succedunt, *I. F. 1. §. 2. I. F. 8. §. 1.*

PATERNUM feudum sine hereditate agnatus retinet, *II. F. 45.*

PATERNUM feudum quomodo probetur, *I. F. 4. §. 2.*

PATERNUM feudum afferens quando non probet, *II. F. 75.*

PATERNUM esse feudum si agnatus contendat, Dominus probabit novum esse, *II. F. 11.*

PATERNUM feudum afferenti, qui partem possedit, dabitur jusjurandum, *I. F. 12.*

PATERNUM feudum esse, agnatus conrta maritum filiæ Vasalli contendens, *II. F. 15.*

PATERNOS libertos recte videmur dicere nostros libertos, liberorum libertos non recte nostros libertos dicimus, *L. 58. de V. S.*

PATERNI testimonii autoritas magna est, quando pater testamento dicit filium suum esse prodigum, & ei curatorem dare, quem Iudex debet omnino confirmare, *L. 16. §. 1. de curator. furioso* &c.

PATI.

Si PATIATUR quis fieri id, quod potest prohibere, ipse facere videtur, *L. 13. §. 1. de his, qui notant.*

PATIENTI, scienti, & volenti, non fit injuria, si non lædatur jus alterius, *c. 36. X. de sent. excomm.*

PATIENTIA.

PATIENTIA præjudicat in servitutibus constituendis, *L. 6. §. 1. si servitus vindicetur.*

PATIENTIA non potest præjudicare ei, qui prohibere non potest, alias secus. *L. 63. de re judicata.*

PATIENTIA est, suas & sociorum injurias æquanimiter tolerare, in *princ. q. 1. caus. 23.*

PATIENTIA laudabilior est, quam vindicta, *c. 1. & 2. ead.*

Præcepta PATIENTIAE semper in cordis præparatione sunt retinenda, *c. 1. ead.*

PATIENTIA in adversitate, in secreto servanda est in animo; in manifesto exhibenda sunt persecutorum saluti expedientia, *c. 2. ead.*

PATIENTIA multa tolerantur, quia non

non denunciantur, vel accusantur, quæ si in judicium deducerentur, secundum justitiam puniuntur, *c. 18. X. de præbend.*

PATIENTIAE perfecta signa sunt, reddere bona pro malis, non reddere mala pro bonis, *c. 1. q. 3. caus. 23.*

PATRIA.

PATRIA sua unicuique est suavissima, *L. 101. pr. de legat. 3.*

Iustitiæ plenus est, qui PATRIAM tuetur à barbaris, *c. 5. q. 3. caus. 23.*

Communis PATRIA est Roma, *L. 6. §. 11. de excusat.*

PATRIA *potestas.*

In PATRIA potestate sunt liberi nostri, quos ex justis nuptiis procreavimus, *pr. Inst. de patria potest.ate.*

Ius PATRIAE potestatis, quod in liberos habemus, proprium est civium Romanorum, nulli enim alii sunt homines, qui talem in liberos habeant potestatem, qualem nos habemus, *§. 2. eod.*

In potestate PATRIA non sunt, nati ex filia, *§. 3. eod.*

PATRIA potestas variis modis solvitur, *pr.* & *§. 1. sqq. quib. mod. patr. potest. solv.*

In PATRIA potestate non sunt, qui ex illicito coitu sunt nati, *§. 12. de N.*

PATRIA potestas in pietate, non atrocitate debet consistere, *L. 5. de L. Pompeja de parricid.*

PATRIAM potestatem habent liberti in filios suos, *L. 8. C. de patria potest.*

PATRIA potestas durat etiam post furorem patris, *L. 52. pr. de acquir. hered.*

PATRIAM potestatem solvit dignitas episcopalis, sicut etiam consularis, & Præfectura sacrorum prætoriorum, & urbicaria, & Magisterium militare, & omnis dignitas valens liberare à curia, liberat à patria potestate, *Auth. Sed episcopalis &c. C. de Episcopis* &c.

PATRIA potestas solvitur, si alimenta Pater filio denegavit, vel filium languidum exposuit, *c. un. X. de infantib. & languid.*

PATRIA potestas solvitur per adeptam dignitatem episcopalem, *c. 13. X. qui filii sint legit.*

In PATRIA potestate hæretici filios suos non habent, hinc emancipatio ab illis facta, nihil operatur, *c. 2. §. fin. de haret. in 6.*

Eo ipso, quod quis Episcopus fiat, PATRIA potestate eximitur, *c. 13. X. qui filii sint legit.*

PATRIA potestas constituitur non solum in naturalibus liberis, sed & in adoptivis, *L. 5. de his, qui sunt sui* &c.

PATRIARCHA.

PATRIARCHA est Princeps, vel summus Patrum, *c. 1. §. ordo dist. 21.*

PATRIARCHA post Papam primus in dignitate & autoritate, *c. 1. dist. 80.*

PATRIARCHAE post Papam principales sunt quatuor; *primus* Constantinopolitanus, *secundus* Alexandrinus, *tertius* Antiochenus, *quartus* Hierosolymitanus, *c. ult. dist. 22.*

Reali definitione PATRIARCHAE seu Primates illi dicuntur, qui primas sedes in Ecclesia tenent, *c. 4. dist. 99.*

Primas & PATRIARCHA diversorum sunt nominum, sed ejusdem officii, in *princ. dist. 99.*

PATRIARCHAE seu Primates in præcipuis urbibus ac locis constitui debent, in quibus olim, etiam ante adventum Christi, Archiflamines poni solebant, non vero in modicis urbibus, *c. 1.* & *4. dist. 80.*

Ad PATRIARCHAS Episcoporum negotia

gotia (salva in omnibus Apostolica autoritate) & majores causæ, post Apostolicam sedem, sunt referendæ, d. *c.* 1. *ead.*

PATRIARCHIS Archi-Episcopi subsunt, in *princ. dist.* 99.

Suffraganei tenentur PATRIARCHAE præstare juramentum obedientiæ & reverentiæ, *c.* 23. *X. de privil.*

PATRICIATVS.

PATRICIATVS dignitas est summa, & maxima, liberat à patria potestate; *§. 4. quib. mod. patr. potest.*

Ad PATRICIATVS honorem nemo potest ascendere, nisi prius consulatus honore afficiatur, aut Præfecturæ Prætorio, vel Illyrici, vel urbis administrationem, aut Magistri militum, in actu videlicet positus, gessisse noscatur, *L. 3. C. de Consulibus &c. XII*

PATRIMONIVM.

PATRIMONII sui facultatem, & vires unusquisque præsumitur scire, *L. 15. C. de rescind. vend.*

In PATRIMONIO nostro dicuntur esse illa, de quibus habemus actionem & exceptionem, *L. 5. de V. S.*

Quædam res vel in PATRIMONIO nostro, vel extra *patrimonium* nostrum sunt, in *pr. Inst. de R. D.*

PATRINVS.

PATRINVS debet esse unus, vel una tantum, tam in baptismo, quam confirmatione; Si tamen plures tenuerint, vel levaverint, omnes contrahunt cognationem, *c. ult. de cognat. spiritual. in 6.*

PATRINI si suscipiant aliquem, vel aliquam ex sacro baptismate, eorum animæ mediante eo copulatæ sunt, hinc nuptias cum his contrahere non possunt, *L. 26. C. de nuptiis.*

PATROCINIVM.

PATROCINIVM dans in malo malis, socius est criminis, *c. 49 X. de sent. excomm.*

PATROCINIVM justum vendere potest Advocatus, *c. 71. q. 3. caus. 11.*

PATROCINIVM Advocati, qui hæreticis favet, nullatenus admittitur, *c. 13. X. de hæret.*

Advocatus denegans PATROCINIVM parti, sine justa excusatione, careat foro, nec restituatur, *c. 2. §. 13. q. 7. caus. 3.*

PATROCINIVM Viduis & Orphanis non debent negare Episcopi in necessitate, *c. 1. & 2. dist. 87.*

Pro PATROCINIIS impensis Clericus munera non exigat, *c. un. q. 2. caus. 15.*

PATRONA.

PATRONAE liberi non summoventur ab operarum petitione, *L. 7. §. 1. de operis libertorum.*

PATRONAE liberi etiam vulgo quæsiti accipere possunt materni liberti bonorum possessionem, patroni autem non nisi jure quæsiti, *L. 18. de bonis libertor.*

PATRONATVS.

PATRONATVS jura sunt, quod turpis actio etiam de facto non proponatur contra patronum, neque turpis exceptio, item quod debeatur reverentia, sive in faciendo, sive in non faciendo, etiam sine impositione, & quod debeantur alimenta, & quod possit revocari in servitutem, & quod habeat jus succedendi liberto contra tabulas, *L. 3. pr. & §. 10. C. de bonis libertorum.*

PATRONATVS jura quandoque amittuntur non in pœnam patroni, ut propter præmium liberti, propter natalium restitutionem, propter deportationem liberti, vel patroni, d. *L. 3. §. 1. seqq. C. eod.*

PA-

PATRONATUS

Ius.

Ius PATRONATUS acquiritur possessione Ecclesiæ, *c. 4. q. 2. caus. 18.*

Emens PATRONATUS jus, eo privari debet, *c. 6. & 23. X. de jure patronatus.*

PATRONATUS jus transit cum obligatione fundi, nisi specialiter excipiatur, *c. 18. X. de sent. & re judic.*

Iuris PATRONATUS quæstio intra tres menses terminari debet, *c. 22. X. de jure patronatus.*

Ius PATRONATUS potest habere Laicus, *c. un. de jure patron. in 6.*

PATRONATUS jus libere potest dari consanguineo, *c. 14. X. de jure patronat.*

PATRONATUS jus vendi per se non potest, nisi cum universitate seu bonis, *c. 16. X. eod.*

Ius PATRONATUS consistens in aliqua universitate Temporalium, transit cum ipsa universitate, etiamsi universitas tantum transeat quoad dominium utile, nisi jus *patronatus* sit specifice exceptum, *c. 7. X. eod.*

Ius PATRONATUS in plures heredes unius ex pluribus Patronis transit per stirpem, *Clem. c. ult. de jure patron.*

Laicus potest jus PATRONATUS donare eidem, vel alteri Ecclesiæ, sine consensu Episcopi, *c. un. de jure patron. in 6.*

Ius PATRONATUS potest Patronus dare Religiosis absque Episcopi consensu, *ibid.*

Ius PATRONATUS propria autoritate alienari non potest, *c. 23. X. de jure patron.*

Cum Ius PATRONATUS Ecclesiæ venit ad Exemptos, in nullo per hoc lædi debet jus Episcopale, *c. 13. X. eod.*

Si lis super jure PATRONATUS intra 6. menses Vacationis non fuerit composita, Episcopus debet providere non expectata præsentatione, *c. 22. X. eod.*

PATRONUS.

PATRONI appellatione & patrona continetur, *L. 52. de V. S.*

PATRONI dicuntur, qui ex servitute manumiserunt, vel qui collusiones detexerunt, vel qui egerunt præjudiciali actione contra aliquem, & pronunciatur eorum libertus, *L. 8. §. 1. de in jus vocando.*

Si PATRONUS libertam suam uxorem duxerit, non compelletur jurare de rerum amotarum judicio; sed & si ipse deferat jusjurandum libertæ suæ, de calumnia non debet jurare, *L. 16. de jurejurando.*

PATRONO honestius est libertam concubinam, quam matremfamilias habere, *L. 1. pr. de concubinis.*

Si PATRONUS libertam concubinam habens furere cœperit, in concubinatu eam esse humanius dicitur, *L. 2. eod.*

PATRONUS, qui contra Legem Æliam Sentiam libertum ad jusjurandum adegit, nihil juris habet, & liberi ejus, *L. 15. de jure patronatus.*

PATRONUS, qui capitis libertum accusavit, excluditur à bonorum possessione contra tabulas, *L. 10. eod.*

PATRONORUM querelas adversus libertos Præsides audire, & non translatitie exequi debent, cum, si ingratus libertus sit, non impune ferre eum oporteat, *L. 1. eod.*

PATRONUM jusjurandum non facit, *L. 14. eod.*

Ad PATRONOS liberosque eorum ex lege duodecim tabularum libertorum & libertarum tutela pertinet, *§. un. de legitima patronorum tutela.*

PATRONUS, qui perpetuam viduitatem non injunxit libertæ, non videtur

tur fecisse contra Legem Æliam Sentiam, secus si perpetuam, *L. 31. qui & à quibus manumiss.* &c.

PATRONVS non prohibetur per Legem Æliam Sentiam à libertis mercedem accipere, sed eos invitos obligare prohibetur, nisi propter inopiam patroni, *L. 32. §. 1. eod.*

PATRONO conceditur pro libertate liberti litigare, si eo ignorante libertus se venire passus est, *L. 4. de liberali causa.*

PATRONVS licet sit damnatus crimine perduellionis, vel alia causa, nihilominus tamen liberi ejus retinent jura liberorum, *L. 4. de jure patronatus.*

Si PATRONVS jurejurando adegerit libertum, ne duceret uxorem, vel libertam, ne nuberet, remittitur ei jusjurandum, si modo velint ipsi nuptias contrahere, *L. 6. §. 3. eod.*

PATRONI filius damnatus de crimine capitali amittit jura patronatus, nisi fuerit restitutus, *L. 9. §. 1. eod.*

PATRONVS, vel libertus deportatus, vel in metallum damnatus, si fuerit in integrum restitutus, recipit jus amissi patronatus, & bonorum possessionis contra tabulas, *L. 21. pr. eod.*

PATRONVS unus ex duobus si adegit jusjurandum communi liberto, ne contraheret nuptias, perdit jus patronatus, & accrescit alteri sua pars, qui solus habebit bonorum possessionem partis debitæ utrique, *L. 24. de bonis libertorum.*

PATRONVS, liberto per obreptionem arrogato, jus suum non amittit, *L. 49. eod.*

PATRONVS unus ex duobus si decedat, filio relicto, & alter nepote relicto, tutelam liberti solus filius habebit, sicut & hereditatem, *L. 3. §. 7. de legitimis tutorib.*

PATRONI si fuerint plures, omnibus defertur liberti tutela, & aliquo deficiente, remanet apud reliquos, & omnibus deficientibus, vadit ad liberos eorum, & si unus reliquit filium, alter nepotem, ad filium vadit per eundem modum, per quem defertur, *L. 3. §. 6. & 7. eod.*

PATRONI mortui filius si sit remotus, vel excusatus à tutela liberti, nepos ex alio patrono non admittitur ad tutelam, sed alius datur à Iudice in ejus locum, *L. 3. §. 8. eod.*

PATRONI mortui filius si sit mortuus, vel capite diminutus etiam minima capitis diminutione, nepos ex alio patrono admittitur ad tutelam, *L. 3. §. 9. eod.*

PATRONVS etiam minima capitis diminutione amittit tutelam liberti, & ad sequentem proximum pertinet, *ib.*

PATRONI plures si fuerint tutores liberti, se invicem non possunt provocare ad satisdationem, nisi ex magna causa, ne quis spem successionis diminuat, *L. 5. §. 4. eod.*

Si PATRONVS curator liberto petatur, fides inquisitionis pro vinculo cedet cautionis, *L. 13. §. 2. de tutor. dat.*

PATRONVS tutor potest ut suspectus removeri, ejus tamen famæ parcitur, & sic remotus à tutela non efficitur infamis. *§. 2. de suspectis tutorib.*

PATRONO legitimo tutore mortuo, liberi quoque ejus legitimi tutores fiunt, *pr. Inst. de fiduciar. tut.*

PATRONVS, dolo malo liberti alienata, ab eo gratis potest revocare, sive alienatio facta sit mortis causa, sive inter vivos, *L. 1. pr. & §. 1. si quid in fraudem patroni factum sit.*

PATRONVS non revocat donata vel legata filio patroni à liberto, *L. 1. §. 2. eod.*

PATRONVS revocat quodcunque gestum

ſtum à liberto in fraudem patroni, *L. 1. §. 3 eod.*

Contra PATRONUM, qui bonorum poſſeſſionem contra tabulas omiſit, non competit *Faviana* compatrono, ſi non ſit plus in eo, quod donatum eſt, quam pars debita patrono, *L. 1. §. 5. eod.*

PATRONO non competit Faviana pro hereditate relicta liberto, quam ipſe libertus non adiit fraudandi patroni cauſa, vel legato, quod repudiavit libertus, *L. 1 §. 6. eod.*

PATRONO non datur Faviana pro legato relicto ſub conditione liberto, etiamſi libertus id egerit, ne conditio exiſteret, vel ſub conditione ſtipulatus maluit deficere conditionem, *ibid.*

PATRONO datur Faviana, ſi libertus voluit vinci in lite, & data opera condemnatus ſit, vel in jure profeſſus, *L. 1. §. 7. eod.*

PATRONUS non poteſt experiri Faviana ob id, quod libertus querelam inofficioſi, quam potuit, vel quam aliam, forte injuriarum, vel ſimilem, inſtituere noluit, *L. 1. §. 8. eod.*

PATRONUS poteſt uti Faviana, quoties libertus tranſegit in fraudem patroni, *L. 1. §. 9. eod.*

PATRONUS in partem ſibi debitam poteſt uti Faviana, ſive Calviſiana æqualiter adverſus omnes, quibus libertus donavit inter vivos vel mortis cauſa, *L. 1. §. 11. eod.*

PATRONO quamvis in partem competat Faviana, tamen in his, quæ dividi non poſſunt, in ſolidum competit, ut puta in ſervitutem, *L. 1. §. 21. eod.*

PATRONUS heres inſtitutus in totum, vel ab inteſtato, non habet bonorum poſſeſſionem contra tabulas, revocare tamen poteſt à liberto alienata in fraudem ejus, *L. 3. §. 2. eod.*

PATRONUS vendita vel ſimiliter alienata à liberto non revocat per Favianam, niſi quatenus fecerit aliquid in fraudem ejus, *L. 3. §. 3. eod.*

PATRONI ſi fuerint plures, ſinguli virilem tantum tertiæ, vel legitimæ portionem revocabunt ex donatione in fraudem patronorum facta à liberto, *L. 3. §. 4. eod.*

PATRONUS non habet Favianam pro rebus alienatis à liberto, ſi libertus deceſſit relicta portione debita ipſi patrono, *L. 3. §. 5. eod.*

PATRONI omnes ſi viriles per revocatoriam non petierint, portio non petentis accreſcit petenti, *L. 4. §. 1. eod.*

PATRONO tenetur Faviana tam is, qui accepit à liberto ſibi retenturus, quam qui juſſit alii dare id, quod ipſi donabatur, *L. 5. pr. eod.*

PATRONO non datur Faviana, ſi id, quod à liberto alienatum eſt, non extet in rerum natura, quemadmodum & ſi pecuniam in fraudem abjeciſſet, vel etiam is, qui à liberto mortis cauſa accepit, eam rem vendidit, & bonæ fidei emptor eam uſucepit, *L. 10. eod.*

PATRONO non datur Faviana, ſi volente patrono alienavit libertus, quia non videtur patronus fraudari eo, quod conſentiat, *L. 11. eod.*

Alienata in fraudem PATRONI revocantur uſque ad legitimam portionem, *L. 1. C. ſi in fraudem patroni.*

PATRONUS inteſtato liberto ſuccedens per actionem Calviſianam in ejus fraudem alienata poteſt revocare, *L. 2. C. eod.*

PATRONUS, qui donationem fundi factam à liberto poſt ejus mortem ratam habet, non poterit revocare, *ibid.*

Contra PATRONVM famosa actio institui non potest, *L. 1. C. de obsequiis patrono* &c.

PATRONVM olim libertus impune poterat in testamento præterire, *pr. Inst. de success. libertor.*

PATRONVS olim jure prætorio in liberti bonis habebat dimidiam non solum herede instituto, sed etiam ab intestato relicto filio adoptivo, *§. 1. eod.*

PATRONVM jure prætorio excludebant liberi liberti, sive essent in potestate, sive emancipati, sive in adoptionem dati, dummodo essent instituti, aut præteriti bonorum possessionem petiissent, *ibid.*

PATRONVM jure prætorio non excludebant filii exheredati libertorum, *ibid.*

PATRONVS olim per Legem Papiam vocabatur ad successionem liberti una cum filiis ipsius liberti pro virili, nisi tres vel plures fuissent liberi, vel libertus minus centum aureis habuisset in bonis, sive decesserit intestatus, sive facto testamento, *§. 2. eod.*

PATRONVS hodie excluditur à successione liberti, si libertus habens in bonis minus quam centum aureos, testatus fuerit, si vero non fuerit testatus, ei succedit in totum, non extantibus liberis, *§. 3. eod.*

PATRONVS excluditur à liberis liberti, si libertus habens in bonis ultra centum aureos intestatus decessit, liberis tamen non extantibus, succedit in totum, sed facto testamento patronus habet tertiam sine onere, *ibid.*

PATRONVS & liberi ejus succedunt liberto, & etiam ex transverso conjuncti ipsi patrono usque ad quintum gradum in capita, qui tamen patrono proximior est, præfertur, *ib.*

PATRONVS contra ea bona liberti omnino non admittitur, quæ in castris sunt quæsita, *L. 3. §. 6. de bonis libertor.*

Si PATRONVS sub conditione sit institutus, eaque conditio vivo testatore extitit, contra tabulas bonorum possessionem accipere non potest, *L. 3. §. 11. eod.*

PATRONVS totiens ad bonorum possessionem contra tabulas invitatur, quotiens non est hæres ex debita portione institutus, *L. 3. §. 10. eod.*

PATRONVS ex Lege Cornelia habet bonorum possessionem contra tabulas liberti capti ab hostibus, & ibi decedentis, atque si in civitate decessisset, *L. 4. §. 1. eod.*

Si PATRONVS deportatus sit, filio ejus competit bonorum possessio in bonis liberti, nec impedimento est ei talis patronus, qui mortui loco habetur, *L. 4. §. 2. eod.*

PATRONVS.

PATRONVS efficitur Ecclesiam construens de consensu Diœcesani, *c. 25. X. de jure patronatus.*

PATRONVS non disponat de rebus Clerici defuncti, *c. 2. X. de success. ab intest.*

PATRONVS non debet Ecclesiæ dotem ordinare, sed Episcopus, *c. 6. q. 1. caus. 10.*

PATRONVS Ecclesiam non vacantem nemini conferre potest, *c. 8. X. de jure patronat.*

PATRONVS non debet minuere jus Episcopi in Ecclesia, *c. 13. X. eod.*

PATRONVS non potest promittere vacaturam, nec præsentationem ad eam, *c. ult. X. de concess. prabend.*

PATRONVS non potest Ecclesiam sibi retinere, vel etiam alteri, sive extraneo, sive filio concedere propria autoritate, *c. 15. X. de jure patron.*

PA-

PATRONI Religiosi non possunt Ecclesiam in proprios usus convertere propria autoritate, *c. 2. X. de suppl. negl. Prælat.*

PATRONUS Ecclesiam auferre non potest sine consensu Episcopi, *c. 38. q. 7. caus. 16.*

PATRONUS Laicus Clericum non instituat sine consensu Episcopi Diœcesani, *c. 4. X. de jure patron.*

PATRONUS Laicus non potest sine consensu Episcopi vel Papæ, etiam loco Religioso conferre Ecclesiæ decimas, vel aliud spirituale, *c. 17. X. eod.*

PATRONUS etsi Clericus, non potest conferre vacantem Ecclesiam, et si contulit, potest nihilominus ad eam præsentare, *c. 31. X. eod.*

PATRONUS, etsi Clericus, novum censum Ecclesiæ imponere non potest, nec veterem augere, *c. 15. X. de censib.*

PATRONUS Clericus seipsum præsentare non potest, *c. 26. X. de jure patronatus.*

PATRONI si plures fuerint, ille præsentatus obtineat, qui plurimorum assensu eligitur, si vita & scandalum non contradicat, *c. 1.* & *3. eod.*

PATRONI consensus in electione Prælati requirendus est, *c. 25. X. eod.*

Si plures sunt PATRONI, possunt inter se convenire de Rectore ab illis alternis vicibus præsentando, *Clem. c. ult. de jure patronat.*

PATRONUS Laicus uno præsentato repulso, potest alium præsentare, *c. 29. X. de jure patron.*

PATRONO in præsentatione non præjudicat factum Prælati, nisi Patronus consenserit facto, *c. 30. X. eod.*

PATRUUS.

PATRUUS est frater patris, qui græce πατράδελφος appellatur, *§. 3. de gradib. cognat.*

PATRUUS & avunculus promiscue appellantur θεῖοι, *ibid.*

PATRUO filius in successione feudi præfertur, *I. F. 19. c. si quis miles.*

PATRUUS succedit in feudo paterno, *I. F. 19. d. c.*

Ad PATRUUM magnum non pertinet feudum ab avo acquisitum, *II. F. 11.*

PAUPER.

PAUPER est, qui minus quam quinquaginta aureos habet, *L. 10. de accus.*

PAUPERUM inopiæ providere, Episcopi gloria est, *c. 71. q. 2. caus. 12.*

PAUPERIBUS, & iis, qui suis manibus laborare non possunt, Episcopus provideat, *c. 1. dist. 82.*

Male acquisita PAUPERIBUS sunt distribuenda, quando non invenitur, cui restituenda sint, *c. 5. X. de usur.*

Contra PAUPEREM non competit beneficium restitutionis cum effectu, donec ad pinguiorem fortunam pervenerit, *c. 16. X. de restit. spoliat.*

PAUPERI in mala causa non debemus misereri, *c. 34. q. 4. caus. 23.*

PAUPERI Patrono Ecclesia providet, *c. 25. X. de jure patronatus.*

Non despiciendi, qui PAUPERIBUS agapas, vel convivia exhibent, *c. 1. dist. 42.*

PAUPER & cœcus ad collectas non tenentur, *c. 4. X. de censib.*

Dona eorum, qui PAUPERES opprimunt, à Sacerdotibus refutanda sunt, *c. 2. dist. 90.*

PAUPERES valetudinarii, debiles, senes, si advenire commode non possunt, Iudex ad eos recipiendos mittere debet Examinatorem discretum, *c. 8. X. de testibus.*

PAUPERIBUS superflua danda, *c. 8. q. 1. caus. 12.*

Non cogantur divites PAUPERUM cibis vesci, *c. 3. dist. 41.*

Quamvis PAUPER sit tutor, fidelis tamen

men & diligens, removendus non est quasi suspectus, *L. 8. de suspectis tutor.*

PAVPERES non sustinent onera patrimonii, sed bene onera personalia, *L. 4. §. 2. de muneribus.*

PAVPER licet quis, si tamen ab ingenuis parentibus sit natus, censeri non debet ignobilis, & humilis, *L. 8. C. de incestis nupt.*

PAVPERIES.

PAVPERIES est damnum sine injuria facientis datum, *L. 1. §. 3. si quadrupes pauper. fec.* & *pr. Inst. eod.*

PAVPERTAS.

PAVPERTAS, quæ operi (i. e. *administrationi*) & oneri tutelæ impar est, solet tribuere vacationem, *L. 40. §. 1. de excusat.*

PAVPERTAS dat excusationem à tutela, si quis imparem se oneri injuncto possit probare, *L. 7. eod.*

PAVPERTAS excusat quem à muneribus, *L. 6. C. de his, qui numero liber. X.*

PAVPERTAS rerum non est mala reputanda, *c. 5. q. 1. caus. 15.*

PAVPERTATIS exceptio impedit executionem sententiæ in possessorio, *c. 16. X. de restit. spoliat.*

PAVPERTAS excusat à restitutione, *c. 5. X. de usur.*

Non est ignoscendum mulieri, quæ obtentu PAVPERTATIS turpissimam vitam egit, *L. 43. §. 5. de R. N.*

PAX.

PACIS turbator capite punitur, *L. 16. §. 1. de re militari.*

PACIS nomen appellatum est à pactione, *L. 1. §. 1. de pactis.*

PACIS publ. violatores mulctam pecun. solvere & damnum passo resarcire debent, *II. F. 53. pr.*

PACE non fruatur, qui pacem non tenet, *ibid.*

PAX est vinculum charitatis, *c. 13. §. licet. X. de judic.*

SI PAX humana tam dulcis est pro temporali salute, quanto dulcior pax divina pro salute æterna, *c. 3. q. 1. caus. 23.*

PACIS studio geruntur bella bonorum, non crudelitate & cupiditate, *c. 6. ead.*

PACEM debet habere voluntas, bellum necessitas, *c. 3. ead.*

PAX Ecclesiæ, mœstitiam consolatur perditorum, *c. 48. q. 5. caus. 23.*

Pro PACE facienda & stabilienda jurare licite possumus, *c. 1. q. 1. caus. 22.*

PACEM Ecclesiæ perturbantes diversis pœnis sunt puniendi, *c. 32. q. 1. caus. 24.*

PAX inter discordantes debet conciliari per Episcopum, *c. 7.* & *penult. dist. 90.*

Non nisi in PACIS tempore bene colitur pacis Autor, *Clem. 2. de sepult.*

PAX est juris gentium, *c. 9. dist. 1.*

PECCARE.

Multo gravius PECCATUR studio, quam infirmitate, *c. 22. dist. 2. de pœnit.*

Non PECCANT animalia bruta, quia irrationabilia sunt, *c. 3. q. 1. caus. 15.*

PECCANS legis autoritate, non peccat; & qui peccat, non peccat legis autoritate, sed contra legis autoritatem, *c. 40. q. 4. caus. 23.*

PECCARE posse, non est aliquid posse, imo aliquid non posse, *c. ult. §. charitas. dist. 2. de pœnit.*

In quo quis PECCAT, in eo punitur, *c. ult. de temp. ordin. in 6.*

Plus PECCANS, plus debet puniri, *c. 13. X. de vit. & honest. Cler.*

PECCANS & consentiens pari pœna puniuntur, *c. 1. X. de offic. deleg.*

Qui publice PECCAT, publice punien-

niendus eſt, *c. 1. X. de pœnit. & remiſſ.*

Occulte PECCANS occulte puniri debet, *c. 7. X. eod.*

PECCANTES non voluntate, ſed eventu, mitius debent tractari, *c. ult. X. de his, qui fil. occid.*

Magiſtratus licet in ſe bonus, gravius PECCAT, ſi non puniat peccata ſubditorum, *c. 31. X. de Simon.*

PECCANDI via nemini aperienda eſt, *c. un. X. ut benef. eccleſ.*

Occaſio PECCANDI non debet præberi jurantibus. *c. 1. de jurejur. in 6.*

PECCANDI licentiam non dat peccati remiſſio, *c. 18. q. 7. cauſ. 1.*

Vno PECCANTE plebs univerſa polluitur, ſicut una ove morbida, totus grex inficitur, *c. 17. diſt. 45.*

Non opem fert, qui PECCANTEM adjuvat, *c. 1. q. 6. cauſ. 14.*

Felicitate PECCANTIVM nihil eſt infelicius, *c. 2. q. 1. cauſ. 23.*

PECCANDI materia dari non debet, imo eam Princeps debet tollere, *L. 1. pr. de SC. Macedon.*

PECCATOR.

PECCATOR rediens ad pœnitentiam, & quærens Medicum, in ſpiritu lenitatis ſuſcipiendus eſt, *c. 58. diſt. 1. de pœnit.*

In PECCATORIBVS perſequenda eſt propria iniquitas, communis conditio miſeranda, *c. 35. q. 4. cauſ. 23.*

Nulli homini claudenda miſericordia, nulli PECCATORI impunitas laxanda, *ibid.*

PECCATVM.

PECCATVM voluntarium malum eſt, ut nullo modo peccatum ſit, ſi non ſit voluntarium, in *pr. §. 3. & 4. q. 1. cauſ. 15.*

PECCATVM eſt voluntas retinendi, vel conſequendi, quod juſtitia vetat, & unde liberum eſt abſtinere, in *pr. §. 5. ead.*

PECCATVM aliud eſt originale, aliud actuale eſt, *c. 136. diſt. 4. de conſecr.*

PECCATVM originale dicitur infirmitas carnis, languor naturæ, & concupiſcentia carnis, *c. 2. §. itaque. q. 1. cauſ. 15.*

PECCATVM actuale vel eſt mortale, vel veniale, *c. 4. diſt. 25.*

PECCATA mortalia dicuntur criminalia, & capitalia, *c. 3. §. alias. ead.*

PECCATA ex voluntate procedunt, quæ libero mentis arbitrio, & delinquentis propoſito committuntur, in *pr. §. 1. q. 1. cauſ. 15.*

Tribus modis impletur omne PECCATVM, videlicet, ſuggeſtione, delectatione, conſenſu. Suggeſtio fit per Diabolum, delectatio per carnem, conſenſus per ſpiritum, *c. 21. diſt. 2. de pœnit.*

PECCATA mortalia & venalia enumerantur *c. 3. & 4. diſt. 25.*

Nullum PECCATVM eſt adeo veniale, quod non fiat criminale, dum placet, *c. 3. §. Hinc etiam. ead.*

PECCATA coactiva ſunt volentium, *c. 1. q. 1. cauſ. 15.*

PECCATVM majus eſt, quod in Deum committitur, quam quod in hominem, *c. 12. q. 4. cauſ. 17.*

PECCATVM mortale committi non debet ob ſcandalum, *c. 2. X. de nov. oper. nunc.*

Inter duo PECCATA, ubi utrumque vitari non poteſt, minus eſt eligendum, *c. 1. diſt. 13.*

PECCATVM & pœnam aggravant circumſtantiæ, *c. 13. X. de heret.*

PECCATVM Superioris propter majus ſcandalum eſt celandum, *c. 8. diſt. 96.*

PECCATA, quibus in Deum delinquitur, punienda ſunt; quibus autem in nos peccatur, patienter toleranda, *c. 28. q. 4. cauſ. 23.*

PEC

PECCATA odio habeantur, non homines, *c. 2. dist. 86.*

PECCATA latentia non habent vindictam, *c. ult. q. 5. cauf. 32.*

PECCATI venia non datur, nisi correcto, *c. 5. de R. I. in 6.*

Solo PECCATO filii Diaboli sumus, *c. 36. dist. 1. de pœnit.*

Committens unum PECCATVM, reus est omnium quoad vitam æternam, *c. 9. X. de R. I.*

PECVLATVS.

PECVLATVS dicitur furtum de Republ. *c. 3. q. 4. cauf. 23.*

PECVLATVS crimen ante quinquennium admissum objici non oportet, *L. 7. ad L. Iul. peculatus.*

PECVLATVS pœna æquæ & ignis interdictionem, in quam hodie successit deportatio, continet, *L. 3. eod.*

Labeo *libro 38. posteriorum*, PECVLATVM definit, pecuniæ publicæ aut sacræ furtum non ab eo factum, cujus periculo fuit, *L. 9. §. 2 eod.*

PECVLATVS pœna tenetur, qui donatum Deo immortali abstulerit, *L. 4. §. 1. eod.*

PECVLIVM.

PECVLIA servorum civitatum procul dubio publica habentur, *L. 17. pr. de V. S.*

PECVLIVM dictum est, quasi pusilla pecunia, sive patrimonium pusillum, *L. 5. §. 3. de peculio.*

PECVLIVM *Tubero* sic definit, quod servus domini permissu, separatim à rationibus dominicis habet, deducto inde, si quid domino debetur, *L. 5. §. 4. eod.*

PECVLIVM dicitur non solum illud, quod servus haber seorsim à rationibus domini, sed quod ipse dominus separavit, discernens suam substantiam à servi ratione, *L. 4. pr. eod.*

PECVLIVM concedere potest dominus vel pater filio vel servo, & si postea filius vel servus incidat infurorem, potest nihilominus retinere peculium, *L. 7. §. 1. eod.*

PECVLII æstimatio fit deducto eo, quod domino vel patri debetur, *L. 9. §. 2. eod.*

PECVLIVM non potest pupillus servo constituere, ne quidem tutoris autoritate, *L. 3. §. 3. eod.*

PECVLIVM servi augere vel diminuere potest dominus, *L. 4. pr. eod.*

PECVLIVM non est illud, quod servus habet ignorante domino, quia alioquin, quod servus surripuit domino, fieret peculii, quod verum non est, *L. 4. §. 2. eod.*

PECVLIVM servi ignorante domino diminui potest, veluti cum servus damnum dat domino, aut furtum fecit, *L. 4. §. 3. eod.*

In PECVLIO servi quidquid sit, licet domino debeatur, remanent tamen res in causa peculiari, quia si dominus servo donasset, debitum autem servi nomine aliquis solvisset domino, peculium suppleretur, nec esset opus nova concessione domini, *L. 4. §. 5. eod.*

PECVLIVM si servo ordinario dominus constituat, eo ipso etiam vicariis constituisse censendus est, *L. 6. eod.*

PECVLIVM constituere non possunt pupillus, vel furiosus, *L. 7. §. 1. eod.*

PECVLIVM non constituitur sola voluntate domini, sed requiritur, quod interveniat traditio, vel reliqua existente penes servum, dominus patiatur eam esse in peculio, *L. 8. eod.*

PECVLIVM servi definit esse peculium sola voluntate domini. *ib.*

PECVLIVM vicarii augetur, quando ordinarius vicario debet, quemadmo-

modum si dominus velit servo suo debitor remanere, *L. 17. eod.*

De PECULIO ordinarii postquam actum est, non potest agi de peculio vicariorum, quia peculium vicariorum in peculio ordinarii consistit, *L. 19. pr. eod.*

De PECULIO vicarii postquam actum est, potest agi de peculio ordinarii, *ibid.*

PECULIUM apud quendam potest esse duplicis juris, veluti si maritus possideat servum dotalem, ille servus potest habere peculium unum, quod respiciat ipsum maritum, & aliud, quod respiciat ipsam mulierem, *L. 19. §. 1. eod.*

PECULIUM nascitur, crescit, decrescit, moritur; ideo eleganter *Papirius Fronto* dicebat, *peculium simile esse homini*, *L. 40. pr. eod.*

PECULIUM nascitur, cum servus acquirit illud, quod dominus ei non tenetur præstare, sed si acquisierit tunicas, vel aliquod simile, quod ei dominus tenetur præstare, illud non dicitur peculium, *L. 40. §. 1. eod.*

PECULIUM crescit, cum auctum est peculium, veluti fœtibus pecorum, *L. 40. §. 1. eod.*

PECULIUM decrescit, cum servi vicarii moriuntur, res intercidunt, *ib.*

PECULIUM moritur, cum illud servo vel filiofam. ademptum est, *ib.*

Libera PECULII administratio non permanet neque in fugitivo, neque in subrepto, neque in eo, de quo nesciat quis, vivat, aut mortuus sit, *L. 48. pr. eod.*

Cui PECULII administratio data est, delegare debitorem suum potest, *L. 48. §. 1. eod.*

In PECULIUM vicariorum venit non solum, quod vicarius seorsum à rebus dominicis habet à domino, sed etiam, quod habet à servo ordinario, *L. 4. §. 6. eod.*

In PECULIO possunt esse non solum res mobiles, & immobiles, sed etiam nomina debitorum, item servus vicarius, & ejus peculium, *L. 7. §. 4. eod.*

In PECULIO computatur etiam id, quod dolo malo domini factum est, quo minus in peculio esset, *L. 21. pr. eod.*

Id vestimentum PECULII esse incipit, quod ita dederit dominus, ut eo vestitu servum perpetuo uti vellet, eoque nomine ei traderet, ne quis alius eo uteretur, idque ab eo ejus usus gratia custodiretur, *L. 25. eod.*

PECULIUM consistit etiam in his, quæ servus vel filiusfam. sua parsimonia, i. e. parce vivendo, vel industria acquirit, si pater vel dominus permittit apud ipsos esse, *L. 39. eod.*

In PECULIUM non computatur damnum, quod dominus dedit servo in peculio, vel quod surripuit de peculio, *L. 9. pr. eod.*

In PECULIUM habebit servus damnum, quod conservus dedit sibi in peculio, *L. 9. §. 1. eod.*

PECULII administrationem potest dare curator furiosi servo, vel filio, ipsum tamen peculium non potest dare, *L. 24. eod.*

Qui PECULII administrationem concedit, videtur permittere generaliter, quod & specialiter permissurus est, *L. 46. eod.*

PECULIO legato, constat heredem nomina peculiaria persequi posse, & insuper ipsum, si quid debeat servo, reddere legatario debere, *L. 5. de peculio legato.*

Servo legato cum PECULIO, & alienato vel manumisso, vel mortuo, le-

gatum etiam peculii extinguitur, *L. 1. eod.*

PECULIUM non potest legari deducto ære alieno dominico, & si ita legetur, talia verba nihil adjiciunt legato, nec vitiant ipsum legatum, *L. 6. §. 1. eod.*

De PECULIO legato non deducitur æs alienum dominicum, quando dominus dixit se remittere servo, quod servus ei debet, vel servum nihil sibi domino debere, *ibid.*

PECULIUM si legetur servo, servus non potest petere id, quod dominus debet sibi, sed habet jus compensandi cum eo, quod domino debetur, *L. 6. §. 4. eod.*

De PECULIO legato statu libero detrahitur ipso jure, quod heres interim ei credidit, & per hoc æs alienum singula corpora peculii diminuuntur, *L. 8. pr. eod.*

Si PECULIUM servo sit legatum, & à debitore ejus peculiari heres veritus sit petere, verum est, hoc minus esse in legato peculio, h. e. detrahendum id, quod debitori legatum est, *L. 8. §. 6. eod.*

De PECULIO legato non deducitur id, quod debetur domino, vel patri, quando dominus vel pater specialiter legavit filio vel servo res, quæ sunt in peculio, ne deduceretur sibi debitum, *L. 10. eod.*

Ei quoque, qui nihil in PECULIO habet, potest peculium legari, non enim tantum præsens, sed etiam futurum *peculium* legari potest, *L. 11. eod.*

PECULII legatum inutile fit, cum servus vivo testatore decedit, cæterum si mortis tempore servus vixerit, *peculium* legato cedet, *L. 12. eod.*

PECULIUM castrense non dicitur id, quod viro ab uxore datum est, non causa militiæ, secus si datum esset causa militiæ, *L. 6. de castrens. pecul.*

PECULIUM castrense non dicitur id, quod donatum vel legatum est filiofam. ab eo, qui ex causa militiæ non est notus, secus vero si donatum vel legatum fuisset ab eo, qui erat notus ipsi filiofam. *L. 8. eod.*

PECULIUM castrense, filiofam. cum testamento decedente, quasi hereditas defertur heredi scripto, sive extraneum, sive patrem heredem scripserit, sed decedente ab intestato, dicitur remanere penes patrem, quasi ab eo patre non separatum, *L. 9. eod.*

PECULIUM castrense est, quod à parentibus vel cognatis in militia agenti donatum est; vel quod ipse filiusfamilias in militia acquisivit, quod, nisi militaret, acquisiturus non fuisset, nam quod erat & sine militia acquisiturus, id *peculium* ejus castrense non est, *L. 11. eod.*

PECULIUM castrense non potest pater auferre filiofam. militi, etiamsi eum filium alii in adoptionem dederit, vel emancipaverit, *L. 12. eod.*

PECULII castrensis non est id, quod pater donaverat filiofam. militi reverso de militia, sed est peculii profectitii perinde, ac si filius nunquam militasset, *L. 15. pr. eod.*

PECULIUM est vel *paganum*, vel *castrense*, vel quod medietatem inter utrumque obtinet, quod *quasi castrense* nuncupatur, *L. 37. pr. C. de inoffic. testam.*

In tali PECULIO, quod *quasi castrense* appellatur, quibusdam personis licentia conceditur condere quidem testamenta, sed non quasi militibus quo voluerint modo, sed communi & licito & consueto ordine observando, *ibid.*

Ex

Ex PECULIO castrensi empta res dicitur castrensis, *L. 1. C. de castrensi peculio militum* &c. *XII*.

PECULIUM castrense vel quasi non communicatur in divisione cum fratribus, sed bene id, quod donatum est à patre in peculium, *L. 4. C. familia ercifcundæ*.

PECUNIA.

PECUNIAE significatio ad ea refertur, quæ in patrimonio sunt, *L. 5. pr. de V. S.*

PECUNIAE tantum quisque relinquit, quantum ex bonis ejus refici potest: Sic dicimus, centies aureorum habere, qui tantum in prædiis, cæterisque similibus rebus habeat, *L. 88. eod.*

PECUNIAE verbum non solum numeratam pecuniam complectitur; verum omnem omnino pecuniam, h. e. omnia corpora, *L. 78. pr. eod.*

PECUNIAE nomine non solum numerata pecunia, sed omnes res, tam soli, quam mobiles, & tam corpora, quam jura continentur, *L. 222. eod.*

PECUNIAM pupillarem lex sterilem esse non patitur, *L. 3. §. 4. de contr. tut. & ut. act.*

PECUNIA quæsitum feudum, *II. F. 12.*

PECUNIA accepta Dominus feudum dedit, *II. F. 15.*

PECUNIAM accepisse dicitur, si aliquid pro pecunia acceptum, *L. 1. §. 4. de calumniator.*

PECUNIA quandoque large sumitur pro omni eo, quod consistit pondere, numero, vel mensura, *L. 7. §. 3. de SC. Macedon.*

PECUNIAE nomen strictissime sumitur pro numis, cum adjungitur verbum numerata, *L. 1. pr. de condictione triticiar.*

PECUNIA & numi sunt synonyma, idem importantia, *L. 8. §. 2. de legat. 1.*

PECUNIAE nomen à testatore prolatum non refertur ad corpora, nec ad species, sed ad ea tantum, quæ pondere, numero, vel mensua consistunt, & sic non restringitur solum ad pecuniam numeratam, sed large continet, quidquid numero, pondere, vel mensura consistit, *L. 30. pr. eod.*

PECUNIAE nomen quandoque largissime sumitur, & comprehendit omnia, *L. 32. ad SC. Trebellian.*

PECUNIA frumentaria si reddatur civitati cum suis usuris, sufficit, nec debentur usuræ usurarum, *L. 2. §. 4. de administratione rerum* &c.

Nomine PECUNIAE intelligitur, quidquid possidetur, *c. totum. q. 3. caus. 1.*

PECUNIAE commodatæ restitutio est juris naturalis, *c. 7. dist. 1.*

PECUNIAM mutuans alicui, ut aliquid ultra sortem accipiat, pro usurario habetur, *c. ult. X. de usur.*

PECUNIA restituitur Monacho, quam pro sui receptione dedit Monasterio, *c. 19. X. de Simonia.*

PECUNIA Ecclesiæ reddi debet duplicata, quæ in ejus injuriam data, vel soluta est, *c. 41. X. eod.*

Si pro Electi confirmatione, prohibente Electo, PECUNIA data fuit, non imputatur ei, nisi postea consentiat eam solvendo, *c. 33. X. eod.*

Si quis PECUNIAM accepit, ut negotium calumniæ causa faceret, vel non, intra annum utilem in quadruplum, post annum in simplum tenetur, *c. 127. q. 1. caus. 1.*

In PECUNIAM converti res omnes possibile est, *L. 2. pr. C. de constit. pecun.*

PECUNIA pro specie solvi non debet, *L. 1. C. de fabricensibus. XI.*

PECVNIA in re empta inventa redditur venditori, *L. 67. de R. V.*

PECVNIA sepeliri non potest, *L. 4. §. 6. ad L. Iul. peculatus.*

PECVNIAM, quam quis ad alium perferendam accepit, si in usus suos convertit, furtum facit, *L. 7. C. de furtis* &c.

PECVNIA publica potest credi sub fidejussoribus idoneis, *L. 33. §. 1. de usuris.*

PECVNIARIVS, *a, m.*

In causis PECVNIARIIS dantur 4. menses condemnatis ad solvendum debitum, *c. 26. X. de offic. Deleg.*

PECVNIARIA pœna pater puniri non debet pro delicto filii minoris 14. annis, *c. ult. X. de delict. puеror.*

PECVNIARIA pœna puniendi non sunt excessus Clericorum, sed spirituali, *c. 3. X. de pœnit.*

PECVNIARIAM pœnam, quam Magistratus ab aliquo recipit, appropriare non debet, sed in utilitatem reipubl. distribuere, *c. 2. X. de pœnis.*

PECVS.

PECVS *pecoris*, & pecudis generale nomen est, & ad ea animalia pertinet, quæ gregatim pascuntur, *L. 81. §. 2.* & *L. 65. §. 4. de legatis 3.*

PECVDIBVS legatis, & boves & cætera jumenta continentur, *L. 81. §. 2. eod.*

PECORIBVS legatis, *Cassius* scripsit quadrupedes contineri, quæ gregatim pascuntur, & sues autem pecorum appellatione continentur, quia & hi gregatim pascuntur, *L. 65. §. 4. eod.*

PECORA erepta à lupo, vel ab alia bestia non desinunt esse nostra tamdiu, quamdiu ab eo non fuerint consumpta, *L. 8. §. 2. familiæ ercisc.*

Si glans ex arbore tua in meum fundum cadat, eamque ego immisso PECORE depascam, *Aristo* scribit, non sibi occurrere legitimam actionem, qua experiri possim, nam neque ex lege duodecim tabularum *de pastu pecoris*, quia non in tuo pascitur, neque de pauperie, neque de damni injuria agi posse, in factum itaque erit agendum, *L. 14. §. 2. de præscriptis verbis.*

PECVS si damnum dederit, datur actio, ut vel damnum sarciatur, vel pecus noxæ dedatur; Secus si fera bestia, vel quæ suevit nocere, damnum dederit, hanc enim dando Dominus non liberatur; Vel si pecus, culpa Domini, damnum dederit, *c. ult. §. quod si animalia &c. X. de injur.*

PECORIS appellatione boves continentur, *L. 38. §. 6. de ædilit. edict.*

In PECVDVM fructu etiam fœtus est, sicut & lac, & pilus, & lana, *L. 28. pr. de usuris.*

PECVS, cum quo homo peccavit, cum homine occiditur, non propter culpam, sed propter memoriam facti, *c. 3.* & *4. q. 1. caus. 15.*

PECORIBVS ostendens pannum rubrum dolo malo, ut fugerent, & in latrones inciderent, tenetur furti, sed si ostendat non furti faciendi causa, non tenetur furti, sed actione in factum, si illa pecora sint præcipitata, tenebitur utili Legis Aquiliæ actione, *L. 50. §. 4.* & *L. 51. de furtis.*

PECORIS ad aquam appellendi jus habens si plura pecora appulerit, quam debuit, non debet prohiberi in omnibus pecoribus, quia pecora separari possunt, *L. 1. §. 18. de aqua quotidiana.*

PECVDVM appellatione continentur sues sed non canes, *L. 2. §. 2. ad L. Aquil.*

PE-

PECUDIS appellatione in lege Aquilia continentur animalia domestica, quæ gregatim pascuntur, veluti muli, asini, oves, boves, capræ, & sues; sed non continentur feræ bestiæ, neque canes, *§. 1. de L. Aquil.*

PEDAGIUM.

PEDAGIA nova solus Imperator, Rex, vel Princeps constituere potest, *c. 26. de V. S.*

PEDAGIORUM exactiones, tam jure Canonico, quam civili regulariter sunt damnatæ, *c. penult. de censib. in 6.*

PEDAGIA non sunt accipienda à peregrinis, & à fidelibus Mercatoribus, *c. 22. q. 3. caus. 24.*

PEDAGIA nova sine consensu Principis imponens, communione privandus est, *c. 10. X. de censibus.*

PEDAMENTUM.

PEDAMENTA dicuntur stirpes arborum, vel parvulæ arbores, ad pedes arborum grandium nascentes, sive dicuntur germinales, *L. 10. de usufructu* &c.

PEDANEUS *Iudex.*

PEDANEUS Iudex dicitur delegatus, qui tantum de minimis cognoscit, *L. 29. C. de pactis.*

PELLEX.

PELLICEM, *Masurius libro memorialium* scribit, apud antiquos eam habitam, quæ, cum uxor non esset, cum aliquo tamen vivebat, *L. 144. de V. S.*

PELLEX nunc vero nomine *amica*, paulo honestiore concubina appellatur, *ibid.*

PELLICEM nunc vulgo vocari, *Granius Flaccus in libro de Iure Papiriano* scribit, quæ cum eo, cui uxor sit, corpus misceat, *ibid.*

PELLICEM quidam vocant, quæ uxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam παλλακὴν Græci nominant, *ib.*

PENDERE.

Quod PENDET, non est pro eo, quasi sit, *L. 169. §. 1. de R. I.*

PENDENTE quæstione, an captus in habitu Clericali, sit Laicus, an Clericus, non debet captivus remanere sub custodia Iudicis secularis, sed ecclesiastici, *c. 12 de sentent. excomm. in 6.*

PENDENTE inquisitione vel accusatione contra Magistratum, subditi debent eidem obedire, *c. penult. X. de accusat.*

PENDENTE inquisitione vel accusatione contra Magistratum, Magistratus non debet aliquid facere, propter quod impediatur officium Iudicis, quod si fecerit, Iudex, vel Inquisitor totum revocet, *ibid.*

PENDENTE dilatione, lite non contestata, officium Iudicis delegati locum non habet, *c. 69. X. de appell.*

PENDENTE dilatione Iudicis officium conquiescit, ut interim nihil facere possit sine consensu partium, *ibid.*

PENDENTE causa peti potest innovatio privilegii, *c. 13. X. de privileg.*

PENDENTE appellatione nihil innovandum est, *c. 55. X. de appell. c. penult. X. de spons. duorum.*

PENDENTE accusatione nemo potest promoveri ad honores, *c. 4. X. de accusat.*

PENDENTE appellatione coram ordinario, potest ipse ordinarius recusari, si super alia causa conveniatur appellans coram eo, *c. 6. & 24. X. de appell.*

PENDENTE lite, non est alicui auferenda possessio, *c. 1. X. ut lit. pend.*

PENDENTE lite, res, quæ fit litigiosa, in alium transferri non debet, *c. 3. X. eod.*

PENDENTE lite, licite rei petitæ fructus sequestrantur, si dissipantur à reo possessore, qui appellat à sententia con-

contra eum lata, *c. ult. X. de sequestr.*

PENDENTE lite uxor debito jure carnali privari non debet, *c. 2. X. ut lit. pend.*

PENDENTE lite in causa matrimoniali appellanti interdici debet, ne aliud matrimonium contrahat, & si contra edictum Ecclesiæ contraxerit, debet separari ab illa, quousque cognoscatur de impedimento, *c. penult. X. de spon. duor.*

PENDERE lis dicitur, postquam à Iudice legitimato citatio emanavit, & ad partem citatam pervenit; vel per eam factum fuit, quo minus ad eam notitia perveniret, modo in citatione satis sit expressum, super quo in judicio quis conveniendus sit, *Clem. c. ult. ut lit. pend.*

PENDENTE lite nihil debet innovari, *ib.*

PENDENTE lite, privilegium in præjudicium alterius partis impetratum, nullam de lite faciens mentionem, non valet, & eo non obstante, Iudices procedere debent, *c. 19. X. de testib. c. ult. X. ut lit. pend.*

PENES.

PENES te dicere amplius est, quam dicere apud te; nam *apud* te est, quod qualitercunque à te tenetur, *penes* te est, quod quodammodo à te possidetur, *L. 63. de V. S.*

PENSIO.

PENSIO vel vectura non debetur pro servo in navi mortuo, *L. 10. pr. de L. Rhodia.*

PENSIONES, quæ ex locationibus prædiorum urbanorum perceptæ sunt, veniunt in petitionem hereditatis, licet à lupanario perceptæ sint, nam & in multorum honestorum virorum prædiis lupanaria exercentur, *L. 27. §. 1. de heredit. petit.*

PENSIONES horreorum, vel areæ, vel vecturæ jumentorum in mercibus præferuntur cæteris debitis, *L. 6. §. 3. qui potiores in pignore.*

PENSIO vilissima, *II. F. 9. §. 1.*

PENSIO certa libelli nomine, *II. F. 44.*

PENSIONES prædiorum urbanorum pro fructibus accipiuntur, *L. 36. de usuris.*

PENSIO domus ab initio debetur, non tamen debetur efficaciter, ut peti possit, nisi elapso tempore, *L. 1. §. 4. de migrando.*

PENSIONES Ecclesiis imponi non debent, sine autoritate Episcopi, *c. 8. X. de censib.*

PENSIONES minuere ad detrimentum Clericorum, vel augere ad commodum proprium, non licet sine consensu Episcopi, *c. 10. X. de præbend.*

PENSIO nova per transactionem imponi non potest, nec vetus augeri partium pactione, sine vitio Simoniæ, *c. 9. X. de transact.*

PENSIO antiquitus constituta non debet augeri, *c. 6. X. de pactis. c. 11. X. de jurejur.*

PENSIO solvenda est secundum quod ab initio fuit constituta, sive moneta diminuta fuerit, sive augmentata, *c. 16. & 26. X. de censib.*

In solutione PENSIONIS, quando aliquis cessat per biennium, amittit rei detentionem, & res domino restituitur, *c. 10. X. de jurejur.*

PENSIO pro rata remittitur conductori propter sterilitatem gravem sine culpa sua contingentem, nisi possit eam ubertate præcedentis vel sequentis temporis compensare, *c. penult. in princ. X. de locat. conduct.*

Pro PENSIONE non sunt tacite obligata bona conductoris, quæ non sunt illata fundo, ut ibi perpetuo permanerent, & si ad manus locatoris perventa sint, non possunt retineri,

neri, sed debent restitui conductori, quem conveniet locator pro pensione, *L. 5. C. in quib. caus. pignus.*

Antiqua PENSIO pro pascuis saltuum antiquitus constituta, inconsulto Principe augeri non debet, *L. 1. C. de pascuis publicis* &c. *XI.*

PENSIONARIUS, *a, m.*

PENSIONARIAM constituere Ecclesiam, non potest Prælatus ultra tempus vitæ suæ, *c. 8. X. de censib.*

PENSITATIO.

Convento debitore, ac convicto ob publicas PENSITATIONES non solutas, debet solennis celebrari venditio, *L. 3. C. si propter publicas pensitat.*

PERAEQUATOR.

PERAEQUATORES, ac divisores committentes culpam latam in omittendo vel male adæquando non solum bonorum jacturam, sed etiam annonarum multam in quadruplum subire debent, & ea, quæ in damnum provincialium acceperunt, in quadruplum coguntur solvere, *L. 5. C. de censibus & censitoribus &c. XI.*

PERCIPERE.

PERCIPERE omnia debet infirmus, ac si sanus esset, quia intelligitur servire Ecclesiæ, *c. 1. & 4. X. de Cler. ægrot.*

PERCUSSIO.

PERCUSSIO vel est spiritualis, quæ fit verbo; vel corporalis, quæ fit facto, *c. 8. dist. 45. & c. ult. q. 1. caus. 7.*

PERCUSSIO mala est, quæ fit ex odio vel ira, in *princ. dist. 45.* & *c. 2. dist. 86.*

Quærentes PERCUSSIONE timeri, non vitia corrigentes culpantur, *c. 1. & 13. §. ex his &c. dist. 45.*

PERCUSSOR.

PERCUSSOR non tenetur, si percussus sua culpa in majorem infirmitatem incidit, *c. 22. X. de homicid.*

PERCUTERE.

Si quis leviter PERCUSSERIT servum ægrotum, & is obierit, tenetur L. Aquilia, vel in factum, *L. 7. §. 5. ad L. Aquil.*

PERCUTIENTES plures servum, si occiderint eum, si apparet, cujus ictu perierit, ille tenetur L. Aquilia, quasi occiderit, cæteri tamen tenentur ut de vulnerato, sed si non apparet, omnes quasi occiderint, tenentur in solidum ita, quod uno solvente alius non liberatur, *L. 11. §. 2. eod.*

PERCUTIENS se ipsum punitur, *L. 3. §. 6. de bonis eorum, qui ante* &c.

PERCUTERE quoque dicitur, qui sermone inutili & incauto, infirmorum conscientiam vulnerat, *c. ult. dist. 45.*

PERCUTIENS hominem, præstabit operas amissas, & impensas factas in curationem, *c. 1. X. de injur.*

Clericus sæpe alium PERCUTIENS, & monitus non desistens, deponendus est, *c. 1. X. de Cler. percussor.*

PERCUTERE per alium, non suis manibus debet Episcopus, *c. penult. dist. 86.*

PERCUTIENS Cardinalem, fit reus criminis læsæ majestatis, *c. ult. in pr. de pœnis in 6.*

Potest quis se defendendo PERCUTERE Clericum, *c. 10. X. de sent. excommun.*

PERDUELLIS.

PERDUELLES à veteribus appellabantur illi, quos nos hostes appellamus, per eam adjectionem indicantes, cum quibus bellum esset, *L. 234. pr. de V. S.*

PEREGRINARI.

PEREGRINARI dicitur quis, quando

do non est in loco suæ habitationis, *L. 7. C. de incolis* &c. *X.*

Contra PEREGRINANTEM seu proficiscentem ad Sedem Apostolicam non est aliquid innovandum, *c. un. X. de Clericis peregrin.*

Episcopus non debet PEREGRINARI sine licentia Papæ, *c. 7. §. ipsum. X. de Vot. & Vot. Redempt.*

PEREGRINANTES Clerici possunt Tabernas ingredi, *c. 4. dist. 44.*

PEREGRINATIO.

Qui PEREGRINATIONIS causa ad Papam accedunt, sub ejus protectione consistunt, *c. un. X. de Clericis peregrin.*

De PEREGRINATIONE hæc regula est: Non Hierosolymis fuisse; sed Hierosolymis bene vixisse, laudandum est, *c. 71. §. 3. q. 2. caus. 12.*

PEREGRINUS.

PEREGRINI Clerici non sunt in Ecclesiis instituendi, *c. un. X. de Clericis peregr.*

Nullus transmarinus PEREGRINUS ordinetur, nisi quinque Episcoporum Chirographa afferat, *c. 1. dist. 98.*

PEREMPTORIE.

PEREMPTORIE citatus auditur justam causam allegans absentiæ, *c. 45. X. de appellat.*

PEREMPTORIUS, *a, m.*

PEREMPTORII vim habent tres denunciationes, *L. 9. C. quomodo & quando Iudex* &c.

PEREMPTORII vim habet Iudicis monitio, licet non exprimatur, *L. 2. C. eod.*

PEREMPTORIA citatio, & vocatoria, non debent esse nimis breves, *c. 1. X. de dilat.*

PEREMPTORIUM Edictum potest proponi in prima initimatione propter distantiam viarum, & etiam ex alia justa causa, *c. 5. de in integr. restit.*

Post terminum PEREMPTORIUM non statim Iudex procedere debet, *c. 13. X. de renunc.*

PEREMPTORIA exceptio ante litem contestatam admitti debet, *c. 19. X. de Iudic.*

PEREMPTORIA exceptio opponi non potest ante litis contestationem, *c. 1. de litis contestat. in 6.*

PEREMPTORIA exceptio non impedit litis contestationem, nisi sit de re judicata, transacta, finita, *ib.*

PEREMPTORIA exceptio ante sententiam apposita, debet examinari, priusquam sententia super principali quæstione feratur, *c. 1. X. de ordin. cognit.*

PEREMPTORIA exceptio potest opponi in causa appellationis, *c. 10. X. de fide instrum.* vid. *Exceptio peremptoria.*

PERFERRE.

PERFERENDAM rem si ego tibi dedi, teneris mihi mandati, sed is, cui datur custodienda, tenetur depositi, *L. 1. §. 11. depositi.*

PERFERENDAM ad te si ego dedi alicui rem meam, ut tu eam servares, & si tu non recepisses, quod ille servaret, si tu non recepisti eam rem, ille tenetur mihi mandati actione, *L. 1. §. 12. eod.*

PERFICERE.

PERFECISSE ædificium is videtur, qui ita consummavit, ut jam in usu esse possit, *L. 139. §. 1. de V. S.*

PERFICERE quandoque licet, quod non licuit incipere, *c. 7. X. de Iud. & Sarac.*

PERFECTA non videntur, quæ non complentur perfectionis ordine, *c. nihil. q. 1. caus. 7.*

PERFIDIA.

PERFIDIA, tribulationum flagellis solet castigari, *c. 33. q. 5. caus. 23.*

PER-

PERGULA.

PERGULA dicitur tentorium quoddam linteaminibus, vel similibus constructum, *L. 19. §. 2. de judiciis.*

PERICULOSUS, *a, m.*

PERICULOSUM est sub Iudice suspecto litigare, *c. 5. X. de except.*

PERICULUM.

PERICULUM rei traditæ ad vendendum, ut pretio quis utatur, pertinet ad tradentem, si eam venalem habeat, alias ad accipientem, *L. 11. pr. de rebus creditis* &c.

PERICULI appellatione venit casus fortuitus, *L. 39. mandati.*

Ubi PERICULUM maximum imminere perspicitur, ibi opus remedio, *Extravag. comm. c. injuncta. in pr. de elect.*

Ob animarum PERICULUM multa licent, quæ alias non licerent, *c. ult. X. de pœnit. & remiss.*

Propter PERICULUM mortis multa fiunt, quæ alias non fierent, *c. 5. X. de sent. excomm.*

PERICULI veri falsa remedia sunt graviora, *c. 7. X. de celebr. miss.*

PERICULUM rei furtivæ pertinet ad furem, nisi moram offerendo purgaverit, *L. 9. C. de furtis.*

PERICULUM qui passus est, debet & lucrum sentire, *L. 22. §. 3. eod.*

PERICULUM pecuniæ nauticæ debitoris est, nisi aliud fuerit conventum, *L. 2. C. de nautico fœnore.*

Qui PERICULUM navigationis in se suscepit, intelligitur in se suscipere periculum fortunæ, non culpæ debitoris, *L. 3. C. eod.*

PERICULUM interitus spectat ad furem, & metum inferentem, *L. 1. C. de his, quæ vi* &c.

PERICULUM rerum dotalium post moram pertinet ad maritum, etiamsi eodem modo essent perituræ apud uxorem, *L. 25. §. 2. soluto matrimonio.*

PERICULUM omne qui præstat, negligentiæ quoque tenetur, *L. 4. de magistr. conven.*

PERIRE.

Marcellus apud *Julianum* notat, verbo PERIISSE, & scissum & fractum contineri, & vi raptum, *L. 9. de V. S.*

Si vulneratus fuerit servus non mortifere, negligentia autem PERIERIT, de vulnerato actio erit, non de occiso, *L. 30. §. 4. ad L. Aquil.*

PERIURIUM.

PERIURIUM non cadit in pupillum, *L. 26. pr. de jurejur.*

PERIURIUM grande scelus est, *c. ult. q. 1. caus. 22.*

Quanto illud, per quod juratur, magis est sanctum, tanto magis est pœnale PERIURIUM, *c. 16. pr. ead.*

PERIURIUM per Deum factum, est gravius, quam factum per creaturas, *ibid.*

PERIURIUM est nequiter decipere credentem, *c. 1. ead.*

PERIURIUM est falsa juratio scienter facta, sive actus firmandi mendacium juramento, *c. 3. ead.*

PERIURIUM est falsa juratio ignoranter facta, quæ tamen peccatum non est, cum temere juretur, *c. 5. ead.*

PERIURIUM est indiscretum juramentum, *c. 11. q. 4. caus. 22.*

PERIURIUM est omne juramentum, quod non habet tres comites: veritatem, judicium, & justitiam, *c. 2. q. 2. caus. 22.*

PERIURIUM est jurare contra jus, *c. 21. X. de jurejur.*

PERIURIUM imputatur ei, qui per dictum suum dedit materiam pejerandi, *c. 34. X. eod.*

PERIVRIVM est juramentum contra utilitatem ecclesiasticam præstitum, nec debet servari, *c. 1. X. de his, quæ fiunt à Maj.*

PERIVRIVM manifestum repellit aliquem à dignitate, *c. 34. X. de elect.*

PERIVRIVM excusat necessitas, *c. 10. X. de jurej.*

PERIVRIVM excusat impossibilitas, *c. 17. X. eod.*

PERIVRII pœna est decem librarum auri, *Auth. Quod eis. C. de nupt. Nov. 51.*

PERIVRVS.

PERIVRI dignitate privantur, *L. 17. pr. C. de dignitat. XII.*

PERIVRVS privari debet officio, & beneficio, *c. 2. X. de fidejuss.*

PERIVRVS à defendendo non repellitur, *c. 8. X. de except.*

PERIVRVS est, qui sophistice jurat, *c. 9. q. 5. caus. 22.*

PERIVRO non est credendum, *c. 9. X. de testib.*

PERIVRO perpetuum silentium indici debet, *c. ult. de jurej. in 6.*

PERIVRI removentur ab Ecclesia regenda, *c. 10. X. de jurej.*

PERIVRVS in causa hæreseos, propter favorem fidei, testis auditur, alias semel perjurus testis esse non potest, *c. 8. §. licet. de hæret. in 6.*

PERIVRVS à Deo solo punitur, nec tenetur crimine læsæ majestatis, *L. 2. C. de rebus creditis.*

PERIVRVS ipso jure infamia notatur & repellitur ab agendo, *L. 41. de transact.*

PERIVRVS crimine stellionatus tenetur, *L. 4. stellionatus.*

PERIVRVS quando Dominus aut Vasallus fit, *II. F. 6.*

PERIVRVS Vasallus an ob hoc feudum amittit, *II. F. 24. §. 2.*

PERMVTARE.

PERMVTARE non potest Dominus feudum sine Vasalli consensu, *I. F. 22. c. si quis.*

PERMVTARI non debent temporalia cum spiritualibus, *c. ult. X. de rerum permutat.*

PERMVTARI inter se possunt spiritualia, & temporalia quoque inter se, *c. 6. X. eod.*

PERMVTARI caute debent res Ecclesiæ, *c. 2. X. eod.*

PERMVTARI possunt, præscitu Superioris, immobiles res Ecclesiæ, cum immobilibus rebus Laicorum, modo Ecclesia non lædatur, *c. 1. X. eod.*

PERMVTATIO.

PERMVTATIO differt à venditione, quia in venditione discernitur emptor à venditore, & res à pretio, sed in permutatione non discernitur, uter si emptor, vel uter venditor, *L. 1. pr. de rerum permutat.*

In PERMVTATIONE non potest discerni, quid eorum sit merx, & quid pretium, neque potest esse, quod utraque res sit pretium, utraque merx sit vendita, quia una eademque res non potest dici, quod veniat, & quod pretium sit emptionis, *ibid.*

In PERMVTATIONE res accepta, vel data si evincatur, datur actio præscriptis verbis, vel in factum, *L. 1. §. 1. eod.*

PERMVTATIO solo consensu non contrahitur, nisi secuta traditione, *L. 1. §. 2. eod.*

In PERMVTATIONE ex una parte traditione facta, si alter nolit rem tradere, non agitur ad id, quod ejus interest illam rem accepisse, de qua convenit, & ita ut compleatur contractus, agitur præscriptis verbis, sed ut res tradita tradenti reddatur, agitur condictione ob causam,

ſam, quaſi non ſecuta, *L. 1. §. 4. eod.*

PERMVTATIO non contrahitur, quando quis rem alienam dat, *L. 1. § 3. eod.*

PERMVTATIO vicina eſt emptioni, *L. 2. eod.*

PERMVTATIO inter contractus bonæ fidei computatur, *c. 6. X. de except.*

PERMVTATIONES præbendarum, & translationes perſonarum Epiſcopus facere poteſt ob cauſam neceſſariam, *c. 5. X. de rerum permutat.*

PERMVTATIO Eccleſiæ fieri poteſt, licet venditio ſit interdicta, *c. 6. X. eod.*

Eccleſiarum etiam Parœcialium poteſt fieri PERMVTATIO, uti & poſſesſionum earum, & pro minus valente, pretium ſuppleri, ut æqualis ſit permutatio, *ibid.*

Si PERMVTATIO beneficiorum completa eſt ex una parte, & per alteram ſtat, quo minus impleatur, reſtituetur pars ad ſuum beneficium, *c. 8. X. eod.*

PERMVTATIONES Eccleſiarum non debent fieri cauſa levitatis, ſed meliorationis, *c. ſi quis vult. q. 7. cauſ. 16.*

Princeps poteſt rem immobilem per PERMVTATIONEM acquirere, data re meliori, vel æquali, immobili *c. 1. X. de rer. permut.*

PERMVTATIO bonæ fidei eſt, & reipſa perficitur, & ſimilis eſt emptioni, *L. 2. C. de rerum permutat.*

PERMVTATIONIS cauſa ſi res ſit alteri tradita, & recipiens non impleat conventa, ſed alicui vendiderit eam, nulla actio competit contra emptorem, ſed contra eum, qui recepit, competit actio ex ſtipulatu, ſi interceſſit ſtipulatio, ſi non, præſcriptis verbis, vel ut fides placiti ſervetur, vel quod datum eſt, cauſa non ſecuta reſtituatur, *L. 4. C. eod.*

PERNOCTARE.

PERNOCTARE extra urbem intelligendus eſt, qui nulla parte noctis in urbe eſt, *L. 166. §. 1. de V. S.*

Per enim totam noctem ſignificat, *ibid.*

PERSECVTIO.

PERSECVTIONIS verbo extraordinarias perſecutiones puto contineri, ut puta fideicommiſſorum, & ſi quæ aliæ ſunt, quæ non habent juris ordinarii executionem, *L. 178. §. 2. de V. S.*

PERSECVTIO eſt injuſta, quam faciunt impii, Chriſti Eccleſiæ, eſt autem juſta perſecutio, quam facit impiis, Chriſti Eccleſia, *c. 42. q. 4. cauſ. 23.*

PERSECVTIONEM bonos pati permittit Deus, ut eorum ſuperbia ſuffocetur, *c. 11. q. 1. cauſ. 6.*

PERSECVTIO Prælatorum duplex eſt, una exterior, quæ reſpicit paſſionem, alia interior, quæ reſpicit compasſionem, *c. 48. q. 1. cauſ. 7.*

PERSECVTIO exterior ſi Prælato infertur ratione perſonæ, eſt fugienda; ſi vero ratione gregis, vel fidei, eſt conſtanter ſubeunda, *ibid.*

PERSECVTOR.

PERSECVTOREM criminis eſſe non eſt iniquitas, ſed potius pietas, *c. 42. q. 5. cauſ. 23.*

PERSECVTORES ſuos Prælati patienter tolerare debent, *c. 46. q. 1. cauſ. 7.*

PERSEQVI.

PERSEQVI videtur, & qui ſatis accepit, *L. 57. §. 1. de V. S.*

PERSEQVI Prælatum, eſt perſequi Chriſtum, quia Chriſti Vicarius eſt, *c. 36. q. 1. cauſ. 7.*

PERSEQVI malos propter correctionem eorum, non eſt malum, *c. 40. & 41. q. 4. cauſ. 23.*

PERSEQUI malos, non ratione zeli, sed ratione vindictæ, vel rapinæ, non est sine crimine, *c. 49. q. 5. caus. 23.*

Nunquam PERSEQUITUR spiritualis carnalem, sed è converso, *c. 13. q. 4. caus. 23.*

Ecclesia malos juste PERSEQUITUR, *c. 42. ead.*

Ecclesia rationabiliter hæreticos PERSEQUITUR, *c. 36. ead.*

Humanus est, non iniquus, qui crimen PERSEQUITUR, ut hominem liberet, *c. 17. q. 5. caus. 23.*

Non qui ad bonum, sed qui ad malum cogit, PERSEQUITUR, *c. 42. ead.*

PERSEQUENDO nemo facit causam deteriorem, sed meliorem, *L. 87. de R. I.*

PERSEVERANTIA.

PERSEVERANTIA est donum Dei, *c. 8. dist. 4. de pœnitent.*

PERSONA.

PERSONA deficiente personalia extinguuntur, *L. 196. de R. I.*

Ubi PERSONAE conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat, *L. 68. eod.*

PERSONAE quædam sui juris sunt, quædam alieno juri subjectæ, & hæ sunt vel in potestate parentum, vel in potestate dominorum, *pr. Inst. de his, qui sui, vel al.*

PERSONARUM qualitas consistit in scientia, moribus, ætate, *Clem. c. 1. & ult. de ætat. & qualit.*

PERSONARUM acceptio non est apud Deum, *c. 127. dist. 4. de conserv.*

PERSONARUM acceptio in judicio esse non debet, *c. 13. X. de judic. c. 12. de R. I. in 6.*

PERSONARUM acceptio non debet esse apud homines in electione Prælatorum, *c. 34. dist. 63.*

Statu PERSONAE, augetur crimen & pœna, *c. 14. & 32. X. de sent. ex comm.*

Ratione PERSONAE, vel rei, sortitur quis forum, *c. 26. X. de V. S.*

PERSONAE miserabiles ab Ecclesia debent defendi, *c. 4. X. de censib.*

Quidquid PERSONAE intuitu acquirit Clericus, de istis acquisitis omnibus potest ad libitum suum testari, *c. 1. X. de success. ab intest. & c. 9. & 12. X. de testam.*

PERSONAE intuitu præsumitur relictum, quidquid relinquitur Episcopo à propinquo; quidquid autem ab extraneo, intuitu Ecclesiæ, *c. 15. X. de testam.*

Quando PERSONAE industria eligitur ad aliquid faciendum, non potest illud per alium implere, *c. ult. X. de offic. Delegat.*

PERSONA principalis in judicio per se ipsam factum proponere debet, *c. 14. X. de judic.*

PERSONAE alias inhabili ad judicandum, consuetudo dat jurisdictionem, *c. 4. X. de arbitr.*

PERSONA patris vel patroni semper sancta & honesta videri debet filio vel liberto, *L. 2. C. qui & adversus quos &c.*

PERSONAE feuda dantes, *I. F. 1. pr.*

PERSONAM investituram accipientis non distinguimus, *II. F. 3. §. 1.*

PERSONA Domini feudi ne lædatur, *II. F. 7. pr.*

PERSONALIS, *e.*

PERSONALE servitium per alium fieri potest, *II. F. 26. c. 5. pr.*

Si PERSONALI actione reus contumax convenitur, mittetur Actor in possessionem rei pro modo debiti declarati, si mobilia non existant, *c. 5. §. 6. X. ut lit. non contest.*

In PERSONALI actione non tenetur reus respondere libello, si non expri-

exprimitur causa petitionis, *c. ult. X. de libell. oblat.*

Actione PERSONALI agens, semper tenetur causam exprimere in libello, ex qua competit sibi, quod petit, *ib.*.

PERSONALIS concessio cum persona finitur; realis perpetua est, ut quæ Ecclesiæ est, non personæ, *c. 6. X. de instit.*

PERSONALIA rescripta vel privilegia non excedunt personam, & cum ea extinguuntur, *c. 7. de R. I. in 6. & c. 6. X. de præsumpt.*

PERSONALITER.

Inquisitor debet PERSONALITER accedere ad locum, in quo morantur illi, contra quos fit inquisitio, quia non alibi facienda est, *c. ult. X. de accusat.*

PERSONATUS.

PERSONATUS plures in eadem Ecclesia, vel diversis, nullus debet habere sine dispensatione sedis Apostolicæ, quia singula officia in Ecclesiis assiduitatem exigunt personarum, *c. 13. & 28. X. de præbend.*

PERSUADERE.

PERSUADERE plus est, quam compelli, atque cogi sibi parere, *L. 1. §. 3. de servo corrupto.*

PERSUADERE ex mediis verbis est; nam & bonum consilium quis dando potest suadere, & malum, *ib.*

PERSUADENS servo alieno, ut injuriam vel furtum faceret, vel fugeret, vel ut amator meretricum existeret, vel errori & malis artibus esset deditus, aut ut esset seditiosus, vel rationes sibi commissas turbaret, tenetur actione servi corrupti, *L. 1. §. 5. eod.*

PERSUADENS servo alieno, ut stuprum perpetraret cum aliqua, vel persuadens ancillæ alienæ, ut stuprum pateretur, tenetur actione servi corrupti, *L. 2. eod.*

PERSUADENS servo alieno dolo malo, ut in tectum ascenderet, vel in puteum descenderet, si parens ille ascenderit, vel descenderit, & ceciderit, & crus vel quid aliud fregerit, si hoc sine dolo malo fecerit, non tenetur, si autem dolo malo, tenebitur, *L. 3. §. 1. eod.*

PERSUADENS quid servo, quem liberum esse putabat, tenetur servi corrupti actione, quia magis delinquit, qui liberum corrumpit, *L. 5. §. 1. eod.*

PERSUADENS servo alieno, ut alicui furtum faciat, tenetur domino servi actione servi corrupti non solum in id, in quo deterior servus effectus est, sed & in id, quod dominus servi præstaturus est ei, cui furtum est factum, *L. 14. §. 6. eod.*

PERSUADENS servo alieno, ut dominum contemnat, tenetur actione servi corrupti, & extraordinarie punitur, cum animum servi corrumpere dicatur per hoc, *L. 15. eod.*

PERSUADENS servo meo, ut nomen suum ex instrumento emptionis tolleret causa lucri, puta ne de evictione teneretur, tenetur furti, *L. 52. §. 23. de furtis.*

PERSUASOR.

PERSUASOR tenetur de persuasu, *c. 6. X. de homicid.*

PERTINACIA.

PERTINACIA in errore, facit hæreticum, *c. 29. q. 3. caus. 24.*

PERTINERE.

Verbum PERTINERE latissime patet; nam & eis rebus petendis aptum est, quæ dominii nostri sint, & eis, quas jure aliquo possideamus, quamvis non sint nostri dominii, *L. 181. de V. S.*

PERTINERE ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla eorum causa sint, sed esse possint, *ib.*

PERVENIRE.

PERVENISSE ad te recte dicitur, quod per te ad alium pervenerit, ut in hereditate, &c. *L. 171. de V. S.*

PERVENISSE proprie illud dicitur, quod est remansurum, *L. 71. pr. eod.*

PERVENISSE accipimus, sive jam exegit, sive exigere potest, quia actio ei delata est, *L. 64. §. 6. soluto matrim.*

Non PERVENISSE ad aliquem, vel per ipsum factum esse, quo minus perveniat, paria sunt, *L. 50, §. 1. de V. O.*

PETERE.

Nihil PETI potest ante id tempus, quo per rerum naturam persolvi possit, *L. 186. de R. I.*

PETI nihil potest, cum solvendi tempus obligationi additur, nisi eo præterito, *ibid.*

PETENS aliquid, causam petendi allegare debet, *c. 5. X. de censib.*

PETENS plus re, in expensis adversario condemnatur, *c. un. X. de plus petit.*

PETENS rem aliquam plus tempore, condemnatur in expensis, & induciæ duplicantur, *ib.*

Si eadem res ex alia causa PETATUR, super qua adversarius fuerat absolutus, non obstat res judicata, *c. ult. X. de caus. possess. & propriet.* & *c. 3. X. de empt.*

PETENS uxor restitutionem mariti, repellitur, si notorie post dimissionem fornicata est, & maritus continuit; secus, si & ipse in eam adulterium commisisset, *c. 4. X. de divort.*

Si PETENTI coram Iudice seculari hereditatem, opponatur quæstio nativitatis, est ad Iudicem ecclesiasticam remittenda, *L. 5. & 7. X. qui fil. sint legit.*

Plus quatuor modis PETITUR, re, tempore, loco, & causa, *§ 33. de actionib.*

Re plus PETITUR, veluti si quis pro decem aureis, qui ei debebantur, viginti petierit, *ib.*

Plus tempore quis PETIT, si ante diem vel conditionem petierit, *ib.*

Loco plus PETITUR, veluti cum quis id, quod certo loco sibi dari stipulatus est, alio loco petit, *ib.*

Causa plus PETITUR, veluti, si quis ita à te stipuletur, *hominem Stichum, aut decem aureos dare spondes*, deinde alterum petat, veluti hominem tantum, aut decem aureos tantum, *ibid.*

PETENS minus debito non fatetur reum debitorem duntaxat in summa petita, & ideo potest petere residuum coram eodem Iudice, *§. 34. eod.*

PETENS actor per dolum in libello majorem quantitatem, quam heres debeat, ut ipsum reum majoribus expensis gravet, tenetur in triplum ejus damni, quod reus passus est, in quo triplo continetur simplum, *§. 24. eod.*

PETITIO.

PETITIONIS verbo in rem actiones significari videntur, *L. 178. §. 2. de V. S.*

PETITIONES mutuæ coram eodem Iudice tractandæ sunt, licet una excedat jurisdictionem Iudicis, *L. 11. §. 1. de jurisdictione.*

PETITIO legati sine effectu non removet filium à querela, *L. 12. §. 2. de inoffic. testam.*

PETITIO incertæ partis in actione in rem, si ex parte actoris sit justa ignorantia, admittitur, Iudex tamen debet facere certum sententia sua, *L. 76. §. 1. de R. V.*

PE.

PETITIO *hereditatis.*

PETITIO, hereditatis sublata antiqua dubitatione, hodie est bonæ fidei, *§. 28. de A.*

PETITIO hereditatis differtur propter accusationem falsi testamenti, *L. 5. §. 2. de hereditatis petit.*

PETITIO hereditatis datur etiam pro minima re, *L. 10. pr. eod.*

PETITIONI hereditatis facit locum possessio sine titulo, etiamsi se heredem non contendat, *L. 13. §. 1. eod.*

In PETITIONE hereditatis venit dolus præteritus, i. e. ante litis contestationem commissus, ut si dolo malo desierit possidere, *L. 13. §. 14. eod.*

PETITIO hereditatis, etsi in rem actio sit, habet tamen præstationes quasdam personales, ut puta eorum, quæ à debitoribus sunt exactæ, item pretiorum, *L. 25. §. 18. eod.*

In PETITIONE hereditatis quod est statutum quoad fructus, habet locum in judicio familiæ erciscundæ, *L. 25. §. 19. eod.*

In PETITIONE hereditatis conclusio sumitur respectu juris agentis, non respectu juris possessoris conventi, *L. 1. §. 1. si pars hered. petat.*

PETITIO hereditatis partis incertæ admittitur propter incertum numerum nascendorum ex ventre, *L. 1. §. 5. eod.*

Per PETITIONEM partis hereditatis consequitur quis partem hereditatis pro indiviso, quæ per judicium familiæ ercisc. dividetur, *L. 7. eod.*

PETITIO hereditatis civilis est origine, approbatione tamen dicitur prætoria, *L. 1. de possessoria heredit. petit.*

Per PETITIONEM possessoriam hereditatis tantundem consequitur bonorum possessor, quantum per petitionem hereditatis heres consequi potest, *L. 2. eod.*

PETITIONE hereditatis directa regulariter tenetur ille, qui vel jus pro herede, aut pro possessore possidet rem hereditariam, *L. 9. de heredit. petit.*

PETITIONE hereditatis tenetur ille, qui pretia rerum hereditariarum possidet, & etiam ille, qui à debitore hereditario exegit, *L. 16. §. 1. eod.*

PETITIONE hereditatis tenetur ille, qui petiit hereditatem, & litis æstimationem consecutus est, *L. 16. §. 2. eod.*

PETITIONE hereditatis non solum à debitore defuncti, sed etiam à debitore hereditario potest debitum peti, *L. 16. §. 3. eod.*

PETITIONE hereditatis tenetur ex mala gestione ille, qui negotium hereditarium gessit, sed si heredis negotium gessit, non tenetur, *ib.*

PETITIONE hereditatis tenetur vendens hereditatis rem, sive eam possideret, sive non, dummodo pretium receperit, sive petere possit, alias tenetur cedere actiones agenti petitione hereditatis contra emptorem, *L. 16. §. 5. eod.*

PETITIO hereditatis contra possessores hereditarios datur ei, cui ex Trebelliano SCto hereditas restituta est, *L. 54. pr. eod.*

In PETITIONE hereditatis veniunt ea, quæ reus post litis contestationem cœpit possidere, *L. 4. eod.*

In PETITIONEM hereditatis veniunt universæ res hereditariæ, sive jura, sive corpora sint, *L. 18. §. 2. eod.*

In PETITIONEM hereditatis non veniunt servitutes, *L. 19. §. 3. eod.*

In PETITIONEM hereditatis veniunt non solum res, quas defunctus possi-

possidebat, sed etiam, quas detinebat, *L. 19. pr. eod.*

In PETITIONEM hereditatis non venit, quod non fuit defuncti, sed heredis, *L. 19. §. 1. eod.*

In PETITIONEM hereditatis veniunt res, in quibus defunctus bona fide retentionem habuit, *L. 19. §. 2. eod.*

In PETITIONEM hereditatis veniunt etiam ea, quæ hereditatis causa comparata sunt, ut mancipia, pecora, & alia necessaria hereditati, *L. 20. pr. eod.*

In PETITIONEM hereditatis non veniunt omnia, quæ hereditatis causa comparata sunt ex hereditaria pecunia, ut si possessor sui causa emit servum ex pecunia hereditaria, non venit servus emptus, sed pretium, nisi interfuit hereditatis illum servum emi, *L. 20. §. 1. eod.*

In PETITIONEM hereditatis veniunt mercedes à colonis acceptæ, operæ servorum, & vecturæ navium, & jumentorum, quæ loco fructuum sunt, *L. 29. eod.*

In PETITIONEM hereditatis venit servus occisus à possessore malæ fidei ante hereditatem aditam à vero herede, sed post aditam non, sed tantum tenetur L. Aquilia, *L. 36. §. 2. eod.*

In PETITIONEM hereditatis venit possessio superveniens post litis contestationem, *L. 41. pr. eod.*

A PETITIONE hereditatis ex una successione proposita exclusus non excluditur, si ex alia successione proponatur, licet ad easdem res, *L. 3. C. de petitione hereditat.*

PETITIO hereditatis regulariter durat triginta annis, *L. 7. C. eod.*

PETITIONE hereditatis agenti si objiciatur exceptio præjudicialis status defuncti, ante discuti debet illa exceptio, an liber sit testator, nec ne, quam procedatur ulterius in petitione hereditatis, *L. 8. C. eod.*

PETITIO hereditatis competit de jure civili, vel prætorio successoribus ab intestato, quoties repudiaverint heredes scripti, *L. 9. C. eod.*

PETITOR

PETITORIS causa durior est in eo, quod vel is, qui petit, vel is, à quo petitur, lucri petiturus est, *L. 33. de R. I.*

PETITOR possessori de evictione cavere non cogitur rei nomine, cujus æstimationem accepit: sibi enim possessor imputare debet, qui non restituit rem, *L. 35. §. 2. de R. V.*

PETITORIUM.

Qui PETITORIO sc. *judicio* utitur, ne frustra experiatur, requirere debet, an is, cum quo instituat actionem, *possessor sit, vel dolo desiit possidere*, *L. 36. pr. de R. V.*

PETITORIO præfertur possessorium, cum de utroque simul est quæstio, & succumbens in eo, debet probare in petitorio, & agitur interdictorum exemplo, *L. 3. C. de interdictis.*

PETITORIUM & possessorium potest quis in eodem libello intentare super diversis articulis, & etiam super eodem, *c. 2. X. de Capell. Monach.* & *c. 3.* & *4. de caus. poss. & propriet.*

PETITORIUM & possessorium simul debent terminari, primum tamen pronunciatur super possessorio, *ibid.* & *c. 6. X. eod.*

PETITORIUM & possessorium eidem commissum intelligitur, cui causa simpliciter, & indeterminate committitur; Et si actor intentavit possessorium, reus etiam potest intentare petitorium super possessionibus, in quibus succubuit coram eodem Judice, quia

quia continentia causæ dividi non debet, *c. 1. X. de sequestr.* & *c. 8. X. de donat.*

Si PETITORIO agat Actor, & Reus super eadem re deducit possessionem, proceditur in solo possessorio, suspenso petitorio, *c. 10. X. de restitut. spoliat.*

PETITORIO judicio spoliator non potest spoliatum reconvenire, nisi prius fuerit restitutus, *c. ult. X. de ordin. cogn.* & *c. 2. X. de restitut. spoliat.*

PETRVS.

PETRVS Alexandrinæ Episcopus, vir Apostolicæ sanctitatis, *L. 1. pr. C. de summa Trinit.*

S. PETRVS primus potestatem ligandi & absolvendi à Christo accepit, *c. 5. q. 1. caus. 24.*

PETRVS primus populum ad fidem, vi suæ prædicationis adduxit, *c. 2. dist. 21.*

PETRVS potestatem Regni primus accepit, *c. Petrus. q. 7. caus. 2.*

S. PETRVS fuit Princeps omnium Apostolorum, *c. 7. dist. 19. c. 2. dist. 21.* & *c. 2. dist. 22.*

S. PETRVS dicitur petra, quia primus in Nationibus fidei fundamenta posuit, & tanquam saxum immobile totius corporis Christianitatis compagem, molemque continuit, *c. 54. dist. 50.*

Si PETRVS post trinam negationem Princeps Ecclesiæ factus est, ut sua infirmitate sciret aliorum misereri, & alios tolerare; Sic etiamsi lapsi, post condignam pœnitentiam possunt propria officia retinere, & ad majora ascendere, *c. 53.* & *54. ead.*

PHILACTERIA.

Si quis aruspices observaverit, vel ariolos, vel incantatores, aut PHILACTERIIS usus fuerit, anathema sit, *c. 1. q. 5. caus. 26.*

PHILOSOPHARI.

Qui PHILOSOPHANTVR, rari sunt, *L. 6. §. 7. de excusat.*

PHILOSOPHIA.

PHILOSOPHIA vera & non simulata dicitur civilis scientia, *L. 1. §. 1. de I. & I.*

Aliqui in tribus Magorum muneribus, tres PHILOSOPHIAE partes volunt intelligi, sed non explicantur, *c. 7. §. Magi. dist. 37.*

PHILOSOPHVS.

PHILOSOPHORVM numerus non est constitutus, *L. 6. §. 7. de excus.*

PHILOSOPHVM dedecet avaritia & rapacitas, ideoque à patrimonialibus muneribus non excusatur, *L. 6. C. de muner. patrim. X.*

PHILOSOPHVS verus non est, qui de suis bonis solicitus est, *L. 6. §. 7. de excus.*

PHILOSOPHI vim fortunæ se ferre profitentur, ergo & patriæ suæ functiones, *L. 8. C. de profess. & med. X.*

PHYSICVS.

PHYSICVS in vanitate & obscuritate sensus ambulat, *c. 3. dist. 37.*

PICTVRA.

PICTVRA semper ad se trahit chartam, vel tabulam, *L. 23. §. 3. de R. V.*

PICTVRAE cedit tabula, *L. 9. §. 2. de A. R. D.*

PICTVRA est idiotis pro lectione, *c. 27.* & *28. dist. 3. de consecr.*

PICTVRAM faciens bona fide in aliena tabula si petat picturam à domino tabulæ possidente, potest repelli à domino tabulæ, nisi solvat ei pretium tabulæ, *§. 34. de R. D.*

PIETAS.

PIETAS parentibus, etsi inæqualis est eorum potestas, æqua debebitur, *L. 4. de curator. furioso* &c.

PIETAS & necessitas non sunt sub lege, *c. ult. X. de feriis.*

Sub specie PIETATIS non est committenda impietas, *c. 14. X. de haeret.* & *c. 4. X. de usur.*

PIETATE purgatur culpa, *c. 20. q. 2. caus. 22.*

PIETAS, non crudelitas est punire crimina, *c. 13. q. 8. caus. 23.*

PIETATIS intuitu nonnunquam receditur à jure communi, *L. 41. §. 2. de legat. 3.*

PIETATIS ratio inter *collibertos*, matrem & filium, secundum naturam salva esse debet, *L. 1. §. 1. de obsequiis parentib. & patron. praest.*

PIGMENTARIUS.

PIGMENTARII, seu *Speciarii*, aut *pharmacopolae* temere dantes cicutam, salamandram aconitum, pityocompas, aut bubrostim, mandragoram & cantharidas, tenentur L. Cornelia de sicariis, *L. 3. §. 3. ad L. Cornel. de sicariis.*

PIGNORARE.

PIGNORARE qui potest, potest etiam luere pignus, & agere pignoratitia, *L. 11. §. 7. de pignor. act.*

PIGNORARI potest res aliena cum voluntate domini, imo & si domino ignorante in pignus data sit, valebit pignus, si dominus ratum habuerit, *L. 20. pr. eod.*

PIGNORATA res tota vendi potest, etiamsi unus ex heredibus debitoris portionem suam solverit creditori, *L. 8. §. 2. eod.*

PIGNORATUS fundus si fuerit venditus à debitore, remanet nihilominus causa pignoris, quia fundus transit cum sua causa, *L. 18. §. 2. eod.*

PIGNORATA si fuerit sylva, navis, quae ex ea materia facta est, non est pignori obligata, nisi nominatim in dando pignore sit adjectum, quaeque ex ea sylva nata, vel facta, sint pignori etiam obligata, *L. 18. §. 3. eod.*

Si PIGNORATA fuerit res pluribus simul, aequalis est omnium causa, *L. 20. §. 1. eod.*

PIGNORATA domo, & area loco pignoris est, licet domus comburatur; vel econtra, pignorato solo, & aedificium censetur pignoratum, *L. 21. eod.*

PIGNORATUS intelligitur partus ancillae pignoratae, *L. 1. C. de partu pign.*

PIGNORATI servi operae perceptae & percipiendae computantur in usuris, & sorte, & extenuant debitum, *L. 2. C. eod.*

PIGNORARI non potest res, quae emi non potest, quia commercium ejus non est, *L. 1. §. 2. quae res pignori,* &c.

PIGNORATAE rei fructus debent in sortem computari, *c. 1. X. de usur.* & *c. penult. X. de pignor.*

Debitor, qui creditori juravit, nullum ei super re PIGNORATA gravamen inferre velle, donec solverit debitum, non auditur repetens pignus, etsi velit fructus computare in sortem; sed debet prius debitum integre solvere, & demum rem cum fructibus perceptis reposcere, *c. 7. X. de jurejur.*

PIGNORATITIA *Actio.*

vid. ACTIO *pignoratitia.*

PIGNUS.

PIGNUS contrahitur non sola traditione, sed etiam nuda conventione, etsi non traditum est, *L. 1. pr. de pignorat. act.*

PIGNUS appellatur à pugno, quia res, quae pignori dantur, manu traduntur; unde etiam videri potest, verum esse, quod quidam putant, pignus proprie rei mobilis constitui, *L. 238. §. 2. de V. S.*

PI-

PIGNUS proprie dicitur, quod ad creditorem transit, *L. 9. §. 2. de pignor. act.*

PIGNUS contrahitur in auro, & non in ære, quando qui ostendit aurum quasi pignori daturus, & dedit æs, quia in auro consenserunt, & non in ære, *L. 1. §. 1. eod.*

Ecclesiæ ornamenta, justissima necessitate exigente, PIGNORI dari possunt, *c. 1. X. de pignor.*

Ex causa PIGNORIS non debent recipi ornamenta Ecclesiæ, *Clem. c. ult. de Decim.*

Decimas à Laicis ad Ecclesias alienas pertinentes, Clerici in PIGNUS accipere non præsumant, *c. ult. X. de decim.*

PIGNORA patri obligata heres potest petere, *c. 6. X. de pignor.*

PIGNUS repetere possumus à quolibet possessore, *ibid.*

PIGNUS mihi obligatum possum aliis obligare, *ibid.*

Pactum legis commissoriæ PIGNORIBUS appositum, non obstat, quo minus *pignus* restituatur, nisi juramentum intervenisset, *c. penult. eod.*

PIGNUS recipiens maritus, pro dote promissa, non tenetur fructus in sortem computare, *c. 16. X. de usur.*

In PIGNORIS causa fructus in sortem sunt computandi, alias censetur usura, *c. 6. X. de pignor.*

Si creditor ex PIGNORE percepit tantos fructus, ut satisfactum sit sorti, debet pignus restitui debitori, *ibid.*

Si PIGNORI obligata est eadem res duobus, vel pluribus, is potior est, qui prior tempore, *c. 54. de R. I. in 6.*

Liber homo pro PIGNORE oppignorari non potest, licet aliud non habeatur, quod in *pignus* detur, *c. Lator. X. de pignor.*

PIGNUS potest quis dare alicui, ut pro se fidejubeat, *L. 9. §. 1. de pignor. act.*

PIGNUS potest dari non solum ob pecuniam, sed etiam ob aliam causam honestam, & non turpem, *ibid.*

PIGNUS vel hypotheca ut subsistat, requiritur, ut saltim naturalis obligatio præcedat, *L. 11. §. 3. eod.*

PIGNORIS obligatio per liberam personam non potest acquiri alicui, licet ejus possessio possit acquiri, *L. 11. §. 6. eod.*

Pro PIGNORE dato si aliud submittatur, furtum committitur, secus si in dando pignore aliud pro alio submittatur, quia tunc submittens non tenetur pignoratitia, & punitur crimine stellionatus, *L. 36. pr. eod.*

PIGNUS prætorium constituitur, quoties ex qualibet causa Iudex aliquem miserit in possessionem, *L. 26. pr. eod.*

Vbi jussu magistratus PIGNUS constituitur, non alias constituitur, nisi ventum fuerit in possessionem, *L. 26. §. 1. eod.*

PIGNORI data res, ut nisi solvatur, feudo sit, *I. F. 27. c. 1.*

PIGNUS esse desinit, quando id in feudum accipit creditor, *I. F. 4. §. 4.*

PIGNUS ut in feudum habeat ex Lege commissoria, non valet, *II. F. 51. c. 6.*

Non potest PIGNORI obligari feudum, quod in curte Domini est, *I. F. 5. §. 1.*

In PIGNUS datam feudum post 30. annos redimi non potest, *I. F. 28.*

De PIGNORE investitus & per 30. annos possessor jurejur. investituram firmans feudum retinet, *ibid.*

Pro PIGNORE rem datam si Vasallus vel Dominus in feudum datam asserat, quis probet, *I. F. 4. §. 4.*

Si nuda proprietas PIGNORI data sit, usus-

usufructus, qui postea accreverit, pignori erit; eadem causa est alluvionis, *L. 18. §. 1. de pignorat. act.*

PIGNORI res aliena obligari non potest, *L. 2. eod.*

PIGNORI dari potest fundus superficiarius, vectigalis, & etiam emphyteuticarius salvo jure domini, *L. 16. §. 2. eod.*

PIGNORI obligari potest nomen debitoris, & si nomen debitoris sit pecuniarium, creditor exactam pecuniam compensabit cum debitore, *L. 18. pr. eod.*

Iura prædiorum urbanorum PIGNORI dari non possunt; igitur nec convenire possunt, ut hypothecæ sint, *L. 11. §. 3. de pignor. & hypoth.*

Grege PIGNORI obligato, quæ postea nascuntur, tenentur; Sed & si prioribus capitibus decedentibus, totus grex fuerit renovatus, pignori tenebitur, *L. 13. pr. eod.*

PIGNORI dari potest statu liber, licet conditione existente evanescat pignus, *L. 13. §. 1. eod.*

PIGNORI obligare potest superficiarius superficiem, & tunc creditori competit hypothecaria contra quemlibet possessorem, *L. 13. §. 3. eod.*

PIGNORI obligari possunt illa, quæ nondum sunt, futura tamen sunt, veluti fructus pendentes, partus ancillæ, & fœtus pecorum, & ea, quæ nascuntur, sunt hypothecæ obligata, *L. 15. pr. eod.*

PIGNORIS persecutio in rem parit actionem creditori, *L. 17. eod.*

PIGNORI obligare rem potest ille, qui pro ea uti potest Publiciana, & creditorem in pignore Iudex tuebitur per Servianam, quemadmodum debitorem per Publicianam, *L. 18. eod.*

In quorum finibus emere quis prohibetur, PIGNVS accipere non prohibetur, *L. 24. eod.*

Periculum PIGNORVM nominis venditi ad emptorem pertinet, si tamen probetur eas res obligatas fuisse, *L. 30. eod.*

PIGNVS pupillus sine tutoris autoritate dare non potest, *L. 1. pr. quæ res pignori* &c.

Creditor, qui sciens filiumfamilias à parente PIGNORI accepit, relegatur, *L. 5. eod.*

Si PIGNVS specialiter respublica acceperit, dicendum est præferri eam fisco debere, si postea fisco debitor obligatus est, quia & privati præferuntur, *L. 8. qui potiores in pignore.*

PIGNVS non potest vendi ante diem solvendæ pecuniæ pacto collatam, *L. 4. de distractione pignor.*

Cum prior creditor PIGNVS jure conventionis vendidit, secundo creditori non superesse jus offerendæ pecuniæ, convenit, *L. 3. pr. eod.*

Creditor, qui jure suo PIGNVS distrahit, jus suum cedere debet, &, si *pignus* possidet, tradere utique debet possessionem, *L. 13. eod.*

In PIGNORE dando bonorum præsentium vel futurorum potest fieri conventio, *L. 1. pr. de pignorib.*

PIGNVS consistere potest ex his causis, ex quibus naturalis obligatio consistit, *L. 14. §. 1. eod.*

PIGNORIS datio potest ita fieri, ut si intra certum tempus pecunia non solvatur, jure emptionis creditor possideat rem justo pretio, tunc æstimandam, secus si dictum esset, ut pro debita pecunia creditor haberet emptam, *L. 16. §. 9. eod.*

PIGNVS contrahitur per procuratorem vel gestorem, si ratihabitio domini secuta sit, *L. 21. pr. eod.*

PIGNORIS obligatio etiam inter absentes recte ex contractu obligatur, *L. 23. §. 1. eod.*

PI-

PIGNVS dari non poteſt adjecto, & datum repetitur, *L. 33. eod.*

PIGNVS contrahi poteſt per epiſtolam, nec vitiatur, licet in ea non ſit dies & conſul, *L. 34. §. 1. eod.*

PIGNVS inferri, & induci poteſt in domum conductam voluntate domini, ita, ut in partem debiti ſit obligatum, *L. 5. §. 1. in quibus cauſis pign.*

PIGNVS in parte indiviſa durat pro indiviſo etiam poſt diviſionem inter ſocios factam, *L. 3. §. 2. qui potiores in pignore* &c.

Servo PIGNORI dato peculium ejus creditor, citra conventionem ſpecialiter ſuper eo conceptam, fruſtra diſtrahit, nec intereſt, quando ſervus domino peculium acquiſierat, *L. 1. §. 1. de pignor.*

PIGNORI obligari non poteſt res aliena ſine conſenſu domini, niſi dominus in fraudem creditoris diſſimulaverit, *L. 2. C. ſi aliena res pignori.*

PIGNORI ſi obligetur res, quæ non erat in bonis debitoris tempore obligationis, ſi poſtea incipiat eſſe in bonis debitoris, confirmatur pignus utiliter, *L. 5. C. eod.*

PIGNORI obligare non poteſt mater rem, quam prius donaverat filio, *L. 6. C. eod.*

PIGNORI obligare non poteſt rem, niſi perſona, quæ jure potuit obligare, *L. 8. C. eod.*

PIGNORI obligari non poteſt res aliena per ſervum procuratorem, colonum, aut actorem, ſeu conductorem inſcio vel invito domino, *ibid.*

Vniverſa bona eorum, qui cenſentur, vice PIGNORVM tributis obligata ſunt, *L. 1. C. in quibus cauſis pignus*, &c.

PIGNORIS, vel hypothecæ perſecutio in rem eſt, *L. 18. C. de pignor.*

PIGNORIS, uſucapio conventionem non extinguit, *L. 7. C. eod.*

PIGNVS ſicut nuda conventione contrahitur, ita nuda conventione remitti poteſt, *L. 23. C. eod.*

PIGNORIS remiſſio inutilis jus pignoris non extinguit, *L. 5. C. de remiſſ. pignor.*

Fundum PIGNORI obligatum, ſi creditor ex fructibus debitum conſecutus eſt, cum ipſo jure pignus ab obligatione liberatum ſit, diſtrahere minime poteſt, *L. 1. C. de diſtract. pignor.*

Qui à creditore PIGNORI obligatum prædium jure emit, de proprietate vinci non poteſt, *L. 18. C. eod.*

Res PIGNORIS hypothecæve jure creditoribus obnoxias, citra conſenſum eorum debitores alienantes, præcedentem non diſſolvunt obligationem, *L. 10. C. de remiſſ. pignor.*

Si creditor per fraudem minori pretio PIGNVS vendidit, ad intereſſe debitoris tenetur, *L. 1. C. ſi vendito pignore agatur.*

Debitor, vel ejus heres PIGNVS non jure diſtractum poteſt vindicare, niſi ſit uſucaptum, *L. 3. C. eod.*

Debitor PIGNVS jure non diſtractum poteſt à poſſeſſoribus vindicare, vel pignoratitia cum creditore agere, *L. 4. C. eod.*

Niſi debitum integraliter ſolvatur, PIGNVS non recuperatur, *L. 1. C. de luitione pignoris.*

Debitor poteſt creditorem, qui pecuniam non numeravit, ad reſtitutionem PIGNORIS convenire, *L. 1. C. ſi pignoris convention. numeratio pecuniæ* &c.

In PIGNORIBVS lex commiſſoria nihil operatur, *L. 1. C. de pactis pignorum.*

Qui PIGNVS accipit, non modo debitori, ſed & ejus heredi pignoris nomine tenetur, licet in inſtrumento nulla ſit heredis facta mentio, nam tacite id convenium intelligitur, ut

heredi, soluto tamen debito, pignus redderetur, *L. 12. C. de pignor.* & *§. ult. quib. modis re contrah.*

Sicut vim majorem PIGNORUM creditor præstare non habet necesse, ita dolum & culpam, sed & custodiam exhibere cogitur, *L. 19. C. eod.*

PILA.

Mela scribit, si, cum PILA quidam luderent, vehementius quis pila percussa in tonsoris manus eam dejecerit, & sic servi, quem tonsor radebat, gula sit præcisa adjecto cultello, in quocunque eorum culpa sit, eum L. Aquilia teneri; *Proculus* in tonsore esse culpam, *L. 11. pr. ad L. Aquiliam.*

Cum PILA complures luderent, quidam ex his servulum, cum *pilam* percipere conaretur, impulit, servus cecidit & crus fregit, dominus servuli L. Aquilia cum eo, cujus impulsu ceciderat, agere non potest, *L. 52. §. 4. eod.*

PISCARI.

PISCARI ne liceat in certa parte maris, potest quis se & suos heredes obligare, non tamen erit servitus realis, *L. 13. pr. communia prædior.*

PISCARI prohibens in mari etiam ante ædes suas vel prætorium suum, tenetur injuriarum actione, etiam si usurpatum sit consuetudine injusta, ut quis possit prohiberi *piscari* ante ædes suas, *L. 13. §. 7. de injuriis.*

PISCARI aliquem potest quis prohibere in lacu suo, *ibid.*

PISCANDI jus in portu, vel fluminibus publicis commune est omnibus, §. 2. *de R. D.*

PISCINA.

De PISCINA reficienda purgandave interdictum de fonte competit, *L. un. §. 10. de fonte.*

PISCIS.

PISCES, quos in piscina collegerimus, à nobis possidentur, sed non *pisces*, qui sunt in stagno, quia relicti sunt in naturali libertate, *L. 3. §. 14. de acquir. vel amitt. poss.*

PISCES & feræ in nullius dominio sunt, & ideo simul atque apprehensæ sunt, ejus, cujus in potestatem pervenerunt, dominii fiunt, *L. 14. pr. de A. R. D.*

PISCES, qui sunt in piscina, non sunt ædium, nec fundi, *L. 15. de A. E. V.*

PISTOR.

PISTORES habuerunt Romæ suum collegium, *L. 41. §. 1.* & *L. 46. §. 2. de excus.*

PISTORES mancipes dicuntur, *L. un. C. de pistoribus. XI.*

PISTRINUM.

Pistorio instrumento legato, ita ipsi pistores inesse videri possunt, si paterfamilias PISTRINUM exercuit, *L. 18. §. 1. de instructo vel instrum.*

PIUS, *a, m.*

In his, quæ ad PIAS causas relicta sunt, cessat Falcidia, *Auth. Similiter C. ad L. Falcid.*

PLACENTIA.

PLACENTIA malorum non est à Prælatis appetenda, *c. ult. dist. 83.*

PLACERE.

Quod semel PLACUIT, amplius displicere non potest, *c. 21. de R. I. in 6.*

Quod magis PLACUERIT, in dubiis liberum est sequi, *c. 18. X. de censib.*

PLACENDI causa, veritas hominibus non est enuncianda, *c. 1. q. 2. caus. 22.*

PLAGIARIUS.

PLAGIARII morte puniuntur, *c. 1. X. de furtis.*

Bonæ fidei emptor non incidit in crimen L. Fabiæ de plagiariis, à PLAGIARIO comparans, *L. 10. C. ad L. Fab. de plagiar.*

PLAGIUM.

PLAGII criminis accusatio publica est, *L. 13. C. ad L. Fabiam de plagiar.*

PLAGIUM committit, qui scienter hominem liberum vendit, *L. 15. C. eod.*

Nobi-

Nobiles de crimine PLAGII convicti, in metallum damnantur verberari, ignobiles vero servi, vel liberti, bestiis subjiciuntur, ingenui capite puniuntur, *L. 16. C. eod.*

PLAGIVM est, si quis furetur hominem ad vendendum, *c. 1. X. de furt.*

PLANTA.

PLANTAM alienam si quis in suo solo, vel plantam suam in alieno solo posuerit, utroque casu planta erit illius, cujus erit solum, si modo radices egerit, sed antequam radices egerit, illius permanet, cujus & fuit, *L. 7. §. 13. de A. R. D.* & §. *31. de R. D.*

PLANTARE.

PLANTANS olivam, aut ficum juxta alterius prædium, debet plantare ab aliena regione novem pedes, sed plantans alias arbores, pedes quinque ab aliena regione debet plantare, *L. 13. finium regundor.*

PLANVM.

De PLANO Proconsul potest expedire hæc, ut obsequium parentibus, & patronis, liberisque patronorum exhiberi jubeat, *L. 9. §. 3. de offic. Proconsul.*

Proconsul poterit de PLANO libertum non obsequentem emendare aut verbis, aut fustium castigatione, *ibid.*

PLAVSTRVM.

Duo PLAVSTRA, alias *plostra*, onusta in clivo Capitolino damnum dederunt, quid de hoc statuendum, *L. 52. §. 2. ad L. Aquil.*

PLEBISCITVM.

PLEBISCITVM est, quod plebs plebejo magistratu interrogante (veluti *Tribuno*) constituebat, *§. 4. de I. N. G. & C.*

PLEBISCITA, lege Hortensia lata, non minus valere, quam leges cœperunt, *ibid.*

PLEBISCITA sunt, quæ plebes tantum constituunt, & vocantur plebiscita, quod ea plebs sciat, vel quod plebs sciscitetur, & roget, ut fiant, *c. 2. dist. 2.*

PLEBS.

PLEBS est, cæteri cives sine Senatoribus, *L. 238. pr. de V. S.*

PLEBS à populo eo differt, quo species à genere, *§. 4. de I. N. G. & C.*

PLEBIS appellatione sine patriciis & senatoribus cæteri cives significantur, *ibid.*

Cum PLEBS à Patribus secessisset, anno fere septimo decimo post reges exactos, Tribunos sibi in monte Sacro creavit, qui essent plebeji magistratus, *L. 2. §. 20. de O. I.*

PLENVS, *a*, *m*.

PLENO jure fundum tradi dicitur usumfructum, & proprietatem simul connexos tradi, *L. 126. §. 1. de V. O.*

PLVMBVM.

PLVMBVM, quod tegulis poneretur, ædificii esse, ait *Labeo*; Sed id, quod hypæthri tegendi causa poneretur, contra esse, *L. 242. §. 2. de V. S.*

PLVRALIS.

PLVRALIS locutio duorum numero contenta est, *c. 40. de R. I. in 6.*

PLVRALIS locutio in literis ad beneficia, restringitur ad duo tantum beneficia, *c. 19. de præbend. in 6.*

PLVRALIS locutio duorum numero contenta est, *II. F. 58. c. 1.*

PLVS.

PLVS est in restitutione, quam in exhibitione, *L. 22. de V. S.*

Hæc adjectio, PLVRISVE, non infinitam pecuniam continet, sed modicam, ut taxatio hæc, *Solidos decem plurisve*, ad minutulam summam referatur, *L. 192. eod.*

Non debet, cui PLVS licet, quod minus est, non licere, *L. 21. de R. I.* (Seu, *qui potest plus, potest etiam minus*).

In

In eo, quod PLVS sit, semper inest & minus, *L. 110. pr. eod.*

PLVS dicitur *Re*, *c. 2. q. 1. caus. 14.*
Tempore, *c. 1. & 2. dist. 78.*
Loco, *c. 4. 33. q. 2.*
Causa, *c. 2. dist. 13.*

PLVS semper continet id, quod minus est, *c. 35. de R. I. in 6.*

Cui licet, quod est PLVS, licet utique, quod est minus, *c. 53. eod.*

Si quis PLVS petierit, punitur, *c. un. X. de plus petit.* vid. *Petere.*

PLVTEVS.

PLVTEI, i. e. instrumenta, quibus scribitur, & juxta parietem in sustentaculo quodam poni solent, ædium venditarum non sunt, *L. 17. §. 4. de A. E. V.*

POCVLENTVM.

POCVLENTVM vel esculentum proprie non est donum, vel munus, sed xenium, *L. 18. de officio Præsidis.*

POCVLVM.

Qui quatuor POCVLA oleaginea, i. e. plena oleo, vel apta ad oleum reponendum, vel ferendum, ita legavit, *pocula oleaginea paria duo*, unum par legatum est, *L. 30. pr. de legat. 3.*

PODAGRA.

PODAGRAE valetudo non præstat alicui excusationem à muneribus personalibus, quando *podagra* quandoque eum vexat, quandoque non, sed quando ita debilitatus est propter *podagram* perpetuo, ut ambulare non possit, & suis rebus interesse, tunc ei præstat excusationem, *L. 3. C. qui morbo se excusant. X.*

POENA.

POENA sine fraude esse non potest, *L. 131. pr. de V. S.*

POENA est noxæ vindicta, *ib.*

Inter POENAM & multam, multum interest, *L. 131. §. 1. eod.*

POENA est generale nomen, omnium delictorum coërcitio, *ib.*

POENA non tantum pecuniaria, verum capitis & existimationis irrogari solet, *ibid.*

POENA non irrogatur, nisi quæ quaque lege, vel quo alio jure specialiter huic delicto imposita est, *ib.*

POENAM unusquisque irrogare potest, cui hujus criminis sive delicti executio competit, *ib.*

Si qua POENA est, multa est; Si qua multa est, pœna est. *Paulus:* utrumque eorum falsum est, *L. 244. eod.*

De POENA provocatio non est, *ib.*

POENAE certæ singulorum peccatorum sunt, multæ contra, *ib.*

Quod à quoquo POENAE nomine exactum est, id eidem restituere nemo cogitur, *L. 46. de R. I.*

POENAE depensæ repeti non solent, *L. 16. 19. & 42. de cond. indeb. L. 22. de pignor.*

Illi debet permitti POENAM petere, qui in ipsam non incidit, *L. 154. §. 1. de R. I.*

Duplici POENA nemo efficiendus, *L. 43. §. 3. de vulg. & pupill subst.*

POENA dicitur proprie læsio, quæ punit & vindicat, quod quisque commisit, *c. 4. dist 3. de pœnit.*

POENA non debet verti in culpam, *c. un. X. de purif. post. part.*

POENA non debet trahi ad gratiam, *c. 2. X. de transact. Episc.*

POENA duplex est; *temporalis & æterna*, *c. 42. §. autoritas. dist. 3. de pœnit.*

Antequam POENA infligatur, attendi debet *causa*, *persona*, *locus*, *tempus*, *qualitas*, *quantitas*, *eventus*, *c. 19. §. sed hæc. dist. 1. de pœnit. c. 20. X. de V. S.*

POENA proportionetur delicto, *c. ult. §. præmissis &c. de pœnis. in 6.*

POE-

POENA debet crescere, crescente delicto, *c. 10. X. de judic. c. ult. X. ut lit. non contest.*

POENAE potius sunt emolliendæ, quam exasperandæ, *c. 18. dist. 1. de pœnit.*

POENARUM Canonicarum rigor temperatur, propter necessitatem temporis, & utilitatem. *c. 5. q. 7. caus. 1.*

POENA augetur ex persona, *c. 32. X. de sent. excomm.*

POENA mitior imponitur Laicis, quam Clericis, *c. 7. X. de pænit. & remiss.*

Nobilitati circa imponendas POENAS parcendum, *c. ult. X. de pœnis.*

POENAM debet præcedere monitio, *c. 26. X. de appell.*

POENA benigniorem interpretationem admittit, *c. 49. de R. I. in 6.*

PARI POENA puniuntur causam homicidii præstans, & homicidium committens, *c. 7. & 10. X. de homicid.*

POENA par quandoque stringit dantem & accipientem, *c. penult. q. 7. caus. 1.*

POENAE obnoxius est occulte nocens æque, ac nocens manifeste, licet dicat postea, se joco fecisse, *c. 1. X. de præsumpt.*

POENA publica crimen occultum non est puniendum, *c. 20. X. de Simon.*

POENA debet suos tenere autores, *c. 2. X. de his, quæ fiunt à maj.*

POENA paterna nullam maculam infligere potest filio, *c. 6. q. 4. caus. 1. L. 26. de pœnis.*

POENA alicui, ejusque posteris imposita, non extenditur ad posteros lineæ fœmineæ, nisi aliud in jure vel sententia expressum sit, *c. 4. de pœnis in 6.*

Quandoque POENA fertur non tantum in autores scelerum; sed etiam in progeniem damnatorum, juxta Canones, *c. 10. X. de hæret.*

POENAM imponere potest testator heredi, si suæ non pareat voluntati, *c. 18. X. de testam.*

POENA temporalis quandoque transfertur in posteros, *c. 26. §. Ecce. dist. 3. de pænit.*

POENA cessat deficiente probatione, *c. ult. q. 5. caus. 32.*

POENA talionis puniri debet non probans, quod intendit contra alium, *c. 1. X. de calumn.*

POENA cum pœna compensatur, *c. 7. X. de pœnis.*

POENAE commutari possunt, *c. ult. X. de maledic.*

POENA criminis læsæ Majestatis rei, extenditur interdum etiam ad collaterales, videlicet fratres, horumque nepotes, & pronepotes, *c. ult. §. cæterum. de pœnis in 6.*

POENA pecuniaria non debet puniri pater pro delicto filii minoris 14. annis, *c. ult. X. de delict. puer.*

POENA pecuniaria debito solvendo apposita non debet exigi, si major debiti pars intra annum solvatur, *c. 9. X. de pœnis.*

POENAM pecuniariam, quam ab aliquo recipit Magistratus, sibimet appropriare non debet, sed in utilitatem Reipubl. distribuere, *c. 2. X. de pœnis.*

POENAM adinvicem promissam, ex conventione, uterque exigere potest contrahentium, si uterque venit contra contractum, *c. 7. X. de pœnis.*

POENA super contractu apposita non tenet, ubi contractus non tenet, *c. penult. X. de precar.*

POENA quandoque indicitur ad cautelam, *c. 18. X. de homicid.*

POENA reo illa est infligenda, quæ ma-

magis timetur, *c. ult. X. ut lit. non contest.*

POENA temporali puniuntur, quos Dei timor à malo non revocat, *c. 13. X. de vit. & honest. Cler.*

POENA inferenda est amore justitiæ, non amore ipsius pœnæ, *c. ult. §. ex his. q. 4. caus. 23.*

POENA multiplici castigetur, multos præsumens offendere, *c. 1. in fin. de sent. & re judic. in 6.*

POENIS debent coërceri, qui non possunt præmiis induci ad observantiam juris, *Clem. c. 3. in pr. de pœnis.*

Productior est POENA, quam culpa, ne parva putaretur culpa, si cum illa finiretur & pœna, *c. 7. dist. 3. de pœnit.*

POENAM sanguinis nulli debent inferre Clerici, *c. 4. X. de raptor.*

POENARUM inventarum ratio est, emendatio delinquentis, *c. 2. q. 2. caus. 21.*

Varietas criminum, varietatem POENARUM inducit, *c. 18. dist. 1. de pœnit.*

POENA unius debet esse metus multorum, *c. 13. X. de jurejur.*

POENA pecuniaria pro ratione divitiarum cujusque est imponenda, *II. F. 53. pr.*

POENAE, quas Præsides imponere solent, sunt multæ, quandoque enim imponitur pœna mortis, quandoque servitutis, quandoque coërcitionis corporis, ut fustium admonitio, flagellorum castigatio, vinculorum verberatio, quandoque imponitur pœna damni pecuniarii cum infamia, ut si furti vel injuriarum damnetur civiliter, quandoque imponitur pœna depositionis alicujus dignitatis, quandoque imponitur pœna prohibitionis alicujus actus, *L. 6. §. 2. L. 7. & L. 8. pr. de pœnis.*

Qui majori POENA afficitur, quam legibus statuta est, infamis non fit, *L. 10. §. 2. eod.*

Si POENA alicui irrogatur, non transit in ejus heredem, quia pœna constituitur in emendationem hominum, quæ mortuo eo, in quem constitui videtur, desinit, *L. 20. eod.*

In POENIS imponendis tempus delicti, non sententiæ inspicitur, *L. 1. pr. eod.*

POENA morti proxima est metalli coercitio, deinde in insulam deportatio, *L. 28. pr. eod.*

POENA major imponitur militi, & constituto in dignitate, quam vili, *L. 14. eod.*

POENAM pecuniariam qui non potest solvere, debet in corpore luere, quod verum est in omni crimine publico, vel privato, *L. 1. §. 3. eod.*

POENA, quæ imponitur ad tempus, post tempus videtur remitti, *L. 35. eod.*

POENAE interpretatione legum molliendæ sunt potius, quam asperandæ, *L. 42. eod.*

POENAM sua dictam sententia Præsidi provinciæ revocare non licet, *L. 15. C. de pœnis.*

POENAM non facile remitti publice interest, ne ad maleficia temere quisquam prosiliat, *L. 14. C. eod.*

POENAM in compromisso appositam committit litigator impediens arbitrum ferre sententiam, ac si pronunciatum esset; & sententiæ non paruisset, *L. 27. §. 4. de receptis, &c.*

POENAM compromissi committit litigator præsens, si prohibuit arbitrum cum effectu, ut non ferat sententiam, *L. 27. §. 6. eod.*

POENA etsi in compromisso non sit inserta, nihilominus arbiter post illud acceptum cogi potest sententiam dicere, *L. 27. §. 7. eod.*

POENA compromissi committitur, si petatur ab eo, ad quem exceptio

rei

rei judicatæ porrigitur, alias secus, *L. 29. eod.*

POENAM ex compromisso committit is, qui non paret sententiæ arbitri in non dando rem, quam dare jussus est, vel dando operam, ne feratur sententia, secus in eo, qui non paret omni verbo, vel præcepto, quia ille non committit pœnam, *L. 39. pr. eod.*

POENAM compromissi non committit, qui nomina testium juxta sententiam arbitri non exhibet, *ibid.*

POENA ibi debet esse, ubi est noxia, *L. 22. C. de pœnis.*

POENA legis Fabiæ ut locum habeat, necessaria est subscriptio, accusatio & sententia, *L. 3. C. ad L. Fabiam de plagiar.*

POENA edicti de calumniatoribus est intra annum in quadruplum, post annum in simplum, *L. 1. pr. de calumniator.*

POENA manifesti furti, quadrupli est, tam ex servi, quam ex liberi persona; nec manifesti, dupli, *§. 5. de obligat. quæ ex delicto* &c.

POENA conventionalis non potest imponi actui, qui debet dependere à libero nostro arbitrio, sed debemus esse contenti pœnis legalibus, *L. 19. de V. O.*

POENALIS, *e.*

In omnibus POENALIBUS judiciis & ætati, & imprudentiæ succurritur, *L. 108. de R. I.*

POENALIA judicia semel accepta in heredes transmitti possunt, *L. 164. eod.*

POENALIS ut dicatur promissio, requiritur, quod in stipulatione sit facta expressa mentio pœnæ, *L. 4. §. 1. de V. O.*

In POENALIBUS causis benignius interpretandum est, *L. 155. §. 2. de R. I.*

POENITENTIA.

POENITENTIA in contractibus innominatis ante implementum locum habet, secus tamen est in contractibus nominatis, *L. 5. §. 1. de condict. causa data* &c.

POENITENTIAE non est locus in contractu innominato liberatorio, *L. 46. de pactis.*

De POENITENTIA certiorari debet quis, quando aliter is posset damno affici, secus ubi non tractaretur de ejus damno, *L. 5. §. 2. de condict. causa data* &c.

POENITENTIA non purgat animi vitium, *L. 17. §. 1 de ædilitio edicto.*

POENITENTIA non liberatur ille, qui tenetur ex delicto, *L. 65. de furtis.*

POENITENTIA admittitur ante litis contestationem in actione sepulchri violati, *L. 3. §. 10. de sepulchro viol.*

POENITENTIA vera est dolor cordis & amaritudo animæ pro malis, quæ quisque commisit, *c. 39 c. 87. §. est enim &c. dist. 1. de pœnit.*

POENITENTIA est quædam dolentis vindicta, puniens in se, quod dolet commisisse, *c. 4. dist. 3. ead.*

POENITENTIA est flere commissa, & flenda non ulterius committere, *c. 9. ead.*

POENITENTIA perfecta & fructuosa est, in cujus corde est contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas, *c. 40. dist. 1. ead.* & *c. 8. dist. 3. ead.*

POENITENTIA perfecta cogit peccatorem omnia libenter sufferre, *ibid.*

Alia est POENITENTIA incipientium, alia proficientium, alia perfectorum, *c. quamvis. §. hac. ead.*

POENITENTIA alia vera, cui venia nunquam negatur; alia falsa, cui nunquam indulgentia promittitur, *c. 33. §. fin. dist. 3. ead.*

POENITENTIA simulata Deum irritat, *c. 35. & 36. ead.*

Qui POENITENTIAM agit, non tantum debet commissa deflere, sed melioribus factis tegere, *c. 54. dist. 1. ead.*

POENITENTIA falsa est illius, qui alicui officio deditus est, quod sine peccato excerceri non possit, vel qui bona alterius injuste detinet, vel qui odium in corde gerit, *c. falsas. dist. 5. ead.*

Inanis est POENITENTIA, quam sequens culpa coinquinat, *c. 12. dist. 3. ead.*

Non vere POENITENTIAM agit, qui continentiam non servat, *c. 6. q. 4. caus. 33.*

Si vis agere POENITENTIAM, quando jam peccare non potes, peccata deseruerunt te, non tu illa, *c. 2. dist. 7. de pœnit.*

Multos solet serotina POENITENTIA decipere, *c. 6. ead.*

POENITENTIAM quamvis brevem & momentaneam, non despicit Deus, *c. 42. §. intelligitur. dist. 3. ead.*

Tam diu quis gaudeat & speret de gratia, quam diu sustentatur à POENITENTIA, *c. 5. ead.*

Doloris mensura potius, quam temporis, in actione POENITENTIAE consideranda est, *c. in actione. dist. 1. ead.*

Tempus POENITENTIAE est usque ad finem vitæ, in *princ.* & *c. 1.* & *2. dist. 7. ead.*

POENITENTIA etiam dilata, dum studiose petitur, non negatur, *c. pœnitentia. dist. 1. ead.*

Morientibus POENITENTIA non neganda, *c. 12. q. 6. caus. 26.*

Cui POENITENTIA non negatur, nec reconciliatio neganda est, *c. agnovimus, §. cui autem. ead.*

Damnatis ad mortem POENITENTIA concedi debet, nec valet contraria consuetudo, *Clem. 1. de pœnit. & remiss.*

Etiam ante baptismum POENITENTIA agenda, *c. 97. dist. 4. de consecr.*

POENITENTIA adulteræ occultæ non est neganda, *c. 9. X. de pœnit. & remiss.*

Sub fiducia POENITENTIAE nullus peccare debet, *c. 5. X. de Cler. excomm.*

POENITENTIAM agentes hoc timere oportet, ne ipsius pœnitentiæ agant pœnitentiam, *c. 3. q. 4. caus. 17.*

Post POENITENTIAM ad militiam secularem redire non licet, *c. contrarium. dist. 5. de pœnitent.*

Si POENITENTIA simulata fuerit, & propter ambitionem dignitatis, non est restituendus lapsus pristino honori, *c. 23. dist. 50.*

Conjugatis non nisi de consensu POENITENTIA detur, *c. ult. q. 4. caus. 33.*

POENITENTIA alia interior, alia exterior est, *c. 87. dist. 1. de pœnit.*

Est quædam POENITENTIA, quæ solennis appellatur, quæ semel tantum in Ecclesia conceditur, de qua Ambrosius; sicut, ait, unum est baptisma, ita unica est pœnitentia, *c. 61. dist. 50.*

Pro manifesto peccato, POENITENTIA manifesta imponi debet, *c. 1. X. de pœnit. & remiss. c. 87. §. Econtra ea. dist. 1. de pœnit.*

Tempus POENITENTIAE præfigi non potest, nisi peccatum fuerit manifestum, *c. 87. §. cum ergo. ead.*

Mensuram temporis in POENITENTIA non assignant Canones pro unoquoque crimine; sed arbitrio relinquunt Sacerdotis, *c. 7. X. de pœnit. & remiss.*

Pro certis tamen peccatis certæ designantur POENITENTIAE in 47. Ca-

Canonibus pœnitentialibus, qui habentur post *dist. 5. de consecr.*

In periculo mortis constitutis POENITENTIAE quantitas non est imponenda, sed innotescenda, & amicorum orationibus & eleemosinarum studiis pondus sublevandum, *c. 1. q. 7. caus. 26.*

Gravis POENITENTIAE pondus à quibusdam imponi solitum reprehenditur, *c. alligant. q. 7. caus. 26.*

POENITENTIAM imponendi facultas delegata, non potest subdelegari, *c. ult. §. fin. X. de offic. Deleg.*

POENITENTIAE modus parricidis imponendæ, *c. Latorem. q. 2. caus. 33.*

POENITERE.

POENITERE licet ante litis contestationem, cum adhuc videatur res integra, *L. 22. §. 5. soluto matr.*

POENITENTEM uni Sacerdoti commissum, alter non recipiat, *c. Placuit, ut deinceps. q. 2. caus. 9.*

POENITENTES publici quomodo tractandi, *c. 63. & 64. dist. 50.*

POENITENTES publici non possunt contrahere matrimonium, *c. de his. q. 2. caus. 33.*

Clericus publice POENITENS non ordinetur, *c. 55. & 66. dist. 50.*

Presbyteris & Diaconis publice POENITENTIBUS non debent manus imponi, *c. 67. dist. 50.*

POENITERE, est pœnam tenere, *c. 4. dist. 3. de pænit.*

POENUS.

POENUS, al. *Penus*, omnibus generibus dicitur, hic pœnus, hæc pœnus, & hoc pœnus, *L. 4. §. 3. de pænu legata.*

POENU certa cum vasis certis legata & consumpta, ne vasa quidem cedunt legato, exemplo peculii, *L. 2. eod.*

In POENU non omne, quod bibetur, habetur, alioquin omnia medicamenta, quæ biberentur, continenantur, *L. 5. pr. eod.*

POENORIS appellatione continetur piper, ligusticum, careum, & laser, *L. 5. §. 1. eod.*

POENU non continentur vasa cocitatoria, & instrumentum pistrini, *L. 6. eod.*

POENU legata continentur, quæ esui potuique sunt, *L. 3. pr. eod.*

POENU legata continentur etiam ea, quæ esui & potui non sunt parata, veluti ea, cum quibus solemus comedere, ut est oleum, muria, mel, & cætera similia, *L. 3. §. 1. eod.*

POENU legata continentur omnes res, quæ sunt paratæ esui vel potui patrisfam., uxoris, vel libertorum, vel familiæ, quæ circa eos esse solet, item quæ sunt paratæ esui, & potui jumentorum, quæ parata sunt causa usus dominici, i. e. patrisfamilias, *L. 3. pr. eod.*

POENU pocula ea, quæ vini loco paterfamilias habuit, continentur, *L. 3. §. 4. eod.*

POENORI acetum quoque cedit, nisi extinguendi ignis causa fuit paratum, tunc enim esui potuique non fuit, *L. 3. §. 5. eod.*

POENU legata continentur etiam cibaria textorum, & textricum, qui circa patremfamilias sunt, *L. 3. §. 6. eod.*

POENU legata continentur cibaria eorum jumentorum, quæ usibus ipsius & amicorum deserviunt, sed non eorum, quæ agris deserviebant, vel locabantur, *L. 3. §. 7. eod.*

POENU legata continentur ligna & carbones, quæ non vendendi causa parata sunt, item thus, & cerei in domesticum usum parati, *L. 3. §. 9. eod.*

POENU legata continentur unguentum, & chartæ epistolares, & odores, & chartæ paratæ ad ratiunculas, & rationarium, & vasa pœnuaria,

ria, sine quibus pœnus non potest recte stare; sed vasa, sine quibus pœnus stare potest, non continentur, veluti dolia, arcæ, arculæ frumenti, vel leguminum sportæ, & alia vasa, quæ horrei pœnuarii, vel cellæ pecuniariæ instruendæ gratia habentur, *L. 3. §. 10. & 11. eod.*

POENV, quæ est Romæ, legata, intelligitur etiam legata ea, quæ est intra continentia ædificia, *L. 4. §. 4. eod.*

POENV urbana legata intelligitur legata etiam ea, quæ in villa est urbico usui destinata, *L. 4. §. 5. eod.*

Si cui POENVS legata sit præter vinum, omnis penus legata videtur, excepto vino, *L. 4. §. 6. eod.*

POESIS.

POESIS vanæ studium improbatur, *c. 3. dist. 37.*

POETA.

POETAE nullam habent immunitatem munerum, nec Geometræ, *L. 3. & 4. C. de Professor. & Medic. X.*

Christianis prohibetur legere figmenta POETARVM, quia per oblectamenta fabularum inanium, mentem excitant ad incentiva libidinum, *c. ideo dist. 37.*

Non solum thura offerendo, sed etiam POETARVM dicta libentius amplectendo, Dæmonibus immolatur, *ib.*

POETAE appellatione simpliciter, & non addito nomine intelligimus inter Latinos de Virgilio, inter Græcos de Homero, *§. 2. de I. N. G. & C.*

POLLICITATIO.

POLLICITATIO si ob honorem fuerit facta, quasi debitum exigitur, *L. 3. pr. de pollicitation.*

POLLICITATIO de opere faciendo, licet non ob honorem, valet, si à promissore opus fuerit cœptum, *ib.*

Ex POLLICITATIONE si quis rem tradiderit municipibus, non potest eam vindicare, sed si municipes desierint eam possidere, datur eis utilis actio in rem, *L. 3. §. 1. eod.*

Toties locum habet diminutio POLLICITATIONIS in persona heredis, quoties non est *pollicitatio* ob honorem facta; cæterum si ob honorem facta sit, æris alieni loco habetur, & in heredum persona non minuitur, *L. 6 pr. eod.*

POLLICITATIO facta à masculis, vel etiam à fœminis ob honorem suum valet, sed facta ob honorem alienum, oportet, quod promissor incipiat, ad hoc, ut valeat, & ex ea teneatur, *L. 6. §. 1. & 2. eod.*

Ex POLLICITATIONE, quam quis fecit reipub. ob honorem habitum, vel habendum, tam ipse, quam ejus heredes tenentur in solidum, *L. 9. eod.*

Per POLLICITATIONEM promissum opus si quis facere cœperit, & postea decesserit, si ejus bona ad opus perficiendum non sufficiant, tenetur extraneus heres usque ad quintam partem patrimonii defuncti, liberi vero heredes usque ad decimam tantum tenentur opus perficere, *L. 14. eod.*

POLLINCTOR.

POLLINCTOR seu *Pollinctores* dicuntur illi, qui sunt instituti ad hoc, ut funera morientium curent, quasi pollutorum vectores, & curatores, & unctores, *L. 5. §. 8. de institoria act.*

POLLVERE.

POLLVITVR interdum caro, sine mentis pollutione, *c. 14. q. 5. caus. 32.*

POLLVITVR interdum mens, sine corporis inquinatione, *c. 12. ead.*

POLLVITVR Ecclesia vel Cœmeterium per sepulturam excommunicati, *c. 7. X. de consecrat. Ecclesiæ.*

Ec-

Ecclesia POLLVTA per Sacerdotem simplicem, reconciliari non potest, etiamsi aqua fuerit per Episcopum benedicta, *c. 9. X. eod.*

POLLVITVR Ecclesia humani sanguinis & seminis effusione, *c. 10. X. eod.*

Ne POLLVATVR sanctum municipiorum jus, mortuorum reliquiæ intra civitatem non debent condi, *L. 12. C. de religiosis.*

POLLVTIO.

Omnis POLLVTIO immunda, dicitur fornicatio, *c. 15. q. 7. caus. 32.*

POLLVTIO extraordinaria dicitur, quando peccatur in eadem specie contra naturam, *c. 13.* & *14. ead.*

POLLVTIO dormienti contingit vel ex crapula, vel ex naturæ superfluitate, & infirmitate, vel ex cogitatione, *c. 1. dist. 6.*

POLLVTIO extraordinaria cum sorore impedit matrimonium contrahendum cum alia sorore *c. 7. X. de eo, qui cogn. consang.*

POLLVTIO extraordinaria in naturalibus admissa, vel sæpius iterata, citra maritalem affectum, etsi sit criminosa, & damnabilis, non impedit matrimonium, *c. 11. q. 2.* & *3. caus. 35.*

POLLVTIO extraordinaria extra claustra pudoris facta non efficit affinitatem, *c. 10. ead.*

POLYGAMIA.

POLYGAMIAM primus invexit Lamech, duas accipiens uxores, *c. 8. §. unde. X. de divort.*

POLYGAMIA divina permissione aliquibus in veteri testamento licita erat, *c. 8. §. nec ulli X. eod. c. 7. q. 4. caus. 32.*

POLYPOSVS.

POLYPOSVS dicitur, qui carnem superfluam habet in naribus, *L. 12. pr. de ædilitio edicto.*

POMERIVM.

Cui, pacto venditoris, POMERIO cujuslibet civitatis interdictum est, urbe etiam interdictum esse videtur, *L. 5. de servis exportandis.*

POMVM.

POMI appellatione continetur omnis fructus edendi causa paratus, e. g. nuces, fici, uvæ duracinæ, purpureæ, &c. *L. 205. de V. S.*

PONDVS.

PONDERA & mensuras injuste mutans, 30. diebus in pane & aqua pœnitere debet, *c. 2. X. de empt.*

PONS.

PONTES supra viam publicam fieri non possunt, & contra facientes datur interdictum, ne quid in loco publico fiat, *L. 2. §. 33. Ne quid in loco publico* &c.

PONTEM privati juris facere non potest, qui in utraque ripa fluminis publici domus habet, *L. 4. de fluminib.*

PONTIFEX.

vid. PAPA.

POPVLATOR.

POPVLATOR agrorum dicitur devastator fructuum, & vinearum de nocte, *L. 1. C. quando liceat sine Judice.*

POPVLVS.

POPVLVS Romanus partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure utitur, *§. 1. de I. N. G. & C.*

POPVLI appellatione universi cives significantur, connumeratis etiam patriciis & senatoribus, *§. 4. eod.*

POPVLVS Romanus cum auctus esset in eum modum, ut difficile esset in unum eum convocari legis sanciendæ causa, æquum visum est, senatum vice populi consuli, *§. 5. eod.*

POPVLVS non est interdictus interdicto Clero, & contra, *c. 16. de sent. excomm. in 6.*

PO-

POPULO interdicto, singulares de populo intelliguntur interdicti, *ib.*

Quando POPULUS vel turba peccat, quia ob multitudinem non potest in omnes vindicari, multum solet transire, *c. 14. q. 7. cauf. 1.*

POPULUS cum seditiosos Magistratus ferre non posset, decem viros legibus scribendis creavit, qui leges ex Libris Solonis in latinum sermonem translatas, duodecim Tabulis exposuerunt, *c. 1. dist. 7.*

POPULUM faciunt decem, *c. unio. in fin. q. 3. cauf. 10.*

Per ipsum POPULUM intelligitur factum, quod fit per illos, quibus populus contulit potestatem, *c. 30. X. de elect.*

POPULUS sc. *Romanus* in initio civitatis sine certa lege, sine certo jure primum vivere incepit, omniaque arbitrio Regis regebantur, *L. 2. pr. de O. I.*

POPULUM, civitate aucta ad aliquem modum, divisit ipse Romulus in triginta partes, quas curias appellavit, quia reipub. curam per sententias earum partium expediebat, *L. 2. §. 2. eod.*

POPULUS Romanus expulsis Regibus decem constituit viros, per quos peterentur leges à Græcis civitatibus, ut civitas fundaretur, *L. 2. §. 3. eod.*

POPULUS constituit decem viros ad petendas leges à Græcis, quibus datum fuit summum jus, uti & leges corrigerent, si opus esset, interpretarentur, neque provocatio fieret ab eis, *L. 2. §. 4. eod.*

POPULUS cum difficile convenire posset, necessitas ipsa curam reipubl. ad Senatum transtulit, & ita Senatus cœpit interponere, & quidquid constituisset, observabatur, appellabaturque Senatusconsultum, *L. 2. §. 9. eod.*

POPULARIS

Actio.

vid.

ACTIO *popularis.*

PORTUS.

PORTUS est conclusus locus, quo importantur merces, & inde exportantur, *L. 59. de V. S.*

Ad PORTUS constructionem vel reparationem quilibet tenetur contribuere, non obstante dignitatis privilegio, *L. 7. C. de oper. publ.*

PORTUM vel porticum non potest quis sine Principis licentia usurpare, sub pœna 50. lib. auri, *L. 20. C. eod.*

POSITIO.

POSITIONES faciendæ sunt post juramentum, *c. ult. de jurej. in 6.*

Si POSITIONIBUS reus respondere jussus recuset, vel contumaciter recedat, habetur pro confesso, *c. 2. de confess. in 6.*

POSITIONIBUS adversæ partis respondere quis potest per Procuratorem, *ibid.*

POSITUM.

POSITUM accipere debemus, sive inhabitationis, vel cœnaculi, sive etiam in horrei vel cujus alterius ædificii, *L. 5. §. 9. de his, qui effuder.*

POSITUM habere etiam is recte videtur, qui ipse quidem non posuit, verum ab alio positum patitur, *d. L. 5. §. 10. eod.*

POSITUM à servo in tecto super eum locum, quo vulgo iter fit, si dominus patiatur positum habere, tenetur dominus suo nomine actione in factum de dejecto, & non tenetur noxali, *ibid.*

POSITUM habens tenetur actione in factum de dejecto, sive nocuerit, sive non, *ibid.*

POSSE.

POSSE facere dicitur ille, qui dolo facit

cit, quo minus possset, *L. 15. §. 10. quod vi, aut clam.*

Qui POTEST facere, ut possit conditioni parere, jam posse videtur, *L. 175. pr. de R. I.*

POSSESSIO.

POSSESSIO rerum vel est juris divini, vel humani, *c. 1. in pr. q. 7. caus. 23.*

POSSESSIO omnium communis, est juris naturalis, *c. 7. dist. 1.*

POSSESSIO non est distincta lege divina, quæ vult omnia communia esse, sed lege humana, quæ statuit meum & tuum, *c. 1. dist. 8.*

Verbum POSSESSIONIS interdum proprietatem significat, *L. 78. de V. S.*

Qui POSSESSIONES, i. e. *proprietatem*, suas legasset, *ibid.*

POSSESSIO ab agro juris proprietate distat; quidquid enim apprehendimus, cujus proprietas ad nos non pertinet, aut nec potest pertinere, hoc possessionem appellamus, *L. 115. eod.*

POSSESSIO ergo usus, ager proprietas loci est, *ibid.*

Pro POSSESSIONE dolus est, *L. 131. de R. I.*

Nulla POSSESSIO acquiri, nisi animo & corpore potest, *L. 153. eod.*

Nulla POSSESSIO amittitur, nisi in qua utrumque in contrarium actum, *ibid.*

In POSSESSIONEM rerum pupillarium à Prætore quis mitti potest, *L. 3. §. 1. de reb. eor. qui sub. tut.*

POSSESSIO sequitur proprietatem, *c. 1. X. de sequestr.*

POSSESSIO non potest alienari, nisi à proprio domino, *c. 22. dist. 54.*

POSSESSIO prius restitui debet, quam quæstio proprietatis tractetur, *c. 1. X. de restit. spoliat.*

In causa POSSESSIONIS fertur sententia salvo jure proprietatis, *c. 51. X. de appell.*

POSSESSIONIS & proprietatis causa apud eundem Iudicem debent cognosci & finiri, *c. 1. X. de caus. poss. & propr.*

Quæstioni POSSESSIONIS præfertur quæstio proprietatis, in sententiæ executione, *c. 6. X. eod.*

Causa POSSESSIONIS & proprietatis simul tractari possunt, *possessionis* tamen præcedere debet, *c. 2. X. eod.* & *c. 1. X. de restitut. spoliat.*

POSSESSIO subinde transfertur per alium actum, quam per traditionem ipsius vel translatæ, *c. 2. X. de consuetud.*

POSSESSIONEM nanciscitur quis ex investitura, *c. 5. X. de donat.*

Locatio POSSESSIONEM non probet, *c. 6. X. de fide instrum.*

POSSESSSIONEM & titulum ostendens, vincit interdicto: *Uti possidetis*, *c. 9 X. de probat.*

Cum alicui POSSESSIO adjudicatur, non pignora, sed possessionem debet accipere, *c. 6. X. de sent. & re judic.*

Sententia super POSSESSIONE lata non præjudicat potestati, *c. 24. X. de elect.*

Sententia super POSSESSIONE lata non præjudicat proprietati, *ibid.* & *c. 6. X. de caus. poss. & propriet.*

POSSESSIONEM & dejectionem debet probare spoliatus, ut restituatur, *c. 10. X. de offic. Deleg.*

POSSESSIO lite pendente non est alicui auferenda, *c. 1. X. ut lit. pend.*

Violenta POSSESSIO, nisi per Iudicis sententiam violento detentori detrahi non potest, *c. ult. §. in aliis. q. 1. caus. 3.*

POSSESSIONIS traditionem impedit appellatio legitima; si vero non est legitima, non impedit, quo minus

 detur,

detur, *c. penult. X. de eo, qui mitt. in poss.*

Sæpe contingit, ut Actor propter absentiam partis adversæ, mittatur in POSSESSIONEM, causa rei servandæ, *c. 1. X. de dol. & contum.*

Actor non admissus in POSSESSIONEM à Iudice decretam, causa rei servandæ; vel ab ea expulsus, per lapsum anni, verus efficitur possessor, *c. contingit. X. eod.*

Missus in POSSESSIONEM ex primo decreto in reali actione, per lapsum anni, veram & incommutabilem illius rei possessionem acquirit, licet passus missionem habuerit voluntatem intra annum cautionem præstandi, quam tamen non deduxit in effectum suo defectu, *c. 1. X. de eo, qui mitt. in poss.*

Amissam, propter contumaciam, POSSESSIONEM, qui intra annum recuperare potest, post annum non poterit, *ibid.*

Quæstio POSSESSIONIS præjudicat causæ liberali, licet hæc sit præjudicialis, *c. 21. X. de sent. & re judic.*

Sine POSSESSIONE præscriptio non procedit, *c. 3. de R. I. in 6.*

Ex sola POSSESSIONE cum bona fide acquiritur jus, *c. 19. de jure patronat.*

POSSESSIO 100. annorum habetur loco tituli, *c. 1. de præscript. in 6.*

Vt POSSESSIO inducat præscriptionem, requiritur, ut sit continua & pacifica, *c. 5. de prabend. in 6.*

Quieta 30. annorum POSSESSIONE præscribit Ecclesia rem privati, *c. 3. X. de præscript.*

Omnis POSSESSIO tricennali præscriptione tollitur, vel quadragenaria, (sicut possessiones religiosarum domorum) vel centenaria, sicut prædia Rom. Ecclesiæ, in *princ. q. 2. caus. 13.*

POSSESSIO absentis turbata restitui debet, *c. un. X. de Cler. peregrinant.*

In communi POSSESSIONE dispensatio debet esse fidelis, *c. 26.* & *27. q. 1. caus. 12.*

POSSESSIO appellata est à sedibus, quasi positio, quia naturaliter tenetur ab eo, qui ei insistit, *L. 1. pr. de acquir. vel amitt. poss.*

POSSESSIONEM adipiscimur per nosmet ipsos, *L. 1. §. 2. eod.*

POSSESSSIONEM adipiscimur corpore & animo, neque per se animo, aut per se corpore, *L. 3. pr. eod.*

POSSESSIONVM genera tot sunt, quot & causæ acquirendi ejus, quod nostrum non sit, velut, pro emptore, pro donato, pro legato, pro dote, pro herede, pro noxæ dedito, pro suo, *L. 3. §. 21. eod.*

POSSESSIONIS genus dividi potest in duas species, ut possideatur aut bona fide, aut non bona fide, *L. 3. §. 22. eod.*

Inter POSSESSIONVM genera *Quintus Mucius* posuit, si quando jussu Magistratus rei servandæ causa, vel quia damni infecti non caveatur, possidemus, sed ineptissimum est, *L. 3. §. 23. eod.*

Non ratio POSSESSIONIS obtinendæ, sed origo nanciscendæ exquirenda est, *L. 6. pr. eod.*

POSSESSIONEM retinet is, qui ad nundinas abiit, *L. 6. §. 1. eod.*

POSSESSIONI renunciasse non videtur ille, qui rei vindicationem intentat, *L. 12. §. 1. eod.*

Is POSSESSIONEM amisisse videtur, qui nolit in fundum reverti, quod vim majorem vereatur, *L. 7. eod.*

Quemadmodum nulla POSSESSIO acquiri, nisi animo & corpore potest; ita nulla amittitur, nisi in qua utrumque in contrarium actum est, *L. 8. eod.*

Quis-

Quisquis nostro nomine sit in POSSESSIONE, veluti procurator, hospes, amicus, nos possidere videmur, *L. 9. eod.*

Aliud est in POSSESSIONE esse, aliud possidere, *L. 10.* §. *1. eod.*

POSSESSIO lapidis, vel alterius rei mobilis per naufragium, vel submersionem perditur, sed dominium non, *L. 13. pr. eod.*

Si quis de POSSESSIONE vi dejectus sit, perinde haberi debet, ac si possideret, cum interdicto de vi recuperandæ possessionis facultatem habeat, *L. 17. pr. eod.*

Differentia inter POSSESSIONEM & dominium hæc est, quod dominium nihilominus ejus manet, qui dominus esse non vult, possessio autem recedit, ut quisque constituit nolle possidere, *L. 17.* §. *1. eod.*

Si quis POSSESSIONEM ea mente tradidit, ut postea ei restituatur, desinit possidere, *L. 17.* §. *1. eod.*

Interdum ejus POSSESSIONEM, cujus ipsi non habemus, alii tradere possumus, veluti cum is, qui pro herede rem possidebat, antequam dominus fieret, precario ab herede eam rogavit, *L. 21. pr. eod.*

Non videtur is POSSESSIONEM adeptus, qui ita nactus est, ut eam retinere non possit, *L. 22. eod.*

In POSSESSIONE plus juris habet ille, qui precario rogavit, quam qui omnino non possidet, *L. 36. eod.*

Si is, qui animo POSSESSIONEM saltus retineret, furere cœpisset, non potest, dum fureret, ejus saltus possessionem amittere, quia furiosus non potest desinere animo possidere, *L. 27. eod.*

In POSSESSIONE origo inspicitur, sive justa, sive injusta sit, *L. 40.* §. *2. eod.*

POSSESSIO & proprietas non debent permisceri, quia bene potest esse unum sine alio, *L. 52. pr. eod.*

POSSESSIO vitiosa adversus extraneos prodesse solet, *L. 53. eod.*

POSSESSIO non debet impediri alicui, si alius fruatur, neque alterius ususfructus debet amputari, si alter possideat, *L. 52. pr. eod.*

POSSESSIO injusta per furorem supervenientem non fit justa, nec econverso justa efficitur injusta, *L. 31.* §. *4. de usurpat. & usucap.*

POSSESSIONIS initium inspicimus, quantum ad bonam fidem quoad ipsam rem, & etiam quoad ea, quæ procedunt ex ea, *L. 48. eod.*

POSSESSIONIS causam nemo sibi mutare potest, *L. 3.* §. *19. de acquir. vel amitt. poss.*

POSSESSIONIS causam nemo potest sibi mutare, nisi prima possessione dimissa ejusdem rei denuo ex alia causa bona fide emendo à domino, vel alia justa causa possessionem nancisci vellet, *L. 19.* §. *1. eod.*

POSSESSIONIS suæ causam mutare nemo potest, nisi superveniat causa extrinsecus justa, vera, ficta, vel putativa, *L. 33.* §. *1. de usurpat. & usucap.*

POSSESSIONIS tam civilis, quam naturalis causam nemo potest mutare sibi, *L. 2.* §. *1. pro herede.*

Non solum POSSESSIO, sed & proprietas acquiritur nobis per eos, quos in potestate habemus, *L. 10.* §. *2. de A. R. D.*

POSSESSIO acquiritur possessori per servum alienum, vel per liberum hominem bona fide possessum; sed si mala fide, neque illi, nec vero domino, nec sibi acquiritur, *L. 1.* §. *6. de acquir. vel amitt. poss.*

POSSESSIO potest quæri nobis per servum impuberem, & etiam per ancillam, *L. 1.* §. *11.* & *12. eod.*

POSSESSIO nobis non poteſt quæri per eum, qui penitus intellectu caret, veluti per ſervum furioſum miſſum, ut poſſideret, quia per eum nobis non acquiritur, cum nec ipſe videatur apprehendiſſe poſſeſſionem, *L. 1. §. 10. eod.*

POSSESSIO nobis acquiritur aſpectu & oculis concurrente intentione volentis tradere, *L. 1. §. 21. eod.*

POSSESSIO civilis non poteſt à principio quæri ſine naturali poſſeſſione, ſeu corporali apprehenſione, *L. 3. §. 3. eod.*

POSSESSIO juſta ex vera cauſa vel titulo non acquiritur nobis ſine poſſeſſoris voluntate, *L. 5. eod.*

POSSESSIONEM non poteſt quis apprehendere propria autoritate ex titulo, quem in re habet, & ſi apprehenderit, dicitur prædo, *ib.*

POSSESSIO rei non vacantis non acquiritur per ſolum ingreſſum, *L. 18. §. 3. eod.*

POSSESSIONEM non acquirit ille, qui miſſus eſt in poſſeſſionem fundi Corneliani, errans & credens eſſe fundum Sempronianum, niſi erraverit tantum in nomine, & non in corpore fundi, *L. 34. pr. eod.*

POSSESSIONEM non acquirit ille, qui errat in corpore, nec tradens amittit, quia quodam modo ſub conditione receſſit de poſſeſſione, *ibid.*

POSSESSIO poteſt mihi acquiri etiam per ſervum alienum recipientem meo nomine, ſcilicet ratihabitione ſecuta, vel mandato præcedente, *L. 34. §. 2. eod.*

POSSESSIONEM civilem non perdo per mortem ſervi, vel coloni, aut alterius, per quos corpore poſſidebam, quia eam ſcilicet civilem, & naturalem animo retineo, ſecus ſi alii tradiderit, quia tunc eam poſſeſſionem amitto, & idem, ſi vi dejectus ſim, aut mea voluntate diſceſſi ab ea, *L. 3. §. 8. & 9. eod.*

Licet POSSESSIO nudo animo acquiri non poſſit, tamen ſolo animo retineri poteſt, *L. 4. C. de acquir. & retin. poſſ.*

POSSESSIONIS cauſam nullus poteſt ſibi mutare, nulla cauſa extrinſecus accedente, *L. 5. C. eod.*

Improba POSSESSIO firmum titulum poſſidenti præſtare nullum poteſt, *L. 7. C. eod.*

POSSESSIONEM vel agrum alienum ingreſſus ſine cauſa tenetur reſtituere illum cum omni ſua cauſa, niſi ſit præſcriptum, *L. 6. C. eod.*

POSSESSIO vacua dicitur, quando à nemine poſſidetur, vel ſolo animo retinetur, *L. 7. C. eod.*

POSSESSIONIS vitium ab autore contractum perdurat, & culpa autoris comitatur ſucceſſorem, *L. 11. C. eod.*

Diutina POSSESSIO, quæ prodeſſe cœperat defuncto, & heredi, & bonorum poſſeſſori, continuatur, licet ipſe ſciat prædium alienum eſſe, *§. 7. de uſucapion.*

POSSESSIONIS commodum maximum eſt, nam etiamſi non ſit res ejus, qui poſſidet, ſi tamen actor non potuerit probare eſſe ſuam, remanet poſſeſſor in ſua poſſeſſione, *§. 4. de interdictis.*

POSSESSIONIS cauſa per liberam perſonam poteſt acquiri, *L. 1. C. per quas perſonas nobis &c.*

POSSESSIONEM violenter invadens ſine permiſſione Iudicis quandocunque vel ante vel poſt conteſtationem, vel poſt definitivam ſententiam tenetur reſtituere, & ſi dominus ſit, privatur dominio ejus, ſi non ſit dominus, tenetur ad reſtitutionem

illius

illius, & condemnatur etiam in ejus æstimationem, *L. 7. C. unde vi.*

POSSESSOR.

POSSESSOR conventus rei vindicatione condemnatur, si tempore litis contestationis vel tempore rei judicatæ possederit, *L. 27. §. 1. de R. V.*

POSSESSOR conventus rei vindicatione absolvendus est, si tempore litis contestationis possidebat, sed postea tempore, quo res judicatur, sine dolo malo amisit possessionem, *ibid.*

POSSESSOR conventus rei vindicatione si tempore litis contestatæ non possidebat, si tamen tempore rei judicatæ possideat, condemnatur etiam fructuum nomine, ex quo cœpit possidere, *ibid.*

POSSESSOREM casus superveniens excusat à præcedente culpa, d. *L. 27. §. 2. eod.*

POSSESSOR in rei vindicatione interrogatus si respondet, se non possidere, & postea convincatur de mendacio, transfertur possessio in actorem, *L. 80. eod.*

POSSESSOR in pari causa potior haberi debet, *L. 128. pr. de R. I.*

POSSESSOR deficiente actore titulum suæ possessionis probare non cogitur, in *princ. q. 5. caus. 2.*

Cum partium jura obscura sunt, POSSESSORI rem adjudicamus, *c. 6. X. de fide instrum.*

POSSESSORI debet res ablata restitui, etsi is non probet dominium, *c. sæpe. X. de restitut. spoliat.*

POSSESSORE appellante, dum eventus causæ dubius est interim possessionis fructus sequestrentur, *c. 26. q. 6. caus. 2.*

Si reus POSSESSOR appellata sententia contra se lata, licite rei petitæ fructus, si dissipentur ab ipso, lite pendente, sequestrantur, *c. ult. X. de sequestr.*

POSSESSORI omnia restituenda sunt ante litem contestatam, *c. antiquitus. q. 2. caus. 2.*

Pro POSSESSORE habetur, qui dolo desiit possidere, *c. 36. de R. I. in 6.*

POSSESSORI aliquando dari probationem, juris manifesti est, *c. Ex literis. X de probation.*

POSSESSOR longissimi temporis præscriptionem objiciens, probare eam debet, *ibid.*

Si in communi judicio ambarum partium sunt testes æque idonei, POSSESSORIS testes præferuntur, præterquam in liberali causa, *ib.*

POSSESSOREM omnem sequitur rei vitium, *c. 18. X. de restit. spoliat.*

POSSESSOREM omnem sequitur onus, *c. 5. X. de pignor.*

POSSESSOR bonæ fidei dicitur, quam diu quis ignoranter possidet alienum, *c. Si virgo. q. 2. caus. 34.*

POSSESSOR malæ fidei est, qui scit, rem non esse suam, nec tamen ab aliena possessione recedit, *ib.*

POSSESSOR malæ fidei nullo tempore præscribit, *c. 2. de R. I. in 6.*

POSSESSOR secundus citari potest per literas contra primum impetratas, si per fraudem se ingessit, *c. 1. X. de alien. judic. mutand.*

POSSESSOR servi conventus rei vindicatione ab uno, & ab alio noxali actione, agens rei vindicatione si primo obtinuit, servus ei dari debet præstita cautione de conservando possessorem indemnem ab actione noxali, sed si agens noxali primo obtinuit, datur ei servus simpliciter sine cautione, *L. 58. de R. V.*

POSSESSOR, & petitor si non habeant jus in re, prævalet possessor propter modum possessionis, *L. 5. pr. si ususfructus petat.*

POSSESSOR quilibet potest removere creditorem ab hypotheca rei, si debitum ei vellet offerre, nec quæri debet de jure possessoris, cum jus creditoris removeatur soluto pignore, *L. 12. §. 1. quib. mod. pignus.*

Quod uxor viro, aut vir uxori donavit, pro POSSESSORE possidetur, *L. 16. de acquir. vel amitt. poss.*

POSSESSOREM ejus, quod possideo, possum facere alium, constituendo me ejus nomine possidere, *L. 18. pr. eod.*

POSSESSOR, qui litis æstimationem obtulit, pro emptore incipit possidere, *L. 1. pro emptore.*

POSSESSOR
bonæ fidei.
vid.
BONAE *fidei*
Possessor.

POSSESSOR
malæ fidei.

Si navis à POSSESSORE malæ fidei petatur, & fructus æstimandi sunt, ut in taberna & area, quæ locari solent, *L. 62. pr. de R. V.*

POSSESSOR, qui non est totaliter malæ fidei, non tenetur de interitu, si res erat peritura penes petitorem, *L. 15. §. 3. eod.*

POSSESSOR malæ fidei si possideat hominem, & eum debilitatum, vel vulneratum restituat, tenetur domino ad interesse deteriorationis actione in rem, & actione legis Aquiliæ, sed una per aliam tollitur, prout actor elegerit, *L. 13. & 14. eod.*

POSSESSOR quilibet malæ fidei tenetur ad fructus perceptos, & quos percipere potuit dominus, *L. 33. eod.*

POSSESSOR malæ fidei sicut sumptus gratia quærendorum fructuum factos deducit, ita si facere debuit, nec fecit, tenetur reddere rationem hujus culpæ, secus tamen est, si fuisset bonæ fidei possessor, *L. 31. §. 3. de heredit. petit.*

POSSESSORIUS, *a*, *m*.

In judicio POSSESSORIO succumbens potest intentare petitorium, *c. penult. X. de caus. poss. & propriet.*

POSSESSORIUM & petitorium possunt in eodem negotio, & ab eodem intentari, *c. 3. & 4. X. eod.*

POSSESSORIUM & petitorium una sententia terminari debet, *c. 6. X. eod.*

Quando alicui simpliciter & indeterminate POSSESSORIUM judicium committitur, etiam petitorium eidem concessum intelligitur, *c. 1. X. de sequestr.*

Super POSSESSORIO judicio à sententia appellatur, licet in legibus caveatur contrarium, *c. 15. X. de restit. spoliat.*

A judicio proprietatis potest quis redire ad judicium POSSESSORIUM, antequam sit in eo conclusum, & etiam postquam conclusum fuit, ex justa causa *c. 5. X. de causa poss. & propr.*

Si actore agente petitorio, reus super eadem re deducit POSSESSORIUM, proceditur in solo possessorio, suspenso petitorio, *c. 10. X. de restit. spoliat.*

POSSESSORIO agere consultius, quam petitorio, *L. 24. de R. V.*

POSSESSORIO retinendæ prius debet terminari, ut post hoc petitorium terminetur, *L. 35. de acquir. vel amitt. poss.*

POSSIDERE.

Qui dolo POSSIDERE desierit, pro possidente damnatur, *L. 131. & 150. de R. I.*

Parem esse conditionem oportet ejus, qui quid POSSIDEAT, vel habeat, atque ejus, cujus dolo malo factum sit, quo minus possideret, vel haberet, *L. 150. eod.*

POS-

POSSIDERE non poteſt, qui poſſidetur, *L. 4. §. 4. de uſurpat.*

Iure POSSIDETVR, quod juſte, & juſte, quod bene, *c. 12. X. de V. S.*

Hæretici & infideles nec jure divino, nec humano POSSIDENT res Eccleſiæ, *c. penult. q. 7. cauſ. 23.*

POSSIDENS per alium, ipſe poſſidere intelligitur, *c. 9. X. de reſtit. ſpoliat.*

POSSIDENS ſub conditione non dicitur poſſidere, & ideo non competit ei reſtitutio, ſi dejiciatur de illa poſſeſſione, *c. 12. X. eod.*

POSSIDENS debet defendi in poſſeſſione, donec de jure conſtet, *c. penult. X. de inſtitut.*

De jure divino & humano, melior eſt conditio POSSIDENTIS, *c. 65. de R. I. in 6.*

POSSIDERE ille dicitur, qui propter dolum alterius poſſidere non poteſt, atque etiam anno elapſo verus eſt poſſeſſor, *c. penult. X. de dol. & contum.*

Etiam is POSSIDET, cujus nomine aliquid poſſidetur, *c. 9. X. de reſtitut. ſpoliat.*

Quæ Prælatus POSSIDET, præſumuntur omnia de bonis Eccleſiæ acquiſita fuiſſe, *c. 1. X. de pecul. Cler.*

POSSIDET bene ſuos labores, qui non dominandi cupiditate, ſed bene utendi pietate poſſidet, *c. ult. in pr. q. 7. cauſ. 28.*

Male POSSIDET, qui vel ſuis male utitur, vel aliena invadit, *c. 12. X. de V. S.*

POSSIDERE aliena convincuntur, qui conquiſitis uti neſciunt, *c. 11. q. 4. cauſ. 14.*

Omne, quod male POSSIDETVR, alienum eſt, male autem poſſidet, qui male utitur, *ibid.*

Quod POSSIDERI non poteſt, præſcribi non poteſt, *c. 7. X. de præſcript.*

Qui proprio nomine POSSIDET, non præſcribit; niſi habeat bonam fidem, & titulum juſtum, ſi præſumptio eſt contra eum; ſi vero alieno nomine poſſidet, prorſus non præſcribit, *c. 17. X. de præſcript.*

Si bona Eccleſiæ pacifice POSSIDEANTVR 40. annis, præſcribuntur, *c. 6. X. de Relig. domib.*

POSSIDERI poſſunt, quæ ſunt corporalia, *L. 3. pr. de acquirend. vel amitt.*

POSSIDERE incertam rei partem nemo poteſt; veluti ſi hac mente ſis, ut quidquid Titius poſſidet, tu quoque velis poſſidere, *L. 3. §. 2. eod.*

Per quem volumus POSSIDERE, talis eſſe debet, ut habeat intellectum poſſidendi, *L. 1. §. 9. eod.*

Per eum, in quo uſumfructum habemus, POSSIDERE poſſumus, ſicut ex operis ſuis acquirere nobis ſolet, nec ad rem pertinet, quod ipſum non poſſidemus, *L. 1. §. 8. eod.*

POSSIDEMVS animo ſaltus hybernos æſtivosque, quamvis certis temporibus eos relinquamus, *L. 3. §. 11. eod.*

POSSIDERE etiam poſſumus animo noſtro, & corpore alieno, *L. 3. §. 12. eod.*

Naturaliter videtur POSSIDERE, qui uſumfructum habet, *L. 12. pr. eod.*

POSSIDERE, & alieno nomine *poſſidere*, non eſt idem, *L. 18. pr. eod.*

Quod meo nomine POSSIDEO, poſſum alieno nomine poſſidere, nec dicor tunc mutare cauſam poſſeſſionis, ſed deſino poſſidere, & alium poſſeſſorem miniſterio meo facio, *ib.*

POSSIDERE dicitur is, cujus nomine poſſidetur, *ibid.*

POSSIDERE non dicitur ille, qui jure familiaritatis & amicitiæ fundum ingreditur, *L. 41. eod.*

POSSIDERE melius eſt, quam in perſonam experiri, *L. 1. §. 1. de ſuperficieb.*

In-

Incertam partem POSSIDERE nemo potest; ideo si plures sint in fundo, qui ignorent, quotam quisque partem possideat, neminem eorum mera subtilitate possidere Labeo scribit, *L. 32. §. 2. de usurpat. & usucap.*

POSSIDET pro emptore, qui re vera emit, nec sufficit, tantum in opinione esse eum, ut putet se pro emptore possidere, sed debet etiam subesse causa emptionis, *L. 2. pr. pro emptore.*

POSSIDET pro herede, qui putat se heredem esse, *L. 11. pr. de heredit. petit.*

POSSIDERE pro possessore dicitur prædo, *L. 11. §. 1. eod.*

Clam POSSIDERE eum dicimus, qui furtive ingressus est possessionem, ignorante eo, quem sibi controversiam facturum suspicabatur, & ne faceret, timebat, *L. 6. pr. de acquir. vel amitt. poss.*

Is autem, qui cum POSIDERET non clam, se celavit, in causa est, ut non videatur clam possidere, *ibid.*

Iuste POSSIDET, qui autore Prætore possidet, *L. 11. eod.*

Si id, quod POSSIDEMUS, ita perdiderimus, ut ignoremus, ubi sit, desinimus possidere, *L. 25. pr. eod.*

POSSIDERE intelligitur, qui pignoris causa fundum creditori tradidit, *L. 36. eod.*

Qui POSSIDET universas ædes, singulas res, quæ in ædificio sunt, non videtur possedisse, *L. 30. pr. eod.*

POSSIDENS corpore per se non amittit possessionem, nisi habeat animum desinendi possessionem, & eam corpore desinat, *L. 44. §. 2. eod.*

POSSIDENS pro alio nullo tempore præscribit, *L. 2. C. de præscript. 30. vel 40. ann.*

Etiamsi non POSSIDEAT Vasallus, tamen ad probandum feudum paternum admittitur, *I. F. 12.*

POSSIDENTI feudum potius jusjurandum deferendum, *I. F. 4. §. 1.*

POSSIDENS feudum Vasallus non indiget probatione, *II. F. 2. §. 1.*

A quolibet POSSIDENTE feudum Vasallus vindicat, *II. F. 8. c. rei autem.*

POSTERI.

POSTERORUM appellatione in pœnis non continentur descendentes per fœminas, *c. 4. de pœnis in 6.*

POSTERORUM appellatione liberos tantummodo, non etiam libertos eorum, quibus fideicommissum relictum est, fideicommisso contineri, nequaquam incertum est, *L. 83. §. 1. de legatis 3.*

POSTHUMUS.

POSTHUMI in iis omnibus, in quibus de commodo eorum agitur, pro jam natis habentur, *§. 4. de tutel. L. 7. & 26. de statu hom. L. 2. §. 6. de excus.*

POSTHUMUS non habetur pro nato, si de commodo aliorum agitur, *L. 231. de V. S.*

POSTHUMIS (sc. suis) testamento tutores dari possunt, *§. 4. de tut. L. 73. §. 1. de R. I.*

POSTHUMORUM educandorum curam habet Iudex, *L. 1. pr. ubi pupillus educ.*

POSTHUMUS non natus, pupillus non est, *L. 24. de tut. & ration. distr.*

POSTHUMUS testamenti factionem passivam habet, *§. 4. de hered. qualit.*

POSTHUMUM instituere potest quis, etiam antequam uxorem ducat, *L. 4. de liber. & posthum.*

POSTHUMUM qui instituit, non tantum sentit de eo, qui nascetur ex uxore præsenti, sed & ex futura, *ib.*

Qui POSTHUMUM heredem instituit, si post testamentum factum mutavit matrimonium, is institutus videtur qui,

qui ex posteriore matrimonio natus est, *L. 5. eod.*

Inhabilis ex accidenti, non ex natura POSTHVMVM instituere potest, *L. 9. pr. eod.*

POSTHVMVM heredem instituere non possumus ex ea muliere, quæ nupta est, vel quam honeste uxorem ducere non possumus, *L. 9. § 1. eod.*

POSTHVMVM ex sorore per adoptionem facta possum heredem instituere, *L. 9. §. 4. eod.*

POSTHVMVS ita heres instituitur: *Sive vivo me, sive mortuo, natus fuerit, heres esto, L. 10. eod.*

Institutioni POSTHVMI adjecta conditio, & ante eum natum existens, testamentum non rumpit, *L. 22. eod.*

POSTHVMVM ex qualibet vidua natum sibi filium heredem instituere quis potest, *L. 27. eod.*

Institutio POSTHVMI ex ea valet, quæ uxor esse potest, licet ea non possit esse uxor de præsenti, *L. 28. §. 3. eod.*

POSTHVMI per virilem sexum descendentes nominatim exheredandi sunt, *L. 3. de injusto, rupto,* &c.

POSTHVMI dicuntur, qui post mortem parentis nascuntur, *L. 3. §. 1. eod.*

POSTHVMI etiam dicuntur, qui post factum testamentum in vita nascuntur, *ibid.*

POSTHVMI ante heredis institutionem, vel inter medias heredum institutiones, exheredari possunt, *L. 3. §. 2. eod.*

POSTHVMVS quomodo nominatim est exheredandus, *L. 3. §. 5. eod.*

POSTHVMVS, quem alius præcedit tempore mortis testatoris, potest præteriri, licet qui eum præcedebat pater, in rerum natura esse desinat, *L. 6. pr. eod.*

POSTHVMVS præteritus, si vivo testatore natus decesserit, rumpit testamentum, *L. 12. pr. eod.*

POSTHVMORVM loco censentur, qui in sui heredis locum succedendo, testatori sui heredes fiunt, *L. 13. eod.*

POSTHVMVS non tantum ab institutis, sed etiam à substitutis exheredari debet, ne alias ab institutis exheredatus, nec ab eis substitutus rumpat testamentum, *L. 19. pr. eod.*

POSTHVMI liberi vel heredes instituti debent, vel exheredari, *§. 1. de exhered it. liberor.*

POSTHVMORVM loco sunt & hi, qui in sui heredis locum succedendo, quasi agnascendo fiunt parentibus sui heredes, §. *2. eod.*

POSTHVMVS natus vivus, licet illico decedat, rumpit testamentum, si ipse ad nullum declinat monstrum, vel prodigium, *L. 3. C. de posthumis* &c.

Per nativitatem POSTHVMI præteriti testamentum rumpitur, & legata non debentur, *L. 1. C. eod.*

POSTLIMINIVM.

POSTLIMINIVM fingit eum, qui captus est, in civitate semper fuisse, §. *5. quib. modis jus patr.*

POSTLIMINIVM dictum à *limine* & *post*, *ibid.*

POSTLIMINIA sunt juris gentium, *c. 9. dist. 1.*

POSTLIMINII jus competit aut in bello, aut in pace, *L. 5. pr. de captivis.*

POSTLIMINII jus in bello competit, cum hi, qui nobis hostes sunt, aliquem ex nostris ceperunt, & intra præsidia sua perduxerunt, nam si eodem bello is reversus fuerit, postliminium habet, *L. 5. §. 1. eod.*

POSTLIMINIVM in pace quoque datum est; nam si cum gente aliqua neque amicitiam, neque hospitium, neque fœdus amicitiæ causa factum habemus, hi hostes quidem non sunt,

quod autem ex nostro ad eos pervenit, illorum fit, & liber homo noster ab eis captus servus fit & eorum, *L. 5. §. 2. eod.*

POSTLIMINIVM non habet locum inter fœderatos, *L. 7. pr. eod.*

POSTLIMINIO carent, qui armis victi hostibus se dederunt, *L. 17. eod.*

POSTLIMINIVM est jus amissæ rei recipiendæ ab extraneo, & in statum pristinum restituendæ, inter nos ac liberos populos, regesque, moribus, legibus, constitutum, *L. 19. pr. eod.*

POSTLIMINIO redisse videtur, cum in fines nostros intraverit, sicuti amittitur, ubi fines nostros excessit, *L. 19. §. 3. eod.*

Transfugæ POSTLIMINIVM nullum est, *L. 19. §. 4. eod.*

POSTLIMINIVM hominibus est, cujuscunque condititionis & sexus sint, *L. 19. §. 18. eod.*

Non soli POSTLIMINIO recipiuntur, qui pugnare possunt, *ibid.*

POSTLIMINIVM fingit captum non fuisse captum, ex quo reversus est; Lex Cornelia fingit eum, qui decessit apud hostes, ea hora decessisse, qua fuit captus, *L. 9. C. de postliminio reversis.*

POSTLIMINIVM non habet transfuga, si tamen bonus miles fuit antea, soli affirmationi ejus creditur, *L. 19. C. eod.*

POSTVLARE.

POSTVLARE potest pro aliis, qui decimum septimum annum impleverit, *L. 7. quib. ex cauf. man.*

POSTVLARE est, desiderium suum vel amici sui in jure apud eum, qui jurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio contradicere, *L. 1. §. 2. de postulando* & *c. infamis. q. 7. cauf. 3.*

POSTVLARE prohibentur minores 17. annorum, qui eos non in totum impleverunt, *L. 1. §. 3. eod.*

POSTVLARE non potest surdus, qui prorsus non audit, *ibid.*

POSTVLARE pro aliis non possunt personæ summa turpitudine notatæ, *L. 1. §. 5. eod.*

POSTVLARE prohibentur pro aliis fœminæ, ne contra pudicitiam sexui congruentem alienis causis se immisceant, ne virilibus officiis fungantur mulieres, *ibid.*

POSTVLARE pro aliis prohibentur illi, qui corpore suo muliebria passi sunt, cum ipso jure sunt infames, *L. 1. §. 6. eod.*

POSTVLARE pro aliis non prohibetur, qui vi prædonum, vel hostium stupratus est, *ibid.*

POSTVLARE pro alio non debet ille qui capitali crimine damnatus est. *ib.*

POSTVLARE prohibentur illi, qui calumniæ causa publico judicio damnati sunt, & qui operas suas, ut cum bestiis pugnarent, locarunt, *L. 1. §. 6. eod.*

POSTVLARE pro aliis non prohibetur ille, qui pugnavit cum bestiis non locando operas, *ibid.*

POSTVLARE pro aliis non prohibentur, qui virtutis ostendendæ causa sine mercede cum bestiis pugnant, *ib.*

POSTVLARE non possunt Monachi, nisi pro domo sua, & hoc de licentia Abbatis sui, *c. placuit. q. 1. cauf. 16.*

POSTVLARE non debent Clerici in causa criminali forensi, nisi intercedendo pro reis, *c. Circumcelliones. q. 5. cauf. 23.*

POSTVLANTES Clerici in causa civili seculari repelluntur, *c. Te quidem. q. 1. cauf. 11.*

POSTVLARE in alieno negotio non debet Episcopus, *c. Episcopus. q. 1. cauf. 14.*

POSTVLARE Episcopus potest pro pœ-

næ

næ remiſſione miſerorum, *c. bi, qui furtis, q. 6. cauſ. 14.*

POSTVLARE non poſſunt liberi reorum læſæ Majeſtatis, *c. ult. §. quod ſi de pœnis. in 6.*

POSTVLARE poſſunt pro ſe vel pro illis, quorum tutelam vel curam gerunt illi, qui non virtutis cauſa pugnant cum beſtiis, *L. 1. §. 6. de poſtul.*

POSTVLARE.

Non profeſſus POSTVLARI poteſt in Abbatem ex juſta cauſa, *c. 13. X. de elect.*

Archiepiſcopus POSTVLATVR in Archiepiſcopum, *c. 4. X. de poſtulat. Prælat.*

Minores 27. annis, ſeculares, & Mendicantes Religioſi, ad certas Eccleſias prohibentur poſtulari, & puniuntur tam poſtulantes, quam poſtulati, *Extrav. comm. un. de poſtulat. Prælat.*

POSTVLATIO.

POSTVLATIO fit cum ſimplici petitione; Electio vero cum ſolennitate Decreti omnium ſubſcriptionibus roborati, *c. 10. §. ſed aliud. diſt. 61.*

Qui POSTVLATIONEM vitio perſonæ caſſatam innovant, privantur poteſtate poſtulandi, & eligendi, *c. 2. X. de poſtulat. Prælat.*

POSTVLATIO facta à minore, quam tertia parte Capituli, admitti non debet, *c. 3. X. eod.*

Ex quo POSTVLATIO Papæ præſentata eſt, poſtulantes non poſſunt ab ea recedere, ſed judicium Papæ expectare debent, *c. 4. X. eod.*

POSTVLATIO, per quam privata, vel minor utilitas, communi vel majori præfertur, non eſt admittenda, *c. 3. X. eod.*

POSTVLATIO, contra quam agitur de contempto, cum nullum jus alicui per eam ſit acquiſitum, ſine præjudicio ullius poteſt rejici de gratia tamen ſpeciali admitti. *c. 5. X. eod.*

POSTVLATIO non juri, ſed gratiæ innititur, *c. 14. diſt. 63.*

POSTVLATIO non tenet, abſentibus jus habentibus in electione contemptis, *c. 3. §. attendentes. X. de poſtulat. Prælat.*

POSTVLATIO requirit omnium præſentium conſenſum, *c. 11. diſt. 61.* & *c. 14. diſt. 63.*

POSTVLATIO caſſatur, ſi poſtulans interdictum non ſervavit, *c. 1. X. de poſtulat. Prælat.*

POSTVLATIO vitiatur, ſi poſtulantes diffidunt de jure ſuo, niſi jam ſit Superiori præſentata, *c. 4. X. eod.*

POSTVLATIO examinanda eſt, ſicut electio, *c. ult. in fin. X. de translat. Epiſc.*

POSTVLATIO valet, ſi in forma vel perſona non ſit vitium, *c. 4. X. de poſtulat. Prælat.*

POSTVLATIO vel electio non debet fieri per verba conditionalia, vel alternativa, vel incerta, *c. 2. de elect. in 6.*

POTESTAS.

POTESTATIS verbo plura ſignificantur, *L. 215. de V. S.*

POTESTAS in perſona Magiſtratuum denotat imperium, *ib.*

POTESTATIS verbo in perſona liberorum patria poteſtas ſignificatur, *ib.*

POTESTAS ſignificat in perſona ſervi dominium, *ib.*

POTESTAS parentum inæqualis eſt, *L. 4. de curator. furioſ.*

POTESTAS dicitur Iudex ordinarius, vel major, qui & defenſor civitatis in jure plerumque appellatur, *L. 26. pr. de pignor.*

POTESTATEM meretur amittere, qui ſibi conceſſa abutitur poteſtate, *c. 63. q. 3. cauſ. 11.*

POTESTAS alicui conceſſa non pot-

est revocari, re non integra, *c. 30. X. de elect.*

POTESTATE delegata, & arbitraria simul potest quis uti, *c. 21. X. de præbend.*

POTESTATE conferendi privari debet, qui beneficium confert indigno, *c. 3. X. de Cleric. non resid.*

POTESTAS ibi contemnenda, ubi præcipitur, quod non licet, *c. 97. q. 3. caus. 11.*

POTESTAS duplex est: Pontificialis, & Regalis, *c. 10. dist. 96.*

POTESTAS secularis spirituali subjicitur, *Extravag. comm. 1. X. de Major. & Obed.*

POTESTAS secularis non habet jus in spiritualibus, *c. 6. dist. 96. c. convenior. q. 8. caus. 23.*

Non est POTESTAS nisi à Deo, sive jubente, sive sinente, *c. 4. q. 1. caus. 23.*

POTESTATIBUS fides & reverentia servanda, *c. si apud. q. 5. caus. 23.*

POTESTAS Regis non frustra est, *c. 18. ead.*

Et Regia & Sacerdotalis potestas defendat, quæ ad divinam confessionem pertinent, *c. 21. ead.*

POTESTATIBUS secularibus defendendarum Ecclesiarum necessitas incumbit, *c. 26. ead.*

POTESTAS secularis pessimis parcere non debet, *c. 32. ead.*

POTESTATIS verbum non solum ad liberos, qui sunt in potestate, referendum est, verum etiam ad eum, quem redemi ab hostibus, *L. 20. §. 1. qui testam. fac.*

POTESTAS *dominica.*

In POTESTATE dominica sunt servi, *§. 1. de his, qui sui* &c. *L. 1. §. 1. de his, qui sui vel alieni* &c.

POTESTAS dominica juris gentium est, *ibid.*

POTESTAS *patria.*

Ius POTESTATIS patriæ, quod in liberos habemus, proprium est civium Romanorum, *§. 2. de patr. potest.* & *L. 3. de his, qui sui* &c.

In POTESTATE patria sunt liberi nostri, quos ex justis nuptiis procreavimus, *pr. Inst. eod.*

POTESTAS patria captivitate non tollitur, *§. 5. quib. mod. jus patr. potest.*

POTESTAS patria tollitur morte naturali, *pr. Inst. eod.*
- Deportatione, (s. *morte civili*) §. *3. eod.*
- Summa Patriciatus dignitate, §. *4. eod.* & *Nov. 81. c. 1.*
- Servitute pœnæ, §. *3. eod.*
- Hodie omni dignitate, quæ à Curia liberat, d. *Nov. 81. pr.* & *c. 1.* & *3.*
- Emancipatione, *§. 6. quib. mod. jus patr.*

PRAEBENDA.

PRAEBENDA dividi non debet, *c. 8. 9. 20.* & *36. X. de præbend.*

PRAEBENDA dividi potest, si pinguis sit, *c. 26. X. eod.*

PRAEBENDAE integræ dari debent, ubi integrari possunt, *ib.*

PRAEBENDARUM & dignitatum permutatio prohibita est, *c. 5. de rerum permut.*

Vacaturam expectare PRAEBENDAM, est contra Concilium Lateran. *c. 19. X. de præbend.*

PRAEBENDA vacat, dum detinetur ab injusto possessore, *c. 4. in f. X. eod.*

PRAEBENDA ultra 6. menses non vacet, *c. 2. X. eod.*

PRAEBENDA non vacat, ubi non est certus numerus Canonicorum, *c. 25. X. eod.*

PRAEBENDARUM multitudo repellit à promotione, *c. 18. X. eod.*

PRAE-

PRAEBENDA carere non debet Canonicus, *c. 9. X. eod.*

PRAEBENDA debetur recepto in Canonicum, quam primum se facultas obtulerit, & interim habebit quotidianas distributiones, *c. 19. X. eod.*

Si Papa mandat Capitulo, ut aliquem in Canonicum recipiat, & PRAEBENDAM, si quæ vacet, conferat, & sciens de mandato, alii conferat, primum cogitur recipere, eique si is sufficiens Ecclesiasticum beneficium non habet, de reditibus Ecclesiæ, loco beneficii providere, donec præbendam habeat, *c. 27. X. eod.*

Quando mandatur alicui provideri, non intelligitur PRAEBENDA vel Personatus, sed simplex beneficium, *c. ult. X. eod.*

PRAEBENDA potest absenti conferri, alio mediante, *c. 24. X. eod.*

PRAEBENDA Sacerdotalis per simplex mandatum de providendo, non nisi apto ad Sacerdotium est conferenda, *c. 29. de præbend. in 6.*

PRAEBENDAM dignitati annexam cum dignitate impetrans, præfertur priori, qui solam præbendam impetrarat, *c. 15. eod.*

PRAEBENDAE in duabus Ecclesiis uni non sunt dandæ, *c. ult. dist. 80.* & *c. 1. dist. 89.*

PRAEBENDAM, quam non potuit, scienter dans hoc ignoranti, illa evicta, aliam, quam potest, conferre tenetur, *c. 17. X. de præbend.*

PRAEBENDAE & beneficia vacantia in Curia Romana, à die vacationis, post mensem possunt conferri ab illis, ad quos collatio pertinebat; vel his absentibus, à Generalibus Vicariis eorum, *c. 3. de præbend. in 6.*

PRAEBENDARUM numerum non possunt minuere Canonici sine causa, *c. penult. X. de constit.*

De proventibus PRAEBENDARUM non possunt Canonici disponere in præjudicium præsentium & futurorum, *c. 6. X. eod.*

PRAEBENDARUM proventus percipiant absentes studiorum causa per quinquennium; non tamen quotidianas distributiones, *c. 32. X. de præbend.*

Ius collationis PRAEBENDARUM cadit in Laicum, *c. 40. X. de testib.*

Collatio PRAEBENDARUM spectantium ad Prælatum, sede vacante, non spectat ad Capitulum, *c. 2. X. ne sede vacante aliquid innov.*

PRAECAVERE.

PRAECAVERI debet, quod infirmari, vel vituperari potest, *c. 1. X. de serv. non ordin.*

PRAECAVENDA sunt futura pericula, *c. 1. in pr. dist. 23.*

PRAECEDERE.

Qui sua natura PRAECEDUNT, de illis cognoscendum est primum, *c. 19. X. de judic.*

PRAECEPTOR.

PRAECEPTORUM exempla potest quis sequi, & expedit sequi, *L. 5. de manumissis vindicta.*

PRAECEPTOR juxta posse suum debet instituere discipulos, *c. 4. X. de Magistr.*

PRAECEPTUM.

PRAECEPTA juris hæc sunt; honeste vivere, alterum non lædere, suum cuique tribuere, *§. 3. de I. & I.*

PRAECIPERE.

Per verbum PRAECIPIO, & statuo, definitiva sententia ferri potest, licet non dicatur: absolvo, vel condemno, *c. in his. X. de V. S.*

PRAECIPITANTER.

PRAECIPITANTER Iudex non debet agere in ferenda sententia, *c. 10. q. 5. caus. 30.* & *c. penult. q. 1. caus. 2.*

PRAECIPITARE.

Ne quidquam agas PRAECIPITANDO, ante diligenter inquire audita, *c. penult. q. 1. caus. 2.*

PRAECIPITANDA non sunt consilia, *c. 14. in pr. dist. 50.*

PRAECIPITANS aliquem de ponte, sive ipso ictu perierit, aut continuo submersus est, aut lassatus vi fluminis victus perierit, lege Aquilia tenetur, *L. 7 §. 7. ad L. Aquil.*

Factum sponte se PRAECIPITANTIS, innocenti criminis periculum afferre non potest, *L. 12. C. de accusation.*

PRAECIPITANS se ex alto si super alium venerit, eumque occiderit, non tenetur pœna L. Corneliæ de sicariis, *L. 7. ad L. Cornel. de sicar.*

PRAECO.

PRAECONIS horrida vox silere debet diebus festivis in honorem Dei inductis, *L. 11. §. 1. C. de feriis.*

PRAEDA.

Omnis PRAEDA illicita, venit furti nomine, *c. Meretrices. q. 4. caus. 32.*

PRAEDA non debet nos allicere ad bellum suscipiendum, & militare propter prædam, peccatum est, *c. militare. q. 1. caus. 23.*

PRAEDAE decisio, & pro personarum qualitate ac laboribus, justa divisio, & Principis portio, est juris militaris, *c. 10. dist. 1.*

PRAEDA secundum militarem disciplinam, Regibus est servanda, *c. dicat. q. 5. caus. 23.*

PRAEDAM ementes, *II. F. 53.*

PRAEDIUM.

PRAEDIORUM jura nihil aliud sunt, quam prædia qualiter se habentia, ut bonitas, salubritas, amplitudo, *L. 86. de V. S.*

PRAEDIA dicimus aliquorum esse, non utique communiter habentium ea, sed (*vel*) alio aliud habente, *L. 96. §. 1. eod.*

PRAEDIUM generale nomen est; nam & ager, & possessio hujus appellationis species sunt, *L. 115. eod.*

PRAEDIA urbana, omnia ædificia accipimus, non solum ea, quæ sunt in oppidis, sed & si forte stabula sunt, vel alia meritoria in villis, & in vicis; vel si pratoria, voluptati tantum deservientia, *L. 198. eod.*

PRAEDIUM urbanum non locus facit, sed materia, *ibid.*

PRAEDIORUM Ecclesiæ usumfructum Oeconomus, vel ad certum tempus, vel ad totum tempus vitæ, alicui concedere potest, prout videt expedire Ecclesiæ, *c. Ea enim. in f. q. 2. caus. 10.*

PRAEDIA communia dicuntur, quæ pro indiviso sunt communia, *L. 5. §. 16 de rebus eorum, qui sub tut.*

PRAEDII appellatione etiam pars continetur, *L. 13. §. 1. de fundo dotali.*

PRAEDIUM dotale accipere debemus tam urbanum, quam rusticum; ad omne enim ædificium lex Iulia pertinebit, *L. 13. pr. eod.* vid. *Dotalis.*

PRAEDIUM rusticum, vel suburbanum, ab urbanis non loco, sed qualitate secernitur, *L. 16. C. de prædiis, & aliis rebus* &c.

PRAEDIA urbana dicuntur omnia ædificia, etiamsi in rure vel in villa sint posita, *§. 1. de servitut. prædior.*

PRAEDO.

Nemo PRAEDO est, qui pretium numeravit, *L. 126. pr. de R. I.*

PRAEDO secundum juris rigorem restituendus est, *c. 5. X. de restit. spoliat.*

PRAEDONES peregrinorum, & pauperum, sunt excommunicandi, *c. si quis &c. q. 3. caus. 24.*

PRAEDO dicitur, qui sciens ab initio bona

bona ad se non pertinere invasit, imo & si ab initio justam causam possidendi haberet, sed ex post facto, sciens illa ad se non pertinere, possidebat, *L. 25. §. 5. de heredit at. petit.*

A PRAEDONE res vendita si sit perempta, electio actoris est, utrum pretium justum, vel conventum exigat, *L. 36. §. 3. eod.*

PRAEDO & malæ fidei possessor non debent esse melioris conditionis, quam qui est bonæ fidei, *L. 13. de noxalib. act.*

A PRAEDONE fructus extantes vindicantur, consumpti condicuntur, *L. 22. §. 2. de pignor. act.*

Si PRAEDO rem pignori dederit, competit ei & de fructibus pignoratitia actio, quamvis ipse fructus suos non faciet, *ibid.*

Si PRAEDO & fur deposuerunt, recte depositi agere possunt, nam interest eorum, eo quod teneantur, *L. 1. §. 39. depositi.*

Si PRAEDO id, quod à debitoribus hereditariis exegerat, petenti hereditatem restituerit, debitores liberabuntur, *L. 34. §. 9. de solution.*

PRAEDESTINARE.

Quædam PRAEDESTINATA sunt, ita ut precibus obtineantur, *c. 21. q. 4. caus. 23.*

Soli PRAEDESTINATI salvantur, qui id postulando suo labore meruerunt, *ibid.*

Et quæ PRAEDESTINATA non fuerunt, obtineri nequaquam possunt, *ibid.*

PRAEDESTINATI ad vitam sine correptione mutantur, præsciti ad mortem, inter flagella deteriores fiunt, *c. 19. ead.*

PRAEDESTINATIO.

PRAEDESTINATIO Dei semper in bono est, *c. 22. §. 4. ead.*

PRAEDESTINATIO Dei multis est causa standi, sed nemini est causa habendi, *c. 22. §. 5. ead.*

PRAEDESTINATIO Dei, propriis meritis, & SS. precibus impletur, *c. 21. ead.*

PRAEDESTINATIO non tollit hominis libertatem, *c. 22. §. non ergo. ead.*

Multa de PRAEDESTINATIONE habentur *c. 8. 9. 10.* & *11. dist. 4. de pœnit.* & *c. ult. in pr. usque ad §. charitas. dist. 2. ead.*

PRAEDICARE.

PRAEDICARE Sacerdotis & Prælatorum est, *c. 1.* & *3. sqq. dist. 43.*

Divinam ad PRAEDICANDUM missionem, non sufficit solum asserere, sed etiam signis manifestis ostendere oportet, *c. 12. §. quod si forte &c. X. de hæreticis.*

Ad PRAEDICANDUM Monachus admitti non debet *c. 1. X. de Capell. Monach.*

Ad PRAEDICANDUM non est admittenda mulier, licet sit sancta & docta, *c. 29 dist. 23.* & *c. 20. dist. 4. de consecr.*

Laici PRAEDICARE non debent, *c. 14. X. de hæretic.*

PRAEDICARE nemo potest licet idoneus, nisi cui ex officio concessum est, *c. 12. X. eod.*

PRAEDICARE non debent eleemosynarum Quæstores, *c. 14. X. de pœnit. & remiss.*

PRAEDICARE possunt Episcopi, vel per se, vel per alium, *c. 15. X. de Offic. Ordin.*

Duæ indulgentiæ dantur illis, qui PRAEDICANT paganis, *c. 10. X. de Iudæis & Sarac.*

PRAEDICATIO.

In PRAEDICATIONE Sacerdotis magna debet esse discretio, *c. ult. §. in quibus. dist. 43.*

Nullus sibi PRAEDICATIONIS officium assumat, nisi à jure, vel sede Apo-

Apoſtolica, vel à diœceſano Epiſcopo licentia concedatur; alias excommunicatur, & niſi reſipuerit, alia pœna imponitur, *c. 13. §. quia vero. X. de hæreticis.*

Qui adhuc vitiorum bello ſubjacent, non debent aliis PRAEDICATIONIS officio præeſſe, *c. ult. §. ſi ergo diſt. 44.*

In PRAEDICATIONIBUS exhortandus eſt populus, ut jura Eccleſiæ debita ſolvat, *c. 1. de decimis in 6.*

PRAEDICATOR.

PRAEDICATOR debet ſe capacitati Auditorum accommodare, debet eſſe apprime eruditus, & doctus, irreprehenſibilis, maturus, pavidus, *c. 12. q. 1. cauſ. 8.*

PRAEDICATORES, qui alias ſuſtentari non poſſunt, ab excommunicatis, & detinentibus bona aliena, eleemoſinam recipere poſſunt, *c. 54. §. 1. X. de ſententia excommun.*

Etſi male vivat PRAEDICATOR, verba tamen prædicationis contemni non debent, *c. ult. §. quamquam. diſt. 83.*

PRAEDICATOR debet eſſe in vita & ſcientia irreprehenſibilis, *c. 1. diſt. 38.*

PRAEDICATOR bene vivendo, & bene docendo populum inſtruit, quomodo debeat vivere, bene autem docendo, & male vivendo, Deum inſtruit, quomodo eum debeat condemnare, *c. ult. diſt. 40.*

PRAEESSE.

Qui vult PRAEESSE, non autem prodeſſe, Epiſcopus non eſt, *c. 11. q. 1. cauſ. 8.*

Qui ſibi ipſi PRAEESSE nequit, aliis præfici non debet, *c. 3. X. de ætat. & qualit.* &c.

PRAEFECTIANUS.

PRAEFECTIANI, i. e. Præfecti Prætorio apparitores, ad perniciem provincialium non debent ſe immiſcere exactionibus, nec lucris ac quæſtionibus ſuis, nec debent habere cuſtodiam horreorum, vel curiarum, *L. 2. C. de apparitoribus. XII.*

PRAEFECTUS
annonæ.

PRAEFECTUS annonæ inter cætera per officinas piſtorum diſcurrebat, penſumque & munditiam panis exigebat, vid. *tit. C. de officio Præfecti annonæ.*

PRAEFECTUS
auguſtalis.

PRAEFECTUS auguſtalis ſub ſe Iudicum examinandi flagitia, & ſuper his referendi, non amovendi, vel puniendi habeat poteſtatem, *L. 2. C. de officio Præfecti auguſt.*

PRAEFECTUS
Prætorio.

Libellus PRAEFECTO Prætorio datus pro litis conteſtatione haberi non poteſt, *L. 1. C. de offic. Præfecti Prætor. orientis.*

PRAEFECTUS
vigilum.

PRAEFECTUS vigilum cognoſcit de incendiariis, effractoribus, furibus, raptoribus, receptatoribus, *L. 3. §. 1 de offic. Præfecti vigil.*

PRAEFECTI vigilum urbis Conſtantinopolit. nihil de capitalibus cauſis ſua autoritate ſtatuere debent, *L. un. C. de offic. Præf. vigil.*

PRAEFECTUS
urbi.

PRAEFECTUS urbi in provinciis agentes non evocat, niſi duabus ex cauſis, *L. 2. C. de offic. Præf. urbi.*

PRAEFECTUS urbi præeſt cunctis officialibus & poteſtatibus, quæ intra urbem ſunt, *L. 3. C. eod.*

PRAEFECTO urbi ſunt ſubdita omnia collegia piſtorum, & ſimilium, *L. 4. C. eod.*

PRAE-

PRAEFECTUS urbi, cum terminos urbis exierit, potestatem non habet; extra urbem, potest jubere judicare, *L. 3. de offic. Praef. urbi.*

PRAEFECTUS urbi in criminalibus punit capite etiam inconsulto Principe, *L. 1. pr. eod.*

PRAEFECTUS urbi audiet servos, qui ad statuas confugerunt, vel sua pecunia emptos, ut manumittantur, *L. 1. §. 1. eod.*

PRAEFECTUS urbi potest aliquem relegare, vel deportare, *L. 1. §. 3. eod.*

PRAEFECTO urbi commisit imperator urbem, & quidquid intra urbem intra centesimum milliare admittitur, ad *Praefectum urbi* pertinere videtur, *L. 1. §. 4. eod.*

PRAEFECTUS urbi cognoscit de adulterio, quod commisit servus cum uxore domini sui, *L. 1. §. 5. eod.*

PRAEFECTUS urbi audire potest de interdictis, quod vi aut clam, & unde vi, *L. 1. §. 6. eod.*

PRAEFECTUS urbi cognoscit, & punit tutores male administrantes negotia pupillorum, vel eos, qui nummis datis tutelam occuparunt, *L. 1. §. 7. eod.*

PRAEFECTUS urbi audiet servum, qui vult conqueri de saevitia, & fame, & duritia, qua eum comprimit dominus, non tamen audiet, si dominum velit accusare, *L. 1. §. 8. eod.*

PRAEFECTO urbi datum est officium, ut mancipia tueatur, ne prostituantur, *ibid.*

PRAEFECTUS urbi procurare debet, ut campsores bene & fideliter exerceant artem suam, *L. 1. §. 9. eod.*

PRAEFECTUS urbi audiet patronum conquerentem de ingratitudine liberti, quem corrigere debet pro modo querelae, aut comminari, vel fustibus castigare, vel ulterius procedere, *L. 1. §. 10. eod.*

Ad PRAEFECTUM urbi pertinet, ut carnes omnes justo pretio praebeantur, & etiam ad ipsius curam pertinet forum suarium, pecorum, vel armentorum, *L. 1. §. 11. eod.*

Ad PRAEFECTI urbi curam pertinet quies, & pax populorum, & disciplina spectaculorum, *L. 1. §. 12. eod.*

PRAEFECTUS urbi debet habere dispositos stationarios milites ad tuendam popularium quietem, & ad referendum sibi, quid in urbe agatur, *ibid.*

PRAEFECTUS urbi potest interdicere spectaculis, & relegare aliquem ab Italia, & eum submovere à provincia sua, *L. 1. §. 13. eod.*

PRAEIUDICARE.

PRAEIUDICAT Ecclesiae confessio Syndici, vel Procuratoris, *c. 2. X. de Capell. Monach.*

PRAEIUDICAT factum vel juramentum Praelati in damnum Ecclesiae praestitum ipsi Praelato, non Ecclesiae, *c. penult. X. de institut.*

Domino PRAEIUDICAT confessio Procuratoris, *c. 21. X. de sent. & re judic.*

Parti PRAEIUDICAT confessio sui Advocati, nisi eodem die revocetur, *c. 26. de appellat. c. 20. X. de censib.*

Confessio PRAEIUDICAT in jure facta, *c. 54. X. de elect.*

Matrimonium PRAEIUDICAT juramento, *c. 22. X. de sponsal.*

Consuetudo PRAEIUDICAT juri, illudque tollit, *c. 1. X. de cognat. spirit.*

PRAEIUDICIALIS, e.

PRAEIUDICIALIS est causa Natalium ad causam successionis, & ideo primum debet terminari, alias ordo juris subverteretur, *c. penult. X. de ordin. cognit.*

PRAEIUDICIALIS quaestio facit con-

quiescere causam principalem, *c. 12. in fin. de sent. excomm. in 6.*

PRAEIUDICIALIS licet causa liberalis, tamen quæstio possessionis ei præjudicat, *c. 21. X. de privil.*

PRAEIVDICIALIS *actio.*
vid.
ACTIO *præjudicialis.*

PRAEIVDICIVM.

PRAEIVDICIVM alicui generatur ex furtiva usurpatione, *c. 22. dist. 93.*

Nullum fit PRAEIVDICIVM Domino, si eo ignorante, alius possessionem illius accepit, quo minus illum expellere possit, cum sciverit, *c. 12. X. de restit. spoliat.*

PRAEIVDICIVM rei judicatæ affert delictum superveniens, *c. ult. X. de audit.*

PRAEIVDICIVM non facit inutilis conatus, *c. 10. X. de despons. impuber.*

PRAEIVDICIVM non debet facere consuetudo absentibus & futuris, quia taliter facta non valet, *c. 6. X. de constitut.*

PRAEIVDICIVM Laici Ecclesiæ facere non possunt aliquid statuendo, & si statuant, non valet, *c. ult. X. de reb. Eccl. alien.*

PRAEIVDICIVM non debent, nec possunt inferre leges Imperatorum Evangelicis, Apostolicis & Canonicis Decretis, *c. 1. in f. dist. 10.*

PRAELATVRA.

PRAELATVRAM ambitiosus non consequitur, *c. 25. q. 1. caus. 1.*

Amittit PRAELATVRAM, qui ad ordines promoveri non potest, *c. 1. X. de ætat. & qualit.* &c.

PRAELATVRA non avide est suscipienda, nec propter desidiam respuenda, *c. 30. q. 1. caus. 16.*

PRAELATVRAM potius damus fugientibus, quam se ingerentibus, *c. 3. q. 6. caus. 1.*

PRAELATVS.

PRAELATVS quando possit feudum dare, *II. F. 91.*

PRAELATI successor potest ratihabere investituram antecessoris, *I. F. 3.*

PRAELATVS vel est opere, vel nomine, *c. ult. dist. 40.*

PRAELATVS debet contumacibus esse severus, pœnitentibus benignus, *c. quanto. q. 5. caus. 2.*

PRAELATI debent esse literati, *dist. 36. per tot.*

PRAELATI non debent esse superbi, & avari, *c. 23. dist. 93.*

PRAELATI sint vita mundi, fama clari, proficuique exemplo, *Extrav. comm. c. 2. de Major. & Obed.*

PRAELATVS non debet esse pejor populo, *c. 45. q. 1. caus. 1.*

PRAELATVS subditis debet esse exemplar quoad vitam, *c. 58. q. 7. caus. 2.*

PRAELATVS debet in conversatione & sermone præire, *c. 1. dist. 40.*

PRAELATVS promptior debet esse ad miserendum, quam puniendum, *c. 6. dist. 45.*

PRAELATI plus quam alii sunt expositi adversitatibus, *c. Nulli. q. 1. caus. 3.*

PRAELATI debent abstinere ludo & usura, *c. 11. in. pr. X. de excess. Prælat.*

PRAELATI non debent esse negligentes, *c. 11. X. de celebr. Miss.*

PRAELATVS non potest esse secularis, vel regulam non professus, *c. 27. X. de elect.*

PRAELATVS conditionem Ecclesiæ meliorare potest, non deteriorare, *c. 2. X. de donat.*

PRAELATVS non est dominus, sed procurator rerum Ecclesiæ, *ib.*

Ex contractu PRAELATI, Ecclesia non tenetur, nisi versum sit in utilitatem ipsius, *c. 2. X. de solut.*

PRAELATI factum vel delictum non præ-

præjudicat Ecclesiæ, *c. penult. X. de Relig. domib.*

PRAELATVS omnia, quæ possidet, præsumitur de bonis Ecclesiæ acquisivisse, *c. 1. X. de pecul. Cler.*

PRAELATVS negotia Ecclesiæ, de consilio fratrum tractare debet, *c. 4. & 5. X. de his, quæ fi. à Præl.*

PRAELATVS tenetur subdito, ad austeriorem Religionem migrare volenti, licentiam dare, *c. 18. X. de Regular.*

PRAELATI possunt ex levioribus caussis, quam sit Simonia, deponi, *c. 32. X. de Simon.*

PRAELATVS non ferat in subditum pœnam suspensionis, vel excommunicationis, nisi Canonica monitione præmissa, *c. 26. X. de appell.*

PRAELATVS potest & debet Clericum subjectum incorrigibilem incarcerare, *c. 35. X. de sent. excomm.*

PRAELATI non debent interesse corporali punitioni alterius, *c. 10. X. de excess. Prælat.*

PRAELATI debent corrigere excessus subditorum, *c. 35. X. de sent. excommun.*

PRAELATI tanto diligentius debent assurgere, quanto damnabilius offensas desererent incorrectas, *c. 31. X. de Simon.*

PRAELATIS imputantur peccata subditorum, *c. quidquid. q. 1. caus. 1.*

PRAELATVS plus juris habet in concessione, quam in præsentatione Patronus, *c. 6. X. de offic. Legat.*

PRAELATVS antecessoris sui debita solvere tenetur, si pro utilitate Ecclesiæ contracta sint, *c. 1. X. de solut.*

PRAELEGARE.

PRAELEGATA non imputantur in Falcidiam, nisi quoad eum, à quo percipiuntur, *L. 94. ad L. Falcidiam.*

PRAELEGATA relicta impuberi non imputantur in Falcidiam pupillariter substituto, *L. 60. pr. eod.*

PRAELEGATVM consequi potest heres, qui repudiavit partem hereditatis, in qua fuit institutus, *L. 12. C. de legatis.*

PRAELIVM.

In PRAELIO Vasallus Dominum dimittens feudum amittit, *II. F. 24.*

PRAELVM.

PRAELVM dicitur instrumentum fundi, cum quo premitur oliva, vel uva, quod, fundo locato, conductori præstandum est, *L. 19. §. 2. locati* &c.

PRAEMIVM.

PRAEMIORVM honor est juris militaris, *c. 10. dist. 1.*

PRAEMIA publica possunt capi in caussam judicati in subsidium, aliis bonis non existentibus, *L. 40. de re judicata.*

PRAEMIA virtutibus tribuenda sunt, *Clem. c. 3. in pr. de pœnis.*

PRAEMII expectatio justitiam non evertat, *c. 1. X. de sent. & re jud.*

Qui non possunt PRAEMIIS induci ad observantiam juris, debent pœnis coërceri, *Clem. c. 3. de pœnis.*

PRAEMIA Patrum ex Lege Papia & Poppæa pro suscipiendis liberis, *c. 6. dist. 2.*

PRAEMIO Iudex judicare non debet, *c. 1. de sent. & re judicata in 6.*

PRAEMIO non est ferenda sententia justitiæ, *c. qui recte. q. 3. caus. 11.*

PRAEMIO non licet recedere ab accusatione, *c. 1. X. de collus. deteg.*

PRAEPONERE.

PRAEPONERE potest quis institorem servum Titii ad emendas vel vendendas merces, & ex ejus contractu competit adversus præponentem non solum actio institoria, sed & redhibitoria, vel ex stipulatu du-

plæ simplæve, *L. 17. pr. de institoria actione.*

PRAEPONVNT plerique tabernæ, vel negotiationi pueros, vel puellas, ut sic provocent contrahentes, *L. 5. eod.*

PRAEPONENS aliquem pecuniis fœnerandis, agris colendis, mercaturis redempturis, in solidum tenetur ex ejus contractu, *L. 5. § 2. eod.*

PRAEPONENS mensæ servum suum, ejus nomine tenetur in solidum, *L. 5. §. 3. eod.*

PRAEPONENS servum ad curandos, & sepeliendos mortuos, tenetur quasi institoria, si servum mortuum spoliaverit, quamvis competat etiam actio furti & injuriarum, *L. 5. §. 8. eod.*

PRAEPONENS pistor servum suum, ut certo loco venderet panem, tenetur institoria, si servus pecunia accepta panem non dederit, *L. 5. §. 9. eod.*

PRAEPONENS pupillus aliquem cum tutoris autoritate, ex ejus contractu obligatur institoria, secus si præposuit sine tutore, quia tunc non datur in eum, nisi quatenus ex ea re factus est locupletior, *L. 9. & 10. eod.*

PRAEPONENS si minor fuerit 25. annis, non habens curatorem, auxilio ætatis utetur cum causæ cognitione, *L. 11. §. 1. eod.*

PRAEPONENTIS heres tenetur, quamdiu præpositus manet, qui removeri debet à tutoribus, si nollet ejus opera uti, *L. 11. pr. eod.*

PRAEPONENS si denunciaverit mutuanti, ne institori suo mutuaret, habet exceptionem contra mutuantem agentem institoria, *L. 17. §. 4. eod.*

PRAEPONENS servum institorem ad mensam pecuniis accipiendis, si post libertatem ei datam per eundem exerceat negotium, mutatione status institoris non videtur revocatum mandatum institoris, *L. 19. §. 1. eod.*

PRAEPOSITVS ad emendum si vendiderit, non tenetur dominus institoria, & idem si præpositus ad vendendum emerit, *L. 5. §. 11. eod.*

PRAEPOSITVS ad emendum si emerit, obligat dominum actione ex empto, & idem dominus tenetur actione ex vendito, si præpositus ad vendendum vendiderit, *L. 5. §. 12. eod.*

PRAEPOSITO ad emendum si quis mutuaverit ad emendas merces, dominus tenetur ei actione institoria, *L. 5. §. 13. eod.*

PRAEPOSITO tabernæ si quis mutuaverit ad solvendam pensionem tabernæ, tenetur ei dominus institoria; nisi fuisset prohibitus mutuari, *ibid.*

PRAEPOSITO ad emendum vel vendendum oleum, si oleum mutuum datum sit, tenetur dominus institoria, *L. 5. §. 14. eod.*

PRAEPOSITVS filius tabernæ si mutuam pecuniam accepit causa mercium, ac pro eo pater ejus fidejusserit, etiam institoria tenetur pater, *L. 19. §. 2. eod.*

PRAEPOSITVS servus ad pecunias tantum fœnerandas si per intercessionem æs alienum suscepit, ut institorem, non obligat dominum in solidum, *L. 19. §. 3. eod.*

PRAEPOSITVS.

In PRAEPOSITVM non est ordinandus, nisi Presbyter, vel Diaconus, *c. 2. dist. 60.*

Etsi omnes, qui præsunt, rite PRAEPOSITI vocentur, proprie tamen dicuntur ii, qui quandam Prioratus curam super alios gerunt, *c. 9. X. de V. S.*

PRAE-

PRAESCIENTIA

PRAESCIENTIA divina non tollit homini libertatem, *c. 23. §. Non ergo per tot.*

PRAESCRIBERE.

PRAESCRIBI vel usucapi possunt res mobiles Ecclesiæ triennio, sicut & res privatorum, *Auth. Quas actiones. C. de sacrosanct. Eccles. Nov. 131. c. 6.*

Contra fiscum PRAESCRIBITUR quadriennio continuo, *L. 1. C. de quadriennii præscript.*

PRAESCRIBI possunt res furtivæ & vitiosæ per tempus 30. annorum, *L. 3. C. de præscript. 30. vel 40. ann.*

PRAESCRIBI potest prædii tributarii dominium, canon ejus non potest, *L. 6. C. eod.*

PRAESCRIBI non potest servitus feudo imposita contra Dominum, *II. F. 8. c. rei autem. pr.*

PRAESCRIBUNTUR Ecclesiæ, harumque facultates 30. annis ab Episcopis, *c. Facultates. q. 2. caus. 13. c. 8. & 9. q. 3. caus. 16.*

Bona Ecclesiæ 40. annis pacifice possessa PRAESCRIBUNTUR, *c. 6. de Relig. domib. c. 4. & 9. X. de præscript.*

Quæ in beneficiis possidentur, PRAESCRIBI non possunt, *c. Clerici. q. 3. caus. 16.*

Episcopus contra Episcopum, locum ab eo conversum ad fidem, PRAESCRIBIT triennio; sed cum vacat Ecclesia, vel est in Schismate, non præscribitur contra ipsam, *c. 1. X. de præscript.*

Prælatus inferior potest PRAESCRIBERE in certis Ecclesiis suæ Diœcesis totum jus Episcopale, subducitur tamen de præscriptione tempus, quo vacavit Ecclesia cathedralis, *c. auditis. X. eod.*

Abbas in Capellis PRAESCRIBERE potest jura Episcopalia, *c. cum olim. X. eod.*

Etsi quis PRAESCRIBIT in uno articulo, non tamen in alio, *c. 15. & c. 18. X. eod. c. 29. X. de decimis.*

Qui PRAESCRIBIT, in nulla temporis parte, rei alienæ habere debet conscientiam, *c. Quoniam. X. de præscript.*

Servitus non PRAESCRIBITUR, licet 40. annorum spatio quis hominem liberum pro servo detineat, *c. 15. §. unde si. X. eod.*

Subditus non PRAESCRIBIT obedientiam contra Prælatum, *c. 12. X. eod.*

Non potest subditus visitationem, aut procurationem ratione visitationis debitam, contra Superiorem PRAESCRIBERE, quamvis alius in personam alterius præscribere possit utramque, *c. 11. & 16. X. eod.*

PRAESCRIBI non possunt, quæ possideri non possunt, *c. 7. X. eod.*

PRAESCRIBERE Laici non possunt spiritualia, *cit. c. 7. X. eod. & c. 15. §. quas. q. 3. caus. 16.*

Limitis possessio nec per 30. annos PRAESCRIBI potest, *c. inter. c. dilectio. ead.*

Ius eligendi PRAESCRIBI potest, *c. 3. X. de caus. possess. & propr.*

PRAESCRIBITUR contra arbitrium, *c. 18. X. de præscript.*

Iuxta Canones aliquos Ecclesia contra Ecclesiam 30. annis; Monasterium vero contra Ecclesiam non nisi 40. annis PRAESCRIBIT, *c. 15. §. quas actiones. q. 3. caus. 16.* & *c. 1.* & *2. q. 4. caus. 16.*

Adversus religiosa loca nunc non nisi 40. annorum spatio PRAESCRIBITUR *c. 15. §. hæc ile. q. 3. caus. 16.* & *c. penult. & ult q. 4. caus. 16.*

PRAESCRIPTIO.

PRAESCRIPTIONE feuda acquiruntur, *II. F. 87.*

PRAESCRIPTIONE 30. annorum feudo alienato excidebat Dominus, *II. F. 9. §. 1.*

PRAESCRIPTIONE non obstante alienatio feudi revocatur, *II. F. 40.*

PRAESCRIPTIONEM impedit mala fides. *II. F. 87.*

PRAESCRIPTIO longi temporis non currit minori, *L. 3. C. quib. non objicitur longi temp. præsc.*

Militi in expeditione existenti, in effectu non currit PRAESCRIPTIO, *L. 1. C. eod.*

PRAESCRIPTIO non obstat absenti reipublicæ causa, vel fortuito, *L. 4. C. eod.*

PRAESCRIPTIONE longi temporis personales actiones regulariter non tolluntur, *L. 5. C. eod.*

PRAESCRIPTIO temporis contra præsentem, finitur annis decem; contra absentem vero, annis viginti, *L. 7. C. eod.*

PRAESCRIPTIO & privilegium contraria sunt, *c. 15. & 19. X. de præscript.*

PRAESCRIPTIONES aliæ sunt inductæ odio petentis, & favore possidentis, aliæ tantum odio possidentis, *c. 15. §. præscription. q. 3. cauf. 16.*

PRAESCRIPTIONES introductæ etiam sunt contra desides, & sui juris contemptores, *c. 5. X. de præscript.*

PRAESCRIPTIONES variæ sunt, unius mensis, *c. un q. 5. cauf. 4.*

Duorum mensium, *c. 1. q. 3. cauf. 5.*

Trium mensium, *c. 15. dist. 54.*

Quatuor mensium, *c. 27. X. de jure patronatus*, & *c. un. eod. in 6.*

Sex mensium, *c. 4. q. 3. cau. 3.*

Novem mensium, *c. 4. §. spatium. ead.*

Vnius anni & diei, *c. 2. q. 2. cauf. 20.* & *c. 2. pr. q. 3. cauf. 3.*

Vnius anni, & dimidii, *c. 2. pr. ead.*

Biennii, *c. 6. q. 3. cauf. 19.*

Triennii, *c. ult. q. 2. cauf. 17.*

Decennii, *c. ult. q. 4 cauf. 16.*

Duodecim annorum, *c. 8. §. cum ergo. q. 1. cauf. 20.*

Quatuordecim annorum, *c. 1. §. 1. q. 2. cauf. 20.*

Quindecim annorum, *c. 1. 0. q. 1. cauf. 20.*

Octodecim annorum, *c. 5. ead.* & *c. 25. dist 28.*

Viginti annorum, *c. ult. q. 4. cauf. 16.*

Viginti quinque annorum, *c. 14. q. 1. cauf 20.*

Triginta annorum, *c. 8. q. 3. cauf. 16.*

Quadraginta annorum, *c. ult. q. 4. cauf. 16.*

Centum annorum, *c. ult. q. 3. cauf. 16.*

Omnis possessio tricennali PRAESCRIPTIONE tollitur, *c. 8. q. 3 cauf. 16.*

Vel quadragenaria (sicut possessiones religiosarum domuum) vel centenaria, sicut prædia sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in *pr. q. 2. cauf. 13.*

Tricennalis PRAESCRIPTIO incipit currere à morte male alienantis, *c. 10. q. 3. cauf. 16.*

PRAESCRIPTIO cum mala fide nec in foro Canonico, nec civili valet, *c. quoniam, X. de præscript.*

In PRAESCRIPTIONIBUS sufficit bona fides, ubi jus commune non resistit, nec præsumptio est contra præscribentem; alioquin allegari debet titulus, & probari, nisi tanti sit temporis præscriptio, cujus contrarii non extet memoria, *c. 1. de præscript. in 6.*

PRAESCRIPTIO mala fide cœpta, post triginta annos adversus omnem petentem munit exceptione; Si vero aliquo casu à possessione ceciderit, actionem non habebit. Si vero

res

res ad creditorem suum, vel ad dominum pervenerit, detentionis commodum habebit: Si vero ad alium, creditor & dominus adversus eum experiri poterit. Sed si violenter ad eos possessio pervenerit, malæ fidei possessor, indistincte possessionis commodum recipiet, *c. 15. §. quod si mala. q. 3. caus. 16.*

PRAESCRIPTIO interrumpitur naturaliter, quando sc. contra conscientiam possidetur aliquid, *ibid.*

PRAESCRIPTIO civiliter interrumpitur per libelli oblationem, vel litis contestationem, per protestationem coram Episcopis, vel aliis bonis viris, per interpellationem, vel testium subscriptionem, *c. 15. §. is autem. ead.*

PRAESCRIPTIO interrumpitur per Synodalem proclamationem, *c. 1.* & *2. ead.* & *c. 3.* ac *8. X. de præscript.*

PRAESCRIPTIO testibus interrumpitur, & etiam probatur, *c. 8. X. eod.*

PRAESCRIPTIO aditione magistratus, vel adversarii interrumpitur, *c. 15. q. 3. caus. 16.*

Si PRAESCRIPTIO vocetur in dubium, debet præscribens juratoriam cautionem præstare, quod bona fide possideat, *c. 7. q. 3. caus. 16.*

PRAESCRIPTIONIS interruptio dat jus agendi, *c. 2. q. 4. caus. 16.*

PRAESCRIPTIO absque titulo, bona tamen fide per triennium continuata, valet, *c. 15. §. præscriptionum. q. 3. caus. 16.*

PRAESCRIPTIO non currit tempore hostilitatis, *c. Ex transmissa. X. de præscript.*

PRAESCRIPTIO tempore captivitatis non currit, *c. 13. q. 3. caus. 16.*

PRAESCRIPTIO nec tempore infantiæ, vel furoris currit, *c. 15. §. is autem. ead.*

PRAESCRIPTIO non currit contra res Ecclesiæ precario possessas, *c. 11. ead.*

PRAESCRIPTIO illi non currit, qui non potest agere, *c. 41. X. de elect.*

PRAESCRIPTIO non currit contra Ecclesiam Rom. tempore Schismatis, *c. 14. X. de præscript.*

PRAESCRIPTIO non currit Ecclesia vacante, *c. 1.* & *4. X. eod.* & *c. penult. X. ne sede vacante.*

PRAESCRIPTIO in matrimonio non currit, licet omnia jura præscriptione tollantur, *c. 19. X. de sponsal.*

PRAESCRIPTIO non currit in re invasa, *c. 2. X. de præscript.*

In re empta potest allegari PRAESCRIPTIO, *c. 4. X. de empt.*

PRAESCRIPTIO contra ecclesiam, vel civitatem non currit in rebus sibi relictis jure hereditario, legatis, donatis, vel venditis, nisi centum annorum, *L. 23. C. de sacrosanct. Eccles.*

PRAESCRIPTIO contra Romanam Ecclesiam tantum valet, si fuerit centum annorum, *Auth. Quas actiones &c. C.* & *Nov. 131. c. 6.*

PRAESCRIPTIO 30. annorum currit contra absentem & contra milites, sed restituuntur, *L. 3. C. de præscript. 30. vel 40. ann.*

PRAESCRIPTIONE longi temporis quæritur præscriptori jus rem vindicandi à quocunque possessore, *L. 8. pr. C. eod.*

PRAESCRIPTIO sortitur effectum re possessa bona fide cum titulo per longum tempus non interruptum, *L. 2. C. de præscriptione longi tempor.*

PRAESCRIPTIO longi temporis non potest objici actioni simplici mutui, neque commodati, neque depositi, legati, fideicommissi, aut tutelæ, aut alii cuilibet actioni personali, *L. 5. C. quibus non objicit. longi tempor. præscript.*

In PRAESCRIPTIONE longi temporis

poris requiritur scientia ejus, contra quem præscribitur, *Auth. malæ fidei &c. C. de præscript. longi tempor.*

PRAESCRIPTIO longi temporis scilicet 10. annorum inter præsentes, & 20. inter absentes procedit ita quidem, quod si quis in quibusdam annis sit præsens, in quibusdam absens, adjiciuntur ei ad præscriptionem super decennium tot anni, quot annis ex decennio fuit absens, *Auth. Quod si quis. C. eod.*

PRAESCRIPTIO longi temporis non procedit sine titulo, *L. 5. C. eod.*

PRAESCRIPTIO longi temporis in malæ fidei contractibus locum non habet, *L. 6. C. eod.*

PRAESCRIPTIONE munito instrumentorum amissio vel subtractio non præjudicat, *L. 7. C. eod.*

PRAESCRIPTIO bona fide cœpta, sed non completa, interrumpitur per litis contestationem, *L. 10. C. eod.*

PRAESCRIPTIO longi temporis 10. annorum procedit tam in rebus sitis in eadem provincia, vel extra positis, dummodo inter præsentes, *L. 12. C. eod.*

PRAESCRIPTIO longi temporis 10. vel 20. annorum procedit tam in rebus corporalibus, quam incorporalibus, *ibid.*

PRAESCRIPTIO longi temporis locum non habet in judicio familiæ erciscundæ, vel communi dividundo, *L. 3. C. in quibus causis cessat longi* &c.

PRAESCRIPTIO longi temporis non nocet hereditatem petentibus, *L. 4. C. eod.*

PRAESCRIPTIO longi temporis sine titulo non procedit, & pro expensis justis datur retentio, *L. 5. C. eod.*

PRAESCRIPTIS *verbis actio.*

vid.

ACTIO *præscriptis verbis.*

PRAESENS.

PRAESENS habetur, & qui in hortis est, & qui in foro, & qui in urbe, & in continentibus ædificiis, *L. 4. & 5. de procurator.*

PRAESENTES dicuntur, qui sunt in provincia, *c. 35. X. de elect.*

PRAESENTES dicuntur, qui justis de causis absunt ex licentia Prælati, *c. 4. X. eod.*

PRAESENS aliquis dicitur per nuncium, *c. 16. X de appell.*

PRAESENS debet esse ille, contra quem fit inquisitio, nisi contumaciter se absentet, *c. 24. §. debet. X. de accusat.*

PRAESENTES, qui nec consilium, nec auxilium dederunt, extra noxam sunt, *c. ult q. 8. caus. 24.*

PRAESENS factum præsumitur ex præterito, *c. penult. X. de præsumpt.*

Qui PRAESENS patitur, suo nomine aliquid fieri, nec id prohibet, mandare videtur, *L. 6. §. 2. & L. 18. mandati.*

PRAESES.

PRAESIDIS nomen generale est, eoque & Proconsules, & Legati Cæsaris, & omnes provincias regentes, licet Senatores sint, *Præsides* appellantur, *L. 1. de offic. Præsidis.*

PRAESES apud se adoptare potest, quemadmodum & emancipare filium, & manumittere servum potest, *L. 2 eod.*

PRAESES habet imperium in homines suæ provinciæ, dum est in provincia, nam si excesserit, privatus est, *L. 3. eod.*

PRAESES provinciæ majus imperium in ea provincia habet omnibus post Principem, *L. 4. eod.*

PRAESES provinciæ non magis tutorem, quam specialem Iudicem, ipse se dare potest, *L. 5. eod.*

PRAESES provinciæ prohibere debet illicitas exactiones, & violentia factas, & extortas metu venditiones ac cautiones sine pretii numeratione, *L. 6. pr. eod*

PRAESES provinciæ debet providere, ne quis iniquum lucrum, vel damnum sentiat, vel dolo, vel facilitate. *ib d.*

PRAESES provinciæ id debet sequi, quod convenit eum sequi ex fide eorum, quæ probantur sequi, *L. 6. §. 1. eod.*

PRAESES provinciæ curare debet, ne potentiores viri injuriis afficiant humiliores, neve defensores eorum calumniosis criminibus insectentur innocentes, *L. 6. §. 2. eod.*

PRAESES provinciæ debet prohibere, sub specie tributorum illicitas exactiones fieri, & debet curare, ne licita negotiatione aliqui prohibeantur, vel prohibita exerceantur, vel innnocentibus pœnæ irrogentur, *L. 6. §. 3. & 4. eod.*

PRAESES provinciæ curare debet, ne homines tenuis conditionis domunculam unam habentes cogantur ad suscipiendos hospites milites, vel injuriis vexentur, *L. 6. §. 5. eod.*

PRAESES provinciæ inspectis ædificiis, dominos eorum, causa cognita, reficere ea compellere potest, *L. 7. eod.*

PRAESIDES non per assessores, sed per se debent subscribere libellis, *L. 2. C. de Assessorib.*

PRAESES assessori subscriptionem inconsulto Principe permittens severe à Principe puniri debet, & assessor exilio punitur, *ibid.*

PRAESTATIO.

PRAESTATIONES ejus rei, quæ apud hostes est, in familiæ erciscundæ judicium veniunt, *L. 22. §. 5. familiæ erciscundæ.*

PRAESTIGIVM.

Primus PRAESTIGIVM invenisse dicitur Mercurius; sic autem dicitur, quod perstringat aciem oculorum, *c. nec. q 5. cauf. 26.*

PRAESVMERE.

PRAESVMERE nemo debet de statu suo, *c. imitare. q. 1. cauf. 6.*

Qui contra jura mercatur, bonam fidem non habere PRAESVMITVR, *c. 82. de R. I. in 6.*

PRAESVMENDVM est pro judiciaria potestate, quod omnia legitime fecerit pro causis, *c. 16. X. de sent. & re judic.*

PRAESVMVNTVR mei inimici, qui cum inimicis meis habitant, & ab accusatione repelluntur, *c. 7. X. de accusat.*

Licet aliquid prima facie PRAESVMATVR non esse damnosum, tamen probatio admittitur in contrarium, *c. penult. X. de donat.*

PRAESVMITVR semper pro sententia Iudicis, donec contrarium ostendatur, *c. 6. X. de renunc. c. 13. X. de sent. & re jud.*

Omnia, quæ Prælatus possidet, PRAESVMVNTVR de bonis Ecclesiæ acquisita fuisse, *c. 1. X. de pecul. Cleric.*

PRAESVMITVR ignorantia, ubi scientia non probatur, *c. 47. de R. I. in 6.*

Semel malus, semper PRAESVMITVR malus, *c. 8. eod.*

Quilibet PRAESVMITVR bonus, donec probetur malus, *c. penult. q. 1. cauf. 2. & c. penult. X. de præsumpt.*

PRAESVMITVR ex causa, *c. occidit. q. 8. cauf 23.*

- - Persona, *c. 6. dist. 89.*
- - Loco, *c. quisquis. q. 4. cauf. 17.*
- - Tempore, *c. ut. q. 1. cauf. 1.*
- - Facti qualitate, *c. Bona. q. 2. cauf. 12.*
- - Dignitate, *c. absit. q. 3. cauf. 11.*

PRAESVMITVR quis tanto citius mori, quanto senior est, *c. 24. dist. 86. c. petiisti. q. 1. caus. 7.*

PRAESVMITVR pro sene bonitas, *c. 2. dist. 59.*

Sapientia, *c. ult. dist. 84.*

Morum gravitas, *c. diffinimus, q. 2. caus. 18.* & *c. omnis. q. 1. caus. 12.*

Sermo veracior, *c. Consanguineos. q. 6. caus. 35.*

Iustitia, *c. 23. dist 86.*

Continentia, *c. penult. X. de præsumpt.*

PRAESVMITVR pro aliquo, qui officium suum diligenter adimplere juravit, *c. 13. X. de præscript.*

PRAESVMITVR pro aliquo ob honestatem personæ, *c. 21. X de præbend.*

PRAESVMITVR quilibet dignus, qui nescitur indignus, *c. un. X. de Scrutin. in ordin. faciend.*

Qui ex duobus alterum negat, reliquum affirmare PRAESVMITVR, *c. 5. X. de præsumpt.*

Ex vicinia PRAESVMITVR notitia facti loci vicini, *c. 7. X. eod.*

PRAESVMITVR factum, notum loco vicino, quod est, notum in remoto, *c. 8. X. eod.*

Non PRAESVMITVR incontinens in senectute, qui in juventute continuit, maxime si est literatus, *c. 15. X. eod.*

PRAESVMITVR ex præsenti circa præteritum, *c. Cum per bellicam. q. 1. caus. 34.*

PRAESVMITVR ex præsenti circa præsens, *c. qui crimen. q. 1. caus. 6.*

PRAESVMITVR ex præterito circa præteritum, *c. 10. dist. 28.*

PRAESVMITVR contra aliquem ex his, quæ in continenti fiunt, *c. 38. X. de elect.*

PRAESVMPTIO.

PRAESVMPTIO ubi est contra eum, qui probare debebat, afficitur duriore probatione, *L. 23. pr. quod metus causa.*

PRAESVMPTIONE si aliquid inducitur, dicitur illud esse palam, *L. 8. pr. soluto matr.*

PRAESVMPTIONES variæ, & prævaricationes celerrime non compressæ, incipiunt pro legibus teneri, & privilegiorum more, perpetuo observati, *c. 3. dist. 8.*

PRAESVMPTIO juris & de jure est, contra quam non admittitur probatio, *c. 30. X. de sponsal.*

PRAESVMPTIO sive suspicio sola purgationem inducit in crimine hæresis, *c. 13. X. de hæretic.*

PRAESVMPTIO violenta admittit probationem in contrarium, *c. ult. X. de Presbyter. non baptiz.*

PRAESVMPTIO violenta evidentissimam probationem requirit, *ibid.*

PRAESVMPTIO in contrarium facit, ut possessor teneatur probare legitimam possessionem, *c. ult. X. de restit. spoliat. in 6.*

Quando contra reum est PRAESVMPTIO, onus probandi transfertur in illum, *c. un. X. ut Eccles. benefic.*

PRAESVMPTIO violenta oritur ex propinqua facti circumstantia, *c. 1. dist. 34.*

PRAESVMPTIO violenta sufficit ad condemnationem, quia pro certitudine habetur, *c. 12.* & *c. adferre. X. de præsumpt.*

Ex PRAESVMPTIONE violenta fertur sententia definitiva, d. *c. adferre. X. eod.*

PRAESVMPTIO una aliam non elidit, *c. 16. X. de elect.*

Pro possessore PRAESVMPTIO petitorem onerat probatione, *L. 2. C. de probat.*

PRAETERITIO.

PRAETERITIO matris de filio, etiam quem

quem ignorabat vivum, habetur pro exhere latione, *L. 19. pr.* & *L. 27. §. 4. de in ff. testam.*

PRAETERITIO matris de filio quando facta est *re* tantum, sed non consilio, rumpitur testamentum, sed legata & libertates valida remanent, secus si re & consilio facta fuerit *praeteritio*, *L. 28. eod.*

PRAETERITIO filii scienter facta à milite habetur pro exheredatione, *L. 41. §. 3. de testam. milit.*

PRAETERITIO filii rumpit testamentum patris etiam ignorantis filium vivum, *L. 29. de manum. test.*

PRAETERITVS *a, m.*

PRAETERITVS dicitur ille, qui non est institutus, nec ut oportet, exheredatus, *§. 12. de hereditatibus, quae ab intest.* &c.

PRAETERITIS à matre non datur jus dicendi nullum, aut contra tabulas, sed datur querela inofficiosi, *§. 7. de exheredat. liber.*

PRAETERITA quoad iterationem præsumuntur circa præsentia, *c. penult. X. de præsumpt.*

PRAETEXTATVS.

Proxime PRAETEXTATI ætatem is accedit, qui puberem ætatem nunc ingressus est, *L. 3. §. 6. de liberis exhib.*

PRAETOR.

PRAETOR urbanus creatus fuit ex eo, quod cum consules avocarentur bellis finitimis, non erat quis in civitate, qui jus redderet, *L. 2. §. 26. de O. I.*

PRAETOR peregrinus creatus fuit ex eo, quod cum multa turba etiam peregrinorum in civitatem veniret, Prætor urbanus non sufficiebat, *L. 2. §. 28. eod.*

PRAETORES totidem, quot provinciæ in ditionem Romanam venerant, creati sunt, partim qui urbanis rebus, partim qui provincialibus præessent, *L. 2. §. 32. eod.*

PRAETORES duos constituit Cajus Iulius Cæsar, & duos Ædiles, qui frumento præessent, à Cerere cereales dicti, *ibid.*

PRAETORES 18. & Tribuni plebis 10. & duo Consules, & sex Ædiles in civitate constituti sunt, qui jura reddebant, *ibid.*

Apud filiumfamilias PRAETOREM, potest pater ejus manumittere, *L. 1. de offic. Prætor.*

PRAETOR neque tutorem, neque specialem Iudicem ipse se dare potest, *L. 4. eod.*

PRAETOR beneficium suum nemini vult esse captiosum, *L. 8. pr. de stipulation. prætor.*

Tres tantummodo PRAETORES electæ opinionis in hac urbe sc. *Constantinop* per singulos annos judicio Senatus præcipimus ordinari, *L. 2. C. de offic. Prætor.*

PRAEVARICARI.

Sciendum est, quod hodie iis, qui PRAEVARICATI sunt, pœna injungitur extraordinaria, *L. 2. de prævaricatione.*

PRAEVARICATIO.

PRAEVARICATIONIS judicium aliud publicum, aliud moribus inductum est, *L. 3. pr. de prævaricat.*

Accusator in PRAEVARICATIONE convictus, postea ex lege non accusat, *L. 5. eod. c. 8. §. 4. q. 3. caus. 2.*

PRAEVARICATIO est, vera crimina abscondere, *c. 8. §. notandum. q. 3. caus. 2.*

PRAEVARICATIO veritatis, acceptio nummorum est, *c. qui recte. q. 3. caus. 11.*

PRAEVARICATIO non est, incauti & temerarii juramenti emendatio, *c. diffinitio. q. 4. caus. 22.*

PRAEVARICATIO est, votum casti-

 tatis

tatis vel religionis postponere, *c. puellæ. q. 1. caus. 20.*

PRAEVARICATOR.

PRAEVARICATOR est quasi varicator, qui diversam partem adjuvat prodita causa sua, *L. 1. pr. de prævaricat. c. 8. §. 2. q. 3. caus. 2.*

Nomen PRAEVARICATORIS Labeo à varia certatione tractum ait, nam qui prævaricatur, ex utraque parte constitit, quinimo ex altera, *ib.*

Is autem proprie PRAEVARICATOR dicitur, qui publico judicio accusaverit, *L. 1. §. 1. eod.*

Advocatus non proprie PRAEVARICATOR dicitur, *ibid.*

PRAEVARICATORES eos appellamus, qui causam adversariis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt, *L. 212. de V. S.*

PRAEVARICATORES à variando ita dicti sunt, *ib.*

PRAEVARICATORES fidei non admittuntur ad testimonium dicendum, *c. non potest. q. 7. caus. 2.*

PRAEVARICATORES in criminibus, quæ extra ordinem objiciuntur, eadem pœna afficiuntur, qua tenerentur, si ipsi non commisissent legem, qua reus propter prævaricationem absolutus est, *L. 6. de prævaricat.*

PRAEVARICATOR is dicitur, qui colludit cum Reo, & translative munere accusandi defungitur, eo quod proprias quidem probationes dissimularet, falsas vero Rei excusationes admitteret, *c. 8. §. 6. q. 3. caus. 2.*

PRAGMATICA
Sanctio.

PRAGMATICA Sanctio est confirmatio ab Imperatore facta, *c. 1. X. de rerum permut.*

PRATVM.

PRATVM est, in quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus est, *L. 31. de V. S.*

PRATVM ex eo dictum, quod paratum sit ad fructum capiendum, *ib.*

PRATA publica vel privata devastantes puniuntur in duodecim libris auri, *L. 2. C. de pascuis publicis, XI.*

PRATA provincialium non debent fatigari molestia militum Principis, *L. 3. C. eod.*

PRECARIA.

PRECARIAM revocat successor per prædecessorem irrationabiliter factam, *c. 2. X. de precariis.*

PRECARIAE de quinquennio in quinquennium debent renovari, *c. 1. X. eod.*

PRECARIAE dum fiunt, sunt in scripta redigendæ, ne per retentionem diutinam præjudicium generetur, *c. 72. q. 2. caus. 12.*

PRECARIAE dicuntur præstationes quædam ususfructus in compensationem ejus proprietatis, quæ datur Ecclesiæ, *c. 4. in pr. q. 2. caus. 10.*

Nulla potestas cogere potest ad PRECARIAM, de rebus proprie Deo ac Sanctis dicatis, faciendam; cum ratio & usus obtineat, neminem, cui non vult, contra utilitatem & rationem cogi, de proprio facere beneficium, *ibid.*

PRECARIO.

PRECARIO si rogaverit procurator domino mandante vel ratum habente, ipse dominus dicitur proprie habere precarium, *L. 6. §. 1. de precario.*

PRECARIO si concessisti mihi rem, & tradidisti, & ego alteri, ego teneor tibi interdicto de precario, & ille mihi, *L. 8. pr. eod.*

PRECARIO si concessisti alteri me mandante vel rogante animo obligandi, ego teneor tibi mandati, &

& ille mihi interdicto de precario, *ibid.*

PRECARIO si rogaverit debitor à creditore rem, quam ei pignori dedit, soluta pecunia solvitur precarium, quippe id actum est, ut usque eo precarium teneret, *L. 11. eod.*

PRECARIO cum conceditur aliquid, si convenit, ut usque ad certum tempus precario possideat, potest concedens non obstante pacto etiam ante tempus revocare, *L. 12. pr. eod.*

PRECARIO habitare non intelliguntur hospites, & qui gratuitam habitationem accipiunt, *L. 15. §. 1. eod.*

PRECARIO habere possumus etiam ea, quæ in jure consistunt, ut immissa, & protecta, *L. 15. §. 2. eod.*

PRECARIO possidere dicitur ille, qui adoptavit eum, qui precario rogavit, *L. 16. eod.*

Duo in solidum PRECARIO habere non magis possunt, quam duo in solidum vi possidere, aut clam; nam neque justæ, neque injustæ possessiones duæ concurrere possunt, *L. 19. pr. eod.*

Qui servum meum PRECARIO rogat, videtur à me precario habere, si hoc ratum habuero, & ideo precario interdicto mihi tenebitur, *L. 19. §. 1. eod.*

Cum quid PRECARIO rogatum est, non solum interdicto uti possumus, sed & incerti condictione, i. e. præscriptis verbis, *L. 19. §. 2. eod.*

PRECARIO rem habens dicitur etiam possidere, *L. 4 §. 1. eod.*

PRECARIO possidere dicitur ille, qui emit alienam rem, si dominum rogavit precario, *L. 22. pr. eod.*

Qui PRECARIO dedit, & ipse possidet, & is, qui accepit, *L. 3. §. 5. de acquir. vel amitt. poss.*

Si is, qui PRECARIO concessit, accessione uti ex persona ejus, cui concessit, non potest, *L. 13. §. 7. eod.*

PRECARIUM.

PRECARIUM est, quod precibus petenti utendum conceditur tamdiu, quamdiu is, qui concessit, patitur, *L. 1. pr. de precario.*

Fieri PRECARIUM sic, ut nunquam revocari possit, reprobatur, *c. 2. X. de precar.*

PRECARIUM solvitur morte ejus, cui concessum est, non etiam concedentis, *c. 3. X. eod.*

PRECARIUM dicitur quoddam genus liberalitatis, & descendit ex jure gentium, *L. 1. §. 1. de precario.*

PRECARIUM distat à donatione, eo quod qui donat, sic dat, ne recipiat; at qui precario concedit, sic dat, quasi tunc recepturus, cum sibi libuerit precarium solvere, *L. 1. §. 2. eod.*

PRECARIUM simile est commodato, nam & qui commodat rem, si commodat, ut non faciat rem accipientis, sed ut ei uti re commodata permittat, *L. 1. §. 3. eod.*

PRECARII rogatio etiam in rebus mobilibus consistit, *L. 4 pr. eod.*

PRECARIUM concessum alicui, ut ipsi in eo fundo morari liceat, intelligitur, ut sibi suisque liceat morari, licet non sit dictum, ut sibi suisque liceret, *L. 21. eod.*

PRECARII rogatio transit ad heredem ejus, qui precario concessit, *L. 12. §. 1. eod.*

PRECARII rogatio non transit ad heredem ejus, qui precario rogavit, *ib.*

PRECARIUM, quod quis habet à defuncto, videtur habere etiam ab ejus herede, & à cæteris successoribus, etiamsi recipiens ignoret heredem, *L. 8. §. 1. eod.*

PRECARIUM suæ rei quis non potest constituere, *L. 45. pr. de R. I.*

PRECARII conditio magis ad donationem, & beneficii causam quam ad negotii contracti causam spectat, *L. 14. de precario.*

PRESBYTER.

PRESBYTERUM minorem 35 annis fieri non permittimus, *Auth. Presbyterum. C. de Episcopis.*

PRESBYTER falsum deponens in causa pecuniaria, suspenditur ab officio per tres annos,& monasterio pro tormentis traditur, *Auth. Presbyteri. C. eod.*

PRESBYTER falsum deponens in causa criminali, nudatus clericatus honore pœnis legitimis est afficiendus, *ibid.*

PRESBYTERI occasione testimonii non torquentur, puniuntur tamen, si falsum dixerint, *L. 8. C. eod.*

PRESBYTERI jure cognationis ad tutelam vocati, eam suscipere tenentur, *Auth. Presbyteros. C. eod.*

PRESBYTER græce, latine *senior*, non tantum ob ætatem, vel decrepitam senectutem; sed etiam ob honorem & dignitatem, quam accepit, sic dictus, quia non ætatis, sed dignitatis nomen est, *c. 1 §. Presbyter. dist. 21. c. ult. dist. 84.*

Modus PRESBYTERUM ordinandi, vid. *c. Presbyter. dist. 23.*

PRESBYTERI duplici honore honorentur, maxime qui laborant in verbo Domini, *c. Ecce. dist. 95.*

PRESBYTERIS licet coram Episcopo docere, *ibid.*

PRESBYTERI officium est, prædicare, *c. 5. X. de statu Monach.*

PRESBYTERI Episcopos non præcedant, sed comitentur, vel subsequantur, *c. 8. dist. 95*

PRESBYTER præsente Episcopo non signet infantes, nisi ab Episcopo fuerit illi præceptum, *c. 11. ead.*

PRESBYTER chrisma nunquam conficiat, *c. 2. q. 6. caus. 26.*

PRESBYTER & Diaconus, sine concilii examinatione non damnentur, *c. 1. & c. ult. q. 7. caus. 15.*

PRESBYTER debet tantum apud suum Episcopum judicari, *c. de persona. q. 1. caus. 11.*

PRESBYTER, qui ante ordinationem lapsum se carnaliter confitetur, non sacrificet, *c. 1. q. 8. caus. 15.*

PRESBYTER non incedat nisi stola vel orario indutus, *c. 25. q. 4. caus 17.*

PRESBYTERIS debet competens beneficium dari, *c. 30. X. de prabend.*

Nullus PRESBYTER duas habeat Ecclesias, *c. 20. q. 7. caus. 16.*

PRESBYTER in crimine captus deponatur,non tamen communione privetur, *c. 12. 13. & 14. dist 81.*

PRESBYTER factus, uxorem suam quasi sororem diligat, & quasi hostem fugiat, *c. 18. dist. 32.*

PRESBYTER aut Diaconus cum uxore sua incontinens, ab officio suo dejiciatur, *c. 29. dist. 50.*

PRESBYTER uxorem ducens ab ordine suo deponi debet, *c. Presbyter. dist. 28.*

PRETIUM.

PRETIA rerum non metimur ex affectione vel utilitate singulorum, sed communi æstimatione, *L. 33. pr. ad L. Aquil.*

PRETIUM rei meæ, quæ ad alium pervenit ex causa lucrativa, possum condicere, *L. 23. de rebus creditis, si cert.*

Si PRETIUM recipiatur, quamvis traditio rei differatur, venditio celebrata intelligitur, *c. 36. X. de Simon.*

PRETIO conductus testis repellitur, *c. 1. X. de testib.*

PRETIO imponens pœnam Judex, vel remittens, potest accusari, & convictus removeri, *c. 126. q. 1. caus. 1.*

PRE-

PRETIVM solutum ex causa emptionis invalidæ repetitur, *L. 37. de condict. indeb.*

PRETIA rerum, maxime vini, olei, frumenti, quam varia sunt per singulas civitates & regiones, *L. 3. de eo, quod certo loco* &c.

PRETIO cariturus est Vasallus feudum alienans, *II. F. 24. §. f.*

PRETIVM feudi empti restituitur Vasallo, *I. F. 7.*

De PRETIO actionem habet emptor adversus venditorem feudi, *II. F. 55.*

PRETIVM pro feudo restitui potest, *I. F. 1. §. 4.*

PRETIVM justum rei constituitur ex præsenti æstimatione, non ex præterita emptione, *L. 3. §. 5. de jure fisci.*

PRETIA prædiorum sicut diligenti cultura ampliantur, ita si negligentius habita sint, minui ea necesse est, *ibid.*

PRETIVM quando datur pro re est emptio, *L. 1. C. de rerum permut.*

PRIMAS.

PRIMAS & Patriarcha diversorum sunt nominum, sed ejusdem officii, in *princ. dist. 99.*

Non vocentur PRIMATES, nisi illi, qui tenent primas civitates, *c. nulli. dist. 99.*

Metropolitanas adepti, non PRIMATES, sed Metropolitani vocandi sunt, *ibid.*

PRIMAS non est appellandus universalis, *c. Nullus. ead.*

PRIMAS non appellandus Princeps Sacerdotum vel summus, *c. prima. ead.*

PRIMICERIVS.

PRIMICERII ultra biennium in officio militare non coguntur, & si ab officio per annum se absentaverint, unum gradum militiæ perdunt, si per biennium, duos gradus, si per triennium, tres, si per quadriennium, quatuor, si per quinquennium se absentaverint, Primiceriorum ordine non utuntur, *L. 2. C. de Primicerio; &c. XII.*

PRIMICERIVS curam habet Acolythorum, Exorcistarum, Psalmistarum atque Lectorum, eosque dirigit, ac eorum excessus punit, *c. 1. §. ad Primicerium. dist. 25.*

PRIMIPILARIS.

PRIMIPILARIS vel cohortalis aliquis non potest aspirare ad aliam militiam, *L. 13. C. de cohortalibus &c. XII.*

PRIMIPILARIS, e.

In PRIMIPILARIBVS speciebus taxandis eadem pretiorum taxatio debet servari, quæ in venalibus publicis potest reperiri, *L. 8. C. de cohortalibus &c. XII.*

PRIMIPILARIVS.

PRIMIPILARII hi existimantur, qui exercent primum pilum, *L. 8. §. 12. de excus.*

PRIMIPILARIVS excusatur à tutela filiorum ejus, qui mortuus est, *ib.*

PRIMIPILARII habent excusationem à tutela filiorum extraneorum, *ibid.*

PRIMIPILATVS.

PRIMIPILATVS commoda post administrationem incipiunt deberi, & si is, qui ea percipere debuit, prius rebus humanis eximatur, heredibus petitio salva sit, *L. 1. C. de primipilo. XII.*

PRIMIPILVS.

Obtentu nominis PRIMIPILI, qui erat decurio primæ cohortis, civiles actiones ad alios Iudices transferendæ non sunt, *L. 2. C. de primipilo. XII.*

PRIMISCRINIVS.

PRIMISCRINIVS dicitur ille, qui præest scrinio, in cujus est officio

da.

dare apparitores, *L. 1. C. de sportulis* &c.

PRIMITIAE.

PRIMITIAE originem habent ex vet. testamento, *c. 1. §. At vero. X. de decimis.*

PRIMITIAE æque ac decimæ Sacerdotibus sunt solvendæ, *c. 6. §. 2. dist. 32.*

PRIMITIAE æque ac decimæ sunt in dispositione Episcopi, *ibid.*

PRIMOGENITVS.

PRIMOGENITVS est, non quem fratres sequuntur, sed qui primo natus est, quamvis nullus sequatur, *c. 5. X. de V. S.*

PRINCEPS.

PRINCEPS bona concedendo videtur etiam obligationes cedere, *L. 21. de V. S.*

PRINCIPIS major est potestas, quam senatus, *L. 6. §. 3. de excusat.*

Quod PRINCIPI placuit, legis habet vigorem, *L. 1. pr. de constitut. Princip.*

PRINCEPS legibus solutus est, *L. 31. de LL.*

PRINCEPS omnia privilegia Augustæ tribuit, quæ ipse habet, *ibid.*

PRINCIPI & in *Principem* omne suum imperium & potestatem populus romanus transtulit, *L. 1. pr. de constitut. Princ.*

PRINCEPS divina ordinatione ad regendum populum instituitur, *c. Si ergo. q. 1. caus. 8.*

Non semper PRINCEPS populo, & Ecclesiæ Iudex datur per Dei arbitrium, sed prout merita nostra deposcunt, *c. 18 ead.*

PRINCEPS debet Ecclesias, & earum Prælatos defendere, *c. 3. in f. dist. 63.* & *c. Principes. q. 5. caus. 23.*

PRINCIPES sciant, se rationem Deo reddituros pro Ecclesia, quam à Christo suscipiunt tuendam, *c. 20. ead.*

Boni PRINCIPIS est Ecclesias contritas restaurare, novas ædificare, non autem persequi Pontifices, sed tueri, *c. ult. dist. 96.*

PRINCIPVM Patres & Magistri sunt Sacerdotes, *c. quis dubitet. ead.*

PRINCIPES judicantur, & excommunicantur ab Episcopis, *c. duo. dist. 96.*

PRINCIPES Papa propter hæresin deponere potest, *c. 13. X. de haeret.*

PRINCEPS de electione Episcopi & Prælatorum aliorum non debet se intromittere, *c. 2. dist. 63.*

Quæcunque à PRINCIPIBVS in Ordinibus, vel in Ecclesiasticis rebus decreta inveniuntur, nullius autoritatis esse monstrantur, *in princ. dist. 96.* & *c. 1.* & *2. ead.*

PRINCEPS aggravare Subditos indebite non debet, *c. 1. X. de excess. Prælat.*

Potest PRINCEPS nova pedagia constituere, *c. 10. X. de censib.*

PRINCIPI suo nemo maledicere debet, *c. 1. X. de maled.*

PRINCIPIS Legatus habet à Lege facultatem Iudicem dandi, *c. 28. X. de Offic. Deleg.*

PRINCIPVM leges non licet contemnere, *c. 11.* & *12. dist. 10.*

Iustum est, PRINCIPEM legibus suis obtemperare, *c. justum. dist. 9.*

PRINCEPS tunc sua jura ab omnibus observanda existimet, quando & ipse illis reverentiam præstat, *ibid.*

PRINCIPVM leges non possunt infringere statuta Pontificum, *c. 1.* & *seqq. dist. 10.*

PRINCIPIS privilegium non est malitiose interpretandum, *c. 12. X. de decimis.*

PRINCIPALIS, *e.*

PRINCIPALE per accessorium neque in parte, neque in totum confirmatur, *L. 44. de vulgari* &c.

Cum PRINCIPALIS causa non consistit,

fistit, plerumque ne ea quidem, quæ sequuntur, locum habent; *L. 178. de R. I.*

Naturam PRINCIPALIS sequitur accessorium, *c. 42. de R. I. in 6.*

Quando PRINCIPALE non tenet, nec accessorium tenet, *c. 12. de foro compet.*

PRINCIPALI causa cassata, accessoria omnia cassata intelliguntur, *c. 17. X. de elect.*

PRINCIPALI interdicto censetur interdictum consequens & proveniens ex eo, *c. 20. de sent. excommun. in 6.*

Ad quem PRINCIPALE pertinet, ad eundem & accessorium pertinet, *c. 54. X. de appell.*

PRINCIPALE simul & accessorium ad Superiorem deferuntur per appellationem legitimam, *c. 55. X. eod.*

Contra PRINCIPALEM prius fit excussio, quam contra ejus fidejussores, *L. 1. C. de Decurion.*

De PRINCIPALI causa cognoscens, cognoscere potest etiam de accessorio, *c. 55. X. de appell.*

In causa PRINCIPALI advocatus non potest esse testis in causa appellationis, *c. ult. de testibus. in 6.*

PRINCIPIUM.

PRINCIPIUM est cujusque rei potissima pars, *L. 1. de O. I.*

PRINCIPIUM spectandum est, *c. 3. & 20. X. de censib.*

PRINCIPIUM malum rarissime bonum finem consequitur, *c. 5. §. Principatus. dist. 61.*

PRIOR.

PRIOR excommunicare potest Monachos suos, *c. 10. X. de Maj. & Obed.*

PRIOR & Præpositus debent esse testes, *c. 8. §. tandem. X. de dolo & contum.*

PRIOR canonice electus, non facile removetur, nisi postea vel incontinenter vixerit, vel dilapidator fuerit, *c. 2. X. de statu Monach.*

PRIORATUS.

In PRIORATIBUS Monachorum non debent singuli esse Monachi; sed in singulis Prioratibus debent plures institui, etiamsi habeant super hoc rescriptum Apostolicum, nisi in illo fiat mentio de Lateran. Concilio, *c. Ex parte &c. X. de Capell. Monach.*

PRIORISSA.

PRIORISSA eligi debet trigesimo anno peracto, *c. 43. de elect. in 6.*

PRIVARE.

PRIVARI debet suo, qui non vult alienum dimittere, *c. 28. X. de præbend.*

Nemo PRIVATUR honore propter ægritudinem, *c. 1. 2. & 3. q. 1. caus. 7.*

PRIVARI debet potestate conferendi, qui beneficium confert indigno, *c. 3. X. de Cler. non resid.*

Vasallus PRIVATUR feudo, qui id negat, *II. F. 26. c. 3. II. F. 34. §. f.*

PRIVATUR feudo pater, si filium, qui Dominum offendit, non deducat ad satisfactionem, aut separet, *II. F. 55.*

PRIVATUR feudo filius ob feloniam patre vivo commissam, *II. F. 51. c. 1.*

PRIVATUR feudo Vasallus, si quinque testibus probata sit ejus ingratitudo, *II. F. 57.*

PRIVARI feudo nemo debet sine culpa, *I. F. 21. c. sancimus.*

PRIVATIO.

PRIVATIONEM debet sui præcedere citatio & expectatio, *c. 9. & seq. de Cler. non resid.*

PRIVATUS, *a*, *m*.

PRIVATORUM pacto non tollitur jus publicum, *c. 12. X. de foro compet.*

PRIVATORUM conventione, nec ex prætorio, nec ex solenni (i. e. *consueto, concepto, formato,*) jure, quicquam immutandum est, *L. 27. de R. I.*

Privatus præscribit contra Ecclesiam Romanam centum annis; contra alias Ecclesias 40. annis, *c. 4. de præscript. in 6.*

Privatae utilitati præfertur communis, *c. 18. X. de Regular.*

Privatorum consensus potest eum, qui jurisdictioni præest, constituere suum judicem, *c. 18. X. de foro compet.*

PRIVIGNA.

Privignae appellatione, non tantum continetur ea, quæ uxoris meæ filia est, sed & neptis, & proneptis, ut nullam earum ducere possim, *L. 14. §. 4. de R. N.*

Privigna tua non dicitur illa, quæ nata est ab uxore quondam tua post divortium, *§. 9. de N.*

PRIVIGNUS.

Privigni uxor etiam eo mortuo non potest nubere vitrico, & econtra, nec uxor vitrici etiam vitrico mortuo potest nubere privigno, *L. 15. de R. N.*

Privignus etiam is est, qui vulgo conceptus ex ea natus est, quæ postea mihi nupsit, *L. 7. de gradibus* &c.

PRIVILEGIATUS.

Privilegiatus adversus æque privilegiatum non utitur privilegio, *L. 8. pr. de excus.*

Privilegiatus contra pariter privilegiatum restituitur, *L. 46. ex quib. caus. major.*

Privilegiati ita, ut non teneantur, nisi sub uno certo Iudice respondere, nihilominus ratione delicti, contractus, aut rei, si hæc sint facta vel sita in loco non exempto, convenientur coram ordinariis, sed non ratione domicilii, *c. 1. de privileg. in 6.*

Privilegiati dispari privilegio si fuerint duo, præfertur ille, qui habet potentius privilegium, *L. 11. §. 7. de minor.*

Privilegiati si fuerint duo pari privilegio, præfertur ille, qui certat de damno vitando; sed si uterque certat de hoc, potentior est causa rei, *L. 11. §. 6. eod.*

PRIVILEGIUM.

Privilegium, quod datur ratione personæ, ad heredes transit, *L. un. C. de privilegio dotis.*

Privilegia quædam causæ sunt, & ad heredes transeunt, *L. 196. de R. I.*

Privilegia quædam personæ sunt, & ad heredes non transmittuntur, *ib.*

Privilegii interpretatio spectat ad Principem, qui concessit, *L. 191. eod.* & *L. 43. pr. de vulgar. & pup. subst.*

Cedi alteri non potest **privilegium**) *s. Beneficium*, quod ad heredem transmitti non potest, *L. 42. de admin. & pericul. tut.*

Privilegio non fruuntur, qui matriculæ non sunt inscripti, *L. 6. §. 4. de excus.*

Cessante causa **privilegii**, cessat privilegium, *L. 6. §. 14. eod.*

Privilegium non amittitur per actum contrarium ipsi privilegio, *L. 8. §. 10. eod.*

Privilegia sunt leges privatorum, & quasi privatæ leges, *c. 3. dist. 3.*

Privilegium inde dictum, quod in privato feratur, *ib.*

Privilegia dicuntur quasi privata *legia*, eo quod privatam legem singulis generent, *c. 16. §. privilegia. q. 1. caus. 25.*

Privilegia singulorum non possunt facere legem communem, *c. Non. q. 2. caus. 26.*

Privilegio generali secundum jus commune obtento, obstat rescriptum speciale, *c. 1. X. de Rescript.*

Per **privilegium** speciale juri com-

communi derogatur, *c. 13. X. de judiciis.*

De PRIVILEGIIS sedis Apostolicæ solus Papa cognoscit, *c. 12. X. eod.*

PRIVILEGIVM non confertur collegio, quod nondum est, *c. 5. X. de Eccles. ædific.*

Nec PRIVILEGIVM ulli rei, quæ non est, confertur, *ib.*

PRIVILEGIO Clericali non potest renunciari, *c. 12. X. de foro compet.*

PRIVILEGIVM retinet Clericus usque ad trinam admonitionem, *c. 45. X. de sent. excomm.*

PRIVILEGIVM personale personam sequitur, & extinguitur cum persona, *c. 7. de R. I. in 6.*

PRIVILEGIVM personale ad jus commune trahi non debet, *c. 11. X. de concess. præbend.*

PRIVILEGIVM speciale derogat generali, *c. ult. §. quamquam. q. 1. caus. 25.*

PRIVILEGII veritas æstimatur ex Bulla, Charta & Litera; item ex anno & indictione, *c. 12. X. de privileg.* & *c. 6. X. de fide instrum.*

PRIVILEGIVM, quod loco conceditur, perpetuum est, *c. 6. X. de præsumpt.*

Cum PRIVILEGIVM sit lex privata, ideo specialiter aliquid debet indulgere, *c. 25. X. de V. S.*

PRIVILEGIVM non debet concedi, nisi certa ratione inspecta, *c. 9. X. de privil.*

PRIVILEGIORVM ignorantia excusat, *c. 1. de constitut. in 6.*

PRIVILEGIORVM causa non delegatur generali mandato, *c. 12. X. de judic.*

PRIVILEGIVM non excusat, nec tuetur in delicto, *c. 11. 21.* & *24. X. de privileg.*

PRIVILEGIVM singillatim concessum, omnibus non convenit, *c. Hinc est. q. 1. caus. 16.*

PRIVILEGIVM inducit consuetudo, cujus non extat memoria, *c. 26. X. de V. S.*

PRIVILEGIVM & consuetudo derogat juri communi, etiam in criminibus, *c. 13. X. de for. compet.*

PRIVILEGIVM & præscriptio contraria sunt, *c. 15.* & *19. X. de præscript.*

PRIVILEGIA sunt stricti juris, *c. 7. X. de privil.*

PRIVILEGIA non sunt amplianda, quia sunt odiosa, *c. 8. X. de decim.*

PRIVILEGIA ita dantur, ut non in damnum alios inducant, *c. 16. q. 1. caus. 25.*

PRIVILEGIO non intendit Papa alicui præjudicare, *c. penult. X. de Eccl. ædific.*

PRIVILEGIVM veteranorum inter cætera etiam in delictis habet prærogativam, ut separentur à cæteris in pœnis: nec ad bestias itaque veteranus datur, nec fustibus cæditur, *L. 1. de veteranis.*

PRIVILEGIO fori propter cingulum militiæ suæ, vel dignitatis, vel etiam sacerdotis prærogativam sibi indulto potest renunciari, *L. 29. C. de pactis.*

PRIVILEGIA sine die & consule non valent, *c. licenti. §. si qua. q. 2. caus. 25.*

PRIVILEGIVM, veritate tacita impetratum non valet, *c. 3. X. de decim.*

PRIVILEGIVM per subreptionem obtentum non valet, *c. 12. X. de sent. & re judic.*

PRIVILEGIORVM vim & potestatem servare debemus, non tantum verba, *c. 26. X. de privil.*

PRIVILEGIA servanda sunt secundum id, quod continetur in eis, *c. 7. X. de censib.*

PRIVILEGIVM non extenditur ad iniqua, *c. 8. X. de sent. excomm.*

PRIVILEGIVM Principis non est malitiose interpretandum, *c. 12. X. de decim.*

PRIVILEGII fines nemo excedere debet, *c. 7. X. de privil.*

PRIVILEGII interpretatio, si de eo dubitetur, debet fieri ab illo, qui dedit privilegium, *c. 23. X. de V. S.*

PRIVILEGIVM sic debet intelligi, ut aliquid conferat, alioquin delusorium esset, *c. 30. X. de privileg.*

PRIVILEGIVM obscurum non probat, *c. 15. X. de præscript.*

In dubio PRIVILEGIO Sedis Apostolicæ, solus Papa cognoscit, *c. 12. X. de judic.*

PRIVILEGIA & Instrumenta, quando vetustate quasi consumpta, debent innovari, *c. 4. X. de confirm. util. vel inutil.*

PRIVILEGII innovatio fieri non debet, si contradictio sequatur, *c. 12. X. de privil.*

PRIVILEGII innovatio peti potest pendente causa, *c. 13. X. eod.*

PRIVILEGIA Ecclesiarum servat Pontifex, *c. 8. q. 2. caus. 25.*

PRIVILEGIA Metropolitanorum inconcussa serventur, *c. 5. ead.*

Privatur quis PRIVILEGIO propter scandalum, *c. 10. q. 8. caus. 3.*

- - Delictum, *c. ita. q. 3. caus. 11.* & *c. 25. de V. S.*
- - Renuntiationem expressam, *c. 6. X. de privileg.*

PRIVILEGIO suo renunciat quis ipso facto, *c. ult. X. de vit. & honest. Cler.*

PRIVILEGIO privatur, qui contra illud semel facit, *c. 8. X. de constit.*

PRIVILEGIA non ex tempore æstimantur, sed ex causa; & si ejusdem tituli fuerunt, concurrunt, licet diversitates tempotis in his fuerint, *L. 32. de rebus autoritate Judicis* &c.

PRIVS

PRIOR tempore, potior jure, *c. 54. de R. I. in 6.*

PRIOR appellans, prior agat, *c. 2. X. de ordin. cognit.*

PRIVS debet trahi ad posterius, *c. 1. X. de cognat. spir.*

PROBARE.

PROBARE debet se officio functum fuisse Magistratus in eo, quod gessit, *L. 1. §. 13. de Magistr. conv.*

Nil PROBANTE actore, reus absolvitur, *II. F. 33. §. 1.*

Non PROBANTE actore, reus juramentum subire tenetur, *I. F. 4. pr.*

PROBARE per instrumentum, vel Partes curtis, *II. F. 25.*

Ad PROBANDAM investituram novem Pares curiæ sunt necessarii, *II. F. 32.*

Ad PROBANDVM delictum Vasalli quinque testes requiruntur, *II. F. 56.*

PROBANDI necessitas semper incumbit ei, qui agit, *L. 21. de probat.*

Is, qui voluntatem mutatam dicit, hoc PROBARE debet, *L. 22. eod.*

Dicere non sufficit, sed PROBARE debemus, *c. 12. X. de haret.*

PROBATVR aliquid per instrumentum, sicut per testes, *c. 20. X. de conversi. conjug. c. 2. X. de probat.*

PROBATVR crimen vel factum aliquod per confessionem, *c. Presbyter. q. 5. caus. 15.*

- - Rei evidentiam, *c. 29. dist. 50. c. 12. dist. 81.*
- - Notorietatem, *c. de manifesta. q. 1. caus. 2.*
- - Famam, *c. 13. X. de probat.*
- - Iuramentum, *c. dilatio. q. 3. caus. 16.*

PROBANT multa simul collecta, quæ singula non probant, *c. 13. X. de probat. c. 27. X. de testib.*

Quæ publicis documentis PROBARI non

non possunt, toleranda sunt, *c. 27. q. 7. caus. 2.*

PROBARI alterum sufficit, ubi narrantur plura, quorum alterum per se sufficit, *c. 15. X. de excess. Prelat.*

Qui se ad plura PROBANDA adstringit, non sufficit, si alterum *probet*, *c. 9. X. de probat.*

PROBARE potest quis negativam, si includit in se affirmativam, *c. 3. X. de success. ab intest.*

Quod quis PROBARE non potest, non proferat, *c. 2.* & *3. q. 2. caus. 6.*

Quæ PROBARI non possunt, non creduntur, *c. 75. q. 3. caus. 11.*

PROBANDI onus transfertur in reum, quando præsumptio est contra eum, *c. un. X. ut Eccl. benef.*

PROBANDI onus incumbit actori, non reo, *c. 1.* & *2. q. 5. caus. 6.*

PROBANDI facultas non est alicui actanda, *c. 5. X. ut lit. non contest.*

Literis Iudicis ordinarie standum est, donec contrarium PROBETVR, & constiterit, *c. 7. X. de probat.*

Qui resipiscens non vult PROBARE crimen, quod iratus alicui objecit, reum objecti criminis non facit, *c. 5. q. 3. caus. 2.*

Si actor PROBARE non potest, reus absolvitur, *c. 3. X. de caus. possess.*

Accusatus PROBARE debet exceptionem, non negationem, *c. 1. §. item accusatus. q. 5. caus. 6.*

PROBANS spoliationem, restituitur, deficiens in probatione, statim destituitur, *c. 3. X. de caus. possess. & propr.*

Fines diœceseos PROBANTVR per libros antiquos, testes, famam, & alia adminicula, *c. 13. X. de probat.*

PROBARI debet frigiditas intra triennium tempore celebrati conjugii, *c. 5. X. de frigid. & malef.*

Deus mala permittit, ut PROBENTVR boni, *c. Nec mirum. §. si autem. q. 5. caus. 26.*

Nisi quis PROBETVR malus, semper præsumitur bonus, *c. penult. q. 1. caus. 2.*

Sicut actor PROBARE tenetur suam intentionem, ita reus suam exceptionem, *L. 1. C. de probat.*

PROBARE matrem ac fratrem alicujus servilia ministeria exercuisse, non sufficit ad probationem servitutis illius, *L. 22. C. eod.*

PROBARE non debet negans, sed affirmans secundum solitum causarum cursum, *L. 23. C. eod.*

PROBANDI onus possessionem ad se pertinere non incumbit possidenti, *L. 2. C. eod.*

PROBARE actor, non reus tenetur, *L. 8. C. eod.*

Debitum non PROBAT scriptura creditoris, *L. 7. C. eod.*

Ætatem minorem qui allegat, is PROBARE debet, *L. 9. C. eod.*

PROBATIO.

PROBATIO non est exigenda ab eo, qui lite pulsatur, *L. 8. C. de probat.*

PROBATIONE investituræ non indiget Vasallus possidens, *II. F. 2. §. 1.*

PROBATIO investituræ, *I. F. 16. pr. §. 1. II. F. 2. pr.*
pactorum investituræ, *II. F. 2. §. 2.*
Feudi novi, *II. F. 11.*
Investituræ per Pares, *II. F. 88.*
Investituræ per extraneos, *II. F. 2. §. 1.*

PROBATIO, feudum esse improprium, Domino incumbit, Vasallo possessore, *I. F. 4. §. 3.*

PROBATIO, incrementum feudi ad se pertinere, quando Vasallo incumbat, *I. F. 4. §. 5.*

In PROBATIONE si deficiat actor Vasallus, Dominus possessor absolvitur, non ita, si possideat Vasallus, *II. F. 33. §. f.*

PROBATIO contra instrumentum admittitur, *L. 18. C. de probat.*

PROBATIO non pupillo incumbit, ut doceat fidejussores solvendo non fuisse, cum acciperentur, sed Magistratibus, *L. 1. §. 3. de Magistrat. conven.*

PROBATIO ei incumbit, qui dicit, non qui negat, *L. 2. de probat.*

PROBATIO est duplex, divina, & humana, *c. 14. §. 10. q. 5. caus. 26.*

PROBATIO testibus, aut fide tabularum constat, argumentum vero sola investigatione veritatis, *c. 10. §. causa aut argumento. X. de V. S.*

PROBATIO per communionem admittitur, *c. 23.* & *c. ult. q. 5. caus. 2.*

PROBATIO incumbit affirmanti, *c. 39. X. de sent. excomm.*

Dubia PROBATIO, non dicitur probatio, *c. 8. X. de probation.*

PROBATIO affirmativa prævalet negativæ, *c. 12. X. eod.*

PROBATIO in notoriis non est necessaria, *c. 8. X. de cohabit. Cler.*

PROBATIO, quæ non prodest, non admittitur, *c. 36. X. de offic. deleg.*

PROBATIO contra probationem legitimam non est admittenda, *c. 6. X. de probat.*

PROBATIO sufficiens fit ex multis præsumptionibus, & ex fama, *c. 27. X. de testib. c. 13. X. de præsumpt.*

PROBATIONEM non facit rumor viciniæ, *c. 5. X. de eo, qui cogn. consang.*

PROBATIO contra famam admittitur, *c. 27. X. de sponsal.*

PROBATIO non admittitur contra præsumptionem juris, & de jure, *c. 30. X. eod.*

PROBATIONEM quæstio juris non requirit, *c. 44. X. de appell.*

Ut PROBATIO rerum salva sit, debet Judex curare, *c. 5. X. ut lit. non contest.*

PROBATIONES omnes, quæ negotium tangunt, sunt admittendæ, *c. penult. X. de probat.*

In PROBATIONIS defectum, juramentum præstari debet, *c. 2. X. eod.*

PROBATIONES & defensiones admitti debent etiam in processu de plano & simpliciter, *Clem. c. 2. de V. S.*

Cum PROBATIONES æquales sunt, absolvitur reus, secus in libertate, *c. 3. X. de probat.*

PROBATIONES suas debet habere actor, nec reus tenetur dare actori instrumenta sua contra se, *c. 1. X. eod.*

PROBATIO expensarum per juramentum fieri debet, *c. 14. X. de privileg.*

PROBATIO non transfertur in reum, eo quod actor, vel accusator dicat probare se non posse, quod asseverat, *L. 23. C. de probat.*

PROBRUM.

PROBRUM & opprobrium, i. e. probra quædam natura turpia sunt, quædam civiliter, & quasi more civitatis, *L. 42. de V. S.*

Natura PROBRUM non est, quod potest etiam in hominem idoneum incidere, *ib.*

PROBRIS non debet certare Advocatus, sed rationibus, alias fit infamis, *c. infames. §. arceantur. q. 7. caus. 3.*

PROCESSIO.

PROCESSIONES publicæ non fiant in Oratoriis, quæ præter autoritatem sedis Apostolicæ sunt consecratæ, *c. 7. dist. 1. de consecrat.*

PROCESSUS.

Diversis PROCESSIBUS negotium non est intricandum, *c. penult. X. de ord. cognit.*

PROCESSUS judiciarius per omnia non servatur, cum agitur de fœdere matrimonii, *c. 1. X. ut lit. non contest.*

PROCESSUS causæ nullus est altera parte absente, *c. ult. X. ne sed. vac.*

PRO-

PROCESSVS simplex ac de plano est, qui fit sine strepitu ac figura judicii, *Clem. c. ult. de V. S.*

PROCESSVS legitime factus propter omissum juramentum calumniæ non est annullandus, *c. 1. §. propter. de juram. calum. in 6.*

Ordo juris non servatus, PROCESSVM & sententiam facit nullam, *c. 22. X. de accusat.*

PROCESSVS per literas subreptitias factus, irritatur, *c. 22. X. de rescript.*

PROCESSVS factus contra formam rescripti, irritus nunciatur, *ibid.*

PROCESSVS in notoriis non est servandus per omnia, *c. 21. X. de jurejur.*

PROCESSVS contra mandati formam, frivolus est, *c. 22. X. de rescript. c. ult. X. de restit. spoliat.*

PROCESSVS nullus est, ubi litis contestatio non præcessit, *c. 54. §. licet autem &c. X. de elect.*

Si PROCESSVS Iudicis in dubium vocetur, an scilicet sit legitimus, super hoc inquirendum est, *c. 46. X. de testib.*

PROCESSVS valet, licet forma certa, quæ de jure in procedendo servari debeat, non servetur, modo pars taceat, *c. ult. X. de accus. in 6.*

PROCLAMARE.

PROCLAMANTES, ne aliquid sc. damnum accidat, si acciderit, excusantur, nisi probatum fuerit, neminem proclamasse, *L. 31. ad L. Aquil.*

PROCLAMATIO.

PROCLAMATIO synodalis interrumpit præscriptionem, *c. 3. X. de præscript.*

PROCONSVL.

PROCONSVL ubique proconsularia insignia habet, statim atque urbem egressus est, potestatem tamen non exercet, nisi in ea provincia, quæ ei decreta est, *L. 1. de offi. proconf.*

Apud PROCONSVLIS Legatum nemo manumittere potest, quia non habet jurisdictionem talem, sc. voluntariam, *L. 2. §. 1. eod.*

Omnes PROCONSVLES statim, quam urbem egressi fuerint, habent jurisdictionem; sed non contentiosam, sed voluntariam, ut ecce, manumitti apud eos possunt tam liberi, quam servi, & adoptiones fieri, *L. 2. pr. eod.*

PROCONSVLIS Legatus adoptare non potest, omnino non est apud eum actus legitimus, *L. 3. eod.*

PROCONSVL observare debet, ne in hospitiis præbendis oneret provinciam, *L. 4. pr. eod.*

PROCONSVL non debet habere stratores, sed vice eorum milites bonos, *L. 4. §. 1. eod.*

PROCONSVL potest secum ducere uxorem suam, sed melius faciet, si non ducat, quia tenebitur pro delicto uxoris, *L. 4. §. 2. eod.*

PROCONSVL ante suum ingressum debet mittere epistolam antecessori suo, quod tali die ibit, & faciet hoc, quia incerta & inopinata turbant provinciales, *L. 4. §. 4. eod.*

PROCONSVL Asiæ cum ingreditur Asiam, debet ingredi per mare, *L. 4. §. 5. eod.*

PROCONSVL post suum ingressum potest mandare jurisdictionem legato, & committere & cognitiones eorum, *L. 4. §. 6. eod.*

PROCONSVL antequam ingrediatur provinciam, non debet mandare jurisdictionem legatis, absurdum enim est jurisdictionem, antequam ipse nanciscatur, alii mandare, *ibid.*

PROCONSVL aliquando mandare jurisdictionem potest, etsi nondum in provinciam pervenerit, veluti si necessariam moram in itinere patiatur, *L. 5. eod.*

PRO-

PROCONSVL non debet in totum abſtinere xeniis, i. e. muneribus, ſed modum debet adjicere, ut neque moroſe in totum abſtineat, & neque avare modum xeniorum excedat, *L. 6. §. 3. eod.*

PROCONSVLES non amplius, quam ſex faſcibus utuntur, *L. 14. eod.*

PROCONSVLVM legati tutores dare poſſunt, *L. 15. eod.*

PROCONSVL portam Romæ ingreſſus, deponit imperium, *L. 16. eod.*

PROCONSVLIS legati nihil proprium habent, niſi à Proconſule eis mandata fuerit juriſdictio, *L. 13. eod.*

PROCONSVL circa advocatos patiens eſſe debet, & cum ingenio procedere, ne contemptibilis videatur, *L. 9. §. 2. eod.*

PROCONSVL non debet diſſimulare, ſi aliquos advocatos falſarum cauſarum compoſitores deprehendat, *ib.*

PROCONSVL eos tantum ſolos advocare pati debet, quibus per edictum poſtulare permittitur, *ibid.*

PROCONSVL debet ſervare ordinem circa advocatos audiendos, debet etiam dare advocatos parentibus, fœminis, pupillis, & aliis debilibus, *L. 9. §. 5. eod.*

PROCONSVL debet dare advocatum dicenti, per potentiam adverſarii ſe non invenire advocatum, *ibid.*

PROCVRATIO.

PROCVRATIONIS officium gratuitum eſſe debet, licet oneris cauſa aliquid ſit dandum, *L. 15. C. de procurator.*

Invitus PROCVRATIONEM ſuſcipere nemo tenetur, *L. 17. C. eod.*

PROCVRATIONEM Monachi Diœceſano facere debent, *c. Sopitæ. X. de cenſib.*

In conſtituendis PROCVRATIONIBVS requiritur voluntas Patroni, *c. quanto. X. eod.*

PROCVRATOR.

PROCVRATOR feudum dare poteſt, *II. F. 3. §. 1.*

Per PROCVRATOREM inveſtitura accipi poteſt, *ib.*

Citatus debet mittere PROCVRATOREM, niſi ipſe compareat, *c. 6. X. de dolo & contum.*

PROCVRATOR eſt, qui aliena negotia mandatu domini adminiſtrat, *L. 1. pr. de procurat.*

PROCVRATOR vel omnium rerum, vel unius rei eſſe poteſt, *L. 1. §. 1. eod.*

PROCVRATOR conſtituitur vel coram, vel per nuncium, vel per epiſtolam, *ib.*

Vſus PROCVRATORIS perquam neceſſarius eſt, ut qui rebus ſuis ipſi ſupereſſe vel nolunt, vel non poſſunt, per alios poſſint vel agere, vel conveniri, *L. 1. §. 2. eod.*

PROCVRATOR & abſens poteſt dari, *L. 1. §. 3. eod.*

PROCVRATOREM quis ſolus poteſt conſtituere ad ea, quæ quis poteſt ſolus facere, *L. 8. pr. eod.*

PROCVRATOR invitus non ſolet dari, *L. 8. §. 1. eod.*

Milites, nec ſi velit adverſarius, PROCVRATORES dari poſſunt, *ib.*

Quilibet ſe abſentans, PROCVRATOREM poſt ſe relinquere tenetur, *c. 3. X. de dolo & contum.*

Qui PROCVRATOREM non miſit, facta citatione domi, nullo defendente contra abſentem fit miſſio in poſſeſſionem, *c. ult. X. de eo, qui mitt. in poſſ.*

Regulariter qui non prohibetur expreſſe ad exercendum PROCVRATORIS officium, idoneus debet reputari, *c. 1. de procurator. in 6.*

PROCVRATOR debet eſſe legitime conſtitutus, alias repellitur, *c. 48. X. de appell.*

PRO-

PROCVRATOR probare debet suam institutionem, si vocetur in dubium, *c. 3. X. de procurat.*

PROCVRATOR debet habere literas de rato, *c. penult. X. de juram. calumn.*

PROCVRATOREM constituere potest servus ad negotia, non tamen ad actionem intendandam in judicio, *L. 33. pr. de procurat.*

PROCVRATOREM constituere potest servus, vel liber, qui de statu suo litigat, non solum in administratione rerum, sed etiam in actionibus, quæ ei, & adversus eum competunt, *L. 33. §. 1. eod.*

PROCVRATOREM constituere potest filiusfamilias, *L. 33. pr. eod.*

PROCVRATOR ad litem futuram, & in diem, & sub conditione, & usque ad diem, & in perpetuum dari potest, *L. 3. & 4. eod.*

PROCVRATOR potest constitui ad intentandam actionem ex crimine sepulchri violati, *L. 42. pr. eod.*

PROCVRATOR in actionibus popularibus dari non potest, *L. 42. pr. eod.*

PROCVRATOR ad actionem injuriarum ex L. Cornelia dari potest, *L. 42. §. 1. eod.*

PROCVRATOR etsi generale mandatum habeat, in iis tamen, quæ speciale mandatum requirunt, non admittitur, nisi ex iis aliqua specificentur, adjecta clausula generali, tunc enim etiam ad non expressa admittitur, *c. 4. & 5. de procurat. in 6.*

PROCVRATOR generalis est, qui ad omnia domini negotia tractanda mittitur, *c. 11. X. de procurat.*

PROCVRATOR solum illud potest, quod sibi committitur, *c. 20. X. de elect. c. 9. X. de arbitr.*

PROCVRATOR de consensu Collegii constitui debet, d. *c. 9. X. eod.*

PROCVRATOR non potest domino ignorante prorogare jurisdictionem, *c. 32. X de offic. Delegat.*

PROCVRATOR absque speciali mandato, juramentum deferre, transigere, vel pacisci non potest, nisi ei bonorum vel causæ administratio libere sit concessa, *c. 4. de procurat. in 6.*

Quando duo PROCVRATORES simul simpliciter constituti sunt, non adjecto; *in solidum*, unus sine altero non est admittendus, *c. 6. eod.*

Si duo PROCVRATORES *in solidum* sint constituti, tunc qui primo contestatur litem, admittitur, altero penitus excluso, nisi adjectum fuerit, quod non sit melior conditio occupantis, quo casu, altero non prosequente, nec alium substituente, alter admittitur, d. *c. 6. eod.* & *c. 4. & 14. X. de procurat.*

Quando PROCVRATORES plures diversis temporibus dantur in solidum, tunc dato posteriore, procuratio prioris revocata est, *c. 14. X. de procurator.*

A PROCVRATORE cautio ratihabitionis tunc exigitur, quoties incertum est, an ei negotium mandatum sit, *L. 1. C. de procurat.*

PROCVRATORE in rem suam dato, præferendus non est dominus procuratoris, in litem movendam, vel pecuniam suscipiendam, *L. 55. de procurat.*

PROCVRATOR ad rem mobilem petendam, ad exhibendum recte aget, *L. 56. eod.*

Qui PROCVRATOREM dat, ut confestim agat, is intelligendus est permittere *procuratori*, & postea litem peragere, *L. 57. pr. eod.*

PROCVRATOR, cui generaliter libera admi-

administratio rerum commissa est, potest exigere, aliud pro alio permutare, *L. 58. eod.*

PROCURATOREM potest dare heredem ille, cui hereditas ex Trebelliano restituta est, *L. 42. §. 3. eod.*

PROCURATOREM facere potest, habens jus in re, eum, qui est dominus illius rei, *L. 42. §. 4. eod.*

PROCURATOREM unus ex correis potest constituere alium correum active & passive, *L. 42. §. 5. eod.*

PROCURATOR unus non potest esse actoris, & rei, *L. 42. §. 6. eod.*

PROCURATOREM post litem contestatam reus potest constituere, dummodo pro eo præsens caveat judicium solvere, sed si præsens non sit, tunc procurator satisdat, *L. 46. pr. eod.*

PROCURATOR ad negotia potest esse servus, & liber, & sine speciali mandato non potest res domini vendere, *L. 16. C. de procurat.*

PROCURATOR an in principio litis, an post litis contestationem constitutus sit nihil, refert, *L. 28. C. eod.*

PROCURATOR in principio litis cogitur, vel mandatum ostendere, vel satisdare de rato, *L. 24. C. eod.*

PROCURATOR non potest esse miles etiam pro aliqua conjuncta persona, *L. 7. C. eod.*

Si PROCURATOR ad unam speciem constitutus, officium mandati egressus est, id, quod gessit, nullum domino præjudicium facere potest, *L. 10. C. eod.*

PROCURATOREM constituere possunt pupillus, vel pupilla, adultus, vel adulta cum autoritate tutoris vel curatoris, tam ad agendum, quam ad defendendum, *L. 11. C. eod.*

PROCURATOR non admittitur ad agendum, ex quo non cavetur de defendendo, *L. 43. §. 4. de procurat.*

Ad legatum petendum PROCURATOR datus, si interdicto utatur adversus heredem *de tabulis exhibendis*, procuratoria exceptio, *quasi non & hoc esset ei mandatum*, non obstat, *L. 62. eod.*

PROCURATOR ad petendas duas res constitutus potest unam petere, neque potest repelli, quod contra formam mandati agat, *L. 78. §. 1. eod.*

PROCURATOR post litis contestationem, dominus litis efficitur, *c. 1. §. licet. de procurat. in 6.*

PROCURATOR post litis contestationem, alium procuratorem dare potest, *ibid.*

PROCURATOR ad negotia deputatus, potest libere quandocunque alium deputare, d. *c. 1. inf. eod.*

PROCURATOR ad plures causas, si in una alium substituat, in cæteris *procurator* manet, *c. 3. eod.*

PROCURATOR potest ante litis contestationem revocari, etiam sine causa, post autem non potest, nisi adsit causa rationabilis, *c. 2. eod.*

Si dominus post litis contestationem revocat mandatum PROCURATORIS, ignorante Judice vel adversario, tenebit judicium, & quod actum fuerit à Judice, ratum erit, *c. 33. X. de rescript.*

PROCURATOR Ecclesiæ dicitur defensor Ecclesiæ, *c. Salvator. §. ideo qui q. 3. caus. 1.*

PROCURATORIS revocatio potest fieri tacite vel expresse, *Clem. un. de renunc.*

PROCURATORIS mandatum revocans in dispendium adversarii, condemnatur in expensis, *c. 8. X. de procurat.*

PROCURATORIS negligentia nocet domino, *c. 28. X. de V. S.*

In

In personam PROCURATORIS formatur sententia, *c. 20. X. de censib.*

PROCURATORIS falsi factum non præjudicat domino, *c. 1.* & *3. X. de procurat.*

Propter PROCURATORIS negligenam, Ecclesia restituitur, *c. 2. X. de in integr. restit.*

Propter contumaciam PROCURATORIS, non est dominus puniendus, sed cum sciverit, & eam non purgaverit, potest excommunicari, *c. 1. in f. X. ut lit. non contest.* & *c. 44. X. de appell.*

Confessio PROCURATORIS in jure facta, domino præjudicat, *c. 21. X. de sent. & re judic.*

Dominus potest cum PROCURATORE suæ causæ adesse, maxime si de collusione timeat, *c. 2. de procurat. in 6.*

Si PROCURATOR fines mandati excesserit, dominus non tenetur, nec ei nocet, *c. 9. X. de arbitr.*

PROCURATOR non jurat in animam suam, sed Syndicus, *c. 3. X. de juram. calumn.*

PROCURATOR præcise cogitur suscipere judicium, etiamsi dominus sit defunctus ante litem contestatam, quando dominus sciente procuratore, & non contradicente satisdedit de judicatum solvendo, sed si inscio procuratore dominus satisdedit, procurator non cogitur suscipere, & stipulatio de judicatum solvendo ob rem non defensam datur contra fidejussores, quos dederit dominus, *L. 15. pr. de procurat.*

PROCURATOR datus in judicio communi dividundo, & aliis duplicibus judiciis, videtur fungi partibus actoris & rei, ideo utrinque satisdationem præstare tenetur, *L. 15. §. 1. eod.*

Per PROCURATORES non omnes actiones possunt expediri, veluti non possunt intentare interdictum de liberis deducendis, nisi habeant speciale mandatum, *L. 40. pr. eod.*

PROCURATOR causas pecuniarias & appellationis utriusque partis recte potest exercere, *L. 2. C. de procurat.*

PROCURATOR ad lites constitutus non potest ante litem contestatam alium substituere, *L. 8. C. eod.*

PROCURATOR paciscens partem litis punitur, *L. 15. C. eod.*

Si PROCURATOR meus rem suam, quasi meam, alii tradiderit, non recessit ab eo dominium, & nulla est alienatio, *L. 35. de A. R. D.*

PROCURATOR habens liberam administrationem tutorum bonorum, potest vendere, ac tradere, & accipientis rem venditam facere, *L. 9. §. 4. eod.*

PROCURATOR etiam debet jurare de calumnia, *c. 2. §. 1.* & *c. 3. de juram. calumn. in 6.*

PROCURATOR post juramentum calumniæ deputatus, ipse quoque de calumnia jurabit, *c. 2. §. 1. eod.*

PROCURATOREM constituere, vel ipse agere potest interdictus, *c. 23. X. de V. S.*

PROCURATOR excommunicatus repellitur, *c. 7. X. de probat.*

PROCURATOREM universitas etiam Scholarium de jure constituere potest, *c. 7. X. de procurat.*

PROCURATOR potest, imo debet appellare à sententia contra eum lata, nisi justa causa excusetur, quæ si adsit, debet nunciare domino de sententia, ut ipse appellet, *c. 14. X. eod.*

PROCURATOR non tenetur appellationem prosequi invitus, *ib.*

PROCURATOR non admittitur in causa status, sed super seipsos est agendum, *c. 40. q. 6. caus. 2.*

PROCURATOREM in gravibus causis ne-

nemo tenetur constituere, *c. 2. X. de procurat.*

PROCVRATOREM ad accusandum in crimine injuriæ, potest mittere illustris persona, *c. 18 §. nisi. q. 9. caus. 3.*

PROCVRATOREM sufficientem debent mittere, non personaliter venire Moniales litigantes vel appellantes, *c. 43. §. Porro. de elect. in 6.*

Major annis 25. ad judicia; major autem 17. annis ad negotia PROCVRATOR deputari potest, *c. 5. §. 2. de procurat. in 6.*

Laicus potest esse PROCVRATOR ad agendum & defendendum in causis spiritualibus, *c. 1. eod.*

Filiusfamilias potest esse PROCVRATOR in judicio sine patris consensu etiam ad futuras lites, *c. 5. §. 1. eod.*

PROCVRATOR ad contrahendum matrimonium, debet habere speciale mandatum, nec potest alium in hoc casu substituere, nisi de hoc ipso speciale mandatum habeat, *c. ult. eod.*

PROCVRATOR in rem suam constitutus tenetur defendere dominum in causa reconventionis, nisi sit factus ex necessitate, *L. 33. §. 5. de procurat.*

Per PROCVRATOREM civitatis actor negotium publicum agere non potest, *L. 74. eod*

PROCVRATOR damnatus non debet conveniri, nisi aut in rem suam datus esset, aut obtulisset se, cum sciret, cautum non esse, *L. 61. eod.*

Quando PROCVRATOR juramentum detulit ratum habendum est; scilicet si aut universorum bonorum administrationem sustinet, aut si id ipsum nominatim mandatum sit, aut si in rem suam procurator sit, *L. 17. § 3. de jurej.*

Non facile tutor per PROCVRATOREM suspectus accusabitur, quoniam famæ causa est, *L. 39. §. 7. de procurat.*

Si stipuletur PROCVRATOR *damni infecti*, vel *legatorum*, debebit de rato cavere, *L. 40. §. 1. eod.*

Ante litis contestationem à PROCVRATORE ratihabitionis satisdatio exigenda est, cæterum, semel lite contestata, non compelletur ad cautionem, *L. 40. §. 3. eod.*

PROCVRATOR, ut in cæteris negotiis gerendis, ita & in litibus ex bona fide rationem reddere debet, *L. 46. §. 4. eod.*

Per PROCVRATOREM ignorantis domini conditio deterior fieri non debet, *L. 49. eod.*

PROCVRATRIX.

PROCVRATRIX mulier esse potest, *c. 4. X. de confirm. utili vel inut.*

PRODERE.

PRODENS hominem, interficit ipsum, *c. 23. dist. 1. de pænit.*

PRODIT, qui non probanda deferens accusat, qui reo præsente crimen Iudici offert probaturus, quod intendit, *c. 27. §. de his. q. 7. caus. 2.*

PRODENTES alios invidia, dicuntur delatores, *c. 5. §. 1. q. 6. caus. 5.*

PRODENTES parti utrique dicta, competenter à Iudicibus puniantur, *c. 3. §. 20. q. 2. caus. 4.*

PRODENS factionem initam, honore & præmio donatur, *c. 22. §. 1. q. 1. caus. 6.*

PRODESSE.

PRODESSE sibi unusquisque, dum alii non nocet, non prohibetur, *L. 1. §. 11. de aqua, & aqua pluv.*

PRODESSE alicui non debent fraus & dolus, *c. 50. X. de appell. c. 12. X. de Cler. non resid.*

PROSVNT collecta, quæ singula non prosunt, *c. 13. X. de procurat. c. 27. X. de testib.*

PRO-

PRODIGVS.

PRODIGO Lege XII. tab. interdicitur bonorum suorum administratio, *L. 1. pr. de curator. furioso* &c.

Hoc moribus ab initio fuit introductum, *ibid.*

Hodie PRODIGO magistratus curatorem dat exemplo furiosi, *ibid.*

PRODIGVS tamdiu in curatione manet, quamdiu sanos mores receperit, *ibid.*

PRODIGVS dicitur, qui neque tempus, neque finem expensarum habet, *ibid.*

PRODIGVS nihil transferre potest ad aliquem, *L. 10. pr. eod.*

PRODIGVS, licet res suas non possit alienare, potest tamen emancipare suos liberos, *L. 16. §. 2. eod.*

PRODIGVS præsumitur, quem pater suo testamento prodigum appellavit, *L. 16. §. 3. eod.*

PRODIGVS, cui bonis interdictum est, potest stipulando sibi acquirere, *L. 6. de V. O.*

PRODIGVS, cui bonis interdictum est, non potest tradere, nec promittendo obligari etiam naturaliter, nec potest pro eo fidejussor intervenire, sicut nec pro furioso, *ibid.*

PRODIGI, quibus bonis interdictum est, licet majores sint viginti quinque annis, tamen in curatione sunt agnatorum, *§. 3. de curatorib.*

PRODIGO patri potest dari curator ejus filius, si probus sit, *L. 1. §. 1. de curatoribus furioso* &c.

PRODITIO.

Ob PRODITIONEM quando quis est relegatus, vel expulsus de civitate, ubicunque ejus arma sunt depicta in civitate in ejus honorem, destrui debent, *L. 24. de pœnis.*

PRODITOR.

PRODITOR vel tractans conspirationem contra Principem, vel contra eos, qui sibi assistunt, incidunt in crimen læsæ majestatis, unde gladio ultore debent puniri, & omnia bona sua efficiuntur fisci, *L. 5. pr. C. ad L. Jul. Majestat.*

PRODITORIS filii paterno deberent supplicio puniri, in quibus paterni, h. e., hereditarii criminis exempla metuuntur, eis tamen de misericordia Principis reservatur vita, ita tamen, quod nihil de bonis paternis vel maternis ad eos pertineat, nec alicui succedant, *L. 5. §. 1. C. eod.*

PRODITOR veritatis est, qui veritatem non defendit, vel non libere prædicat, *c. 86. q. 3. cauf. 11.*

PROFERRE.

PROFERAT nemo, quod probare non potest, *c. Si tantum, & seq. q. 2. cauf. 6.*

PROFESSIO.

A PROFESSIONE sua alienum quiddam postulare, & iniquum, & incivile est, *L. 6. C. de muner. patrim. X.*

PROFESSIO in uno, eodemque officio, non debet esse dispar, *c. in nona. q. 7. cauf. 16.*

PROFESSIO.

PROFESSIO Religionis facta infra annos discretionis, non tenet, *c. 1. §. Si virginitatis. q. 1. cauf. 20.*

PROFESSIO firma tunc est, quando ætas apta est nuptiis deputari, *ib.*

PROFESSIO facta ante 14. ætatis annum, non tenet, *c. ad nostram. X. de Regularib.*

PROFESSIO præsumitur in pubere ex habitu per annum portato, *Clem. c. 2. de Regular.*

PROFESSIO regularis, non habitus facit Monachum, *c. 13. X. de Regular.*

In aliis Religionibus PROFESSIO expresse vel tacite fieri potest intra annum licite, *c. Constitutionem. de Regularib. in 6.*

Non cogitur quis in monasterio perse-

verare, nisi PROFESSIONEM in manu Abbatis fecerit, *c. 1. q. 2. cauſ. 17.*

Diſcedentibus à ſua PROFESSIONE, non debent reſtitui, quæ Monaſterio dederunt, *c. ult. §. Si Sanctus. q. 4. cauſ. 17.*

Modus PROFESSIONIS mulierum ad Religionem venientium præſcribitur *c. 36. q. 1. cauſ. 27.*

Ante PROFESSIONEM exiens, libere redire poteſt ad ſtatum priſtinum, *c. ſuper eo. X. de Regularib.*

PROFESSOR.

PROFESSORI ſalarium non debetur lectiones non continuanti, *L. 6. §. 4. de excuſ.*

PROFESSORES liberalium artium non dicuntur ſuam operam locare, ſed beneficii gratia eam præſtare, *L. 1. pr. ſi menſor falſum mod.*

PROFESSORES literarum indiſtincte ſunt immunes ab angariarum præſtatione, & à neceſſitate recipiendi hoſpites, & ab aliis muneribus perſonalibus & patrimonialibus, *L. 10. §. 2. de vacat. & excuſat. muner.*

PROFITERI.

Furioſus PROFITENDO non obligatur, niſi factus ſanæ mentis ratum habuerit, *c. 15. X. de Regular.*

Prælatus etiam PROFESSVS poteſt votum ultra marinum emittere, & in ſuos uſus vigeſimam partem proventuum Eccleſiæ convertere, *c. ult. X. de vot. & voti redempt.*

PROHIBERE.

Qui non PROHIBET, cum *prohibere* poſſit, tenetur, *L. 50. de R. I.*

Quæ rerum natura PROHIBENTVR, nulla lege confirmata ſunt, *L. 188. §. 1. eod.*

Vbi aliquid generaliter PROHIBETVR, tunc id, quod expreſſe non conceditur, prohibitum intelligitur, *Clem. c. un. de V. S.*

Quod non PROHIBETVR, conceſſum intelligitur, *c. poſt uxoris. q. 4. cauſ. 30.*

Non tamen omne, quod non PROHIBETVR, conceditur, *c. quod autem. ead.*

PROHIBITVM intelligitur, quod non invenitur conceſſum, *c. penult. X. ne ſede vacant.*

Majora intelliguntur PROHIBITA iis, quibus minora vetita ſunt, *c. 32. X. de ſent. excomm.*

Cum aliquid PROHIBETVR alicui una via, ad id alia via non debet admitti, *c. 84. de R. I. in 6. c. 5. X. de procurat.*

Cum quid PROHIBETVR directe, non poteſt permitti per obliquum, *c. 2. de conceſſ. præbend. in 6.*

PROHIBERE valens aliquem facientem falſam monetam, & non prohibuit, tenetur pœna falſi, *L. 9. § 1. ad L. Cornel. de falſis*

PROHIBENS vel non permittens aliquem uti re ſua, tenetur injuriarum, *L. 13. §. 7. de injuriis.*

PROHIBENS aliquem lavare pannos in publico flumine, vel prohibens aliquem in publica cavea, vel in alio loco ſedere, tenetur actione injuriarum, *ibid.*

PROHIBERE inferri mortuum dicitur ille, qui prohibet inferre in locum, ſive in itinere arceat, *L. 1. §. 1. & 2. de mortuo inferendo.*

PROHIBERE ſepulchrum ædificare dicitur ille, qui prohibet materiam convehi, quæ ædificationi neceſſaria eſt, & operi neceſſarios homines venire, *L. 1. §. 7. & 8. eod.*

PROHIBERE opus facere videtur ille, qui non ſolum per ſe ipſum, ſed etiam, qui per ſervum ſuum, aut per procuratorem cum mandato, vel ſine mandato, dummodo caveat de rato, aut per mercenarium prohibuit, *L. 3. pr. quod vi aut clam* &c.

Si

Si quis ex officio tenetur PROHIBERE facientem aliquid, multo magis id ipse committere non debet, *L. 15. si servitus vindic.*

PROHIBETVR aliquid non per se, sed propter illud, quod inde sequi potest, *c. 2. X. de celebr. Miss. c. 1. X. de torneam.*

Cum quid PROHIBETVR, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex illo, *c. 39. de R. I. in 6.*

PROHIBERI debet aliquid, licet non noceat, si tamen nocere potest, *c. 4. X. de constit.*

PROHIBETVR bonum propter lapsus cautelam, *c. 19. q. 2. caus. 27.*

Vitandam jactantiam, *c. 6. dist. 21.*

Mali occasionem, *c. 2. & 5. q. 1. caus. 22.*

Scandalum, *c. 32. q. 2. caus. 27.*

In re communi potior est conditio PROHIBENTIS, *c. 56. de R. I. in 6.*

Quod Princeps populo PROHIBET, sibi licere non patiatur, *c. 2. dist. 9.*

PROHIBITIO.

PROHIBITIO nuptiarum facta in quibusdam personis extenditur etiam ad sponsalia, *L. 16. de sponsal.*

PROHIBITIO Dei est diligentius servanda, quam hominum, *c. 1. dist. 10.*

PROHIBITIO alienationis facta à testatore non valet, nisi sit certa persona designata, in quam pervenire debeat, si fiat alienatio, *L. 114. §. 14. de legat. 1.*

PROHIBITIO testatoris de non alienando, quæ non continet causam, nec apparet persona, cujus contemplatione fiat, non est lex, nec pro lege est servanda, *ibid.*

PROHIBITIO conjugii in 2. & 3. affinitatis genere tollitur, *c. penult. X. de consang.*

PROHIBITIO conjugii ultra quartum gradum affinitatis & consanguinitatis non extendatur, *ibid.*

PROHIBITIONE cessante, cessat effectus, *c. penult. X. de consanguinit.*

PROIICERE.

PROIECTVM est id, quod ita provehitur, ut nusquam requiescat, qualia mæniana & suggrunda sunt, *L. 242. §. 1. de V. S.*

PROIECTA in mari tempore tempestatis causa levandæ navis non fiunt occupantis, *§. 48. de R. D.*

PROMISSIO.

PROMISSIO de non expellendo intelligitur, si colonus in solutione pensionis per biennium non cessaverit, *L. 54. §. 1. locati.*

PROMISSIO sola super re spirituali, Simoniam inducit, *c. 12. X. de Simon.*

PROMISSIO vel stipulatio pœnæ non tenet, si ea fuerit in matrimoniis vel sponsalibus apposita, *c. 29. X. de sponsal.*

PROMISSIO non infringitur, cum in melius commutatur, *c. 3. X. de jurejur.*

PROMISSIO fide vel juramento firmata, non tenet, non servata conditione, quæ in juramento apponitur, *c. 3. X. eod.*

PROMISSIO impeditur ob defectum scientiæ, *c. 53. X. de elect.*

PROMISSIO impia est, quæ scelere adimpletur, *c. in malis. q. 4. caus. 22.*

Sub generali PROMISSIONE, etiam jurata, non venit illicitum, *c. 4. X. de homicid.*

PROMISSIO continens turpitudinem non est obligatoria, *c. 2. de concess. præbend. in 6.*

PROMISSIO de non movendo controversiam non tollit condictionem indebiti, *L. 67. §. 3. de condict. indebiti.*

PROMISSIO non valet, quando ipsum, quod promittitur, est turpe, *§. 24. de inutilib. stipulat.*

PROMISSIO facti alieni non valet, neque tenet, *L. 38. pr. de V. O.*

PRO-

PROMISSIO facti alieni expressa & directa in alium tertium non valet, quia negotium inter stipulantem & promittentem contrahitur, *L. 83. pr. eod.*

PROMISSIO ex causa lucrativa facta inter futuros conjuges, si conferatur in tempus matrimonii, non valet, *L. 97. §. 2. eod.*

PROMISSOR.

PROMISSOR generis si per acceptilationem vel sententiam liberatur à parte, vel stat in pendenti, idem contingit in ejus fidejussore, *L. 2. §. 3. & 4. de V. O.*

PROMISSOR servi alieni liberatur, si servus ante moram sine culpa promissoris manumittatur, *L. 51. eod.*

PROMISSOR rei profanæ, aut Stichi liberatur, si res promissa, aut Stichus promissus desinit esse in commercio absque facto promissoris, & ante ejus moram, vel quia sit facta religiosa, vel Stichus sit factus liber, *L. 83. §. 5. eod.*

PROMISSOR vel ejus heres occidens speciem promissam sine justa causa, sive scienter, sive ignoranter, tenetur, & perpetuatur obligatio ex stipulatione utili, *L. 91. pr. eod.*

PROMISSOR servi eum debet hominem solvere, quem, si velit stipulator, possit ad libertatem perducere, *L. 72. §. 6. de solution.*

PROMISSORI datur tempus habile ad solvendum, *§. 27. de inutil. stipul.*

PROMITTERE.

Si, cum moriar, dare PROMISERO, & antea solvam, repetere non possum, *L. 17. de condict. indebiti.*

PROMISSUM sub conditione, ea pendente, per errorem solutum repeti potest, secus si scienter solutum sit, *L. 48. eod.*

In malis PROMISSIS fidem non expedit observari, *c. 69. de R. I. in 6.*

Studiose agendum est, ut PROMISSA adimpleantur, *c. 9. X. de præbend.*

PROMISSUM sine conditione factum, sine conditione solvitur, *c. un. q. 8. caus. 32.*

PROMISSUM beneficium redintegrari debet, non minui, *c. 5. X. de donat.*

Si quis duos homines PROMISERIT, & Stichum solverit, poterit, ejusdem Stichi dominium postea consecutus, dando liberari, *L. 67. de solut.*

PROMISSUM ex causa libertatis à servo debetur facto libero, *L. 3. C. an servus ex suo facto* &c.

PROMITTENS hominem in genere similis est ei, qui hominem in genere, aut decem debet, *L. 32. §. 3. de condict. indeb.*

PROMITTENS hominem aut decem tibi aut Titio dari, si Titio partem hominis tradiderit, mox tibi decem numeraverit, non Titio, sed tibi partem hominis condicet, *L. 34. pr. de solution.*

Quod certa die PROMISSUM est, vel statim dari potest, totum enim medium tempus ad solvendum promissori liberum relinqui intelligitur, *L. 70. eod.*

PROMITTENS servum alienum, eo manumisso, à domino suo liberatur, nec potest ab eo peti, etiamsi idem rursus lege aliqua servus effectus sit, *L. 98. §. 8. eod.*

Si aream PROMISI alienam, & in ea dominus insulam ædificavit, stipulatio habetur pro extincta, *ibid.*

Si quis servum, quem dari PROMISIT, heres à domino scriptus statu liberum dederit, liberatur, *L. 92. §. 1. eod.*

PROMITTENS se daturum reipub. aliquid ob honorem sibi datum, vel dandum, vel ob aliam justam causam, tenetur ex pollicitatione, secus si sine causa promisisset, nisi cœperit

rit

rit facere, vel dare promissum, quo casu obligatus remanet ex tali pollicitatione, *L. 1. §. 1. de pollicitat.*

PROMITTENS facturum opus reipubl., si fecit, & assignavit, & postea casu fortuito destruatur, periculum non pertinet ad eum, nisi tacite vel expresse esset actum, quod ad eum pertineret periculum, *L. 1. §. 6. eod.*

Si quis PROMISERIT propter incendium, vel terræ motum, vel aliquam ruinam, quæ reipublic. contingit, tenetur, *L. 4. eod.*

PROMITTENS per pollicitationem, se opus facturum reipubl. ne honoribus fungeretur, cogitur tam honores suscipere, quam opus promissum facere, nisi esset inhabilis ad honores, *L. 12. §. 1. eod.*

PROMITTENS per pollicitationem alicui civitati ob honorem suum, se opus facturum, tenetur ad opus faciendum tam ipse, quam heres ejus, *L. 14. eod.*

PROMITTENS sine causa si solverit indebitum, habet condictionem sine causa ad quantitatem, *L. 1. pr. de condict. sine causa.*

PROMITTENS sine causa condicere non potest quantitatem, quam non dedit, potest tamen ipsam obligationem condicere, *ibid.*

Si quis ob causam PROMISERIT, causa tamen secuta non est, condictio locum habet, *L. 1. §. 1. eod.*

PROMITTENS decem sine causa, condictione incerti, i. e. sine causa consequitur, ut liberetur à tota promissione, sed si cum quinque promittere deberet, decem promisit, condictione sine causa consequitur, ut in quinque tantum liberetur, *L. 3. eod.*

Si ob turpem causam PROMISERIS Titio, quamvis, si petit, exceptione doli mali, vel in factum summovere eum potes, tamen, si solveris, non potes repetere, *L. 8. de condictione ob turpem caus.*

PROMITTENS dare certo loco, si in eo loco non reperiatur, potest in quolibet alio loco, ubi sortitur forum, conveniri, ne promissio reddatur inutilis, *L. 1. de eo, quod certo loco* &c.

PROMITTENS copulative Ephesi & Capuæ dare decem, tenetur partem Ephesi & partem Capuæ dare, *L. 2. §. 4. eod.*

Is, qui certo loco dare PROMITTIT, nullo alio loco, quam in quo promisit, solvere invito stipulatore potest, *L. 9. eod.*

PROMITTENS aliquem tractare, ut filium sub pœna, si eum emancipat, vel de facto, vel de jure exheredet, non incidit in pœnam, secus si eum expellat de domo, vel in testamento nihil sibi relinquat, *L. 132. de V. O.*

PROMOTIO.

PROMOTIONEM impedit macula in oculo promovendi, *c. Cum de tua. X. de corp. vitiat.*

PROMOTIO est de minori ad majus, *c. 24. dist. 93.* & *c. 2.* & *ult. dist. 59.*

PROMOTIO impeditur propter defectum scientiæ, *c. 53. X. de elect.*

PROMOTIO spiritualis admittit interdum pacta honesta, *c. ult. q. 3. caus. 10.* & *c. Eleutherius. q. 2. caus. 18.*

PROMOTIO spiritualis nunquam admittit pacta inhonesta, *c. quam pio. q. 2. caus. 1.*

PROMOVERE.

PROMOVERI non debet illegitime natus, *c. 14. X. de purg. canon.*

Quando PROMOVETUR indignus, & promovens & promotus puniri debent, *c. 44. X. de elect.*

PROMOTUS removetur propter homicidium & Simoniam, *c. inquisitionis. X. de accusat.*

PROMVLGARE.

Vt Decretum obliget, sufficit illud solenniter ac publice PROMVLGARI, nec opus est, ut per speciale mandatum singulis intimetur, *c. 1. X. de postulando.*

PRONEPOS.

PRONEPOS vel pronurus continentur appellatione nurus, vel nepotis, & idem in omnibus ulterioribus, quibus PRO præpositio præcedit, *L. 3. §. 2. de postul.*

PRONVNTIARE.

PRONVNTIATVM, al. *pronunciatum*, & statutum idem potest, *L. 46. pr. de V. S.*

Promiscue enim & PRONVNTIASSE & statuisse solemus dicere eos, qui jus habent cognoscendi, *ib.*

Si PRONVNTIATVM fuerit contra absentem, biduum vel triduum appellationis computandum est ex eo, quo quis scit non ex æquo *pronuntiatum* esse, *c. 29. §. 8. q. 6. caus. 2.*

Bonus Iudex juxta jura & leges PRONVNTIAT, nihilque facit ex arbitrio, *c. 4. §. 1. q. 7. caus. 3.*

PROPHETA.

PROPHETAE non munera prophetiæ accipiebant, sed si quid acceperunt, id stipis & alimenti nomine accepere, *c. 24. q. 1. caus. 1.*

Mali PROPHETAE, non boni, prophetiam vendebant, *c. 23. ead.*

PROPHETIA.

PROPHETIA est donum Spiritus Sancti, *c. 22. q. 1. caus. 1.*

PROPINQVITAS.

PROPINQVITATIS, familiaritatis & dominationis affectus, veritatem impedire solet, *c. 12. q. 5. caus. 3.*

PROPINQVITAS sanguinis, verbis dicitur, non verbis efficitur, *c. 18. q. 2. caus. 27.*

PROPINQVITATEM non parit osculum, quod nullam facit sanguinis commixtionem, *ib.*

PROPINQVVS.

PROPINQVORVM appellatione non veniunt affines, *L. 5. C. de V. S.*

PROPOSITVM.

PROPOSITVM punitur, licet non sequatur effectus, *L. 3. §. 1. de calumniator.*

PROPOSITVM non frangit, qui illud permutat in melius, *c. 3. X. de jurejur.*

PROPOSITVM & voluntas est inspicienda ad hoc, ut de facto suo judicetur, *c. 54. X. de sent. excomm.*

PROPRIETARIVS.

PROPRIETARIVS servum noxæ dedere poterit, si hoc sine dolo malo faciat, quoniam noxæ deditio jure non perimit usumfructum, *L. 17. §. 2. de usufr.*

PROPRIETARIVS si servum, in quo proprietatem habet, deteriorem fecit, tenetur usufructuario utili actione servi corrupti, *L. 9. §. 1. de servo corrupto.*

PROPRIETARIVS, etiam invito usufructuario, vel usuario, fundum vel ædes, per saltuarium, vel insularium, custodire potest, *L. 16. §. 1. de usu & habitat.*

PROPRIETARII interest fines prædii tueri, *ibid.*

PROPRIETARIVS non potest usuariæ rei speciem commutare, *L. 23. eod.*

PROPRIETARIVS deteriorem causam usuarii facere non potest, & dicitur facere deteriorem, etiamsi rem in meliorem statum commutaret, *ibid.*

PROPRIETARIVS non potest petere cautionem ab usufructuario habente domum propriam, quæ minabatur ruinam domui, in qua fructuarius habe-

habebat usumfructum, *L. 18. §. 2. de damno infecto.*

PROPRIETARIUS potest petere sibi caveri à fructuario de operis vitio, quod de novo facit, non tamen de ruina ædificii, *L. 20. eod.*

PROPRIETARIUS nudus potest usumfructum stipulari, *L. 56. §. 6. de V. O.*

PROPRIETAS.

PROPRIETATEM interdum verbum possessionis quoque significat, *L. 78. de V. S.*

PROPRIETATEM proprietarius emere non potest, sed possessionem, & è contra, *L. 28. de acquir. poss.*

PROPRIETAS inducta est per iniquitatem hominum, cum prius essent omnia communia, *c. 2. q. 1. caus. 14.*

PROPRIETATI studere, ignominia est Episcopi, *c. 71. q. 2. caus. 12.*

PROPRIETATE spoliatus respondere non tenetur, donec fuerit restitutus, *c. 11. X. de restit. spoliat.*

PROPRIETATIS & possessionis causa apud eundem Iudicem simul debent cognosci, & finiri, *c. 1. & 2. de caus. poss. & propriet.*

PROPRIETATI non præjudicat sententia lata propter possessionem, *c. 6. X. de caus. poss. & propr. c. 2. X. de restit. spoliat.*

PROPRIETAS fructuum penes Feudatarium est, non penes Dominum feudi, *c. 1. X. de feud.*

PROPRIETATIS quæstio præfertur quæstioni possessionis in sententiæ executione, *c. 6. X. de caus. poss. & propr.*

PROPRIETATIS quæstio tractanda est post causam possessionis & restitutionem factam, *c. 1. X. de restit. spoliat.*

PROPRIETATIS quæstionem debet præcedere quæstio spoliationis, *c. in literis. X. eod.*

Ante quæstionem PROPRIETATIS debet spoliatus restitui, *c. 24. X. de elect.*

Iure PROPRIETATIS salvo, fertur sententia in causa possessionis, *c. 51. X. de appell.*

PROPRIETAS legari potest deducto usufructu, *L. 6. pr. de usufructu* &c.

Si tibi PROPRIETAS fundi legata fuerit, mihi autem & Mevio & tibi ejusdem fundi ususfructus, habebimus ego & Mevius trientes in usufructu, unus triens proprietati miscebitur, *L. 4. de usufructu accrescendo.*

PROPRIETAS appellatur quandoque usus appellatione, *L. 12. de usufructu earum rer.*

Qui habet PROPRIETATEM, utendi fruendi jus separatum non habet, nec enim potest ei suus fundus servire, *L. 5. pr. si ususfructus pet.*

PROPRIETATEM suæ rei potest dominus obligare creditori, licet alius habeat usumfructum, *L. 2. C. de usufructu.*

PROPRIETATEM si testator leget, deducto usufructu, mortuo primo herede finitur ususfructus, & consolidatur cum proprietate, *L. 14. C. eod.*

PROPRIETATIS dominus, ne quidem consentiente fructuario, servitutem imponere potest, *L. 15. §. 7. de usufr.*

PROPRIETAS.

Dum verborum PROPRIETAS attenditur, plerumque sensus veritatis amittitur, *c. 8. X. de V. S.*

PROPRIUS, *a, m.*

PROPRIAM feudi naturam non habet feudum datum Vasallis, heredibus ejus, & cui dederit, *II. F. 48.*

PROPRIAM naturam habent feuda Valvas. major. *I. F. 1. §. 4.*

PROPRIUM est feudum, cui dederis in feudum, *II. F. 48.*

Quia Clerici nihil PROPRIUM habent, facere testamentum non possunt, *c. nolo. q. 1. caus. 12.*

Vt PROPRIIS cujusdam usibus applicetur, quod pro communi utilitate datum esse cognoscitur, ratio nulla permittit, *c. ratio. q. 4. caus. 17.*

In PROPRIA causa Iudex quis esse non potest, *c. 52. X. de appell.*

PROPRIAM causam agere potest, qui accusator esse non potest, *c. 2. q. 6. caus. 4.*

Non nisi in PROPRIIS causis civilibus ad accusandum admittitur accusator culpabilis, *c. 1. & 3. q. 6. caus. 4.*

PRORETA.

PRORETA dicitur, qui sedet in prora, i. e. in prima parte navis, *L. 11. §. 2. de publicanis.*

PROROGARE.

Si & Iudex ad tempus datus, & omnes litigatores consentiant, nisi specialiter principali jussione prorogatio fuerit inhibita, possunt tempora, intra quæ jussus est litem dirimere, PROROGARI, *L. 2. §. 2. de judiciis.*

PROROGARI non debent lites, *c. 2. X. de sent. & re judic.*

PROROGARI non potest jurisdictio delegata ad personas, de quibus in rescripto non fit mentio, etiam de ipsarum consensu, *c. 40. X. de offic. deleg.*

PROROGARI (nisi justa causa) non potest terminus appellationis, annus scilicet, potest tamen abbreviari à Iudice, vel ab Appellante, *c. 57. X. de appell.*

PROROGATIO.

PROROGATIO jurisdictionis potest fieri in Iudicem etiam ignorantem, qui credebat suam jurisdictionem esse, licet vere non esset, si non fuisset prorogata per partes, *L. 2. pr. de judiciis.*

In PROROGATIONE jurisdictionis non requiritur consensus Iudicis, nec scientia, sed sufficit consensus partium, *L. 2. §. 1. eod.*

PROROGATIO jurisdictionis fieri non potest per procuratorem, domino ignorante, *c. 32. X. de offic. deleg.*

PROSTITVERE.

Si quis PROSTITVIT ancillam pignori datam, vel aliud improbatum facere coegit, illico pignus ancillæ solvitur, *L. 24. §. 3. de pignor. act.*

PROTECTVM.

Si PROTECTVM meum, quod supra domum tuam nullo jure habebam, recidisses, posse me tecum damni injuria agere, Proculus scribit, debuisti enim mecum, *jus mihi non esse protectum habere*, agere, nec esse æquum, damnum me pati, recisis à te meis tignis, *L. 29. §. 1. ad L. Aquil.*

PROTESTARI.

Africa, & aliæ innumeræ provinciæ PROTESTANTVR, i. e. testantur, *§. 1. proœm. Inst.*

PROTESTATIO.

PROTESTATIO potest fieri in scriptis, & sine scriptis sub testificatione aliarum personarum, *L. 24. C. de negot. gestis.*

POTESTATIO prodest, *c. 2. X. de in integrum restit.*

PROTESTATIO permittenda est, ne fiat aliquod præjudicium alicui circa jus suum, *c. 21. X. de sent. & re judic.*

PROTESTATIO in omni contractu fieri debet, ut sciatur contrahentium voluntas, *c. 20. X. de Regular.*

PROTESTATIO facienda, ne factum proprium Ecclesiæ noceat, *c. 2. X. de Capell. Monach.*

PROTESTATIONE præmissa, mihi non imputatur, si per me non stat,

quo

quo minus faciam, quod debeo, *c. ult. X. de appell.*

Factum contra PROTESTATIONEM non valet, *c. 1. X. de his, quæ vi, metusve* &c.

PROTHYRUM.

PROTHYRUM, (seu *diathyrum*, h. e. velamen, quo aditus ædium obtenditur) quod in ædibus fieri solet, ædium est, *L. 245. §. 1. de V. S.*

PROVENTUS.

PROVENTUS decimarum non possunt dari in feudum, nec alienari perpetuo, *c. 2. X. de locat. conduct.*

PROVINCIA.

PROVINCIAS continentes accipere debemus eas, quæ Italiæ junctæ sunt; ut puta Galliam: Sed & provinciam Siciliam magis inter continentes accipere nos oportet, quæ modico freto Italia dividitur, *L. 99. §. 1. de V. S.*

PROVINCIA dicitur, quæ habet 10. vel 11. Civitates & unum Regem, & totidem potestates minores sub se, & unum Metropolitanum, *c. Scitote. q. 3. caus. 6.*

PROVINCIAE alterius Judicium non licet habere, nisi detur per superiorem, in *princ. q. 3. caus. 6.* & *c. Iudices. q. 1. caus. 11.*

PROVINCIAS Ecclesiæ Rom. donatas, vel aliquam ipsarum partem, jurat Imperator, se nullo unquam tempore velle occupare, vel quantum in se esset, ab alio permittere occupari, *Clem. un. circa fin. de jurejur.*

PROVINCIA una si sit divisa in duas provincias, ortus ex una potest esse assessor, vel Iudex in altera, licet quis in sua provincia esse non possit, *L. 3. de officio Assessor.*

Qui universas PROVINCIAS regunt, jus gladii habent, & in metallum dandi potestas eis permissa est, *L. 6. §. 8. de offic. Præsid.*

PROVINCIALIS.

PROVINCIALES eos accipere debemus, qui in provincia domicilium (habent), non eos, qui ex provincia oriundi sunt, *L. 190. de V. S.*

PROXENETA.

Est PROXENETARUM modus, qui emptionibus, venditionibus, commerciis, contractibus licitis utiles non adeo improbabili more se exhibent, *L. 3. de proxeneticis.*

De PROXENETARUM salario constituendo Præses debet ita cognoscere, ut in ejus constitutione debeat servare modum, & quantitatis, & negotii, in quo opera sua functi sunt, & ministerium accommodaverunt, *ibid.*

Si PROXENETA intervenit faciendi nominis, ut multi solent, non ut quasi mandator tenetur, quia hic monstrat magis nomen, quam mandat, tametsi laudet nomen, *L. 2. eod.*

PROXENETICUM.

PROXENETICA dicuntur salaria, & jure licito petuntur, *L. 1. de proxeneticis.*

PROXIMUS.

PROXIMUS non solum is, qui ante aliquem, sed etiam is, ante quem nemo sit, intelligitur, *L. 34. pr. de vulg. & pupill. substit.*

PROXIMUS est, cui nemo antecedit, *L. 92. de V. S.*

PROXIMI nostri sunt omnes homines, naturæ nostræ participes, *c. 5. dist. 2. de pœnit.*

PROXIMI dilectio, in quo consistat, explicatur d. *c. 5.* §. *proinde. ead.*

PROXIMOS nostros tunc diligimus, quando non ob beneficia, vel utilitates; sed ob hoc, quod sint naturæ participes, diligimus, cit. *c. 5.* §. *proximos. ead.*

PRVDENS.

PRVDENTVM responsa sunt, quæ respondere Iurisconsulti dicuntur consulentibus, *c. 5. dist. 2.* & §. *8. de I. N. G. & C.*

PRVDENTES quidam fuerunt, & arbitri æquitatis, qui Institutiones, civilis juris compositas ediderunt, quibus dissidentes lites, contentionesque sopirent, *ibid.*

PRVDENTEM esse Episcopum oportet, non solum literarum peritia, sed etiam secularium negotiorum dispositione, in *princ. dist. 36.*

PRVDENTIA.

PRVDENTIAE suæ quisque modum ponat, *Extravag. comm. c. 2. in princ. de haret.*

PRVDENTIAE tuæ ne innitaris, *c. 5. X. de constit.*

PRVDENTIAE suæ innitur, qui ea, quæ sibi agenda vel dicenda videntur, decretis Patrum præponit, *ib.*

PRVRIGINOSVS.

PRVRIGINOSVS dicitur scabiosus, qui ardorem carnis patitur, *L. 3. de ædilit. edicto.*

PSALMISTA.

PSALMISTAE à psalmis canendis vocati sunt, *c. 1. §. 15. dist. 21.*

PSALMISTAE canunt, ut excitent ad compunctionem animos audientium, *ibid.*

PSALMISTA orario uti non debet, *c. 28. dist. 23.*

PVBERTAS.

Prope PVBERTATEM esse videtur, qui à semestre tantum distat, *L. 17. pr. de excusat.*

PVBERTATEM veteres non solum ex annis, sed etiam ex habitu corporis in masculis æstimabant, *pr. Inst. quib. modis tut. fin.*

PVBERTAS in masculis dicitur post decimum quartum annum completum, in fœminis vero post duodecim annos completos, à quo tempore dicuntur viri potentes, *ibid.* & *c. puella. §. cum ergo. q. 1. caus. 2.*

PVBERTAS plena in masculis consistit in decem & octo annis, *§. 4. de adoption.* & *c. quia. X. de Regularib.*

PVBES.

PVBES ille recte dicitur, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit, & generare jam potest, *c. 3. X. de despons. impub.*

PVBERES à pube, i.e. à pudentia corporis sunt vocati, quia hæc loca primo lanuginem ducunt, *ibid.*

Si alter sit PVBES tempore contractus, alter impubes, hic pubes factus resilire potest, *c. 7. X. eod.*

PVBES debet impuberem expectare, *ibid.*

Pro PVBERE non contrahit sponsalia pater, nisi ille consentiat, *c. 1. X. eod.*

PVBES per annum deferens habitum Novitiorum non patenter distinctum ab habitu professorum in colore, scissura, vel forma, intelligitur professus, *Clem. c. ult. de Regular.*

PVBES si negligit renovationem investituræ, *II. F. 55.*

PVBLICANVS.

PVBLICANVS appellatur, qui vectigal populi Romani conductum habet, *L. 16. de V. S.*

PVBLICANI non possunt inviti esse testes, *c. 3. §. 11. q. 2. caus. 4.*

Cum PVBLICANVS mancipia retineret, dataque ei pecunia esset, quæ non deberetur, tenetur actione in factum, *L. 7. §. 2. de calumniator.*

PVBLICANI sunt, qui publico fruuntur; nam inde nomen habent, sive fisco vectigal pendant, vel tributum consequantur, & omnes, qui quid à fisco conducunt, recte appellantur publicani, *L. 1. §. 1. de publicanis.*

Contra PVBLICANOS edictum speciale proposuit Prætor, ut eorum

pra-

pravitatem comprimeret, & ne videretur negligere ea, quæ ipsi faciebant, etiamsi aliis remediis esset provisum de furtis, & de damnis datis à publicanis, vel eorum familia, *L. 1. §. 2. eod.*

PVBLICANVM rapientem, vel furem edictum de publicanis mitius punit, quam faciat actio vi bonorum raptorum, vel actio furti, *L. 1. §. 3. eodem.*

PVBLICANO per edictum de publicanis datur facultas restituendi vi arreptum usque ad sententiam, quod si restituat, omni onere exuitur, & pœnali actione ex hac parte edicti liberatur, quod non est in actione vi bonorum raptorum. *L. 1. §. 4. eod.*

Contra PVBLICANOS omisso edicto de publicanis potest agi generali actione vi bonorum raptorum, injuriæ, damni, vel furti, *ibid.*

PVBLICANVS ex edicto de publicanis tenetur de rapina, vel furto suorum servorum, & eorum, qui in sua familia sunt, & etiam eorum, qui non sunt de sua familia, dummodo sibi in eo vectigali ministrent, *L. 1. §. 5. eod.*

PVBLICANVS ex edicto de publicanis non tenetur de rapina, vel furto servi, qui non est constitutus in familia, quæ publico vectigali ministrat, *ibid.*

PVBLICANI debent habere servos bonos ad ministerium vectigalium, & ideo ex eorum delicto, facto in illo ministerio, conveniuntur quasi ex suo maleficio, *L. 3. pr. eod.*

PVBLICANI omnes tenentur ex facto familiæ, licet illa familia non sit in dominio omnium, sed tantum unius, *L. 3. §. 1. eod.*

PVBLICANVS ex facto plurium servorum tenetur, ac si unus fecisset, *L. 3. §. 3. eod.*

Contra PVBLICANI heredem datur actio ex edicto de publicanis eatenus, quatenus ad eum pervenit, *L. 4. pr. eod.*

PVBLICANVS si rem surreptam restituit ante sententiam, liberatur à pœna edicti de vectigalibus, *L. 5. pr. eod.*

Quantæ PVBLICANORVM audaciæ, quantæ temeritatis sint factiones, nemo est qui nesciat, idcirco Prætor ad compescendam eorum audaciam edictum de publicanis proposuit, *L. 12. pr. eod.*

Si familia PVBLICANORVM furtum fecisse dicetur, item si damnum injuria fecerit, & id, ad quod ea res pertinet, non exhibetur, in dominum sine noxæ deditione judicium dabo, *L. 12. §. 1. eod.*

PVBLICANVS ex facto servi tenetur, quamvis eum vendiderit, aut manumiserit, aut is fugerit, secus si decessit, nisi dolus publicani intercesserit, *L. 13. §. 2. & 3. eod.*

Si PVBLICANVS indebitum vectigal per errorem solventis acceperit, retro eum restituere oportet, *L. 16. §. 14. eod.*

PVBLICARE.

PVBLICATIS bonis habetur quis pro mortuo, *L. 65. §. 12. pro socio.*

PVBLICANTVR damnatione bona, cum aut vita adimitur, aut civitas, aut servilis conditio irrogatur, *L. 1. pr. de bonis damnator.*

PVBLICATIS bonis, publicantur etiam Sardonycha, aut aliæ gemmæ magni pretii, quas condemnatus habet in digito, & chirographum magnæ pecuniæ, quod in sinu habet, *L. 6. eod.*

PVBLICANTVR in judiciis nomina testium, *c. ult. §. cessante. de hæretic. in 6.*

Si testes needum sunt PVBLICATI, in uno judicio recepti possunt iidem

&

& alii in alio judicio recipi, *c. 46. X. de testib.*

PVBLICATIS testibus, non debent iterum interrogari testes, ad petitionem producentis, nisi quando dolo vel negligentia Examinatorum, super omnibus articulis interrogati non fuerint. Vel nisi in favorem matrimonii, *c. 48. X. eod.*

PVBLICATIS testibus etiam in causa matrimonii contrahendi super eodem articulo, non sunt alii testes recipiendi, *c. 6. X. de probat.*

PVBLICATIS attestationibus contra matrimonium, alii testes admittuntur, etiam post sententiam, ad probandum, quod primi tulerint falsum testimonium, *c. 26. X. de testib.*

PVBLICATIS attestationibus, sive in causa principali, sive in causa appellationis, non sunt recipiendi novi testes super eodem capitulo, super quo testes publicati sunt, sed super novo bene recipiuntur novi, *c. 17. 25. & 35. X. eod.*

PVBLICATIS attestationibus, antiqui testes possunt produci iterum super eodem capitulo, si quid addatur, quod subjicitur necessitati probandi, *c. 42. & 44. X. eod.*

PVBLICATIS attestationibus, testes possunt induci ad reprobationem testium inductorum, *c. 12. X. de privil.*

Post PVBLICATAS attestationes, usque ad conclusionem possunt instrumenta produci, *c. 9. X. de fid. instrum.*

Cum PVBLICATA fuerint testium dicta, super eis publice potest disputari, *c. 15. X. de testib.*

PVBLICATIS attestationibus, peremptoria exceptio potest opponi, *c. 29. X. eod.*

PVBLICATO scrutinio, non possunt Electores variare vota sua, *c. 58. X. de elect.*

PVBLICARI debent bona Sacrilegi, *c. quisquis. q. 3. caus. 24.*

PVBLICATIO.

Post PVBLICATIONEM testium, qui obscure dixerunt, denuo potest Iudex ex officio inquirens examinare testes, *c. 53. X. de testib.*

PVBLICATIONE universorum bonorum socii distrahitur societas, *L. 65. §. 12. pro socio.*

PVBLICATIONE bonorum veniunt tantum præsentia bona, non futura, *L. 22. §. 5. mandati.*

Si PVBLICATIO attestationum nondum est facta, potest reus producere testes ad probandum contrarium ejus, quod actor probavit, consuetudine contraria non obstante, *c. 26. X. de testib.*

PVBLICATIO bonorum ob violatam pacem publicam, *II. F. 53.*

PVBLICE.

PVBLICE puniendus est, qui publice peccavit, *c. 1. X. de pœnit. & remiss.*

Quod alicui PVBLICE non licet, licet quandoque in secreto, *c. 3. X. de Cler. peregr.*

Quæ fiunt PVBLICE, nulli licet ignorare, *c. 1. X. de postulat. Prælat.*

PVBLICE confectum instrumentum, *II. F. 25.*

PVBLICVS, *a, m.*

PVBLICA appellatio in compluribus causis ad populum Romanum respicit, *L. 16. de V. S.*

Inter PVBLICA habemus non sacra, nec religiosa, nec quæ publicis usibus destinata sunt, sed si qua sunt civitatium velut bona, *L. 17. pr. eod.*

PVBLICVM est, quod omnibus patet, *L. 1. §. 6. de suspect. tutor.*

PVBLICAE utilitatis interest, ne crimina remaneant impunita, *c. 35. X. de sent. excomm.*

PVBLICA officia Iudæis non sunt committenda, *c. 14. dist. 54.*

PV-

PVBLICVM jus pacto privatorum non tollitur, *c. 12. X. de for. compet.*

PVBLICVM judicium, non est concussionis judicium, *c. Concussionis. q. 1. caus. 1.*

PVBLICVM jus est in Sacris, & in Sacerdotibus, & in Magistratibus, *c. penult. dist. 1.*

PVBLICO juri nemo renunciare potest, *c. 12. X. de foro compet.* & *c. 36. X. de sent. excomm.*

PVBLICA utilitas præferenda est privatorum contractibus, *L. 3. C. de primipilo. XII.*

Si in PVBLICO certamine alius alium occiderit, Lex Aquilia cessat, *L. 7. §. 4. ad L. Aquil.*

PVBLICA loca non sunt in commercio, *L. 6. pr. de contrah. empt.*

PVBLICA loca dicuntur, quæ non in pecunia populi, ut molendina populi, sed illa, quæ in publico usu habentur, *ibid.*

In PVBLICO loco cuilibet ædificare, & destruere licet, dum tamen hoc sine incommodo cujusquam fiat, *L. 24. pr. de damno infecto.*

Si in PVBLICO opus factum est, qua aqua pluvia noceret, agi non potest, *L. 18. pr. de aqua & aquæ pluviæ arc.*

Id quod in PVPLICO innatum aut ædificatum est, *publicum* est, *L. 65. §. 4. de A. R. D.*

In loco PVBLICO Prætor prohibet ædificare, & interdictum proponit, *L. 1.* & *2. pr. ne quid in loco publico* &c.

PVBLICA loca privatorum usibus deserviunt, jure sc. civitatis, non quasi propria cujusque, *L. 2. §. 2. eod.*

PVBLICI loci appellatio ad areas, & ad insulas, ad agros, & ad vias publicas, & ad itinera publica pertinet, *L. 2. §. 3. eod.*

Quotiescunque in PVBLICO aliquid fieri permittitur, ita oportet permitti, ut sine injuria cujusque fiat, & ita solet Princeps permittere, quoties aliquid novi operis instituendum petitur, *L. 2. §. 10. eod.*

Qui PVBLICAM pecuniam in aliquem usum destinatam retinet, neque in eum usum consumit, tenetur L. Iulia peculatus, *L. 2. ad L. Iul. pecul.*

PVDICITIA.

PVDICITIAM alicujus blando sermone attentare non est convicium facere, sed adversus bonos mores attentare, *L. 15. §. 20. de injur.*

PVDICITIA semper est colenda, *L. 5. C. ad SC. Orfician.* &c.

PVDICITIA proprie competit sexui muliebri, *L. 1. §. 5. de postul.*

PVDICITIAE favendum est maxime filiarum, §. *7. de noxal. action.*

PVDICITIAM alicujus attentans, injuriarum tenetur, *c. 12. dist. 1. de pœnit.*

PVDICITIA cum in animo sit, à violento stupratore eripi non potest, *c. 3. 6. 9.* & *14. q. 5. caus. 32.*

PVDICITIA etiam corpore intacto amittitur, *c. 12. ead.*

PVDICITIA est virtus animi, quæ comitante fortitudine mavult quæcunque mala tolerare, quam malo consentire, *c. 3. ead.*

PVDOR.

PVDOR & verecundia est recusare id, quod pacto nudo promisit, *L. 48. pr. mandati.*

PVELLA.

De PVELLA maritanda si discordant mater, & tutor, & propinqui, recurrendum est ad judicem, qui debet eligere, quod utilius est puellæ, *L. 1. C. de nupt.*

PVELLA dicitur proxima nuptui, & apta ab anno duodecimo, *c. 6. X. de despons. impub.*

PVELLAE consensus legitimus spectatur in duodecimo anno, *c. 4. X. qui matrim. accus. poss.*

PVER.

PVERI appellatio tres significationes habet; *unam*, cum omnes servos pueros appellaremus; *alteram*, cum puerum contrario nomine puellæ diceremus; *tertiam*, cum ætatem puerilem demonstraremus, *L. 204. de V. S.*

PVERI appellatione etiam puella significatur; nam & fœminas puerperas appellant recentes ex partu, & græce παιδίον communiter appellatur, *L. 163. §. 1. eod.*

PVERI reputantur, qui 14. annos agunt, *c. 2. X. de delictis puer.*

PVERI delinquere possunt, sed mitius puniuntur, quam adulti, *c. 1. X. eod.*

PVERIS non debet committi cura animarum, *c. 2. X. de ætat. & qualit. & ordin. præfic.*

PVERI non possunt contrahere matrimonium, quia non possunt consentire, *c. 25. X de sponsalib.*

PVEROS, qui in canonem inciderunt, sive ante, sive post pubertatem, absolvi petant, Episcopus absolvere potest, *c. ult. X. de sent. excomm.*

PVERPERA.

PVERPERA, i. e. quæ recens est à partu, sana dicitur, si modo nihil extrinsecus accidit, quod corpus ejus in aliquam valetudinem immitteret, *L. 14. §. 2. de ædilit. edicto.*

PVERPERAE sunt, quæ in annis puerilibus pariunt, *c. 3. X. de desponsat. impub.*

PVERPERAE possunt post partum statim ingredi Ecclesiam, nec tenentur, licet ex veneratione possint abstinere aliquot diebus, *c. un. X. de purific. post part.*

PVGILLARES.

PVGILLARES erant tabellæ ceteæ: verbum hoc semper plurativo numero profertur, *L. 148. de V. S.* vid. *L. 17. §. 3. commodati.*

PVGNA.

PVGNAE commissio est juris militaris, *c. 10. dist. 1.*

PVGNA seu duellum non fit de felonia, *II. F. 39. c. 2.*

Vasallus in PVGNA Dominum relinquens feudum amittit, *I. F. 21. c. si quis.*

PVGNARE.

PVGNARE per insidias licet, *c. Dominus. q. 2. caus. 23.*

PVGNARE non licet Clerico in duello, *c. 1. X. de Cler. pugn.*

PVGNARE licet pro libertate sua, *c. 3. X. de pænit. & remiss.*

PVGNARE non debent Clerici, nec contra infideles, *c. penult. X. de homicid.*

Vbi PVGNANTIA inter se in testamento juberentur, neutrum ratum est, *L. 188. pr. de R. I.*

PVLSARE.

PVLSATIS induciæ dentur, quoties appellaverint, *c. pulsatus. q. 6. caus. 3.*

PVLSATVS de pace violata, *II. F. 27. §. 1.*

PVNIRE.

PVNIRI potest criminaliter componens librum ad alicujus injuriam, licet non appareat, ad cujus injuriam fecerit, *L. 6. de injur.*

Nemo PVNIRI debet sine accusatione, *c. 1. X. de except.*

PVNIRE peccantem, & nulli nocere, innocentis est officium, *c. 37. q. 5. caus. 23.*

PVNIRI nemo debet sine culpa, *c. 2. X. de constit.*

PVNITVR quis sine culpa; sed non sine causa, *c. 18. X. de homicid.*

PVNIRI debent delicta, ne impunitas ab aliis trahatur in exemplum, *Clem. c. 2. §. Ne igitur. de sent. excomm.*

Non

Non debet quis dupliciter PVNIRI, *c. 4. X. de judic.*

PVNIRI debet publice, qui publice deliquit, *c. 1. X. de pœnit. & remiss.*

PVNIRI debet plus, qui plus peccat, *c. 13. X. de vita & honest. Cler.*

PVNIRI debet gravius Superior delinquens, quam inferior, *c. 12. X. de jurej.*

PVNIRI debent gravius delicta sæpius commissa, *c. 3. X. de adult.*

PVNIRI debet frequenter frequens delictum, *c. 1. X. de pœnis.*

PVNIRI iterum non debent delicta semel dimissa, *c. ult. X. de coll. deteg.*

PVNIRI quis ibi debet, ubi deliquit, *c. 1. X. de raptor.*

PVNIT quandoque Deus temporaliter, ne in æternum cruciet, *c. 42. §. autoritas. dist. 3. de pœnit.*

PVNIRI debent, qui faciunt contra mandatum Papæ, *c. 10. X. de celebr. Miss.*

PVNIRI debent, qui peccant contra canones, *c. ult. X. de cland. despons.*

PVNITVR, qui malitiose impedimentum apponit ad impediendum matrimonium, *ibid.*

PVNIRI debet, qui non probat, quod intendit, sicut reus convictus puniretur, quia calumniose accusavit, *c. Tua. X. de procurat.*

PVNIRI debet subtrahens adversario copiam probationis, *c. 45. X. de testib.*

PVNIRI debet arbitrio Superioris litigator, temere contradicens Iudici, coram quo litigat, *c. 11. X. de pœnis.*

PVNIRI debet non deferens legitimæ appellationis, *c. 31. X. de appell.*

PVNITVR in purgatione deficiens, *c. 13. X. de hæretic.*

Si reus gravius PVNITVR, quam par est, accusatori non imputatur, *c. 21. X. de homicid.*

PVNIVNTVR graviter impedientes jurisdictionem Iudicis, *c. 45. X. de testib.*

PVNIVNTVR graviter, qui testes impediunt, *c. 33. & 37. X. eod.*

Clerici ob delictum degradati PVNIVNTVR ut Laici, *c. 7. X. de crim. fals.*

PVNIVNTVR pœna temporali, quos timor Dei à malo non revocat, *c. 13. X. de vit. & honest. Cler.*

PVNITVR gravius malitia, quam negligentia, *c. 7. X. de crim. fals.*

PVNIVNTVR quandoque multi propter unum, *c. penult. dist. 45. c. 10. dist. 56.*

PVNIVNTVR animalia, cum quibus homines peccaverunt, ne refricetur facti memoria, *c. Mulier. q. 1. caus. 15.*

PVNITVR etiam res inanimata ex delicto, *c. 2. in pr. de hæret. in 6.*

PVNITVR in causa hæreseos filius pro delicto patris, *c. 15. in pr. eod.*

PVNIRI non debet alius, propter alterius delictum, *c. 13. X. de hæret.*

PVNIVNTVR facta, dicta, scripta, & consilia, *c. 19. in pr. dist. 1. de pœnit.*

Eodem modo PVNIVNTVR faciens & mandans, *c. 1. §. cum igitur. de homicid. in 6.*

PVNIVNTVR cum hæreticis æqualiter eorum fautores, *c. 8. X. de hæret.*

Nemo PVNITVR in eo, in quo non deliquit, *c. 13. X. de excess. Prælat.*

PVPILLVS.

PVPILLI appellatione continetur etiam pupilla, sed non contra, *L. 20. de adopt.*

PVPILLVS tutore autore jusjurandum deferre debet, *L. 17. §. 1. de jurejurando.*

PVPILLO feudum dari potest, *II. F. 26. c. 4. §. 7. pr.*

PVPILLVS fidelitatem non facit, donec doli capax sit, *ib.*

Pro PVPILLO alius servitium facit, *ibid.*

PVPILLVS non est, qui in utero est, *L. 157. pr. de V. S.*

PVPILLVS pati posse non intelligitur, *L. 110. §. 2. de R. I.*

PVPILLVS, qui proximus pubertati est, capax est & furandi, & injuriæ faciendæ, *L. 111. pr. eod.*

PVPILLIS tuitionem etiam Divinitas jussit impendi, *c. 2. dist. 87.*

Causas PVPILLORVM & viduarum, Clerici possunt procurare, aut etiam ecclesiasticarum rerum, ex præcepto Episcopi, *c. 1. dist. 88.*

PVPILLVS non potest esse testis, *c. Si testes. q. 2. caus. 4.*

PVPILLI nomine tutor convenitur, si cum pupillo sit lis, *c. 6. X. de testament.*

PVPILLVS apud avum paternum, exclusa matre, educari debet, *L. 6. C. ubi pupill. educ.*

PVPILLVS suæ tutelæ (i. e. *finita tutela*) factus, *L. 9. §. 1. de admin. & pericul. tut.*

PVPILLVS usuras reliquationis acceptando, privilegium suum non amittit, *L. 44. §. 1. eod.*

Si PVPILLVS alterum ex tutoribus post pubertatem liberasset, improbe alterum illius nomine conabitur interpellare, *L. 45. eod.*

PVPILLVS obligari tutori eo autore non potest, *L. 5. pr. de autor. tut.*

Naturaliter PVPILLVS tutori obligatur, quatenus factus est locupletior, *L. 5. pr. eod.*

PVPILLVS obligari non potest sine tutoris autoritate in contractu hinc inde obligatorio, *L. 5. §. 1. & L. 9. pr. eod.*

Si PVPILLVS suæ ætatis factus comprobaverit emptionem, contractus valet, *L. 5. §. 2. eod.*

PVPILLVS acquirere sibi stipulando, & per traditionem accipiendo, etiam sine tutoris autoritate potest, *L. 9. pr. eod.*

PVPILLVS sine tutoris autoritate nihil alienare potest, *ib.*

PVPILLVS credendo sibi obligare non potest, *ibid.*

PVPILLVS sine tutoris autoritate manumittere non potest, *L. 9 §. 1 eod.*

PVPILLVS ex omnibus causis solvendo sine tutoris autoritate nihil agit, *L. 9. §. 2. eod.*

PVPILLVS sine tutoris autoritate nullum dominium transferre potest, *ib.*

PVPILLVS hereditatem adire sine tutoris autoritate non potest, quamvis lucrosa sit, *L. 9. §. 3 eod.*

PVPILLVS ex SCto Trebelliano hereditatem recipere sine tutoris autoritate non potest, *L. 9. §. 4. eod.*

PVPILLORVM educandorum curam habet Iudex, *L. 1. pr. ubi pupill. educ.*

Vbi PVPILLVS educandus sit, Iudex ex persona, ex conditione, & ex tempore statuere debet, *L. 1. §. 1. eod.*

An PVPILLVS apud substitutum sit educandus, *ibid.*

Ei, qui recusat apud se educare PVPILLVM, denegantur actiones ex testamento, *L. 1. §. 3. eod.*

Expensarum in educando PVPILLO modum priore loco petimus ex ipsius Iudicis decreto; Si id dictum non sit, ex facultatum modo præstandas esse dicimus Iudicis arbitrio, *L. 2. §. 1. eod.*

Ius alimentorum decernendorum PVPILLIS Prætori competit, *L. 3. pr. eod.*

Quando Iudex PVPILLIS alimenta decernit, modum patrimonii spectare debet, *L. 3. §. 1. eod.*

In expensis PVPILLORVM spectamus expensas etiam mancipiorum ejus, mer-

mercedum, vestis, tecti, ætatis *L. 3. §. 2. eod.*

Vi augetur & minuitur PUPILLI reditus, ita augere & minuere pupilli sui vel adulti expensas tutor & curator potest, *L. 3. §. 6. eod.*

Si disceptetur, ubi morari, vel ubi educari PUPILLUM oporteat, causa cognita id Præsidem statuere oportebit, *L. 5. eod.*

Si PUPILLUS heres extiterit ei, cujus tutelam tutor suus gesserit, ex hereditaria causa cum tutore suo habebit actionem, *L. 7. pr. de tutel. & ration. distr.*

PUPILLI sine tutori autoritate non obligantur, *L. 1. pr. de contr. tut. & util. act.*

PUPILLUS tutoris suo sine tutoris autoritate civiliter obligatur, ex administratione scilicet, *ib.*

PUPILLI sumptibus non sunt mergendi, *L. 3. pr. eod.*

PUPILLI utilitatem Iudex semper spectare debet, *ib.*

PUPILLUS eligit, an contra tutorem, an contra fidejussorem agat, *L. 1. C. de fidejuss. tut.*

Origo PUPILLI in dando ei tutore potissimum spectatur, *L. 1. §. 10. de Magistr. conven.*

PUPILLUS privilegium in bonis magistratus non habet, *L. 1. §. 14. eod.*

PUPILLO actio utilis ex Tabellionis vel Magistratus stipulatione acquiritur sine cessione, *L. 1. §. 16. eod.*

Si ex PUPILLI pecunia fundus alteri pupillo sit comparatus, salvum is habet jus pignoris, cujus pecunia fundus est emptus, *L. 3. pr. de rebus eorum, qui sub tut.*

PUPILLI proprietatem vel usumfructum vel usum tutor alienare non potest, *L. 3. §. 5. eod.*

Si PUPILLUS stipulanti spoponderit, sine tutoris autoritate solvere non potest, *L. 5. §. 5. eod.*

PUPILLUS fundum legatum repudiare sine Magistratus autoritate non potest, *L. 5. §. 8. eod.*

Res PUPILLI immobiles non alias vendi possunt, quam si creditor urgeat, vel dispendium sit in mora, *L. 5. §. 9. eod.*

Ad PUPILLI rerum immobilium alienationem requiritur justa ac necessaria causa, *L. 6. & 12. C. de præd. & al. reb. minorum.*

Talis est, æs alienum urgens, *L. 5. §. 9. & 14. de rebus eorum, qui sub. tut.*

Item dos, donatio propter nuptias, *L. 22. C. de admin. tut.* & *L. 61. §. 1. de jur. dot.*

Porro requiritur causæ cognitio, *L. 16.* & *12. C. de præd. & al. reb. min.*

Nec non decretum Iudicis, d. *L. 6.* & *12. C. eod.*

Et quidem vel rei sitæ, vel domicilii, *L. 5. §. 12. ff. de rebus eorum, qui sub tut. L. 16. C. d. t.*

PUPILLUS in suam tutelam pervenit, (i. e. pubes factus) *L. 54. de hered. instit.*

PUPILLUS conditioni parere potest etiam sine tutoris autoritate, eique parendo consequitur hereditatem & legatum, *L. 26. de cond. instit. L. 5. de cond. & demonst.*

PUPILLUS eo ipso, quod non sit factus pauperior, est locupletior, *L. 47. de solut.*

PUPILLUS, cui etiam si tradita res sine tutoris autoritate perierit ante litis contestationem, quandoque quasi locupletior factus intelligitur, veluti quando necessariam rem sibi emit, quam necessario de suo erat empturus, *L. 47. §. 1. eod.*

Si PUPILLI debitor, jubente eo, sine tu-

tutoris autoritate pecuniam creditori ejus numeravit, pupillum quidem à creditore liberat, sed ipse manet obligatus, sed exceptione se tueri potest, *L. 66. eod.*

Si PVPILLVS sine tutoris autoritate compromiserit, non est arbiter cogendus pronunciare, quia, si contra eum pronuncietur, pœna non renetur, præterquam si fidejussorem dederit, à quo pœna peti possit, *L. 35. de receptis* &c.

PVPILLVS non potest nunciare novum opus gratia tuendi juris publici, etiam cum autoritate tutoris, secus si sui juris conservandi causa, *L. 5. pr. de operis novi nunc.*

PVPILLVS debens speciem non potest constitui in mora, nisi interpellatur cum autoritate tutoris, aut tutor solus interpelletur, *L. 24. de V. O.*

PVPILLVS pro eo, quod promisit sine tutore, non potest constitui in mora, nec fidejussor ejus propter illius moram erit obligatus, *L. 127. eod.*

PVPILLVS si sine tutore paciscatur, ne quod ipse debet, petatur à se, valet pactum, *L. 28. pr. de pactis.*

PVPILLVS si sine tutore pactus sit, ne à debitore peteret, aut ne intra certum tempus peteret, non valet pactum, *ibid.*

PVPILLVS paciscendo sine tutore potest facere suam conditionem meliorem, sed non deteriorem, *ibid.*

PVPILLO solvi sine tutoris autoritate non potest; sed nec delegare potest, quia nec alienare ullam rem potest, *L. 15. de solut.*

Si PVPILLO solverit debitor, & nummi salvi sint, petentem pupillum doli mali exceptione debitor summovebit, *ibid.*

PVPILLO decem dari si jussus sit servus, & esse liber, tutori debet solvere, pupillo tamen sine tutore non solvitur recte, *L. 68. eod.*

PVPILLVS & furiosus, ubi ex re actio venit, obligantur, etiam sine curatore, vel tutoris autoritate, veluti si communem fundum habeo cum his, & aliquid in eum impendero, vel damnum in eo pupillus dederit, nam judicio communi dividundo obligabuntur, *L. 46. de O. & A.*

PVPILLVS omne negotium recte gerit, ita tamen, ut ubi tutoris autoritas necessaria sit, adhibeatur tutor, *§. 9. de inutilib. stipul.*

PVRGARE.

PVRGARE se manu militari, *II. F. 27. §. 3.*

PVRGARE quis cogitur per proprium juramentum suum, *L. 21. §. 2. de noxalib. act.*

PVRGARE se nemo tenetur, nisi de illo, de quo infamatus est, *c. ult. X. de purg. canon.*

PVRGARE se tenentur moniales de libidine infamatæ, *c. 3. X. eod.*

PVRGARE se debet electus in Episcopum, cui aliqua objiciuntur, coram 5, vel 6. Episcopis, *c. 5. dist. 23.*

PVRGARE se potest Episcopus vel Presbyter per juramentum super Altare, vel super 4. Evangelia, *c. omnibus. in f. q. 5. caus. 2.*

PVRGARE se debet Presbyter cum 7. Sacerdotibus, *c. si legitimi. eod.*

PVRGAT quandoque semetipsum Papa ob scandalum sedandum, sine præjudicio tamen aliorum Pontificum, *c. auditum. q. 5. caus. 2.*

PVRGAVIT se Leo Papa cum 12. Episcopis, *c. omnibus. eod.*

Etiam Regulares PVRGANT se de crimine secundum regulam canonicam, *c. 3. X. de purg. canon.*

Infamatus PVRGARE se compellitur, *c. 6. X. eod.*

Si reus neget, nec probetur ejus crimen,

men, fama tamen de crimine vulgata sit, purget se juramento secreto coram Episcopo & aliquibus Presbyteris, & annuncietur boni esse testimonii, *c. 1. q. 5. caus. 15.*

Infamatus publice, sed non convictus, compellitur ad se PVRGANDVM, nisi appellaverit, *c. nos inter. X de purg. canon. c. 19.* & *21. X. de accus.*

Infamatus ob defectum Natalium non debet, nisi se PVRGET, *c. accedens. X. de purg. can.*

Prælato infamato non sufficit jurare, quando se PVRGAT, quod sit immunis ab illis criminibus, sed jurare debet, quod post suam promotionem crimina non commiserit, *c. ult. X. eod.*

Si de Simonia infamatus se PVRGARE non potest, punitur tanquam convictus, *c. 13. X. de simon.*

Nisi prius se PVRGAVERINT accusati, accusare non possunt, *c. neganda. q. 11. caus. 3.*

Duo accusati de adulterio, & uterque negat, & unus eorum vult, ut utrumque duorum PVRGET judicio, si is in hoc cadat, ambo rei habentur, *c. 25. q. 5. caus. 2*

Cum infamatus se PVRGAT, & jurat de veritate, compurgatores debent esse personæ, quæ illum, quem purgant, habent perspectum, nec debent à Iudice vel alio impediri, *c. cum P. c. cum dilectus. X. de purgat. canon.*

Propter magnitudinem criminis infamatus suspendi potest ab officio & à beneficio, donec se purgaverit, & augetur ob hoc numerus compurgatorum, *c. inter. X. eod.*

PVRGATVS coram Superiore, non debet sine literis purgationis redire, *c. quilibet. q. 5. caus. 8.*

PVRGARE.

PVRGANDI verbum plerique quidem putant ad eum rivum pertinere, qui integer est; & palam est, & ad eum pertinere, qui refectione indiget: plerumque enim refectione & purgatione indigent, *L. 1. §. 7. de rivis.*

PVRGATIO.

PVRGATIO indicitur propter famam, *c. 15. X. de sent. excommun.*

PVRGATIONEM inducit suspicio verisimilis, *c. 4. X. de purg. canon.*

PVRGATIONEM inducit in crimine hæresis sola suspicio vel præsumptio, *c. 13. X. de hæretic.*

PVRGATIONEM non subire, & in purgatione deficere, paria sunt, *c. 8. X. de cohabit. Cler.*

In PVRGATIONE deficiens, punitur tanquam præsumptive convictus, *c. 7. X. de purg. can.*

PVRGATIO Clericorum debet fieri coram Episcopo, vel coram datis ab Episcopo, *c. 13. q. 5. caus. 2.*

PVRGATIONES sunt arbitrariæ, *c. 21. X. de accusat. c. 5. X. de adult.*

PVRGATIO canonica fieri debet cum certò numero Episcoporum vel Sacerdotum, qui tamen numerus Iudicis arbitrio relinquitur, potestque & augeri, & minui, *c. omnibus. in f.* & *c. 13. q. 5. caus. 2.*

PVRGATORIVM.

PVRGATORII ignis etsi æternus non sit, miro tamen modo gravis, *c. qui. dist. 25.*

PVRGATORIVM excellit omnem pœnam, quam unquam aliquis passus est in hac vita, vel pati potest, *ib.*

PVRGATORII igne quis purgandus est, qui in aliud seculum fructum conversionis distulit, *c. nullus. dist. 7. de pœnit.*

De hoc PVRGATORII igne agitur *c. 3. §. unde Augustinus &c. c. ult. §. si quis igitur. dist. 7. de pœnit.*

PVRPVRA.

PVRPVRAE appellatione omnis generis

ris purpura continetur, sed cocus non continetur, *L. 70. §. 13. de legat. 3.*

PVRPVRAE appellatione etiam subtemen factum continetur, lana vero tingendæ purpuræ causa destinata non continebitur, *ibid.*

Si PVRPVRAM alienam vestimento suo quis intexuerit, licet pretiosior sit purpura, tamen accessionis vice cedit vestimento, & qui dominus fuit purpuræ, adversus eum, qui subripuit, habet furti actionem & condictionem, *§. 26. de R. D.*

PVTATOR.

Si PVTATOR, ex arbore ramum cum dejiceret, hominem prætereuntem occidit, ita tenetur, si is in publicum vel privatum decidat, nec ille proclamavit, ut casus ejus evitari possit, *L. 31. ad L. Aquil. §. 5. de L. Aquil.*

PVTATOR ex arbore dejiciens ramum si non proclamaverit, & prætereuntem occiderit, non tenetur L. Cornelia, *L. 7. ad L. Cornel. de sicar.*

PVTEVS.

PVTEVM effodiens juxta alterius prædium, debet derelinquere spatium unius passus, *L. 13. finium regund.*

PVTEVM aperiens in domo sua, ita quod venæ putei vicini præcisæ sint, non tenetur de damno infecto, etiam si totam aquam auferat, nisi ita alte effoderit, ut paries vicini stare non possit, quo casu tenebitur de damno infecto, etiam si non animo nocendi id fecerit, si stipulationem de damno infecto sponte interposuit, non tamen cogitur cavere, ex quo animo nocendi non faciat, *L. 24. §. 12. de damn. infect.*

In PVTEVM vicini aliquid infundens, per quod aquam corruperit, tenetur interdicto quod vi aut clam, *L. 11. pr. quod vi aut clam.*

Q.

QVADRAGESIMA.

Ante solennitatem Paschæ QVADRAGESIMA est celebranda, *c. 6. dist. 3. de consecr.*

QVADRAGESIMA omni observatione est observanda à prima Dominica Quadragesimæ, cui adjunguntur 4. dies præcedentes, *c. 16. dist. 5. ead.*

QVADRAGESIMA non impedit, quin in ipsa famis necessitate liceat carnibus vesci, *c. 2. X. de observat. jejun.*

QVADRANS.

QVADRANS idem est, quod quarta pars assis, i. e. tres unciæ, *§. 5. de hæredib. instit.*

QVADRIENNIVM.

Per QVADRIENNIVM legatum relinquens intelligitur relinquere singulis quadrienniis perpetuo, & non per unum quadriennium tantum, *L. 24. de annuis legat.*

QVADRIENNII tempus, quod bonis vacantibus nunciandis præscriptum est, non ex opinione hominum, sed de substantia vacantium bonorum dinumeratur, *L. 10. §. 1. de divers. temporal. præscript.*

QVADRVPES.

QVADRVPEDES dicuntur in primo capite legis Aquiliæ, quæ pecudum numero sunt, & gregatim habentur, veluti oves, capræ, boves, equi, muli, asini, *L. 2. §. 2. ad L. Aquil.*

QVADRVPEDIS appellatione in primo capite legis Aquiliæ continentur elephanti, & cameli, quia mixti sunt, nam

nam & jumentorum operam præstant, & natura eorum fera est, *ib.*

QVADRVPEDIS appellatione in primo capite L. Aquiliæ non continentur bestiæ, veluti ursi, leones, & pantheræ, & ideo occidens leonem vel ursum non tenetur, *ibid.*

QVADRVPES, quæ nocuit, etiam ordinaria pœna punitur, *c. 3.* & *4. q. 1. caus. 15.*

Si QVADRVPES damnum dederit, datur actio, ut vel damnum farciatur, vel quadrupes noxæ dedatur, *c. ult.* §. *quod si animalia. X. de injur.*

In QVADRVPEDIBVS noxa caput sequitur, *L. 1.* §. *12. si quadrupes pauper.*

QVAESTIO.

QVAESTIO debet esse certa & finita, ut certa dari possit responsio, *c. 6. X. de sponsalib.*

QVAESTIO juris probationem non requirit, *c. 44. X. de appell.*

QVAESTIO juris patronatus intra semestre terminari debet, *c. 22. X. de jure patron.*

QVAESTIO Nativitatis opposita petenti hereditatem coram Iudice seculari, est ad Iudicem Ecclesiasticum transmittenda, *c. 5.* & *7. X. qui fil. sint legit.*

QVAESTIO præjudicialis facit quiescere causam principalem, *c. 12. in f. de sent. excommun. in 6.*

QVAESTIO criminalis præjudicat civili, *c. non est credendum. q. 11. caus. 3.*

QVASTIONES difficiliores sunt ad Papam remittendæ, *c. 3. in pr. X. de baptism.*

QVAESTIO.

QVAESTIO dicitur tormenta, & corporis dolor ad eruendam veritatem, & etiam mala mansio, ut si quis ponitur in carcerem, ut non comedat, donec dicat id, de quo quæritur, nuda tamen interrogatio, & levis territio non continetur sub quæstionis verbo, *L. 15.* §. *41. de injur.*

QVAESTIO in criminibus eruendis adhiberi solet, *L. 1. pr. de quæstion.*

QVAESTIONI soli non est adhibenda plena fides, *ibid.*

QVAESTIO non fit, ubi indicia non præcedunt, secus si præcedant, *L. 1.* §. *1. eod.*

QVAESTIO aut tortura ubi dari debet pluribus reis accusatis, cum præcedunt indicia, incipiendum est ab eo, qui suspectissimus est, & à quo facillime posse verum sciri Iudex crediderit, *L. 1.* §. *2. eod.*

QVAESTIONI unius servi, i. e. dicto ejus non est credendum plenarie, sed alia argumenta sunt necessaria, *L. 1.* §. *4. eod.*

QVAESTIONI non semper nec nunquam haberi debet fides, quia quidam patientia sive duritia tormentorum ita contemnunt tormenta, ut exprimi ab eis veritas nullo modo possit, alii vero tanta sunt impatientia, ut in quovis potius mentiri, quam pati tormenta velint, *L. 1.* §. *23. eod.*

QVAESTIO est res fragilis, & periculosa, & quæ veritatem fallit, *ibid.*

QVAESTIONI inimicorum non est habenda fides, quia facile mentiuntur, *L. 1.* §. *24. eod.*

In QVAESTIONIBVS quem modum debet habere Iudex, in arbitrio ejus est, *L. 7. eod.*

QVAESTIO tormentorum non semper neque in omni causa, neque in omni persona habenda est, sed cum capitale crimen est, vel aliud atrox delictum, & veritas aliter non potest sciri, quam per servorum quæstionem, tunc servi torquentur, *L. 9. pr. eod.*

QVAESTOR.

QVAESTORES & quæsitores vocabantur ii, qui auctores erant judicio-

rum; quia judicium ante inquisitio dicebatur, *c. 10. §. judicium. X. de V. S.*

QVAESTOR.

Origo QVAESTORIBVS creandis antiquissima est, & pene ante omnes magistratus, *L. 1. pr. de offic. Quæstor.*

Binos QVAESTORES Romulus & Numa Pompilius habuerunt, teste *Grachano Iunio libro septimo de potestatibus, ibid.*

Apud veteres opinio est, Tullum Hostilium primum QVAESTORES in Rempublicam Roman. induxisse; *ib.*

A genere quærendi QVAESTORES initio dictos, & *Iunius*, & *Trebatius*, & *Fenestella* scribunt. *L. 1. §. 1. eod.*

Ex QVAESTORIBVS quidam solebant provincias sortiri ex senatusconsulto, quod factum est *Decimo Druso & Porcina Consulibus*, *L. 1. §. 2. eod.*

Non omnes QVAESTORES provincias sortiebantur, verum excepti erant Candidati Principis, *ibid.*

QVAESTOR *ærarii.*

Cum ærarium populi Romani auctius esse cœpisset, ut essent, qui illi præessent, constituti sunt QVAESTORES ærarii, qui præessent pecuniæ, dicti ab eo, quod inquirendæ & conservandæ pecuniæ causa creati sunt, *L. 2. §. 22. de O. I.*

QVAESTOR *parricidii.*

Consulibus de capite civis Romani injussu populi jus dicere non erat permissum, propterea *Quæstores* constituebantur à populo, qui capitalibus rebus præessent, hi appellabantur QVAESTORES *parricidii*, quorum etiam meminit Lex XII. tabularum, *L. 2. §. 23. eod.*

QVAESTVS.

QVAESTVS alius est honestus, alius turpis, *c. 2. dist. 5. de pænit.*

QVAESTVM palam faciens, testis esse non potest, *c. 3. §. 2. q. 2. caus. 4.*

QVAESTIBVS negotiationis abstineant Clerici, *c. Clerici q. 4. caus. 14.*

QVALITAS.

QVALITAS voventis, & causa mutationis considerari debent in voti mutatione, *c. 1. & 7. X. de vot. & vot. redempt.*

QVALITAS facti consideranda, *c. 1. X. de collus. deteg.*

QVALITAS personarum consistit in scientia, moribus, & ætate, *Clem. c. 1. & ult. de ætat. & qualit. & ordin. præfic.*

QVALITAS delicti aggravat pœnam, *c. non afferamus. q. 1. c. 24.*

QVANTITAS.

QVANTITAS perire non potest, *L. 1. §. 4. de O. & A.*

QVANTITAS certa quando debetur ut species, ut puta numi, qui in arca sunt, per ejus interitum liberatur debitor, *L. 37. de V. O.*

QVANTITAS rei facit quandoque donum licitum vel illicitum, *c. 3. X. de donat.*

Ad certam QVANTITATEM, certa die sub pœna solvendam obligatus, si partem intra terminum non solvit, ad totam pœnam non tenetur, *c. 9. X. de pœnis.*

QVANTITAS vel genus recipit multiplicationem sed species non recipit, *L. 34. §. 3. de legat. 1.*

QVANTO *minoris actio.*

QVANTO minoris actione quandoque potest redhiberi servus emptus, reddito pretio, si is nullius pretii sit, adeo, ut non expediat domino eum servum habere, ut quia est furiosus, vel lunaticus, *L. 43. §. 6. de ædil. edicto.*

QVARTA *Falcidiæ.*

vid. FALCIDIA.

QVERELA *inofficiosæ donationis.*

QVE-

QVERELA inofficiosæ donationis potest per modum replicationis proponi, *L. 87. §. 4. de l gat. 2.*

QVERELA inofficiosæ donationis ad instar querelæ inofficiosi testamenti est inducta, *ibid.* & *L. 1. C. de inoffic. donat.*

QVERELA inofficiosæ donationis usque ad supplementum legitimæ competit filiis, qui fraudantur in quarta per inofficiosam donationem, d. *L. 1. C. eod.*

QVERELA inofficiosæ donationis non habet locum, ubi restitutio in integrum competit, *L. 4. C. eod.*

QVERELA *inofficiosæ dotis.*

QVERELA inofficiosæ dotis ad exemplum inofficiosi testamenti adversus dotem immodicam competit, *L. un. C. de inofficiosis dotibus.*

QVERELA *inofficiosi testamenti.*

QVERELA inofficiosi testamenti præparata transmittitur ad filios, *L. 5. C. de inoffic. testam.*

QVERELA inoffic. test. etiam non præparata transmittitur ad filios, nisi obstet filio vel patris ingratitudo, vel relictum, vel repudiatio, vel silentium quinquennale, *L. 34. C. eod.*

QVERELA etiam non præparata, vel non nata, quæ tamen nasci speratur, transmittitur per filium ad suos descendentes, sed non ad extraneos, nisi sit præparata, *L. 36. §. 2. C. eod.*

QVERELA inoff. test. datur filio præterito, vel expresse exheredato contra fideicommissarium universalem, qui bona possidet, & exinde petitio hereditatis datur, *L. 1. C. eod.*

QVERELAM inoff. test. habet neptis exheredata, etiam ex filio emancipato nata, *L. 7. C. eod.*

QVERELAM inoff. test. perdit major, qui judicium defuncti approbat, & agnovit, quam habebat, ex eo, quod sibi erat relictum minus legitima, *L. 8. §. 1. C. eod.*

QVERELAM inoff. test. non habent filii militis contra testamentum patris, *L. 9. C. eod.*

QVERELA inoff. testam. filio *arenario* non competit, licet ipse non prohibeatur à successione intestati, nisi etiam pater talis sc. *arenarius* fuerit, *L. 11. C. eod.*

QVERELA inoffic. testam. post quinquennium moveri non potest, *L. 16. C. eod.*

QVERELAM inofficiosi victus in injusti testamenti actione non amittit, *ibid.*

QVERELAM inofficiosi adversus filii testamentum, mater instituere potest, tametsi defunctus sororem suam instituerit, *L. 17. C. eod.*

QVERELA inofficiosi, remedium est adversus præteritionem factam à matre; Nec enim præteritis à matre datur bonorum possessio contra tabulas, *L. 15. C. eod.* & *L. 4. §. 2. de bonor. poss. contra tabulas.*

QVERELA inofficiosi non competit fratrum, vel sororum filiis, ratione testamenti patrui vel avunculi, amitæ etiam & materteræ, *L. 21. C. eod.*

QVERELA nulli transversali competit, nisi tantum fratri, & sorori consanguineis, non uterinis, & hoc, turpibus personis heredibus institutis, de falso tamen testamento quilibet transversalis potest accusare, *ibid.* & *L. 27. C. eod.*

QVERELAM inofficiosi non habent fratres uterini tantum, d. *L. 27. C. eod.*

QVERELAM habent fratres utrinque conjuncti, & consanguinei tantum contra testamentum fratris, quando scripti heredes infamiæ vel turpitu-

 di-

dinis, vel levis notæ macula aſperguntur, vel etiam ſi ſint liberti, *ib.*

QVERELAM non habet hodie ille, cui aliquid, licet minus legitima, relinquitur, poteſt tamen agere ad ſupplementum legitimæ, niſi probetur ingratus, *L. 30. pr. C. eod.*

QVERELA nepoti debet dari, quam filius habebat, etiamſi à filio præparatio non ſit facta ad inofficioſi querelam inſtituendam, *L. 34. C. eod.*

QVERELA inofficioſi teſtamenti agere poſſunt liberi, qui queruntur, aut inique ſe exheredatos, aut inique præteritos, hoc colore, quaſi parentes non ſanæ mentis fuerint, cum teſtamentum ordinarent, *pr. Inſt. de inoff teſtam.*

QVERELA inofficioſi non competit cognatis ultra fratres & ſororem, §. *1. eod.*

QVERELA inofficioſi datur hodie filiis tam naturalibus & legitimis, quam arrogatis, vel adoptatis ab avo paterno, vel materno, qui transeunt hodie in poteſtatem adoptantis, *§. 2. eod.*

QVERELA inofficioſi competit etiam poſthumis exheredatis, *ib.*

QVERELA ita demum competit filiis, vel fratribus, ſi nihil relictum ſit eis in teſtamento; ſed ſi eis aliquid relinquitur, tunc ipſis non competit querela, ſed tantum agunt ad ſupplementum legitimæ arbitratu boni viri, *§. 3. eod.*

QVERELAM inſtituere non poteſt pater nomine filii eo invito, *L. 8. pr. de inoffic. teſtam.*

QVERELA appellatur actio & etiam accuſatio, ſed improprie, *L. 7. eod.*

QVERELAM inofficioſi pater non habet, quia ſit injuria ipſi filio exheredato tantum, & non patri, *L. 8. pr. eod.*

QVERELA inofficioſi contra veterani patrisfamilias teſtamentum locum habet, etſi ea ſola bona habuit, quæ in caſtris quæſierat, *L. 8. §. 3. eod.*

QVERELAM inofficioſi ordinatam ſi quis dereliquerit, poſtea non auditur, *L. 8. §. 1. eod.*

QVERELAM non impedit dignitas inſtituti, quoniam ſi Imperator eſſet heres inſtitutus, nihilominus poteſt dici teſtamentum inofficioſum, *L. 8.* §. *2. eod.*

QVERELA ſi egit unus filius ex duobus exheredatis, altero filio non querelante, ſolam dimidiam, & non totam hereditatem debet petere, *L. 8. §. 8. eod.*

QVERELAM excludit datum cauſa conditionis implendæ, cum illud in legitimam imputetur, *L. 8. §. 10. eod.*

QVERELA non naſcitur ante aditam hereditatem, *ib.*

QVERELA poteſt proponi in modum exceptionis, *L. 8. §. 13. eod.*

In QVERELA ſuccumbens non perdit id, quod extra teſtamentum capit, *L. 8. §. 15. eod.*

QVERELA inofficioſi agens non debet actiones movere, nec ullam aliam, quam hereditatis petitionem exercere, *L. 20. eod.*

Per QVERELAM inofficioſi evicta hereditate ab herede ſcripto, petitio debiti ſalva remanet etiam contra eum, qui ſuperavit, *L. 21. §. 2. eod.*

QVERELA nomine alterius ſi quis egit, & ſuccubuit, non perdit id, quod ſibi relictum, *L. 22. §. 1. eod.*

In QVERELA inofficioſi eſt locus juri accreſcendi, *L. 23. §. 2. eod.*

Super QVERELA intentata ſi filius exheredatus tranſigit cum herede ſcripto, eo non ſervante fidem tranſactionis, poteſt filius exhereda-

datus ad quærelam redire, *L. 27. pr. eod.*

QVERELAE inofficiosi quæstio debet agi in ea provincia, in qua scripti heredes domicilium habent, *L. 29. §. 4. eod.*

In QVERELA locus est successorio edicto, *L. 31. pr. eod.*

QVERELAM inofficiosi proponens debet probare se indigne ab hereditate fuisse submotum, *L. 5. eod.*

QVERELA inofficiosi recte potest proponi hac honestate verborum, quod quasi non sanæ mentis fuerit ille, qui testamentum fecit, non quasi vere furiosus testatus sit, sed quod non recte fecit testamentum, seu non ex officio pietatis, *L. 2. eod.*

QVERELA inofficiosi agens debet dicere non juste fuisse exheredatum, sed per instigationem inimicorum ejus, qui falso parentes instimularunt, ut exheredarent vel præterirent eum, *L. 3. eod.*

QVERELA inofficiosi locum non habet in testamento militis facto in militia, etiamsi intra annum missionis à militia decesserit, *L. 8. §. 4. eod.*

QVERELA inofficiosi excluditur ille, qui legatum percipit ex testamento, nisi fuerit gravatus alii restituere, *L. 10. §. 1. eod.*

A QVERELA inofficiosi non excludit filium petitio legati sine effectu, *L. 12. §. 2. eod.*

QVERELAM si intentavit unus ex filiis pro parte sua contra fratrem suum institutum, & obtinuit, non prod est alteri fratri tacenti, *L. 16. pr. eod.*

A QVERELA exclusus repudiatione partem non facit, *L. 17. pr. eod.*

QVERELA inofficiosi agere potest filius, quem testator exheredavit, licet testator eum filium suum esse negaverit, *L. 27. §. 1. eod.*

QVERELA inofficiosi potest agere filius præteritus à matre existimante ipsum esse mortuum, *L. 27. §. 4. eod.*

QVERELA inofficiosi non potest agere filius, quem mulier adoptavit etiam jussu Principis, *L. 29. §. 3. eod.*

QVERELA inofficiosi potest agere pater naturalis adversus testamentum filii in adoptionem dati, & emancipati à patre adoptivo, *L. 30. eod.*

QVIES.

QVIES, oratio, & labor manuum debet esse in Monasteriis, *c. 20. q. 1. caus. 16.*

QVIRINVS.

QVIRINVS & Romulus idem est dictus, §. 2. *de I. N. G. & C.*

QVIRITES.

QVIRITVM jus, & nomen sublatum est, *L. un. C. de nuao jure Quiritum tollendo.*

QVIRITES, i. e. Romani, *c. ult. dist. 1.*

QVIRITVM jus est, quod apud nullum alium populum requiritur, sed proprium est Romanorum, & in eosdem solos constitutum, *ib.*

Juris QVIRITVM exempla sunt; legitima hereditas, cretio, tutela, usucapio, *ibid.*

R.

RADIX.

Si RADICES in fundum meum arbores alienæ egerint, ex eo tempore videntur mihi acquisitæ, *§. 21. de R. D.*

Sine causa conatur aliquis ramos inci-

cidere, si RADICEM non contendit evellere, *c. 13. dist. 2. de pœnit.*

RADIX omnium malorum est cupiditas, *c. 7. dist. 47.*

Et RADIX omnium bonorum est charitas, *c. 13. dist. 2. de pœnit.*

RAPERE.

RAPERE vi nemini licet, vel rem mobilem, vel se moventem, licet suam eam rem existimet, *§. 1. de vi bonor. rapt.*

RAPERE ex naufragio non dicitur ille, qui rem in littora jacentem post naufragium factum abstulit, qui magis dicitur fur, & furti tenetur, *L. 3. pr. de incendio, ruina*, &c.

Non licet aliena RAPERE exemplo Israelitarum spoliantium Ægyptos, *c. 12. q. 5. cauf. 14.*

RAPERE visibiliter est majoris pœnæ, quam occulte auferre, *c. pœnale. ead.*

RAPIENS vel attentans tantum Monialem matrimonii ineundi causa, capite plectitur, *c. si quis non. q. 2. cauf. 36.*

RAPI aliud est, & aliud est amoveri, quia amoveri potest aliquid etiam sine vi, sed rapi non potest sine vi, *L. 3. §. 4. de incendio, ruina*, &c.

RAPERE ex naufragio dicitur etiam ille, qui cum nondum naufragium fieret, in illa trepidatione rapit, *L. 4. pr. eod.*

RAPERE, & rapinam scienter receptare, æquale delictum est, *L. 9. C. ad L. Iul. de vi publ.*

Non prodest ei, qui vi RAPVIT, ad evitandam pœnam, si ante judicium restituat rem, quam rapuit, *L. 5. de vi bonorum raptorum.*

RAPIENS rem suam, credens sibi licere, non tenetur vi bonorum raptorum, sed aliter mulctabitur, *L. 2. §. 18. eod.*

RAPIENS suum servum fugitivum, quem quis bona fide possidebat, non tenetur vi bonorum raptorum, quia suam rem aufert, *ib.*

RAPIENS res sibi obligatas, intra annum tenetur ad quadruplum, *L. 3. C. de vi bonorum raptorum.*

De RAPTIS à servo dominus ignorans tenetur intra annum in quadruplum, post annum in simplum, *L. 4. C. eod.*

RAPIENS ex incendio, ruina, vel naufragio, vel nave expugnata, tenetur edicto de incendio, ruina &c. *L. 3. pr. de incendio, ruina*, &c.

RAPIENS de rate, vel nave expugnata, tenetur edicto de incendio, ruina, etiamsi in ipso quasi prælio & pugna aut quovis conflictu adversus ratem vel navem aliquid rapuerit, sive expugnante se, sive expugnantibus prædonibus, *L. 3. §. 1. eod.*

RAPIENS vel recipiens de expugnata domo, vel villa, tenetur edicto de incendio, ruina, &c. *L. 3. §. 2. eod.*

RAPIENS, auferens, vel amovens, vel damnum dans, vel recipiens de incendio, ruina, &c. edicto de incendio, ruina, &c. tenetur, *L. 3. §. 4. eod.*

RAPIENS, vel dolo malo lucrans ex naufragio, tenetur in quadruplum damnum passis, & in tantundem fisco, *L. 3. §. 8. eod.*

RAPIENS vel subtrahens rem ex naufragio, vel incendio, aut ruina servatam, aut alio loco positam ab aliquo, tenetur furti, vel vi bonorum raptorum, *L. 5. eod.*

RAPIENTES bona cum telis & armis, ac villas expugnantes, seditione convocata, tenentur Lege Iulia de vi publica, *L. 3. §. 2. ad L. Iul. de vi publ.*

RAPIENS ex incendio aliquid præter ma-

materiam, punitur L. Iulia de vi publica, *L. 3. §. 3. eod.*

RAPIENS vacantem mulierem, i. e. viduam, vel nuptam, ultimo supplicio punitur, etsi pater mulieris precibus rogatus injuriam suam remiserit, tamen extraneus sine quinquennii præscriptione reum postulare poterit, *L. 5. §. 2. eod.*

RAPIENS puerum ingenuum graviter debet puniri, *L. 6. eod.*

RAPIENS aliquid sine armis ex naufragio dolo malo, punitur pœna legis Iuliæ de vi privata, sed hodie ex constitutionibus Imperatoris extra ordinem severissime punitur, *L. 1. §. 1. & 2. eod.*

Qui nuptas mulieres ausi sunt RAPERE, duplici tenentur crimine, tam adulterii, quam rapinæ, *L. un. pr. C. de raptu virginum*, &c.

RAPIENS per vim res alienas tenetur furti, & etiam vi bonorum raptorum actione, quæ datur in quadruplum intra annum, post annum in simplum, & in quadruplo inest simplum, *pr. Inst. de vi bonor. raptor.*

RAPINA.

Si RAPINAS fecerint inter se collusores, vi bonorum raptorum non denegabitur actio, *L. 1. §. 1. de aleatoribus.*

RAPINA dupliciter fieri dicitur, vel quando res rapitur, vel quando usus rei violenter eripitur, *c. ult. §. ex hac autoritate.* & *c. Sed rapina. q. 1. caus. 36.*

Dum prohibetur furtum, prohibetur etiam RAPINA, *c. pœnale. q. 5. caus. 14.*

Ex RAPINIS factæ eleemosynæ non placent, *c. forte. ead.*

Ratione RAPINAE, sortitur quis forum non sui Iudicis, & ab eo puniri potest proprio Iudice suffragante, *c. 1. X. de raptor.*

RAPINAM facit, qui usuram accipit, *c. 10. q. 4. caus. 14.*

RAPINAM facit, qui inventas res detinet, *c. si quid. q. 5. ead.*

RAPINAM emere non licet, nisi ea intentione, ut cui ablata est, restituatur, *c. Rapinam. ead.*

RAPTOR.

Cum RAPTOR omnimodo furtum facit, manifestus fur existimandus est, *L. 80. §. 3. de furtis.*

RAPTOR, licet in rapina non deprehendatur, in duplum furti nec manifesti, & vi bonorum raptorum in quadruplum, & si prius actum sit vi bonorum raptorum, tollitur furti actio, sed si prius actum sit furti, remanet vi bonorum raptorum actio in eo, quod excedit, *L. 1. de vi bonor. raptor.*

RAPTOR bonorum tenetur vi bonorum raptorum intra annum in quadruplum, in quo inest rei persecutio, post annum vero in simplum, *pr. Inst. de vi bonor. raptor.* & *L. 2. §. 13. de vi bonor. raptor.*

RAPTOR proprie dicitur, qui violenter & publice tulit aliena, *c. pœnale. q. 5. caus. 14.*

RAPTOR dicitur, qui ultra necessaria, sibi quid retinere probatur, in *pr. §. 1. dist. 42.* & *c. 8. §. proprium. dist. 47.*

RAPTOR dicitur famæ alterius depravator, *c. deteriores. q. 1. caus. 6.*

RAPTORES non facit necessitas, sed voluntas, *c. 26. dist. 5. de consecrat.*

RAPTOR dici potest Prælatus, qui res ecclesiasticas dilapidat, *c. si quis Episcopus. q. 2. caus. 10.*

RAPTORES puellarum & consentientes excommunicantur, *c. 1. q. 1. caus. 36. c. Raptores.* & *c. de puellis. ead.*

RAPTORES non possunt accusare, nec testi-

testificari, quia sunt infames, *c. Conspiratores. c. Consanguineorum. in f. q. 4. caus. 3.*

RAPTOR pœnitentia publica mulctetur, *c. 33. q. 2. caus. 27.*

RAPTOR raptam non potest ducere, quamdiu manet rapta, *c. Nullus. §. his autoritatibus.* & *c. apud §. prohibetur. c. ult. q. 2. caus. 36.*

RAPTOR alienæ sponsæ sine spe conjugii maneat, *c. 34. q. 2. caus. 27.*

Si RAPTOR cum rapta ad Ecclesiam confugerit, impunitatem mortis promeretur, *c. 3. q. 1. caus. 36.*

RAPTOR improbior fure est, & vi bonorum raptorum & furti tenetur, *pr. Inst. de vi bonor. raptor*

RAPTOR etiamsi unicam tantum rem rapuerit ex bonis, tenetur nihilominus vi bonorum raptorum actione, *L. 2. §. 11. de vi bonor. rapt.*

RAPTOR sacratissimæ virginis, & attentans, etiam causa matrimonii jungendi, pœna capitis punitur, *L. 5. C. de Episcopis.*

RAPTORES virginum, viduarum, vel Diaconissarum pœna capitis puniuntur, quia offendunt non solum homines, sed etiam Deum, *L. 54. pr. C. eod.*

RAPTORES virginum, & viduarum, & eis auxilium præstantes à parentibus suis, vel consanguineis, vel tutoribus, vel curatoribus, in flagranti crimine deprehensi possunt interfici, *ibid.*

RAPTUS.

RAPTUS crimen excedit legis Iuliæ & de adulteriis potestatem, *L. 5. §. 2. ad L. Iul. de vi publ.*

RAPTUS à corrumpendo dictus, hinc qui raptu potitur, stupro fruitur, *c. 1. q. 1. caus. 36.*

Iuxta leges RAPTUS est puellæ illius, de cujus nuptiis ante nihil actum fuerat, abductio, *c. Lex. ead.*

RAPTUS admittitur, cum puella violenter à domo patris abducitur, ut corrupta in uxorem habeatur, d. *c. Lex. §. Raptus. ead.*

Non cujusvis illicita defloratio RAPTUS dicitur, d. *c. Lex. §. sed non. ead.*

Qui invitavit filiam cum parentum consensu ad convivium, & postea eam oppressit, RAPTUM non videtur commisisse, *c. de Raptoribus. §. puella. ead.*

RAPTUS non est, ubi volens pro matrimonio abducitur, *c. 6. X. de raptorib.*

RAPTUM committit, qui puellam, ignorante patre, muneribus abducit, *c. Lex. §. cum ergo. q. 1. caus. 36.*

RAPTUM committit, qui virginitatem puellæ renitenti violenter eripit, *c. de Raptoribus. §. ex autoritate. in f. ead.*

RAPTUS ibi committitur, ubi puella abducta est, *c. Lex.* & *c. 49. q. 2. caus. 27.*

RARITAS.

RARITAS facit pretium, hinc rarum plus appetitur, *c. 24. §. sed dicis. dist. 93.*

RARO.

Ea, quæ RARO accidunt, non temere in agendis negotiis computantur, *L. 64. de R. I.*

RARUS, *a*, *m*.

RARUM est omne, quod magnum, *c. 2. in f. dist. 50. c. in sancta. q. 7. caus. 2.*

RASURA.

Instrumentum debet esse absque RASURA suspecta, *c. 14. X. de privileg.*

RASURA in loco non suspecto facta Apostolicum Rescriptum non vitiat, *c. 3. X. de fide instrument.*

Propter RASURAM paucarum literarum, in loco non suspecto, non proba-

probatur falsum, *c. ult. X. de crimin. falf.*

RASURA in indictione, & superlinearis scriptura, instrumentum reddit suspectum, *c. Cum Venerabilis. X. de Relig. domib.*

RATICAUTIO.

RATICAUTIO tunc regulariter præstatur, cum de mandato dubitatur, *c. 34. X. de offi. deleg.*

RATICAUTIONEM si præstet mandatum non habens, & sit conjuncta persona, admittitur ad agendum, *ib.*

RATIHABERE.

RATIHABETUR consensu subsequenti, quod antea calore iracundiæ erat factum, *c. 20. X. de convers. conjug.*

Contra eum, qui RATIHABET spoliationem, etiam datur interdictum *unde vi*, *c. 15. X. de restit. spoliat.*

RATIHABET factum patris quoad sponsalia filius, ad perfectam ætatem perveniens, si sibi placuerit, *c. 1. X. de despons. impub.*

RATIHABITIO.

RATIHABITIONE sequenti confirmatur, quod ab initio non tenuit, *c. 1. X. de his, quæ vi* &c.

RATIHABITIO confirmat Religionem, *c. 12. X. de Regular.*

Sententiam, *c. 15. X. de restit. spoliat.*

Male possessa, *c. ult. q. 1. caus. 16.*

Matrimonium, *c. 4. X. qui matrim. accus. poss.*

Contractum, *c. 5. X. de despons. impub.*

RATIHABITIO mandato, vel consensui non est absimilis, *L. 7. pr. C. ad SC. Macedon.*

RATIHABITIO omnis prorsus retrotrahitur, & confirmat ea, quæ ab initio subsecuta sunt, *ibid.*

RATIHABITIO retrotrahitur in tempus celebrati contractus, *L. 25. C. de donat. inter vir. & uxor.*

RATIHABITIO retrotrahitur, *L. 16. §. 1. de pignor.*

RATIHABITIO sequens nihil operatur, quando requiritur consensus certo & determinato tempore, *L. 9. §. 5. de autor. & conf. tut.*

RATIO.

Quoties RATIO naturalis, aut dubitatio juris impedimentum affert, toties justis decretis res temperanda est, *L. 85. §. 2. de R. I.*

RATIO civilis jura quidem civilia corrumpere potest, naturalia vero non utique, *§. 3. de legit. agnat. tut.*

Sana RATIO etiam exemplis anteponenda est, *c. ult. dist. 9.*

RATIONES vim legis habere, ait Gratianus, *c. Consuetudo. §. porro. dist. 1.*

Lex & RATIO pravum vincat usum, *c. 1. dist. 11.*

RATIONE legis cessante, cessat lex, *c. quod pro remedio. q. 7. caus. 1.*

Ubi eadem RATIO, ibi idem jus constituendum est, *c. 4. X. de confirm. util.*

Quod RATIONE constat, lex est, modo Religioni conveniat, disciplinæ congruat, saluti proficiat, *c. 5. dist. 1.*

RATIO & veritas consuetudinem semper excludunt, *c. 4.* & *6. dist. 8.*

RATIO, quæ consuetudinem suasit, etiam tenenda est, *c. 7. dist. 12.*

RATIONE consistat consuetudo aut scriptura, nihil refert, *c. 5. dist. 1.*

RATIONEM & legem vincere non potest consuetudo & usus longævus, *c. 4. dist. 11.*

Quidquid RATIONE caret, extirpandum est, *c. 5. §. nam non. dist. 68.*

RATIONE ferenda est sententia, non furore, *c. illa. q. 3. caus. 11.*

RATIO debet corrigere, quod furore promulgatum est, *c. 69. ead.*

RATIO de omnibus reddenda, *c. 5. X. de rescript.*

Animal, quod RATIONE caret, de factis suis non reddet rationem, *c. firmissime. §. ex eo. q. 1. caus. 15.*

RATIONEM reddere tenentur inferiores Superioribus de cura commissa, *c. sane. q. 2. caus. 16.*

Prælati RATIONEM de misericordia tutius reddent, quam de crudelitate, *c. Alligant. q. 7. caus. 26.*

RATIONEM gravem exigit Deus à Principibus secularibus & Prælatis Ecclesiasticis, *c. Principes. q. 5. caus. 23.*

RATIONI congruit, ut succedat in onere, qui substituitur in honore, *c. 77. de R. I. in 6.*

RATIONIBUS debet certare Advocatus, non probris, alioquin erit infamis, *c. infames. §. arceantur &c. q. 7. caus. 3.*

RATIO omnium, quæ à majoribus constituta sunt, reddi non potest, *L. 20. de Legibus &c.*

Quod non RATIONE introductum, sed errore primum, deinde consuetudine obtentum est, in aliis similibus non obtinet, *L. 39. eod.*

RATIONES eorum, quæ constituuntur, inquiri non oportet, alioquin multa ex his, quæ certa sunt, subvertuntur, *L. 21. eod.*

RATIO ponitur pro discretione, *L. 1. pr. de postulat.*

RATIONE Iuris Civilis improbatur matrimonium ad Morganaticam, *II. F. 26. c. 5. §. 3.*

RATIO.

RATIO dicitur ultro citroque dand & accipiendi, credendi & obligandi, solvendi sui causa negotiatio, *L. 6. §. 3. de edendo.*

RATIO nulla potest incipere à nuda duntaxat solutione & extra rationem dicitur esse si quis pignus accepit, *ibid.*

Argentarius RATIONES edere jubetur, nec interest, cum ipso argentario controversia sit, an cum alio, *L. 10. pr. eod.*

RATIONES illæ tantum sunt edendæ, quæ ad instruendum aliquem sunt necessariæ, & non totus liber vel index rationum, *L. 10. §. 2. eod.*

RATIONES nummularii etiam conficiunt, *L. 9. §. 2. eod.*

Ad RATIONES edendas nummularii cogi possunt, *ibid.*

Quædam sunt personæ, quas RATIONES edere oportet, nec tamen à Prætore compelli possunt, *L. 9. pr. eod.*

RATIONES suas creditor debitori edere cogitur, *L. 5. C. de edendo.*

RATIONES publicæ debent edi, ut appareat, quid sit solutum, *L. 6. C. eod.*

RATIONEM reddere jussus potest petere, ut ponantur calculatores, qui judicabunt de reliquis, & libris rationum, *L. 50. de condit. & demonstr.*

RATIONES reddere quando quis tenetur, tenetur etiam ad reddenda instrumenta, *L. 82. eod.*

RATIONES reddere obligatus tenetur eum instruere de singulis, & reddere computationes, *L. 37. de fideicom. miss. libert.*

RATIONUM obscuritas non impedit libertatem competere, si statu liber paratus sit pro his satisdare, *L. 5. de statu liberis.*

RATIONUM autem reddendarum conditio, quod ad reliqua quidem attinet, in danda pecunia consistit; quod autem ad ipsa volumina rationum tradenda, percontandasque & examinandas rationes, & dispungendas atque excutiendas, factum habet, *L. 6. §. 7. eod.*

In RATIONUM redditione continentur etiam reliqua, *L. 21. pr. & L. 31. pr. eod.*

RA-

RATIONABILIS, *e.*

RATIONABILIS & præscripta consuetudo prævalet contra jus positivum, *c. ult. X. de consuet.*

Si à paucioribus RATIONABILE opponatur & probetur, præferenda est voluntas eorum, voluntati plurium, *c. 1. X. de Paroch.* & *c. 1. X. de his, quæ fiunt à maj. part. capit.*

RATIONABILITER.

Quod RATIONABILITER definitum est, in nullo debet violari, *c. cum pia* & *c. ecclesiastica. q. 2. caus. 25.*

RATIONABILITER & consulte ordinata, suadente postea subjectorum utilitate, consultius & rationabilius revocantur ac in melius convertuntur, *c. ult. in pr. de sent. excomm. in 6.*

Nisi RATIONABILITER habitum fuerit judicium, non servetur, *c. in primis. q. 1. caus. 2.*

RATIONALES.

RATIONALES, privatæ rei causis, vel sacris ærariis præsidentes, examen præsente fisci advocato suscipiant, *L. 4. C. de advocatis fisci.*

RATIONALIS, *e.*

RATIONALIS homo de suis factis reddet rationem Deo, *c. firmissime. §. ex eo. q. 1. caus. 15.*

RATIONALIS homo reddet rationem de omni verbo otioso, *c. quoties. q. 5. caus. 22.*

Item de negligenter commissis, *c. 39. q. 4. caus. 23.*

RATUS, *a, m.*

RATUM habere non possum, quod meo nomine non est gestum, *L. 6. §. 6. de neg. gest.*

RATUM habere potest quis rem non suo nomine gestam ad sui præjudicium, *L. 16. §. 1. de pignor.*

RATUM habere non potest heres gestum nomine defuncti, *L. 86. pr. de acquir. hered.*

Solutum gestori negotiorum ei condici potest, si dominus nullo modo RATAM habuerit solutionem, *L. 58. pr. de solution.*

Rem haberi RATAM, h. e. comprobare agnoscereque, quod actum est à falso procuratore, *L. 12. §. 1. ratam rem haberi.*

RATUM habere debet dominus gestum à suo procuratore, cum primum certior factus est, i. e. cum quodam spatio temporis, nec minimo, nec maximo, quod magis intellectu percipi, quam elocutione exprimi potest, quod relinquitur Iudicis arbitrio, *L. 12. §. 2. eod.*

RATAM habere investituram antecessoris, *I. F. 3.*

RATAM habet successor investituram, *II. F. 35.*

RATUM habere Dominus cogitur, quod Vasallus in re feudali fecit, *II. F. 43.*

RATUM habens mandati obligatur, *L. 60. de R. I.*

RECEDERE.

RECEDERE non debet Prælatus à bonis, propter malos, sed potius mali tolerentur propter bonos, *c. penult. §. cum autem vitiis. q. 1. caus. 7.*

RECEDENTI ab Ecclesia autoritate Iudicis, non culpa sua, quidquid secum attulit, reddendum est, *c. 3. X. de Cler. conjug.*

RECEPTARE.

RECEPTANS scienter facientem, simili pœna cum illo punitur, *c. ult. in pr. de pœnis in 6.*

RECEPTANS hostem fugientem scienter pro qualitate personarum punitur, *L. 40. de pœnis.*

RECESSUS.

RECESSUS bonorum à malis, mente semper debet esse, licet aliquando non fiat corpore, *c. 1. 2. & 3. q. 4. caus. 23.*

RECIPERE.

Non RECIPIENDUS est bannitus s. proscriptus, *II. F. 27. §. 1. 2.*

RECIPERE idem est ac excipere, *L. 205. de V. S.*

RECIPERE dicitur ille, qui aliquem abscondit, *L. 1. §. 2. de servo corrupto.*

RECITARE.

Iudex debet per se RECITARE sententiam definitivam. non per alium, nisi sit persona illustris, *c. ult. de sent. & re judic. in 6.*

Si RECITETUR sententia à Iudice stando, & non sedendo, nulla est, *c. ult. eod.*

Si sententia RECITATUR scripta ab uno Arbitrorum vel Iudicum, reliquis præsentibus, & mandantibus, verbis pluralis numeri, non singularis, perinde habetur, acsi simul esset ab omnibus recitata, *c. penult. eod.*

RECOGNITIO.

RECOGNITIO delicti extra judicium facta, nocet sicut confessio, *c. 26. de elect.*

Vasallus RECOGNITIONE sua non potest deteriorem reddere qualitatem feudi, *II. F. 52. c. 2.*

RECOGNOSCERE.

RECOGNOSCITUR feudum à fœmina, quoadusque potest à mare Domino, *II. F. 17.*

RECOGNOSCENS olim à Domino subinfeudatus retinebat subfeudum, finito feudo, *II. F. 9. pr.*

RECOMPENSATIO.

RECOMPENSATIO locum habet in voto, *c. 7. X. de vot. & vot. redempt*

RECONCILIARE.

Inconsulto Episcopo, Presbyter pœnitentem RECONCILIARE non debet, nisi ultima necessitas cogat, *c. 13. §. cui autem. q. 6. caus. 6.*

Ecclesia polluta, licet non sit consecrata, RECONCILIARI tamen debet, *c. ult. X. de consecr. Eccl.*

Per homicidium, & vulnera hominum violata Ecclesia, RECONCILIATUR per aquam cum vino & cinere benedictam, *c. Proposuisti. X. de consecr. Eccl.*

RECONCILIENTUR cœmeteria, in quibus excommunicati sunt sepulti, aqua solenniter benedicta inspersa, *c. Consuluisti. X. eod.*

RECONCILIATIO.

Cui non negatur pœnitentia, nec RECONCILIATIO neganda est, *c. 13. §. cui autem. q. 6. caus. 6.*

Non est neganda RECONCILIATIO, qui eam tempore necessitatis implorant, *c. 10. ead.*

Publica RECONCILIATIO, non vero privata est Presbyteris prohibita, *c. 3. §. ecce. ead.*

RECONCILIATIO ab excommunicatione publica est, quando publice per impositionem manus Episcopi, reconciliantur Ecclesiæ, *ibid.*

RECONCILIATIO privata est, quando de occultis peccatis pœnitentes vel in extremis agentes, ad gratiam *reconciliationis* accedunt, *ibid.*

RECONVENIRE.

RECONVENIRE non potest spoliator spoliatum judicio petitorio, nisi prius fuerit restitutus, *c. ult. X. de ordin. cognit.* & *c. 2. X. de restit. spoliat.*

Excommunicatus RECONVENIRE non potest, *c. Cum inter. X. de except.*

RECONVENIRE debet actorem reus apud eundem Iudicem, nisi ut suspectum recuset, *c. ult. X. de rescript. c. Dispendia. de rescript. in 6.*

RECONVENIRE actorem potest reus durante eodem judicio, & Conventio ac Reconventio paribus passibus ambulare debent, *c. 2. §. Nos autem*

tem distinguendum. X. de ordin. cognit.

RECONVENTIO.

RECONVENTIO potest fieri non solum ex eadem causa, sed etiam ex alia, *L. 14. C. de sentent. & interlocut.*

RECONVENTIO potest fieri non solum in eodem negotio, sed etiam de alio negotio, *ibid.*

RECONVENTIO in spiritualibus facienda est, *c. 12. X. de fide instrum.*

RECONVENTIO prohibetur accusato in pari vel minori crimine, priusquam se de crimine, de quo accusatus est, exuerit, *c. Neganda. q. 11. caus. 3.*

RECONVENTIO coram Arbitro non fit, sic vero coram Iudice, *c. 1. X. de mut. petit. c. Cum dilectus. X. de arbitr.*

RECTE.

RECTE verbum pro viri boni arbitrio est, *L. 73. de V. S.*

RECTE dictio refertur ad jus, *L. 10. §. 1. soluto matr.*

RECTE alienatur, *II. F. 34. §. 1.*

RECTE dari potest, *II. F. 26. c. 5. §. 9.*

RECVRRERE.

Quorsum RECVRRENDVM sit, si sacræ Scripturæ desit autoritas, fuse ostenditur *c. ult. dist. 20.*

RECVSARE.

RECVSARE potest heres hereditatem per epistolam, vel per nuncium, *L. 11. §. 2. ad SC. Trebell.*

RECVSARI non potest Iudex post litis contestationem, arbiter autem recte potest, *L. 32.* §. *14. de receptis* &c.

RECVSARI potest iudex suspectus, antequam lis inchoëtur, ut ad alium recurratur, *c. ult. q. 5. caus. 3.*

RECVSARI potest Iudex delegatus ex nova causa, etiam post litem contestatam, & alius subrogatur, *c. 25. X. de offic. deleg.*

RECVSATVR Iudex, si familiaris sit adversario, *ibid.*

RECVSATO Iudice delegato, recusationis causa coram delegante probanda est, *c. 4. de offic. deleg. in 6.*

RECVSANS Iudicem sine causa, ad eum redeat, *c. 25. X. de offic. deleg.*

RECVSATIO.

RECVSATIONIS libellus debet offerri coram Iudice recusato, si est præsens, alias debet offerri coram ordinario ejus loci, ubi est pars recusans, qui debet partes cogere ad eligendos arbitros intra tres dies, & si partes discordant, debet ipse eos eligere, *L. 18. C. de judiciis*

RECVSATIO Iudicis non potest fieri viva voce, sed debet fieri in scriptis, *ibid.*

RECVSATIO Iudicis debet fieri intra 20. dies, *ibid.*

RECVSATIO propter suspicionem antequam fiat, potest Iudex licite vices suas committere, post non, nisi de voluntate recusantis, *c. 5. de offic. deleg. in 6.*

RECVSATIO subdelegati probari debet coram delegato, *c. 27. §. f. de offic. delegat.*

RECVSATOR.

De assensu RECVSATORIS committi debet causa *c. 61. X. de appellat.*

REDDERE.

Verbum REDDENDI quamquam significatum habet retro dandi, recipit tamen & per se dandi significationem, *L. 94. de V. S.*

REDDERE aliud est, & aliud est quasi de suo dare, *L. 1. § 33. depositi* &c.

Qui ob paupertatem nequit REDDERE ablata, non tenetur, major tamen afflictio corporalis pro culpa ei imponenda est, *c. si res. §. huic certe. q. 6. caus. 14.*

REDDENDA est Deo ratio. *c. firmissime. §. ex eo. q. 1. caus. 15.*

REDDENDI sunt servi sine consensu Domini, Clerici vel Monachi facti, *c. 12. dist. 54.*

REDDERE debet Civis aliena, cogente eum Civitate, *c. penult. q. 2. cauf. 23.*

REDDI debent res Ecclesiæ, propter delictum Episcopi ablatæ, *c. si Episcopum. q. 6. cauf. 16.*

REDDI debent ablata Ecclesiæ, & hæc sine augmento ea recipiant, *c. Fraternitas. q. 2. cauf. 12.*

REDHIBERE.

REDHIBERE est facere, ut rursus habeat venditor, restituto pretio, *L. 21. pr. de adilitio edicto.*

REDHIBERI non potest partus ancillæ pro parte, quia non recipit divisionem, & ideo servatur in eo idem, quod in ipsa matre vendita, *L. 31. §. 6. eod.*

REDHIBERE non potest unus ex dominis pro parte sua servum communem emptum à servo communi, nec unus solus ex pluribus heredibus emptoris poterit agere redhibitoria ad pretium, nisi omnes consentiant, *L. 31. §. 7. eod.*

REDHIBETUR semper accessoria res propter rem principalem venditam redhibitam, licet nullum vitium sit in accessoria, *L. 33. §. 1. eod.*

REDHIBERI possunt etiam servi non morbosi propter morbosos, si separari non possunt sine magno incommodo, vel ob pietatis rationem, *L. 35. eod.*

REDHIBETUR principale non morbosum propter accessorium vitiosum, quando facta fuit venditio jumentorum cum ornamentis vitiosis, & ita propter vitiosa ornamenta, redhibentur jumenta, *L. 38. pr. eod.*

REDHIBERI potest bos cornu petens, & mula pessundans, i. e pede percutiens, *L. 43. pr. eod.*

REDHIBERI potest fundus venditus, si in eo fuerint herbæ pestiferæ, & vectigalis exactio futuri temporis adversus emptorem post redhibitionem fundi non datur, *L. 49. eod.*

REDHIBERI potest mancipium fidejussori emptoris, si in universam causam fidejussor acceptus sit, *L. 56. eod.*

REDHIBITIO.

REDHIBITIONIS tempus sex menses utiles habet, *L. 19. §. 6. de adilit. edicto.*

REDHIBITIONIS tempus currit ex die venditionis, aut si dictum promissumve quid est eo, ex quo dictum promissumve est, *ib.*

REDHIBITIO quando fit, tenetur emptor venditori, si servus venditus deterior factus sit in corpore, vel in animo ab emptore, *L. 23. pr. eod.*

REDHIBITIONE facta, uterque sci emptor, & venditor nihil amplius consequetur, quam haberet, si venditio facta non esset, *L. 23. §. 1. eod.*

REDHIBITIO & restitutio in integrum affines sunt, sed non est vera restitutio, redhibitio, *L. 23. §. 7. eod.*

REDHIBITIO non fit in venditione rerum simplariarum, *L. 48. §. 8. eod.*

REDHIBITIONIS causa in peculio computatur, *L. 57. pr. eod.*

Facta REDHIBITIONE, omnia in integrum restituuntur, perinde ac si neque emptio, neque venditio intercessisset, *L. 60. eod.*

REDHIBITORIA *Actio,* vid. ACTIO *redhibitoria.*

REDIMERE.

REDIMERE patrem captivum negligens filius, vel consanguineus, exheredari potest, & non succedit ei, quamvis sit scriptus heres, in aliis tamen capitulis valet testamentum, & defertur hereditas Ecclesiæ in redemptionem captivorum, nisi talis filius

us esset minor 18. annorum, *Auth. si captivi. C. de Episcopis.*

REDIMENS ingenuam ab hostibus captam si eam in matrimonio copulavit, sibi caute remisso pignore, pristinum statum recuperat, *L. 12. C. de postliminio reversis.*

REDIMENS mulierem ab hostibus captam potest eam retinere loco pignoris, donec pretium sibi solvatur, & si eam sibi postea in matrimonio copulavit, videtur nexum pignoris dimisisse, *L. 2. C. eod.*

REDIMERE tenemur captivos & oppressos, *c. 14. dist. 86.*

REDIMI potest votum eleemosynis, *c. 2. X. de vot. & vot. redempt.*

REDITVS.

REDITVS verbum latius est, quam verbum partus, & reditus appellatione continetur partus, *L. 14. §. 1. de usuris.*

REDITVS nomen genus est ad fructus, cum omnis fructus sit reditus, sed non contra, nam partus est reditus, sed non fructus, *L. 77. de V. S.*

REDITVS salinarum, *II. F. 56.* Piscationum, *ibid.*

REDITVS ad mansum spectans an ejusd. juris, *II. F. 4. §. 5.*

REDITVS Ecclesiæ non potest sibi Episcopus appropriare, *c. 7. X. de censib.*

De REDITIBVS Ecclesiæ quarta pars Clericis distribuenda, *c. 63. q. 1. caus. 16.*

REFERRE.

REFERRE debet Iudex factum instructum, non instruendum, *L. 1. C. de relationibus.*

REFICERE.

REFICIENTI rivum non potest novum opus nunciari, potest tamen agere contra eum in rem negatoria, per quam negatur jus esse ei, *L. 3. §. 8. de rivis.*

REFICIENS rivum de damno infecto cavere debet, *L. 3. §. 9. eod.*

REFICIENTI rivum competit interdictum de rivis, si prohibeatur portare, & advehere ea, quæ refectioni sunt necessaria, *L. 3. §. 10. eod.*

REFICERE dicitur aliquid novi facere, *L. 3. §. 13. de itinere actuque* &c.

REFICERE iter vel actum idem est, quod ad pristinam formam iter vel actum reducere, h. e. ne quis reficiens iter dilatet, aut producat in longum, vel deprimat in profundum, aut exaggeret in altum, *L. 3. §. 15. eod.*

REFICERE aliud est, & aliud est facere, *ibid.*

REFICIENDI iter facultatem habens potest pontem novum facere itineris muniendi causa, si sine hoc commeari non possit, *L. 3. §. 15. eod.*

REFICIENDI facultatem habens si prohibeatur adportare lapides, vel ligna ad reficiendum, dicitur per consequens prohiberi reficere, *L. 4. pr. eod.*

REFORMATIO.

REFORMATIO facta à provincialibus in his, quæ publicam utilitatem respiciunt, non valet, etiam consentiente Præside, nisi per Præfectum vel Principem fuerit approbata, *L. 5. C. de legationibus. X.*

REFVGA.

REFVGAE operis metalli subjiciuntur pœnæ metalli, sed non morti, *L. 5. §. 3. de extraordin. cognit.*

REFVTARE.

REFVTAVIT Vasallus feudum, ut filii investirentur, *II. F. 14.*

Qui REFVTAVIT, non debet offendere Dominum, *II. F 38.*

Qui REFVTAVIT, ad successionem venit, nisi omnino refutaverit, *II. F. 49.*

RE-

REFVTABAT Vasallus feudum in manu Domini, *II. F. 9. pr.*

REFVTATIO.

Post REFVTATIONEM tollitur jus concessionarii, *I. F. 5. pr.*

Post REFVTATIONEM Vasallus ad servitia non tenetur, *II. F. 38.*

REFVTATIO stricte est interpretanda, *II. F. 49.*

REFVTATIO feudi quatenus officiat refutanti, *II. F. 26. c. 5. §. f.*

REGERE.

REGENDI frangitur autoritas, dum nimia à Regentibus servatur humilitas, *c. 4. dist. 86.*

REGERE perjuri non debent Ecclesias, *c. 10. X. de jurejur.*

REGIMEN.

Absque REGIMINE non potest consistere universitas, *c. ult. dist. 80.*

REGIMINIS locus desiderantibus negandus, fugientibus offerendus, *c. in scripturis. in pr. q. 1. caus. 8.*

Ad REGIMEN Ecclesiæ tales sunt personæ admittendæ, quæ discretione præemineant, & morum fulgeant honestate, *c. indecorum. X. de ætat. & qual. & ord. præfic.*

Ad REGIMEN Parœcialis Ecclesiæ non debet admitti, nisi sit saltem Subdiaconus, in minoribus autem constitutus, non nisi dispensative, & tales, ut intra breve tempus in Presbyteros ordinari possint, *c. 5. X. de ætate & qual. & ord. præfic.*

REGNVM.

REGNVM Dei in simplicitate fidei est, non in contentione sermonis, *c. 6. dist. 37.*

Sæpe per REGNVM terrenum, cœleste Regnum proficit, *c. 20. q. 5. caus. 23.*

REGNORVM ac Regionum consuetudo debet attendi, *c. 2. X. de feriis.*

REGNVM Siciliæ est speciale Patrimonium B. Petri, *c. 2. §. præter. de sent. & re judic. in 6.*

REGNVM Siciliæ Imperator Fridericus tenuit ab Apostolica Sede in feudum, *ibid.*

REGNI consuetudines feudales, *II. F. 28. pr.*

REGNI consuetudines variæ, *II. F. 1. pr.*

REGNI Capitanei quinam proprie, *I. F. 1. pr.*

REGNI Valvasores quinam, *ib.*

REGVLA.

REGVLA est, quæ rem, quæ est, breviter enarrat, *L. 1. de R. I.*

Non ex REGVLA jus sumitur, *ibid.*

REGVLA ex jure, quod est, sumitur, *ib.*

Per REGVLAM brevis rerum narratio traditur, *ibid.*

REGVLA est quasi causæ conjectio, *ib.*

REGVLA, cum simul in aliquo vitiata est, perdit officium suum, *ibid.*

Sub REGVLA certa non possunt comprehendi causæ amittendi feudi, *II. F. 23.*

REGVLA dicta est, quod recte ducit, nec aliquando aliorsum trahit, *c. 2. dist. 3.*

REGVLA dicta est, quod regat, vel quod normam recte vivendi præbeat, vel quod distortum, pravumque corrigat, *ibid.*

REGVLAS Patrum contemnere non licet, *c. quis autem. dist. 10.*

REGVLAE juris variæ recensentur *Tit. 41. Lib. 5. Decreti & ad finem in 6. Decretal.*

REGVLAE arboris sunt authenticæ *c. 3. §. ult. X. de consang.*

REGVLA *Catoniana.*

REGVLA Catoniana sic definit: *Quod si testamenti facti tempore decessit testator, inutile foret; id legatum, quandocunque decesserit, non valere.* Quæ definitio in quibusdam falsa est, *L. 1. pr. de regula Catoniana.*

REGVLA Catoniana non habet locum in legato relicto filiæ, si Titio nupserit vivo testatore, quia etsi tempore

pore testamenti illa sit impubes, si tamen tempore mortis nupta inveniatur, valet legatum, *L. 2. eod.*

REGULA Catoniana non pertinet ad hereditates, neque ad ea legata, quorum dies non mortis tempore, sed post aditam cedit hereditatem, *L. 3. eod.*

REGULA Catoniana ad conditionales institutiones non pertinet, *L. 4. eod.*

REGULA Catoniana ad novas leges non pertinet, *L. 5. eod.*

REGULARES.

REGULARES contra suas observantias appellare non debent, *c. 61. §. fin. X. de appellat.*

REGULARIBUS beneficia sua non confirmantur personaliter, *c. 5. X. de confirm. util.*

REGULARES contra prohibitionem Prælati ordinari non possunt, *c. ad aures. X. de temp. Ordin.*

REITERARE.

REITERARI non debet injuria semel remissa, *c. si illic. q. 4. caus. 23.*

REITERARI necesse est, quod minime probatur esse collatum, *c. 2. & 3. q. 1. caus. 9.*

REITERARI oportet, quod male actum est, *c. 24. q. 7. caus. 1.*

REIVINDICARE.

REIVINDICARI non possunt liberæ personæ, quæ sunt in potestate nostra, veluti liberi, qui peti debent præjudiciali actione, aut interdictis, aut officio Iudicis, *L. 1. §. 2. de R. V.*

REIVINDICARI possunt filii in potestate nostra constituti, adjecta causa ex Lege Quiritum, *ib.*

REIVINDICARI potest medietas gregis pro indiviso, quando omnia corpora gregis sunt communia pro indiviso, *L. 1. §. 3. eod.*

REIVINDICARE potest gregem in modum gregis non solum ille, qui habet majorem partem gregis, sed etiam qui magnum numerum habet, ita, quod detracto alieno nihilominus remanet grex, *L. 2. eod.*

REIVINDICARE potest quis totum gregem, i. e. gregem, qui est totale corpus alteri rei non accedens, *L. 3. pr. eod.*

REIVINDICARI non possunt loca sacra & religiosa quasi nostra, cum in nullis bonis sint, *L. 23. §. 1. eod.*

REIVINDICARE potest dominus id, quod ex re sua superest, ut corium ex suo bove, *L. 49. §. 1. eod.*

REIVINDICARI interim possunt à domino res, quæ subjacent restitutioni, *L. 66. eod.*

REIVINDICARE poteris rem tuam non nomine tuo venditam, etiam non oblato pretio, nisi venditioni postea consentias, *L. 3. C. de R. V.*

REIVINDICARI potest res ab eo, qui emit à malæ fidei possessore, nisi usuceperit, vel præscripserit, *L. 4. C. eod.*

REIVINDICARE potest dominus rem propriam sine ullo dato pretio emptori, quando res propria sibi per vim, vel furtum ablata alii vendita est, *L. 23. C. eod.*

REIVINDICARE volens rem potest prius experiri ad exhibendum, *L. 1. C. ad exhibendum.*

REIVINDICATIO.

REIVINDICATIO datur ad rerum singularium petitionem, *L. 1. pr. de R. V.*

REIVINDICATIO locum habet in omnibus rebus mobilibus, tam animalibus, quam in his, quæ anima carent, & in his, quæ solo continentur, *L. 1. §. 1. eod.*

REIVINDICATIONE possunt peti non solum singulæ res, sed etiam grex, armentum, vel equitium, & cæ-

cætera, quæ gregatim habentur, *L. 1. §. 3. eod.*

Ad REIVINDICATIONEM gregis sufficit gregem esse vindicantis, licet singula capita gregis non sint ejus, in restitutione tamen veniunt aliena capita, *ib.*

In REIVINDICATIONE rei instructæ non venit instrumentum, sed specialiter est vindicandum, *L. 3. §. 1. eod.*

In REIVINDICATIONE navis non veniunt armamenta navis, neque scapha, quia singula specifice, & separatim vindicanda sunt, *ib.*

REIVINDICATIONEM non excludit titulus, quia dominium prævalet, *L. 9. eod.*

REIVINDICATIO datur contra eum, qui possidet, vel est in possessione causa custodiæ, vel aliter detinet, *ibid.*

REIVINDICATIONE ut quis teneatur, sufficit, quod quis possideat tempore litis contestationis, vel tempore rei judicatæ, *L. 27. §. 1. eod.*

REIVINDICATIONE tenetur ille, qui dolo desiit possidere ante litem contestatam, *L. 27. §. 3. eod.*

In REIVINDICATIONE venit dolus præteritus, *ib.*

In REIVINDICATIONE veniunt accessiones civiles & naturales, *L. 62. pr. eod.*

REIVINDICATIONE si totus fundus petitus sit, & restituuntur fructus percepti, & percipiendi, idem est, si pars rei vindicatur, *L. 76. pr. eod.*

REIVINDICATIO non nisi adversus rei possessorem competit, nisi dolo desierit possidere, hic enim pro possessore habetur, *c. 36. X. de R. I.*

REIVINDICATIONE instituta, regulariter quidem ipsa res venit in condemnationem, nisi res sit consecrata, tunc enim æstimatio ejus venit præstanda, *c. 1. §. ult. & c. 2. q. 6. caus. 14.*

REIVINDICATIO ibi, ubi res est, de qua contenditur, competit, *c. 3. X. de for. compet.*

In REIVINDICATIONE actor rem, quam petit, tenetur specificare, ac designare, *c. 2. X. de libell. oblat.*

In REIVINDICATIONE succumbit Actor non probans causam, ex qua petiit, licet post actionem in judicium deductam, ex alia causa dominium sit nactus, *c. 3. de sent. & re judic. in 6.*

In REIVINDICATIONE Actor Reo sumptus, quos in rem bona fide facit, tenetur restituere, à qua regula excipitur pretium, quo rem comparavit, *c. penult. §. universitas. q. 3. caus. 16.*

REIVINDICATIO longi temporis præscriptione eliditur, *c. 18. X. de præscript.*

REIVINDICATIONEM habens videtur habere ipsam rem, nam & fructus naturales vindicat, & etiam industriales, si sit possessor malæ fidei, *L. 15. de R. I.*

In REIVINDICATIONE succumbens non prohibetur intentare Publicianam, *L. 39. §. 1. de eviction.*

REIVINDICATIONE qui agit, non impeditur intentare interdicto uti possidetis, *L. 12. §. 1. de acquir. vel amitt. poss.*

REIVINDICATIO competit contra possidentem, non contra venditorem, *L. 1. C. ubi in rem actio* &c.

RELATIO.

RELATIONES Vicariorum, si quando usus attulerit, ad Principem debent referri, *L. 2. C. de offic. Vicar.*

RELATIONES Judicum libenter à Principe debent audiri, ne eorum Autoritas decrescat, repellendo eorum

rum consulta, veluti profanorum, *ibid.*

Ante RELATIONEM, consultationis exemplum Litigatoribus edendum, *c. 68. X. de appell.*

Ne RELATIONE pendente, Iudex pronuntiet, vel aliquid innovet, *c. 5. X. de offic. Leg.*

RELATIO Iudicis dubitantis non debet fieri ad Superiorem, partibus ignorantibus, sed debet eis dari exemplum consultationis; alias consultationi non creditur, *c. 68. X. de appell.*

RELATIONE facta, & responso accepto, sententiaque exinde lata, appellatio denegatur, *c. biduum. §. f. q. 6. caus. 2.*

RELATIONE facta, debet officium Iudicis conquiescere, alias appellari potest, *L. 1. C. de relation.*

RELATIONIS copia partibus debet edi, & si displiceat alicui, contradicat in continenti, *ib.*

RELATIO in causa criminali est permissa, *L. 2. C. eod.*

RELATIO Iudicis debet continere totam seriem actorum, & postea mittuntur acta, *L. 3. C. eod.*

RELEGARE.

RELEGARE non potest ille, qui non habet statuendi potestatem, i. e. merum imperium s. mixtum, *L. 10. C. de sentent. & interl.*

RELEGARE in insulam possunt Praesides provinciarum, si habeant insulam, sed si non habeant, pronuncient in insulam se relegare, & scribant imperatori, ut ipse insulam assignet, *L. 7. §. 1. de interdictis* &c.

RELEGARE Praesides in eam insulam non possunt, quam in ea provincia, cui praesunt, non habent, *ib.*

Sicut autem RELEGARE in insulam quisquam, quae non est sub se, non potest, ita ne in provinciam quidem relegandi jus habet, quae non est sub se; forte Praeses Syriae in Macedoniam non relegabit, *L. 7. §. 6. eod.*

RELEGARE potest quis moraturum in certa parte provinciae, ut puta forte ne excedat civitatem aliquam, vel quod regionem aliquam non egrediatur: Praesides tamen solent relegare in eas partes provinciae, quae sunt desertiores, *L. 7. §. 8. & 9. eod.*

RELEGARI potest quis à provincia, unde oriundus est ab eo, qui regit eam provinciam, in qua domicilium habet, *L. 7. §. 10. eod.*

RELEGATORUM bona olim à fisco vindicabantur, hodie tamen secus est, *L. 1. eod.*

RELEGATI in insulam in perpetuum, vel ad tempus retinent liberos in potestate sua, & etiam omnia bona & jura sua, praeter illa, quae in sententia sibi adempta sunt, *L. 4. eod.*

RELEGATORUM duo sunt genera, quidam sunt, qui in insulam relegantur; alii, qui simpliciter, ut provinciis eis interdicatur, non etiam insula assignetur, *L. 7. pr. eod.*

RELEGATI differunt à deportatis, nam relegari potest quis in insulam ad tempus, & in perpetuum, sed deportari quis non potest, nisi in perpetuum, si tamen comprehendatur tempus, tenet nihilominus sententia, *L. 7. §. 1. eod.*

RELEGATIS ad tempus non debent adimi bona in totum, neque in parte, secus si in perpetuum, ut in damnato lege Iulia de vi publica, *L. 7. §. 4. eod.*

RELEGATIS dies recedendi potest dari à Praesidibus, *L. 7. § 17. eod.*

RELEGATO potest dare Praeses libellum continentem modum relegationis, *ibid.*

Qui RELEGATOS ſuſcipiunt, interdum pecuniariter damnantur, *L. 11. eod.*

RELEGATUS à ſua civitate, ſi non excedat, ad tempus à provincia relegatur, *L. 12. eod.*

Manumiſſus à RELEGATO non poteſt Romam accedere, quod nec patrono ejus licet, *L. 13. eod.*

RELEGATUS eſt is, cui provincia, vel Roma, vel continentibus ejus perpetuo, vel ad tempus interdicitur, *L. 14. pr. eod.*

RELEGATUR quis à Principe, Senatu, Præfectis, & Præſidibus provinciarum, non à Conſulibus, *L. 14. §. 2. eod.*

RELEGATUS ſtatuis & imaginibus honorari non prohibetur, *L. 17. eod.*

RELEGATUS integrum ſuum ſtatum retinet, & dominium rerum ſuarum, & patriam poteſtatem, ſive ad tempus, ſive in perpetuum relegatus ſit, *L. 18. pr. eod.*

RELEGATUS non poteſt Romæ morari, licet hoc ſententia comprehenſum non ſit, quia omnium eſt patria, *L. 19. pr. eod.*

RELEGATIO.

Inter RELEGATIONEM & deportationem magna differentia eſt; nam deportatio civitatem & bona adimit, *relegatio* neutrum tollit, niſi ſpecialiter bona publicentur, *L. 14. §. 1. de interdictis.*

Eſt quoddam genus quaſi in inſulam RELEGATIONIS in provincia Ægypto, in Ovaſin relegare, *L. 7. §. 5. eod.*

RELEGATIO in inſulam dicitur inſulæ vinculum. *L. 5. eod.*

RELEGATIONE jus patriæ poteſtatis non ſolvitur, *§. 2. quib. mod. jus patr.*

RELIGIO.

RELIGIO erga Deum eſt juris gentium *L. 2. de I. & I.*

Summa eſt ratio, quæ pro RELIGIONE facit, *L. 43. de religioſis.*

RELIGIONEM, quam Divus Petrus tradidit Romanis, ab omnibus populis ſervari debere jubet Imper. Iuſtin. *L. 1. pr. C. de Summa Trinit.*

RELIGIONEM Chriſtianam ſequantur liberi ex alterutro parente infideli procreati, *c. ult. X. de converſ. infid.*

RELIGIONIS diverſæ conjugio non ſibimet copulentur, *c. ſic enim. §. Tu verb. q. 1. cauſ. 28.*

RELIGIONIS favor attendendus eſt, *c. ult. X. de converſ. infidel.*

RELIGIONIS favore mitius agitur cum aliquo, *c. Ex literarum. X. qui Cler. vel vov.*

RELIGIONIS favore diſpenſatur cum aliquo, *ibid.*

Novam RELIGIONEM non licet inſtituere ſine autoritate Papæ, *c. ult. X. de Relig. domib.*

Qui voluerit novam RELIGIONEM fundare, Regulam accipiat & inſtitutionem ex approbatis, *ib.*

In cauſa RELIGIONIS invocari poteſt auxilium brachii ſecularis, *c. 11. §. compeſcendi. de hæret. in 6.*

RELIGIONEM intrans poteſt renunciare annali probationi, *c. 16. X. de Regular.*

De RELIGIONE ad *Religionem* magis arctam tranſiri poteſt, *c. licet. X. eod.*

RELIGIONEM intrans pubes, nempe maſculus 14. puella 12. annorum, intra annum & diem poteſt exire, *c. puella. q. 2. cauſ. 20.*

Nemo poteſt admitti ad RELIGIONEM, niſi volens, & ætate idoneus, *c. 1. X. de Regularib.*

Qui

Qui intrat RELIGIONEM coactus, potest recedere, quando vult, nisi postea consenserit, *c. sicut. q. 1. caus. 20.*

Propositum merum ingrediendi RELIGIONEM non obligat, *c. literaturam. X. de Vot. & Vot. Redempt.*

RELIGIONEM non potest intrare servus sine consensu domini, & taliter intrans non debet recipi, *c. qui vere. q. 1. caus. 16.*

RELIGIO non liberat à jugo servitutis invito domino, *c. 20. ead.*

RELIGIOSVS.

RELIGIOSVS velle & nolle non habet, *c. 27. de el ct. in 6.*

RELIGIOSVS arbitrium non ex sua, sed ex illius, quam vice Dei, supra caput suum posuit, cujus imperio se subjecit, voluntate dependet, *ibid.*

RELIGIOSI præ aliis invigilare debent divinis officiis, *c. quia tua. q. 1. caus. 12.*

Veri RELIGIOSI præ aliis sunt honorandi, *c. qui vere. q. 1. caus. 16.*

RELIGIOSORVM excessus propter majus scandalum sunt occultandi, *c. 8. dist. 96.*

RELIGIOSI debent abstinere ab his, per quæ aliis malum exemplum datur, *c. ult. de pact. in 6.*

RELIGIOSI non possunt vovere sine licentia Prælati, & vota talia per eorum Prælatos franguntur, *c. Monacho. q. 4. caus. 20.*

RELIGIOSO non licet sine licentia sui Prælati aliquid accipere, *c. non dicatis, q. 1. caus. 12.*

RELIGIOSI fugitivi annuatim inquirendi sunt, & cogendi ad Monasterium redire, *c. ult. X. de Regular.*

Septem culpæ RELIGIOSORVM ponuntur, à quibus jubet Papa *Religiosos* abstinere, *Clem. c. 1. §. quibus etiam. de priv leg*

RELIGIOSORVM locus sine consensu Episcopi non debet mutari, *c. 41. q. 7. caus. 16.*

RELIGIOSVS unius Monasterii non debet assumi ad beneficium vel Prioratum alterius Monasterii, *c. 32. §. prohibemus. de præbend. in 6.*

Qui RELIGIOSIS adhærent, Religiosi censentur, *c. 3. X. de consecr. Eccl.*

Religiosus ipso facto excommunicatus est, qui habitum temere dimittit, vel ad quæcunque studia accedit, non obtenta licentia Prælati & Conventus, *c. ut periculosa. ne Cler. vel Monach. in 6.*

RELIGIOSI non debent excommunicatos, vel interdictos ad divina admittere, *c. in Lateranensi. X. de præbend.*

RELIGIOSI non possunt vindicare, vel retinere Ecclesias sibi concessas à Laicis, sine Diœcesani consensu, nisi rite præscripserint, vel postea Diœcesani consensus accedat, *c. Cura. X. de jure patron.*

RELIGIOSI non habeant plures Prioratus, Ecclesias, *c. 32. de præb. in 6.*

RELIGIOSI debent habere Syndicum, qui causas Monasterii agat, & defendat, constituto ei, si oportet, salario, *c. un. X. de Syndic.*

RELIGIOSVS non debet se actibus litigiosis immiscere, *Clem. c. 1. §. proinde. de V. S.*

RELIGIOSI possunt esse testes, *c. 8. §. tandem vero. X. de dol. & contum.*

Etiam RELIGIOSO testi non creditur, qui sine juramento deponit, *c. 51. X. de testib.*

RELIGIOSVS, *a, m.*

RELIGIOSA sunt, quæ religiosis adhærent; & ideirco, nec lapides inædificati, postquam remoti sunt vindicari possunt, *L. 43. pr. de R V*

Proprietarius locum RELIGIOSVM facere potest, consentiente usufructu-

ctuario, *L. 17. pr. de usufructu, & quemad.*

RELIGIOSUS locus est, in quo servus sepultus est, *L. 2. pr. de religiosis* &c.

RELIGIOSUS non fit totus locus, qui sepulturæ destinatus est, sed quatenus corpus humatum est, *L. 2. §. 5. eod.*

RELIGIOSUM locum facere non potest ille, qui usumfructum habet, *L. 2. §. 7. eod.*

RELIGIOSUM locum non potest facere usufructuarius, nec proprietarius, nisi intulerit eum, qui usumfructum legavit, in eum locum, cum in alium locum non potest ita opportune inferri, *ibid.*

RELIGIOSUM locum non potest facere proprietarius invito fructuario, recte tamen faciet religiosum consentiente fructuario, *ibid.*

Locum, qui servit, nemo RELIGIOSUM facit, nisi consentiat is, cui servitus debetur, *L. 2. §. 8. eod.*

RELIGIOSUM quis facere potest locum, qui servit, si non minus commode per alium locum servitute potest uti ille, cui servitur, quia tunc non videtur servitutis impediendæ causa fieri, *ibid.*

RELIGIOSUM facit debitor agrum, quem pignori dedit creditori, si in eum agrum suum mortuum intulit, *L. 2. §. 9. eod.*

RELIGIOSUM locum communem fieri, ex consensu omnium utilius est, invitis tamen illis fieri non potest, *L. 3. eod.*

RELIGIOSUS locus efficitur locus ad hospitalitatis usum deputatus, *c. 4. X. de Relig. domib.*

Locus, in quem mortuus illatus est, RELIGIOSUS efficitur, nisi hæreticus eo sit illatus, *c. 2. in pr. de hæretic. in 6.*

Omnia loca ab hostibus capta, RELIGIOSA esse desinunt, *L. 36. de religiosis* &c.

RELIGIOSUM locum non facit heres interim inferendo mortuum in locum sub conditione legatum, *L. 34. eod.*

RELIGIOSUM locum unusquisque sua voluntate facit, dum mortuum infert in locum suum, *§. 9. de R. D.*

RELIQUIAE.

RELIQUIAE Sanctorum judicio Episcopi in locis sacris debent collocari, nec debent apportari ad loca profana, *L. 26. C. de Episcopis.*

RELIQUIAE Sanctorum vendi non possunt, nec passim ostendi, & publice coli, nisi approbatæ sint à Papa, *c. Cum ex eo. X. de Reliqu.* De *Reliquiis* vid. *Clem. c. un. de Reliq.*

REMEDIUM.

Falsa REMEDIA sunt abjicienda, quæ veris sunt periculis graviora, *c. de homine. X. de celebr. miss.*

Ibi REMEDIO opus est, ubi maximum periculum imminere prospicitur, *Extrav. comm. c. conjunctæ. in pr. de elect.*

REMEDIUM *L. f. C. de edicto D. Adriani toll.*

REMEDIO hoc heres obtinet possessionem, si etiam non dicat se heredem, vel bonorum possessorem, dum tamen testamentum, in quo scriptus est, appareat prima facie non vitiatum; at interdictum directum quorum bonorum non datur, nisi probet se successorem jure prætorio, *L. 3. C. de edicto D. Adrian. toll.*

REMEDIUM hoc datur adversus omnes possessores etiam cum titulo; sed interdictum quorum bonorum non datur, nisi adversus eum, qui possidet pro herede, vel pro possessore, *ibid.*

RE-

REMIGIS.

Per REMIGEM exercitor navis non obligatur, *L. 1. §. 2. nauta, caupones*, &c.

REMISSIO.

REMISSIO, quæ fit per pactum simplex, dicitur donatio, *L. 1. de transact.*

REMISSIO reddendarum rationum facta servo manumisso non extendit se ad reliqua, *L. 119. de legat. 1.*

REMISSIO peccati non dat licentiam peccandi, *c. exigunt. q. 7. caus. 1.*

REMISSIONEM nunciationis novi operis petens à Iudice, non per hoc fateri videtur nunciationem esse juste factam, *L. 1. de novi operis nunc.*

REMISSIONEM nunciationis fieri aliud est, & aliud loco remissionis haberi, *L. 20. §. 4. eod.*

REMISSIO nunciationis facta ei, cui nunciatum est, tunc demum valet, cum nunciatio valet, & tunc dicitur valere, cum nuncians habet jus prohibendi, ne se invito fiat, *L. 1. §. 1. de remission.*

REMISSIO nunciationis non est necessaria, cum non tenet nunciatio, ut quia postea apparet, nunciantem non habere jus nunciandi, vel quia potest sperni, *ibid.*

REMITTERE.

REMITTERE verbum donationem infert, *L. 21. §. 1. de donat. inter vir. & uxor.*

REMITTERE exceptionem dicitur donare, *L. 12. de novation.*

REMITTERE, & dare, idem est, *c. 10. X. de testib.*

REMITTI non debet causa ad eum, à quo est appellatum, nisi de partium consensu, *c. 35. X. de appell.*

REMITTI debet ad Iudicem à quo, qui non probat causam appellationis, *c. 61. X. eod.*

REMOVERE.

Potest quis ab officio REMOVERI propter negligentiam, *c. 6. X. de stat. Monach.*

Scandalum, *c. 3. & 4. X. de Cler. agrot.*

Crimen, *c. 7. & 8. dist. 50.*

Vtilitatem, *c. mutationes. q. 1. caus. 7.*

Senectutem, *c. petiisti. ead.*

Necessitatem, *c. 5. dist. 74.*

Levitatem, *c. si quis Presbyter. q. 1. caus. 7.*

Ambitionem, *c. si quis de ordine. ead.*

REMOTVS à Senatu propter aliquam turpitudinem, quam in officio commisit, si non sit restitutus, non potest esse Iudex, *L. 2. de Senator.*

REMOTVS Senator capite non minuitur, *L. 3. eod.*

RENOVATIO.

RENOVATIO investituræ inter annum & diem petenda, *II. F. 24. pr.*

RENOVATIO investituræ si intra tempus debitum non petatur, feudum amittitur, *II. F. 55.*

RENOVATIONEM investituræ non petens ob justam causam, non privatur feudo, *II. F. 52. c. f.*

RENVNTIARE.

RENVNTIARI potest juri suo tam per instrumentum, quam per pactum stipulatione velatum, *L. 29. C. de pactis.*

Cuilibet licet RENVNTIARE suo juri, *c. 19. §. num. X. de elect.*

RENVNTIARE periculosum est, *c. 6. X. de renunt.*

Non RENVNTIAT juri suo, qui gratiæ adversarii se submittit, *c. veniens. X. eod.*

Quisque RENVNTIARE potest juri suo, quod pro se noscitur introductum, *c. statuimus. X. de Regular.*

RENVNTIARE non videtur, qui deceptus aliud facit, *c. penult. X. de renunt.*

RE-

RENVNTIARE non potest juri suo furiosus, nisi habeat lucida intervalla, *c. quamvis triste. q. 1. caus. 2.*

RENVNTIARE videtur juri, quod sibi ex literis competebat, qui restituit instrumenta juris sui, *c. 7. X. de renunt.*

RENVNTIARE nemo potest juri publico, *c. 12. X. de foro compet.*

RENVNTIARE nemo potest juri alterius, *c. 12. X. de convers. conjug.*

RENVNTIAT quis alteri, optione unius, *c. 14. X. de testam.*

RENVNTIANS instrumentis, liti renuntiasse intelligitur, *c. 4. X. de pact.*

RENVNTIANS semel juri suo, vel beneficio, postea non potest redire ad illud, *c. 16. X. de elect.*

RENVNTIARE libere potest Papa Papatui, *c. 1. X. de renuntiat. in 6.*

RENVNTIARE beneficio ob infirmitatem nemo compellitur, *c. 5. X. de Cler. aegr.*

RENVNTIANS beneficio metu vel vi, illud non perdit, *c. ad audientiam. X. de his, quae vi metuve.*

RENVNTIATIO.

RENVNTIATIO generalis non operatur tantum, quantum specialis, *L. 4 §. 4. si quis cautionibus* &c.

RENVNTIATIO facta post terminum conventionalem nullius est momenti, *L. 40. pr. de contrah. empt.*

RENVNTIATIO tacita praejudicat, *c. 19. X. de censib.*

RENVNTIATIO bene regentis non facile admittenda, *c. nisi cum pridem. X. de renunt.*

RENVNTIATIO non tenet, nisi illi fiat, cujus est institutio, *c. Gonsaldus. q. 2. caus. 17.*

RENVNTIATIO praelationis debet fieri in scriptis, *c. sicut vir. §. ecce. q. 1. caus. 7.*

RENVNTIATIO Episcopatuum debet fieri soli Papae, *c. quam periculosum. q. 1. caus. 7.*

RENVNTIATIO beneficii in manus Laici, non valet, renuntians tamen spoliandus est beneficio, *c. 8. X. de renunt.*

RENVNTIATIO & publicatio testium super certis capitulis, non praejudicat volenti testes producere in aliis, *c. 19. X. de testib.*

REPELLERE.

Vim vi REPELLERE licet in continenti, *c. 3. & 23. X. de sent. excomm.*

REPELLERE perfectus potest injuriam verbis, non verberibus, *c. paratus. q. 1. caus. 23.*

Qui negligit injuriam REPELLERE à socio, quando potest repellere, tam est in vitio, quam qui facit, *c. 7. & c. ult. q. 3. ead.*

Qui una via REPELLITVR, admittitur alia, *c. 45. X. de appell.*

Iudex debet ex officio REPELLERE publice excommunicatum ab agendo, reo non opponente, *c. 1. de except. in 6.*

REPERTORIVM.

REPERTORIVM, i. e. inventarium, hoc reperta continet, & inventa, *L. 7. pr. de admin. & pericul. tut.*

REPETERE.

REPETERE potest quis id, in quo damnatur, ex eo quod à suis negotiis advocat, *L. 18. ratam rem haberi.*

Si quid ob rem honestam datum, ita REPETI potest, si res, propter quam datum est, secuta non est, *L. 1. §. 1. de condict. ob turpem* &c.

Si quid ob turpem causam accipientis datum fuerit, etiamsi res secuta sit, REPETI potest, *L. 1. §. 2. eod.*

Id REPETI non potest, quod datum est, ut male judicetur, *L. 3. eod.*

REPETI non inique debet debitum benigne remissum, *c. quod debetur. q. 1. caus. 14.*

RE-

REPETENS indebitum solutum, illud probare debet, *c. ult. X. de solut.*

REPETERE potest quis pecuniam suam, tanquam male ablatam, qui justum judicium emit, quia venale esse non debuit, *c. ult. q. 5. caus. 14.*

REPETI non debent res Ecclesiæ pro captivis erogatæ, *c. Sacrorum. q. 2. caus. 12.*

Ea, quæ per inficiationem in lite crescunt, ab ignorante etiam indebita soluta REPETI non possunt, *L. 4. C. de condict. indeb.*

REPETITIO.

Ex ea stipulatione, quæ per vim extorta esset, si exacta esset pecunia, REPETITIONEM esse constat, *L. 7. de condict. ob turp. caus.*

REPETITIONE supersedendum est, ubi non potest esse redditio, *c. si res. in pr. q. 6. caus. 14.*

REPETVNDAE.

REPETVNDARVM pœna exilium est, *c. 130. §. hodie. q. 1. caus. 1.*

REPETVNDARVM lege damnatus, testimonium publice dicere, aut Iudex esse, aut postulare prohibetur, *ibid.*

REPLICATIO.

REPLICATIONES nihil aliud sunt, quam exceptiones, & à parte actoris veniunt; quæ quidem ideo necessariæ sunt, ut exceptionem excludant, *L. 2. §. 1. de except. præscript.*

REPLICATIO idcirco oponitur, ut exceptionem oppugnet, *ibid.*

Omnis REPLICATIO exclusoria est, excludit enim reum, *L. 2. §. 2. eod.*

Contra REPLICATIONEM solet dari *triplicatio*, *L. 2. § 3. eod.*

REPLICATIO est contraria exceptio, quasi exceptionis exceptio, *L. 22. §. 1. eod.*

REPLICATIO exceptionem tollit & nititur æquitate ad eam tollendam, *pr. Inst. de replicat.*

REPLICATIO ad adjuvandam intentionem actoris competit, *ibid.*

Contra REPLICATIONEM duplicatio est inducta ad summovendam replicationem, quæ prima facie æqua videbatur, sed contra duplicationem actori datur triplicatio, *§. 1. eod.*

REPLICATIO doli datur contra exceptionem doli, *c. penult. X. de adult.*

Exceptio REPLICATIONE tollitur, *c. 3. X. de except.*

REPREHENSIO.

REPREHENSIO tunc justa est, cum primum fit in se, & postea in alio, *c. qui sinc. & c. postulatus. q. 7. caus. 3.*

REPREHENSIO temeraria prohibetur, *c. 5. dist. 21.*

REPREHENSIO autoritatis, quæ tantum Superioribus convenit, debet fieri cum benevolentia, *c. 4. dist. 45.*

REPREHENSIO zeli, quæ minoribus conceditur in majores, debet fieri cum reverentia, *c. 42. §. ex his. q. 7. caus. 2.*

REPRESSALIAE.

REPRESSALIAE de jure Canonico & Civili prohibentur contra personas ecclesiasticas, *c. un. de injur. in 6.*

REPRESSALIAS concedentes contra Clericos, vel accipientes, si singulares sunt personæ, excommunicationis; si universitas, interdicti sententiam incurrunt, nisi intra mensem retractent, *ibid.*

REPRESSALIAE, in quibus alius pro alio prægravatur, tanquam legibus & æquitati naturali graves & contrariæ prohibentur, *ib.*

REPRESSALIAE concessæ sunt propter denegatam justitiam à Iudice loci, *c. dominus. q. 2. caus. 23.*

REPRESSALIARVM concessio est species justi belli, *ib.*

REPROBARE.

REPROBARE iterum non possum, quod semel approbavi, *c. 5. X. de accusat.*

REPROBATUM pactum commissorium, *I. F. 27. c. 1.*

REPUDIARE.

Qui superstitus bona REPUDIAT, post mortem ejus adire hereditatem, item bonorum possessionem petere non prohibetur, *L. 94. de acquir. vel omitt. hered.*

REPUDIANS legatum ex persona servi potest agnoscere ex persona sua, *L. 101. de legat. 1.*

Is potest REPUDIARE hereditatem, qui & acquirere potest, *L. 18. de acquir. & omitt. hered.*

Id quis REPUDIARE non potest, quod, si velit, habere non potest, *L. 174. §. 1. de R. I.*

REPUDIATIO.

REPUDIATIO hereditatis facta à pupillo sine tutore non nocet ei, *L. 5. C. de repudianda* &c.

REPUDIATIONE legatarii vel fideicommissarii perditur legatum, *L. 26. C. de fideicomm.*

REPUDIUM.

REPUDIUM sponsæ remitti videtur, quod & in uxoris personam non absurde cadit, *L. 101. §. 1. de V. S.*

In REPUDIIS comprobata sunt hæc verba: *Tuas res tibi habeto*; Item hæc: *Tuas res tibi agito*, *L. 2. §. 1. de divortiis* &c.

REPUDIA imaginaria & fraudulenta nullius sunt momenti, *L. 3. C. de repudiis.*

REPUDIA concessa sunt post divortium, usque ad Adventum Christi, *c. 2. dist. 35.*

REPULSIO.

REPULSIO violentiæ per vim, est juris naturalis, *c. 7. dist. 1.*

RES.

RES cum suo onere transit, *c. cum non sit. X. de decimis.*

REI vitium sequitur omnem possessorem, *c. sæpe. X. de restitut. spoliat.*

RES per quas causas nascitur per easdem dissolvitur, *c. 1. X. de R. I.*

RES non sermoni, sed *rei* sermo subjectus est, *c. intelligentia. X. de V. S.*

RES, quæ succedit in locum alterius, eodem cum illa jure censetur, *c. 3. X. ut lit. pendent.*

REI appellatione & causæ & jura continentur, *L. 23. de V. S.*

Neque REI suæ pignus, neque depositum, neque precarium, neque emptio, neque locatio consistere potest, *L. 45. pr. eod.*

RES una eademque diverso jure censeri non debet, *c. 30. X. de decim.*

RES inter alios acta, aliis non prodest, nec nocet, *c. 30. X. de testib.*

RES inter alios acta, aliis prodest in eodem negotio, *c. penult. X. de appell.*

RES, quæ lite pendente fit litigiosa, in alium transferri non potest, *c. 3. X. ut lit. pend.*

RES, de qua litigatur, ad nullam transfertur personam, ante causæ cognitionem, nec ullus ex ea pensiones exigat, *c. ult. q. 1. caus. 11.*

RES non est integra, postquam legitime cœpta est agi, *c. in causis. X. de elect.*

REM inventam qui non reddit, furtum committit, *c. si quid. c. multi. q. 5. caus. 14.*

RES male alienatæ ab Antecessore, à Successore revocari possunt, *c. 2. X. de rer. permut.*

RES alienari prohibita non datur in feudum, *II. F. 3. §. 1.*

RES emptæ de usuris succedunt loco pecuniæ de usuris receptæ, *c. 5. X. de usur.*

Quod

Quod ratione REI meæ per alium acquiritur, mihi de jure restituendum est, *c. 10. X. de sepult.*

Cum RES restitui non potest, in alio æquivalente fieri debet restitutio, *c. 4. X. ut lit. pend.*

Ratione REI sitæ sortimur forum, *c. 3. & ult. X. de for. compet. c. 26. X. de V. S.*

In RE communi potior est conditio prohibentis, *c. 56. de R. I. in 6.*

REI, quæ non est, non datur privilegium, *c. penult. X. de Eccl. ædific.*

Si RES venit ad eum statum, à quo incipere potuit, tenet, etsi ab initio non tenuerit, *c. 12. X. de convers. conjugat.*

RES intelligi debet, ut potius valeat, quam pereat, *c. 6. X. de fide instrum.*

Qui plus REI petit, adversario in expensis condemnatur, *c. un. X. de plus petit.*

RES terrenæ non nisi divino vel humano jure tenentur, *c. 1. q. 7. caus. 23.*

RES *communis.*

RES communes sunt, aër, aqua profluens, & mare & per hoc littora maris, *L. 2. §. 1. de D. R.* & *§. 1. de R. D.*

RES *corporalis.*

RES corporales sunt, quæ tangi possunt, veluti fundus, homo, vestis, aurum, argentum, & denique aliæ res innumerabiles, *L. 1. §. 1. de D. R. §. un. de rebus corporal.*

RES corporales sunt fructus, qui ex fundo percipiuntur, & plerumque id, quod nobis ex aliqua obligatione debetur, veluti fundus, homo, pecunia, *ibid.*

RES *Ecclesiæ.*

RES Ecclesiæ, veluti terrulas aut vineolas exiguas, Ecclesiæ minus utiles, aut longe positas, & parvas, Episcopi sine consensu fratrum, si necessitas fuerit, distrahendi habent potestatem, *c. 53. q. 2. caus. 12.*

RES *incorporalis.*

RES incorporales sunt, quæ tangi non possunt; qualia sunt ea, quæ in jure consistunt, sicut hereditas, ususfructus, obligationes quoquo modo contractæ, *L. 1. §. 1. de D. R. §. un. de reb. corpor. & incorpor.*

RES incorporalis dicitur ipsum jus successionis, & ipsum jus utendi, & ipsum jus obligationis, tum & jura prædiorum urbanorum, & rusticorum, quæ dicuntur servitutes, *ib.*

RES *judicata.*

RES judicata dicitur, quæ finem controversiarum pronunciatione Iudicis accipit, quod vel condemnatione, vel absolutione contingit, *L. 1. de re judicata.*

REI judicatæ non obstat, si ex alia causa, eadem res petatur, super qua fuerat adversarius absolutus, *c. ult. X. de caus. poss. & propriet.*

RES judicata præjudicat delictum supervenienes, *c. ult. X. de adult.*

REBUS judicatis standum est, *L. 1. C. de re judicata.*

RES judicata pro veritate accipitur, *L. 207. de R. I.*

RES *privata.*

RES privatæ dicuntur, quæ singulorum sunt, *L. 1. pr. de D. R.*

RES *publica.*

RES publicæ nullius in bonis esse creduntur, *L. 1. pr. de D. R.*

RES *religiosæ.*

vid.

RELIGIOSUS, *a, m.*

RES *sacra.*

RES sacræ sunt, quæ rite per Pontifices Deo, & non private consecratæ sunt; veluti ædes sacræ, donaria, quæ rite ad ministerium Dei dedicata

cata sunt, *L. 6. §. 3. de D. R.* & *§. 8. de R. D.*

RES sacræ, ut vestimenta & alia usu consumpta comburantur, & cineres in Baptisterium, vel in parietem, vel fossam pavimenti injiciantur, *c. 39. dist. 1. de consecr.*

RES sacræ ad ornamentum nuptiarum non adhibeantur, *c. 43. ead.*

RES *sancta.*

RES sanctæ dicuntur, quæ ab injuria hominum defensæ & munitæ sunt, *L. 8. pr. de D. R.*

RES sanctæ sunt, veluti muri & portæ civitatis, *§. 10. de R. D.*

RES *universitatis.*

RES universitatis sunt, non singulorum, veluti quæ in civitatibus sunt theatra, & stadia, & similia, & si qua alia sunt communia civitatum, *L. 6. §. 1. de D. R.* & *§. 6. de R. D.*

RESCINDERE.

Ad RESCINDENDAM venditionem, & malæ fidei probationem, hoc solum non sufficit, quod magno pretio fundum comparatum, minoris distractum esse commemoras, *L. 4. C. de rescind. vend.*

RESCINDI non debet matrimonium cum infideli contractum, *c. nunquid. q. 1. caus. 28.*

RESCISSIO.

RESCISSIO venditionis factæ citra dimidium justi pretii potest peti fieri jure actionis ex eo contractu, cum in bonæ fidei contractibus veniant ea, de quibus non est actum, *L. 2. C. de rescind. vend.*

Perperam RESCISSIO decretorum, appellationis solennitatem non requirit, *c. statutis. q. 1. caus. 2.*

RESCISSORIA *actio.*

vid.

ACTIO *rescissoria.*

RESCRIPTUM.

RESCRIPTUM permittens illicitum matrimonium nullius est momenti, *L. 9. C. de incestis nuptiis.*

RESCRIPTUM obreptitium, vel de illicitis impetratum non valet, *L. 1. C. si nuptiæ ex rescripto.*

RESCRIPTUM meretur effectum, quod cum jure, lege, & ratione concordat, *c. 16. q. 2. caus. 25.*

RESCRIPTA sive sint annotationes, sive pragmaticæ sanctiones, expressam debent in se habere conditionem: *Si preces veritate nitantur*, d. *c. 16. §. Rescripta. ead.*

RESCRIPTUM Apostolicum contra Evangelium non admittitur, *c. sunt quidam. q. 1. caus. 25.*

RESCRIPTUM contra jus commune factum, ab omnibus est refutandum, *c. Rescripta. q. 2. ead.*

RESCRIPTUM per veri suppressionem obtentum, viribus carere decernitur, *c. 26. X. de rescript.*

Error nominis vitiat RESCRIPTUM, *c. 34. X. eod.*

Defectus alicujus literæ RESCRIPTUM non vitiat, *c. Ex parte. X. de fid. instrument.*

Vitium in latinitate commissum vitiat RESCRIPTUM Papæ, *c. 11. X. de rescript.*

RESCRIPTUM potius valere interpretandum est secundum rei veritatem, quam secundum ordinem scripturæ, *c. 2. X. eod.*

RESCRIPTI forma non semper servanda est, *c. 15. X. de offic. deleg.*

Si RESCRIPTUM prohibet causæ cognitionem, de falsitate suspectum est, *c. Ex parte. X. de rescript.*

Si RESCRIPTUM faciat mentionem alterius Rescripti, primum rescriptum est exhibendum, *c. 37. X. eod.*

RESCRIPTUM per solam citationem perpetuatur, *c. 16. X. eod.*

RESCRIPTUM juri contrarium & fisco

ſco damnoſum non convenit impetrari, *L. 3. C. de precibus* &c.

RESCRIPTVM, per quod dilatio ad ſolvendum debitori conceditur, non valet, niſi præſtetur idonea fidejusſio, *L. 4. C. eod.*

RESIDERE.

RESIDERE Clerici compelluntur per ſuos Prælatos, *c. penult. X. de Cler. non reſid.*

RESIDERE intelligitur, qui eſt in ſervitio Papæ abſens, *c. 14. X. eod.*

RESIGNATIO.

RESIGNATIO debet fieri in manus ſui Superioris, alias non valet, *c. ult. X. de renunt.*

RESISTERE.

RESISTERE poſſe perverſis, & non facere, eſt ipſis conſentire, *c. qui poteſt. q. 3. cauſ. 23.*

RESISTERE non debent perfecti malis manu armata, *ibid.*

RESPONDERE.

RESPONDERE obſcure, & nihil reſpondere paria ſunt, *L. 11. §. 7. de interrogationibus* &c.

De ætate interdum interrogatus RESPONDERE debebit, *L. 11. pr. eod.*

RESPONDERE nemo debet propter hoc, ut plus videatur ſcire, quam ſcit, *c. ult. §. pariter. diſt. 43.*

RESPONDERE interdum cogimur, ne ignorantes eſſe videamur, *c. 2. ead.*

Si Reus juſſus recuſet RESPONDERE poſitionibus, vel ſi contumaciter recedit, habetur pro confeſſo, *c. 2. de confeſſ. in 6.*

RESPONDERE quis poteſt poſitionibus adverſæ ſuæ partis per procuratorem, *ibid.*

RESPONDERE non debent vocati, qui aut timore ejecti, aut rebus ſuis ſpoliati ſunt, antequam reſtituantur, *c. ult. q. 2. cauſ. 5.*

Qui RESPONDERE vel agere vult, non debet in poteſtate alterius eſſe, ſed libertatem habere, *c. 10. X. de procurator.*

RESPONDERE cuilibet tenetur hæreticus, & nemo ei, *c. 13. X. de hæret.*

RESPONSIO.

RESPONSIONEM ſuam factam in jure poteſt quis revocare re integra, ſi jus adverſarii non eſt factum deterius, *L. 11. §. 12. de interrogation.*

RESPONSIO facta in judicio non præjudicat reſpondenti, niſi reſpectu interrogantis, *L. 22. eod.*

RESPONSIONIBVS eludere garrulos, eſt prudentia, *c. 2. diſt. 43.*

Cum RESPONSIO eſt obſcura, & ad plura referri poteſt, non datur plenum reſponſum, *c. 24. X. de V. S.*

Vt certa RESPONSIO dari poſſit, quæſtio debet eſſe certa & finita, *c. 6. X. de ſponſalib.*

RESPONSIO ſimplex refertur ad interrogata omnia, *§. 17. de inutilibus ſtipulat.*

RESPONSIO quando fit in aliqua ex rebus ſpecificatis, valet in ea, *ib.*

RESPONSVM.

RESPONSA prudentum ſunt ſententiæ & opiniones eorum, quibus permiſſum erat de jure reſpondere, *§. 8. de I. N. G. & C.*

RESPONSVM eſt, *II. F. 8. c. rei autem. II. F. 13. II. F. 26. c. 1. pr. c. 5. §. 2. 4.*

RESPONSA prudentum ſunt, quæ Iurisconſulti reſpondere dicuntur conſulentibus, *c. 5. diſt. 2.*

RESPVBLICA.

REIPVBLICAE expedit, ne ſua re quis male utatur, *§. 2. de his, qui ſui* &c.

REIPVBLICAE Legati non poſſunt inviti eſſe teſtes, *c. ſi teſtes. §. inviti. q. 2. cauſ. 4.*

REIPVBLICAE curator ſi nominaverit aliquem officialem eo tempore idoneum, hujus nomine non tenetur, ſi nominatus poſtea fortuito caſu

casu lapsus facultatibus damnum reipubl. dederit, *L. 2. §. 7. de administrat. rerum.*

REIPVBLICAE curator si locaverit in quinquennium prædia publica, non exacta idonea cautione, & colonus etiam post quinquennium remanserit in conductione, ac factus sit debitor reipubl. successor ejus, qui locavit, tenetur reipubl. quia approbare videtur dimittendo ei prædia, *L. 4. §. 1. eod.*

RESTITVERE.

Cum verbum RESTITVAS lege invenitur, etsi non specialiter de fructibus additum est, tamen etiam fructus sunt restituendi, *L. 173. §. 1. de R. I.*

RESTITVIT non tantum, qui solum corpus, sed etiam qui omnem rem conditionemque reddita causa præstet, *L. 246. §. 1. de V. S.*

RESTITVERE est, possessorem facere, fructusque reddere, *L. 22. eod.*

RESTITVERE autem is intelligitur, qui simul & causam actori reddit, quam is habiturus esset, si statim judicii accepti tempore res ei reddita fuisset, i. e. usucapionis causam, & fructum, *L. 35. eod.*

RESTITVERE is videtur, qui id restituit, quod habiturus esset actor, si controversia ei facta non esset, *L. 75. eod.*

Injuste ablata debent RESTITVI, damna resarciri, de illatis injuriis satisfieri, fructus non tantum ab iniquo possessore percepti, sed etiam ii, quos alter percepisset, si possedisset, restitui, *c. gravis. X. de restit. spoliat.*

Percipiens scienter rem invasam à spoliatore, tenetur eam spoliato RESTITVERE, etsi is non probet dominium, *c. sæpe. X. eod.*

Occupanti injuste alterius bona, non sufficit illa dare pauperibus, quando iis, quorum erant, RESTITVERE potest, *c. sicut. §. eos. X. de homicid.*

Si quis domum vel aream alicujus succenderit, omnia incensa & sublata RESTITVET, *c. 6. X. de injur.*

RESTITVERE tenetur quis omnia, quæ intermedio tempore percepit, si adversarius probaverit jus suum, *c. 6. X. de in integr. restit.*

Qui Ecclesiam habet non canonice, debet RESTITVERE fructus intermedio tempore perceptos, *c. 28. X. de jure patron.*

RESTITVERE debet Magistratus indebitum, quod à subditis exegit, *c. 8. X. de immunit. Eccl.*

Heres usurarii debet RESTITVERE usuras per defunctum extortas, *c. 9. X. de usur.*

RESTITVERE debet, quod quis percipit ex officio, quo fungi non licet, *c. 16. X. de Judæis.*

RESTITVITVR Monacho pecunia, quam pro sui receptione dedit monasterio suo, *c. 19. X. de simon.*

RESTITVENDVM mihi de jure est, quod occasione rei meæ per alium acquiritur, *c. 10. X. de sepult.*

In integrum RESTITVERE, est restituere honoribus, & ordini suo, & omnibus cæteris, *c. 8. §. indulgentia. q. 3. caus. 2.*

RESTITVITVR Ecclesia contra alienationem, per quam enormiter læsa fuit, *c. ad nostram. X. de reb. Eccl. alien.*

RESTITVITVR Ecclesia ad probandam præscriptionem ante, & post sententiam, licet sit in causa conclusum, *c. 6. X. de in integr. restit.*

RESTITVITVR una Ecclesia contra aliam, *c. 3. X. eod.*

RESTITVITVR Ecclesia in judicio læsa

læsa in his, quæ amisit, *c. 14. X. de privileg.*

Qui petit RESTITUI, debet probare, se possedisse, & spoliatum esse, *c. 10. X. de offic. deleg.*

RESTITUI debent spoliati cum fructibus perceptis à tempore spoliationis, *c. 8. X. de fil. Presbyter. ordin.*

RESTITUI debet per iniquam sententiam spoliatus, *c. 3. X. de procurat.*

Antequam spoliatus RESTITUATUR, spoliatori suo respondere non debet, *c. 2. & ult. de ordin. cognit.*

RESTITUI etiam præda debet ante judicium, *c. Deus. q. 1. cauf. 3. c. 5. X. de restit. spoliat.*

Quando Princeps RESTITUIT in integrum, infamiam tollit, *c. ult. §. f. q. 3. cauf. 2.*

RESTITUITUR quis interdum ita, ut possit ad omnia promoveri, *c. 53. dist. 50.*

RESTITUI debet absentis possessio turbata, *c. un. X. de Cler. peregrin.*

In integrum RESTITUTUS meliorationes adversario restituere debet, *c. 1. X. de in integr. restit.*

RESTITUITUR mulier viro probanti desponsationem & copulam, *c. 8. X. de restit. spoliat.*

RESTITUI prius mulier debet, quam in causa judicii procedatur, *c. sive de conjugit. q. 2. cauf. 33.*

RESTITUTA uxore, debent una omnia bona restitui, *c. 4. in f. X. ut lit. non contest.*

RESTITUERE non potest Prætor aliquem infamem, solus enim Princeps vel senatus hoc facit, *L. 1. §. 10. de postulando.*

RESTITUERE in integrum etiam contra suam sententiam possunt Præfectus urbi & alii Magistratus, habentes merum & mixtum imperium, *L. 16. §. 5. de minor.*

In integrum etiam RESTITUERE possunt Præfecti prætorio, *L. 17. eod.*

Minor Magistratus non RESTITUET contra sententiam majorum, *L. 18. pr. eod.*

RESTITUERE contra sententiam Principis vel sui delegati solus Princeps vel delegatus potest, *L. 18. §. 3. eod.*

RESTITUI non debet, qui operam dedit, ut abesset reipubl. causa, *L. 5. pr. ex quib. cauf. major.*

RESTITUI non debet ille, qui litis evitandæ causa cœpit reipubl. gratia abesse, *ibid.*

RESTITUITUR adversus usucapionem in servitute detentus, vel liber homo bona fide serviens, *L. 11. eod.*

RESTITUITUR captus ab hostibus, sed non transfuga, *L. 14. eod.*

RESTITUITUR absens contra usucapionem cœptam ante ejus absentiam, & completam post ejus reversionem, ut subducatur de medio tempus modicum, quod fluxit post reversionem, & tempus absentiæ, sive sit medium, sive sit primum, *L. 15. §. 3. eod.*

RESTITUITUR Advocatus ex clausula generali, *si qua mihi justa causa.* & etiam militum medicus, *L. 33. pr. & §. 2. eod.*

RESTITUITUR militi vel absenti hereditas, salva legatorum seu fideicommissorum causa, quam perdidit ob id, quod reipub. causa abfuit, *L. 41. eod.*

Is, qui reipubl. causa abest, in aliqua re læsus, non RESTITUITUR, in qua etiam si reipubl. causa non abfuisset, damnum erat passurus, *L. 44. eod.*

Qui reipubl. causa abfuit, etiam adversus eum, qui pariter reipubl. causa abfuerit RESTITUENDUS est, si aliquid damni juste queritur, *L. 46. eod.*

RE-

RESTITVERE rem condemnatus debet etiam condemnari restituere fructus, *L. 35. §. 1. de R. V.*

RESTITVTIO.

RESTITVTIONIS verbo pleraque continentur, *L. 22. de V. S.*

Verbo RESTITVTIONIS omnis utilitas actoris continetur, *L. 81. eod.*

RESTITVTIO tota juris est interpretatio, *L. 246. §. 1. eod.*

RESTITVTIO non est facienda, dum propter viri sævitiam uxori provideri non potest, *c. 13. X. de restit. spoliat.*

RESTITVTIONEM impedit notorium adulterium, *c. 4. X. de divort.*

RESTITVTIO in causa matrimonii est favorabilis, *c. 4. X. de in integr. rest.*

RESTITVTIO in integrum semel Ecclesiæ negata, non amplius conceditur, nisi ex nova causa, *c. ult. X. eod.*

RESTITVTIONEM Ecclesia petere potest post latam sententiam, *c. 5. X. eod.*

RESTITVTIO non competit possidenti sub conditione, si de possessione illa dejiciatur, quia non dicitur possidere, *c. 12. X. de restit. spoliat.*

RESTITVTIONEM petenti adversarius crimen opponere non potest ante restitutionem, quia præsumitur inimicus, *c. 6 X. eod.*

RESTITVTIONEM petenti opponi potest, quod non fuerit spoliatus, & probare volens auditur, *c. 3. X. eod.*

RESTITVTIONEM petenti non potest deferri quæstio proprietatis *c. 2. & 5. X. eod.*

RESTITVTIONEM ab eo frustra petimus, qui non habet, unde solvat, *c. si res q. 6. caus. 14*

RESTITVTIONIS beneficium cum effectu non competit contra eum, qui non habet, unde restituat, donec ad pinguiorem fortunam redierit, *c. 16. X. de restit. spoliat.*

RESTITVTIO non competit ei, qui possidet, *c. 15. X. de judic.*

RESTITVTIO prius debet fieri, quam de canonica institutione quæratur, *c. 5. X. de restit. spoliat.*

RESTITVTIO rerum aliquando fit in simplum, *c. Non sane. q. 5. caus. 14.*

RESTITVTIO pecuniæ commendatæ, est juris naturalis, *c. 7. dist. 1.*

Etiam cadaveris, sicut rei RESTITVTIO petitur, *c. 5. X. de sepult.*

RESTITVTIO non datur in alio judicio contra sententiam latam in uno judicio, nisi ad appellandum, *c. ult. X. de in integr. restit.*

RESTITVTIONIS causa finiri debet intra quadriennium continuum, à tempore læsionis, etiamsi minus quadriennio tempus læsionis existat, *Clem. c. un. de restit. in integr.*

RESTITVTIONIS tempus (quatuor annorum) incipit currere à tempore confessionis, *c. 2. de restit. in integr. in 6.*

Omnes in integrum RESTITVTIONES causa cognita à Prætore permittuntur, *L. 3. de in integr. restit.*

RESTITVTIO in integrum propter minimam rem vel summam non est concedenda, si majori rei vel summæ præjudicetur, *L. 4. eod.*

RESTITVTIO in integrum non datur ei, qui major factus comprobaverat, quod minor gesserat, *L. 3. §. 1. de minor.*

RESTITVTIO in integrum non potest dari minori, procuratore ejus postulante, habente generale mandatum de universis negotiis gerendis, *L. 25. §. 1. eod.*

RESTITVTIO in integrum ita facienda est, ut unusquisque in integrum jus suum recipiat, *L. 24. §. 4. eod.*

Quod si de speciali mandato dubitetur, cum

cum RESTITVTIO postuletur, interposita stipulatione *ratam rem dominum habiturum*, rei potest mederi, *L. 26. pr. eod.*

Patri pro filio omnimodo præstanda RESTITVTIO est, licet filius restitui nolit, quia patris periculum agitur, qui de peculio tenetur, *L. 27. pr. eod.*

Adversus eos quoque RESTITVTIO præstanda est, quorum de dolo agere non permittitur, nisi quædam personæ speciali lege exceptæ sint, *L. 27. §. 4. eod.*

RESTITVTIO, quæ datur majoribus ex justa causa ex edicto, ex quibus causis majores restituantur, datur eis, ne noceat eis absentia ex justa causa, & datur etiam contra eos, ne prosit, *L.1.pr.ex quibus caus. major.*

RESTITVTIO ex clausula generali, *si qua mihi justa causa esse videbitur*, raro est in usu, quia ex aliis specialibus causis frequentius solet concedi, *L. 2. pr. eod.*

RESTITVTIONEM non debet habere ille, qui alterius grandis commodi captandi gratia id egit, ut reipubl. causa absens staret, *L. 4. eod.*

RESTITVTIO ex edicto, ex quibus causis majores, non datur ei, qui litigat de statu suo, *L. 12. eod.*

RESTITVTIO ex quibus causis majores dari debet non solum in damnis, sed etiam in lucris, quæ ipsi quærunt sine damno & injuria aliorum, *L. 18. eod.*

RESTITVTIO datur contra eum, qui conventus frustratur, & qualibet tergiversatione & solertia efficit, ne cum eo agi possit, ut sic usucapionem impleret, *L. 24. eod.*

RESTITVTIO datur ei, si per Iudicem stetit, quo minus agere posset, & ideo actio ejus expiravit, & usucapta sit, *L. 26. pr. eod.*

RESTITVTIO ex quibus causis majores datur contra eum, qui non potest vocari in jus, veluti consulem, prætorem, & alios, qui habent imperium, *L. 26. §. 3. eod.*

RESTITVTIO ex quibus causis majores non datur filio vel liberto, cum potuit veniam impetrare, quam Iudex de facile permisisset, *ibid.*

RESTITVTIO datur ei, cui magistratus copia non fuit, & ob id actio sibi sit usucapta, *L. 26. §. 4. eod.*

RESTITVTIO dari debet ei, cui per magistratum vel Iudicis dilationes effectum est, ut actio exempta & usucapta esse dicatur, *ibid.*

RESTITVTIO datur ei, cui per gratiam, aut sordes magistr. tus jus non dixit, *ibid.*

RESTITVTIO non datur ei, cui Iudex denegavit suam jurisdictionem, ex eo quod decreto suo non obtemperaverit, & actio perempta sit, *L. 26. §. 6. eod.*

RESTITVTIO non datur ei, qui ex justa causa à Iudice non fuit auditus, & ita actio exempta sit, *ibid.*

RESTITVTIO datur ei, cui actio perempta est propter ferias repentinas, secus si propter ferias solennes, quia ille eas prospicere potuit, & debuit, ne in eas incideret, *L. 26. §. 7. eod.*

RESTITVTIO, quæ propter ferias repentinas datur alicui, debet dari solum ad illos dies, quibus ipse agere voluit, & interventu feriarum impeditus fuit, & non ad quadriennium, *ib.*

RESTITVTIO unius diei tantum debet dari adversus me, si ego, postquam possedi rem tuam uno minus die statuto in usucapionis tempore, cœpi abesse reipubl. causa, *L. 26. §. 8. eod.*

RESTITVTIO ex clausula generali, si qua mihi justa causa esse videbitur, dari

dari debet legato alicujus civitatis, sive dimiserit procuratorem, sive non, *L. 26. §. 9. eod.*

RESTITVTIO ex clausula generali, *si qua mihi justa* &c. dari debet illis, qui causa dicendi testimonii evocantur, ex qualibet provincia in urbem, vel ad Principem, aut ad aliam provinciam, & etiam illis, qui peregrinationis & appellationis prosequendæ causa absunt, *ibid.*

RESTITVTIO datur ei, qui fidejussores dedit, & sub pœna, quod non recederet, & propter hoc, quod recedere non potest, fit læsus, datur etiam restitutio contra eum, *L. 28. §. 1. eod.*

RESTITVTIO ex clausula generali, *si qua mihi justa* &c. datur non solum, cum leges permittunt, sed etiam, cum leges non prohibent expresse, *L. 28. §. 2. eod.*

RESTITVTIO ex edicto ex quibus causis majores &c. datur contra heredem, sicut & contra defunctum, *L. 30. pr. eod.*

RESTITVTIO non datur tabellioni, vel ei, qui notis scribit acta Præsidum, si sui commodi causa abest, *L. 33. §. 2. eod.*

RESTITVTIO dari debet pagano, qui in expeditionem consulari jussu transierat, ibique in acie ceciderat, *L. 35. §. 6. eod.*

RESTITVTIO, quæ alias fuit denegata, potest peti ex nova causa, non alias, *L. 2. & 3. C. si sæpius in integr.*

RESVRGERE.

RESVRGENT homines cum suis propriis corporibus, quæ in vita habuerunt, *c. 1. X. de summa Trinitat.*

RESVRRECTIO.

RESVRRECTIO in fine seculi erit, *c. 1. X. de summa Trinit.*

RESVSCITARE.

RESVSCITATVS in anima non vivit absente resuscitatore, secus de resuscitato in corpore, *c. 35. dist. 1. de pænit.*

RETINERE.

RETINERE quis non debet res nostras nobis invitis, *L. 25. §. 1. soluto matrimonio.*

RETINERE pecuniam potius interest, quam solutam repetere, *L. 15. pr. de fidejuss.*

RETINERE non potest feudum mutus, *I. F. 6. §. 2.*

RETINERE non potest Vasallus feudum alienatum, si pœnitentia ductus rem alienatam recuperet, *II. F. 44.*

RETINERE nitens non suum, privetur suo, *c. 28. X. de prebend.*

RETINERE non debet sibi aliquis, quod alii necesse debet dare, *c. ad aures. X. de excess. Prælat.*

RETRACTARE.

RETRACTARE negotium alterius non licet, quod Episcoporum sententia decidit, *c. Omnes q. 1. caus. 11.*

RETRACTARI non debet, quod semel bene definitum est, nisi ubi major autoritas fuerit, *c. quod bene. q. 4. caus. 6.*

RETRACTARI non debet legitime factum, licet casus postea eveniat, à quo non potuit inchoari, *c. 73. de R. I. in 6.*

RETRACTARI non possunt negotia contumacis per appellationem, *c. de illicita. q. 3. caus. 24.*

RETRACTATVR sententia contra matrimonium ex errore lata, cum de errore constiterit, *c. 6. X. de frigid. & malef.*

RETRAHERE.

RETRAHVNT feudum alienatum Dominus, item agnatus, *II. F. 9. §. 1.*

RETRIBVERE.

Sex differentiæ RETRIBVENDI, nempe: *reddere* bona pro malis: *non reddere* mala pro malis: *non reddere* bona pro bonis: *reddere* mala pro

pro bonis: *reddere* bona pro bonis: *reddere* mala pro malis, *c. 1. q. 3. cauf. 23.*

REVERENTIA.

REVERENTIAM Domino feudi Vafallus debet, etiam poftquam feudum refutavit, *II. F. 38.*

REVERENTIA alicui exhibetur ratione dignitatis, vel Superioris poteftatis, *c. vifis. q. 2. cauf. 16.*

REVERENTIA exhiberi debet etiam inutili Prælato, quamdiu fuftinetur, *c. fi fort.affis. q. 5. cauf. 16.*

REVERTERE.

REVERTITVR pars feudi divifi ad Dominum, *I. F. 5. §. 1.*

REVERTITVR feudum ad Dominum Vafallo muto, *I. F. 6. §. 2.*

REVERTITVR feudum alienatum ad Dominum, *II. F. 73.*

REVERTITVR alienatum feudum ad Dominum poft mortem Vafalli, *I. F. 13.*

REVERTITVR feudum ex defectu heredum ad Dominum, *II. F. 11.*

REVERSO feudo, extinguitur fervitus, *II. F. 8. c. rei autem.*

· REVOCARE.

In REVOCANDO eadem poteftas verfatur, quæ in jubendo vel prohibendo, *L. 14. de re judicata.*

Quod quis fecit, REVOCARE licitum eft re integra, *c. 11. X. de fent. excommun.*

Illud tantum REVOCATVR, quod illegitime factum eft, *c. 18. X. de refcript.*

REVOCAT Dominus feudum alienatum, *II. F. 40.*

REVOCARI debet totum, quod fecit Vafallus alienando, *I. F. 18. c. fi aliquis.*

Non REVOCANT aliquando agnati feudum antiquum filiæ à Domino datum, *I. F. 24.*

REVOCARI poffunt metu tradita, non obftante juramento, *c. 2. X. de his, quæ vi metuve* &c.

REVOCATVR fententia, jufta caufa probata, *c. 2. X. de procur.*

REVOCATIS literis, fententia lata non tenet, *c. 4. X. de reftit. fpoliat.*

REVOCARI non poteft poteftas alicui conceffa, re non integra, *c. 30. X. de elect.*

REVOCARE poteft interlocutoriam fuam Iudex à quo, *c. 10. de appell. in 6.*

REVOCARI poteft interlocutoria, negotio principali præjudicans, per appellationem interpofitam à definitiva, *c. ult. X. de appell.*

REVOCARI debent in priftinum ftatum, quæ fiunt poft appellationem, *c. 10. X. de elect.*

Dato procuratore pofteriore, REVOCATVR procuratio prioris, *c. 14. X. de procurat.*

REVOCARI poteft illicitum mandatum per Superiorem, *c. 23. X. de jurejur.*

REVOCANS mandatum vel in præjudicium adverfarii, vel in contemptum Iudicis, punitur propter hoc in expenfis factis, *c. 8. X. de procurat.*

REVOCARE poteft & debet fucceffor, quod anteceffor alienavit, *c. 4. X. de reb. Eccl. alien.*

REVOCATIO.

REVOCATIO mandati, re non amplius integra, non præjudicat procuratori, *L. 15. mandati.*

REVOCATIO mandati non valet, poftquam in caufa eft conclufum, *c. 8. X. de procurat.*

REVOCATIO mandati probatur per proprium juramentum, & per juramentum unius teftis, *c. 3. X. eod.*

REVOCATIO vi vel metu extorta non valet, *c. un. de his, quæ vi metuve in 6.*

REVOCATIO procuratoris poteft fieri taci-

tacite, vel expresse, *Clem. c. un. de renunt.*

REVS.

REVS solvendi ubicunque petitum erit, ubicunque convenietur, ibi videbitur contraxisse, dummodo conveniatur, ubi vel ipse præsens est, vel bona possidet, *L. 47. §. 2. de admin. & peric. tut.*

In criminali negotio REI forum accusator sequatur, *L. 5. pr. de jurisd. omn.*

REVS dicitur fugiens ex eo, quod solitus est fugere, *L. 13. §. 2. C. de judiciis.*

REO post litis contestationem se absentante, & legitime citato, pervenitur ad definitivam, *L. 13. §. 3. C. eod.*

REVS post litis contestationem se absentans, legitime etiam citatus contrahit eremodicium, *ibid.*

REVS dicitur à *re*, quæ petitur, licet enim sceleris reus non sit, reus tamen dicitur, quamdiu in judicium pro re aliqua petitur, *c. 10. X. de V. S.*

REVS non est statim, qui accusatur, sed qui convincitur, *c. ult. q. 8. caus. 15.*

REVS objecti criminis non habetur, nisi resipiscens voluerit probare crimen, quod iratus alicui objecit, *c. si quis iratus. q. 3. caus. 2.*

REVS est, qui falsum de aliquo profert, & qui crimina facile credit, *c. 77. q. 3. caus. 11.*

REVS est, qui peccat, & qui peccanti consentit, *c. 96. ead.*

REVS est, qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, *c. 80. ead.*

REVS nullam pertimescit culpam, quam redimere numis existimat, *c. 72. ead.*

REVS, Iudex, Actor & testes requiruntur in communi judicio, *c. 10. X. de V. S.*

REVS & Actor eodem jure censentur, & eadem est utriusque conditio, *c. 2. X. de mut. petit.*

REI forum sequitur Actor, *c. neminem. q. 6. caus. 3.*

REI favorabiliores sunt, quam Actores, *c. 5. X. de except.*

REI debent uti extenuatione ad minuendam causam, *c. 1. q. 4. caus. 4.*

REO in ambiguis favendum est potius, quam Actori, *c. 11. de R. I. in 6.*

Quod REO non licet, nec Actori licet, *c. 33. eod.*

REVS debet absolvi, Actore non probante, *c. 3. X. de caus. poss. & propr.*

Si actio inepta edita est, REVS ab instantia absolvitur, *c. 15. X. de judic.*

Deficiente accusatore, non videtur cogendus REVS ad purgationem, in *pr. q. 5. caus. 2.*

REO non incumbit probatio, *c. 1. & 2. q. 5. caus. 6.*

Favore matrimonii REO defertur juramentum, etsi actor nihil probet, *c. 10. X. de despons. impub.*

Quando contra REVM est præsumptio, onus probandi in eum transfertur, *c. un. X. ut Eccl. benefic.*

REO de se confitenti super alienum crimen credi non oportet, *c. ult. q. 3. caus. 15.*

REVS de se confessus, super aliorum conscientiis interrogari non debet, *c. 1. X. de confess.*

REVS ab instantia absolvitur, cum libellus inepte concipitur, si vero postea congrue reformetur, nihilominus tenetur respondere, *c. 15. X. de judic.*

REVS non tenetur respondere in actione personali, si non exprimitur causa petitionis, *c. ult. X. de libell. oblat.*

Absurdum est, si actore impugnante, REO defensionis copia denegetur, *c. cum inter. X. de except.*

REO excipiente de excommunicatio-

tione contra actorem, non obstat replicatio communis, *c. à nobis. X. eod.*

REVS excipiens prius auditur, & exceptione probata, respondere non cogitur, *c. cum. X. de ordin. cognit.*

REVS actori propria sua instrumenta edere non tenetur, *c. 1. X. de probat.*

Si REVS non invenitur, sufficit publice citationem ad Ecclesiam ejus proponi, *c. ult. X. de dol. & contum.*

REVS, nisi omnes Iudices citent, ad citationem comparere non tenetur, *c. 21. X. de off. deleg.*

REVS, qui missum in possessionem ad mandatum Iudicis non admisit, per dolum, si intra annum caveat stare juri, non mulctabitur ex canonica æquitate, *c. 1. X. de dol. & contum.*

REVS condemnatur in expensis, actore, ex decreto, in possessionem misso, etiam lite pendente, *c. 1. X. de sequestrat.*

REVS contumaciter recedens, juret, se stare juri, *c. 4. X. de dol. & contum.*

Si REVS non fit contumaciter absens, non proceditur, sed absens expectatur, *c. 5. X. ut lit. non contest.*

REVS potest locum recusare, ad quem securus non potest accedere, *c. 35. X. de offic. deleg.*

REI ambo habentur, si accusati de adulterio ambo negent, & de concessione alterius alter alterum purget, si in probatione ceciderit, *c. statuit. q. 5. cauf. 2.*

REVS in publico judicio non potest esse testis, nec hujus parentis libertus, *c. si testes. §. in testimonium. q. 2. cauf. 4.*

REVM Iudex punire potest diversis pœnis, *c. ult. X. ut lite non contest.*

REI pœnam debet sustinere accusator, non probans calumniam, vel crimen illatum, *c. quia. q. 6. cauf. 5.*

REO absoluto non competit exceptio rei judicatæ, *c. penult. X. de exception.*

Pro liberis REORVM læsæ Majestatis supplicare prohibemur, *c. si quis. q. 1. cauf. 6.*

REVS.

Si duo REI stipulandi sunt, & uni debitor judicio se sisti cum pœna promiserit, alter autem impedierit, ita demum exceptio adversus alterum danda est, si socii sint, ne profit ei dolus propter societatem, *L. 5. pr. si quis cautionibus in judicio* &c.

Si duo REI promittendi sunt, & unus ad judicium non venerit, contempta sua promissione judicio sistendi causa facta, actor autem ab altero rem petat, ab altero pœnam desertionis, petendo pœnam exceptione summovebitur, *L. 5. §. 1. eod.*

REVS, qui fuit in mora sistendi judicio ad diem promissam, juvatur exceptione, si sistat intra paucos dies, & jus actoris non sit factum deterius, *L. 8. eod.*

Qui stipulatur, REVS stipulandi dicitur, qui promittit, *reus* promittendi dicitur, *L. 1. de duobus reis constit.*

In duobus REIS promittendi frustra timetur novatio, *L. 3. pr. eod.*

Vbi duo REI debendi facti sunt, potest vel ab uno eorum solidum peti, hoc est enim duorum reorum, ut unusquisque eorum in solidum sit obligatus, possitque ab alterutro peti, partes autem à singulis peti posse nequaquam dubium est, *L. 3. §. 1. eod.*

REI duo constituuntur, sive unica voce respondeant, veluti *promittimus*, sive pluribus vocibus, puta unus, *spondeo*, & alter similiter dixit, *spondeo*, *L. 4. eod.*

REI duo constitui possunt active & passive in obligatione operarum, stipulando vel promittendo operas, quas

quas alius promiserat, vel alius stipulatus sit, ita ut duo sint rei debendi, & uno solvente, alter liberatur, *L. 5. eod.*

REI duo promittendi constituuntur, si interrogati ambo promiserint, *promittimus*, sed si ex duobus interrogatis alter tantum respondeat, ille solus obligatur, *L. 6. pr. eod.*

REIS duobus constitutis, potest stipulator vel ab utroque, vel ab altero tantum fidejussorem accipere, *L. 6. §. 1. eod.*

REORUM duorum constitutionem non vitiat modicum intervallum, nec actus medius constitutioni *reorum* non contrarius vitiat eam, *L. 6. §. 3. eod.*

Ex duobus REIS promittendi alius in diem vel sub conditione obligari potest, nec enim impedimento erit dies, aut conditio, quo minus ab eo, qui pure obligatus est, petatur, *L. 7. eod.*

REI duo constitui possunt non solum verbis stipulationis, sed etiam re & consensu, puto deponendo eandem rem apud duos, vel commodando, vel vendendo eandem rem duobus simul, & etiam testamento, ut quando testator pluribus heredibus institutis dixit, Titius & Mevius Sempronio decem dato, *L. 9. pr. eod.*

REORUM duorum constitutionem vitiat impunitas culpæ ab initio, secus si ex postfacto, *L. 9. §. 1. eod.*

REORUM duorum constitutionem non impedit disparitas locorum, *L. 9. §. 2. eod.*

Si duo REI promittendi socii non sint, non proderit alteri, quod stipulator alteri *reo* pecuniam debet, *L. 10. eod.*

REI duo possunt invicem fidejubere, & potest actor actionem dividere quoad quantitatem & petendi modum, *L. 11. pr. eod.*

REUS unus promittendi si extiterit heres alteri *reo*, sustinet duas obligationes, quia in solidum suo nomine, & in solidum nomine morientis tenetur, *L. 13. eod.*

REI duo promittendi etiam prætoriarum stipulationum fieri possunt, *L. 14. eod.*

REORUM duorum constitutionem impedit disparitas rei debitæ, vel causæ debendi, *L. 15. eod.*

Ex duobus REIS stipulandi si semel unus egerit, alteri promissor offerendi pecuniam, nihil agit, *L. 16. eod.*

Ex duobus REIS ejusdem Stichi promittendi factis, alterius factum alteri quoque nocet, *L. 18. eod.*

REUS unus debendi si capitis diminutione etiam minima eximitur ab obligatione, vel quia deportatus fuerit, alter correus non liberatur, & potest illi obligationi fidejussor accedere, *L. 19. eod.*

REUS promittendi dicitur, qui promittit, & *reus* stipulandi dicitur, qui stipulatur, *pr. Inst. de duobus reis stipul.*

Ex REIS duobus credendi si unus utiliter stipuletur, & alter inutiliter, solutio facta inutiliter stipulanti non liberat solventem ab eo, qui utiliter stipulatus fuit, *L. 128. de V. O.*

Ex duobus REIS promittendi, alius pure, alius in diem, vel sub conditione obligari potest, nec impedimento erit dies aut conditio, quo minus ab eo, qui pure obligatus est, petatur, *§. 2. de duobus reis stipul.*

REUS, *a*, *um*.

REAM linguam non facit, nisi mens rea, *pc. homines. q. 2. caus. 22.*

REX.

REGUM officium est Ecclesiam defendere, *c. 2. q. 3. caus. 23.*

REGUM officium est personas ecclesiasticas tueri, *c. 12. q. 1. caus. 11.*

Hæreses repellere, *c. 42. q. 4. caus. 23.*

Facere judicium, & justitiam, *c. 23. q. 5. caus. 23.*

Malos comprimere, & bonos sublevare, *ibid.*

REGES in initio civitatis Romæ omnem potestatem habuerunt, *L. 2. §. 1. & 14. de O. I.*

REGES Romanorum tulerunt leges, quæ omnes conscriptæ exstant in libro Sexti Papirii, *L. 2. §. 2. eod.*

REGES expellendi atque dejiciendi ab urbe autor fuit Iunius Brutus, qui fuit Tribunus celerum, *L. 2. §. 15. eod.*

Exactis REGIBUS, Consules constituti sunt duo, penes quos ut summum jus esset, ex lege factum est, *L. 2. §. 16. eod.*

Hoc pertinet ad REGES seculi, ut temporibus suis pacatam velint matrem suam habere Ecclesiam, *c. 39. q. 4. caus. 23.*

A REGIBUS terræ auxilium petat Ecclesia, *c. 41. eod.*

REX in temporalibus neminem superiorem cognoscit, *c. 13. §. videbatur. X. qui filii sint legit.*

In causis ecclesiasticis REGIS voluntas, Sacerdotibus est postponenda, *c. Certum. dist. 10.*

Quæ Sacerdotum sunt, REGIBUS usurpare non licet, *c. Imperium. ead.*

REGES se submittant Episcopis & Presbyteris, *c. 3. ead.* & *c. 3. dist. 63.*

REGI commissus est gladius ad vindictam malorum, laudem vero bonorum, *c. 21. X. de homicid.*

REX punire debet blasphemantes Deum, *c. Nos invenitur. q. 4. caus. 23.*

REX solus vel Imperator inducere potest pedagia, *c. 26. X. de V. S.*

REX pravus non dicitur veraciter Rex, *c. Scelus. q. 1. caus. 2.*

REGES ac Principes mitius tractandi sunt, quam alii, *c. 11. X. de sponsal.*

Generale pactum est societatis humanæ, obedire REGIBUS suis, *c. quæ. dist. 8.*

REGIBUS debetur obedientia, *ib.*

REX Conradus, *II. F. 40.*

Fridericus, *II. F. 33. §. 2.*

REGIS Lotharii Constitutio, *II. F. 38.*

Præceptum, *II. F. 76.*

REX apud Mediolanenses judicat de regali beneficio, *II. F. 34.*

REGIS Valvasores quinam, *I. F. 1. pr.*

Ad REGEM pertinet feudum ecclesiasticum amissum, *II. F. 40.*

Coram REGE finiatur controversia inter Capitaneos, *II. F. 34. pr.*

RHODIUS, *a*, *m*.

RHODIAE leges navalium commerciorum sunt, ab Insula *Rhodo* dictæ, in qua antiquitus mercatorum usus fuit, *c. ult. dist. 2.* vid. *Lex Rhodia.*

RIGOR.

Contra RIGOREM juris multa jure civili pro utilitate communi statuta sunt, *L. 51. §. 2. ad L. Aquil.*

RIGOR juris servandus est, *c. multorum. X. de Judæis & Sar.*

RIGOR mansuetudine debet temperari, *Clem. c. 1. §. quia. de judic.*

RIGORI præferenda est æquitas, *c. un. de rerum permut. in 6.*

RIGOR pœnarum Canonicarum temperatur propter necessitatem temporis & utilitatem, *c. Requiritis. q. 7. caus. 1. c. ult. dist. 14.*

RIGOR juris, ratione ætatis aliquando temperatur, d. *c. ult. ead.* & *c. ult. X. de sent. excomm.*

RIGORI juris quandoque detrahendum est, consideratis locorum qualitatibus, *c. 51. X. eod.*

RIGORE disciplinæ, multi canones constituti sunt, *c. 25. dist. 50.*

Se-

Secundum RIGOREM justitiæ, *II. F. 27. pr.*

RIPA.

RIPA ita recte definietur, id, quod flumen continet, naturalem rigorem cursus sui tenens, *L. 1. §. 5. de fluminib.*

RIPAS non mutat flumen, quando imbribus, vel mari, vel aliqua alia ratione ad tempus excreverit, *ib.*

RIPAS suas mutare vel ampliare non dicitur Nilus, eo quod incremento suo Ægyptum operiat, *ib.*

RIPAS mutasse dicitur flumen, quod naturaliter crevit, ad perpetuum incrementum natum sit, vel alio flumine admixto, vel alia ratione, quemadmodum & quando alveo mutato, alias cœpit currere, *ib.*

RIPA ea putatur esse, quæ plenissimum flumen continet, *L. 3. §. 1. eod.*

Secundum RIPAS fluminum loca non omnia publica sunt, cum *ripæ* cedant, ex quo primum à plano vergere incipit usque ad aquam, *L. 3. §. 2. eod.*

Qui in utraque RIPA fluminis publici domus habet, pontem facere non potest, *L. 4. eod.*

RIPAE muniendæ causa si quis opus fecerit sine maximo damno accolarum, ut per hoc defendat agrum suum à flumine, non tenetur, licet per cursus aquæ mutetur, *L. 1. §. 6. ne quid in flumine publico.*

RIPAS fluminum publicorum reficere, munire, utilissimum est, *L. un. §. 1. de ripa munienda.*

RIPAE refectio illa sola est toleranda, quæ navigationi non est impedimento, *L. un. §. 2. eod.*

De RIPA fluminis publici munienda datur interdictum, sicut & datur interdictum de via publica recipienda, *L. un. §. 1. eod.*

RIPAS fluminum publicorum munire potest quis, & contra prohibentem competit interdictum, ne vis fiat sibi volenti facere opus causa ripæ agrive, qui est circa ripam tuendi gratia, dum ne ob id navigatio deterior fiat, dum tamen caveat, & satisdet, vel sit paratus cavere, vel satisdare de damno infecto, si quid intra decem annos contingat, *L. un. §. 3. eod.*

RIPAM muniens de damno futuro cavere debet ante opus factum, nam post opus factum non tenetur præstare cautionem, etiamsi quid postea damnum datum sit, sed in factum subsidiaria Aquilia tenetur ad illud damnum, *L. un. §. 5. eod.*

De RIPA lacus, fossæ, vel stagni publici munienda, idem dicendum est, quod in *ripa* fluminis publici observandum venit, *L. un. §. 6. eod.*

Si in RIPA fluminis, quæ secundum agrum meum sit, arbor nata sit, mea est, *L. 30. §. 1. de A. R. D.*

RIPARUM quoque usus publicus est jure gentium, sicut ipsius fluminis, itaque naves ad eas appellere, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberum est, sicut per ipsum flumen navigare, *§. 4. de R. D.*

RIPARUM proprietas eorum est, quorum prædiis hærent, qua de causa arbores in eisdem natæ eorundem sunt, *ibid.*

RIVALIS.

Si inter RIVALES, i. e. qui per eundem rivum aquam ducunt, sit contentio de aquæ usu, utroque suum usum esse contendente, duplex interdictum utrique competit, *L. 1. §. 26. de aqua quotidiana.*

RIVUS.

RIVUS est locus per longitudinem depressus, quo aqua decurrat, cui nomen est

est ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, i. e. à fluendo, *L. 1. §. 2. de rivis.*

RIVVM reficere & purgare permittitur ei, qui aquæ ducendæ causa id facit, *L. 1. §. 8. eod.*

RIVVM reficere potest etiam ille, qui de jure servitutis non probat, dummodo priore æstate aut hoc anno aquam duxerit, *L. 1. §. 9. eod.*

RIVVM terrenum habens in alieno fundo jure servitutis, non potest facere rivum signitum, i. e. lapideum, *L. 1. §. 10. eod.*

RIVVM habens jure servitutis in alieno fundo, recte potest prohibere, ne eundem rivum deprimat, aut attollat, aut extendat, non tamen potest recte prohibere ille, qui operit rivum apertum, aut econtra coopertum aperit, nisi dominus fundi ex hoc lædatur, *L. 1. §. 11. eod.*

RIVVM terrenum habens in alieno fundo, potest cæmentitium ac lapideum facere, si is *rivus* aquam non continebat, & id fieri erat necessarium refectioni, *L. 2. §. 1. eod.*

RIVVM lapideum habens potest terrenum facere, si id fieri erat urgens, ac necessarium refectioni rivi, *ibid.*

Si quis RIVVM reficienti opus novum nunciat, belle dictum est, posse contemni operis novi nunciationem, cum enim Prætor ei vim fieri vetet, absurdum est, per novi operis nunciationem eum impediri, *L. 3. §. 8. eod.*

Flumen à RIVO magnitudine discernendum est, aut existimatione circumcolentium, *L. 1. §. 1. de fluminibus.*

Si per publicum locum RIVVS aquæductus privato nocebit, erit actio ex lege duodecim tabularum, ut noxa domino caveatur, *L. 5. ne quid in loco publico.*

De RIVIS novis inciviliter institutis Præses cognoscit extraordinarie, *L. 2. de extraordinar. cognit.*

RIXA.

Monachus, qui RIXAS & contentiones amaverit, vel convitium fratri intulerit, puniatur, *c. 5. dist. 90.*

ROGARE.

ROGARE idem est ac mandare, nulla enim datur differentia, quia sicut ex mandato datur actio mandati, ita etiam ex rogatione datur actio mandati, *L. 16. C. de negot. gest.*

Testis, licet ROGATVS non sit, admittitur tamen ad fidem rei gestæ faciendam, *c. si testes. §. ad fidem. q. 2. caus. 4.*

ROMA.

ROMAE appellatio continentibus ædificiis finitur, *L. 2. pr. de V. S.*

ROMA est, qua continenti ædificia essent, *L. 87. eod.*

ROMAM non muro tenus existimari, ex consuetudine quotidiana posse intelligi, cum diceremus Romam nos ire, etiamsi extra urbem habitaremus, *ibid.*

ROMA caput & principatum obtinet nationum, *c. Beati. q. 7. caus. 2.*

Constantinus magnus cum solennitate donavit ROMAM S. Silvestro & successoribus ejus, decernens in urbe ipsa, utriusque potestatis Monarchiam Romanis Pontificibus, *c. 17. de elect. in 6.*

ROMA & *urbs Romana* continentibus finitur, *L. 4. §. 4. de penu legata.*

ROMA communis nostra patria est, *L. 33. ad municipal.*

ROMA est caput orbis terrarum, *L. 3. C. de consulibus. XII.*

ROMANVS, *a*, *m*.

ROMANI cives dicuntur à Romulo, *§. 2. de I. N. G. & C.*

ROMANI cives, ubicunque morantur, pos-

possunt ad civitatem retrahi, *L. un. C. de privileg. corporator.*

ROMANVM territorium confirmatur Papæ Paschali per Ludovicum Imperatorem, *c. 30. dist. 63.*

ROMANAE Ecclesiæ ejusque Ministris jurat Imperator fidelitatem & defensionem, *Clem. c. un. de jurejurand.*

ROMANA Ecclesia Imperium transtulit à Græcis in Germanos, *ib.*

A ROMANA Ecclesia Electores Imperii suum jus eligendi habent, *ib.*

De ROMANA ditione quiquid ad Imperatorem posthac pervenerit, reddere vult Pontifici, *c. 33. dist. 63.*

ROMANA Ecclesia est Tutrix & Curatrix aliarum Ecclesiarum, *c. 1. de immunit. Eccl. in 6.*

ROMANA Lex robur suum proprium vigoremque obtinere debet, *c. ult. dist. 10.*

ROMANAE Leges non vincunt mores, *II. F. 1. pr.*

ROMANARVM Legum non vilis est autoritas, *ib.*

A ROMANIS viris fit uxoribus certa portio, *II. F. 8. c. rei autem. §. 4.*

ROMANO jure causæ Longob. dirimuntur, *II. F. 1. pr.*

ROMVLVS.

ROMVLVS Romam ædificavit, & Numa Pompilius eam legibus exornavit, *Nov. 47. praef.*

ROMVLVS populum Romanum in triginta partes divisit, quas partes *Curias* appellavit; propterea quod tunc reipubl. curam per sententias partium earum expediebat, *L. 2. §. 2. de O. I.*

RVINA.

RVINAE appellatio refertur ad id tempus, quo *ruina* fit, *L. 1. §. 3. de incendio*, &c.

Ex RVINA rapere, vel recipere dicitur ille, qui recipit, vel rapit ex his, quæ ruerunt, & etiam adjacentibus prædiis, *ibid.*

RVINA aliorum fit metus stantium, *c. 40. dist. 2. de pœnit.*

RVINAE perpetuæ ædium, committentis crimen læsæ Majestatis, perpetuæ infamiæ notam testantur, *c. ult. in pr. de pœnis. in 6.*

RVMOR.

RVMOR viciniæ non adeo judicandus est validus, ut, nisi rationabiles causæ, & fide dignæ probationes accedant, possit bene contractum matrimonium irritari, *c. super eo. X. de eo, qui cognovit.*

RVMPERE.

RVPTVM in L. Aquilia intelligitur, quod quoquo modo corruptum est; unde non solum fracta, aut usta, sed etiam scissa, & collisa, & effusa, & quoquo modo perempta, atque deteriorata facta, hoc verbo continentur, *§. 13. de L. Aquil.*

RVMPAT famosum libellum inventor, si non vult pœnam actoris incurrere, *c. qui in alterius. q. 1. caus. 5.*

RVSTICANVS.

RVSTICANI dicuntur, sive sint nobiles, sive rustici, qui toto tempore aut majore parte habitant in villa, *L. 31. C. de testament.*

RVSTICANI existentes extra muros urbis Romanæ, solventes capitationem, & præstantes congruam annonam, ad ullum aliud obsequium evocari non debent, *L. 1. C. ne rusticani &c. XI.*

RVSTICITAS.

RVSTICITATI ab antiquis legibus, & à diversis Principum constitutionibus consultum est, *L. 31. C. de testament.*

RVSTICITATI quandoque non parcetur, *L. 1. C. de interdicto matrimonio* &c.

RVSTICITAS excusat quem à dolo, &

& ignorantia juris, *L. 7. §. 4. de jurisdict.*

RVSTICITAS homines excusat à vera contumacia, *L. 2. §. 1. si quis in jus non ierit* &c.

RVSTICITAS interdum excusationem à tutela præbet, *L. 6. §. 19. de excus.*

RVSTICVS.

Si quis RVSTICVS arma vel lanceam portaverit, vel gladium, Iudex, in cujus potestate repertus fuerit, vel arma tollat, vel viginti solidos pro ipsis recipiat à rustico, *II. F. 27. §. 5.*

Si RVSTICVS militem de violata pace pulsans, manu sua juraverit, quod non de voluntate sua, sed de necessitate hoc fecit, manu militari semiles expurgabit, *II. F. 27. §. 3.*

Si miles RVSTICVM de violata pace pulsaverit, & manu sua juraverit, quod non voluntate, sed necessitate hoc fecit, de duobus unum rusticus eligat, an divino, an humano judicio innocentiam suam ostendat, aut septem testibus idoneis, quos Iudex elegerit, se purget, *ib.*

RVSTICO alienare Dominus potest partem feudi, *II. F. 34. §. 1.*

RVSTICVS agrum, cui adscriptus est, deserere non debet, *c. 3. X. de immunit. Eccl.*

Nihil est impudentius arrogantia RVSTICORVM, qui garrulitatem, autoritatem putant, & parati ad lites, in subjectos tumidi intonant, in *princ. dist. 46.*

RVTA.

In RVTIS cæsis ea sunt, quæ terra non tenentur, quæque opere structili, tectoriove non continentur, *L. 241. de V. S.*

RVTA & cæsa non veniunt in venditione, nisi dicantur, *L. 17. §. 6. de A. E. V.*

RVTA, i.e. eruta dicuntur, arena, creta, & similia; cæsa vero dicuntur arbores cæsæ, carbones & similia, *ibid.*

S.

SABBATVM.

Die SABBATI à carnibus abstinendum, nisi major festivitas interveniat, aut infirmitas impediat, *c. 31. dist. 5. de consecr.*

SACCVS.

Qui SACCVM habentem pecuniam surripuerit, furti actione, etiam sacci nomine tenetur, quamvis non sit animus primarius saccum surripiendi, *c. 45. dist. 50.*

2) SACERDOS.

SACERDOS est quasi sacrum dans; sacrificat enim, *c. 1. §. Sacerdos. dist. 21.*

SACERDOTES à Regibus suis honorandi, non judicandi, *c. 41. q. 1. caus. 11.*

SACERDOTES non debent facile in suspicionem vocari, *c. absit. q. 3. caus. 11.*

Injuria SACERDOTVM ad Christum pertinet, *c. 15. q. 7. caus. 2.*

Dominum crucifigunt, qui eum in SACERDOTIBVS persequuntur, *c. nulli. q. 1. caus. 3.*

Qui calumniam inferunt SACERDOTIBVS, excommunicentur, *c. ult. ead.*

SACERDOS vel Diaconus sine concilii examinatione non damnetur, *c. 1. q. 7. caus. 15.*

SACERDOTES vocantur Dii, *c. Sacerdotibus. q. 1. caus. 11.*

SACERDOTVM & Ecclesiarum privilegia

legia semper serventur intemerata, *c. privilegia. q. 2. caus. 25.*

SACERDOTUM institutio, & eorum destitutio pertinet ad Episcopum, *c. 14. X. de haret.*

SACERDOTIBUS Episcopus solus honorem dare potest, solus auferre non potest, *c. ult. dist. 67.*

SACERDOTES seu Presbyteri ab uno Episcopo consecrari possunt, *c. 1. & 2. ead.*

SACERDOTI, cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandum est, *c. si Laicus. dist. 31.*

Edacitatis vitio obnoxii in SACERDOTES ungi non debent, *c. ult. §. si ergo. dist. 44.*

Tanto facilius SACERDOTES exaudiuntur, quanto sunt apud Deum digniores, *c. 91. q. 1. caus. 1.*

SACERDOS ex officio suscepto, non licentiam peccandi, sed necessitatem bene vivendi se noverit assecutum, in *princ.* & *c. 1. dist. 40.*

Non loca, sed vita & mores SACERDOTEM faciunt sanctum, *ibid.*

SACERDOS non ex locorum & generis dignitate, sed morum nobilitate clarus fiat, *c. Nos. ead.*

Non omnis est verus SACERDOS, qui Sacerdos nominatur, *c. multi. ead.*

SACERDOS sit in incessu ornatus, ut gravitate itineris, mentis maturitatem ostendat, *c. ult. §. sicut ergo. dist. 41.*

SACERDOTI cum semper sit orandum, semper matrimonio carendum, *c. si Laicus. dist. 31.*

SACERDOS grave adulterium committit, qui poenitentem suam violat, *c. omnes. q. 1. caus. 30.*

SACERDOS uxorem ducens ab ordine deponatur, *c. 9. dist. 28.*

SACERDOS foeminam de continentia suspectam, licet sit consanguinea, in domo non habeat, nisi velit post trinam admonitionem excommunicari, *c. 1. & 2. X. de cohabit. Cler.*

SACERDOTES reprehenduntur, qui omissis Evangeliis comoedias legunt, *c. Sacerdotes. dist. 37.*

SACERDOTES sciant scripturas sanctas & canones, ut omne opus eorum in praedicatione & doctrina consistat, *c. 1. dist. 38.*

Curent SACERDOTES ignorantiam à se quasi quandam pestem abjicere, *c. ideo. §. ut itaque. dist. 37.*

SACERDOTIBUS maxime vitanda ignorantia, *c. 1. dist. 38.*

SACERDOTES debent sectas ab Ecclesia extirpare, *Clem. c. ult. §. cum autem. de haret.*

SACERDOTUM immunditia & malitia sacramenta non polluit, nec eis nocet, *c. 87. 88. & 89. q. 1. caus. 1.*

SACERDOS malus, quamdiu toleratur, absolvit, *c. 82. ead.*

Recedentes à fide SACERDOTES retinent officii potestatem, sed non executionem, *c. 37. §. his. q. 1. caus. 24.*

SACERDOTES non debent se secularibus negotiis implicare, *c. 8. dist. 10.*

SACERDOTES in secularibus negotiis testes esse non possunt, nisi idonei seculares desint, ne veritas occultetur, *c. quamquam. q. 2. caus. 14.*

SACERDOTES Advocatum pro se habere possunt in omnibus causis, praeterquam in criminalibus, *c. ult. q. 3. caus. 5.*

SACERDOTIBUS causas criminales delegare potest Princeps, ubi poena sanguinis non sequitur, *c. 4. X. de raptorib.*

SACERDOS non debet aliis irrogare supplicium, *c. hoc videtur. q. 5. caus. 22.*

SACERDOS casu hominem interficiens, non est deponendus, *c. 2. X. de homicid.*

SACERDOS puerum causa disciplinae per-

percutiens, si moriatur puer, deponendus est, *c. 7. X. eod.*

Alteri SACERDOTI alterius subditum absolvere non licet, *c. ult. X. dist. 6. de pœnis.*

SACERDOS negligens & fraudulentus æquiparantur, *c. 3. de offic. Archidiac.*

SACERDOS non debet procedere ex odio, sed charitate, *c. 24 pr. X. de accusat.*

SACERDOS primum corrigat se, postea proximum, *c. postulatus. q. 6. caus. 3.*

SACERDOS non debet petere exemplum, sed dare, *c. 3. dist. 61.*

SACERDOS, quem præesse necesse est corrigendis, irreprehensibilis esse debet, *c. 2. ead.*

SACERDOS accusari potest à viris, qui & suspicionibus & sceleribus carent, *c. accusatio. q. 7. caus. 7.*

SACERDOS magis occidit, quam curat, qui nec pro peccatis suis pœnitentiam agit, nec alios de peccatis reprehendit, *c. 26. dist. 50.*

SACERDOS ignominiosus est, qui divitiis studet, *c. 72. q. 2. caus. 12.*

SACERDOS punire debet crimen occultum, *c. 20. X. de Simon.*

SACERDOS compelli non potest, ut revelet credita in pœnitentia, *c. 13. X. de excessib. Prælat. c. 2. dist. 6. de pœnit.*

SACERDOS revelans peccatum sibi in pœnitentia detectum, deponatur, *c. 12. X. de pœnit. & remiss.*

SACERDOS faciat Cathedram, non Cathedra Sacerdotem, *c. ult. dist. 40.*

SACERDOTES pacem, quam prædicant, servare studeant, *c. hæc quippe. q. 6. caus. 3.*

SACERDOS debet esse sobrius, *c. 6. dist 35.*

SACERDOS ultra tertiam vicem poculum non contingat in convivio, *c. 9 dist. 44.*

SACERDOTIBUS non licet sexduplum lucrum accipere, nec usuras, *c. penult. dist. 46.*

SACERDOTIS filiam carnalem non potest ducere baptizatus ab eo, *c. ult. X. de cognat. spirit.*

SACERDOTIUM.

SACERDOTIO translato, necesse est, ut legis translatio fiat, *c. 3. X. de constit.*

Sponte provinciæ SACERDOTIUM iterare nemo prohibetur, *L. 17. pr. de muner.*

Corrumpitur & ad terram detrahitur SACERDOTIUM, nisi legaliter servetur, nisi juste vivendo laudetur, *c. sicut Viri. dist. 40.*

SACERDOTIUM non ascendat, qui bigamus est, *c. 1. X. de bigam. non ordin.*

1) SACER, *a, m.*

Locus, in quo ædes SACRAE sunt ædificatæ, etiam diruto ædificio, sacer adhuc manet, *§. 8. de R. D.*

Si quis autoritate sua quasi SACRUM constituit, *sacrum* non est, sed profanum, *ibid.*

SACRA loca ea sunt, quæ publice sunt dedicata, sive in civitate, sive in agro, *L. 9. pr. de D. R.*

Locus publicus tunc SACER fit, cum Princeps eum dedicavit, vel dedicandi dedit potestatem, *L. 9. § 1. eod.*

SACER locus, est locus consecratus, *L. 9. §. 2. eod.*

SACRA res non recipit æstimationem, *L. 9. §. 5. eod.* vid *Res sacra.*

SACRUM trahit ad se sacrum, *c. 3. X. de consecr. Eccl.*

SACRUM, quod vel semel Deo dicatum, non est ad usus humanos ulterius transferendum, *c. 51. de R. I. in 6.*

SACRAMENTALIS.

SACRAMENTALES, qui principali juranti, s. Domino s. Vasallo suo jurejur. assistunt, *I. F. 4. §. 2.*

SACRAMENTALES (juratores, compurgatores) duodecim, *I. F. 26. §. 1. I. F. 28. II. F. 33. §. 1.*

SACRAMENTALES jurant, quando est præsumptio quædam contra jurantem, *I. F. 10*

SACRAMENTALES duodecim in probando feudo paterno jurant, *I. F. 4. §. 2.*

SACRAMENTVM.

In omni SACRAMENTO fidelitatis Imperator excipiendus, *II. F. 55.*

SACRAMENTVM præstatur Domino citius, quam Vasallo, *II. F. 33. §. 1.*

SACRAMENTO solutus Vasallus banniti, *II. F. 28. pr.*

Per SACRAMENTVM Vasallus probat naturam specialem feudi, *II. F. 2. §. 2.*

SACRAMENTVM Dominus subire cogitur super investitura, *II. F. 25.*

SACRAMENTVM in caufis investiturarum quomodo præstetur ex usu Mediolan. *I. F. 26.* vid. *Juramentum.*

SACRAMENTVM.

Dum verbum accedit ad elementum, fit SACRAMENTVM, *c. 54. q. 1. cauf. 1.*

SACRAMENTVM est invisibilis gratiæ visibilis forma, *c. 32. dist. 2. de consecr.*

Omnia SACRAMENTA crucis signaculo perficiuntur, *c. 10. dist. 5. ead.*

Dicuntur SACRAMENTA, quia sub tegumento corporalium rerum virtus divina secretius salutem eorundem Sacramentorum operatur; unde & à secretis virtutibus, vel sacris Sacramenta dicuntur, *c. 84. q. 1. cauf. 1.*

Declaratur definitio SACRAMENTI, quod est visibile signum invisibilis gratiæ, *c. 33. dist. 2. de consecr.*

SACRAMENTVM est signum unitatis, vinculum charitatis, *c. 63. ead.*

SACRAMENTVM est signum memoriale, mirabile & delectabile, *Clem. c. un. §. transiturus. de Relig. & Vener. SS.*

SACRAMENTVM, quod in se bonum est, cedit malis in malum, *c. 97. §. quamvis q. 1. cauf. 1.*

SACRAMENTA immundus illicite tractat & ministrat, *c. 91. 92. & 93. ead.*

Non merita Ministrorum, sed divina virtus SACRAMENTA sanctificat, *c. 84. ead.*

De manu Ministri tolerati, licite SACRAMENTA sumuntur, *c. sciscitantibus. q. 8. cauf. 15.*

SACRAMENTVM à Simoniaco collatum valet, *c. 98. §. constat. q. 1. cauf. 1.*

SACRAMENTA hæreticorum, si nihil in iis mutetur, approbantur, *c. 34. cum seqq. ead.*

SACRAMENTA extra Ecclesiam ministrari possunt, salutem vero conferre non possunt, *c. 70. ead.*

SACRAMENTA alia sunt necessitatis, alia dignitatis, *c. 39. §. sed notandum. ead.*

Injuria SACRAMENTORVM Christi à Regibus vindicanda, *c. 34. q. 5. cauf. 23.*

SACRARIVM.

SACRARIVM est locus, in quo sacra reponuntur, quod etiam in ædificio privato esse potest, *L. 9. §. 2. de. D. R.*

SACRARIVM Subdiaconis non licet ingredi, & contingere vasa Dominica, *c. 26. 27. 28. & 29. dist. 23.*

SACRIFICIVM.

SACRIFICIVM dicitur, quasi sacrum factum, *c. 84. q. 1. cauf. 1.*

SACRIFICIA mala faciens, vel habens, pœna L. Corneliæ de sicariis punitur, *L. 13. ad L. Cornel. de sicariis.*

SACRIFICIVM non nisi super Altare & in locis Deo consecratis offeratur, *c. 11. dist. 1. de consecr.*

SA-

SACRIFICIVM visibile, invisibile est Sacramentum, seu sacrum signum, *c. 32. dist. 2. de consecr.*

Sacramentum, & res Sacramenti, SACRIFICIVM constituunt, *c. 48. ead.*

SACRIFICIVM iteratur quotidie, quia quotidie peccamus, *c. 71.* & *72. ead.*

Quotidianum SACRIFICIVM non est reiteratio passionis Christi, sed commemoratio, *c. 71. ead.*

SACRIFICIIS Deo oblatis omne crimen atque peccatum deletur, *c. 7. ead.*

Extra Catholicam Ecclesiam non est locus veri SACRIFICII, *c. 71. q. 1. caus. 1.*

Ex sola Ecclesia SACRIFICIVM Deus accipit, *c. 22. q. 1. caus. 24.*

SACRILEGIVM.

SACRILEGII pœnam debebit Proconsul pro qualitate personæ, proque rei conditione, & temporis, & ætatis, & sexus, vel severius, vel clementius statuere, *L. 6. pr. ad L. Iul. peculatus.*

SACRILEGIVM perpetrans irruendo Ecclesias, vel inferendo injuriam Sacerdotibus, capitaliter puniri debet etiam per inquisitionem, *L. 10. C. de Episcop. & Cler.*

SACRILEGIVM perpetrans potest accusari à quocunque tanquam crimen publicum, *ibid.*

SACRILEGIVM perpetrans si non possit capi à Iudice propter castri fortitudinem, in quo ipse existit, Iudex potest implorare auxilium militare, *ibid.*

SACRILEGII crimen incurrit contrectans rem religiosam, distrahendo vel emendo scienter, licet venditio non teneat, *L. 5. C. de sepulchro violato.*

SACRILEGIVM est, quidquid in sacratis Deo rebus, & Episcopis injuste agitur, pro *sacrilegio* reputatur, *c. 7. X. de R. I.*

SACRILEGIVM est, licet quis rem privatam è loco sacro surripuerit, *c. 20. §. Sacrilegium ergo. q. 4. caus. 17.*

SACRILEGIVM est, quoties quis sacrum violat, vel auferendo sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro, *ibid.* & *c. 21. ead.*

SACRILEGIVM gravius est, quam fornicatio, *c. 12. ead.*

SACRILEGIVM committit, si quis res Ecclesiæ alienat, vel alienationi consentit, *c. omnes Ecclesiæ* &c. *ead.*

Si quis Ecclesiam non permittit ordinari, vel consecrari, *c. 124. §. qui autem. q. 1. caus. 1.*

Qui de judicio Imperatoris vel Papæ dubitat, vel disputat, *c. si quis suadente. §. committunt. q. 4. caus. 17.*

Si Laicus jura Ecclesiæ usurpet, *c. 16. X. de for. compet.*

Qui personam Ecclesiasticam invadit, *c. 12.* & *c. 20. §. Sacrileg. q. 4. caus. 17.*

Qui fraudem facit de rebus Ecclesiæ, *c. penult. X. de peccat. Cler.*

Qui Ecclesiæ rapit, vel invadit bona, *c. 13. X. de V. S.*

Qui vendit, vel sibi usurpat spiritualia, *c. audivimus. q. 3. caus. 1.*

SACRILEGVS.

SACRILEGI capite puniuntur, *L. 6. pr. ad L. Iul. peculat.*

SACRILEGI nec testes, nec accusatores esse possunt, *c. constituimus. q. 5. caus. 3.*

SACRILEGVS, qui interdiu aliquid modicum ex templo tulit, damnatur in metallum, sed si honestiori loco natus sit, deportatur in insulam, *L. 6. pr. ad L. Iul. pecul.*

SA-

SACRILEGO, qui manu fracta templa effregit, & Dei dona noctu abstulit, pœna moderari potest usque ad damnationem bestiarum, *ibid.*

SACRILEGI extra ordinem pœna digna puniri debent secundum modum delicti, *L. 4. §. 2. eod.*

SACRILEGI in utroque foro conveniri debent, *c. 8. X. de for. compet.*

SACRILEGUS est, qui refringit templum animo furandi, *c. quisquis. q. 4. cauf. 17.*

SACRILEGI bona debent publicari, *c. 22. q. 3. cauf. 24.*

SACRISTA.

SACRISTA subest Archidiacono: Ad eum pertinet, sacrorum vasorum, & vestimentorum Ecclesiæ, & totius thesauri ecclesiastici & eorum, quæ ad luminaria spectant, custodia, *c. un. de offic. Sacristæ.*

SAGITTARIUS.

Artem Balistariorum & SAGITTARIORUM contra Christianos exerceri prohibetur sub anathemate, *c. un. X. de Sagitt.*

SAGMEN.

SAGMINA sunt quædam herbæ, quas legati populi Romani ferre solent, ne quis eos violaret, *L. 8. §. 1. de D.R.*

SAL.

SALES si quis emerit, vel vendere tentaverit sine salinarum conductorum licentia, sales ipsi una cum pretio eorum incidunt in commissum, & publicanis debentur, *L. 11. C. de vectigal.* &c.

SALARIUM.

SALARIUM incertæ pollicitationis neque extra ordinem recte petitur, neque judicio mandati, ut salarium tibi constituat, *L. 56. §. 3. mandati.*

SALARIUM, f. *Solatium* certum Iudex tutori constituere potest, *L. 33. §. 3. de administr. tut.*

Si Comites SALARIUM petant, idem juris est, quod in Professoribus placet, *L. 1. §. 8. de extraordin. cognit.*

De SALARIO mandatario promisso, apud Præsidem provinciæ cognitio præbebitur, *L. 1. C. mandati* &c.

SALARIUM ex juribus reipubl. nulli dari debet, nisi ei, cui specialiter à Principe concessum est, *L. un. C. de præbendo salario. X.*

SALARIUM Notariorum taxare debet Delegatus, *c. 11. §. Notarium. de Rescript. in 6.*

SALARIUM decerni debet Magistris & Artium liberal. Doctoribus, *c. 1. & 4. X. de Magistr.*

SALGAMUM.

SALGAMI appellatione veniunt oleum, sal, butyrum, & hujusmodi esculenta, *L. un. C. de Salgamo. XII.*

SALICTUM.

SALICTUM maturum desecans absque læsione extirpium, non tenetur L. Aquilia, *L. 27. §. 27. ad L. Aquil.*

SALIGNEUS, *a, m.*

Si quis SALIGNEAS virgas instituendi salicti causa defixerit, hæque, antequam radices coëgerint, succidantur aut evellantur, de arboribus succisis agi non potest, *L. 3. §. 3. arborum furtim cæsarum.*

SALINAE.

SALINAS pupilli tutor alienare non potest, *L. 5. §. 1. de rebus eorum, qui sub tut.*

SALITOR.

SALITORES dicti sunt, quia, dum iis membrorum quæcunque partes salierint, inde sibi prosperum, seu triste aliquid significari prædicunt, *c. 1. §. salitores. q. 3. cauf. 26.*

SALTUARIUS.

SALTUARIUS dicitur custos saltus, quandoque etiam custos agri, *L. 15. §. 1. de instructo,* &c.

SALTUS.

Qui SALTUM æstivum legavit, & hoc am-

amplius, etiam eas res legaverit, quæ ibi esse solent, *L. 67. de legat. 3.*

SALTVS dicitur locus, in quo erant arbores, *L. 2. C. de noxal. action.*

SALVIVS *Iulianus.*

SALVIVS Iulianus sublimissimus & summæ autoritatis homo, & prætorii edicti perpetui ordinator fuit, *L. 10. C. de condict. indebiti.*

SALVTARE.

SALVTARE Principem licitum est Præfectis, & Tribunis, ac Viris eminentissimis, qui ita salutare solebant: *Auguste Constantine, Deus te nobis servet* (vestra salus) *nostra salus, vere dicimus, jurati dicimus, L. 1. C. de veteranis. XII.*

SAMVEL.

De SAMVELIS resuscitatione discursus S. Augustini, quo docet Diabolum sub specie Samuelis, Sauli apparuisse, *c. Nec. q. 5. caus. 26.*

SANARE.

SANATVS ita, ut in pristinum statum restitutus sit, perinde habetur, ac si nunquam fuisset morbosus, *L. 16. de ædilit. edicto.*

SANCTITAS.

Nemo nocet magis in Ecclesia, quam qui sub nomine SANCTITATIS delinquit, *c. Nemo. dist. 83.*

SANCTITAS non ex generis nobilitate, vel dignitate innotescit, sed ex fidei puritate, & morum honestate, *c. 3. dist. 40.*

SANCTVS, *a, m.*

SANCTVM est, quod ab injuria hominum defensum atque munitum est, *L. 8. pr. de D. R.*

SANCTVM autem dictum est à sagminibus, *L. 8. §. 1. eod.*

SANCTI dicuntur etiam muri in municipiis, & prohibetur, ne quid in his immitteretur, *L. 8. §. 2. eod.*

SANCTA sunt, quæ neque sacra, neque profana sunt, sed *sanctione* quadam confirmata, ut leges sanctæ sunt, sanctione enim quadam sunt subnixæ, *L. 9. §. 3. eod.*

Quod sanctione quadam subnixum est, id SANCTVM est, etsi Deo non sit consecratum, L.

SANCTA canibus & porcis non sunt committenda, *c. in mandatis. dist. 43.*

Qui SANCTI non sunt, sancta tractare non possunt, *c. 6. dist. 81.*

Neminem licet pro SANCTO venerari sine autoritate Papæ, ac canonizatione, *c. 1. X. de reliq. & venerat. SS.*

SANGVIS.

SANGVINIS judicium est, omnis iniquitas, oppressio, & injustitia, *c. 25. dist. 1. de pœnit.*

SANGVINIS causa in Ecclesia tractari non debet, *c. 5. X. de immunit. Eccl.*

SANGVINIS pœnam Clerici inferre non debent, *c. sæpe. q. 8. caus. 28.*

Literas, quæ SANGVINIS pœnam continent, scribere vel dictare non debet Clericus, *c. penult. X. ne Cler. vel Monach.*

Vbi pœna SANGVINIS non sequitur, Princeps Sacerdotibus causas criminales delegare potest, *c. 4. X. de raptor.*

SANGVINI non defertur Principatus in populo, sed vitæ, *c. Moyses. q. 1. c. 8.*

SANGVINIS jura nullo jure civili dirimi possunt, *L. 8. de R. I.*

SANGVINIS ratione aliquid fit, quod alias non fieret, *L. 2. de receptator.*

SANGVINIS ratio suspicionem tollit, *L. 1. §. 1. de L. Iul. repetund.*

SAPERE.

SAPERE non debemus plus, quam oportet, *c. 1. de renunciat. in 6.*

SAPIENS.

SAPIENS erit in pœna, qui stultus fuit in culpa, *c. 10. dist. 38.*

SAPIENS non est, qui nocet, *c. Sapiens. q. 1. caus. 6.*

SAPIENS non est, qui nocere intendit, *arg. d. c.*

SAPIENS nunquam inanis est, semper in se habens amictum prudentiæ, *c. 37. dist.* [illegible]

Qui SAPIENTES se existimant, in foveam incidunt, quam fecerunt, *Extrav. comm. c. un. de crimine falsi.*

SAPIENTIS est revocare, quod male loquitur, *c. 10. q. 4. caus. 23.*

SAPIENS non est, qui vacat potationibus & ebrietatibus, *c. 3. dist. 35.*

Vir SAPIENS judicio debet amare conjugem, non affectu, *c. Origo. q. 4. caus. 32.*

SAPIENTIA.

SAPIENTIA cum sobrietate habenda, *c. 1. dist. 43.*

SARACENI.

SARACENORUM est horribilis & perfida natio, *Extrav. comm. c. 1. de Judæis & Sarac.*

Principes Christiani compescere debent SARACENOS sibi subjectos, ab invocatione publica nominis *Mahometi*, & à peregrinatione, quam facere solent ad sepulchrum ipsius, *Clem. c. un. de Judæis & Sarac.*

Christiani arma ad SARACENOS deferentes, ipso facto sunt excommunicati, & capti fiunt servi, infames, & tam active, quam passive intestabiles, & bona eorum confiscantur, *Extrav. comm. c. 1. de Judæis & Saracen.*

SARCINATOR.

Si SARCINATORI sarcienda vestimenta quis dederit, nulla statim mercede constituta, sed postea tantum daturus, quantum inter eos convenerit, non proprie locatio & conductio contrahi intelligitur, sed eo nomine actio præscriptis verbis datur, *§. 1. de locat. conduct.*

SATISDARE.

Qui SATISDARE promisit, ita demum implesse stipulationem satisdationis videtur, si eum dederit accessionis loco, qui obligari potest & conveniri, *L. 3. de fidejussor.*

SATISDARE dicimur adversario nostro, qui pro eo, quod à nobis petiit, ita cavit, ut eum hoc nomine securum faciamus datis fidejussoribus, *L. 1. qui satisdare cog.*

SATISDARE si tenetur parens, vel patronus, & non possit in loco, in quo litigatur, remittitur ad locum, in quo potest, neque tenetur super hoc præstare juramentum calumniæ, *L. 8. §. 5. eod.*

Olim si in rem agebatur, SATISDARE possessor compellebatur, *pr. Inst. de satisdat.*

SATISDATUM non intelligitur, quando vitiose est satisdatum, *L. 6. qui satisdare. cog.*

SATISDATIO.

SATISDATIONIS appellatione interdum etiam repromissio continebitur, qua conventus fuit is, cui satisdatio debebatur, *L. 61. de V. S.*

SATISDATIO eodem modo appellata est, quo satisfactio, *L. 1. qui satisdare* &c.

SATISDATIO necessaria est, ad quam quis à lege restringitur, *L. 8. §. 4. eod.*

SATISDATIONEM necessariam si quis in civitate non potest dare, remittitur ad municipium, *ib.*

SATISDATIONEM qui tenetur præstare, si petit se remitti ad municipium, debet jurare de calumnia, in civitate se non posse satisdare, & municipio posse, idque se non facere calumniæ causa, *L. 8. §. 5. eod.*

Per SATISDATIONEM de opere demoliendo præstitam post nunciationem con-

consulitur tam ei, qui nunciavit, quia cautum habet de opere restituendo, quam ei, cui nunciatum est, quia constructio ejus non impeditur, *L. 21. §. 1. de novi oper. nunt.*

SATISDATIONEM promissam dicitur quis adimplere, si dedit fidejussorem, etiam non idoneum, quia qui admisit, eum fidejubentem, esse idoneum comprobavit, *L. 3. de fidejussor.*

SATISDATIO de judicio sisti data ei, qui non potest esse in judicio, ipso jure nulla est, *L. 2. §. 1. qui satisdar.* &c.

SATISDATIONEM de solvendo judicatum præstabat olim reus conventus actione personali nomine alieno, *pr. Inst. de satisdat.*

SATISDATIONEM nullam præstabat olim agens actione personali vel reali nomine suo, secus si procuratorio nomine, quia tunc satisdabat dominum rem ratam habiturum, *ib.*

SATISDATIONEM præstabat olim reus conventus actione reali nomine proprio vel alieno, *ib.*

SATISDATIONEM de judicatum solvendo hodie non cogitur præstare quacunque actione conventus suo nomine, sed tantum cogitur satisdationem de judicio sisti, si non possidet immobilia, quæ satisdatio quandoque est cum fidejussore, quandoque cum simplici ejus cautione, juramento firmata, §. *2. eod.*

SATISFACERE.

SATISFACERE ei dicimur, cujus desiderium adimplemus, *L. 1. qui satisdare* &c.

Etsi quis SATISFACIAT de furto, nihilominus punitur, *c. ult. X. de furt.*

SATISFACIAT filius Vasalli Domino, quem offendit, *II. F. 55.*

Ad SATISFACIENDUM debet adigere Vasallus Sub-Vasallum suum Domino mediato, *II. F. 55.*

SATISFACTIO.

SATISFACTIO pro solutione est, *L. 52. de solution.*

SATISFACTIO præcedere debet absolutionem, *c. 7.* & *9. X. de sent. excommun.*

SATURITAS.

Ex SATURITATE nimia, morbi concitantur, *c. 29. dist. 5. de consecr.*

SATYRA.

SATYRAM scribere, est poëmata varia condere, *c. Satyra. dist. 2.*

Lex SATYRA est, quæ de pluribus simul rebus loquitur, dicta à copia rerum, quasi à saturitate, *ibid.*

SATYRA accipitur quandoque pro nimia varietate, vel diversitate, *L. 1. pr. C. de latina libert.*

SAUL.

Per SAULEM, qui ventrem purgabat, intelliguntur Prælati, qui malitiam suam corde conceptam, in opus producunt, *c. 27. §. item. q. 7. caus. 2.*

SCALA.

SCALAS possum ad communem parietem habere, quia hæ removeri possunt, *L. 19. §. 2. de S. P. U.*

SCANDALUM.

SCANDALUM non debet bonum impedire faciendum, *c. Nisi. X. de renunciat.*

Ob SCANDALUM ea quandoque sunt omittenda, quæ pro rigore juris sunt statuta, *c. super quosdam. X. de statu Monach.*

Pro vitando SCANDALO interdum detrahitur veritati, *c. 2. X. de nov. oper. nuntiat.*

Ob SCANDALUM populi removetur quis ab officio, *c. 3.* & *4. X. de Cleric. ægrot.*

Ob SCANDALUM etiam Prælati infames removentur, *c. 34. dist. 50.*

Si SCANDALUM ex novitate contra con-

consuetudinem oriatur, vitanda est illa novitas, *c. 3. X. de consanguinit.*

SCANDALUM impedit matrimonium contrahendum, *c. Cum in tua. X. de sponsalib.*

SCANDALUM quandoque surgit ex doctrina sana, *c. 55. q. 3. caus. 11.*

SCANDALI occasionem dantes, sunt rei eorum, qui scandalo pereunt, *c. Hi; quoscunque. q. 1. caus. 1.*

SCANDALIS & periculis praecludenda via, *Clem. c. 2. in pr. de poenit. & remiss.*

Animarum SCANDALIS & periculis obviare Sacerdotes debent, *c. 1. de sepult. in 6.*

SCAPHA.

Si SCAPHA cum parte mercium salva est, navis periit, ratio haberi non debet eorum, qui in navi perdiderunt, quia jactus in tributum, nave salva, venit, *L. 4. pr. de L. Rhodia de jactu.*

Si quaedam res in SCAPHAM trajectae sunt, ne aut extra flumen periclitetur, aut in ipso ostio vel portu, eaque *scapha* sub, mersa est, ratio haberi debet inter eos, qui in nave merces salvas habent, cum his, qui in *scapha* perdiderunt, proinde, tanquam si jactura facta esset, *ibid.*

SCAPHIUM.

SCAPHIA, quae ventris causa habentur, argenti numero non continentur, *L. 27. §. 5. de auro, argento,* &c.

SCELERATUS.

SCELERATI & suspiciosi non possunt accusare Sacerdotes, *c. 15. q. 7. caus. 2.*

SCELUS.

Nemo ex alieno SCELERE lucrum debet facere, *L. un. C. ex delictis defunctor.*

SCELERIS voluntas eadem severitate punitur, qua effectus, *c. si quis. q. 1. caus. 6.*

SCHISMA.

SCHISMA scissuram sonat, *c. Schisma. q. 1. caus. 24.*

SCHISMATIS tempore non currit praescriptio Eccl. Rom. *c. 14. X. de praescript.*

Neque cum haereticis, neque cum SCHISMATICIS orare licet, *c. 67. q. 1. caus. 1.*

Haereticos & SCHISMATICOS secularis potestas coërceat, *c. 43. q. 5. caus. 23.*

SCHISMATICIS consentiens ab unitate Ecclesiae separatur, *c. 34. q. 1. caus. 24.*

SCHISMATICUS.

SCHISMATICUS Episcopus nec consecrat, nec consecratur, *c. pudenda. q. 1. caus. 24.*

Ordinatus à SCHISMATICO ab officio est repellendus, nisi probet, legitime secum esse dispensatum, *c. ult. X. de Schismat.*

Sacrae vestes, in quibus celebrarunt SCHISMATICI, non sunt denuo benedicendae, nec Altare, in quo celebrarunt, est consecrandum, nec corpora ab illis sepulta, exhumanda sunt, *c. à nobis. X. de sacrament. non iterand.*

SCHISMATICI cogendi sunt, ut ad unitatem Ecclesiae revertantur, *c. ipsa. q. 4. caus. 23.*

SCHISMATICI ad unitatem reversi electio in Episcopum non stat, licet dispensative confirmari possit, *c. 5. X. de elect.*

SCHISMATICORUM fautores eadem poena plectuntur, qua ipsi *Schismatici*, *c. didicimus. q. 1. caus. 24.*

SCHOLA.

SCHOLAE status, & Magistri securitas si in aliquo constituta sit, & idoneus probitate morum, & bonis artibus praeditus, per Magistrum debet offerri Principi, ut suo arbitrio ordine-

dinetur, *L. 1. C. de offic. magistri officiorum.*

SCHOLARIS.

SCHOLARIUM privilegia fovenda servandaque sunt, *L. 3. C. de officio magist. offic.*

SCHOLARIUM miseria quis non commovebitur, qui amore scientiæ exules facti de divitibus pauperes semetipsos exinaniunt, *Auth. Habita. C. ne filius pro patre.*

SCHOLARES maxime divinarum, atque sacrarum legum professores ad loca, in quibus exerceentur studia, tam ipsi, quam eorum nuncii possunt venire, sibique secure habitare, *ibid.*

SCHOLARES & omnes bona facientes merentur omnimodo laudem, & protectionem principum, & ab omni injuria sunt defendendi, cum scientia eorum totus illuminetur mundus, *ibid.*

SCHOLARES vitam suam ob literarum studia multis periculis se exponunt, & à vilissimis sæpe hominibus corporales injurias sine causa perferunt, *ibid.*

SCHOLARIBUS aliquam injuriam inferre nullus debet præsumere, *ibid.*

SCHOLARIBUS aliquod damnum non debet inferri ob alterius cujuscunque provinciæ delictum, vel debitum, *ibid.*

SCHOLARIBUS inferentes injuriam, vel damnum contra *constitutionem habitam*, condemnantur ad restitutionem ablatarum in quadruplum, & infamia notantur, & privantur dignitate sua, *ibid.*

SCHOLARIUM Iudices sunt præceptor ejus, vel Magister alterius facultatis, vel Episcopus ejus loci, *ib.*

SCHOLARI convento super aliquo negotio datur optio, coram quo Iudice debeat conveniri, an coram præceptore, vel coram Magistro, vel Episcopo, *ibid.*

SCHOLAREM trahens ad Iudicem non suum contra optionem judicum à jure concessam, etiamsi causa justissima fuerit, cadit à jure suo, *ibid.*

SCHOLARES pedagia non tenentur solvere, tum quia in usum proprium ferunt libros, & alia, tum quia non est conventum, *ibid.*

SCHOLAREM vocans ad Iudicem non suum, non potest pœnitere, *ibid.*

SCHOLARES Canonici plene recipere debent fructus Præbendarum suarum, qui nisi sufficiant, de rebus Ecclesiæ illis subveniatur, *c. ult. X. de Magistr.*

SCHOLARES in universitate possunt statuta facere, citare, & contumaces punire, *c. 11. X. de constitut.*

SCHOLARES possunt procuratorem constituere ad agendum & defendendum, *c. 7. X. de procurat.*

SCHOLASTICUS.

SCHOLASTICUS de foro aut de administratione postulari quidem in Episcopum potest, sed priusquam ordinetur, exerceatur in ordinibus minoribus, *c. Ofius. dist. 61.*

Licet per ignorantiam Grammaticæ aliquid vitiose dicant Presbyteri, vel Episcopi, non tamen ideo à SCHOLASTICIS sunt despiciendi, *c. sedulo. dist. 38.*

SCIENTER.

SCIENTER delinquens plus punitur, quam ex ignorantia peccans, *c. 44. X. de elect.*

Qui SCIENTER pejerant, infames sunt, *c. quicunque. q. 1. caus. 6.*

SCIENTER contrahens cum impotenti, non separatur ab eo, *c. 4. X. de frigid. & malefic.*

SCIENTIA.

SCIENTIA facti alieni ut præsumatur, ita accipi debet, quæ non sit curiosissi-

fissimi, neque negligentissimi hominis, sed ejus, qui eam rem, diligenter inquirendo, notam habere possit, *L. 9. §. 2. de juris & facti ignor.*

SCIENTIAM alterius, quam suam nocere unicuique iniquissimum est, *L. 5. eod.*

SCIENTIA in alieno facto an noceat, ita æstimanda est, ut neque negligentia crassa, aut nimia securitas satis expedita sit, neque dilatoria curiositas exigatur, *L. 6. eod.*

SCIENTIA præsumitur inter cognatos de cognati conditione, *L. 37. C. de liberali causa.*

SCIENTIA.

Vbi non probatur SCIENTIA, ignorantia præsumitur, *c. 47. de R. I. in 6.*

SCIENTIAM sufficientem oportet habere eos, qui ad sacra Mysteria promovendi sunt, *c. 1. dist. 36.*

Non sunt SCIENTIAE pietatis Geometria, Arithmetica & Musica, *c. si quis. dist. 37.*

SCIENTIA pietatis est: nosse legem, intelligere Prophetas, Evangelio credere, Apostolos non ignorare, *ibid.*

SCIENTIA vera est, per quam Christus invenitur & agnoscitur, *c. 7. §. fin. dist. 37.*

Ama SCIENTIAS scripturarum, & carnis vitia non amabis, *c. 33. dist. 5. de consecr.*

SCIENTIA inflat, charitas ædificat, *c. 10. X. de renunt.*

Propter SCIENTIAE defectum repellitur quis à dignitate, *c. 17. X. de elect.*

Etsi in Pastore desideranda sit SCIENTIA eminens, competens tamen toleranda est, *c. Nisi. X. de renunt.*

Imperfectionem SCIENTIAE potest supplere perfectio charitatis, *ibid.*

SCIRE.

SCIRE qui potest, nec scit, idem est, ac si sciret, *c. ult. X. de clandest. desponf.*

SCIRE illud quis vere dicitur, quod audivit, vel vidit, vel alias conscit, *c. hoc videtur. q. 5. cauf. 22.*

SCIENTI, volenti, patienti, & consentienti non fit injuria, nec dolus, *c. 27. de R. I. in 6.*

SCIENS certiorari non debet, *L. 1. §. 1. in f. de A. E. V.*

Si SCIENS quis rem alienam vendiderit, omnimodo teneri debet, *L. 45. §. 1. eod.*

Si quis SCIENS indebitum solvit hac mente, ut postea repeteret, repetere non potest, *L. 50. de condict. indeb.*

SCRIBERE.

SCRIBENS contractum obligationis rei suæ, videtur obligationi consentire, *L. 26. §. 1. de pignor.*

SCRIBENS bona fide carmen, vel orationem in alienis chartis, habet exceptionem doli mali contra dominum chartarum petentem à se, nisi sibi solverit expensas, ac laborem scripturæ, secus si mala fide scripsisset, quia tunc donasse videtur laborem, *L. 9. §. 1. de A. R. D.*

SCRIPTVRA.

SCRIPTVRA cedit chartæ, tabula vero cedit picturæ, *L. 9. §. 1. de A. R. D.*

SCRIPTVRA privata facit fidem contra producentem, non pro eo, nisi ab adversario fuerit approbata, *L. 26. §. 2. depositi.*

SCRIPTVRA non est contrahenda ad eum sensum, quem sibi quisque præsumit, *c. 4. & 14. dist. 37.*

Vt SCRIPTVRA concordetur, distinguenda sunt tempora, *c. si peccaverit. q. 1. cauf. 2.*

SCRIPTVRAE pro diversitate locorum, temporum, & hominum intelligendæ sunt, quia pro ratione earum circumstantiarum, diversas causas, & argu-

gumenta, & origines habent, *c. ult. dist. 29.*

SCRIPTVRAE contrariæ ab eodem productæ, fidem non faciunt, *c. imputari. X. de fide instrum.*

SCRIPTVRA publice excommunicati non valet, *c. 13. X. de hæret.*

SCRIPTVRA nemo absens testari potest, *c. relatum. q. 2. caus. 5.*

SCRIPTVRA in sigillo instrumenti, si deleta est, non valet instrumentum, *c. 6. X. de fide instrum.*

SCRIPTVRA privata non probat pro scribente, *L. 6. C. de probat.*

SCRIPTVRA propria non probat etiam pro fiscali debito, *L. 7. C. eod.*

SCRIPTVRAE propriæ credi perniciosum est, quia unusquisque sibi annotatione propria debitorem constuuit, *ibid.*

SCRIPTVRAM de falso qui accusat, & non probat, punitur ut falsarius, *L. 24. C. eod.*

SCRIPTVRAM suspectam qui producit, nisi probet eam veram, punitur Iudicis officio, *ib.*

SCRIPTVRAE, quæ sumuntur ex archivo, testimonium publicum habent, *Auth. Ad hæc. C. de fide instrum.*

SCRIPTVRA, in qua quis scribit se debere alicui, non inserta causa, non obligat scribentem, *L. 13. C. de non numer. pec.*

SCRIPTVRAS vitiare non solent, quæ abundant, *L. 94. de R. I.*

Secunda SCRIPTVRA potior est priore tunc maxime, *cum* prior odiosa est, *L. 21. de liber. & posth.*

SCRIPTVRA *sacra.*

SCRIPTVRA non semper ad literam, sed quandoque mystice intelligenda, *c. nisi. q. 1. caus. 23.*

Quorsum recurrendum sit, si SCRIPTVRAE sacræ autoritas desit, *c. ult. dist. 20.*

SCRIPTVRARVM sacrarum lectio etiam Mensis misceatur, *c. pro reverentia. dist. 44.*

SCRIPTVRAE sacræ propter Deum sunt, non Deus propter scripturas, *c. si aliqua. 22. q. 1.*

Ignoratio SCRIPTVRARVM, ignoratio Christi est, *c. si juxta. dist. 38.*

Qui SCRIPTVRAM sacram aliter intelligit, quam Spiritus sanctus flagitat, hæreticus est, *c. hæresis. q. 3. caus. 24.*

SCRIPTVRAM sacram debet quis intelligere ex causa, persona, loco, tempore, nisi voluerit in labyrinthum impingere, *c. 1. & seq. dist. 29.*

SCRIPTVRA sacra unica est credendi pariter & vivendi regula, *c. 24. q. 1. caus. 8.*

SECRETVM.

SECRETA Domini non revelet Vasallus, *II. F. 6.*

SECTA.

SECTAE dictio accipitur in bonam partem, *L. 2. C. de delatorib. X.*

SECTA.

SECTAS debent Sacerdotes ab Ecclesia extirpare, *Clem. c. ult. §. cum autem. de hæretic.*

Alterius SECTAE uxores Clericis ducere non licet, *c. 15. dist. 32.*

SECVLARIS, *e.*

SECVLARES minus puniuntur, quam Religiosi, *c. 8. in f. de hæret. in 6.*

SECVLARI curiæ est tradendus hæreticus perpetuo immurandus, *c. 1. eod.*

SECVLARE auxilium invocare debet Ecclesia, ubi per se non sufficit, *c. 1. & 14. X. de offic. Ordin.*

SECVLAREM Iurisdictionem obtinere possunt Clerici, *c. ult. ne Cler. vel Monach. in 6.*

SECVLAREM Iudicem potest deponere Papa propter hæresin, *c. 13. X. de hæret.*

SECVLARIS non debet se implicare divinis negotiis, *c. 6. dist. 96.*

SECVLARIA beneplacita in Ecclesia teneri non debent, *c. 1. X. de immunit. Eccl.*

De SECVLARIBVS negotiis Episcopus cognoscere non debet, *c. te quidem. q. 1. caus. 11.*

SECVLVM.

SECVLI milites, *II. F. 109.*

SECVLI miles esse desiit, qui est miles Christi, *II. F. 21.*

SECVRITAS.

SECVRITAS conscientiæ in tribulationibus relevat, *c. non turbatur. q. 1. caus. 24.*

SECVRITAS ibi est, ubi est perfecta dilectio, *ibid.*

SECVRVS.

Ad locum SECVRVM quilibet citari debet, *c. 4. X. ut lit. contest.*

Si locus SECVRVS non assignatur, appellari potest, *c. 47. X. de appell.*

SECVRVM facere promittens, tenetur dare fidejussores & pignora, *L. 1. qui satisdare* &c.

SEDES.

Prima SEDES nullius judicio subjacet, *c. nemo cum. q. 3. caus. 9.*

SEDES Apostolica omnium Ecclesiarum est caput, *c. 19. §. nam. X. de elect.*

SEDES Apostolica est locus, quem elegit Dominus, *c. 13. X. qui fil. sint legit.*

SEDES Apostolica non moritur, *c. si gratiose. de rescript. in 6.*

SEDIS Apostolicæ Constitutiones sunt ab omnibus servandæ, *c. 2. dist. 11.*

SEDIS primæ sententiam nemo dissolvere potest, *c. ipsi. q. 3. caus. 9.*

SEDIS Apostolicæ judicium à nemine est retractandum, *c. patet. eod.*

A tramite SEDIS Apostolicæ nemo recedat propter ullam persecutionem, *c. 9. q. 1. caus. 24.*

SEDIVM occupatio est juris gentium, *c. 9. dist. 1.*

SEDE vacante debent adire Curiam illi, qui alias adire, vel eo mittere tenentur, *Clem. 2. §. ult. de elect.*

SEDE vacante nihil est innovandum, *c. 1. X. ne sede vacan.*

SEDE vacante non debet Ecclesiæ causa tractari, nec testes recipiuntur, *c. penult. eod.*

SEDE vacante non currit præscriptio, *c. 1. & 4. X. de præscript.*

SEDITIO.

SEDITIONIS pœna mori debet provocans tumultum, & clamorem in populo, ut consequatur dignitatem, vel officium, *L. 2. C. de seditiosis.*

Qui SEDITIONEM atrocem militum concitavit, capite punitur, *L. 3. §. 19. de re militari* &c.

Actores SEDITIONIS & tumultus, populo concitato, pro qualitate dignitatis, aut in furcam tolluntur, aut bestiis objiciuntur, aut in insulam deportantur, *L. 38. §. 2. de pœnis.*

SEDITIONIS faciendæ, aut turbæ consilium inientes, aut servos liberosve homines in armis habentes, tenentur L. Iulia de vi publica, *L. 3. pr. ad L. Iul. de vi publ.*

SEDITIONE convocata pessimo exemplo villas expugnantes, cum telis & armis bona rapientes, tenentur L. Iulia de vi publica, *L. 3. §. 2. eod.*

Non est ordinandus, qui SEDITIONIBVS vacat, *c. Seditionarios. dist. 46.*

SEGES.

SEGETEM immaturam si quis desecuerit, tenetur Aquilia, secus si maturam, *L. 27. §. 5. ad L. Aquil.*

Si quis miserit ignem in alienam SEGETEM, de damno dato tenetur, *c. 5. X. de injur.*

SEMEN.

Non est in homine, quod SEMEN ferenti

renti respondeat, incrementum enim dat Deus, *c.33. X. de decimis.*

SEMINARE.

SEMINANS bona fide in alieno fundo repellit dominum fundi agentem exceptione doli, donec sibi solvat expensas, *§.32. de R. D.*

SEMINARIUM.

SEMINARIA dicuntur loca, ubi frumentum ad seminandum reponitur, *L. 3. pr. de impensis.*

SEMIS.

SEMIS significat sex uncias, i. e. dimidium assis, *§.5. de hered. instit.*

SENATOR.

SENATOREM remotum Senatu capite non minui, sed Romæ morari, Divus Severus & Antoninus permiserunt, *L.3. de Senator.*

SENATORES licet in urbe domicilium habeant, habent etiam domicilium ibi, ubi oriundi sunt, quantum ad honores, non quantum ad onera, *L.11. eod.*

SENATORES illi dicuntur esse, qui à Patriciis, & Consulibus usque ad omnes illustres viros descendunt, quia hi soli in Senatu sententiam dicere possunt, *L.12. §.1. eod.*

Si SENATORI indulgentia Principis fuerit permissum libertinam justam uxorem habere, potest justa uxor esse, *L.31. de R. N.*

SENATOR non potest ducere in uxorem, nec retinere damnatam publico judicio, quo cuilibet de populo experiri licet, nisi cui lege aliqua non est potestas accusandi publico judicio, ut quia esset infamis, *L. 43. §. 10. eod.*

SENATORIS filia, quæ corpore quæstum, vel artem ludicram fecerit, aut judicio publico damnata fuerit, impune libertino nubit, *L. 47. eod.*

SENATOREM, & descendentes ex eo per lineam masculinam prohibet lex Iulia contrahere nuptias, vel sponsalia cum liberta, vel cum ea, cujus pater, vel mater artem ludicram exercuit, *L. 44. §.1. eod.*

SENATOR potest esse tutor filio privati, *L.22. de tutor. datis.*

SENATOR ordine motus ad originalem patriam, nisi hoc specialiter impetraverit, non restituitur, *L. 22. §. 4. ad municip.*

SENATORES, & eorum filii, filiæque, quoque tempore nati, natæve, itemque nepotes, pronepotes, & pronepotes ex filio, origini eximuntur, licet municipalem retineant dignitatem, *L. 22. §. 5. eod.*

SENATORES, qui liberum commeatum, id est, ubi velint, morandi arbitrium impetraverunt, domicilium in urbe retinent, *L. 22. §. 6. eod.*

SENATORUM substantiæ, & eorum homines habent immunitatem à muneribus sordidis & extraordinariis, *L. 4. C. de dignitat. XII.*

In SENATORUM numero numeratur Imperator, *L. 8. C. eod.*

SENATORES sunt defendendi ab omni injuria, *ibid.*

SENATORES in quacunque provincia sint, à muneribus publicis sunt immunes, *L. 14. C. eod.*

SENATUSCONSUL-TUM.

SENATUSCONSULTUM est, quod Senatus jubet, atque constituit, *§. 5. de I. N. G. & C.*

SENATUSCONSULTUM est, quod tantum Senatores, consulendo populis decernunt, *c. 3. dist. 2.*

SENATUSCONSULTUM perpetuam per se obtinet firmitatem, & idem prosequitur legibus Imperator, *L. un. C. de SCtis.*

SENATUSCONSULTA sunt servanda, & contra ea rescripta non valent, & impetrator punitur, *ibid.*

SENATVSCONSVLTVM
Macedonianum.

SENATVSCONSVLTVM Macedon. habet locum, etiamsi filiusfamilias, cui mutuatum est, sit Consul., vel Episcopus, vel cujuslibet dignitatis, nisi forte castrense peculium habeat, tunc enim Senatusconsultum hoc cessabit, *L. 1. §. 3. de SCto Maced.*

SENATVSCONSVLTVM hoc habet locum, ubi filiofam. mutuatum est, non ubi vendita, vel locata est res, *L. 3. §. 3. eod.*

SENATVSCONSVLTVM ut cesset, inspicitur, an accipiens mutuum sit filiusfam. tempore numerationis, non tempore stipulationis, seu mutui, *L. 3. §. 4. eod.*

SENATVSCONSVLTVM ut habeat locum, requitur, quod mutui datio sit in pecunia, nisi fraus interveniat, veluti si mutuo datum sit filiofam. oleum, frumentum, vel vinum, ut inde his distractis uteretur pecunia, quo casu habet locum hoc SCtum, *L. 3. §. 3. & 7. §. 3. eod.*

SENATVSCONSVLTVM habet locum, sive mutuum datum sit sub usuris, sive sine usuris, *L. 7. §. 9. eod.*

SENATVSCONSVLTVM cessat, si pater solvere cœpit, quod filiusfamil. mutuum accepit, quasi ratum habuerit, *L. 7. §. 15. eod.*

SENATVSCONSVLTVM cessat in residuo, si filius factus paterfamilias vel sui juris debiti, partem solverit, *L. 7. §. 16. eod.*

SENATVSCONSVLTVM hoc competit filiis utriusque sexus, etiam pecunia extante, *L. 9. §. 2. eod.*

SENATVSCONSVLTVM Maced. competit non solum filiofam., sed etiam patri, vel ejus fidejussori, vel mandatori filii accipientis mutuam pecuniam, nisi animo donandi intercesserint, *L. 9. §. 3. eod.*

SENATVSCONSVLTVM hoc non competit voluntate patris intercedentis pro filiofamilias accipiente mutuam pecuniam, quia talis contractus à patre videtur comprobatus, *ibid.*

SENATVSCONSVLTVM competit arrogato, etiamsi accepta pecunia mutua sit restitutus, ut emanciparetur, *L. 1. §. 2. eod.*

SENATVSCONSVLTVM cessat usque ad quantitatem castrensis peculii, ubi filiofam. habenti castrens. peculium mutuatum est, *L. 2. eod.*

SENATVSCONSVLTVM Macedon. locum habet, sive privatus filiofam. crediderit, sive civitas, *L. 15. eod.*

SENATVSCONSVLTVM hoc non solum ad filiosfam. sed & ad nepotes & pronepotes mutuum accipientes porrigitur, *L. 6. §. 1. C. ad SCt. Maced.*

SENATVSCONSVLTVM
Orphitianum.

SENATVSCONSVLTVM Orphitianum s. *Orfitianum* Orphitio & Rufo Consulibus effectum est divi *Marci* temporibus, ex hoc liberi ad bona matrum intestatarum admittuntur, *pr. Inst. de SCto Orphit.*

Ex hoc SENATVSCONSVLTO nepotes & neptes ad aviæ successionem legitimo jure non vocabantur, *§. 1. eod.*

Si intestatæ mulieri consanguinei extant, & mater, & filia, ad solam filiam ex SENATVSCONSVLTO Orphitiano hereditas pertinet, *L. 1. C. de SCto Orphit.*

Matri intestato defunctæ secundum SENATVSCONSVLTVM Orphitian. citra bonorum possessionem filia pro herede gerendo, succedere non prohibetur, *L. 3. C. eod.*

SE-

SENATVSCONSVLTVM *Silanianum.*

SENATVSCONSVLTI Silaniani, al. *Sylaniani* autoritate cognoscitur, an dominus occisus sit à familia, vel non, *L. 1. pr. de SCto Silan.*

Excipiuntur SENATVSCONSVLTO Silaniano impuberes servi, *L. 14. eod.*

SENATVSCONSVLTVM *Tertullianum.*

SENATVSCONSVLTO Tertulliano, quod D. *Hadriani* temporibus factum est, plenissime de tristi successione matri, non etiam aviæ, deferenda, cautum est, ut ingenua trium liberorum jus habens, libertina quatuor, ad bona filiorum filiarumve admittatur intestato mortuorum, licet in potestate parentis sit, §. *2. de SCto Tertull.*

SENATVSCONSVLTVM *Trebellianum.*

SENATVSCONSVLTVM Trebellianum factum est temporibus Neronis, 8. Kal. Septembres, Annæo Seneca & Trebellio Maximo Consulibus, *L. 1. §. 1. ad SCtum Trebell.*

Hoc SENATVSCONSVLTO Trebelliano sublata est dubitatio eorum, qui adire hereditatem recusare seu metu litium, seu prætextu metus censuerunt, *L. 1.* §. *3. eod.*

Per SENATVSCONSVLTVM Trebell. subvenitur heredibus in eo, quod heredes, si conveniantur à creditoribus hereditariis, exceptione uti possint, fideicommissariis tamen subvenitur in eo, quod heredes, si agant, repellantur per exceptionem, & agendi facultas fideicommissariis competat, *L. 1. §. 4. eod.*

SENATVSCONSVLTVM hoc habet locum, sive ex testamento, sive ab intestato sit rogatus quis de restituenda hereditate, *L. 1. §. 5. eod.*

SENATVSCONSVLTVM habet locum in testamento filiifamil. testantis de castrensibus vel quasi, & in eo, qui est heres de jure civili vel prætorio, *L. 1. §. 6. & 7. eod.*

SENATVSCONSVLTO Trebell. locus est, quando tutor, vel curator adolescentis vel furiosi rogatus est restituere hereditatem instituto pupillo, *L. 1. §. 12. eod.*

SENATVSCONSVLTO Trebell. locus est, quando filius vel servus heres institutus & rogatus est restituere hereditatem, & transferuntur actiones, si dominus vel pater restituat, & idem si filio vel servo herede instituto rogatus sit pater vel dominus, *L. 1. §. 10. eod.*

SENATVSCONSVLTO locus est, quando pater rogatus est restituere hereditatem ipsi filio, *L. 1. §. 11. eod.*

SENATVSCONSVLTO locus est succedentibus ab intestato de jure civili vel prætorio, si fuerint rogati restituere, *L. 6. §. 1. eod.*

SENATVSCONSVLTVM hoc habet locum in filio in potestate constituto, herede instituto, vel ab intestato succedente, si sit rogatus restituere, & idem in servo herede instituto, & rogato restituere, *L. 6. §. 2. eod.*

SENATVSCONSVLTVM habet locum, quando fisco bona vacantia deferuntur, qui non vult ea bona agnoscere, & fideicommissario restituere, & sic fiscus cogitur restituere, quasi mortem defuncti vindicaverit, *L. 1. §. 3. eod.*

SENATVSCONSVLTO Trebell. ut locus sit, non sufficit de hereditate aliquem esse rogatum, sed requiritur, quod sit rogatus, ut heres, *L. 22. §. 5. eod.*

Per SENATVSCONSVLTVM Trebell. transeunt hereditariæ actiones civi-

civiles, & prætoriæ, & etiam obligationes naturales, *L. 40. pr. eod.*

SENATUSCONSULTUM *Turpillianum.*

In SENATUSCONSULTUM Turpillianum incidunt, qui subjecissent accusatores, aut subjecti postulassent, nec peregissent reos, aut aliter, quam abolitione facta, destitissent, quique chirographum ob accusandum dedissent, pactionemve aliquam interposuissent, *L. 15. pr. ad SCtum Turpill.*

Si dicatur aliquis in SENATUSCONSULTUM incidisse Turpillianum, Præsidis est super ea re notio, & tamen contra desertorem Senatusconsulti non intervenit coërcitio, qui autem dicit, quem in hoc Senatusconf. incidisse, accusator non est, *L. 1. §. 12. eod.*

In SENATUSCONSULTUM Turp. incidit desistens præter abolitionem à causa criminis publici judicii, *L. 1. C. ad SCtum Turpill.*

In SENATUSCONSULTUM Turp. incidit mulier pacto desistens ab accusando, *L. 5. C. eod.*

Si stellionatum quis objecerit, vel expilatæ hereditatis crimen, & destitit, pœnam SENATUSCONSULTI Turpill. non subibit, *L. 7. §. 1. ad SCtum Turpill.*

SENATUSCONSULTUM *Vellejanum.*

SENATUSCONSULTO Vellejano plenissime comprehensum est: *Ne pro ullo fœminæ intercederent, L. 1. pr. ad SCtum Vellej.*

SENATUSCONSULTO hoc comprehenditur omnis obligatio, sive verbis, sive re, sive quocunque alio contractu mulieres intercesserint, *L. 2. §. 4. eod.*

SENATUSCONSULTUM Vellejanum ob intercessiones fœminarum factum est, *L. 2. C. ad SCtum Vellej.*

SENATUSCONSULTO Vellejano infirmitati, & non calliditati mulierum consultum est, *L. 5. C. eod.*

SENATUSCONSULTUM hoc non competit favore dotis à se promissæ pro filia, *L. 12. C. eod.*

SENATUSCONSULTUM Vellejanum cessat favore libertatis, *L. 24. C. eod.*

SENATUSCONSULTUM hoc cessat favore dotis, *L. 25. C. eod.*

SENATUSCONSULTUM Vellej. cessat, si renuncietur ei, vel si accipiat pretium pro intercessione, vel si decipiat, vel si secundo caveat post biennium, *L. 22. & 23. pr. §. 1. C. eod.*

SENECTUS.

SENECTUS, vel antiquitas veneranda est, *Nov. 23. c. 23.*

SENECTUS semper in civitate Rom. venerabilis fuit, namque majores nostri pene eundem honorem senibus, quem Magistratibus tribuebant, *L. 5. pr. de jure immunit.*

SENECTUTI circa munera municipalia subeunda idem honor tributus est, *ibid.*

SENECTUTI quandoque in delictis parcitur, *c. 24. dist. 86.*

SENECTUS aufert incontinentiæ futuræ suspicionem, *c. 7. dist. 34.*

SENEX.

SENUM gloria canities, prudentiam designans, *c. ult. dist. 84.*

SENES quanto morti sunt propinquiores, tanto debent esse puriores, *c. 24. dist. 86.*

SENES mali durius à Prælatis suis sunt arguendi, *c. 24. dist. 86.*

SENES non pudeat discere à junioribus. *c. ult. dist. 38. c. si habes. q. 3. caus. 24.*

SENES inviti non possunt esse testes, *c. si testes. §. inviti. q. 2. caus. 4.*

SENI-

SENIEVS largiendum est, qui sibi labore jam nequeunt victum quærere, *c. 17. dist. 86.*

SENES inviti testimonium dicere non coguntur, *L. 8. de testib.*

SENSVS.

SENSVS magis quam verba debent attendi, *L. 6. §. 1. de contrab. empt.*

SENSVM & intentionem, non verba considerare debemus, *c 8. X. de V.S.*

SENSVS veritatis plerumque amittitur, dum verborum proprietas attenditur, *ibid.*

Non potest animal injuriam fecisse dici, quod SENSV caret, *pr. Inst. si quadrupes pauper.*

SENTENTIA.

SENTENTIA non à Iudice suo dicta, nihil firmitatis obtinet, *c. 7. §. contra. q. 1. caus. 2.*

SENTENTIA furioso à Iudice, vel ab arbitrio dici non potest, *L. 9. de re judicata.*

Iudex, postquam semel SENTENTIAM dixit, postea Iudex esse desinit, *L. 55. eod.*

SENTENTIA non præcipitanter ferenda, *c. 20. q. 1. caus. 2.*

SENTENTIA non est sub conditione dicenda, *c. 29. q. 6. caus. 2.*

SENTENTIA non est pretio, & præmio remunerationis ferenda, *c. 66. q. 3. caus. 11.*

Venales SENTENTIAE etiam à secularibus legibus reprobantur, *c. 10. X. de vit. & honest. Cler.*

SENTENTIA non est ex furore vel levitate ferenda, *c. 70. q. 3. caus. 11.*

Grave est ut in re dubia SENTENTIA certa feratur, *c. 70. ead.*

In dubio SENTENTIAM humaniorem sequi debemus, *c. 2. X. de R. I. c. 49. de R. I. in 6.*

SENTENTIA ex modo agendi formari debet, *c. 20.* & *24. X. de accusat. c. 31. X. de Simon.*

SENTENTIA illa semper observari debet, quæ meliori & subtiliori ratione juvatur, *c. 4. X. de feriis.*

SENTENTIA nihil iniquum contineri debet, *c. 14. X. de sent. & re judic.*

SENTENTIA semper præsumitur justa ac legitima, donec contrarium ostendatur, *c. 13. X. eod. c. 6. X. de renunt.*

SENTENTIA dum fertur, Iudices debent esse concordes, *c. 3. X. eod.*

SENTENTIA plurium debet prævalere, *c. penult. dist. 79.*

SENTENTIA pro Reo tenet, si duo ordinarii pronuntiant contraria, *c. ult. X. de sent. & re judic.*

SENTENTIA non debet proferri partibus inauditis, *c. 1. X. de caus. poss. & propriet.*

SENTENTIA debet omnia exprimere, quæ movent Iudicem, *c. 16. X. de sent. & re judic.*

SENTENTIAM rectam ferre debet Iudex, nulli contra justitiam parcere, jus suum cuique tribuere, *c. 17. X. de privil.*

Iudices dum SENTENTIAM ferunt, præ oculis habere debent solum Deum, *c. 1. de sent. & re judic. in 6.*

SENTENTIA proferenda est, non secundum propriam voluntatem, sed secundum leges, *c. summopere. q. 3. caus. 11.*

SENTENTIA non est ferenda ante plenam negotii discussionem & præsentibus partibus, *c. ult. q. 5. caus. 30.*

SENTENTIA, quæ sine scripto dicta fuit, ne nomen quidem sententiæ habere meretur, *c. in primis. §. quod autem. q. 1. caus. 2.*

SENTENTIA pro modicis causis non requirit scripturam, *c. 45. q. 1. caus. 11.*

SENTENTIA definitiva ferri potest per verbum *statuo*, vel *præcipio*, *c. 15. X. de V. S.*

SENTENTIA stando, non sedendo prolata, nullius est momenti, *c. ult. de sent. & re judic. in 6.*

SENTENTIA ab Episcopo Iudice, sedendo pronuntiari potest, d. *c. in princ. eod.*

SENTENTIA definitiva, quæ à Iudice sive stando, sive sedendo, prout ipsi libuerit, potest pronuntiari, *Clem. c. 2. de V. S.*

SENTENTIA, quæ scripto Litigatoribus datur, & non recitatur, non valet, *c. ult. de sent. & re judic. in 6.*

SENTENTIA dura non est tenenda, neque admittenda, *L. 87. de legat. 1.*

SENTENTIA dicitur quandoque placitum, quia sic placuit Iudici, *L. 1. C. de postulando.*

Qualem SENTENTIAM dicat arbiter, ad Prætorem non pertinere *Labeo* ait, dummodo dicat, quod ipsi videtur, *L. 19. pr. de receptis* &c.

SENTENTIA dicta videtur, quando per eam à tota controversia & lite disceditur, *L. 19. §. 1. eod.*

SENTENTIA dicta non videtur, quando per eam non disceditur ab omnibus controversiis, de quibus simul ut sententiam dicat, compromissum est, *ibid.*

SENTENTIAE verba hæc, *non deberi id*, quod testator in usus suos converterat, intelliguntur ita, quod conversum durarer, *L. 88. pr. de legat. 2.*

SENTENTIAE licet injustæ parendum est propter autoritatem ejus, *L. 65. §. 2. ad SC. Trebell.*

SENTENTIA lata statim, quis mutat statum, *L. 10. §. 1. de pœnis.*

SENTENTIA nulla non est sententia, nec meretur executionem, *L. 4. §. 6. de re judic.*

SENTENTIA mitior sequenda, *II. F. 91.*

SENTENTIA in amittendo feudo requiritur, *I. F. 21.*

SENTENTIA differtur, donec damnata ad mortem pariat, alias foret homicidium, *c. consuluisti. in f. q. 5. caus. 2.*

Definitiva SENTENTIA debet vel absolutionem, vel condemnationem continere, *c. Ei, qui. §. definitiva. q. 6. caus. 2.*

SENTENTIA definitiva non est ferenda, lite non contestata, *c. 1.* & *2. X. ut lit. non contest.*

SENTENTIA definitiva ferri potest reo contumaciter absente, lite contestata, *c. 4. X. de dol. & contum.*

SENTENTIA lata contra legitime absentem non tenet, *c. 10. X. de sent. & re judic.*

SENTENTIA definitiva obtinet authoritatem rei judicatæ, *c. biduum. in f. q. 6. caus. 2.*

SENTENTIA contra matrimonium nunquam transit in rem judicatam, unde quandoque revocari potest, dum constat de errore, *c. 7.* & *11. X. de sent. & re judic.*

SENTENTIA definitiva damnatur quis in expensis, *c. 12. X. de rescript.*

Contra SENTENTIAM in uno judicio, non datur restitutio in alio judicio, nisi ad appellandum, *c. ult. X. de in integr. restit.*

SENTENTIAM probare debet esse injustam, qui ab ea appellat, *c. 14. X. de sent. & re judic.*

SENTENTIA, quæ nulla appellatione suspenditur, transit in rem judicatam, *c. 15. X. eod.*

Valet SENTENTIA lata contra jus litigatoris, si ab ea intra 10. dies non fuerit appellatum, *ibid.*

Quoties appellatio admittitur, SENTENTIA per decendium differtur, *q. 6. caus. 2.*

Tenet SENTENTIA contra privilegium ostensum vel non ostensum, si ab ea non fuerit appellatum vel sup-

supplicatum, *c. suborta. X. de sent. & re judic.*

SENTENTIA manet rata, à qua appellatur, si lis intra annum non fuerit completa, *c. Ei, qui. q. 6. caus. 2.*

Ab eadem SENTENTIA non est tertio appellandum, *c. 65. X. de appell. Clem. c. 1. de sent. & re judic.*

SENTENTIA lata sub conditione, vel in diem, non ligat, nisi adveniente die, vel conditione, & ideo si medio tempore fuerit appellatum, suspenditur ejus effectus, *c. 40. X. de appell.*

SENTENTIA interlocutoria; à qua infra decendium non appellatur, transit in rem judicatam, sicut definitiva, *c. 32. X. de elect.*

Antequam SENTENTIA feratur, nullus debet appellare, nisi gravetur, & causa gravaminis exponi debet coram Iudice, à quo appellatur, *c. 59. X. de appell.*

SENTENTIA nondum lata, in civili & criminali negotia, appellari potest, *c. Non solent. q. 6. caus. 2.*

Ab executione SENTENTIAE non appellatur, nisi in executione modus excedatur, *c. 15. X. de sent. & re judic.*

SENTENTIA excommunicationis, post appellationem legitimam, lata, nulla est, *c. 16. X. de appell.*

SENTENTIA excommunicationis per appellationem non suspenditur, *c. ad reprimendam. X. de Offic. Iud. Ordin.*

Iusta SENTENTIA non est curanda, *c. 46. q. 3. caus. 11.*

SENTENTIA Episcopi, sive justa, sive injusta sit, timenda est, *c. 1. 27. & 31. ead.*

SENTENTIA etiam Rom. Sed. in melius commutari potest, *c. loci. §. quod autem. q. 9. caus. 35.*

Cujuslibet Ecclesiæ SENTENTIA, cum per subreptionem lata cognoscitur, rationabiliter revocari potest, *c. loci. §. quia ergo. q. 9. caus. 35.*

SENTENTIA damnationis in pertinaci relaxari non potest, *c. damnationis. q. 2. caus. 24.*

SENTENTIA damnationis ferenda est, cum crimen notorium est, nec indicenda purgatio, *c. penult. X. de purg. Canon.*

Si quod negotium SENTENTIA Episcoporum decidit, illud ulterius retractare non licet, *c. omnes. q. 1. caus. 11.*

SENTENTIA revocari non debet prætextu privilegii de novo reperti, *c. 21. X. de sent. & re judic.*

SENTENTIA lata, licet ex nova allegatione cassetur, non præjudicat tamen Iudicibus, qui ipsam tulerunt, *c. 10. X. de fide instrum.*

SENTENTIA, quæ nulla est, fit aliqua per approbationem Principis, *c. 22. X. de accusat.*

SENTENTIA, quæ certas personas comprehendit, autoritate Principis extenditur ad alios, qui non sunt de jurisdictione proferentis, *c. 21. X. de sent. excomm.*

SENTENTIA lata à minore 25. annis valet, nisi sit minor 18. annorum, *L. 57. de re judic.*

In SENTENTIIS sufficiet, si expresserit Iudex summam in *sententia*, solvique jusserit, vel præstari, vel quo alio verbo hoc significaverit, *L. 59. pr. eod.*

SENTENTIA lata, in quem per errorem iurisdictio prorogata est, non valet tanquam à non suo Iudice facta, *L. 15. de jurisdict.*

Valet SENTENTIA de futuro, si dependeat à jure, quod est de præsenti, *L. 1. C. de sententia, quæ sine certa &c.*

SENTENTIA, qua pronunciatur indemnitatem esse præstandam, valet, *L. 2. C. eod.*

SEN-

SENTENTIA & mens judicantis talis esse præsumitur, qualis & quanta ex allegatis, & probatis concipitur, *L. 3. C. eod.*

Vbi SENTENTIA incerta est ipso jure nulla, non prohibetur Iudex aliam certam proferre, etiam contrariam primæ, *L. 4. C. eod.*

SENTENTIA à Præside prolata contra solitum judiciorum ordinem, autoritatem rei judicatæ non obtinet, *L. 4. C. de sentent. & interloc.*

SENTENTIA citra solitum ordinem judiciorum lata, autoritatem rei judicatæ non obtinet, *c. ult. q. 6. caus. 2.*

SENTENTIA contra jus scriptum nullas habet vires, & ideo opus non est provocare, *c. 1. X. de sent. & re judic.*

SENTENTIA super matrimonio tenet, licet scripta non fuerit, si hoc probetur per testes, *c. 43. X. de testib.*

SENTENTIA fertur contra Actorem contumaciter absentem, etiam lite non contestata, *c. 3. X. de & dolo contum.*

SENTENTIA super possessorio non respuit appellationem, licet in legibus contrarium caveatur, *c. 15. X. de restit. spoliat.*

SENTENTIAE executionem in possessorio impedit exceptio paupertatis, *c. 16. X. eod.*

In executione SENTENTIAE quæstio proprietatis præfertur quæstioni possessionis, *c. 6. X. de caus. poss. & propr.*

SENTENTIA propter præsumptionem mandatur executioni, *c. 6. X. de in integr. restit.*

SENTENTIA per alium fertur, per alium executioni mandatur, *c. 14. X. de for. compet.*

SENTENTIAM Iudicis secularis injustam, Iudex ecclesiasticus retractare potest, *c. 7. X. de constit.*

SENTENTIA lata à Prædecessore prodest successori, *c. 14. X. de censib.*

SENTENTIA non debet ferri contra non legitime citatum, & non auditum, *Clem. c. 2. §. quod igitur. de sent. & re judic.*

SEPARARE.

SEPARARE potest feuda ab allodiali hereditate agnatus, *II. F. 45.*

SEPARET Pater à se filium, qui Dominum feudi offendit, *II. F. 55.*

SEPARETVR Iudæus ab uxore fideli, nisi ad fidem accesserit, *c. Iudæi. q. 1. caus. 28.*

SEPARANDI non sunt nubentes post votum, *c. 2. dist. 27.*

SEPARARI non debet matrimonium inter servos contractum, quilibet tamen conjugum serviat suo domino, *c. ult. q. 2. caus. 29.*

SEPARENTVR consanguineas ducentes, nec licebit eis, si scienter peccant, quamdiu vivunt, ducere vel nubere, *c. qui propinquam, q. 2. caus. 35.*

SEPARARI non debet ab uxore, qui causa necessitatis filium suum baptizavit, vel de baptismo levavit, *c. ad limina q. 1. caus. 30.*

SEPARARI à Viro non potest, quæ filiastrum suum de baptismo levavit, *c. Nosse. eod.*

SEPARARI non potest matrimonium extraordinaria pollutione, etsi criminosa, *c. Extraordinaria. q. 3. caus. 35.*

SEPARARI non debet, qui ignoranter cognovit uxoris sororem, *c. qui dormierit. q. 7. caus. 32.*

SEPARATIO.

SEPARATIO bonorum impetratur decreto Prætoris, *L. 1. pr. de separation.*

SEPARATIONEM solent impetrare creditores hereditarii, ut separentur bona hereditaria à bonis heredis, ut sic eis satisfiat, *L. 1. §. 1. eod.*

SEPARATIONEM bonorum hereditariorum à bonis heredis non possunt

sunt impetrare creditores heredis, *L. 1. §. 2. eod.*

SEPARATIONEM postquam impetraverunt creditores hereditarii, præferuntur omnibus creditoribus heredis, etiamsi heres jure pignoris vel hypothecæ rem hereditariam alicui obligaverit, & etiam fisco & municipibus, qui erant creditores heredis, *L. 1. §. 3. & 4. eod.*

SEPARATIONEM bonorum heredis à bonis hereditariis potest petere heres, quando dicens suspectam hereditatem compulsus fuit adire, & restituere, & deinde non apparet, cui restituat, ut si fideicommissarius decessit sine herede, antequam sibi restitueretur hereditas,& creditores hereditarii conveniunt heredem, & tunc ipsi heredi succurritur per beneficium separationis, ut de bonis tantum hereditariis satisfaciat creditoribus hereditariis, & non de suo, & si heres cesset impetrare, possunt ejus creditores impetrare, *L. 1. §. 6. eod.*

SEPARATIONEM bonorum paternorum hereditariorum à bonis substituti filii impuberis heredis instituti petere possunt creditores patris, & etiam creditores impuberis filii, *L. 1. §. 7. eod.*

SEPARATIONEM peculii castrensis à peculio paganico petere possunt creditores castrenses, *L. 1. §. 9. eod.*

SEPARATIO bonorum impeditur ratione stipulationis novandi animo interpositæ, *L. 1. §. 10. eod.*

SEPARATIO impetrari non potest, postea quam bona hereditaria bonis heredis mixta sunt, *L. 1. §. 12. eod.*

SEPARATIO impetrari non potest confusis & mixtis bonis hereditariis, ut frumento, vino, &c. secus si sint in eis prædia mancipia, vel aliud, quod separari poterit, quia in illis potest impetrari separatio, *ib.*

SEPARATIO impetrari non potest à creditoribus hereditariis post lapsum quinquennium ab adita hereditate, *L. 1. §. 13. eod.*

SEPARATIO an admittenda sit, nec ne, Prætor vel Præses debet cognoscere, & nullus alius, *L. 1. §. 14. eod.*

SEPARATIONEM impetrare non potest creditor hereditarius, qui pignus ab herede accepit, quasi eum secutus sit, *L. 1. §. 15. eod.*

SEPARATIONEM impetrare possunt creditores hereditarii, qui heredem secuti non sunt, & talis separatio non prodest aliis creditoribus, qui pignus accipiendo, vel notando, vel alio modo heredem secuti sunt, *L. 1. §. 16. eod.*

SEPARATIONEM impetrare possunt creditores, quibus ex die vel sub conditione debetur, & propter hoc nondum pecuniam petere possunt, *L. 4. pr. eod.*

SEPARATIONEM impetrare possunt legatarii, cum habeant bona hereditaria obligata, quæ supersunt, postquam satisfactum erit creditoribus hereditariis, *L. 4. §. 1. eod.*

SEPARATIONEM impetrantes creditores hereditarii non possunt habere regressum contra heredem, si hereditas non inveniatur solvendo, admittuntur tamen ad bona per heredem acquisita ex hereditate post impetratam separationem, sed non ad bona aliunde quæsita, *L. 5. eod.*

SEPARATIONEM impetrare potest patronus, qui libertam ab alio institutam revocat in servitutem, vel qui successit libertæ, *L. 6. §. 1. eod.*

SEPARATIO.

SEPARATIO non fit ob furorem sequentem, vel truncationem membrorum, vel exsectionem, *c. hi, qui. q. 7 c.cauf. 32.*

SEPARATIO coporis non solvit ma-

trimonium, sed separatio voluntatis, *c. matrimonium. q. 2. caus. 27.*

SEPELIRE.

Vbicunque SEPELIAMVR, nihil interest, quia Domini est terra, *c. 26. q. 2. caus. 13.*

SEPELIRI se, & suam posteritatem inferre in sepulchrum hereditarium vel familiare, licitum est filiis exheredatis humanitatis gratia, nisi testator specialiter justo odio commotus eos vetuerit, *L. 6. pr. de religiosis.*

Liberti nec SEPELIRI, nec alios inferre poterunt, nisi heredes extiterint patrono, *ib.*

Pater impuberes filios potest facere SEPELIRI, ubi voluerit, si sic habet consuetudo, *c. de uxore. §. utrum. X. de sepult.*

Quilibet facinorosus in fine pœnitens permittitur SEPELIRI, *c. ult. X. eod.*

SEPELIRI etiam potest in patibulis suspensus, si vere pœnitens fuit, etiam juxta Ecclesias, *c. 30. q. 2. caus. 13.*

SEPELIRI possint Clerici servantes interdictum in Cœmiterio, *c. 11. X. de pœnit. & remiss.*

SEPELIRI, vel alios inferre in sepulchrum hereditarium non licet libertis, etsi testator inscripserit monumentum, sibi libertisque suis fecisse, nisi ipsi patrono heredes extiterint, *L. 6. pr. de religiosis.*

SEPELIRI quis non debet cum ornamentis, annulis, vel vestibus, etiamsi hoc mandasset, quod homines simpliciores solent hoc facere, *L. 14. §. 5. eod.*

SEPELIRI potest quilibet ex sociis in loco communi, etiam sine aliorum consensu, si non sit alias locus, in quo sepeliatur. *l. 41. eod.*

SEPELIRI prohibetur L. Regia mulier pragnans mortua, antequam ei partus excidatur, *L. 2 de mortuo infer.*

SEPELIVNTVR plerumque defuncti, antequam quis existat heres, *L. 4. de religios.*

SEPELIENDO defunctum non videtur quisquam pro herede gerere, *ibid.*

SEPELIENDI jus tam in sepulchro hereditario, quam familiari competit liberis cujuscunque sexus, vel gradus, & emancipatis, sive heredes, sive abstineant, *L. 6. pr. eod.*

SEPTA.

SEPTA sunt, quæ ad incile opponuntur, aquæ derivandæ compellendæve ex flumine causa, sive ea lignea sunt, sive lapidea, sive qualibet alia materia sint ad continendam transmittendamque aquam excogitata, *L. 1. §. 4. de rivis.*

SEPTVNX.

SEPTVNX significat septem uncias, *§. 5. de heredib. inst.*

SEPVLCHRVM

SEPVLCHRVM est, ubi corpus ossave hominis condita sunt, *L. 2. §. 5. de religios.*

SEPVLCHRVM habens, si non habet viam ad illud, Præses provinciæ poterit compellere vicinum justo pretio iter ei præstari, ita tamen, ut Iudex etiam de opportunitate loci prospiciat, ne vicinus magnum patiatur detrimentum, *L. 12. pr. eod.*

SEPVLCHRORVM usus permutationibus non debet pollui, ne sepulchra alienæ conversationis usum accipiant, *L. 12. § 1. eod.*

SEPVLCHRA plura efficere non potest unus homo sepultus, *L. 44 pr. eod.*

Facere SEPVLCHRVM, sive monumentum in loco, in quo ei jus est, nemo prohibetur, *L. 1. §. 7. de mortuo inferendo.*

SEPVLCHRORVM jus non potest præscribi etiam longissima possessione, quia ipsum sepulchrum non est in

in bonis ullius, nec esse potest, *L. 4. eod.*

SEPULCHRI violati actio infamiam irrogat, *L. 1. de sepul bro violato.*

Si SEPULCHRUM quis diruit, cessit Aquilia, quod vi iamen, aut clam agendum erit, *L. 2. eod.*

SEPULCHRA hostium religiosa nobis non sunt, ideoque lapides inde sublatos, in quemlibet usum convertere possumus, *L. 4. eod.*

SEPULCHRI appellatione omnis sepulturæ locus continetur, *L. 3. §. 2. eod.*

SEPULCHRUM facere in civitate, ac ibi sepelire aliquem non potest quis sub pœna 40. aureorum fisco applicanda, & in magistratus, qui idem passi sunt, eadem pœna statuitur, & locus publicatur, & corpus inde transfertur, *L. 3. §. 5. eod.*

In SEPULCHRO violato si quis dolo malo habitaverit, vel ædificium aliquod non sepulchri causa ibi fecerit, quicunque vult agere contra eum, Prætor permittit, *L. 3. §. 6. eod.*

SEPULTURA.

Divi Fratres Edicto admonuerunt: *Ne justæ* SEPULTURAE *trad tum*, i. e. *terra conditum*, *corpus inquietetur*, *L. 39. de religios.*

SEPULTURAE justæ corpus traditum non debet inquietari, etiamsi in arcula sit condirum hoc animo, ut alio non transferatur, *ibid.*

SEPULTURA honesta, est humanitatis officium, & fidei testimonium, *c. Non æstimemus. q. 2. caus. 23.*

SEPULTURAM parentum nullus debet odio vel superbia deserere, *c. placuit. ead.*

SEPULTURAM debet quis eligere in loco parentum suorum, *c. 1. X. de sepult.*

SEPULTURA eligenda est in loco magis religioso, *c. fraternitatem. X. eod.*

In Ecclesia non debet SEPULTURA fieri, *c. 15. q. 2. caus. 13.*

Casualiter mortuus, v.g. casu in puteum cadens ac submersus, non debet privari SEPULTURA ecclesiastica, *c. 10. X. eod.*

SEPULTURA Torneamentariis negatur, *c. 1. X. de Torneam.*

Pro terra SEPULTURAE nihil est exigendum, *c. 13. X. de sepult.*

SEPULTURA debet fieri gratis, *c. 8. 29. & 42. X. de Simon.*

SEQUESTER.

SEQUESTER dicitur, apud quem plures eandem rem, de qua controversia est, deposuerunt, *L. 110. de V. S.*

SEQUESTER dictus ab eo, quod occurrenti, aut quasi sequenti eos, qui contendunt, committitur, *ibid.*

In SEQUESTREM depositi actio competit, *L. 5. §. 1. depositi.*

Si cum SEQUESTRE convenit, ut certo loco rem depositam exhiberet, nec ibi exhibeat, conveniri potest, *ibid.*

SEQUESTER non potest officium, quod semel suscepit, contra legem depositionis deponere sua sponte, nisi justissima causa interveniente, & tunc adeundo Prætorem, & ejus autoritate denunciatione facta his, qui eum elegerunt, causa cognita apud ædem sacram arbitratu Iudicis deponit, raro quod restituenda res ei, qui ad denunciationem in judicium venit, *L. 5. §. 2. eod.*

SEQUESTER proprie dicitur is, apud quem deponitur res, quæ à pluribus in solidum certa conditione custodiendum reddendumque traditur, *L. 6. eod.*

SEQUESTRARE.

SEQUESTRARE Iudex potest rem petitam, propter contumaciam Rei, *c. 1. X. de sequest.*

Res, in quam facta est missio, non debet

bet SEQVESTRARI, etsi missus inde fuerit violenter ejectus, *ibid.*

Si missus in possessionem custodiæ causa, fructus dissipat, dissipati revocantur, & cum aliis SEQVESTRANTVR, *c. 2. X. eod.*

SEQVESTRANTVR fructus lite pendente, si dissipantur, *c. 3. X. eod.*

SEQVESTRANTVR fructus possessionis, quando possessor appellat, si eventus causæ dubius est, *c. quoties post. q. 6. caus. 2.*

SEQVESTRATIO.

SEQVESTRATIO fit rei servandæ causa, *c. 2. X. de sequestr.*

SEQVESTRATIO fieri debet apud aliquam personam idoneam, *Clem. c. un. de sequest.*

SEQVESTRATIONEM quoquo modo impedire præsumens, punitur amissione causæ, si est unus ex litigantibus, *ibid.*

SEQVESTRATIO injusta revocatur, *c. 1. X. eod.*

SEQVESTRATIONEM petere potest mulier propter inopiam viri, *c. per vestras. X. de donat. inter vir. & uxor.*

Quotiens ex quolibet contractu pecunia postulatur, SEQVESTRATIONIS necessitas conquiescat, *L. un. C. de prohibita sequestr.*

SERMO.

Quotiens idem SERMO duas sententias exprimit, ea potissimum excipiatur, quæ rei gerendæ aptior est, *L. 67. de R. I.*

Non SERMONI res, sed *sermo rei* sub jectus est, *c. intelligenda. X. de V. S.*

SERMONES suos unusquisque ponderet, & quod sibi loqui non vult, alteri non loquatur, *c. 14. in pr. dist. 50.*

SERMONIBVS prævalet veritas gestorum, *c. 13. X de sent. & re judic.*

SERPENS.

Qui SERPENTES circumferunt & proponunt, si cui ob eorum metum damnum datum est, extraordinarie puniuntur, *L. 11. de extraordinar. crimin.*

SERVIANA & *quasi* SERVIANA *actio.*
vid.
ACTIO *hypothecaria.*

SERVILIS, *e.*

In personam SERVILEM nulla cadit obligatio, *L. 22. pr. de R. I.*

SERVILIS conditio regulariter capax non est ad supplicandum Principi, *L. 1. C. de precibus imperat. offer.*

SERVIRE.

SERVIRE non potest alicui suus fundus, *L. 5. pr. si usufruct. petatur.*

SERVIRE nobis intelliguntur etiam hi, quos curamus ægrotos, qui cupientes servire, propter adversam valetudinem vero impediuntur, *L. 4. §. 5. de statu liberis.*

SERVIRE non dicitur, qui est in fuga, secus autem si valetudine, vel alia justa causa impediatur, *L. 14. §. 1. eod.*

SERVIRE Ecclesiæ intelligitur infirmus, & omnia percipere debet, ac si sanus esset, *c. 1. & 4. X. de Cler. ægrot.*

SERVIRE non debet major minori, *c. Est ordo. q. 5. caus. 33.*

SERVIRE feudum, *II. F. 36.*

SERVIRE feudo, *II. F. 100.*

Non SERVIENS Vasallus per 20. annos, non amittit feudum, *I. F. 21. c. sancimus.*

SERVIRE fideliter debent Vasalli Domino, *II. F. 23.*

Ad SERVIENDVM non tenetur, qui feudum refutavit, *II. F. 38.*

SERVITIVM.

SERVITII loco succedunt fructus, *c. 1. X. de feud.*

SERVITIVM Vasallus per 30. annos præstans præscribit, *II. F. 26. c. 4. pr.*

SER-

SERVITIUM facit pro pupillo alius, *II. F. 26. c. 5. pr.*

SERVITIUM si decenter potest præstare, fœmina succedit, *II. F. 104. pr.*

SERVITIUM bannito non est præstandum, *II. F. 28. pr.*

SERVITIA minuuntur per alienationem feudi, *II F. 55.*

Ob SERVITIA non præstita apud Mediolanenses non amittitur feudum, *II. F 28. §. 1.*

SERVITIIS non præstitis condictio causa data competit, *I. F. 22. c. sancimus.*

SERVITIA pro quantitate beneficii moderanda, *II. F. 77.*

Pro SERVITIO nullo pleraque feuda dantur, *II. F. 104.*

SERVITUS.

SERVITUS est constitutio juris gentium, qua quis alieno dominio contra naturam subjicitur, §. *2. de jure person.*

SERVITUTES sunt naturali juri contrariæ, *§. 2. de I. N. G. & C.*

Quamdiu aliquis in SERVITUTE est, manui & potestati suppositus est, *pr. inst. de libert.*

SERVITUTEM mortalitati fere comparamus, *L. 209. de R. I.*

SERVITUS duplex est: corporalis & spiritualis, *c. Cum redemptor. q. 2. caus. 12.*

SERVITUS inducitur jure Canonico, *c. 6. X. de Iudæis & Sarac.*

SERVITUS ingratitudine revocatur, *c. 58. q. 2. caus. 12.*

SERVITUTES sunt juris gentium, *c. 9 dist. 1.*

SERVITUTES sunt juris divini, *c. 8. §. manebat. dist. 35.*

SERVITUTIS occasione dimitti non potest, qui post controversiam status in libertatem se asseruit, *c. cujus rei. q. 2. caus. 29.*

In SERVITUTEM quando quis trahitur, potest etiam pater naturalis eum invitum proclamare in libertatem, quod permittitur etiam cognatis, *L. 1. pr.* & *L. 3. pr. de liberali causa.*

SERVITUS morti assimilatur, *L. 59. §. 2. de condit. & demonstr.*

SERVITUTI nihil est tam contrarium, quam libertas, *L. 21. de fideicommiss. libert.*

SERVITUS.

SERVITUTES aut personarum sunt, ut usus & ususfructus; aut rerum, ut servitutes rusticorum prædiorum & urbanorum, *L. 1. de servitut.*

Unus ex dominis communem ædium SERVITUTEM imponere non potest. *L. 2. eod.*

SERVITUTES prædiorum aliæ in solo, aliæ in superficie consistunt, *L. 3. eod.*

SERVITUTES ipso quidem jure neque ex tempore, neque ad tempus, neque sub conditione, neque ad certam conditionem constitui possunt, sed tamen, si hæc adjiciantur, pacti, vel per doli exceptionem occurretur, contra placita servitutem vindicanti, *L. 4. pr. eod.*

SERVITUTIBUS modus adjici potest, veluti quo genere vehiculi agatur, vel non agatur, *L. 4. §. 1. eod.*

Usus SERVITUTUM temporibus secerni potest; forte, ut quis post *horam tertiam usque in horam decimam* eo jure utatur, *L. 5. §. 1. eod.*

SERVITUS ad certam partem fundi tam remitti, quam constitui potest, *L. 6. eod.*

SERVITUS imponi non potest, ut pomum decerpere liceat, &, ut spatiari, & ut cœnare in alieno possimus, *L. 8. pr. eod.*

SERVITUTIS nulla vacua traditio datur, sed tantum patientia habetur pro traditione, *L. 20. eod.*

SERVITUTES plures dicuntur, quando sunt plura prædia dominantia, secus vero, quando sunt plura prædia ser-

fervientia, & unum dominans, *L. 18. de S. P. R.* & *L. 32. pr. de S. P. V.*

SERVITUTUM traditio & patientia inducit officium Prætoris, *L. 1. §. 2. de S. P. R.*

Quæcunque SERVITUS fundo debetur, omnibus ejus partibus debetur, & ideo si fundus dominans particulatim fit venditus pro diviso, vel indiviso, fervitus fequitur omnes partes ita, ut finguli recte agent jus fibi esse eundi, vel alterius fervitutis, *L. 23. §. 3. eod.*

SERVITUTEM non recipit id, quod humani juris esse defiit, veluti fepulchrum, & monumentum, *L. 4. communia prædior.*

De SERVITUTIBUS in rem actiones competunt, *L. 2. pr. si fervitus vindic.*

Loci corpus non eft dominii ipfius, cui SERVITUS debetur, fed jus eundi habet, *L. 4. pr. eod.*

In omnibus SERVITUTIBUS refectio ad eum pertinet, qui fibi fervitutem afferit, non ad eum, cujus res fervit; fed fecus eft in fervitute oneris ferendi, *L. 6. §. 2. eod.*

SERVITUS non fubfiftit per fe, *II. F. 8. c. rei autem. §. 1.*

SERVITUS accrefcit feudo, *ib.*

SERVITUTEM feudo debitam Vafallus poteft perfequi, *ib.*

SERVITUTIS vindicationem habet Vafallus, *II. F. 8. d. c. pr.*

SERVITUS feudo impofita finito feudo tollitur, *ib.*

SERVITUS non poteft præfcribi contra Dominum, *ibid.*

SERVITUTES prædiorum ideo appellantur, quoniam fine prædiis conftitui non poffunt, *§. 3. de fervitut. ruftic.* &c.

Nemo poteft SERVITUTEM acquirere urbani, vel ruftici prædii, nifi qui habet prædium, nec quisquam debere, nifi qui prædium habet, *ib.*

SERVITUTES pactionibus atque ftipulationibus, nec non in ultimis voluntatibus conftitui poffunt, *§. 4. eod.*

SERVITUS *prædiorum rufticorum.*

SERVITUTES prædiorum rufticorum, f. *rufticæ*, etiamfi corporibus accedunt, incorporales tamen funt, & ideo ufu non capiuntur, *L. 14. pr. de fervitut.*

SERVITUTES prædiorum rufticorum funt hæ: Iter, actus, via, aquæductus, *L. 1. pr. de S. P. R. pr. Inft. de fervitut. præd.*

Inter SERVITUTES præd. ruft. computantur etiam aquæhauftus, pecoris ad aquam adpulfus, jus pafcendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, *L. 1. §. 1. eod. §. 2. eod.*

SERVITUTES rufticorum prædiorum funt: licere altius tollere, & officere prætorio vicini, vel cloacam habere licere per vicini domum, vel prætorium, vel protectum habere licere, *L. 2. pr. eod.*

SERVITUS *actus.*
vid.
ACTUS.

SERVITUS *aquæductus.*
vid.
AQUAEDUCTUS.

SERVITUS *aquæhauftus.*
vid.
AQUAEHAUSTUS.

SERVITUS *viæ.*

SERVITUS viæ eft jus eundi & agendi & ambulandi, nam & iter & actum via in fe continet, *L. 1. pr. de S. P. R.* & *pr. Inft. de ferv. præd. ruft.*

SERVITUS viæ legari poteft fundum com-

communem habentibus, *L. 2. de servitute legata.*

SERVITUS viæ non recipit partem, & ideo à pluribus heredibus legata via, singuli heredes tenentur in solidum, & uno solo ex heredibus adeunte, potest ab eo adjudicari, *L. 7. eod.*

Qui SERVITUTEM viæ habet, si opus novum nunciaverit adversus eum, qui in via ædificat, nihil agit, poterit tamen confessoriam intentare, *L. 14. de oper. s novi nunc.*

SERVITUS viæ intelligitur jus *incorporale*, & ideo non possidetur, *L. 4. §. 27. de usurpat. & usucap.*

Si SERVITUTEM viæ habeam per tuum fundum, & tu me ab ea vi expuleris, per longum tempus non utendo viam amitto, *ib.*

SERVITUTEM viæ si alicui dedi per aliquem locum, per eundem locum non possum alii concedere aquæductum, si per aquæductum impediatur servitus viæ, secus si non impediatur, ut quia tunc pôtest diversis vel eisdem temporibus constituere, *L. 14. de S. P. R.*

SERVITUS viæ una est, etsi per plures fundos unius vel plurium dominorum itur ad eundem fundum, *L. 18. eod.*

Flumine interveniente, SERVITUS viæ constitui potest, si aut vado transiri potest, aut pontem habeat; diversum, si pontonibus trajiciatur, *L. 38. eod.*

SERVITUS viæ si simpliciter sit constituta, tunc is, cui debetur, non potest mutare, secus si sit dictum, ut per quamlibet partem liceret ire, *L. 6. §. 1. quemadmod. servitut. amitt.*

SERVITUTEM viæ, vel actus per agrum tuum si ego habe , ut certo genere vehiculi uterer, si alio genere vehiculi ampliori uterer, retineo servitutem, *L. 11. pr. eod.*

Si per fundum meum SERVITUTEM viæ tibi legavero, & adita mea hereditate, per constitutum tempus ad amittendam servitutem ignoraveris eam tibi legatam esse, amittes viam non utendo, *L. 19. §. 1. eod.*

SERVITUS *prædiorum urbanorum.*

SERVITUTES prædiorum urbanorum si corporibus accedunt, tamen incorporales sunt, *L. 14. pr. de servit.*

SERVITUTES prædiorum urbanorum s. *urbanæ* sunt, quæ ædificiis inhærent, *§. 1. de servit. præd. rustic.*

SERVITUTES prædiorum urbanorum ideo dictæ sunt, quoniam ædificia omnia, prædia urbana appellamus, etsi in villa ædificata sunt, *ib.*

SERVITUTES prædiorum urbanorum sunt hæ: ut vicinus onera vicini sustineat; ut in parietem ejus liceat vicino tignum immittere; ut stillicidium, vel flumen recipiat quis in ædes suas, vel in aream, vel in cloacam, vel non recipiat; & ne altius quis tollat ædes suas, ne luminibus vicini officiat, *ib.*

SERVITUS *altius non tollendi.*

SERVITUS altius non tollendi non impedit super eam altitudinem arbores plantare, ac viridaria habere, *L. 12. de S. P. V.*

SERVITUTEM altius non tollendi & recipiendi si domus tua debeat domui meæ, & ego concessero facultatem altius tollendi, ita licet domum tuam altius tollere, si non impediantur stillicidia mea, si vero domo sublata altius cadere non possint stillicidia, altius ædificare non licet, *L. 21. eod.*

SERVITUTEM altius non tollendi domi-

domibus ulterioribus poteſt quis imponere, etiamſi aliæ domus in medio ſint, quibus non debeatur ſervitus, *L. 5. ſi ſervitus vindic.*

In SERVITVTIBVS altius non tollendi, & in ſimilibus idem eſt poſſeſſor juris, & petitor, *L. 6. pr. eod.*

SERVITVS *luminis.*

SERVITVS luminis à ſervitute proſpectus differt, quod proſpectus etiam ex inferioribus partibus deberi poteſt, ſed lumen tantum ex cœlo, *L. 16. de S. P. V.*

Contra SERVITVTEM luminum facit ille, qui plantavit arborem, ut luminibus officeret, non tamen facit contra ſervitutem altius non tollendi, *L. 17. pr. eod.*

SERVITVS luminum cum imponitur, id venit, ut vicinus lumina noſtra excipiat, i. e. recipiat ſic, ut ad me poſſit venire etiam per foramina, vel quocunque modo, *L. 4. eod.*

SERVITVS *ne luminibus officiatur.*

SERVITVTEM ne luminibus officiatur debens poteſt prohiberi, quodcunque faciat ad luminis impedimentum, & poteſt novum opus ei nunciari, ſi ſic faciat, ut lumini noceat, *L. 15. de S. P. V.*

SERVITVS ne luminibus officiatur, quando imponitur, id venit, ne jus ſit vicino invitis nobis altius ædificare, atque ita minuere lumina noſtrorum ædificiorum, *L. 4. eod.*

SERVITVS, ne luminibus officiatur, extenditur ad lumina præſentia, & futura, ſi eſt actum, *L. 22. eod.*

SERVITVS ſi ſit impoſita generaliter, ne luminibus officiatur, intelligitur non ſolum de luminibus præſentibus, ſed etiam futuris poſt conſtitutionem ſervitutis, *L. 23. pr. eod.*

SERVITVS *oneris ferendi.*

SERVITVS oneris ferendi ſuper colu mna vel pariete ſi ſit impoſita, no ſolum de præſenti columna vel pa riete intelligitur, ſed etiam de futu ra columna, vel pariete, *L. 33. de S. P. V.*

In SERVITVTE oneris ferendi ho eſt ſpeciale, quod ille, cujus prædi um ſervit, teneatur ædificare, *ib.*

Pro SERVITVTE oneris ferendi competit nobis actio, ut debens, & onera ferat, & ut ædificia reficiat ad eum modum, qui in conſtitutione comprehenſus eſt, *L. 6. §. 2. ſi ſervitus vind.*

SERVITVS oneris ferendi ſi debeatur domui plurium dominorum, ſinguli in ſolidum poſſunt agere pro illa ſervitute, *L. 6. §. 4. eod.*

SERVITVTEM oneris ferendi debens poteſt parietem meliorem, quam in ſerviente impoſitum erat, facere, ſi tamen faciat deteriorem, per confeſſoriam aut per novi operis nuntiationem conveniri poteſt, *L. 6. §. 7. eod.*

SERVITVTEM oneris ferendi debens, interim dum reficit parietem ſervientem, fultura, ne domus dominans corruat, ad ejus dominum pertinet, *L. 8. pr. eod.*

SERVITVS *ne proſpectui officiatur.*

SERVITVS ne proſpectui officiatur, dicitur ſervitus, *L. 3. de S. P. V.*

SERVITVS ne proſpectui officiatur, impedit arbores plantare, ac viridaria habere, *L. 12. eod.*

SERVITVTEM ne proſpectui officiatur habens, plus habet, quam qui habet ſervitutem, ne luminibus officiatur, *L. 15. eod.*

In SERVITVTE ne proſpectui officiatur,

tur, venit, ne quid ei officiatur ad gratiorem & liberum prospectum, in servitute vero, ne luminibus officiatur, venit, ne lumina cujusquam obscuriora fiant, *ibid.*

SERVITUS *stillicidii.*

Si SERVITUS stillicidii imposita sit, non licet domino servientis areæ ibi ædificare, ubi cassitare cœpisset stillicidium, *L. 20. §. 3. de S. P. V.*

SERVITUS stillicidii perpetuam habet causam, *L. 28. eod.*

Si SERVITUTEM stillicidii immittendi habeam in aream tuam, & permisero jus tibi in ea area ædificandi, stillicidii immittendi jus amitto, *L. 8. pr. quemad. serv. amit.*

SERVITUS *tigni immittendi.*

Si cum SERVITUTEM tigni immittendi haberes, vicinus statuto tempore ædificatum non habuerit, ideoque nec tu immittere poteris, non ideo magis servitutem amittes; quia non potest videri usucepisse vicinus tuus libertatem ædium suarum, qui jus tuum non interpellavit, *L. 18. §. 2. quemadm. servit. amitt.*

SERVITUTEM tigni immissi si ædes tuæ debent, & ego exemerim tigna, & quædam foramina illorum tignorum obturaveris, & quædam non obturaveris, jus immittendi, quod habebam, non amitto, *L. 6. de S. P. V.*

SERVIUS *Sulpitius.*

SERVIUS *Sulpitius* in causis orandis primum locum post *Marcum Tullium* obtinuit, *L. 2. §. 43. de O. I.*

SERVUS.

SERVUS servum habere non potest, *arg. c. 4. X. de offic. Vicar.*

SERVI in libertatem vindicentur, qui ab infidelitate ad fidem accedunt, *c. 15. dist. 54.*

Si Iudæorum SERVI ad fidem fuerint conversi, liberi sint, *c. Etsi. ead.*

SERVOS Christianos non debent Iudæi in suo dominio retinere, & si apud eos inveniantur, libertate donentur, *c. 2. X. de Iudæis & Sarac.*

SERVI ex eo appellati sunt, quod Imperatores captivos vendere ac per hoc servare, nec occidere solent, *§. 3. de jure person. L. 239. §. 1. de V. S.*

SERVI dicuntur etiam mancipia, quod ab hostibus manu capiuntur, d. *§. 3. de jure person.*

SERVI aut nascuntur, aut fiunt, *§. 4. eod.*

SERVI nascuntur ex ancillis nostris, *ibid.*

SERVI fiunt aut jure gentium, i. e. captivitate, aut jure civili, *ibid.*

SERVI à dominis semper manumitti solent, *§. 2. de libert.*

In SERVORUM conditione nulla est differentia, *§. 5. de jure person.*

SERVI, qui in fuga sunt, in commissum non cadunt, *L. 16. §. 4. de publican.*

SERVI appellatio etiam ad ancillam refertur, *L. 40. §. 1. de V. S.*

Vnicus SERVUS familiæ appellatione non continetur, *L. 40. §. 3. eod.*

SERVI duo familiam non faciunt, *ib.*

SERVIS legatis etiam ancillas deberi, quidam putant, quasi commune nomen utrumque sexum contineat, *L. 101. §. 3. eod.*

SERVI de jure civili pro nullis habentur, non tamen de jure naturali, quia secundum hoc omnes homines æquales sunt, *L. 32. de R. I.*

Quod quis, dum SERVUS est, egit, proficere libero facto non potest, *L. 146. eod.*

In his SERVUS intervenire non potest, quæ officium per liberas fieri personas leges desiderant, *L. 175. pr. eod.*

SERVUS Reipublicæ causa abesse, non potest, *L. 211. eod.*

SERVUS, qui manumittitur procuratoris habendi gratia, non minor decem & septem annis manumittatur, *§. 5. quib. ex caus. man.*

Quodcunque per SERVUM acquiritur, id domino acquiritur, *§. 1. de his, qui sui* &c.

* Nemini licet in SERVOS suos sine causa legibus cognita, supra modum sævire, *§. 2 eod.*

SERVUS investiri potest, *II. F. 3. §. 1.*

SERVUM ignoranter investiens, *ibid.*

SERVI manumissi non succedunt, *II. F. 106.*

Qui sine causa SERVUM suum occiderit, non minus puniri jubetur, quam si alienum servum occiderit, *§. 2. de his, qui sui* &c.

SERVI pœnæ efficiuntur, qui in metallum damnantur, & qui bestiis subjiciuntur, *§. 3. quib. mod. jus patr.*

SERVUS proprius testamento cum libertate recte tutor dari potest, *§. 1. qui testam. tut.*

SERVUS proprius testamento sine libertate recte tutor dari potest, *ib.*

SERVUM Monasterii non licet Abbati facere liberum, *c. 22. dist. 54.*

SERVI contra tutores, vel matrem dominorum suorum non audiantur, nisi tutelæ agatur, *c. 60. q. 2. caus. 12.*

SERVI accusare non possunt, *c. 8. q. 5. caus. 3.*

In pecuniariis causis possunt SERVI in defectu probationis contra dominos interrogari, *c. 59. q. 2. caus. 12.*

SERVI neque pro domino, neque contra dominum testari possunt, *c. si testes. §. servi. q. 2. caus. 4.*

SERVUS metu domini supprimit testimonium veritatis, *c. 10. X. de V. S.*

SERVUS & infamis non possunt esse Iudices, *c. 13. X. de rescript.*

SERVI Ecclesiæ fugitivi, qui retineri non possunt, alienari possunt, *c. 54 & 55. q. 2. caus. 12.*

SERVI Ecclesiæ manumissio ab Episcopo facta aliquando valet, *c. 57. & 58 ead.*

SERVUS à Collegio manumissus, non singulis, sed universitati reverentiam debet, *c. 58. ead.*

SERVUS alienus inutiliter hoc modo, *Stichus vicini mei servus liber & tutor esto*, tutor datur, *§. 1. qui testam. tut.*

SERVUS alienus utiliter ita tutor datur, cum liber erit, *ib.*

Si quis SERVUM filio suo tutorem dederit, quem putabat liberum esse, cum esset servus, is neque liber, neque tutor erit, *ib.*

SERVUS nullum caput habet, *§. 4. de cap. dem.*

SERVUS manumissus demum incipit caput civile habere, *L. 4. de cap. min.*

SERVUS manumissus fit quasi novus homo, *L. 27. §. 1. de adimend. legat.*

SERVUS communis, tuus & Titii, si à pupilla tua, te auctore, aliquam rem per traditionem acceperit, tota ad Titium pertinebit, *L. 12. de auctor. tut.*

SERVUS non est, quem quis redemit ab hostibus, *L. 20. §. 1. qui testam.* &c.

SERVUS pœnæ hodie nemo efficitur, *Nov. 22. c. 8.*

SERVUS alienus vel totus, vel pro parte, sine libertate heres institui potest, *L. 3. pr. de hered. instit.*

Institutus SERVUS cum libertate, & alienatus, non amittit hereditatem, cum jussu novi domini adire possit, *L. 9. §. 16. eod.*

SERVO libertas pure, hereditas sub con-

conditione, dari potest, *L. 21. §. 1. eod.*

SERVVS pignoratus necessarius heres domino fieri potest, si creditori satisfiat, *L. 30. eod.*

Hereditarius SERVVS heres institui potest, *L. 31. §. 1.* & *L. 52. eod.*

Eum SERVVM heredem instituere possumus, quem alteri legavimus, *L. 38. pr. eod.*

SERVVS interdum nec cum libertate utiliter à domina heres instituitur, *L. 48. §. 2. eod.*

Si SERVVM alienum liberum & heredem esse jussi, & is postea meus effectus est, neutrum valet, *L. 49. pr. eod.*

SERVVS substitutus impuberi, interim potest alienari cum sua causa, *L. 54. eod.*

SERVVS substitutus impuberi, & ab eo alienatus, non potest à novo domino heres institui, nisi is impubes in suam tutelam venerit, *ib.*

SERVVS ejus, qui nondum est in rerum natura, potest institui, *L. 64. eod.*

SERVVS hereditarius, priusquam adeatur hereditas, institui heres potest, *ib.*

SERVVS uxori à marito mortis causa donatus, mariti manet, *L. 76. eod.*

SERVVS in certo casu ex necessario herede fit voluntarius, qui alias necessarius est, *L. 90. eod.*

SERVVS communis si pupillariter substitutus fuerit, favore libertatis & pupillaris substitutionis partem suam quis vendere cogitur, *L. 18. pr. de vulg. & pup. subst.*

Si SERVO duorum dominorum communi instituto datus substitutus vulgaris, jussu unius adit, alterius repudiat, substitutus admittitur, *L. 48. pr. eod.*

Alienatio SERVI à pupillo facta, pupillari substitutioni non officit, *L. 48. §. 2. eod.*

SERVVS substitutus pupillariter, heres necessarius est etiam primi testatoris, *ibid.*

SERVVS alienus ita heres institui potest, *cum liber erit*, *L. 21. de cond. instit.*

SERVVS sub conditione heres institutus, sine jussu domini conditioni parere (non) potest, *L. 25. eod*

Si SERVVS fuerit heres institutus, non habet tempus deliberandi, *L. 1. pr. de jure delib.*

SERVVS topiarius dicitur, qui purgat agrum spinis, & eum plantat, *L. 60. §. 3. de legat. 3.*

SERVIS urbanis legatis, quidam urbana mancipia non loco, sed opere separant, ut licet in prædiis rusticis sint, tamen, si opus rusticum non faciant, urbani videntur, *L. 99. pr. eod.*

SERVI urbani intelliguntur illi, quos paterfamilias inter urbanos annumerare solitus sit, quod maxime ex libellis familiæ, item cibariis deprehendi poterit, *ib.*

SERVI venatores, & aucupes habentur pro urbanis, si in urbe morentur, secus si rure, *L. 99. §. 1. eod.*

SERVI muliones pro urbanis habentur, nisi propter opus rurestre testator eos destinatos habebat, *L. 99. §. 2. eod.*

SERVVS natus ex ancilla urbana, quamvis sit missus nutriendus in villam, pro urbano habetur, *L. 99. §. 3. eod.*

SERVIS lecticariis legatis, intelligitur legatus etiam ille servus, qui lecticarius & coquus fuit, *L. 99. §. 4. eod.*

SERVVS urbanus à rustico distinguitur non loco, sed genere usus, ut si ad usum urbanum sit destinatus, sit ur-

urbanus, licet sit in villa, & è contra, *L. 12. de supellect. legat.*

SERVUS non fiat Monachus sine licentia domini, *c. 12. q. 1. caus. 16.*

SERVUS fit liber præsente & consentiente domino; item absente, sciente, & non contradicente ordinatus, *c. 20. dist. 54.*

SERVUS fugitivus per fraudem ordinatus, deponitur, *c. 2. X. de serv. non ordin.*

SERVUS non canonice consecratus, cum depositus fuerit, ejus sit conditionis, cujus fuit ante consecrationem, *c. 2. dist. 54.*

SERVUS si in Sacerdotium irrepsit, peculii sui amissione punitur, *c. 9. ead.*

Nec SERVI originarii possunt ordinari, *c. 11. ead.*

Nullus SERVUS ad religiosum ordinem admittatur sine consensu domini, *c. 12. pr. ead.*

Si SERVUS factus sit Episcopus, per hoc liber fit, *c. 20. ead.*

SERVO licet matrimonium contrahere, *c. 1. q. 2. caus. 29.*

SERVUS unius domini, servam alterius domini valide ducit, *c. ult. q. 2. caus. 29.*

SERVUS contradicente domino valide contrahit matrimonium, sed tamen à servitiis domino præstandis non liberatur, *c. 1. X. de conjug. serv.*

SERVORUM legitima conjugia domini non dirimant, si quilibet serviat domino suo, *c. ult. q. 2. caus. 29.*

Si quis SERVUM ita vendidit, *ut pretium pro peculio acciperet*, penes eum videtur esse peculium, ad quem pretium peculii pervenit, *L. 33. de peculio.*

Nec SERVUS quicquam debere potest, nec servo potest deberi, *L. 41. eod.*

Qui nummis acceptum SERVUM manumisit, agi cum eo de in rem verso non potest, quia, dando libertatem, locupletior ex nummis non fit, *L. 2. de in rem verso.*

Quod SERVUS in hoc mutuatus fuerit, ut creditori suo solveret, non erit in rem versum, *eod.*

SERVUS in rem domini pecuniam mutuatus, sine culpa eam perdidit, nihilominus cum domino de in rem verso agi potest, *L. 17. pr. eod.*

Si SERVI, qui apud hostes sunt, liberi esse jussi sunt, ad libertatem perveniunt, quamvis neque testamenti, neque mortis tempore testantis, sed hostium fuerunt, *L. 30. de manumissis testamento.*

Cum ex pluribus eodem nomine SERVIS unus liber jussus, non appareat, qui sit, nullus liber est, *L. 31. eod.*

SERVUS nominatim in codicillis manumissus videtur, cujus nomen in testamento continetur, *L. 37. eod.*

SERVUS pignori datus, etiamsi debitor locuples sit, manumitti non potest, *L. 3. de manumiss.*

Qui pœnæ SERVI efficiuntur, indubitate manumittere non possunt, quia & ipsi servi sunt, *L. 8. eod.*

SERVUS hac lege venditus, *ne manumittatur*, vel testamento prohibitus manumitti, vel à Præfecto, vel à Præside prohibitus ob aliquod delictum manumitti, ad libertatem perduci non potest, *L. 9. eod.*

SERVUM, qui sub conditione legatus est, interim, heres manumittendo liberum non facit, *L. 11. eod.*

SERVUS furiosi ab agnato curatore manumitti non potest, quia in administratione patrimonii manumissio non est, *L. 13. eod.*

SERVUM mortis causa manumitti posse, non est dubitandum, *L. 15. eod.*

SERVUM dotalem vir, qui solvendo est,

est, constante matrimonio manumittere potest, *L. 21. eod.*

SERVUS communis quin à minoribus viginti annis dominis possit apud Consilium manumitti, quamvis unus ex sociis causam approbaverit, dubium non est, *L. 6. de manumissis vindicta.*

SERVUM furiosum omni genere manumissum, ad libertatem perduci putat poss: *Labeo, L. 26. de manum.*

Si heres SERVUM legatum manumittat, mox repudiet legatarius, retro competit libertas, *L. 3. de manumiss. vindict.*

SERVUM apud Præfectum Ægypti possum manumittere ex Constitutione Divi Augusti, *L. 21. eod.*

SERVUS civitatis, jure manumissus, non ademptum peculium retinet, ideoque debitor ei solvendo liberatur, *L. 3. de manumiss. quæ* &c.

Cum SERVUS pure liber scribitur, & heres sub conditione, placet deficiente conditione habere eum libertatem, *L. 14. de manumissis testam.*

Si quis SERVO testamento dederit libertatem & directo, & per fideicommissum, in potestate servi est, utrum velit ex directo, an ex fideicommisso ad libertatem pervenire, *L. 56. eod.*

Ex causa fideicommissi SERVO libertatem dare sine tutoris autoritate pupillus non potest, *L. 11. de fideicom. libert.*

Si SERVUS in metallum fuerit damnatus, libertatem sperare non poterit, *L. 24 §. 5. eod.*

SERVO alieno dari potest per fidei commissum, libertas si tamen ejus sit, cum quo testamenti factio est, *L. 31. pr. eod.*

SERVUS de libertate fideicommissaria præstanda cum domino recte contendit, *L. 44. eod.*

Si SERVUS liber esse jussus sit, & legatum ei datum, si filius quartum decimum annum compleverit, & filius ante decesserit, libertas favore competet die veniente, legati autem conditio deficit, *L. 19. de statu liberis.*

SERVUS jussus *reddita ratione ad libertatem pervenire*, licet nullam administraverit rationem, nihilominus erit liber, *L. 26. §. 1. eod.*

SERVO, quem pro derelicto dominus ob gravem infirmitatem habuit, ex edicto Divi Claudii competit libertas, *L. 2. qui sine manumissione* &c.

SERVO competere libertas non potest, si relegatus moratus sit in urbe, *L. 2. qui & à quibus manumissi liberi* &c.

SERVUM pignori datum manumittere non possumus, *L. 4 eod.*

Si SERVO alieno libertas, non consentiente domino data est, valere ex autoritate juris non potest, quamvis postea manumissor domino heres extitit, *L. 20. eod.*

Curator furiosi SERVUM ejus manumittere non potest, *L. 23. eod.*

Generaliter pignori datus SERVUS, sine dubio pleno jure debitoris est, & justam libertatem ab eo consequi potest, si Lex Ælia Sentia non impediat libertatem, *L. 29. pr. eod.*

SEVERITAS.

SEVERITATE aliquem diligere, melius est, quam cum lenitate decipere, *c. Non omnis. q. 5. cauf. 5.*

SEVERITAS non est exercenda animo sæviendi, sed medendi, *c. 2. & 3. dist. 86.*

SEVERITAS in delinquentes, cum benignitate est temperanda, *c. 9. & 14. dist. 45.*

Majori SEVERITATE corrigendum est majus peccatum, *c. ex multis. q. 3. cauf. 1.*

Quies Ecclesiæ SEVERITATE Principum juvatur, *c. 4. q. 5. cauf. 23.*

SEVERITATI detrahendum est propter multitudinem, *c. 25. dist. 50.*

SEXTANS.

SEXTANS significat sextam partem, i. e. duas uncias, *§. 5. de hered. instit.*

SEXTVS *Papirius.*

SEXTVS Papirius in primis fuit peritus, qui leges regias in unum contulit, *L. 2. §. 2. de O. I.*

SEXVS.

Fragilitati SEXVS compatiendum est, *c. 13. X. de privileg.*

SEXVI & conditioni parcitur, *c. 6. X. de sentent. excomm.*

SI *quis.*

SI *quis*, verbum hoc tam masculos quam fœminas complectitur, *L. 1. de V. S.*

SICARIVS.

SICARII appellantur à sica, quod significat ferreum cultrum, *§. 5. de publicis judic.*

SIGILLVM.

SIGILLVM suum apponens non ex eo, quod apponat in instrumento, videtur approbare contenta, *L. 2. C. de reb. alien.*

Per SIGILLVM factum in vasis ab emptore vini, non censetur ei traditum, quia magis videtur ei signasse, ne submitteretur vinum, quam ut traditum videretur, *L. 1. pr. de periculo & commodo* &c.

SIGILLA authentica, & instrumenta publica, fidem faciunt, *c. 2. X. de fide instr.*

SIGILLVM non probat, nisi authenticum sit, *c. 7. X. eod.*

SIGILLO Episcopi statur tanquam veræ probationi, *c. 2. X. de fidej.*

Si literæ SIGILLI non sunt legibiles, vel scripturæ deletæ, vel enormem patitur fracturam, non valet instrumentum, *c. 6. X. de fide instr.*

Clericus falsans SIGILLVM Princip degradatur, & character ei imprimitur, ac in exilium mittitur, *c. ad audentiam. X. de crim. fals.*

SIGNIFICATIO.

SIGNIFICATIO vocabuli debet retineri, nec ab ea recedi, *c. ult. X. de V. S.*

SIGNIFICATIO unius nominis, non extenditur ad aliud, *c. 34. X. de rescript.*

SIGNINVS, *a, m,*

SIGNINVM opus dicitur opus lapideum, *L. 1. §. 10. de rivis.*

SIGNVM.

Rebus, quas alius detinet, imprimere SIGNA nemini licet, etiamsi suas vel obligatas sibi eas esse aliquis affirmet, *L. 2. C. ut nemini liceat sine Iudic.*

SIGNVM suum imponere nemo potest rei, quam petit lite pendente, *L. 1. C. eod.*

SIGNVM est res faciens aliquid aliud ex se in cognitionem venire, præter speciem, quam ingerit sensibus corporis, *c. 33. dist. 2. de consecr.*

SIGNIS loquimur, *c. 12. X. de pœnit. & remiss.*

SIGNIS an verbis declaret quis voluntatem suam, nihil refert, *c. 23. X. de sponsal.*

SIGNA quandoque nihil operantur, nisi verbis exprimantur, *Clem. c. ult. de sent. excomm.*

SILENTIARIVS.

SILENTIARII & ministeriales omnes forum apud magistrum officiorum sortiuntur, *L. 4. C. de Silentiariis &c. XII.*

SILENTIARII, & in potestate parentum positi quidquid acquirunt, retinent tanquam castrense peculium, nec potest eis per parentes auferri, nec post parentum obitum tenentur conferre fratribus, nec tenentur conferre dictis fratribus id, quod parentes,

tes, vel alii donaverunt eis ratione supradictæ militiæ, *L. 5 C. eod.*

SILENTIARII excusantur à tutelis, & curis, & filii eorum inviti non vocantur ad præturam, *ibid.*

SILENTIVM.

Indiscretum SILENTIVM eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit, *c. 1. dist. 43.*

SILENTIO annali dominus amittit redemptionem feudi, *II. F. 9. §. 1.*

SIMILIS, *e.*

In rebus SIMILIBVS idem judicium est habendum, *c. 19. X. de sent. & re judic.*

SIMILEM causam habens in causa consimili testis esse non debet, *c. 20. X. de testib.*

SIMILITVDO.

SIMILITVDO nulla est in legibus, nisi propter repletionem, vel pleniorem indagationem hoc contigerit, *L. 1. §. 9. C. de veteri jure. enucl.*

SIMILITVDO legum in quibusdam, & his brevissimis assumpta non est inutilis, *L. 2. §. 14. C. eod.*

SIMONIA.

SIMONIA dicta à Simone Mago, *c. penult. in pr. q. 3. caus. 24.*

SIMONIA est studiosa voluntas emendi vel vendendi spiritualia, seu pactio circa spiritualia, & eis annexa, *c. quæsitum X. de rer. permut.*

SIMONIA est, ubicunque spirituale pro temporali venditur, *c. 36. X. de Simonia.*

SIMONIA solo animi affectu non committitur, *c. ult. X. eod.*

SIMONIA non tantum committitur in spiritualibus, sed etiam in eis annexis, *c. 5. X. de rer. perm. c. 16. X. de jure patron.*

In SIMONIA, gratia, favor, odium, loco pretii succedunt, *c. 14. X. de Simon.*

SIMONIA non est pro dedicatione Ecclesiæ libere oblatum acceptare, dummodo sine taxatione ac pacto, *c. 1. q. 2. caus. 1.*

SIMONIA non est, si quid gratiæ solum causa gratuito ac libere offeratur & accepretur in ordinationibus, *c. sicut. ead.*

A SIMONIA excusat ignorantia, *c. quicunque. q. 5. caus. 1.*

SIMONIAE fit particeps, qui pro officii sui loco contra *Simoniam* vehementer non exarserit, *c. 5. q. 1. caus. 1.*

De SIMONIA suspecto debet indici purgatio, in qua si defecerit, beneficio privetur, *c. 13. X. de Simon.*

SIMONIACE.

SIMONIACE ordinatus Missam cantare non potest, *c. 4. X. de Simon.*

SIMONIACE promoti quamvis parvuli, per parentes ignoranter beneficium adepti, illud resignare tenentur, *c. 32. X. eod.*

Cum SIMONIACE ordinato, qui Simoniacus non est, dispensari potest, *c. 22. X. eod.*

SIMONIACE ordinati non habent ordinis executionem, *c. 2. X. eod.*

Ordinationes, quæ SIMONIACE fiunt, falsæ reputantur, *c. 113. q. 1. caus. 1.*

Qui SIMONIACE ordinantur, anathemati subjiciuntur, *c. 7. ead.*

SIMONIACVS, *a*, *m.*

SIMONIACA electio cassanda est, *c. 27. X. de Simon.*

SIMONIACA promotio dejicit ab obtento, & promittentem non obligat, *c. 11. X. eod.*

Sacramentum à SIMONIACO collatum valet, *c. 98. §. constat. q. 1. caus. 1.*

SIMONIACVS est, qui Ecclesiam pro pecunia obtinuit, *c. 3. q. 1. caus. 1.*

SIMONIACVS est tam dans, quam accipiens, *c. 6. ead.*

SIMONIACVS est, qui facit homagium & fidelitatem pro habendis spiritualibus, *c. 17. X. de Simon.*

SIMONIACVS est, qui promovet negotium, spe beneficii ecclesiastici promissi, *c. Cum essent. X. eod.*

SIMONIACVS est, qui Electori promittit beneficium, *c. de hoc. X. eod.*

SIMONIACVS est, qui temporale dat, lucrandi spirituale gratia, *c. Tua nos. X. eod.*

SIMONIACVS est, qui accipit pretium pro ingressu in Religionem, *c. 30. X. eod.*

SIMONIACVS est, qui præter procurationem, pro consecratione Ecclesiæ aliquid exigit, *c. 10. X. eod.*

SIMONIACVS est, qui pro absolvendo excommunicato pretium aliquod exigit, *c. 24. X. eod.*

SIMONIACVS est, qui Altare & decimas per pecuniam dat, ac Spiritum Sanctum vendit, *c. Altare. q. 3. caus. 1.*

SIMONIACVS est, qui dat, vel acceptat pecuniam pro debiti officii executione, & pro sententiæ justæ prolatione, *c. vendentes. ead.*

SIMONIACVS est, qui pro receptione Sacramentorum pretium accipit, *c. 99. q. 1. caus. 1.*

In SIMONIACO contractu tantum valet remittere, quantum dare, *c. 10. X. de testibus.*

Omnes SIMONIACI, cujuscunque dignitatis, aut status sint, sunt ipso facto excommunicati, *Extrav. comm. c. 2. de Simon.*

SIMPLEX.

SIMPLEX esto, ut columba, ne cuiquam machineris dolose, *c. si cupis. q. 1. caus. 16.*

SIMPLICES non sunt decipiendi, *Clem. c. 2. §. ad hec. de pœnit. & remission.*

SIMPLICITAS.

SIMPLICITAS sua alicui damnosa esse non debet, *L. 1. pr. de dolo malo.*

SIMPLICITATI militium quoad legum observantiam in condendis testamentis consulendum est, *L. 1. pr. de testam. militis.*

SIMPLICITAS est, quæ dolo caret, *c. ex merito. q. 1. caus. 6.*

Veritatis amica SIMPLICITAS, *c. Veritatis. X. de jurejur.*

SIMPLICITATI & senectuti parcitur, *c. 11. q. 7. caus. 1.*

SIMPLICITAS innata excusat tantum in commissis, non in committendis, *c. 24. dist. 86.*

SIMVLARE.

SIMVLANS se frigidum, si post dimissionem nubat alteri, debet redire ad priorem, *c. 1. 5.* & *6. X. de frigid. & malef.*

SIMVLATVS contractus non tenet, *L. 3. C. de contrah. empt.*

SIMVLATE.

SIMVLATE quod concipitur, non tam valet, quam quod veritate agitur, *c. 13. X. de sent. & re judic.*

SIMVLATIO.

SIMVLATIO veritatis substantiam mutare non potest, *L. 2. C. plus valere, quod agitur.*

SIMVLATIO aliquando utilis est, & in tempore assumenda, *c. utilem. q. 2. caus. 22.*

SIMVLATIO alteri non præjudicat, *c. quacunque. q. 5. ead.*

SIMVLATIO contra hostes expedit, *c. dominus. q. 2. caus. 23.*

SINGVLA.

SINGVLA quæ non possunt, multa simul collecta prosunt & probant, *c. 13. X. de probat.* & *c. 27. X. de testib.*

SINGVLARIS, e.

SINGVLARI appellatione, in usu juris frequenter uti nos, *Cascellius* ait, cum plura generis ejusdem significare

care vellemus: *nam & multum hominem venisse Romam, & piscem vilem esse, dicimus, L. 158. de V. S.*

SINGULARES testes non probant, *c. 9. X. de probat. c. 33. X. de testib.* & *c. 18. X. de accus.*

SINGULARES de universitate reprobare possunt nomine universitatis instrumentum falso confectum, ad commodum universitatis, *c. 5. X. de probat.*

SINGULARES de populo intelliguntur interdicti, interdicto populo, *c. 16. de sent. excomm. in 6.*

SINGULARITAS.

SINGULARITAS morum etiam bonorum, interdum scandalizat insuetos, *c. 11. dist. 12.*

SITONA.

SITONAE dicuntur, qui frumento publice emendo, condendoque præsunt, *L. 18. §. 5. de muner.* & *L. 9. §. 6. de administ. rer.*

SITONAE, qui non segniter officio suo functi sunt, debent esse indemnes, d. *L. 9. §. 6. de admin. rer.*

SOBRINUS.

SOBRINI dicuntur proprie, qui ex fratribus patruelibus, aut consobrinis, aut amitinis undique propagantur, *L. 3. pr. de gradibus.*

SOCER.

SOCERO quoque, cum quo nurus de dote agit, idem honor habetur, ut in id damnetur, quod facere potest, *L. 15. §. 2. soluto matr.*

SOCER parentis locum obtinet, *L. 16. eod.*

SOCER ex promissione dotis conventus à marito constante matrimonio habet beneficium, quod in tantum condemnetur, quod facere potest, & non in plus, *L. 17. pr. eod.*

SOCER licet succedat genero, non tamen filia perdit jus consolidationis, imo facta sui juris agere potest contra heredes patris sui, vel etiam contra ipsum patrem tanquam heredem mariti, *L. 44. pr. eod.*

SOCERI, socrus appellatione avum quoque & aviam uxoris vel mariti contineri, respondetur, *L. 146. de V. S.*

SOCER appellatur viri & uxoris pater, mater vero eorum appellatur socrus, *L. 3. §. 6. de gradibus.*

SOCER magnus dicitur viri & uxoris avus, *ibid.*

SOCERI & socrus appellatione non continentur proprie sponsorum parentes, sed bene improprie, *L. 6. §. 1. eod.*

SOCIETAS.

SOCIETAS coiri potest vel in perpetuum, i. e. dum vivunt, vel ad tempus, vel ex tempore, vel sub conditione, *L. 1. pr. pro socio.*

In SOCIETATE omnium bonorum omnes res, quæ coëuntium sunt, continuo communicantur, *L. 1. §. 1. eod.*

SOCIETAS omnium bonorum consensu nudo ita contrahitur, ut necessaria non sit traditio, non mancipatio, sed quasi ea intervenerit, dominia rerum inter socios statim communicantur, *L. 2. pro socio.*

SOCIETAS, si dolo malo, aut fraudandi causa coita sit, ipso jure nullius momenti est, quia fides bona contraria est fraudi, & dolo, *L. 3. §. 3. eod.*

SOCIETATEM coire & re, & verbis, & per nuncium posse nos, dubium non est, *L. 4. pr. eod.*

SOCIETAS solvitur renunciatione, morte, capitis minutione, & egestate, *L. 4. §. 1. eod.*

SOCIETATES contrahuntur sive universorum bonorum, sive negotiationis alicujus, sive vectigalis, sive etiam rei unius, *L. 5. pr. eod.* & *pr. Inst. de societate.*

SOCIETAS autem coiri potest, & valet etiam inter eos, qui non sunt æquis facultatibus, cum plerumque pauperior opera suppleat, quantum ei per comparationem patrimonii deest, *L. 5. §. 1. pro socio.*

SOCIETAS donationis causa non recte contrahitur, *L. 5. §. 2. eod.*

SOCIETAS malorum est quandoque toleranda, & quandoque fugienda, *c. sugg. stum. & seqq. q. 1. caus. 7.*

SOCIETAS juramento velata, de communi consensu, dissolvi potest, *c. 2. X. de sponsalib.*

SOCIETATIS occultæ scrupulo non caret, qui manifesto facinori desinit obviare, *c. 3. dist. 83.*

Si servus SOCIETATEM coierit, non sufficiet, si jubeatur à domino servus abire à societate, sed socio renunciandum est. *L. 18. pro socio.*

Si non fuerint partes SOCIETATI adjectæ, æquas eas esse constat, *L. 29. pr. eod.*

Ita coiri SOCIETATEM posse, ut nullius partem damni alter sentiat, lucrum vero commune sit, *Cassius* putat, *L. 29. §. 1. eod.*

SOCIETAS potest contrahi consensu, *L. 19. eod.*

SOCIETAS ita coita, *si qua justa hereditas certi hominis alterutri obveniat, communis sit*, non valet, *L. 3. §. 1. eod.*

SOCIETAS ita coita, *si qua justa hereditas alterutri obveniat, communis sit*, ad legitimam tantum hereditatem, i. e. ad eam, quæ ex lege defertur, & ab intestato pertinet, *ib.*

In SOCIETATE simpliciter coita non venit æs alienum, quod socio debetur, vel quod socius debet alii, nisi quod ex quæstu, opera & industria ejus pendet, *L. 12. eod.*

In SOCIETATE coëunda simpliciter vel ad tempus non oportet caveri, & addi, quod renuncietur intempestive, quia ipso jure sine pacto societatis intempestiva renunciatio venit in æstimationem, *L. 17. §. 2. eod.*

SOCIETATIS actio ut locum habeat, requiritur, quod interveniat societas conventionalis, nec sufficit rem esse communem, nisi intervenerit societas, *L. 31. eod.*

In SOCIETATIS judicium venit bona fides, *L. 52. §. 1. eod.*

SOCIETAS non potest ultra mortem porrigi, *L. 52. §. 9. eod.*

Si qui SOCIETATEM ad emendum coierint, deinde res alterius dolo vel culpa empta non sit, pro socio actio competit, *L. 52. §. 11. eod.*

SOCIETAS rei inhonestæ vel illicitæ nulla est, *L. 57. eod.*

SOCIETAS solvitur ex persona, ex rebus, ex voluntate, ex actione, *L. 63. §. 10. eod.*

SOCIETATI potest quis renunciare etiam per alios, veluti per procuratorem habentem speciale mandatum, vel habentem generalem omnium bonorum administrationem, nisi specialiter prohibeatur, *L. 65. §. 7. eod.*

SOCIETAS morte unius dissolvitur, etsi consensu omnium coita sit, plures vero supersint, nisi in societate coëunda aliter convenerit, nec heres socii succedit, *L. 65. §. 9. eod.*

SOCIETAS quemadmodum ad heredes socii non transit, ita nec ad arrogatorem, ne alioquin invitus quis socius efficiatur, cui non vult, *L. 65. §. 11. eod.*

SOCIETATEM si contraxit filiusfam., etiam post emancipationem permanet socius, *ib.*

SOCIETATE distracta, nihilominus divisio rerum adhuc remanet, *L. 65. §. 13. eod.*

Nulla

Nulla SOCIETATIS in æternum coitio eſt, *L. 70. eod.*

SOCIETAS coiri poteſt inter docentes Grammaticam ſimul, & in eisdem, vel diverſis Scholis, ut quod ex eo artificio acquirerent, eſſet commune, *L. 71. pr. eod.*

SOCIETAS omnium bonorum etiam ad furura bona refertur, *L. 73. eod.*

In SOCIETATE omnium bonorum ſpecialiter contracta hereditates poſtea uni ſociorum delatæ veniunt in communionem, *ibid.*

In SOCIETATE omnium bonorum actiones, & nomina non communicantur, niſi cedantur adinvicem, *L. 3. pr. eod.*

In SOCIETATE omnium bonorum ſpecialiter & expreſſe facta communicantur invicem hereditates, legata, & quæ donara, vel quacunque ratione acquiſita ſunt, ſecus ſi ſimpliciter fuiſſet contracta ſocietas, *L. 3. §. 1. eod.*

SOCIETAS non tranſit ad heredem ex conventione ſocii, ſed actio pro ſocio bene tranſit, *L. 35. eod.*

SOCIETAS ad heredem non tranſit, inchoata tamen per defunctum debet per heredem explicari, *L. 40. eod.*

SOCIETAS vectigalium non ſolvitur morte, ſi ab initio actum ſit, quod ad heredem tranſiret, niſi mortuus ſit ſocius, ſine cujus opera ſocietas non poteſt adminiſtrari, *L. 59. pr. eod.*

SOCIETATI adjectum pactum, quod unus habeat totum lucrum, alius totum damnum, vel partem damni, & nihil lucri, non valet, & dicitur leonina ſocietas, *L. 29. §. 2. eod.*

Iniquiſſimum SOCIETATIS genus eſt, ex qua quis damnum, non etiam lucrum habeat, *ibid.*

SOCIETAS quando contrahitur, tam lucri, quàm damni communio initur, *L. 67. pr. eod.*

Manet SOCIETAS eo usque, donec in eodem conſenſu perſeveraverint, *§. 4. de ſocietate.*

SOCIETATE ſoluta per renunciationem, lucrum, quod poſt renunciationem acquiritur, non communicatur, niſi doloſe fuerit renunciatum, *ib.*

Solvitur SOCIETAS morte ſocii, quia qui ſocietatem contrahit, certam perſonam ſibi eligit, *§. 5. eod.*

Si SOCIETAS conſenſu plurium ſit contracta, morte unius ſocii ſolvitur, etſi plures ſuperſint, niſi in coëunda ſocietate aliter convenerit, *ibid.*

Si alicujus rei SOCIETAS contracta ſit, & finis negotio impoſitus eſt, finitur ea, *§. 6. eod.*

SOCIETAS publicatione bonorum ſolvitur, ſi ſcilicet univerſa bona publicentur, *§. 7. eod.*

SOCIETAS uno pecuniam, alio operam conferente poteſt contrahi, *L. 1. C. pro ſocio.*

SOCIETAS tacite contracta videtur in fundo, eo ipſo quod ille fundus communiter eſt emptus à duobus, *L. 2. C. eod.*

In SOCIETATIS contractu bona fides exuberare debet, & convenit æquitatis rationibus non ſolum onera, ſed etiam compendia inter ſocios dividi, *L. 3. C. eod.*

SOCIETAS tamdiu durat, quamdiu conſenſus partium integer perſeverat, *L. 5. C. eod.*

SOCIETAS poteſt contrahi non ſolum pure, ſed etiam ſub conditione qualibet, puta ſi conſul ille fuerit factus, *L. 6. C. eod.*

SOCIETAS debet habere chartularios, i. e. notarios, *Nov. 85. c. 3. pr.*

Iure SOCIETATIS per ſocium ære alieno ſocius non obligatur, niſi in communem arcam pecuniæ verſæ ſunt, *L. 82. pro ſocio.*

SOCIETAS potest coiri ita, ut alter conferat pecuniam, alter non conferat, & tamen lucrum sit commune inter eos, quia sæpe opera alicujus pro pecunia valet, §. *2. de societ.*

SOCIETAS jus quoddam fraternitatis in se habet, *L. 63. pr. pro socio.*

SOCIUS.

SOCII mei socius, meus socius non est, *L. 20. pro socio.*

SOCIORUM nomine emptum feudum admittit socium successorem, *I. F. 20.*

SOCIORUM bonis emptum feudum fratrem admittit successorem, *ibid.*

Quem SOCIUS meus admisit in societate, ei soli *socius* est, *L. 19. pro socio.*

SOCIUS mihi esse non potest, quem ego socium esse nolui, *ibid.*

SOCIUS, quod in alea, vel adulterio perdidit, nihil recuperabit de communi, sed quod dolo socii perdidit, omne id recuperabit à socio, *L. 59. §. 1. eod.*

SOCIUS si lucrifaciat pecuniam communem, & moram in ea præstanda adhibeat, tenetur præstare usuras hujus pecuniæ, non ut usuras, sed ut interesse, quantum interest alterius socii; sed si usus non sit ea pecunia, vel non fecerit moram in ea præstanda, tunc non tenetur præstare illud interesse, *L. 60. pr. eod.*

SOCII heres si pecuniam communem lucrifaciat, & in reddendo moram adhibeat, non tenetur præstare interesse illius pecuniæ communis, quia morte socii solvitur societas, *ibid.*

SOCIUS omnium bonorum quæsita ex illicito quæstu non tenetur conferre, veluti quæsita ex furto, *L. 53. eod.*

SOCIUS omnium bonorum omnia debet conferre, etiam id, quod quæsivit ob injuriam filii factam, vel ex L. Aquilia, sive ipsius, sive filii corpori nocitum sit, *L. 52. §. 16. eod.*

SOCIUS omnium bonorum ejus, quod injuria Iudicis damnatus solvit, recuperabit partem à socio, secus si ob maleficium suum fuit damnatus, quo casu ipse tantum debet sentire damnum, *L. 52. §. 18. eod.*

Quod ex maleficio contulerit SOCIUS, non aliter recipere debet, quam si damnatus sit, *L. 54. eod.*

SOCIUS omnium bonorum si sponte, & ignorante altero socio contulit in societatem ex furto vel alio maleficio quæsitum, ac postea ex furto vel maleficio conventus condemnatus solvit illud cum pœna, de communi solum illud, quod contulit occasione furti vel maleficii, aufert, non autem pœnam, nisi sciente altero socio illud contulit, *L. 55. eod.*

SOCIUS omnium bonorum communicat quæsitum ex turpibus actionibus, veluti injuriarum, vi bonorum raptorum, servi corrupti, vel pœnas pecuniarias, quæ ex publicis judiciis accidunt, *L. 56. eod.*

Nemo ex SOCIIS plus parte sua potest alienare, etsi totorum bonorum socii sint, *L. 68. pr. eod.*

SOCIUS debet conveniri, in quantum facere potest, non deducto ære alieno, quod debetur à socio, nisi debeatur ex ipsa societate, quo casu deducto eo convenitur, in quantum facere potest, *L. 63. §. 3. eod.*

SOCIUS non condemnatur, nisi quatenus facere potest, vel quatenus dolo desiit posse facere, *L. 63. pr. eod.*

SOCII non solum omnium bonorum, sed etiam unius rei in id, quod facere possunt, debent condemnari. *ibid.*

SOCIUS tenetur, in quantum facere potest tempore rei judicatæ, & illud tempus inspicitur, *L. 63. §. 6. eod.*

SOCIUS dicitur posse facere illud, quod dolo fecit, quo minus posset facere, secus si culpa & non dolo, ut facere

re posset, desiit, quia tunc non condemnatur in solidum, *L. 63. §. 7. eod.*

Non alias SOCIVS in id, quod facere potest, condemnatur, quam si confitetur se socium fuisse, *L. 67. §. 3. eod.*

Si unus ex SOCIIS rem communem vendiderit, consensu *sociorum* pretium dividi debet ita, ut ei caveatur, *indemnem eum futurum*, *L. 67. pr. eod.*

Si quis à SOCIO pœnam stipulatus sit, pro socio non aget, si tantundem in pœnam sit, quantum ejus interfuit, *L. 41. eod.*

Heres SOCII, quamvis socius non est, tamen ea, quæ per defunctum inchoata sunt, per heredem explicari debent, in quibus dolus ejus admitti potest, *L. 40. eod.*

SOCII heredes novo consensu possunt esse socii, & factum eorum incidet in actionem pro socio, *L. 37. eod.*

SOCIVS facientis simili pœna punitur, *c. ult. in pr. de pœnis in 6.*

SOCIVS tenetur socium defendere ab injuria, si potest, alias similis est ei, qui injuriam fecit, *c. Non in inferenda, q. 3. caus. 23.*

SOCIVS si communem servum occiderit, vel vulneraverit, tenetur consocio L. Aquilia pro ea parte, pro qua dominus est consocius, *L. 19. ad L. Aquil.*

SOCIVS unus ex pluribus propter factum alterius damnum non debet pati, *L. 6. §. 12. communi divid.*

SOCIVS si propter contumaciam socii damnum sentiat, socius contumax tenetur communi dividundo ad damnum, *L. 20. eod.*

Si damnum in re communi SOCIVS dedit, L. Aquilia tenetur, *L. 47. §. 1. pro socio.*

SOCIVS si servum communem negotiatorem vulneravit, aut occidit, tenetur Aquilia & pro socio, sed electione altera tollitur, cum utraque ad rei persecutionem pertineat, *L. 49. & 50. eod.*

Inter SOCIOS valet conventio, quod unus ferat duas partes lucri & tertiam damni, & alius socius econtra duas partes damni & unam lucri, *§. 2. de Societate.*

SOCIVS unus ex duobus si contraxit debitum pure ratione societatis, distracta societate potest debitum deducere de communi, *L. 28. eod.*

SOCIVS unus ex duobus, qui societatem argentariæ inierunt, si aliquid aliunde quæsivit, ac lucrum sensit non ex causa argentariæ, id ad communionem non pertinet, *L. 52. §. 5. eod.*

SOCIVS in re communi jure servitutis non potest aliquid facere, vel prohibere invito socio, sed ei judicio societatis, vel communi dividundo succurritur, *L. 26. de S. P. V.*

SOCRVS.

SOCRVS appellatione non tantum uxoris meæ mater, sed & avia & proavia intelligitur, ut nullam earum uxorem ducere possim, *L. 14. §. 4. de R. N.*

SOCRVM cognoscens, si filiæ seu sponsæ suæ carnaliter nunquam adhæsit, agat majorem, quam pro adulterio pœnitentiam, qua peracta, ex dispensatione cum alia matrimonium inire poterit; at si sponsam carnaliter cognovit, antequam matrem, vel post, nunquam eam vel aliam in uxorem potest accipere, *c. 2. X. de eo, qui cognov. consang.*

SODALIS.

SODALES sunt, qui ejusdem collegii sunt, quam Græci ἑταίρους vocant, *L. 4. de collegiis & corpor.*

SODOMIA.

SODOMIA fit contra ordinationem

 Dei

Qui promisit certo loco SOLVERE, & ibi, & ubi domicilium habet, conveniri potest, *c. 17. X. de for. compet.*

Qui SOLVERE, vel satisfacere non potest, debet præstare idoneam cautionem, quod solvet, quam cito poterit, *c. penult. X. de solut.*

Minus SOLVIT, qui tardius solvit, nam & tempore minus solvitur, *L. 12. §. 1. de V. S.*

SOLVTIO.

SOLVTIONIS verbum pertinet ad omnem liberationem quoquo modo factam, magisque ad substantiam obligationis refertur, quam ad nummorum solutionem, *L. 54. de solutionibus.*

Ante restitutam hereditatem SOLVTIONES & liberationes factæ ab herede, ratæ habebuntur, *L. 104. eod.*

SOLVTIO proficit debitori ad liberationem & exceptionem, nisi alii, quam creditori solutum sit, *c. 22. X. de jurejur.*

SOLVTIO facti magis quam juris est, *L. 7. §. 3. de curat. furios.*

SOLVTIONIS verbo satisfactionem quoque omnem accipiendam placet, *L. 176. de V. S.*

SONTES.

SONTES dicuntur nocentes, *L. 65. §. 1. de ædilit. edict.*

SONTICVS *morbus*.

SONTICVS morbus dicitur, qui incidit in hominem, postquam est sanatus, *L. 65. §. 1. de ædil. edict.*

SOROR.

SOROR excludit consanguineum fratrem in parte matris, *II. F. 104. §. 2.*

SOROR in feudo novo succedit per pactum, *I. F. 14. §. 2.*

SORORUM vulgo quæsitam uxorem ducere non licet, *L. 54. de R. N.*

SORORES duæ duobus fratribus copulari possunt, *c. 5. X. de consang. & affin.*

SORORES duas ducere possunt avunculus & nepos, *ibid.*

SORORES spirituales non possunt nubere filiis carnalibus, *c. ita diligere. c. non oportet. q. 3. caus. 30.*

SORORUM sponsæ, sponsa mortua simplicibus solum verbis à parente desponsata, ducere licet, *c. 18. q. 2. caus. 27.*

SORORUM uxoris polluens, neutram ex illis habeat, *c. qui dormierit. ead.*

SORORUM uxoris ex ignorantia stuprans, vir dimitti ab uxore non cogitur, sed maneat in matrimonio suo, *c. In lectum. q. 1. caus. 34.*

SOROR necem fratris potest vindicare, *L. 10. C. de his, quibus ut indignis, &c.*

SORORES jure agnationis ad intestatorum fratrum successionem admitti possunt, *L. 3. C. de legitimis hered.*

SOROR intestatæ præfertur avo, & aviæ maternis, *L. 9. C. eod.*

Hodie SORORES non anteponuntur avo & aviæ maternis, *Nov. 118. c. 2.*

SORS.

Melius est SORTEM impuberis vel adolescentis conservari, quam usurarum cupiditate etiam sortem amittere, *Nov. 72. c. 6.*

SORTE pretii licet post mortem soluta, usuræ peti non possunt, cum illæ officio ludicis præstantur, *L. 49. §. 1. de A. E. V.*

SORTI adnumerari debent fructus pignoris, *c. 6. & penult. X. de pignorib.*

SORTI non tenetur fructus adnumerare, si pignus pro dote promissa recipiat maritus, *c. 16. X. eod.*

SORS.

SORTIS usus in electionibus damnatur, *c. Ecclesia. X. de Sortilegiis.*

SORTES prohibentur in novo testamento, ne sub hac specie divinarionis ad veterem idololatriam redirent fideles, *c. Sortes. q. 5. caus. 26.*

SORS non est aliquid mali, sed res est

est in dubitatione humana, divinam indicans voluntatem, *c. Sors. q. 2. caus. 26.*

SORTE dirimi debet discordia legatariorum super optione rei legatæ, & quem sors prætulerit, ipse eliget, *L. 3. pr. C. communia de legatis.*

SORTILEGIUM.

SORTILEGIA prohibentur, *per tot. q. 5. caus. 26.*

SORTILEGIA graviter puniuntur, *c. 1. & 2. X. de Sortileg.*

SORTILEGIA pro furtis inveniendis, vel divinationibus faciendis prohibentur, & contra facientibus pœna imponitur, ut 40. dies pœniteat, *c. 1. X. eod.*

SORTILEGUS.

SORTILEGI, & eis assentientes ad accusationem non sunt admittendi, *c. quisquis. q. 8 caus. 2.*

SORTILEGI dicuntur, qui observant constellationes, *c. non liceat. q. 5. caus. 26.*

SORTILEGI sunt, qui sub nomine fictæ religionis per quasdam, quas sortes vocant Sanctorum, Divinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt, *c. Sortilegi. q. 1. caus. 26.*

SPADO.

SPADONUM generalis appellatio est, *L. 128. de V. S.*

SPADONIS nomine tam hi, qui natura *spadones* sunt, item thlibiæ, thlasiæ, sed & si quod aliud genus spadonum est, continentur, *ibid.*

SPADO morbosus non est, neque vitiosus, sed sanus, *L. 6. §. 2. de adilit. edict.*

Si autem quis ita SPADO est, ut tam necessaria pars corporis ei penitus absit, morbosus est, *L. 7. eod.*

Si SPADONI mulier nupserit, distinguendum arbitror, castratus fuerit, nec ne, ut in castrato dicas dotem non esse, in eo, qui castratus non est, quia est matrimonium, & dos, & dotis actio est, *L. 39. §. 1. de jure dot.*

SPADO potest esse tutor, *L. 15. pr. de excusat.*

SPADO potest posthumum heredem scribere, quoniam nec ætas, nec sterilitas ei rei impedimento est, *L. 6. pr. de liber. & posthum.*

SPADONES faciens si absens fuerit, potest ferri sententia in eum ex lege Cornelia de sicariis, *L. 4. §. 2. ad L. Cornel. de sicar.*

SPECIALIS, e.

SPECIALE non debet trahi ad generale, *c. 9. X. de privileg.*

SPECIALE non debet trahi ad consequentiam, *c. 28. de R. I. in 6.*

SPECIALE præceptum plus tenet, quam generale, *c. 11. X. de haret.*

SPECIALES literæ non revocant literæ generales, *c. 2. X. de dolo & contum.*

SPECIALITER.

SPECIALITER interdum non licet, quod licet in genere, *c. 12. X. de pœnit. & remiss.*

SPECIES.

SPECIEM novam faciens ex aliena materia efficitur dominus ejus, nisi species possit reduci ad priorem materiam, *L. 7. §. 7. de A. R. D.*

SPECIEM novam non facit, qui spicas excutit, sed eam, quæ est, detegit, & ideo frumentum ex alienis spicis excussum ejus est, cujus & spicæ fuerunt, *ibid.*

SPECIES, vel corpus factum voluntate duorum dominorum miscentium materias, totum est commune, sive ejusdem generis sint materiæ, veluti si vina miscuerint, vel argentum conflaverint, sive diversi; veluti unus vinum contulit, alius mel, vel

alius argentum, *L. 7. §. 8. & 9. eod.*

SPECIOSVS, *a, m.*

SPECIOSAE personæ dicuntur clarissimæ personæ utriusque sexus, item hi, qui ornamentis Senatoriis utuntur, *L. 100. de V. S.*

SPECTACVLVM.

SPECTACVLA lachrimosa ferarum non debent fieri diebus Dominicis & feriatis, inductis in honorem Dei, *L. 11. §. 1. C. de feriis.*

SPECTACVLA celebrare permissum est scænicis, maxime cum ipsi velint facere suis expensis, *L. 1. C. de spectaculis & scænicis &c. XI.*

SPECTACVLA in loco, in quo Principis imagines consecrantur, non debent fieri, nec histriones, vel viles picturæ introduci, *L. 4. C. eod.*

Qui omisso, die solenni Ecclesiæ, conventu, vadit ad SPECTACVLA, excommunicetur, *c. 66. dist. 1. de consecr.*

SPECVS.

SPECVS est locus, ex quo despicitur; Inde Spectacula sunt dicta, *L. 1. §. 3. de rivis.*

SPECVS quandoque ponitur pro subterraneo meatu, *L. 3. pr. eod.*

SPES.

SPES legari potest, *§. 7. de legatis.*

SPIRITVALIS, *e.*

SPIRITVALIA sunt temporalibus digniora, *c. 5. X. de Majorit. & Obed.*

In rebus SPIRITVALIBVS pactio est illicita, *c. ult. X. de pact.*

SPIRITVALIVM & temporalium rerum permutatio ad invicem fieri non potest, *c. 6. & ult. X. de rer. permut.*

SPIRITVALIA inter se, & temporalia inter se, recte permutantur, *ib.*

In rebus SPIRITVALIBVS non habet locum successio hereditaria, *c. 1. X. de Prebend.*

In SPIRITVALIBVS causis transactio locum non habet, *c. 4. & 7. X. de transact.*

In SPIRITVALIBVS homagium non præstatur, *c. Indignum. X. de R. I.*

In SPIRITVALIBVS causis non legum distinctione, sed canonum æquitate proceditur, *c. 2. X. de juram. calumn.*

SPIRITVALIA Laici nec possidere, nec præscribere possunt, *c. 7. X. de præscript.*

SPIRITVALEM causam major 14. annis, per se & per Procuratorem agere & defendere potest, etiam sine consensu patris, *c. 3. de judic. in 6.*

In causis SPIRITVALIBVS Laicus potest esse Procurator ad agendum vel defendendum, *c. 1. de Procurat. in 6.*

In SPIRITVALIBVS causis dolus non rescindit contractum, *c. 16. & 20. X. de convers. conjug.*

SPIRITVALIS administratio Laico concedi non debet, *c. 17. & 25. X. de decimis.*

SPIRITVS.

SPIRITVS sanctus procedit à patre, & filio, contra errorem Græcorum, *L. 2. §. 1. C. de summa Trinit.*

SPIRITVS sanctus procedit à Patre & Filio, *c. 39. dist. 5. de consecr.*

SPIRITVS sancti unctio invisibilis est, *c. 8. dist. 2. de pœnit.*

Non datur præsentia SPIRITVS sancti tempore, quo conjugalis actus geritur, *c. connubia. q. 2. caus. 32.*

SPOLIARE.

Si quis SPOLIAVERIT servum alienum, isque frigore mortuus sit, de vestimentis quidem furti agi poterit, de servo vero in factum, criminali pœna adversus eum servata, *L. 14. §. 1. de præscript. verb.*

SPOLIATI per vim restituendi sunt interdicto unde vi, *L. 2. C. unde vi.*

SPO-

SPOLIATUS per vim de possessione momentanea auditur proponens interdictum recuperandæ possessionis etiam sine inscriptione, *L. 8. C. eod.*

SPOLIATUS sine mora restitui debet, *L. 1. C. si per vim, vel alio modo* &c.

SPOLIATUS statim restituendus est, & postea proprietatis causa agenda, *L. 1. §. 1. de vi & vi armata.*

Qui Clericum pauperem, vel Religiosum SPOLIARE præsumit, excommunicetur, *c. 21. q. 3. caus. 24.*

SPOLIATUS habet hoc privilegium, ut non possit exui jam nudatus, *c. 1. de restitut. spoliat. in 6.*

SPOLIATUS debet in integrum restitui, antequam processus fiat, *c. 37. X. de offic. Deleg.*

SPOLIATIS vel ejectis Episcopis omnia restituenda sunt, antequam ad causam vocentur, *c. 1.* & *3. q. 1. caus. 3.*

SPOLIATI restitui debent cum omni sua causa & fructibus in pristinum statum, *c. 51. X. de appell.*

SPOLIATIO.

SPOLIATIONIS quæstio est privilegiata, ita ut spoliator non possit convenire spoliatum judicio petitorio, nisi prius fuerit restitutus, *c. ult. de restit. Spol. in 6.*

SPOLIATIONEM probans restituitur, deficiens in probatione, destituitur, *c. 13. X. de caus. possess. & propriet.*

SPOLIATIONIS quæstio opponitur vel excipiendo, vel agendo, *c. 2. X. de ordin. cognit.*

SPOLIATIONIS *exceptio.*
vid.
EXCEPTIO *spoliationis.*

SPOLIATOR.

Recipiens scienter rem invasam à SPOLIATORE, tenetur eam spoliato restituere, etsi is non probet dominium, *c. sæpe. X. de restit. Spoliat.*

SPOLIATORI spoliatus non tenetur ullatenus respondere, ante restitutionem, *c. 1. X. de restitut. Spoliat.*

SPONSA.

SPONSA sponsum absentem tenetur per biennium, quo pactus est nuptias exequi, expectare, quo elapso, alteri nubit impune, *L. 2. C. de sponsalibus.*

Quod SPONSAE ea lege donatur; *Ut tunc dominium ejus adipiscatur, cum nuptiæ fuerint secutæ*, sine effectu est, *L. 4. C. de donation. ante nupt.*

SPONSAE interveniente osculo vel non interveniente si fuerit aliquid titulo donationis largita, & ante nuptias sponsus, vel sponsa decesserit, omni donatione infirmata, ad donatricem sponsam, sive ejus heredes donatarum rerum dominium transfertur, *L. 16. C. eod.*

SPONSAM patris, vel sponsam filii non potest quis in uxorem ducere, quamvis nulla sit contracta affinitas, *§. 9. de N.*

SPONSAE appellantur conjuges consuetudine Scripturæ, spe futurorum, non effectu præsentium, *c. 12.* & *39. q. 2. caus. 27.*

SPONSAE raptor sine spe conjugii maneat, & etiam rapta, si consenserint, *c. statutum. ead.*

SPONSA rapta privetur communione, si raptorem deserere & ad priorem sponsum redire n luerit, *c. 47. ead.*

SPONSAE dum maritantur, velantur, ut noverint se semper maritis subditas esse ac humiles, *c. fœmina. q. 5. caus. 30.*

SPONSA mortua, consanguineam ejus ducere non licet, quod si factum fuerit, separentur, *c. 14. q. 2. caus. 27.*

SPONSALIA.

SPONSALIA sunt mentio & repro-

SEVERITATI detrahendum est propter multitudinem, *c. 25. dist. 50.*

SEXTANS.

SEXTANS significat sextam partem, i. e. duas uncias, *§. 5. de hered. instit.*

SEXTUS *Papirius.*

SEXTUS Papirius in primis fuit peritus, qui leges regias in unum contulit, *L. 2. §. 2. de O. I.*

SEXUS.

Fragilitati SEXUS compatiendum est, *c. 13. X. de privileg.*

SEXUI & conditioni parcitur, *c. 6. X. de sentent. excomm.*

SI *quis.*

SI *quis*, verbum hoc tam masculos quam fœminas complectitur, *L. 1. de V. S.*

SICARIUS.

SICARII appellantur à sica, quod significat ferreum cultrum, §. *5. de publicis judic.*

SIGILLUM.

SIGILLUM suum apponens non ex eo, quod apponat in instrumento, videtur approbare contenta, *L. 2. C. de reb. alien.*

Per SIGILLUM factum in vasis ab emptore vini, non censetur ei traditum, quia magis videtur ei signasse, ne submitteretur vinum, quam ut traditum videretur, *L. 1. pr. de periculo & commodo* &c.

SIGILLA authentica, & instrumenta publica, fidem faciunt, *c. 2. X. de fide instr.*

SIGILLUM non probat, nisi authenticum sit, *c. 7. X. eod.*

SIGILLO Episcopi statur tanquam veræ probationi, *c. 2. X. de fidej.*

Si literæ SIGILLI non sunt legibiles, vel scripturæ deletæ, vel enormem patitur fracturam, non valet instrumentum, *c. 6. X. de fide instr.*

Clericus falsans SIGILLUM Principis, degradatur, & character ei imprimitur, ac in exilium mittitur, *c. ad audentiam. X. de crim. falsi.*

SIGNIFICATIO.

SIGNIFICATIO vocabuli debet retineri, nec ab ea recedi, *c. ult. X. de V. S.*

SIGNIFICATIO unius nominis, non extenditur ad aliud, *c. 34. X. de rescript.*

SIGNINUS, *a*, *m*,

SIGNINUM opus dicitur opus lapideum, *L. 1. §. 10. de rivis.*

SIGNUM.

Rebus, quas alius detinet, imprimere SIGNA nemini licet, etiamsi suas vel obligatas sibi eas esse aliquis affirmet, *L. 2. C. ut nemini liceat sine Iudic.*

SIGNUM suum imponere nemo potest rei, quam petit lite pendente, *L. 1. C. eod.*

SIGNUM est res faciens aliquid aliud ex se in cognitionem venire, præter speciem, quam ingerit sensibus corporis, *c. 33. dist. 2. de consecr.*

SIGNIS loquimur, *c. 12. X. de pœnit. & remiss.*

SIGNIS an verbis declaret quis voluntatem suam, nihil refert, *c. 23. X. de sponsal.*

SIGNA quandoque nihil operantur, nisi verbis exprimantur, *Clem. c. ult. de sent. excomm.*

SILENTIARIUS.

SILENTIARII & ministeriales omnes sorum apud magistrum officiorum sortiuntur, *L. 4. C. de Silentiariis &c. XII.*

SILENTIARII, & in potestate parentum positi quidquid acquirunt, retinent tanquam castrense peculium, nec potest eis per parentes auferri, nec post parentum obitum tenentur conferre fratribus, nec tenentur conferre dictis fratribus id, quod parentes,

tes, vel alii donaverunt eis ratione supradictæ militiæ, *L. 5. C. eod.*

SILENTIARII excusantur à tutelis, & curis, & filii eorum inviti non vocantur ad præturam, *ibid.*

SILENTIVM.

Indiscretum SILENTIVM eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit, *c. 1. dist. 43.*

SILENTIO annali dominus amittit redemptionem feudi, *II. F. 9. §. 1.*

SIMILIS, *e.*

In rebus SIMILIBVS idem judicium est habendum, *c. 19. X. de sent. & re judic.*

SIMILEM causam habens in causa consimili testis esse non debet, *c. 20. X. de testib.*

SIMILITVDO.

SIMILITVDO nulla est in legibus, nisi propter repletionem, vel pleniorem indagationem hoc contigerit, *L. 1. §. 9. C. de veteri jure. enucl.*

SIMILITVDO legum in quibusdam, & his brevissimis assumpta non est inutilis, *L. 2. §. 14. C. eod.*

SIMONIA.

SIMONIA dicta à Simone Mago, *c. penult. in pr. q. 3. caus. 24.*

SIMONIA est studiosa voluntas emendi vel vendendi spiritualia, seu pactio circa spiritualia, & eis annexa, *c. quæsitum X. de rer. permut.*

SIMONIA est, ubicunque spirituale pro temporali venditur, *c. 36. X. de Simonia.*

SIMONIA solo animi affectu non committitur, *c. ult. X. eod.*

SIMONIA non tantum committitur in spiritualibus, sed etiam in eis annexis, *c. 5. X. de rer. perm. c. 16. X. de jure patron.*

In SIMONIA, gratia, favor, odium, loco pretii succedunt, *c. 14. X. de Simon.*

SIMONIA non est pro dedicatione Ecclesiæ libere oblatum acceptare, dummodo sine taxatione ac pacto, *c. 1. q. 2. caus. 1.*

SIMONIA non est, si quid gratiæ solum causa gratuito ac libere offeratur & acceptetur in ordinationibus, *c. sicut. ead.*

A SIMONIA excusat ignorantia, *c. quicunque. q. 5. caus. 1.*

SIMONIAE fit particeps, qui pro officii sui loco contra *Simoniam* vehementer non exarserit, *c. 5. q. 1. caus. 1.*

De SIMONIA suspecto debet indici purgatio, in qua si defecerit, beneficio privetur, *c. 13. X. de Simon.*

SIMONIACE.

SIMONIACE ordinatus Missam cantare non potest, *c. 4. X. de Simon.*

SIMONIACE promoti quamvis parvuli, per parentes ignoranter beneficium adepti, illud resignare tenentur, *c. 32. X. eod.*

Cum SIMONIACE ordinato, qui Simoniacus non est, dispensari potest, *c. 22. X. eod.*

SIMONIACE ordinati non habent ordinis executionem, *c. 2. X. eod.*

Ordinationes, quæ SIMONIACE fiunt, falsæ reputantur, *c. 113. q. 1. caus. 1.*

Qui SIMONIACE ordinantur, anathemati subjiciuntur, *c. 7. ead.*

SIMONIACVS, *a*, *m.*

SIMONIACA electio cassanda est, *c. 27. X. de Simon.*

SIMONIACA promotio dejicit ab obtento, & promittentem non obligat, *c. 11. X. eod.*

Sacramentum à SIMONIACO collatum valet, *c. 98. §. constat. q. 1. caus. 1.*

SIMONIACVS est, qui Ecclesiam pro pecunia obtinuit, *c. 3. q. 1. caus 1.*

SIMONIACVS est tam dans, quam accipiens, *c. 6. ead.*

SIMONIACVS est, qui facit homagium & fidelitatem pro habendis spiritualibus, *c. 17. X. de Simon.*

SIMONIACVS est, qui promovet negotium, spe beneficii ecclesiastici promissi, *c. Cum essent. X. eod.*

SIMONIACVS est, qui Electori promittit beneficium, *c. de hoc. X. eod.*

SIMONIACVS est, qui temporale dat, lucrandi spirituale gratia, *c. Tua nos. X. eod.*

SIMONIACVS est, qui accipit pretium pro ingressu in Religionem, *c. 30. X. eod.*

SIMONIACVS est, qui præter procurationem, pro consecratione Ecclesiæ aliquid exigit, *c. 10. X. eod.*

SIMONIACVS est, qui pro absolvendo excommunicato pretium aliquod exigit, *c. 24. X. eod.*

SIMONIACVS est, qui Altare & decimas per pecuniam dat, ac Spiritum Sanctum vendit, *c. Altare. q. 3. caus. 1.*

SIMONIACVS est, qui dat, vel acceptat pecuniam pro debiti officii executione, & pro sententiæ justæ prolatione, *c. vendentes. ead.*

SIMONIACVS est, qui pro receptione Sacramentorum pretium accipit, *c. 99. q. 1. caus. 1.*

In SIMONIACO contractu tantum valet remittere, quantum dare, *c. 10. X. de testibus.*

Omnes SIMONIACI, cujuscunque dignitatis, aut status sint, sunt ipso facto excommunicati, *Extrav. comm. c. 2. de Simon.*

SIMPLEX.

SIMPLEX esto, ut columba, ne cuiquam machineris dolose, *c. si cupis. q. 1. caus. 16.*

SIMPLICES non sunt decipiendi, *Clem. c. 2. §. ad hæc. de pœnit. & remission.*

SIMPLICITAS.

SIMPLICITAS sua alicui damnosa esse non debet, *L. 1. pr. de dolo malo.*

SIMPLICITATI militum quoad legum observantiam in condendis testamentis consulendum est, *L. 1. pr. de testam. militis.*

SIMPLICITAS est, quæ dolo caret, *c. ex merito. q. 1. caus. 6.*

Veritatis amica SIMPLICITAS, *c. Veritatis. X. de jurejur.*

SIMPLICITATI & senectuti parcitur, *c. 11. q. 7. caus. 1.*

SIMPLICITAS innata excusat tantum in commissis, non in committendis, *c. 24. dist. 86.*

SIMVLARE.

SIMVLANS se frigidum, si post dimissionem nubat alteri, debet redire ad priorem, *c. 1. 5. & 6. X. de frigid. & malef.*

SIMVLATVS contractus non tenet, *L. 3. C. de contrah. empt.*

SIMVLATE.

SIMVLATE quod concipitur, non tam valet, quam quod veritate agitur, *c. 13. X. de sent. & re judic.*

SIMVLATIO.

SIMVLATIO veritatis substantiam mutare non potest, *L. 2. C. plus valere, quod agitur.*

SIMVLATIO aliquando utilis est, & in tempore assumenda, *c. utilem. q. 2. caus. 22.*

SIMVLATIO alteri non præjudicat, *c. quacunque. q. 5. ead.*

SIMVLATIO contra hostes expedit, *c. dominus. q. 2. caus. 23.*

SINGVLA.

SINGVLA quæ non possunt, multa simul collecta prosunt & probant, *c. 13. X. de probat. & c. 27. X. de testib.*

SINGVLARIS, *e.*

SINGVLARI appellatione, in usu juris frequenter uti nos, *Cascellius* ait, cum plura generis ejusdem significare

care vellemus: *nam & multum hominem venisse Romam, & piscem vilem esse, dicimus*, *L. 158. de V. S.*

SINGULARES testes non probant, *c. 9. X. de probat. c. 33. X. de testib.* & *c. 18. X. de accus.*

SINGULARES de universitate reprobare possunt nomine universitatis instrumentum falso confectum, ad commodum universitatis, *c. 5. X. de probat.*

SINGULARES de populo intelliguntur interdicti, interdicto populo, *c. 16. de sent. excomm. in 6.*

SINGULARITAS.

SINGULARITAS morum etiam bonorum, interdum scandalizat inconsuetos, *c. 11. dist. 12.*

SITONA.

SITONAE dicuntur, qui frumento publice emendo, condendoque præsunt, *L. 18. §. 5. de muner.* & *L. 9. §. 6. de administ. rer.*

SITONAE, qui non segniter officio suo functi sunt, debent esse indemnes, d. *L. 9. §. 6. de admin. rer.*

SOBRINUS.

SOBRINI dicuntur proprie, qui ex fratribus patruelibus, aut consobrinis, aut amitinis undique propagantur, *L. 3. pr. de gradibus.*

SOCER.

SOCERO quoque, cum quo nurus de dote agit, idem honor habetur, ut in id damnetur, quod facere potest, *L. 15. §. 2. soluto matr.*

SOCER parentis locum obtinet, *L. 16. eod.*

SOCER ex promissione dotis conventus à marito constante matrimonio habet beneficium, quod in tantum condemnetur, quod facere potest, & non in plus, *L. 17. pr. eod.*

SOCER licet succedat genero, non tamen filia perdit jus consolidationis, imo facta sui juris agere potest contra heredes patris sui, vel etiam contra ipsum patrem tanquam heredem mariti, *L. 44. pr. eod.*

SOCERI, socrus appellatione avum quoque & aviam uxoris vel mariti contineri, respondetur, *L. 146. de V. S.*

SOCER appellatur viri & uxoris pater, mater vero eorum appellatur socrus, *L. 3. §. 6. de gradibus.*

SOCER magnus dicitur viri & uxoris avus, *ibid.*

SOCERI & socrus appellatione non continentur proprie sponsorum parentes, sed bene improprie, *L. 6. §. 1. eod.*

SOCIETAS.

SOCIETAS coiri potest vel in perpetuum, i. e. dum vivunt, vel ad tempus, vel ex tempore, vel sub conditione, *L. 1. pr. pro socio.*

In SOCIETATE omnium bonorum omnes res, quæ coëuntium sunt, continuo communicantur, *L. 1. §. 1. eod.*

SOCIETAS omnium bonorum consensu nudo ita contrahitur, ut necessaria non sit traditio, non mancipatio, sed quasi ea intervenerit, dominia rerum inter socios statim communicantur, *L. 2. pro socio.*

SOCIETAS, si dolo malo, aut fraudandi causa coita sit, ipso jure nullius momenti est, quia fides bona contraria est fraudi, & dolo, *L. 3. §. 3. eod.*

SOCIETATEM coire & re, & verbis, & per nuncium posse nos, dubium non est, *L. 4. pr. eod.*

SOCIETAS solvitur renunciatione, morte, capitis minutione, & egestate, *L. 4. §. 1. eod.*

SOCIETATES contrahuntur sive universorum bonorum, sive negotiationis alicujus, sive vectigalis, sive etiam rei unius, *L. 5. pr. eod.* & *pr. Inst. de societate.*

SOCIETAS autem coiri poteſt, & valet etiam inter eos, qui non ſunt æquis facultatibus, cum plerumque pauperior opera ſuppleat, quantum ei per comparationem patrimonii deeſt, *L. 5. §. 1. pro ſocio.*

SOCIETAS donationis cauſa non recte contrahitur, *L. 5. §. 2. eod.*

SOCIETAS malorum eſt quandoque toleranda, & quandoque fugienda, *c. ſugg ſtum. & ſeqq. q. 1. cauſ. 7.*

SOCIETAS juramento velata, de communi conſenſu, diſſolvi poteſt, *c. 2. X. de ſponſalib.*

SOCIETATIS occultæ ſcrupulo non caret, qui manifeſto facinori deſinit obviare, *c. 3. diſt. 83.*

Si ſervus SOCIETATEM coierit, non ſufficiet, ſi jubeatur à domino ſervus abire à ſocietate, ſed ſocio renunciandum eſt. *L. 18. pro ſocio.*

Si non fuerint partes SOCIETATI adjectæ, æquas eas eſſe conſtat, *L. 29. pr. eod.*

Ita coiri SOCIETATEM poſſe, ut nullius partem damni alter ſentiat, lucrum vero commune ſit, *Caſſius* putat, *L. 29. §. 1. eod.*

SOCIETAS poteſt contrahi conſenſu, *L. 19. eod.*

SOCIETAS ita coita, *ſi qua juſta hereditas certi hominis alterutri obveniat, communis ſit*, non valet, *L. 3. §. 1. eod.*

SOCIETAS ita coita, *ſi qua juſta hereditas alterutri obveniat, communis ſit*, ad legitimam tantum hereditatem, i. e. ad eam, quæ ex lege defertur, & ab inteſtato pertinet, *ib.*

In SOCIETATE ſimpliciter coita non venit æs alienum, quod ſocio debetur, vel quod ſocius debet alii, niſi quod ex quæſtu, opera & induſtria ejus pendet, *L. 12. eod.*

In SOCIETATE coëunda ſimpliciter vel ad tempus non oportet caveri, & addi, quod renuncietur intempeſtive, quia ipſo jure ſine pacto ſocietatis intempeſtiva renunciatio venit in æſtimationem, *L. 17. §. 2. eod.*

SOCIETATIS actio ut locum habeat, requiritur, quod interveniat ſocietas conventionalis, nec ſufficit rem eſſe communem, niſi intervenerit ſocietas, *L. 31. eod.*

In SOCIETATIS judicium venit bona fides, *L. 52. §. 1. eod.*

SOCIETAS non poteſt ultra mortem porrigi, *L. 52. §. 9. eod.*

Si qui SOCIETATEM ad emendum coierint, deinde res alterius dolo vel culpa empta non ſit, pro ſocio actio competit, *L. 52. §. 11. eod.*

SOCIETAS rei inhoneſtæ vel illicitæ nulla eſt, *L. 57. eod.*

SOCIETAS ſolvitur ex perſona, ex rebus, ex voluntate, ex actione, *L. 63. §. 10. eod.*

SOCIETATI poteſt quis renunciare etiam per alios, veluti per procuratorem habentem ſpeciale mandatum, vel habentem generalem omnium bonorum adminiſtrationem, niſi ſpecialiter prohibeatur, *L. 65. §. 7. eod.*

SOCIETAS morte unius diſſolvitur, etſi conſenſu omnium coita ſit, plures vero ſuperſint, niſi in ſocietate coëunda aliter convenerit, nec heres ſocii ſuccedit, *L. 65. §. 9. eod.*

SOCIETAS quemadmodum ad heredes ſocii non tranſit, ita nec ad arrogatorem, ne alioquin invitus quis ſocius efficiatur, cui non vult, *L. 65. §. 11. eod.*

SOCIETATEM ſi contraxit filiusfam., etiam poſt emancipationem permanet ſocius, *ib.*

SOCIETATE diſtracta, nihilominus diviſio rerum adhuc remanet, *L. 65. §. 13. eod.*

Nulla

Nulla SOCIETATIS in æternum coitio est, *L. 70. eod.*

SOCIETAS coiri potest inter docentes Grammaticam simul, & in eisdem, vel diversis Scholis, ut quod ex eo artificio acquirerent, esset commune, *L. 71. pr. eod.*

SOCIETAS omnium bonorum etiam ad futura bona refertur, *L. 73. eod.*

In SOCIETATE omnium bonorum specialiter contracta hereditates postea uni sociorum delatæ veniunt in communionem, *ibid.*

In SOCIETATE omnium bonorum actiones, & nomina non communicantur, nisi cedantur adinvicem, *L. 3. pr. eod.*

In SOCIETATE omnium bonorum specialiter & expresse facta communicantur invicem hereditates, legata, & quæ donata, vel quacunque ratione acquisita sunt, secus si simpliciter fuisset contracta societas, *L. 3. §. 1. eod.*

SOCIETAS non transit ad heredem ex conventione socii, sed actio pro socio bene transit, *L. 35. eod.*

SOCIETAS ad heredem non transit, inchoata tamen per defunctum debet per heredem explicari, *L. 40. eod.*

SOCIETAS vectigalium non solvitur morte, si ab initio actum sit, quod ad heredem transiret, nisi mortuus sit socius, sine cujus opera societas non potest administrari, *L. 59. pr. eod.*

SOCIETATI adjectum pactum, quod unus habeat totum lucrum, alius totum damnum, vel partem damni, & nihil lucri, non valet, & dicitur leonina societas, *L. 29. §. 2. eod.*

Iniquissimum SOCIETATIS genus est, ex qua quis damnum, non etiam lucrum habeat, *ibid.*

SOCIETAS quando contrahitur, tam lucri, quam damni communio initur, *L. 67. pr. eod.*

Manet SOCIETAS eo usque, donec in eodem consensu perseveraverint, *§. 4. de societate.*

SOCIETATE soluta per renunciationem, lucrum, quod post renunciationem acquiritur, non communicatur, nisi dolose fuerit renunciatum, *ib.*

Solvitur SOCIETAS morte socii, quia qui societatem contrahit, certam personam sibi eligit, *§. 5. eod.*

Si SOCIETAS consensu plurium sit contracta, morte unius socii solvitur, etsi plures supersint, nisi in coëunda societate aliter convenerit, *ibid.*

Si alicujus rei SOCIETAS contracta sit, & finis negotio impositus est, finitur ea, *§. 6. eod.*

SOCIETAS publicatione bonorum solvitur, si scilicet universa bona publicentur, *§. 7. eod.*

SOCIETAS uno pecuniam, alio operam conferente potest contrahi, *L. 1. C. pro socio.*

SOCIETAS tacite contracta videtur in fundo, eo ipso quod ille fundus communiter est emptus à duobus, *L. 2. C. eod.*

In SOCIETATIS contractu bona fides exuberare debet, & convenit æquitatis rationibus non solum onera, sed etiam compendia inter socios dividi, *L. 3. C. eod.*

SOCIETAS tamdiu durat, quamdiu consensus partium integer perseverat, *L. 5. C. eod.*

SOCIETAS potest contrahi non solum pure, sed etiam sub conditione qualibet, puta si consul ille fuerit factus, *L. 6. C. eod.*

SOCIETAS debet habere chartularios, i. e. notarios, *Nov. 85. c. 3. pr.*

Iure SOCIETATIS per socium ære alieno socius non obligatur, nisi in communem arcam pecuniæ versæ sunt, *L. 82. pro socio.*

SOCIETAS potest coiri ita, ut alter conferat pecuniam, alter non conferat, & tamen lucrum sit commune inter eos, quia sæpe opera alicujus pro pecunia valet, §. *2. de societ.*

SOCIETAS jus quoddam fraternitatis in se habet, *L. 63. pr. pro socio.*

SOCIUS.

SOCII mei socius, meus socius non est, *L. 20. pro socio.*

SOCIORUM nomine emptum feudum admittit socium successorem, *I. F. 20.*

SOCIORUM bonis emptum feudum fratrem admittit successorem, *ibid.*

Quem SOCIUS meus admisit in societate, ei soli *socius* est, *L. 19. pro socio.*

SOCIUS mihi esse non potest, quem ego socium esse nolui, *ibid.*

SOCIUS, quod in alea, vel adulterio perdidit, nihil recuperabit de communi, sed quod dolo socii perdidit, omne id recuperabit à socio, *L. 59. §. 1. eod.*

SOCIUS si lucrifaciat pecuniam communem, & moram in ea præstanda adhibeat, tenetur præstare usuras hujus pecuniæ, non ut usuras, sed ut interesse, quantum interest alterius socii; sed si usus non sit ea pecunia, vel non fecerit moram in ea præstanda, tunc non tenetur præstare illud interesse, *L. 60. pr. eod.*

SOCII heres si pecuniam communem lucrifaciat, & in reddendo moram adhibeat, non tenetur præstare interesse illius pecuniæ communis, quia morte socii solvitur societas, *ibid.*

SOCIUS omnium bonorum quæsita ex illicito quæstu non tenetur conferre, veluti quæsita ex furto, *L. 53. eod.*

SOCIUS omnium bonorum omnia debet conferre, etiam id, quod quæsivit ob injuriam filii factam, vel ex L. Aquilia, sive ipsius, sive filii corpori nocitum sit, *L. 52. §. 16. eod.*

SOCIUS omnium bonorum ejus, quod injuria Iudicis damnatus solvit, recuperabit partem à socio, secus si ob maleficium suum fuit damnatus, quo casu ipse tantum debet sentire damnum, *L. 52. §. 18. eod.*

Quod ex maleficio contulerit SOCIUS, non aliter recipere debet, quam si damnatus sit, *L. 54. eod.*

SOCIUS omnium bonorum si sponte, & ignorante altero socio contulit in societatem ex furto vel alio maleficio quæsitum, ac postea ex furto vel maleficio conventus condemnatus solvit illud cum pœna, de communi solum illud, quod contulit occasione furti vel maleficii, aufert, non autem pœnam, nisi sciente altero socio illud contulit, *L. 55. eod.*

SOCIUS omnium bonorum communicat quæsitum ex turpibus actionibus, veluti injuriarum, vi bonorum raptorum, servi corrupti, vel pœnas pecuniarias, quæ ex publicis judiciis accidunt, *L. 56. eod.*

Nemo ex SOCIIS plus parte sua potest alienare, etsi totorum bonorum socii sint, *L. 68. pr. eod.*

SOCIUS debet conveniri, in quantum facere potest, non deducto ære alieno, quod debetur à socio, nisi debeatur ex ipsa societate, quo casu deducto eo convenitur, in quantum facere potest, *L. 63. §. 3. eod.*

SOCIUS non condemnatur, nisi quatenus facere potest, vel quatenus dolo desiit posse facere, *L. 63. pr. eod.*

SOCII non solum omnium bonorum, sed etiam unius rei in id, quod facere possunt, debent condemnari, *ibid.*

SOCIUS tenetur, in quantum facere potest tempore rei judicatæ, & illud tempus inspicitur, *L. 63. §. 6. eod.*

SOCIUS dicitur posse facere illud, quod dolo fecit, quo minus posset facere, secus si culpa & non dolo, ut facere

re posset, desiit, quia tunc non condemnatur in solidum, *L. 63. §. 7. eod.*

Non alias SOCIUS in id, quod facere potest, condemnatur, quam si confitetur se socium fuisse, *L. 67. §. 3. eod.*

Si unus ex SOCIIS rem communem vendiderit, consensu *sociorum* pretium dividi debet ita, ut ei caveatur, *indemnem eum futurum. L. 67. pr. eod.*

Si quis à SOCIO pœnam stipulatus sit, pro socio non aget, si tantundem in pœnam sit, quantum ejus interfuit, *L. 41. eod.*

Hæres SOCII, quamvis socius non est, tamen ea, quæ per defunctum inchoata sunt, per heredem explicari debent, in quibus dolus ejus admitti potest, *L. 40. eod.*

SOCII heredes novo consensu possunt esse socii, & factum eorum incidet in actionem pro socio, *L. 37. eod.*

SOCIUS facientis simili pœna punitur, *c. ult. in pr. de pœnis in 6.*

SOCIUS tenetur socium defendere ab injuria, si potest, alias similis est ei, qui injuriam fecit, *c. Non in inferenda, q. 3. caus. 23.*

SOCIUS si communem servum occiderit, vel vulneraverit, tenetur consocio L. Aquilia pro ea parte, pro qua dominus est consocius, *L. 19. ad L. Aquil.*

SOCIUS unus ex pluribus propter factum alterius damnum non debet pati, *L. 6. §. 12. communi divid.*

SOCIUS si propter contumaciam socii damnum sentiat, socius contumax tenetur communi dividundo ad damnum, *L. 20. eod.*

Si damnum in re communi SOCIUS dedit, L. Aquilia tenetur, *L. 47. §. 1. pro socio.*

SOCIUS si servum communem negotiatorem vulneravit, aut occidit, tenetur Aquilia & pro socio, sed electione altera tollitur, cum utraque ad rei persecutionem pertineat, *L. 49. & 50. eod.*

Inter SOCIOS valet conventio, quod unus ferat duas partes lucri & tertiam damni, & alius socius econtra duas partes damni & unam lucri, *§. 2. de Societate.*

SOCIUS unus ex duobus si contraxit debitum pure ratione societatis, distracta societate potest debitum deducere de communi, *L. 28. eod.*

SOCIUS unus ex duobus, qui societatem argentariæ inierunt, si aliquid aliunde quæsivit, ac lucrum sensit non ex causa argentariæ, id ad communionem non pertinet, *L. 52. §. 5. eod.*

SOCIUS in re communi jure servitutis non potest aliquid facere, vel prohibere invito socio, sed ei judicio societatis, vel communi dividundo succurritur, *L. 26. de S. P. V.*

SOCRUS.

SOCRUS appellatione non tantum uxoris meæ mater, sed & avia & proavia intelligitur, ut nullam earum uxorem ducere possim, *L. 14. §. 4. de R. N.*

SOCRUM cognoscens, si filiæ seu sponsæ suæ carnaliter nunquam adhæsit, agat majorem, quam pro adulterio pœnitentiam, qua peracta, ex dispensatione cum alia matrimonium inire poterit; at si sponsam carnaliter cognovit, antequam matrem, vel post, nunquam eam vel aliam in uxorem potest accipere, *c. 2. X. de eo, qui cognov. consang.*

SODALIS.

SODALES sunt, qui ejusdem collegii sunt, quam Græci ἑταιρίαν vocant, *L. 4. de collegiis & corpor.*

SODOMIA.

SODOMIA fit contra ordinationem

Dei & naturæ, *c. adulterii. q. 7. cauſ. 32.*

SODOMIAE peccatum gravius eſt adulterio, *c. uſus. ead.*

SODOMIA exercetur tum in maſculis, tum in fœminis, *ib.*

SODOMIAE peccatum committenti imponitur pœna capitis, *L. 31. C. ad L. Jul. de adult.* & *§. 4. de publ. judic.*

SODOMITA.

SODOMITA, ſi Clericus eſt, dejiciatur à Clero, & in Monaſterium detrudatur; ſi Laicus, excommunicetur, *c. Clerici. X. de exceſſ. Prælat.*

SOLARIVM.

SOLARIVM eſt locus, in quo horæ ad ſolem denotantur, veruto umbram faciente, vel pinula, quam gnomonem vocamus, *L. 17. pr. de S. P. V.*

SOLATIVM.

SOLATIVM Advocatorum dicitur *Salarium*, nam ſolatium eſt eis habere ſalarium, *L. 3. C. de Advocat. diverſ. jud. 2.*

SOLDATA.

SOLDATA eſt præſtatio annua gratuita, *II. F. 10.*

SOLDATA etiam in vino & annona conſiſtit, *ib.*

SOLDATA à ſolidis, *ib.*

Qui SOLDATAM accipiunt, plebeji manent, *ibid.*

SOLDATA non tranſit in heredem, *ib.*

SOLENNITAS.

SOLENNITATIS modicæ omiſſio non vitiat actum, *L. 1. §. 15. de inſpic. vent.*

SOLENNITAS belli inferendi, eſt juris militaris, *c. 10. diſt. 1.*

SOLENNITAS non eſt de ſubſtantia matrimonii, *c. 1. X. de ſponſalib.*

Si juris SOLENNITAS in contractu minoris non ſervatur, nullus eſt contractus in præjudicium minoris, *c. 8. X. de in integr. reſtit.*

De SOLENNITATIBVS nihil facile eſt immutandum, *L. 7. pr. de in integr. reſtitut.*

SOLICITVDO.

SOLICITVDO temporalium, ſuffocat ſpiritualia, *c. 1. §. gibbus. diſt. 49.*

SOLICITVDO pia eſt egenorum commodis intendere, *c. 4. diſt. 87.*

SOLICITVDINE nimia elicita non valent, *c. 5. X. de reſcript.*

SOLIDVS.

De SOLIDORVM qualitate quoties dubitatur, ſuper approbatione eorum ſtatur ei, quem ad id ſingula civitas conſtituit, *L. 2. C. de ponder. X.*

SOLIDI aurei veterum Principum effigie formati, poſſunt tradi, & ſuſcipi ab emptoribus & venditoribus, nec debent refutari ſi fuerint debiti ponderis & ſpeciei probæ, alias reluctantes puniuntur, *L. 1. C. de veteris numiſmatis poteſtate, XI.*

SOLIDI aurei æſtimatione diminuta minuitur etiam æſtimatio rerum, *L. 2. C. eod.*

SOLVERE.

SOLVITVR eo genere quodque, quo colligatum, *c. 1. X. de R. I.*

SOLVTVM non intelligimus eum, qui licet vinculis levatus ſit, manibus tamen tenetur, *L. 48. de V. S.*

Nec eum intelligimus SOLVTVM, qui in publico ſine vinculis ſervatur, *ib.*

SOLVTA interdum pro ſeparatis accipiuntur; Nam cum dicitur apud veteres, *agnatorum gentiliumque*, pro ſeparatione accipitur, *L. 53. pr. eod.*

Minus SOLVTVM videtur, etiamſi nihil eſſet ſolutum, *L. 82. eod.*

SOLVENDO eſſe nemo intelligitur, niſi qui ſolidum poteſt ſolvere, *L. 114. eod.*

Non poteſt videri minus SOLVISSE is, in quem amplioris ſummæ actio non competit, *L. 117. eod.*

SOLVERE dicimus eum, qui fecit, quod facere promiſit, *L. 176. eod.*

Verba SOLVTO *matrimonio dotem red-*

reddi, non tantum divortium, sed & mortem continent, *L. 240. eod.*

Is SOLVENDO videtur, qui defenditur, *L. 95. de R. I.*

SOLVENDO est etiam, qui solidum potest solvere, *L. 114. de V. S.*

SOLVUNTUR sine conditione, quæ promissa sunt sine conditione, *c. inter cætera. q. 4. caus. 22.*

SOLVENS alii, quod debet, à debito non relevatur, *c. 22. X. de jurejur.*

SOLVERE expensas tenetur, qui diem non servat, *c. 6. X. de dol & contum.*

Ecclesia non tenetur SOLVERE debitum pro ea non contractum, *c. 2. X. de solut.*

Quod Antecessor SOLVERE consuevit, ad id Successor quoque tenetur, *c. 78. X. de censib.*

Prælatus debet sui Prædecessoris debita SOLVERE, in necessitate Ecclesiæ contracta, *c. 1. X. de solut.*

SOLVERE debita Antecessoris de fructibus feudi, *II. F. 45.*

SOLVENS simpliciter videtur potius solvere debitum, quod debet ex causa famosa, puta furti, quam quod debet ex non famosa causa, *L. 7. de solutionibus.*

SOLVENS simpliciter videtur solvere potius debitum ex causa judicati, quam debitum ex non judicati causa, *ibid.*

SOLVENS simpliciter videtur solvere magis debitum pœnale, vel quod inficiatione crescit, quam debitum, quod pœnale non est, nec inficiatione crescit, *ibid.*

Si quis SOLVERIT volenti aliam rem pro alia, & evicta fuerit res, manet pristina obligatio, & si pro parte fuerit evicta, tamen pro solido obligatio durat, *L. 46. pr. eod.*

Qui mandat SOLVI, ipse videtur solvere *L. 56. eod.*

SOLVERE pro ignorante & invito cuique licet; cum sit jure civili constitutum, licere etiam ignorantis invitique meliorem conditionem facere, *L. 53. eod.*

Qui sic SOLVIT, ut reciperet, non liberatur; quemadmodum non alienantur nummi, qui sic dantur, ut recipiantur, *L. 55. eod.*

Si pro me quis SOLVERIT creditori meo, licet ignorante me, acquiritur mihi actio pignoratitia, *L. 40. eod.*

Is, qui alienum hominem in SOLUTUM dedit, usucapto homine liberatur. *L. 60. eod.*

Cum jussu meo id, quod mihi debes, SOLVIS creditori meo, & tu à me, & ego à creditore meo liberor, *L. 64. eod.*

Solidum non SOLVITUR, non minus quantitate, quam die, *L. 85. eod.*

Si tuo servo credidero, eumque redemero, & is manumissus mihi SOLVERIT, non repetet, *L. 83. eod.*

Non recte SOLVITUR litis procuratori, *L. 86. eod.*

Quod SOLUTUM est à procuratore meo, non possum repetere, *L. 87. eod.*

Si is, cui nummos debitor SOLVIT alienos, nummis integris pergat petere, quod sibi debeatur, nec offerat, quod accepit, exceptione doli summovebitur, *L. 94. pr. eod.*

Cum SOLVIT ex pluribus causis debitor pecuniam, utriusque demonstratione cessante, potior habebitur causa ejus pecuniæ, quæ sub infamia debetur; mox ejus, quæ pœnam continet; tertio, quæ sub hypotheca vel pignore contracta est; post hunc ordinem potior habebitur propria, quam aliena causa, veluti fidejussoris, *L. 97. eod.*

Qui debitum SOLVERE non potest in termino ei à Judice præfixo, non ideo liberatur onere solvendi *c. Cum dilecti. X. de dol. & contum.*

Qui

Qui promisit certo loco SOLVERE, & ibi, & ubi domicilium habet, conveniri potest, *c. 17. X. de for. compet.*

Qui SOLVERE, vel satisfacere non potest, debet præstare idoneam cautionem, quod solvet, quam cito poterit, *c. penult. X. de solut.*

Minus SOLVIT, qui tardius solvit, nam & tempore minus solvitur, *L. 12. §. 1. de V. S.*

SOLVTIO.

SOLVTIONIS verbum pertinet ad omnem liberationem quoquo modo factam, magisque ad substantiam obligationis refertur, quam ad nummorum solutionem, *L. 54. de solutionibus.*

Ante restitutam hereditatem SOLVTIONES & liberationes factæ ab herede, ratæ habebuntur, *L. 104. eod.*

SOLVTIO proficit debitori ad liberationem & exceptionem, nisi alii, quam creditori solutum sit, *c. 22. X. de jurejur.*

SOLVTIO facti magis quam juris est, *L. 7. §. 3. de curat. furiof.*

SOLVTIONIS verbo satisfactionem quoque omnem accipiendam placet, *L. 176. de V. S.*

SONTES.

SONTES dicuntur nocentes, *L. 65. §. 1. de ædilit. edict.*

SONTICVS *morbus.*

SONTICVS morbus dicitur, qui incidit in hominem, postquam est sanatus, *L. 65. §. 1. de ædil. edict.*

SOROR.

SOROR excludit consanguineum fratrem in parte matris, *II. F. 104. §. 2.*

SOROR in feudo novo succedit per pactum, *I. F. 14. §. 2.*

SOROREM vulgo quæsitam uxorem ducere non licet, *L. 54. de R. N.*

SORORES duæ duobus fratribus copulari possunt, *c. 5. X. de consang. & affin.*

SORORES duas ducere possunt avunculus & nepos, *ibid.*

SORORES spirituales non possunt nubere filiis carnalibus, *c. ita diligere. c. non oportet. q. 3. caus. 30.*

SORORE M sponsæ, sponsa mortua simplicibus solum verbis à parente desponsata, ducere licet, *c. 18. q. 2. caus. 27.*

SORORE M uxoris polluens, neutram ex illis habeat, *c. qui dormierit. ead.*

SORORE M uxoris ex ignorantia stuprans, vir dimitti ab uxore non cogitur, sed maneat in matrimonio suo, *c. In lectum. q. 1. caus. 34.*

SOROR necem fratris potest vindicare, *L. 10. C. de his, quibus ut indignis, &c.*

SORORES jure agnationis ad intestatorum fratrum successionem admitti possunt, *L. 3. C. de legitimis hered.*

SOROR intestatæ præfertur avo, & aviæ maternis, *L. 9. C. eod.*

Hodie SORORES non anteponuntur avo & aviæ maternis, *Nov. 118. c. 2.*

SORS.

Melius est SORTEM impuberis vel adolescentis conservari, quam usurarum cupiditate etiam sortem amittere, *Nov. 72. c. 6.*

SORTE pretii licet post mortem soluta, usuræ peti non possunt, cum illæ officio Iudicis præstantur, *L. 49. §. 1. de A. E. V.*

SORTI adnumerari debent fructus pignoris, *c. 6. & penult. X. de pignorib.*

SORTI non tenetur fructus adnumerare, si pignus pro dote promissa recipiat maritus, *c. 16. X. eod.*

SORS.

SORTIS usus in electionibus damnatur, *c. Ecclesia. X. de Sortilegiis.*

SORTES prohibentur in novo testamento, ne sub hac specie divinarionis ad veterem idololatriam redirent fideles, *c. Sortes. q. 5. caus. 26.*

SORS non est aliquid mali, sed res est

est in dubitatione humana, divinam indicans voluntatem, *c. Sors. q. 2. cauf. 26.*

SORTE dirimi debet discordia legatariorum super optione rei legatæ, & quem sors prætulerit, ipse eliget, *L. 3. pr. C. communia de legatis.*

SORTILEGIUM.

SORTILEGIA prohibentur, *per tot. q. 5. cauf. 26.*

SORTILEGIA graviter puniuntur, *c. 1. & 2. X. de Sortileg.*

SORTILEGIA pro furtis inveniendis, vel divinationibus faciendis prohibentur, & contra facientibus pœna imponitur, ut 40. dies pœniteat, *c. 1. X. eod.*

SORTILEGUS.

SORTILEGI, & eis assentientes ad accusationem non sunt admittendi, *c. quisquis. q. 8 cauf. 2.*

SORTILEGI dicuntur, qui observant constellationes, *c. non liceat. q. 5. cauf. 26.*

SORTILEGI sunt, qui sub nomine fictæ religionis per quasdam, quas sortes vocant Sanctorum, Divinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt, *c. Sortilegi. q. 1. cauf. 26.*

SPADO.

SPADONUM generalis appellatio est, *L. 128. de V. S.*

SPADONIS nomine tam hi, qui natura *spadones* sunt, item thlibiæ, thlasiæ, sed & si quod aliud genus spadonum est, continentur, *ibid.*

SPADO morbosus non est, neque vitiosus, sed sanus, *L. 6. §. 2. de adilit. edict.*

Si autem quis ita SPADO est, ut tam necessaria pars corporis ei penitus absit, morbosus est, *L. 7. eod.*

Si SPADONI mulier nupserit, distinguendum arbitror, castratus fuerit, nec ne, ut in castrato dicas dotem non esse, in eo, qui castratus non est, quia est matrimonium, & dos, & dotis actio est, *L. 39. §. 1. de jure dot.*

SPADO potest esse tutor, *L. 15. pr. de excusat.*

SPADO potest posthumum heredem scribere, quoniam nec ætas, nec sterilitas ei rei impedimento est, *L. 6. pr. de liber. & posthum.*

SPADONES faciens si absens fuerit, potest ferri sententia in eum ex lege Cornelia de sicariis, *L. 4. §. 2. ad L. Cornel. de sicar.*

SPECIALIS, e.

SPECIALE non debet trahi ad generale, *c. 9. X. de privileg.*

SPECIALE non debet trahi ad consequentiam, *c. 28. de R. I. in 6.*

SPECIALE præceptum plus tenet, quam generale, *c. 11. X. de haret.*

SPECIALES literæ non revocant literæ generales, *c. 2. X. de dolo & contum.*

SPECIALITER.

SPECIALITER interdum non licet, quod licet in genere, *c. 12. X. de pœnit. & remiss.*

SPECIES.

SPECIEM novam faciens ex aliena materia efficitur dominus ejus, nisi species possit reduci ad priorem materiam, *L. 7. §. 7. de A. R. D.*

SPECIEM novam non facit, qui spicas excutit, sed eam, quæ est, detegit, & ideo frumentum ex alienis spicis excussum ejus est, cujus & spicæ fuerunt, *ibid.*

SPECIES, vel corpus factum voluntate duorum dominorum miscentium materias, totum est commune, sive ejusdem generis sint materiæ, veluti si vina miscuerint, vel argentum conflaverint, sive diversi; veluti unus vinum contulit, alius mel, vel ali-

alius argentum, *L. 7. §. 8.* & *9. eod.*

SPECIOSVS, *a, m.*

SPECIOSAE personæ dicuntur clarissimæ personæ utriusque sexus, item hi, qui ornamentis Senatoriis utuntur, *L. 100. de V. S.*

SPECTACVLVM.

SECTACVLA lachrimosa ferarum non debent fieri diebus Dominicis & feriatis, inductis in honorem Dei, *L. 11. §. 1. C. de feriis.*

SPECTACVLA celebrare permissum est scænicis, maxime cum ipsi velint facere suis expensis, *L. 1. C. de spectaculis & scænicis &c. XI.*

SPECTACVLA in loco, in quo Principis imagines consecrantur, non debent fieri, nec histriones, vel viles picturæ introduci, *L. 4. C. eod.*

Qui omisso, die solenni Ecclesiæ, conventu, vadit ad SPECTACVLA, excommunicetur, *c. 66. dist. 1. de consecr.*

SPECVS.

SPECVS est locus, ex quo despicitur; Inde Spectacula sunt dicta, *L. 1. §. 3. de rivis.*

SPECVS quandoque ponitur pro subterraneo meatu, *L. 3. pr. eod.*

SPES.

SPES legari potest, *§. 7. de legatis.*

SPIRITVALIS, *e.*

SPIRITVALIA sunt temporalibus digniora, *c. 5. X. de Majorit. & Obed.*

In rebus SPIRITVALIBVS pactio est illicita, *c. ult. X. de pact.*

SPIRITVALIVM & temporalium rerum permutatio ad invicem fieri non potest, *c. 6.* & *ult. X. de rer. permut.*

SPIRITVALIA inter se, & temporalia inter se, recte permutantur, *ib.*

In rebus SPIRITVALIBVS non habet locum successio hereditaria, *c. 1. X. de Prabend.*

In SPIRITVALIBVS causis transactio locum non habet, *c. 4.* & *7. X. de transact.*

In SPIRITVALIBVS homagium non præstatur, *c. Indignum. X. de R. I.*

In SPIRITVALIBVS causis non legum distinctione, sed canonum æquitate proceditur, *c. 2. X. de juram. calumn.*

SPIRITVALIA Laici nec possidere, nec præscribere possunt, *c. 7. X. de præscript.*

SPIRITVALEM causam major 14. annis, per se & per Procuratorem agere & defendere potest, etiam sine consensu patris, *c. 3. de judic. in 6.*

In causis SPIRITVALIBVS Laicus potest esse Procurator ad agendum vel defendendum, *c. 1. de Procurat. in 6.*

In SPIRITVALIBVS causis dolus non rescindit contractum, *c. 16.* & *20. X. de convers. conjug.*

SPIRITVALIS administratio Laico concedi non debet, *c. 17.* & *25. X. de decimis.*

SPIRITVS.

SPIRITVS sanctus procedit à patre, & filio, contra errorem Græcorum, *L. 2. §. 1. C. de summa Trinit.*

SPIRITVS sanctus procedit à Patre & Filio, *c. 39. dist. 5. de consecr.*

SPIRITVS sancti unctio invisibilis est, *c. 8. dist. 2. de pœnit.*

Non datur præsentia SPIRITVS sancti tempore, quo conjugalis actus geritur, *c. connubia. q. 2. caus. 32.*

SPOLIARE.

Si quis SPOLIAVERIT servum alienum, isque frigore mortuus sit, de vestimentis quidem furti agi poterit, de servo vero in factum, criminali pœna adversus eum servata, *L. 14. §. 1. de præscript. verb.*

SPOLIATI per vim restituendi sunt interdicto unde vi, *L. 2. C. unde vi.*

SPO-

SPOLIATUS per vim de possessione momentanea auditur proponens interdictum recuperandæ possessionis etiam sine inscriptione, *L. 8. C. eod.*

SPOLIATUS sine mora restitui debet, *L. 1. C. si per vim, vel alio modo* &c.

SPOLIATUS statim restituendus est, & postea proprietatis causa agenda, *L. 1. §. 1. de vi & vi arm.ata.*

Qui Clericum pauperem, vel Religiosum SPOLIARE præsumit, excommunicetur, *c. 21. q. 3. caus. 24.*

SPOLIATUS habet hoc privilegium, ut non possit exui jam nudatus, *c. 1. de restitut. spoliat. in 6.*

SPOLIATUS debet in integrum restitui, antequam processus fiat, *c. 37. X. de offic. Deleg.*

SPOLIATIS vel ejectis Episcopis omnia restituenda sunt, antequam ad causam vocentur, *c. 1.* & *3. q. 1. caus. 3.*

SPOLIATI restitui debent cum omni sua causa & fructibus in pristinum statum, *c. 51. X. de appell.*

SPOLIATIO.

SPOLIATIONIS quæstio est privilegiata, ita ut spoliator non possit convenire spoliatum judicio petitorio, nisi prius fuerit restitutus, *c. ult. de restit. Spol. in 6.*

SPOLIATIONEM probans restituitur, deficiens in probatione, destituitur, *c. 13. X. de caus. possess. & propriet.*

SPOLIATIONIS quæstio opponitur vel excipiendo, vel agendo, *c. 2. X. de ordin. cognit.*

SPOLIATIONIS *exceptio.*

vid.
EXCEPTIO *spoliationis.*

SPOLIATOR.

Recipiens scienter rem invasam à SPOLIATORE, tenetur eam spoliato restituere, etsi is non probet dominium, *c. sæpe. X. de restit. Spoliat.*

SPOLIATORI spoliatus non tenetur ullatenus respondere, ante restitutionem, *c. 1. X. de restitut. Spoliat.*

SPONSA.

SPONSA sponsum absentem tenetur per biennium, quo pactus est nuptias exequi, expectare, quo elapso, alteri nubit impune, *L. 2. C. de sponsalibus.*

Quod SPONSAE ea lege donatur; *Vt tunc dominium ejus adipiscatur, cum nuptiæ fuerint secuta,* sine effectu est, *L. 4. C. de donation. ante nupt.*

SPONSAE interveniente osculo vel non interveniente si fuerit aliquid titulo donationis largita, & ante nuptias sponsus, vel sponsa decesserit, omni donatione infirmata, ad donatricem sponsam, sive ejus heredes donatarum rerum dominium transfertur, *L. 16. C. eod.*

SPONSAM patris, vel sponsam filii non potest quis in uxorem ducere, quamvis nulla sit contracta affinitas, *§. 9. de N.*

SPONSAE appellantur conjuges consuetudine Scripturæ, spe futurorum, non effectu præsentium, *c. 12.* & *39. q. 2. caus. 27.*

SPONSAE raptor sine spe conjugii maneat, & etiam rapta, si consenserint, *c. statutum. ead.*

SPONSA rapta privetur communione, si raptorem deserere & ad priorem sponsum redire n luerit, *c. 47. ead.*

SPONSAE dum maritantur, velantur, ut noverint se semper maritis subditas esse ac humiles, *c. fœmina. q. 5. caus. 30.*

SPONSA mortua, consanguineam ejus ducere non licet, quod si factum fuerit, separentur, *c. 14. q. 2. caus. 27.*

SPONSALIA.

SPONSALIA sunt mentio & repromis-

missio nuptiarum futurarum, *L. 1. de sponsalibus.*

SPONSALIA autem dicta sunt à *spondendo*, nam moris fuit veteribus stipulari, & spondere sibi uxores futuras, *L. 2. eod.*

Ad SPONSALIA constituenda sufficit nudus consensus, *L. 4. pr. eod.*

SPONSALIA inter absentes celebrari possunt, *L. 4. §. 1. eod.*

In SPONSALIBUS nihil interest, utrum testatio interponatur, an aliquis sine scriptura spondeat, *L. 7. pr. eod.*

In SPONSALIBUS etiam consensus eorum exigendus est, quorum in nuptiis desideratur, *L. 7. §. 1. eod.*

SPONSALIA sunt futurarum nuptiarum promissio, *c. Nostrates. q. 5. caus. 30.*

SPONSALIA sunt pacta conjugum solennia, *ibid.*

SPONSALIA de præsenti sunt matrimonium, *c. 3. X. de spons. duor.*

SPONSALIA *de præsenti* sunt, quando se mutuo consensu, verbis consuetis expresso, recipiunt, utroque dicente: *Ego te in meam accipio; Et ego te accipio in meum*; vel alia verba consensum de præsenti exprimentia, *c. 31. X. de sponsal.*

SPONSALIA *de futuro* vero sunt, utroque dicente: *Ego te recipiam in meam; Et ego de in meum;* sive verba similia, *ibid.*

SPONSALIA debent esse libera ab omni coactione personæ, vel pecuniæ, *c. 29 X. eod.*

SPONSALIA per vim contracta non valent, *c. 11. X. de despons. impub.*

SPONSALIA contrahi possunt per verba generalia, *c. 7. X. de sponsalib.*

Si SPONSALIA præcessit causa, ex qua quis uxorem approbavit, non potest postea eam reprobare, *c. 25. X. de jurejur.*

SPONSALIA ante septennium contrahi non possunt defectu consensus, *in princ. q. 2. caus. 30.*

SPONSALIA inter infantes nulla sunt, nisi cum ad annos discretionis venerint, ab iis fuerint confirmata, *c. ubi. ead.*

Si majores septennio contrahunt SPONSALIA, neuter potest resilire, & ille, qui primo fit pubes, alterum expectabit. Si vero alter tempore contractus erat pubes, non iste, sed alter factus pubes resilire potest, *c. 7. X. de despons. impub.*

Impuberes SPONSALIA contrahentes separari non debent ante pubertatem, post pubertatem autem possunt, si nolint consentire, nisi copula intercesserit, *c. à nobis. X. eod.*

SPONSALIA in minore ætate contracta, solvunt matrimonium in legitima ætate contractum, *c. ult. X. de despons. impub.*

SPONSALIA in cunabulis per parentes contracta, non tenent, nisi puer, postquam ad annos discretionis pervenerit, consenserit, *c. ubi. q. 2. caus. 30.*

Ut impubes contrahat SPONSALIA, à patre cogi potest, non vero ad matrimonium; quia ad perfectam ætatem perveniens, ratihabere potest factum patris, si sibi placuerit, *c. 1. X. de despons. impub.*

SPONSALIA pro filio adulto non potest contrahere, nisi is consentiat, *ib.*

SPONSALIA filiorum parentibus non licet frangere, *c. un. q. 3. caus. 31.*

Si SPONSALIA major invitus contraxit cum minore, non tenetur expectare, d nec veniat ad ætatem adultam, *c. 11. X. de despons. impub.*

SPONSALIA contrahens sub honesta conditione, si ante eventum conditionis desponsatam cognoscit, à conditio-

ditione recedit, *c. penult. X. de condit. appos.*

SPONSALIA de præsenti non solvuntur per sequens matrimonium, quamvis consummatum, *c. penult. X. de sponsalib. c. licet. X. de spon. duor.*

SPONSALIA, quæ fiunt per verba de præsenti, seu quæ faciunt matrimonium, non solvuntur, nisi per Religionis ingressum, *c. stripsit. q. 2. caus. 27.*

SPONSALIA de futuro dissolvuntur mutuo consensu, etsi sint jurata, *c. preterea X. de sponsal.*

SPONSALIA de futuro, si post ea secuta est copula, non solvuntur per alia *Sponsalia* de præsenti, *c. veniens. X. eod.*

Si post SPONSALIA de futuro non secuta est copula, solvuntur etiam jurata, per sponsalia de præsenti, non autem per sponsalia de futuro, *c. sicut. c. si inter. X. eod. c. 1. X. de sponsa duor.*

SPONSALIA de futuro transeunt in matrimonium, subsecuta carnali copula, non tamen per nisum tantum copulæ, *c. Is, qui. c. ult. X. de sponsal.*

SPONSALIA de futuro dirimit affinitas sequens, *c. literas. X. de desponsf. impub.*

Ad SPONSALIA consummanda tutius quis movetur, quam compellitur, *c. 17. X. de sponsal.*

SPONSALIUM evidens signum est, annuli subarrhatio, *c. Nostrates. q. 5. caus. 30.*

SPONSALIUM probatio incumbit Viro, *c. 1. X de clandest. desponsf.*

In SPONSALIUM contractu recurrendum est ad communem intelligentiam verborum, cum alter ignorat linguam, *c. 7. X. de sponsal.*

SPONSALIA cum non possint constituere tutores soli, nisi voluntas pupillæ interveniat, ita nec soli possunt dissolvere illa, nisi adsit voluntas pupillæ, *L. 6. de sponsal.*

SPONSALIA contrahenda furor impedit, sed postea interveniens non infirmat contracta, *L. 8. eod.*

SPONSALIA non præsumuntur contracta per ductionem ad domum, durant tamen; si ante ductionem contracta sunt, *L. 9. eod.*

SPONSALIA filiæ existentis in potestate, potest pater dissolvere, secus si fuerit emancipata, *L. 10. eod.*

SPONSALIA, sicut nuptiæ, consensu contrahentium fiunt, & ideo, sicut nuptiis, ita sponsalibus filiamfamilias consentire oportet, *L. 11. eod.*

SPONSALIA, filiofam. dissentiente, ejus nomine non possunt fieri à parentibus, *L. 13. eod.*

In SPONSALIBUS contrahendis ætas contrahentium definita non est, ut in matrimoniis; quapropter & à primordio ætatis sponsalia effici possunt, si modo id fieri ab utraque persona intelligatur, i. e. si non sint minores, quam septem annis, *L. 14. eod.*

SPONSALIA contrahi possunt inter præsentes, vel etiam absentes per nuncium, vel per epistolam, *L. 18. eod.*

SPONSALIORUM nomine arræ datæ si interea sponsus, vel sponsa decesserit, debent restitui, nisi causam, ne nuptiæ celebrarentur, defuncta persona præbuit, *L. 3. C. de sponsal.*

SPONSALITIUS, *a, m.*

SPONSALITIA largitas dicitur donatio propter nuptias, *Auth. Sive à me. C. ad SC. Vellej.*

SPONSALITIA largitas insinuationem non desiderat, etiamsi ab alio, quam à viro detur, *Auth. Eo decursum. C. de donat. ante nupt.*

SPONSIO.

SPONSIO appellatur, non solum quæ per sponsi, al. *sponsus*, interrogationem fit, sed omnis stipulatio promissioque, *L. 7. de V. S.*

SPONSIO quandoque accipitur pro certa constitutione præmii victuro in aliquo ludo, vel certamine, *L. 3. de aleatoribus.*

Si quis SPONSIONIS causa annulos acceperit, nec reddit victori, præscriptis verbis actio in eum competit, *L. 17. §. 5. de præscript. verb.*

SPONSVS.

SPONSVS uxoratus fingens se cœlibem, si donaverit sponsæ causa sponsalium, vel nuptiarum, talis donatio non valet, neque ipsa potest dici sponsa, cum vir haberet uxorem, *L. 5. C. de donat. ante nupt.*

SPONSVS quod illicite rapuit à sponsa, vel e contra non secuto matrimonio, tenetur restituere, competitque repetitio ei, cui raptum est, per actionem vi bonorum raptorum, *L. 10. C. eod.*

SPONSVS si causa liberalitatis res suas proprias tradiderit sponsæ, per mortem ejus donatio irrita fieri non potest, *L. 11. C. eod.*

SPONSVS rem donatam sponsæ sequentibus creditoribus obligare non potest, *L. 13. C. eod.*

SPONSVS quando donat sponsæ, & non interveniente osculo, sive sponsus sive sponsa obierit, tota donatio infirmatur, & donatori sponso vel ejus heredi debet restitui, *L. 16. C. eod.*

SPONSVS quando donat sponsæ, si interveniente osculo ante nuptias sponsus, vel sponsa decesserit, dimidia pars rerum donatarum ad superstitem pertinet, altera dimidia ad defuncti vel defunctæ heredes, *ib.*

Si SPONSVS de futuro, ante copulam, ad remota se transfert, sponsa libere cum alio contrahit, pœnitentia tamen ei imposita, si per eam stetit, quominus matrimonium sit peractum, *c. de illis. X. de sponsalib.*

Inter SPONSVM & Sponsam conjugium quidem est, sed inchoatum, *c. 34. q. 2. caus. 27.*

SPORTVLÆ

SPORTVLAE vel Salaria, executoribus vel nuntiis, qui faciunt homines repræsentari, & qui faciunt homini citationes, pro suis officiis dabantur secundum quantitatem petitam. *§. 24. de A.*

SPORTVLAE minores dantur & præstantur apparitoribus à Clericis, quam à Laicis, *L. 25. §. 2. C. de Episcop.*

SPORTVLAE ab Ecclesiis non præstantur, ab illis enim sunt liberæ, *Auth. Sed hodie. C. eod.*

SPORTVLARVM nomine, Clerici judicantes, nihil pro suis sententiis accipere debent, *c. 10. X. de vit. & honest. Cleric.*

SPVRCARE.

Qui SPVRCAT vinum, i. e. qui aquam infundit, tenetur L. Aquilia, *L. 27. §. 15. ad L. Aquil.*

SPVRIVS.

SPVRII appellantur παρὰ τὴν σπορὰν, i. e. à satione, & ἀπάτορες, quasi sine patre filii, *§. 12. de N.*

SPVRIVS est, & ab hereditate repellitur, quem quis viva uxore ex alia procreavit, licet illam mortua uxore duxerit, *c. 6. X. qui filii sint legit.*

SPVRII matrem potius, quam patrem sequuntur, *c. liberi. q. 4. caus. 32.*

SPVRII eligi non possunt, sed tantum postulari, *c. 20. X. de elect.*

SPVRIOS scienter eligentes, sua potestate priventur, *c. 25. X. eod.*

STABVLARIVS.

STABVLARII & caupones de recepto

pro tenentur, *L. 1. pr. nauta, caupones*,&c.

STABVLARIVS pro custodia non recipit mercedem, sed recipit, ut permittat jumenta apud eum stabulari, & tamen tenetur de custodia etiam levissima culpa, *L. 5. pr. eod.*

STABVLVM.

STABVLA, quæ non sunt in continentibus ædificiis, quod ad causam taciti pignoris pro invectis & illatis pertinet, non multum differunt à prædiis urbanis, *L. 4. §. 1. in quibus cauf. pign.*

STAGNVM.

Ex STAGNO, quod dicitur illud, quod habet temporalem aquam, quæ tempore pluviæ colligitur, concedi aquæductus non potest, *L. 28. de S. PV.*

STAMEN.

STAMEN dicitur lana, quæ trahitur à trama, *L. 70. §. 2. de legat. 3.*

STATERA.

STATERAE adulterinæ onerant annonam, *L. 6. §. 1. de extraordinar. crimin.*

STATERAS vel mensuras falsas & adulterinas habens tenetur L. Cornelia de falsis, perinde ac si lege testamentaria, quod testamentum falsum scripsisset, signasset, recitasset, damnatus esset, *ibid.*

STATERAM omnis Iudex gestare debet, ut in utroque pensò justitiam & misericordiam habeat, *c. 10. dist. 45.*

STATERA dolosa, quæ gravius pro se, levius pro alio ponderat, est vitanda, *c. non afferamus q. 1. cauf. 24.*

STATVA.

STATVAE & imaginis usumfructum posse relinqui, magis est, quia & ipsæ habent aliquam utilitatem, si quo loco opportuno ponantur, *L. 41. pr. de usufructu.*

Si STATVAM legavero, & postea ex alia statua brachium ei adjecero, omnimodo statua à legatario vindicari potest, *L. 14. de auro, argento*, &c.

STATVAS in civitate positas in honorem ipsius civitatis nulli privato licet auferre, nec ei, qui posuit, *L. 41. de A. R. D.*

STATVAS in honorem civitatis positas si quis petierit, cives debent se tueri exceptione adversus petentem eas, & debent agere adversus possidentem eas utili actione in rem, *ibid.*

STATVAE positæ in publico loco non transeunt cum universitate bonorum, *L. 29. de rebus autoritate Iudicis poss.*

STATVAE positæ in loco publico sive ornandi municipii causa, sive ejus causa, in cujus honorem & memoriam positæ sunt, nullo modo possunt distrahi per creditores, *ibid.*

STATVLIBER.

STATVLIBER est, qui statutam & destinatam in tempus vel conditionem libertatem habet, *L. 1. pr. de statuliberis.*

Fiunt autem STATVLIBERI vel conditione expressa, vel vi ipsa, *ibid.*

Quomodo STATVLIBERI conditione expressa fiunt, manifestum est, *ibid.*

STATVLIBERI vi ipsa fiunt, cum creditoris fraudandi causa manumittuntur, nam dum incertum est, an creditor jure suo utatur, interim statuliberi sunt, quoniam fraus cum effectu in L. Ælia Sentia accipitur, *L. 1. §. 1. eod.*

STATVLIBEROS conditioni parere oportet, si nemo eos impediat, & sit conditio possibilis, *L. 3. pr. eod.*

STATVLIBER, qui non rationes reddere, sed pecuniam jussus est dare, numerare debet, non fidejussorem dare, *L. 5. §. 1. eod.*

STATVLIBER decem dare jussus, & liber esse, si quinque datis distractus sit,

fit, residua quinque emptori dabit, *L. 6. §. 5. eod.*

Conditionem STATVLIBERI usufructus alienatio secum non trahit, *L. 7. eod.*

STATVLIBERVM medio tempore servum heredis esse, nemo est, qui ignorare debet, ea propter noxæ dedi poterit, sed deditus sperare adhuc libertatem poterit, nec enim deditio spem illi adimit libertatis, *L. 9. pr. eod.*

STATVLIBERA quidquid peperit, hoc servum heredis est, *L. 16. eod.*

STATVLIBEROS venundari posse, Leges XII. Tabularum putaverunt, *L. 25. eod.*

STATVLIBERI à cæteris nostris servis nihilo, pene differunt, *L. 29. pr. eod.*

STATVLIBERORVM jura per heredem fieri non possunt duriora, *L. 33. eod.*

STATVS.

De STATV defunctorum post quinquennium quærere non licet, neque privatim, neque fisci nomine, *L. 1. pr. ne de statu defunctorum.*

Nec ejus STATVS retractandus est, qui intra quinquennium decessit, si per hujus quæstionem præjudicium futurum est ante quinquennium mortuo, *L. 1. §. 1. eod.*

STATVS quandoque alicujus potest esse in pendenti, *L. 12. §. 1. de captivis.*

Ille STATVS alicujus esse videtur, in quo ipse deprehenditur, donec contrarium probetur, *c. si Iudex. de sent. excomm. in 6.*

STATVS personæ, & veritas facti attendenda est, *c. 6. X. de sent. excommun.*

Qui in causa STATVS appellavit, per se, non per procuratorem agere potest, *c. si quando. q. 6. caus. 2.*

STATVERE.

Verbum STATVIT rem consummatam significat, non inceptam, *c. 17. dist. 1. de pœnit.*

Per verbum STATVO & *præcipio*, definitiva sententia ferri potest, licet non dicatur, *absolvo*, vel *condemno*, *c. in his. X. de V. S.*

STATVTVM.

STATVTVM factum à magistratu ligat ipsum magistratum, *L. 1. §. 1. quod quisque juris* &c.

STATVTA & consuetudines contra libertatem Ecclesiæ ejusque personas inductas adversus canones non valent, *Auth. Cassa. C. de Sacrosanct. Eccles.*

STATVTA sunt facti, & in facto consistunt, *c. 1. de constit. in 6.*

STATVTA sibi potest facere qualibet universitas, *c. 9. de hæret. in 6.*

STATVTORVM ignorantia excusat, *c. 1. de constit. in 6.*

Lex tollens STATVTA, non tollit pacta, vel privilegia, nisi de eis faceret mentionem, *c. 40. de elect. in 6.*

STATVTVM unius Legati potest alter confirmare, *c. 1. X. de locat. conduct.*

STATVTVM contra legem Evangelicam, vel Propheticam, vel Apostolicam doctrinam non valet, *c. omne. q. 1. caus. 25.*

STATVTA Laicorum super re ecclesiastica non valent, nisi ab Ecclesia confirmentur, *c. 10. X. de constit.*

STELLIONATVS.

STELLIONATVS actio neque publicis judiciis, neque privatis actionibus continetur, *L. 1. stellionatus.*

STELLIONATVS judicium famosum quidem non est, sed coërcitionem extraordinariam habet, *L. 2. eod.*

STELLIONATVS accusatio ad Præsidis cognitionem spectat, *L. 3. pr. eod.*

STELLIONATVS criminis accusatio competit adversus eos, qui dolo aliquid

quid

quid fecerunt, nec sit aliquod crimen, quod eis objiciatur, *L. 3. §. 1. eod.*

In STELLIONATVS criminibus operatur persecutio id, quod actio de dolo operatur in privatis judiciis, *ib.*

STELLIONATVS crimine agitur, ubicunque deficit titulus criminis, *ib.*

Pœna autem STELLIONATVS nulla legitima est, cum nec legitimum crimen sit, *L. 3. §. 2. eod.*

STELLIONATVS crimen committit, qui merces suppressit, *L. 3. §. 3. eod.*

STEMMA.

STEMMATA cognationum directo limite in duas lineas separantur, quarum altera superior, altera inferior, *L. 9. de gradibus.*

STERCVLINVM.

STERCVLINI à vicino ita facti, ut meus paries madescat, nomine ago ex interdicto, si in publico factum sit; de servitute, si in privato; damni infecti, si damni infecti stipulatus sum, *L. 17. §. 2. si servit. vindic.*

STERILIS, e.

STERILIS natura dicitur sana, sed vitio corporis dicitur morbosa, *L. 14. §. 3. de ædilit. edicto.*

STERILEM uxorem dimittere non licet, *c. penult. q. 7. cauf. 32.*

STERILITAS.

STERILITAS unius anni non impedit, quominus debeatur legatum annuum ex quodam prædio etiam eo anno, si ex fructibus illius prædii cæterorum annorum antecedentium & sequentium dari potest, *L. 17. §. 1. de annuis legatis.*

STERILITATIS venena si uxor procurat, non est vere uxor, *c. aliquando. q. 2. cauf. 32.*

STERILITATEM dans mulieri, homicida est, *c. 5. X. de homicid.*

STILLICIDIVM.

STILLICIDIA domus tuæ si recipit domus mea per tegulas, non potes mutare tectum tegularum, faciendo illud ex tabulis, vel ex alia materia, *L. 20. §. 4. de S. P. V.*

STILLICIDIA domus tuæ si recipiat domus mea, poteris domum tuam exaltare, sed deprimere non poteris, quia stillicidium, quod ex alto cadit, lenius, & interdum nec directe pervenit ad locum servientem, sed quod ex inferiori loco cadit, fit gravior servitus, quia rectius cadit, *L. 20. §. 5. eod.*

STILLICIDIVM domus tuæ si cadit in area mea, possum in ea ædificare usque ad eum locum, unde stillicidium cadit, *L. 20. §. 6. eod.*

STIPENDIVM.

STIPENDIVM à stipe appellatum est, quod per stipes, id est, modica æra colligatur, *L. 27. §. 1. de V. S.*

STIPENDIVM tributum vocatur, teste Pomponio, *ib.*

STIPENDIVM pro obsequio, *II. F. 107.*

STIPENDIA militiæ pro quantitate feudi, *II. F. 54.*

STIPENDIVM necessario præbetur militi propter bella, *c. 4. q. 1. cauf. 23.*

STIPENDIORVM modus est militaris, *c. 10. dist. 1.*

STIPENDIVM & beneficium Clerici detinere debent pro debito ejus, *c. 2. X. de fidejussor.*

Iustum est, ut illi consequantur STIPENDIVM, qui pro tempore suum commodarunt obsequium, *c. 45. q. 2. cauf. 12.*

STIPVLA.

STIPVLA illecta est spicæ in messe dejectæ, (necdum lectæ) quas rustici, cum vacaverint, colligunt, *L. 30. §. 1. de V. S.*

STIPVLARI.

Qui ante Kalendas proximas STIPV-

LETVR, similis est ei, qui Kalendis stipulatur, *L. 13. de V. O.*

Si rem tradi STIPVLAMVR, non intelligimur proprietatem ejus dari stipulatori, sed tantum tradi, *L. 28. eod.*

Si in nomine servi, quem STIPVLAREMVR dari, erratum fuisset, cum de corpore constitisset, placet stipulationem valere, *L. 32. eod.*

Si STIPVLOR, *ut id fiat, quod natura fieri non concedit*; non magis obligatio consistit, quam cum *stipulor, ut detur, quod dari non potest*, nisi per quem stetit, quominus facere id possit, *L. 35. pr. eod.*

Si certos nummos, puta, qui in arca sint, STIPVLATVS sim, & hi sine culpa promissoris perierint, nihil nobis debetur, *L. 37. eod.*

Si quis ita STIPVLATVS fuerit, *uti frui sibi licere*, ad heredem ista stipulatio non pertinet, *L. 38. §. 10. eod.*

Si quis ita STIPVLATVS fuerit; *Illum sistas?* nulla causa est, cur non obligatio constat, *L. 38. §. 24. eod.*

Si filius meus servo meo STIPVLETVR, acquiritur mihi, *L. 40. eod.*

Quodcunque STIPVLATVR is, qui in alterius potestate est, pro eo habetur, ac si ipse esset stipulatus, *L. 45. pr. eod.*

Non solum ita STIPVLARI possumus, *Cum morieris*; sed etiam: *Si morieris*, *L. 45. § 3. eod.*

Filius patri dari STIPVLARI videtur, & si hoc non adjiciat, *L. 45. §. 4. eod.*

Si ita à te STIPVLATVS fuero; *Quanto minus à Titio consecutus fuero, tantum dare spondes?* non solet dubitari, quin, si nihil à Titio fuero consecutus, totum debeas, quod Titius debuerit, *L. 150. de V. S.*

STIPVLANTES sub conditione, eis acquirunt, sub cujus potestate sunt, licet demum conditio post emancipationem existat, *L. 18. de R. I.*

Cum quis *sibi aut Titio dari* STIPVLATVS est, soli Titio, non etiam successoribus ejus recte solvitur, *L. 55. de V. O.*

Qui ita STIPVLATVR, *decem, quoad vivam, dari spondes?* confestim decem recte dari petit, *L. 56. §. 4. eod.*

Qui *usumfructum fundi* STIPVLATVR, deinde fundum, similis est ei, qui partem fundi *stipulatur*, deinde totum; quia fundus dari non intelligitur, si ususfructus detrahatur, *L. 58. eod.*

SERVVS vetante domino si pecuniam ab alio STIPVLATVS sit, nihilominus obligat domino promissorem, *L. 62. eod.*

Si pœnam STIPVLATVS fuero; *Si mihi pecuniam non credidisses*, certa est & utilis stipulatio, *L. 68. eod.*

Nemo utiliter STIPVLATVR rem suam futuram in eum casum, quo sua sit, *L. 87. eod.*

Si ita STIPVLER; *Per te non fieri, quominus hominem ex his, quos habes, sumam?* electio mea erit, *L. 93. eod.*

Si fundum certo die præstari STIPVLER, & per promissorem steterit, quominus ea die præstetur, consecuturum me quanti mea intersit moram facti non esse, *L. 114. eod.*

Si servus Reipublicæ, vel Municipii, vel Coloniæ STIPVLETVR, puto valere stipulationem, *L. 3. de stipul. servor.*

Ius STIPVLANDI servus ex persona domini habet, *pr. Inst. de stipulat. serv.*

Quod servus hereditarius STIPVLATVR ante aditam hereditatem, acquiritur hereditati, ac per hoc etiam heredi postea facto acquiritur, *ib.*

Post mortem suam dari sibi, nemo STIPVLARI poterat, non magis, quam post ejus mortem, à quo *stipulabatur*, *§. 13. de inutil. stipulat.*

Mu-

Mutus neque STIPVLARI, neque promittere poteſt, *§. 7. eod.*

Alteri STIPVLARI nemo poteſt, *§. 19. eod.*

STIPVLATIO.

STIPVLATIO dicitur à *ſtipulo*, quod apud veteres firmum appellabatur, forte à *ſtipite* deſcendens, *pr. Inſt. de V. O.*

STIPVLATIO ſ. *verborum obligatio* contrahitur ex interrogatione & reſponſione, cum quid dari fierive nobis ſtipulamur, *ib.*

STIPVLATIO utrum Latina, an Græca vel qualibet alia lingua concipiatur, nihil intereſt, ſc., ſi uterque ſtipulantium intellectum ejus linguæ habeat, nec neceſſe eſt eadem lingua utrumque uti, ſed ſufficit congruenter ad interrogata reſpondere, *§. 1. eod.*

Omnis STIPVLATIO aut pure, aut in diem, aut ſub conditione fit, *§. 2. eod.*

Pure STIPVLATIO fit, veluti, *quinque aureos dare ſpondes?* idque confeſtim peti poteſt, *ib.*

In diem STIPVLATIO fit, cum adjecto die, quo pecunia ſolvatur, veluti, *decem aureos primis Kalendis Martiis dare ſpondes? ib.*

Sub conditione STIPVLATIO fit, cum in aliquem caſum differtur obligatio, ut, ſi aliquid factum fuerit, vel non fuerit, committatur ſtipulatio, §. 4. *eod.*

STIPVLATIONI loca inſeri ſolent, veluti, *Carthagini dare ſpondes?* quæ ſtipulatio licet pure fieri videtur, tamen re ipſa habet tempus adjectum, quo promiſſor utatur ad pecuniam Carthagini dandam, §. *5. eod.*

Non ſolum res in STIPVLATIONEM deduci poſſunt, ſed etiam facta; ut ſi ſtipulemur aliquid fieri, vel non fieri, *§. 7. eod.*

Cum factum in STIPVLATIONE continebitur, omnimodo ſtipulantis perſona continetur, §. *2. de ſtipulatione ſervor.*

STIPVLATIONES aliæ ſunt judiciales, aliæ prætoriæ, aliæ conventionales, aliæ communes, tam prætoriæ, quam judiciales, *pr. Inſt. de diviſione ſtipulation.* De quibus infra.

In STIPVLATIONEM omnis res, quæ domino noſtro ſubjicitur, deduci poteſt, ſive mobilis ſit, ſive ſoli, *pr. Inſt. de inutil. ſtipulation.*

Inutilis STIPVLATIO eſt, ſi quis ad ea, quæ interrogatus fuerit, non reſpondeat, *§. 5. eod.*

STIPVLATIO inutilis eſt, ſi vel ab eo ſtipuleris, qui tuo juri ſubjectus eſt, vel ſi is à te ſtipuletur, *§. 6. eod.*

STIPVLATIO non valet, ſi impoſſibilis conditio obligationibus adjiciatur, *§. 11. eod.*

STIPVLATIO inter abſentes concepta inutilis eſt, §. *12. eod.*

Quoties plures res in STIPVLATIONE comprehenduntur, ſi quidem promiſſor ſimpliciter reſpondeat, *dare ſpondeo*, propter omnes tenetur, §. *18. eod.*

STIPVLATIO & promiſſio pœnæ non tenet, quæ in matrimoniis vel ſponſalibus fuit appoſita, *c. 29. X. de ſponſalib.*

Ex STIPVLATIONE pœnali, ſi non fiat, quod ſub pœna promiſſum eſt, actio ad pœnam petendam datur, niſi matrimonium ſub pœna ſit promiſſum, *ib.*

Hæc STIPVLATIO, *Noxis ſolutum præſtari*, non exiſtimatur ad eas noxas pertinere, quæ publicam exercitionem, & coërcitionem capitalem habent, *L. 200. de V. S.*

In STIPVLATIONIBVS id tempus ſpectatur, quo contrahimus, *L. 144. de R. I.*

STIPVLATIO non potest confici, nisi utroque loquente, & ideo neque mutus, neque surdus, neque infans stipulationem contrahere possunt, nec absens quidem, quoniam exaudiri invicem debent, *L. 1. pr. de V. O.*

STIPVLATIONVM quædam in dando, quædam in faciendo consistunt, *L. 2. pr. eod.*

STIPVLATIO est verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum facturumve se, quod interrogatus est, responderit, *L. 5. §. 1. eod.*

Satis acceptio est STIPVLATIO, quæ ita obligat promissorem, ut adpromissores quoque ab eo accipantur, i. e. qui idem promittunt, *L. 5. §. 2. eod.*

STIPVLATIO hujusmodi, *In annos singulos*, una est, & incerta, & perpetua, *L. 16. §. 1. eod.*

STIPVLATIO non valet, in Rei promittendi arbitrium collata conditione, *L. 17. eod.*

Si STIPVLATIO facta fuerit; *Si culpa tua divortium factum fuerit, dari?* nulla stipulatio est, *L. 19. eod.*

Hujusmodi STIPVLATIONES non sunt inutiles, *Quod tibi Titius debet, cum debitor esse desierit, dare spondes?* nam valet stipulatio, quasi sub quavis alia conditione concepta, *L. 20. eod.*

STIPVLATIONES turpes nullius sunt momenti, *L. 26. eod.*

STIPVLATIONES commodissimum est ita componere, ut quæcunque specialiter comprehendi possint, contineantur, *L. 53. eod.*

In STIPVLATIONIBVS alias species, alias genera deducuntur, *L. 54. pr. eod.*

STIPVLATIO operarum similis est his stipulationibus, in quibus genera comprehenduntur, *L. 54. §. 1. eod.*

STIPVLATIONES non dividuntur earum rerum, quæ divisionem non recipiunt; veluti viæ, itineris, actus, aquæductus, cæterarumque servitutum, *L. 72. pr. eod.*

Interdum pura STIPVLATIO ex re ipsa dilationem capit; veluti, si id, *quod in utero sit*, aut *fructus futuros*, aut *domum ædificari*, stipulatus sit, *L. 73. pr. eod.*

STIPVLATIONVM quædam certæ sunt, quædam incertæ, *L. 74. eod.* De his infra.

Quoties in STIPVLATIONIBVS ambigua oratio est, commodissimum est id accipi, quo res, qua de agitur, in tuto sit, *L. 80. eod.*

Doli clausula, quæ STIPVLATIONIBVS subjicitur, non pertinet ad eas partes *stipulationis*, de quibus nominatim cavetur, *L. 119. eod.*

Si flagitii faciendi vel facti causa concepta sit STIPVLATIO, ab initio non valet, *L. 123. eod.*

De hac STIPVLATIONE; Annua, bima, trima die id argentum quaque die dari? apud veteres variatum fuit: *Paulus:* Sed verius, & hic tres esse trium summarum stipulationes, *L. 140. §. 1. eod.*

STIPVLATIO *Aquiliana.*

STIPVLATIO Aquiliana omnimodo omnes præcedentes obligationes novat, & perimit, ipsaque perimitur per acceptilationem, *L. 4. de transact.*

Cum STIPVLATIO Aquiliana interponitur, quæ ex consensu redditur, lites, de quibus non est cogitatum, in suo statu retinentur. *L. 5. eod.*

STIPVLATIO Aquiliana renovat omnes obligationes. & à *Gallo Aquilio* ita composita est, §. 2. *quib. mod. tollitur obl.*

Per STIPVLATIONEM Aquilianam omnium rerum obligatio in stipulatum deducitur, *ibid.*

STIPV-

STIPVLATIO *certa.*

STIPVLATIO certa est, ubi ex ipsa pronunciatione apparet, quid, quale, quantumque sit; ut ecce auri decem, fundus Tusculanus, homo Stichus, tritici Africi optimi modii centum, vini Campani optimi amphoræ centum, *L. 74. de V. O.*

STIPVLATIO *communis.*

STIPVLATIONES communes dicuntur, quæ tam prætoriæ, quam judiciales sunt; veluti rem salvam fore pupillo; nam & Prætor jubet rem salvam fore pupillo, caveri, & interdum Iudex, si aliter hæc res expediri non potest; vel de rato stipulatio, §. *4. de divisione stipulat. L. 5. pr. de V. O.*

STIPVLATIO *conventionalis.*

STIPVLATIONES conventionales sunt, quæ ex conventione utriusque partis concipiuntur, hoc est, neque jussu Iudicis, neque jussu Prætoris, sed ex conventione contrahentium, quarum totidem genera sunt, quot (pene dixerim) rerum contrahendarum, §. *3. de divisione stipulat. L. 5. pr. de V. O.*

STIPVLATIO *incerta.*

STIPVLATIO incerta dicitur, ubi non apparet, quid, quale, quantumque est in stipulatione, *L. 75. pr. de V. O.*

STIPVLATIO *judicialis.*

STIPVLATIONES judiciales sunt, quæ à mero Iudicis officio proficiscuntur; veluti de dolo cautio, vel de persequendo servo, qui in fuga est, restituendove pretio, *§. 1. de divisione stipulat. L. 5. pr. de V. O.*

STIPVLATIO *prætoria.*

STIPVLATIONES prætoriæ sunt, quæ à mero Prætoris officio proficiscuntur, veluti damni infecti, vel legatorum; Prætorias autem stipulationes sic exaudiri oportet, ut in his etiam contineantur ædilitiæ, nam & hæ à jurisdictione Prætoris veniunt, *§. 2. de divis. stipul. L. 5. pr. de V. O.*

STRATOR.

Nemo Proconsulum STRATORES suos habere potest, sed vice eorum milites ministerio in provinciis funguntur, *L. 4. §. 1. de offic. Proconſ.*

STRATORES equos militares probabant, qui à provincialibus conferebantur, *L. un. C. de Strator. XII.*

STRATVS.

In STRATV omne vestimentum continetur, & omnis stragula vestis est, *L. 45. de V. S.*

STROBILVS.

STROBILI, al. *Strobyli* de pinu, ligni appellatione continebuntur, *L. 55. §. 10. de legat. 3.*

STVDIVM.

STVDIVM liberalium artium, ad utilitatem Ecclesiæ approbatur, *c. 12. dist. 37.*

STVDIVM Clerici debet esse, Divinis officiis intendere, *c. 3. dist. 23.*

STVDIORVM causa absens habet justissimam & probabilem causam ad restitutionem, *L. 28. pr. ex quib. cauſ. maj.*

STVLTE.

STVLTE interroganti, rustice respondendum, *L. 27. qui testam. fac.*

STVLTITIA.

STVLTITIA vocatur quandoque imprudentia & error, *L. 51. pr. de evictiion.*

STVLTVS.

STVLTI non debent esse melioris conditionis, quam periti, *L. 4. quod vi aut clam. c. 18. de præbendis in 6.*

STVLTVS est, qui in eo se primum existimat, ut bona, quæ viderit, discere contemnat, *c. 4. dist. 22.*

STVLTVS in culpa, erit sapiens in pœna, *c. 10. dist. 38.*

STVPRARE.

STVPRANS per vim puerum, vel fœminam, aut quemquam, tenetur L. Iulia de vi publica, *L. 3. §. 4. ad L. Iul. de vi publ.*

Si quis STVPRAVERIT virginem immaturam, tenetur L. Aquilia, *L. 25. de injur.*

STVPRANS ancillam, tenetur domino injuriarum, *ibid.*

STVPRANS Sponsæ matrem, Sponsam nunquam, sed aliam ducere potest; secus si prius Sponsam, deinde ejus matrem, seu utramque cognovit, *c. 2. X. de eo, qui cognov.*

Si pater STVPRAVIT Sponsam filii, simul cum ea sine spe conjugali maneat, filius tamen, patris factum ignorans, aliam accipiat, *c. 32. q. 2. caus. 27.*

STVPRATAM à consanguineo, uxorem ducere non potest, *c. Nec eam. q. 2. caus. 35.*

STVPRANS uxoris sororem, neutram valet habere, *c. qui dormierit. q. 2. caus. 27.*

Sacerdos STVPRANS pœnitentem suam, adulter Sacrilegus est, *c. omnes. q. 1. caus. 30.*

STVPRANS virginem, eam dotare debet & ducere, quodsi ducere nolit, vel parentes eam ipsi dare noluerint, dotabit eam tamen, & præter dotem, corporaliter castigabitur, *c. 1. & 2. X. de adult.*

STVPRVM.

Inter STVPRVM & adulterium differentiam interesse quidam putant, *L. 101. pr. de V. S.*

STVPRVM in viduam committitur, *ib.*

STVPRVM proprie est Virginum illicita defloratio utriusque voluntate, *c. Lex. §. stuprum. q. 1. caus. 36.*

STVPRO fruitur, qui Rapta potitur, *c. Raptus. q. 2. caus. 27.*

STVPRVM vel adulterium inferens per vim mari vel fœminæ, potest accusari L. Iulia de adulteriis perpetuo, & sine præfinitione temporis, *L. 29. §. 9. ad L. Iul. de adulter.*

Pro STVPRO comperto si quis aliquid accepit, tenetur pœna L. Iuliæ de adulteriis, *L. 10. C. ad L. Iul. de adult.*

STVPRVM voluntarium punitur in utroque, sed violentum non punitur in patiente, *L. 20. C. eod.*

STVPRVM punibile non committitur cum meretrice, *L. 22. C. eod.*

STVPRVM committens cum domina cauponæ, puniri debet, sed si cum famula, quæ propinaverat vinum potantibus, non punitur, *L. 29. C. eod.*

STVPRO quando feudum amittatur, *II. F. 24. §. 2.*

STYLVS.

STYLVS & consuetudo fori vel judicii pro lege haberi debet, & observari, *L. 1. §. 10. de extraordin. cognit.*

SVARIVS.

SVARII s. Porcinarii cum pervigilem laborem commodis civitatis debeant exhibere, semper liberantur à sordidis muneribus, *L. 1. C. de suariis. XI.*

SVARIORVM Iudex est Prætor urbis, sive ipsi agant, sive ipsi conveniantur, *L. 2. C. eod.*

SVBDELEGARE.

SVBDELEGARE non potest, cujus industria eligitur, nisi formam commissionis habeat, ut per se, vel per alium expedire valeat, *c. 12. de offic. Deleg. in 6.*

SVBDELEGATI recusatio probari debet coram delegato, *c. 27. §. intentionis. eod.*

SVB-

SVBDELEGATVS aliis causam delegare non potest, nisi solus subdelegatus à Principe, *c. 62. X. de appell.*

SVBDELEGATVS procedit mortuo delegato, vel excommunicato, re non amplius integra, *c. 7.* & *10. de offic. Deleg. in 6.*

Si SVBDELEGATVS nec exequi vult, nec potest, delegatus ipse exequatur, *c. 7. eod.*

SVBDELEGATIO.

SVBDELEGATIO, re adhuc integra, perit revocatione delegati, *c. 6. de offic. Deleg. in 6.*

Vt quis SVBDELEGATIONEM suscipiat, delegatus quemlibet potest compellere, nisi malitiose se velit exonerare, *c. 28. eod.*

SVBDIACONATVS.

SVBDIACONATVS ab Vrbano II. inter Sacros Ordines repositus est, *c. à multis. X. de ætate & qualit. & ordin. præf.*

Ad SVBDIACONATVM nemo ordinetur, nisi qui caste se victurum promiserit, *c. 1. dist. 28.*

Qui post SVBDIACONATVM uxoribus uti volunt, ab omni sacro officio removeantur, & si ab Episcopo moniti, non abstinuerint, datur licentia Principibus, ut eorum uxores servituti mancipent; Episcopi vero consentientes officiis interdicantur, *c. 10. dist. 32.*

SVBDIACONVS.

SVBDIACONVS s. *Hypodiaconus* ideo sic dicitur, quia jubet præceptis Levitarum, *c. 1. dist. 21.*

SVBDIACONVS & Diaconus simili gaudent privilegio, *c. penult. X. de serv. non ordin.*

Etiam SVBDIACONIS vices suas committit sedes Apostolica, *c. 1. dist. 94.*

SVBDIACONVS quoque in Episcopum eligi potest, si reliqua adsint, *c. à multis &c. X. de ætate & qual. & ordin. præf.*

SVBDIACONVS non debet esse minor 20. annis, *c. Subdiaconus. dist. 77.*

SVBDISIVNCTIVVM.

SVBDISIVNCTIVI duo sunt genera, *L. 124. de V. S.*

Vnum, cum ex propositis finibus ita non potest uterque esse, ut possit neuter esse: veluti cum dicimus, *aut sedet, aut ambulat:* Nam ut nemo potest utrumque simul facere; ita aliquis potest neutrum, veluti is, qui accumbit, *ibid.*

Alterius generis est, cum ex propositis finibus ita non potest neuter esse, ut possit utrumque esse, veluti cum dicimus, *omne animal aut facit, aut patitur:* Nullum est enim, quod nec faciat, nec patiatur: at potest simul & facere, & pati, *ib.*

SVBDITVS.

SVBDITVS debet Superiori suo reverentiam, *Extrav. comm. c. 1. de offic. ordinar.*

SVBDITI dum à Superioribus pro culpis correctionem recipiunt, obedientiam exhibere tenentur, *ib.*

SVBDITI pro diversitate culparum à Præpositis corripiantur, *c. 17. q. 3. caus. 24.*

SVBDITVS obedientiam non potest præscribere, *c. 12. X. de præscript.*

SVBDITI non plus, quam expedit, sint subjecti, ne vitia superiorum venerari compellantur, *c. admonendi, q. 7. caus. 2.*

Circa commoda SVBDITORVM debet magistratus laborare, *c. 1. de offic. Legat. in 6.*

Per boves recalcitrantes intelliguntur SVBDITI inobedientes, *c. 27. §. boves. q. 7. caus. 2.*

SVB-

SVBFEVDVM.

SVBFEVDVM amissum propter offensam in Dominum mediatum aperitur Domino immediato, *II. F. 55.*

SVBFEVDVM redibat ad Dominum priorem, *II. F. 10.*

SVBFEVDVM quando revertitur ad Dominum cum incremento, *I. F. 4. §. 6.*

SVBIECTIO.

SVBIECTIONIS probatio sunt tributa, *c. 2. X. de censib.*

SVBIECTVM.

SVBIECTVM mutant accidentia, *c. 6. §. quæsivisti. X. de celebr. Miss.*

SVBINFEVDARE.

SVBINFEVDARE potest Vasallus, *II. F. 34. §. 2.*

Et quidem totum feudum, vel partem, *II. F. 9. pr.*

Personæ habili, *II. F. 34. §. 2.*

Vltra tertiam personam, *ib.*

Imo in infinitum, *ib.*

SVBINFEVDATIO.

SVBINFEVDATIO in fraudem juris, *II. F. 3. §. 1.*

SVBINFEVDATVS.

SVBINFEVDATI jus olim finiebatur finito jure Vasalli, *II. F. 9. pr.*

SVBSCRIBERE.

SVBSCRIBENS alicui contractui, videtur ille consentire, *c. 6. X. de reb. Eccl. alien.*

SVBSCRIBENS se ut testis, non dicitur fidejubere, *L. 6. C. de fidejuss.*

SVBSCRIPTIO.

SVBSCRIPTIO tantum operatur, quantum scriptura, *L. 6. §. 1. de edendo.*

SVBSCRIPTIO Notarii facit scripturam authenticam; vel si non habetur Notarius, sufficit ad hoc trium testium subscriptio, *c. 15. §. quod si præses. q. 3. caus. 16.*

SVBSECARE.

SVBSECARE arbores, est subsecuisse; non enim poterat cæcidisse intelligi, qui serra secuisset, *L. 5. pr. arborum furtim cæsar.*

SVBSIGNARE.

SVBSIGNATVM dicitur, quod ab aliquo subscriptum est, *L. 39. pr. de V. S.*

SVBSIGNATIO.

SVBSIGNATIONIS verbo pro adscriptione uti solebant, *L. 39. pr. de V. S.*

SVBSTITVERE.

SVBSTITVERE liberis tam heredibus institutis, quam exheredatis possumus, *L. 1. §. 2. de vulg. & pupill.*

SVBSTITVERE liberis pater non potest, nisi si heredem sibi instituerit, *L. 1. §. 3. eod.*

Pupillariter SVBSTITVERE possumus liberis impuberibus, *L. 2. pr. eod.*

Emancipatis liberis non possumus, *ibid.*

Posthumis plane possumus, *ib.*

SVBSTITVERE pater soli filio (quando sc. non est institutus,) non potest, nisi miles sit, *L. 2. §. 1. eod.*

SVBSTITVERE quis posthumum suum filio impuberi potest, *L. 2. §. 4. eod.*

Si pater ita SVBSTITVERIT filio impuberi: *Quisquis mihi heres erit, idem filio impuberi heres esto*, ad hanc substitutionem tantummodo scripti sunt admittendi, *L. 3 eod.*

SVBSTITVERE est verbum commune, (potest enim trahi ad diversas species institutionum) *L. 4. §. 2. eod.*

SVBSTITVERE filio pupillariter non tantum pater naturalis, sed & adoptivus potest, etiam in legitima, *L. 16. §. 6. eod.*

Quo gradu heres liberis SVBSTITVATVR, nihil interest, *L. 13. eod.*

SVBSTITVI liberis is etiam potest, qui post mortem ejus natus fuerit, cui substitutus heres fuerit, *L. 17. eod.*

Si servus communis SVBSTITVTVS sit impuberi cum libertate, si quidem à pa-

à patrefam. fuiſſet redemptus, erit impuberi neceſſarius, *L. 18. pr. eod.*

Si ita quis SVBSTITVERIT: *Si filius meus intra decimum annum deceſſerit, Sejus heres eſto*, quid juris, *L. 21. eod.*

Si poſthumus pupillariter SVBSTITVTVS vivo patre naſcatur, rumpit teſtamentum, *L. 26. eod.*

SVBSTITVERE filio vulgariter mater poteſt, etiam in legitima, non autem pupillariter, *L. 33. pr. eod.*

SVBSTITVI plures in unius locum poſſunt, vel unus in plurium, vel ſingulis ſinguli, vel invicem ipſi, qui heredes ſunt inſtituti, *L. 36. §. 1. eod.*

SVBSTITVERE pater liberis ad breve tempus ætatis poteſt, *L. 38. §. 1. eod.*

Pater SVBSTITVERE filio impuberi in ſingulas cauſas alium & alium heredem poteſt, *ib.*

SVBSTITVERE pater etiam poſt pubertatem verbis fideicommiſſariis liberis poteſt, *L. 41. §. 1. eod.*

SVBSTITVTVS duobus impuberibus, ſi ambo in pupillari ætate deceſſerint, utrique ex pupillari ſubſtitutione ſuccedit, *L. 42. eod.*

SVBSTITVERE parens poteſt filio muto, *L. 43. pr. eod.*

Exemplariter SVBSTITVERE poteſt pater filio muto, *L. 9. C. de impub. & aliis ſubſt.*

Ius SVBSTITVENDI muto Princeps poteſt concedere, *L. 43. pr. de vulg. & pup. ſubſt.*

SVBSTITVI ſibi ipſi, niſi mutetur cauſa, nemo poteſt, *L. 48. §. 1. eod.*

SVBSTITVI poſſunt plures in unius locum, & unus in plurium, vel ſinguli in ſingulorum, vel invicem ipſi, qui heredes inſtituti ſunt, *§. 1. de vulgari ſubſt.*

Si quis ex diſparibus partibus heredes ſcriptos invicem SVBSTITVERIT, & nullam mentionem partium in ſubſtitutione habuerit, eas videtur in ſubſtitutione partes dediſſe, quas in inſtitutione expreſſit, *§. 2. eod.*

SVBSTITVI poteſt vel ſingulis liberis, vel ei, qui eorum noviſſimus impubes morietur, *§. 6. de pupill. ſubſtit.*

SVBSTITVITVR autem impuberi aut nominatim; veluti, *Titius heres eſto:* aut generaliter; ut, *Quisquis mihi heres erit*, *§. 7. eod.*

Pupillariter SVBSTITVI poteſt filio usque ad quatuordecim annos, *§. 8. eod.*

SVBSTITVERE non poteſt procurator alium ad matrimonium contrahendum, niſi habeat ſpeciale mandatum, *c. penult. X. de procurat.*

SVBSTITVTIO.

SVBSTITVTIO heredis eſt vel ſimplex, vel duplex, *L. 1. §. 1. de vulg. & pup. ſubſt.*

SVBSTITVTIO, quæ ita fit: Si Stichus heres non erit, liber & heres eſto, non valet, *L. 10. §. 7. eod.*

SVBSTITVTIO facta in locum deficientis primi & ſecundi gradus, non vindicat ſibi locum inſtituto adeunte, *L. 33. §. 1. eod.*

SVBSTITVTIO facta filio valet, licet inſtitutio non præceſſerit, cum intelligatur præceſſiſſe, *L. 41. §. 8. eod.*

SVBSTITVTIO *compendioſa.*

SVBSTITVTIO compendioſa facta à milite diſertis verbis tempore pupillaris ætatis, valet ut pupillaris; poſt pubertatem vero, valet ut militaris, & in eam veniunt nuda bona teſtatoris cum fructibus extantibus, non autem bona impuberis, *L. 15. de vulg. & pup. ſubſt.*

SVBSTITVTIO compendioſa facta à milite intra tempus pubertatis va-

 let

let jure directo, postea obliquatur, *L. 8. C. de impub. & aliis subst.*

SVBSTITVTIO *duplex.*

SVBSTITVTIO duplex est, veluti filius meus mihi heres esto, si heres non erit, sive heres erit, & intra pubertatem decesserit, tunc Cajus heres esto, *L. 1. §. 1. de vulg. & pup. substit.*

SVBSTITVTIO *exemplaris.*

SVBSTITVTIO exemplaris facta ex privilegio Principis, ratione morbi vel vitii, cessante morbo vel vitio expirat, *L. 43. pr. de vulg. & pup. subst.*

SVBSTITVTIO exemplaris furioso facta, cessante furore & hæc cessat, *ibid.*

SVBSTITVTIO *fideicommissaria.*

In SVBSTITVTIONE fideicommissaria non veniunt bona impuberis, secus in pupillari, *L. 41. §. 3. de vulg. & pupill. subst.*

SVBSTITVTIO *pupillaris.*

SVBSTITVTIO pupillaris potest fieri pure, & sub conditione, *L. 8. pr. de vulg. & pup. subst.*

SVBSTITVTIO pupillaris, in qua fit mentio *heredum institutionis*, ad eos tantum heredes pertinet, qui judicio defuncti sunt heredes, *L. 8. §. 1. eod.*

SVBSTITVTIO pupillaris pure ita fit; *Si filius meus inter pubertatem decesserit, Sejus heres esto*, *L. 8. pr. eod.*

SVBSTITVTIO pupillaris sic fieri solet: *Si mihi heres erit, ib.*

SVBSTITVTIO pupillaris facta novissimo in pupillari ætate moriente expirat, si ultimus moriatur pubes, *L. 41. §. 7. eod.*

SVBSTITVTIO pupillaris facta in partem, vel rem certam, si alius non reperitur, trahitur ad universum patrimonium, *L. 41. §. 8. eod.*

SVBSTITVTIO pupillaris cessat, ætate impubere cessante, *L. 43. pr. eod.*

SVBSTITVTIO *reciproca.*

SVBSTITVTIO reciproca videtur facta pro partibus hereditariis sibi vel alteri quæsitis, *L. 41. §. 1. de vulg. & pup. subst.*

SVBSTITVTIO reciproca generaliter facta, refertur prius ad conjunctos, deinde ad cæteros, *L. 41. §. 4. eod.*

Ex SVBSTITVTIONE reciproca debent admitti heredes superstites, non autem heredes præmortuorum, & debent admitti pro hereditariis portionibus, *L. 23. eod.*

SVBSTITVTIO *simplex.*

SVBSTITVTIO simplex est, veluti Lucius Titius heres esto, si Lucius Titius heres non erit, tunc Sejus heres mihi esto, *L. 1. §. 1. de vulg. & pup. subst.*

SVBSTITVTIO *vulgaris.*

In SVBSTITVTIONE vulgari, qua ei, *qui supremus morietur*, heres substituitur, recte substitutus etiam unico intelligitur, exemplo duodecim tabularum, ex quibus proximus agnatus & solus habetur, *L. 162. pr. de V. S.*

SVBSTITVTIO vulgaris expressa continet tacitam pupillarem, & è converso, *L. 4. pr. de vulg. & pup. substit.*

Spes SVBSTITVTIONIS vulgaris non ad heredes transmittitur, *L. 10. pr. eod.*

SVBSTITVTVS.

SVBSTITVTVS moriens, vivente eo, cui substitutus fuit, non transmittit jus

jus substitutionis ad heredem, *L. 47. de vulg. & pup. subst.*

SVBSTITVTVS substituto directa substitutione intelligitur substitutus quoque instituto, *L. 41. pr. eod.*

SVBSTITVTI capacitas spectatur tempore cedentis substitutionis, *L. 11. eod.*

SVBSTITVTVS in locum instituti vocatur, *L. 19. pr. de injusto, rupto,* &c.

SVBTILITAS.

A SVBTILITATE discedimus, ut æquum sequamur, *L. 13. pr. de liber. & posthum.*

SVBVASALLVS.

SVBVASALLVS debet ad satisfaciendum adigi à Vasallo, si Dominum mediatum iste offenderit, *II. F. 55.*

SVBVENIRE.

Si alteri SVBVENIRI non potest, nisi alter lædatur, commodius est neutrum juvari, quam gravari alterum, *c. denique. q. 5. caus. 14.*

SVBVENITVR ignoranti, *II. F. 26. c. 5. §. 8.*

SVBVRBIVM.

SVBVRBIA & continentia ædificia, dicuntur interdicta, interdicta civitate, *c. 17. de sent. excomm. in 6.*

SVCCEDERE.

Qui SVCCEDVNT in alterius locum, justam habent causam ignorantiæ, an id, quod peteretur, deberetur, *L. 42. de R. I.*

SVCCEDENS in jus alterius, eo jure, quo ille, uti debet, *c. 46. de R. I. in 6.*

SVCCEDIT in integrum Ecclesia intestato Episcopo, & Sanctimoniali, si nulli sint cognati, *c. penult. & ult. q. 5. caus. 12.*

SVCCEDERE parentibus incestuosi non possunt, cum non appellentur filii, *c. un. q. 7. caus. 35.*

SVCCEDERE aliquis viventi Episcopo non potest, *c. fructus. q. 1. caus. 7.*

SVCCEDIT morienti Episcopo Coadjutor, *c. non autem. eod.*

Non valet pactum de SVCCEDENDO post mortem Prælati, in ipsius Ecclesiam, *c. accepimus. X. de pactis.*

In bonis Ecclesiæ non SVCCEDITVR jure consanguinitatis, *c. 1. X. de præbend.*

Infidelis SVCCEDERE fideli non debet, *c. 5. X. de hæret.*

SVCCEDERE debet in onere, qui substituitur in honore, *c. 77. de R. I. in 6.*

SVCCESSIO.

Quoties SVCCESSIO duplici jure alicui defertur, repudiato novo jure, quod ante defertur, supererit vetus, *L. 91. de R. I.*

Quo ordine SVCCESSIO defertur, eo ordine defertur tutela, *L. 1. & 3. pr. de legit. tut.*

In SVCCESSIONE ab intestato hodie sexus differentia sublata est, *Nov. 118. c. 1.*

De SVCCESSIONE descendentium, ascendentium, & collateralium, vid. d. *Nov. 118. c. 1 2.* & *3.*

SVCCESSIO habet vim solutionis, *L. 71. pr. de fidejuss.*

SVCCESSIO in dominium directum, *II. F. 95.*

SVCCESSIO locum non habet in beneficiis & Ecclesiis, *c. 5. X. de pact.*

SVCCESSIONIS vitium tollit intermedia persona, *c. 7. X. de filiis Presbyter.*

SVCCESSIONES hereditariæ in Ecclesia, Prælaturis & dignitatibus per canonica statuta omnino damnantur, *c. Michaël, §. quia igitur. eod.*

SVCCESSIO & educatio liberorum, est juris naturalis, *c. 7. dist. 1.*

SVCCESSIO ex SCto Tertulliano & Orphitiano non tollitur capitis deminutione, *§. 2. de SCto Orphit.*

SVCCESSOR.

In contractibus SVCCESSORES ex dolo eorum, quibus successerunt,

 non

non tantum in id, quod pervenit, verum etiam in folidum tenentur, *L. 157. §. 2. de R. I.*

SVCCESSOR argentarii tenetur edere rationes, ficut ipfe argentarius, five fit ipfe etiam argentarius, five non, *L. 9. §. 1. de edendo.*

SVCCESSOR cum & in locum & in jus defuncti fuccedat, partibus ejus fungi debet, *ibid.*

SVCCESSOR uti debet jure fui Anteceſſoris, *c. 46. de R. I. in 6.*

SVCCESSORES, Donatoris liberalitatem, fine caufa revocare non posfunt, *c. ult. X. de donat.*

SVCCESSOR tenetur ad id, quod Anteceſſor folvere confuevit, *c. 18. X. de cenf.*

SVCCESSORI prodeft fententia lata pro Prædeceſſore, *c. 14 X. eod.*

SVCCESSOR poteft conveniri per literas impetratas contra Anteceſſorem, licet Anteceſſor citatus non fuerit, *c. 17. X. de for. compet.*

SVCCESSOR alieni criminis nemo conftituitur, *c. Crimen. q. 4. cauf. 1.*

SVCCESSOR rem accipit cum fuo onere, vel caufa, *c. 9. & penult. X. de ufur.*

SVCCESSOR non tenetur ex contractu habito ab Anteceſſore in damnum Ecclefiæ, *c. 8. X. de transact.*

SVCCESSORI fervanda funt bona Ecclefiæ vacantis, *c. 4. X. de Offic. Ordin.*

SVCCESSOR Domini directi quinam teneatur feudum dare, *I. F. 3.*

SVCCESSOR Clerici adimpleat inveftituram, *II. F. 35.*

SVCCESSOR Prælati poteft ratihabere inveftituram Anteceſſoris, *I. F. 3.*

A SVCCESSORE Domini petenda inveftitura, *I. F. 22. c. fancimus. pr.*

SVCCESSOR inveftientis fi moveat Vafallo controverfiam, eum inveftire prius debet, *II. F. 20.*

SVCCESSORIVM *edictum.*

SVCCESSORIVM edictum idcirco propofitum eft, ne bona hereditaria vacua fine domino diutius jacerent, & creditoribus longior mora fieret, *L. 1. pr. de fucceſſor. edicto.*

Per SVCCESSORIVM edictum admittitur fequens, fi primus ordine non agnoverit bonorum poſſeſſionem, *L. 1. C. de fucceſſor. edicto.*

SVCCVMBERE.

SVCCVMBENS in caufa ingenuitatis, non præjudicat fibi in caufa libertinitatis, *L. 13. C. de ingen. man.*

SVCCVMBENS in expenfis condemnari debet, *c. ult. X. de Maj. & Obed.*

Licet quis SVCCVMBAT in poſſeſſorio, poteft tamen intentare petitorium, *c. 5. X. de donat.*

Si SVCCVMBAT appellans propter ineptitudinem, iterum auditur, *Clem. c. ult. de appell.*

SVFFICERE.

SVFFICIVNT etiam duo, ubi numerus teftium non adjicitur, *c. fi teftes, §. ubi. q. 2. cauf. 4.*

Si per fe Ecclefia non SVFFICIT, invocare debet auxilium brachii fecularis, *c. ult. X. de exceſſ. Prælat.*

SVFFRAGANEVS.

SVFFRAGANEVS Archiepifcopi non tenetur recipere delegationem invitus, *c. 11. X. de Offic. Ordin.*

SVFFRAGIVM.

SVFFRAGIVM proprie dicitur ipfum patrocinium, quod præftat Advocatus, *L. un. pr. C. de fuffragio.*

SVFFRAGII caufa in auro, argento, & re mobili promiſſum firmum eft fine ulla fcriptura, d. *L. un. §. 1. C. eod.*

SVFFRAGIVM pater filio dare poteft, ut & patri filius, *L. 5. quod cujusque univerf.*

SVF-

SVFFRAGIA debent esse libera, *c. 12. de elect. in 6.*

SVFFRAGIA conditionalia, alternativa, & incerta, in electionibus reprobantur, & pro nullis habentur, & recidit in pure eligentes potestas tota, *c. 2. eod.*

SVFFRAGIVM in electione non habent, qui carent discretione, *c. 32. eod.*

SVFFRAGIVM per literas exprimere non potest Elector absens, *c. penult. eod.*

SVGGESTIO.

SVGGESTIONIS falsi exceptio post litem contestatam non valet, *c. 10. X. de appell.*

SVLPHVRATA.

SVLPHVRATA, al. *Sulphurata*, de ligno eandem habent definitionem, *L. 55. §. 8. de legat. 3. L. 167. de V. S.*

SVMMA.

In SVMMA majori inest minor, *c. 1. de Arbitr. in 6.*

SVMMAE appellatione continentur etiam res corporales, veluti, prædia, mancipia, vestis, argentum, *L. 95. de legat. 3.*

SVMPTVS.

SVMPTVS faciendi sunt, ut aliquid supersit, *L. 3. §. 1. de pupill. educ.*

Ad SVMPTVS judiciales non sufficiunt spoliati, *c. oportet. q. 2. caus. 3.*

Suis SVMPTIBVS nemo tenetur servire, *c. 16. X. de præscript.*

SVMPTVS funeris arbitrantur pro facultatibus, vel dignitate defuncti, *L. 12. §. 5. de religios.*

SVMPTVS ad funus Prætor, vel Magistratus municipalis decernere debet, *L. 12. §. 6. eod.*

SVPELLEX.

SVPELLEX est domesticum patrisfamilias instrumentum, quod neque argento, aurove facto, vel vesti annumeretur, *L. 1. de supellectile legata.*

In SVPELLECTILI non sunt animalia, *L. 2. eod.*

SVPELLECTILI legata hæc continentur, mensæ, trapezophera, delficæ, subsellia, scamna, lecti etiam inargentati, culcitræ, toralia, impetia, vasa aquaria, pelves, aquiminalia, candelabra, lucernæ, trullæ, item vasa ænea vulgaria, i. e. quæ non proprie essent loco adtributa, &c. *L. 3. pr. §. 1. eod.*

In SVPELLECTILI sunt vitrea escaria & potoria, sicut fictilia, *L. 3. §. 3. eod.*

In SVPELLECTILI etiam sunt vasa murrhina, & crystallina, nec interest, cujus materiæ sint res, quæ sunt in supellectili, sed olim antequam homines uterentur vasis, & rebus argenteis, non continebantur appellatione supellectilis ea, quæ erant argentea, *L. 3. §. 4. & 5. eod.*

SVPELLECTILI adnumerari solent rhedæ, & sedularia, *L. 4. eod.*

SVPELLECTILIS appellatione continentur tapeta, quibus subsellia & cathedræ in domo sterni solent, sed non tapeta, & lintea, quibus vehicula insternuntur, quæ potius dicuntur instrumenta viatoria; item nec pelles, quibus involvuntur vestimenta, loraque, quibus hæ pelles constringi solent, *L. 5. eod.*

In SVPELLECTILI non continentur res, quæ ad aliquod genus artificii pertinent, nec ad communem usum patrisfam. accommodatæ sunt, *L. 6. pr. eod.*

In SVPELLECTILI non sunt pugillares & codices, *L. 6. §. 1. eod.*

SVPELLECTILIS appellatione continetur etiam argentum, quod testator annumerabat supellectili, sed non argentum escarium, & potorium, nisi ex usu patrisfam. aliud significetur, *L. 8. eod.*

SVPERBIA.

Contemptus contumaciæ & SVPERBIAE

BIAE debet in omnibus frangi, *c. 3. q. 7. cauſ. 15.*

SVPERBIAE calumniam habet omne, quod non ob neceſſitatem, ſed ob venuſtatem in ornatu corporis à Clericis aſſumitur, *c. omnis. §. à priſcis. q. 4. cauſ. 21.*

SVPERFICIARIVS.

SVPERFICIARIIS dantur hodie utiles actiones in rem, *L. 16. §. 1. de pignor. act.*

SVPERFICIARIO, i. e. qui in alieno ſolo ſuperficiem ita habet, ut certam penſionem præſtet, competit utilis in rem actio, *L. 73. §. 1. L. 74. & 75. de R. V.*

SVPERFICIARIVS & uſufructuarius poſſunt petere ſibi caveri de damno infecto, *L. 13. §. 8. de damn. infect.*

SVPERFICIARIVS poteſt conſtituere ſervitutes, ſecundum quod de dominus ſoli poteſt conſtituere, & conſtitutæ utilibus actionibus petuntur, & ſi prohibeantur uti illis ſervitutibus, ille, cui ſunt conceſſæ, poteſt agere utili interdicto uti poſſideris, *L. 1. §. 9. de ſuperficieb.*

SVPERFICIA-RIVS, *a, m.*

SVPERFICIARIAS ædes appellamus, quæ in conducto ſolo poſitæ ſunt, quarum proprietas, & civili, & naturali jure ejus eſt, cujus & ſolum, *L. 2. de ſuperficieb.*

SVPERFICIES.

Qui SVPERFICIEM in alieno ſolo habet, civili actione ſubnixus eſt; nam ſi conduxit ſuperficiem, ex conducto; ſi emit, ex empto agere cum domino ſoli poteſt, *L. 1. §. 1. de ſuperfic.*

SVPERFICIEM conducens ad modicum tempus, ſi deſinat eam poſſidere, non datur ei utilis actio in rem pro recuperanda poſſeſſione; ſed ſi conducens ad non modicum tempus deſinit ſuperficiem poſſidere, pro ea recuperanda datur ſibi utilis actio in rem contra poſſeſſorem, directa tamen datur domino ſoli, *L. 1. §. 3. eod.*

SVPERFLVITAS.

SVPERFLVITAS cibi & potus nocet corpori & animæ, *c. 28. & 29. diſt. 5. de conſecr.*

SVPERFLVITAS temporalium arguitur, maxime in Clericis, *c. quatuor. q. 2. cauſ. 12.*

SVPERFLVITAS verborum reprehenditur, *c. 1. §. qui loqui. diſt. 43.*

SVPERFLVVM.

SVPERFLVA non nocent, *L. 65. pr. de V. O. L. 32. §. 6. de auro, arg.*

SVPERFLVA danda pauperibus, *c. 8. q. 1. cauſ. 12.*

SVPERINDICTVM.

SVPERINDICTVM ſolus Princeps imponit, nec ad alterius literas quis cogitur ſolvere, *L. un. C. de ſuperindicto. X.* conf. *Nov. 128. c. 7. & 10.*

SVPERIOR.

SVPERIOR ut ſerviat inferiori, nulla juſtitia eſt, *c. eſt ordo. q. 5. cauſ. 33.*

SVPERIORI ſuo non poteſt inferior legem ponere, *c. 50. X. de appell.*

SVPERIOR debet ſupplere negligentiam inferioris, *c. 40. X. de ſent. excomm.*

Lex SVPERIORIS per inferiorem tolli non poteſt, *Clem. c. 2. in pr. de elect.*

SVPERIORVM culpa extenditur in exemplum, *c. 2. diſt. 83.*

SVPERIOR ex officio ſuo debet inquirere de inferiorum exceſſibus, *c. un. X. ut Eccl. benefic.*

Per factum SVPERIORIS non præjudicatur inferiori, *c. 20. X. de ſent. & re judic.*

SVPERIOR delinquens gravius punitur, quam inferior, *c. 12. X. de jurejur.*

SVPERNVMERARIVS.

SVPERNVMERARIVS admiſſus in collegio non gaudet privilegio collegii, *L. un. §. 1. C. de collegiatis &c. XI.*

SVPERSTITIO.

SVPERSTITIO eſt, quidquid inſtitutum eſt per homines, ad facienda & colenda idola, vel ad colendam, ſicut Deum, creaturam, *c. illud. q. 2. cauſ. 26.*

SVPPLERE.

Epiſcopus SVPPLERE poteſt negligentiam Prælati, *Clem. c. un. in pr. de ſupplend. negl. Prælat.*

SVPPLICARE.

SVPPLICARE ſemel tantum permittitur contra ſententiam Prætoris, *L. 5. C. de precibus.*

SVPPLICARE cauſa pendente non licet, niſi vel actorum communium, vel pronunciationis editio denegetur, *L. 22. C. ut lite pendente* &c.

SVPPLICARE adverſus ſententiam non poteſt ille, qui appellationi tacite vel expreſſe renunciavit, alias enim tentans ſupplicare notatur infamia, *L. 3. C. eod.*

SVPPLICARE prohibemur pro liberis Rei læſæ Majeſtatis, *c. ſi quis. q. 1. cauſ. 6.*

SVPPLICARE pro malis apud Principes Eccleſia debet, non eos temerario auſu defendere, *c. Comperimus. §. pro malis. q. 6. cauſ. 14.*

SVPPLICATIO.

SVPPLICATIONI ſuperflua non debent inſeri, *L. 8. C. de precibus.*

SVPPLICATIO debet fieri intra decem dies poſt ſententiam latam à Præfecto prætorio, *Auth. Quæ ſupplicatio. C. eod.*

SVPPLICATIO porrecta poſt decem dies non impedit executionem ſententiæ, ſed porrecta intra decem dies impedit, niſi victor præſtet idoneam cautionem, *ib.*

SVPPLICATORIVS.

SVPPLICATORIVS libellus datus Præfecto prætorio, non poteſt haberi pro litis conteſtatione, *L. 1. C. de offic. Præfecti prætor.*

SVPPLICIVM.

SVPPLICIVM ſummum eſſe videtur ad furcam damnatio, item vivi crematio & capitis amputatio, *L. 28. pr. de pœnis.*

SVPPLICIVM pro veritate melius eſt, quam pro adulatione beneficium, *c. 81. q. 3. cauſ. 11.*

SVPPLICIO capitali afficitur plagiarius, & vendens, *c. 1. X. de furt.*

Quem SVPPLICIO deſtinavit ſententia, ei vox appellandi non denegatur, *c. Non ita. q. 6. cauſ 2.*

SVPREMVS, *a, m.*

SVPREMAE tabulæ dicuntur etiam illæ, quæ ſolæ ſunt, *L. 163. pr. de V. S.*

SVRDVS.

SVRDVS poſt tutelam ſuſceptam factus poteſt eam deponere, *L. 40. pr. de excuſat.*

SVRDO impuberi poteſt tutor dari, *L. 6. §. 3. de tutel.*

SVRDVS, mutus, teſtamentum facere non poſſunt, ſed ſi quis poſt teſtamentum factum valetudine, aut quolibet alio caſu mutus aut ſurdus eſſe cœperit, ratum nihilominus permanet teſtamentum, *L. 6. §. 1. qui teſtament. facere* &c.

Si SVRDVS aut mutus, ut liceret ſibi teſtamentum facere, à Principe impetraverit, valet teſtamentum, *L. 7. eod.*

SVRDVS & mutus miles ante cauſariam miſſionem in numeris manens, recte

recte potest testari, *L. 4. de testamento militis.*

SVRDVS ita natus utilitatis gratia potest manumittere, *L. 1. qui & à quibus manum.*

SVRDVS, qui omnino non exaudit, non potest stipulari, neque promittere, quia quamvis loqui possit, sive promittat, verba stipulantis debet exaudire, sive stipuletur, & tunc debet exaudire verba promittentis, *L. 1. §. 19. de O. & A.*

SVRDVS, qui tardius exaudit, potest stipulari & promittere, *ib.*

SVRDVS in omnibus contractibus potest intervenire, in quibus solus consensus sufficit, nec opus est sermone, vel verbis, ut in locationibus, conductionibus, emptionibus, & cæteris, *L. 48. eod.*

SVRDVS omnino neque pro se, neque pro aliis postulare potest, *c. infames. §. nam ut. q. 7. caus. 3.*

SVRDVS & mutus matrimonium contrahere possunt, *c. 23. & 25. X. de sponsalib.*

SVRRIPERE.

Qui hominem SVRRIPVIT, & occidit, quia surripuit, tenetur actione furti, quia occidit, Aquilia tenetur, neque altera harum actionum alteram consumit; Idem dicendum, si rapuit, & occidit, nam & vi bonorum raptorum, & Aquilia tenebitur, *L. 2. §. 1. & 2. de privatis delictis.*

SVRRIPIENS hominem si flagello cæciderit eum, duabus actionibus tenebitur, scilicet furti, & injuriarum, & si hunc occiderit, tribus actionibus tenebitur, *L. 2. §. 4. eod.*

SVRRIPIENS servum si eum vulneravit, tenetur duabus actionibus, scilicet furti, & Aquilia, *L. 2. §. 6. eod.*

SVRRIPIENS æs, dum putat se surripere aurum, vel è contra, aut minus esse putat id, quod surripit, cum plus esset, committit furtum ejus, quod surripit, omissa falsa ejus opinione, *L. 21. §. 2. de furtis.*

SVRRIPIENS furto duos sacculos, unum decem, alterum viginti, quorum alterum suum putavit, alterum scit alienum, tunc tantum unius, quem putavit alienum, furtum facit; quemadmodum si duo pocula abstulerit, quotum alterum suum putavit, alterum scit alienum, nam & hic unius fit furtum, *L. 21. §. 3. eod.*

SVRRIPIENS poculum, cujus ansam suam putavit, vel vere fuit, totius poculi furtum facere dicitur, si ansa non sit à poculo separata, *L. 21. §. 4. eod.*

SVRRIPIENS sextarium frumenti de navi onerata, sextarii tantum furtum facit, non totius oneris, & idem in horreo pleno, vel in cisterna vini, vel aquæ, aut nave vinaria, vel in apotheca ejus tantum, quod surreptum est, dicitur furtum committi, non vero totius vini, cisternæ, vel navis, vel apothecæ, *L. 21. §. 5. eod.*

SVRRIPIENS, & contrectans rem alienam animo lucrandi, licet postea mutato consilio eam domino reddiderit, fur est, *L. 65. eod.*

SVRRIPIENS ancillam furtivam ei, qui bona fide emit, tenetur domino ancillæ in duplum, quanti ancilla fuit, & emptori in duplum, quanti ejus interest, *L. 74. eod.*

SVRRIPIENS saccum habentem pecuniam, furti actione tenetur etiam sacci nomine, quamvis non sit ei animus sacci surripiendi principaliter & directo, sed secundario, *L. 77. eod.*

SVSCEPTOR.

SVSCEPTORES debent à solvente sine mora

mora solutionem suscipere, alias puniuntur, *L. 1. C. de susceptor. X.*

SVSCEPTORES quodcunque solutum fuerit eis à provincialibus, debent inferre præpositis thesaurorum subscriptionibus factis, *L. 7. C. eod.*

SVSCEPTORES præsentibus defensoribus & modum jugationis possessorum, & species singulas, vel eorum numerum quantitatemque describant, *L. 10. C. eod.*

A SVSCEPTORIBVS & officialibus omnes publicæ securitates, quæ proferuntur, debent approbari, & acceptari, *L. 11. C. eod.*

SVSPECTVS.

SVSPECTI tutoris accusatio ex lege duodecim tabularum descendit, *pr. Inst. de suspect. tutor.*

Datum est jus removendi tutores SVSPECTOS Romæ Prætori, & in provinciis Præsidibus earum, & Legato Pro-Consulis, §. *1. eod.*

SVSPECTI fieri possunt omnes tutores, sive sint testamentarii, sive non sint, sed alterius generis tutores, *§. 2. eod.*

SVSPECTVS potest accusari etiam tutor legitimus, vel patronus, sed famæ patroni parcendum est, licet ut suspectus remotus fuerit, *ib.*

De SVSPECTO accusare tutorem potest quilibet, etiam mulier, si ex pietate moveatur, veluti mater, nutrix, soror, & aliæ mulieres, quæ ex pietate accusare præsumuntur, *§. 3. eod.*

Impuberes non possunt tutores suos SVSPECTOS postulare, puberes autem curatores suos ex consilio necessariorum suspectos possunt arguere, *§. 4. eod.*

SVSPECTVS autem est, qui non ex fide tutelam gerit, licet solvendo sit, *§. 5. eod.*

SVSPECTVS quis, antequam tutelam gerit, potest removeri, *ib.*

SVSPECTVS autem remotus, si quidem ob dolum, famosus est, si ob culpam, non æque, *§. 6. eod.*

Si quis autem SVSPECTVS postulatur, quoad cognitio finiatur, interdicitur ei administratio, *§. 7. eod.*

Si SVSPECTI cognitio suscepta fuerit, posteaquam tutor vel curator decesserit, extinguitur suspecti cognitio, §. *8. eod.*

SVSPECTVS tutor dicitur, qui moribus talis est, *§. 13. eod.* vid. *Tutor.*

SVSPENDERE.

SVSPENSVM aliquid si decidit & damnum datum sit, inhabitans in ædibus, in quibus suspensum decidit, tenetur in duplum, *§. 1. de obligat. quæ quasi ex del.* & *L. 1. §. 3. de his, qui effuder.*

SVSPENDVNTVR ab officio fornicatores, *c. ult. q. 8 caus. 15.*

Hæretici, *c. si quis dederit. q. 1. caus. 24.*

Simoniaci, *c. quicunque. c. reperiuntur. q. 1. caus. 1.*

Prælatis suis inobedientes, *c. si quis vero. q. 3. caus. 11.*

Turpibus quæstibus incumbentes, *c. 2. dist. 88.*

SVSPENSVS est Simoniacus ipso jure, licet crimen sit occultum, *c. ult. X. de cohabit. Cleric. c. 7. X. de Simoniac.*

SVSPENDI debet per triennium Clericus, clandestinas conjunctiones faciens Matrimoniales, vel si eis interest, *c. ult. §. f. X. de clandest. despons.*

SVSPENDI debet ab officio & beneficio, qui literas capituli falsat, *c. 33. in f. X. de testib.*

SVSPENDATVR ab officio Clericus usurarius, si monitus non desistat, *c. 7. X de usur.*

SVSPENDI debent à beneficio Clerici, si moniti non dimittant Concubinas, & si se non corrigunt, deponuntur, *c. 4.* & *6. X. de cohabit. Cler.*

SVSPENSVS, si divina officia celebrat, fit irregularis, *c. 1. de sent. excomm. in 6.*

SVSPENSIO.

Non valet SVSPENSIO lata in participantes cum excommunicatis, non præmissa canonica monitione, *c. statutum. de sent. excomm. in 6.*

Non timens SVSPENSIONEM excommunicatur, *c. si quis Presbyter. q. 3. caus. 11.*

SVSPENSIO spiritualis, seu Canonica, vel Ecclesiastica, est remotio ab officio, & privatio beneficii ad tempus, *c. 10. dist. 32.*

SVSPICIO.

SVSPICIO nihil operatur, *L. 9. pr. quod metus caus.*

Par affectionis causa SVSPICIONEM fraudis removet, *L. 67. §. 1. de R. N.*

In SVSPICIONEM fidelis homo facile venire non debet, *c. absit. q. 3. caus. 11.*

SVSPICIO potius omnis repellenda est, quam apprehendenda, *c. Oves. q. 1. caus. 6.*

SVSPICIO modica non violat rescriptum, *c. ult. de crim. fals.*

SVSPICIO modica non debet animum sapientis immutare, *ib.*

SVSPICIO verisimilis inducit purgationem, *c. 4. de purg. Canon.*

SVSPICIO, quæ surgit ex adversariorum conditione, contemnenda est, *c. 52. q. 3. caus. 11.*

SVSPICIO violenta sufficit ad sententiam, *c. dixit. q. 1. caus. 32.*

SVSPICIO probabilis recipit probationem in contrarium, *c. præsentium. q. 1. caus. 7.*

Etiam ex sola SVSPICIONE concessum est maritis accusare uxores, *c. 4. de adult.*

SVSPICIONIS arbitrio nemo judicandus est, *c. Primo. q. 1. caus. 2.*

SVSPICIOSVS, *a, m.*

SVSPICIOSI & scelerati non possunt accusare Sacerdotes, *c. accusatio. q. 7. caus. 2.*

SVTOR.

Si SVTOR puero parum bene facienti forma calcei tam vehementer cervicem percusserit, ut ei oculus effunderetur, ex locato actio patri ejus competit, *L. 13. §. 4. locati.*

SVVS, *a, m.*

Verbum SVVM ambiguum est, utrum de toto, an de parte significet, & ideo, qui jurat, *suum* non esse, adjicere debet, neque sibi communem esse, *L. 239. §. 9. de V. S.*

In SVO facere quod vult, cuilibet licet, sed non in alieno, *L. 8. §. 5. si servitus vindicetur.*

In SVO lapides cædere non potest quis, ita, ut in meum fundum fragmenta cadant, *ib.*

In SVA re, nec depositum, nec locatio, nec conductio potest consistere, *L. 15. depositi.*

SVAM rem si quis precario rogat, non tenetur precario, *ib.*

Pro SVO possessio talis est, cum dominium nobis acquiri putamus, & ex ea causa possidemus, ex qua acquiritur, & præterea pro suo; ut puta ex causa emptionis, & pro emptore & pro suo possideo; item donata, vel legata, vel pro donato, vel pro legato, etiam pro suo possideo, *L. 1. pr. pro suo.*

Pro SVO possidemus omnia, quæ mari, terra, cœlo capimus, aut quæ alluvione fluminum nostra fiunt, *L. 2. eod.*

Clerici SVI ab aliquo Episcopo dicuntur,

tur, qui sine fraude & fictione vere ipsius familiares existunt, & in expensis ipsius domestici & commensales sunt, *c. 5. de V. S. in 6.*

SVVS *heres.*
vid.
HERES.

SYLVA.

SYLVA *cædua* est, (ut quidam putant) quæ in hoc habetur, ut cæderetur. *Servius* eam esse, quæ succisa, rursus ex stirpibus, aut radicibus renascitur, *L. 30. pr. de V. S.*

SYLVA *pascua* est, quæ pastui pecudum destinata est, *L. 30. §. 5. eod.*

SYLVAM emens non censetur omnes feras possidere, *L. 3. §. 14. de acquir. vel amitt. poss.*

SYLVAM *cæduam* inmaturam desecans tenetur Aquilia, quod si maturam desecuerit, non tenetur, sed si interceperit, tenetur furti & arborum furti cæsarum, *L. 27. §. 26. ad L. Aquil.*

SYLVAE *cæduæ* ususfructus si sit legatus, pedamenta, & rami ex arbore ad fructuarium pertinent, qui potest etiam illa vendere, *L. 10. de usufructu, & quemadm.*

SYLVAE *non cæduæ* ususfructus si sit relictus, fructuarius pedamenta & ramos ex arboribus in vineam, ad necessitatem tamen suam, cædere potest, dum deteriorem non faciat, *ib.*

SYLVAM *cæduam*, & arundinetum, scribit *Trebatius*, posse fructuarium cædere, sicut paterfamilias cædebat, & vendere, licet paterfamilias non solebat vendere, sed ipse uti, ad modum enim referendum est, non ad qualitatem utendi, *L. 9. §. 7. eod.*

SYLVA palaris dicitur illa, ex qua pali, & sudes in sepimentum, stato tempore, vel pro sylvæ natura ad arbitrium utentis præcidi & colligi solent, *ibid.*

SYMBOLVM.

SYMBOLVM prædicandum est, *c. Symbolum. dist. 4. de consecr.*

SYNDICVS.

SYNDICVS constituitur pro qualibet universitate, pro pluribus tantum, *L. 1. §. 1. quod cujuscunque univers.*

SYNDICVM potest constituere unus solus, qui remansit de universitate, cum nomen ac jus universitatis adhuc retineat, *L. 7. §. 2. eod.*

SYNDICVS jurat in animam suam, non vero procurator, *c. 3. X. de juram. calumn.*

SYNDICI vel procuratoris confessio præjudicat Ecclesiæ, *c. 2. X. de Capell. Monach.*

In persona SYNDICI formanda est sententia, *ib.*

SYNODVS.

SYNODVS ex Græco Comitatum vel Cœtum significat, *c. 1. §. Synodus. dist. 15.*

SYNODVS Nicæna conjugium in cujusvis voluntate, non necessitate posuit, *c. 12. dist. 31.*

SYNODVS sexta recipitur cum omnibus Canonibus suis, *c. Sexta. dist. 16.*

SYNODVS potest irritam facere Episcoporum injustam sententiam, *c. irritam. q. 3. caus. 11.*

SYPHVS.

Si SYPHVM tuum alieno plumbo plumbaveris, alienove argento ferruminaveris, non dubitatur *scyphum* tuum esse, & à te recte vindicari, *L. 27. pr. de A. R. D.*

T.

TABELLIO.

TABELLIO servus esse non potest, *L. 3. C. de Tabulariis &c. X.*

TABELLIO à partibus rogatus debet per se audire negotium, & ipsemet scribere, nec potest alicui delegare, pœna contra facientibus imposita, *Nov. 44. in præf.* & *c. 1. pr.*

TABELLIO, licet ægrotus sit, per substitutum instrumentum formare non potest, sed ad se contracturos evocare debet, & ab eis causam integram audire, *Nov. 44. c. 1. §. 3.*

TABERNA.

TABERNAE appellatio declarat omne utile ad habitandum ædificium, nempe, al. *nam.* ex eo, quod tabulis cluditur, *L. 183. de V. S.*

TABERNAM instructam sic accipimus, quæ & rebus, & hominibus ad negotiationem paratis constat, *L. 185. eod.*

TABERNA si pignori fuerit data, omnia, quæ tempore mortis debitoris in taberna inventa sunt, pignori obligata esse videntur: sed non videntur esse obligatæ pignori aliæ merces, quas heres post mortem debitoris intulit, *L. 34. pr. de pignor.*

Nulli Clericorum, à Presbytero usque ad infimum, liceat TABERNAM intrare, *c. 2. dist. 44.*

Multo minus liceat alicui Clerico TABERNAM aut Ergasterium habere, & si habeat, cesset, vel deponatur, *c. nulli. ead.*

TABERNARIVS.

TABERNARIVS si retinuit fugientem cum sua lucerna, & ille, ut se dimitteret, tabernarium percusserit, si postea tabernarius ei oculum effodit, non tenetur Aquilia, nisi data opera effodisset; sed si tabernarius prius vi percussus à fugiente volens eripere lucernam percusserit fugientem, vel ei effoderit oculum, tenetur Aquilia, quia tabernarii culpa factum videtur, *L. 52. §. 1. ad L. Aquil.*

TABVLA.

TABVLAS testamenti accipere debemus omnem materiæ figuram, sive igitur tabulæ sint ligneæ, sive cujuscunque alterius materiæ; sive chartæ, sive membranæ sint; vel si è corio alicujus animalis, tabulæ recte dicentur, *L. 1. pr. de bonor. poss. sec. tab.*

TABVLAS omnes non sequitur Prætor, cum bonor. possess. secundum tabulas dat, sed eas, quæ novissime factæ sunt, ita, ut post illas nullæ factæ sint, *L. 1. §. 1. eod.*

TABVLAE si rasæ fuerint à muribus, vel alias deletæ etiam vivente testatore, si legi possunt, valent, & datur bonor. possess. secundum tabulas, *L. 1. §. 11. eod.*

TABVLAE supremæ dicuntur, non quæ sub ipso mortis tempore factæ sunt, sed post quas nullæ factæ sunt, licet hæ veteres sint, *ib.*

Vacuæ TABVLAE mentis testationem defuncti non continent, ideoque licet posteriores, prius testamentum non rumpunt, *L. 11. de injusto, rupto*, &c.

TABVLA.

TABVLAE relegatæ catenis, aut erga parietem affixæ, aut si similiter cohærent lychni, non sunt ædium, ornatus enim ædium causa parantur, non quo ædes perficiantur, *L. 245. pr. de V. S.*

TABVLARIVS.

TABVLARII officium triennio durat, *L. 2. C. de Numerariis. XII.*

TABVLARII olim dicebantur Numerarii, *ibid.*

TABVLARIVS Præfecti prætorio cingulum & ordinem militiæ retinet, *L. 3. C. eod.*

TABVLARII duo in omni provincia collocari debent, unus ad rationem artis fiscalis, alius super titulis largitionalibus, h. e. super donis, quæ Principi largiuntur, & nullus eorum debet alterius officio se immiscere, & contra faciens punitur, *L. 4. C. eod.*

TACERE.

Qui TACET, non utique fatetur; sed tamen verum est, eum non negare, *L. 142. de R. I.*

Qui TACET, consentire videtur, *c. 43. de R. I. in 6. c. 2. X. de haret.*

TACENS non fatetur, sed nec utique negare videtur, *c. 44. de R. I. in 6.*

Perjuro TACERE perpetuum debet imponi, *c. ult. de jurej. in 6.*

TACITVRNITAS.

TACITVRNITAS in veritatis defensione mala est, *c. quisquis. q. 3. caus. 11.*

TACITVRNITAS præjudicat ei, qui in obligatione tacet, *c. 8. dist. 28.*

TACITVRNITAS facit præsumptionem contra aliquem, *c. 1. X. de frigid. & malefic.*

TACITVRNITAS habetur pro confessione, *c. 2. de confess. in 6.*

TACITVRNITAS est bona & mala, *c. in mandatis. dist. 43.*

TACTVS.

TACTVS lascivus, etiam sine coitu, grave est peccatum, *c. nec aliqua. q. 1. caus. 27. c. nec solo. q. 5. caus. 35.*

TALIO.

TALIONIS pœnam subire debet non probans, quod intendit contra alium, *c. 1. X. de calumniat.*

TALIONEM ut recipiat Calumniator, inscriptio semper debet primo fieri, *c. nullus. §. nam. q. 4. caus. 4.*

TALIONEM recipiat Calumniator, si in accusatione deficiat, *c. Calumniator. q. 3. caus. 2.*

TANGERE.

TANGENS aurem alicujus videtur totam aurem tetigisse, *L. 21. pr. de furtis.*

TECTORIVM.

TECTORIA habens super parietem vicini compellitur interdicto uti possidetis, tollere, *L. 3. §. 9. uti possidetis.*

TELVM.

TELVM vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur, *L. 233. §. 2. de V. S.*

Sed tunc omne significatur, quod mittitur manu, *ib.*

Ita sequitur, ut & lapis, & lignum, & ferrum hoc nomine contineatur, *ib.*

Dictum ab eo, quod in longinquum mittitur, græca voce figuratum ἀπὸ τοῦ τηλοῦ, i. e. ab eo, quod est longe, *ib.*

Hanc significationem invenire possumus & in græco nomine, nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant, eoque nomine vulgo quidem id significatur, quod ab arcu mittitur, *ibid.*

Qui TELVM tutandæ salutis suæ causa gerunt, non videntur hominis occidendi causa portare, *L. 11. §. 2. ad L. Iul. de vi publ.*

TEMERARIVS, *a*, *m*.

TEMERARIVM juramentum non repellit à testimonio, *c. 11. X. de testib. cog.*

TEMERARIVM juramentum non est servandum, *c. 13. X. de jurej.*

TEMERARIVM omne repellitur, *c. multi. q. 1. caus. 2.*

TEMERARIA appellantium audacia, & effrenata appellantium frequentia, refrenari debet, *c. 10. de elect. in 6.*

TEMERE.

Litigator TEMERE contradicens Iudici, coram quo litigat, arbitrio superioris puniri debet, *c. 11. X. de pœnis.*

TEMERITAS.

TEMERITAS emendatur, cum incauta diffinitio solvitur, *c. diffinitio. q. 4. cauf. 22.*

TEMERITAS lege damnatur, *c. 4. X. de consuetud.*

TEMERITAS accusatorum tribus modis detegitur, & tribus pœnis punitur; nam aut calumniatur, aut prævaricatur, aut tergiversatur, *c. si quem. §. notandum. q. 3. cauf. 2.* & *L. 1. pr. ad SC. Turpillianum.*

TEMPERANTIA.

TEMPERANTIA prodest corpori & animæ, *c. 28. dist. 5. de consecr.*

TEMPERANTIA ciborum salutem, abundantia contrarium parit, *ibid.*

TEMPERANTIA attenditur in moribus, *c. 2. in pr. dist. 23.*

In pœnis infligendis, *c. 9. dist. 45.*

TEMPERARE.

TEMPERATUR aliquando rigor juris ratione ætatis, *c. ult. X. de sent. excomm.*

TEMPERARI possunt quædam Constitutiones, quædam non, *c. ult. dist. 14.*

TEMPLUM.

TEMPLA & alia loca ad sacrificium errorum veterum deputata fisco applicantur, *L. 5. C. de paganis* &c.

TEMPUS.

TEMPORE minus solvitur, *L. 12. §. 1. de V. S.*

Cum TEMPUS in testamento adjicitur, credendum est pro herede adjectum, nisi alia mens fuerit testatoris, *L. 17. de V. S.*

Sicuti in stipulationibus promissoris gratia TEMPUS adjicitur, *ibid.*

TEMPUS legitimum elapsum vim habet peremptorii, *L. 13. §. 6. de excuf.*

TEMPORI serviendum est, *c. 40. dist. 2. de pœnit.*

Prior TEMPORE, potior jure, *c. 54. de R. I. in 6. c. 1. X. de Major. & Obed.*

Ratione TEMPORIS & loci, diversæ possunt observari consuetudines, *c. scit. dist. 12.*

TEMPORIS qualitate mutantur res, *c. 2. dist. 35.*

Iuxta varietatem TEMPORUM variantur jura, *c. penult. X. de Consanguin.*

Ob necessitatem TEMPORUM, multi tolerantur, *c. requiritis. §. nisi rigor.* & *c. necessaria. q. 7. cauf. 1.*

Per lapsum TEMPORIS malitia, vel negligentia probatur, *c. 23. X. de rescript.*

TEMPUS longum intelligitur etiam decennium vel vicennium, *c. 15. q. 3. cauf. 16.*

Ad TEMPUS concessum feudum ante tempus auferri non potest, *I. F. 2. pr.*

TEMPORE plus petenti, induciæ duplicantur, & condemnatur in expensis, *c. un. X. de plus petit.*

Non firmatur tractu TEMPORIS, quod initio non subsistebat de jure, *c. 18. de R. I. in 6.*

TEMPORIS diuturnitas peccatum non minuit, sed auget, *c. vigilanti. X. de præscript. c. 17. X. de Regular.*

TEMPORIS transcursus probat crimen, *c. 13. X. de hæret.*

TEMPORE necessitatis potest Episcopus, ignorante Concilio, res Ecclesiæ alienare, *c. placuit. q. 2. cauf. 12.*

TEMPUS potest præfigi à Judice appellationi prosequendæ, *c. ad aures. X. de appell.*

TEMPUS currit à tempore scientiæ, *c. 5. X. de concess. prebend.*

TEMPUS currit ei, qui agere potest, *c. 28. X. de V. S.*

TEMPUS non currit ignoranti, *c. 3. X. de suppl. negl. Prælat.*

TEMPUS currit moranti & negligenti, *c. ult. X. de elect.*

TEMPUS non currit, qui copiam Iudicis habere non potest, *c. 23. X. de rescript.*

TEM-

TEMPUS vacantis Ecclesiæ debet deduci à præscriptione, *c. 15. X. de præscript.*

TEMPORE hostilitatis non currit præscriptio, *c. 10. X. eod.*

TEMPORE Schismatis non currit præscriptio Ecclesiæ Rom. *c. 14. X. eod.*

TEMPUS modicum dicitur illud, quod post condemnationem reis indulgetur, *L. 21. de judic.*

TEMPUS tacitum, quod inest respectu loci, interpellat, & constituit in mora, *L. 60. de V. O.*

In stipulationibus id TEMPUS spectatur, quo contrahimus, *L. 78. pr. eod.*

Inter TEMPUS futurum *indicativi*, & futurum *subjunctivi* differentia magna est, & sic inter *volam*, & *voluero*, *L. 112. pr. eod.*

TEMPUS usucapionis, & præscriptionis continuum est, & ideo non deducuntur dies feriati, *L. 31. §. 1. de usurp. & usucap.*

TEMPUS dandum heredi ad deliberandum in Iudicis arbitrio est, qui non potest dare pauciores dies, quam centum, *L. 1. §. 2.* & *L. 2. de jure deliberandi.*

TEMPUS ad deliberandum non servo datur, qui fuerit heres institutus, sed ei, cujus servus est, *L. 1. pr. eod.*

TEMPUS ad deliberandum non debet dari ultra semel, nisi ex magna causa, *L. 3. eod.*

In TEMPORE statuendo heredibus ad adeundam hereditatem Iudex debet subvenire non solum creditoribus hereditariis, sed etiam heredi instituto, ita, quod creditores faciant copiam instrumentorum inspiciendorum heredi, ut instruere possit, expediat nec ne agnoscere hereditatem, *L. 5. pr. eod.*

Intra TEMPUS datum tutori nomine pupilli ad deliberandum non potest diminui aliquid de bonis hereditariis, nisi causa cognita, & viri boni arbitratu, *L. 7. pr. eod.*

Intra TEMPUS datum tutori nomine pupilli ad deliberandum non potest tutor alienare aliquid de bonis hereditariis, neque exercere actiones, *L. 7. §. 2. eod.*

TEMPUS ad deliberandum potest impetrare suus heres, etiam postquam se abstinuit, si bona hereditaria sint in suo statu, nec sint vendita à creditoribus, *L. 8. eod.*

TEMPUS ad deliberandum assignatur cuilibet heredum per se, quando plures gradus institutorum sunt, *L. 10. eod.*

TEMPUS appellationis interponendæ currit à tempore sententiæ definitivæ latæ, etiam si sententia fuerit conditionalis, *L. 1. §. 5. quando appellandum sit.*

TEMPUS appellationis interponendæ currit à die sententiæ, si est facultas adeundi Iudicem à quo, vel ad quem, *L. 1. §. 7. eod.*

TEMPUS appellandi hodie est decem dierum tam in causa propria, quam in aliena, *Nov. 23. c. 1.*

TEMULENTIA.

TEMULENTIA idem est, quod ebrietas, hinc temulentus idem est, quod ebrius, *L. un. C. si quis imperat. mal. dix.*

TENTARE.

TENTANS erigere statuas sine Principis licentia adulandi studio, aut per ignorantiam, non est immunis à pœna, *L. 1. C. de statuis* &c.

TENTATIO.

TENTATIO dæmoniaca est, cui animus consentit, *c. 23. dist. 2. de pœnit.*

TENTATIO humana est, qua plerumque in cogitatione tangimur etiam nolentes, *ibid.*

TER-

TER.

TER enixa videtur, etiam quæ trigeminos peperit, *L. 137. de V. S.*

TERGIVERSARE.

TERGIVERSARE est ab accusatione desistere, *c. si quem. §. notandum. q. 3. caus. 2.*

TERGIVERSARE accusatorem est in universum ab accusatione desistere, *L. 1. §. 1. ad SC. Turpillianum.*

TERGIVERSATIO.

TERGIVERSATIO est deceptio; & sine tergiversatione notorium dicitur, quod nulla arte celari potest, *c. ult. X. de cohabit. Cler.*

TERMINARE.

TERMINARE agrum suum unusquisque potest, prout vult, *L. 1. C. finium regund.*

TERMINVS.

TERMINI agrorum sæpe varietate successorum & consensu dominorum mutantur, & possunt mutari, *L. 2. C. finium regund.*

TERMINORVM quæstio super agris si moveatur, prius de possessione, deinde de proprietate, postea agrimensore misso ad agrum, hujus litigium terminari debet præsente utraque parte, si adesse vult, & si altera pars absentet, nihilominus agrimensor Iudicis commissione potest terminare altera tantum parte præsente, *L. 3. C. eod.*

TERMINORVM avulsorum non multa pecuniaria est, sed pro conditione admittentium coercitione transigendum, *L. 1. de termino moto.*

TERMINOS effodiens, vel amovens, extra ordinem punitur, *L. 1. C. de accusation.*

TERMINVS.

TERMINVS Reo ad comparendum designatus, etiam Actori tacite assignatur, *c. 1. de dol. & cont. tum. in 6.*

TERMINVM præfigere Appellantibus debet Iudex à quo, *c. 10. de cuct. in 6.*

TERMINVS ad prosequendam appellationem datur appellanti annus, & ex justa causa biennium, *c. 5. X. de appell.*

Iudex potest statuere TERMINVM ad dilatorias apponendas, *c. 4. X. de except.*

TERMINVM appellationis potest Iudex moderari, *c. 5. X. de appell.*

TERRA.

TERRA, in qua defuncti sepeliendi sunt, debet concedi gratis, *c. 13. X. de sepult.*

TERRÆ nomine continetur Regnum, provincia, castrum, & villa, *c. 17. X. de V. S.*

TERRA tota supponitur interdicto propter delictum Domini, *c. 11. X. de sponsal.*

TERRITORIVM.

TERRITORIVM est universitas agrorum intra fines cujusque civitatis, quod ab eo dictum quidam ajunt, quod Magistratus ejus loci intra eos fines terrendi, i. e. summovendi jus habet, *L. 239. §. 8. de V. S.*

Extra TERRITORIVM jus suum dicenti, non paretur impune, *c. ut animatum. de constit. in 6.*

Extra fines TERRITORII non ligat aliquem institutum, *ib.*

TERRITORIVM Romanum confirmatur Pontifici Paschali per Ludovicum Imperatorem, *c. 30. dist. 63.*

TESTAMENTARIVS.

TESTAMENTARIVS, (i. e. Scriptor testamenti,) *L. 9. §. 3. de hered. instit.*

TESTAMENTVM.

TESTAMENTVM ex eo appellatur, quod testatio mentis sit, *pr. Inst. de testament. ordin.*

Olim duo genera TESTAMENTORVM

RVM in usu fuerunt; quorum altero in pace & otio utebantur, quod *calatis comitiis* appellabant; altero, cum in prælium exituri essent, quod *procinctum* dicebatur; sed duo hæc genera testamentorum ex veteribus temporibus in desuetudinem abierunt, §. *1. eod.*

Tertium genus TESTAMENTORVM apud Romanos in usu fuit, quod dicebatur *per æs & libram*, scilicet, quod per emancipationem, i. e. imaginariam quandam venditionem agebatur, quinque testibus, & libripende, civibus Romanis puberibus præsentibus, & eo, qui familiæ emptor dicebatur. Et hoc in usu esse desiit, *ibid.*

Ex edicto Prætoris alia faciendorum TESTAMENTORVM forma introducta est, quo jure nulla mancipatio desiderabatur, sed septem testium signa sufficiebant, cum jure civili signa testium non essent necessaria, *§. 2. eod.*

TESTAMENTVM est voluntatis nostræ justa sententia, de eo, quod quis post mortem suam fieri velit, *L. 1. qui testamenta facere possunt.*

Cum in TESTAMENTO scriptum esset, ut heres in funere, aut in monumento duntaxat aureos centum consumeret; non licet minus consumere: Si amplius vellet, licet: neque ob eam rem contra testamentum facere videtur, *L. 202. de V. S.*

TESTAMENTVM falsum dicitur, quod testamentum non est, *L. 221. eod.*

In TESTAMENTIS plenius voluntates testantium interpretantur, *L. 12. de R. I.*

Quæ in TESTAMENTO ita sunt scripta, ut intelligi non possint, perinde sunt, ac si scripta non essent, *L. 73. §. 3. eod.*

Quamdiu possit valere TESTAMENTVM, tamdiu legitimus non admittitur, *L. 89. eod.*

Omnia, quæ ex TESTAMENTO proficiscuntur, ita statum eventus (i. e. *effectus*) capiunt, si initium quoque sine vitio ceperint, *L. 201. eod.*

TESTAMENTVM facere potest, qui quatuordecim annos expleverat, *§. 7. quib. ex cauf. man.*

TESTAMENTI factio non privati, sed publici juris est, *L. 3. qui testam. facere* &c.

Vt TESTAMENTVM valeat, duo quæruntur, & requiruntur, nempe an is, qui fecerit testamentum, habuerit testamenti factionem; deinde si habuerit, requiritur, an secundum regulas juris civilis testatus sit, *L. 4. eod.*

TESTAMENTVM facere possunt tam masculi, quam fœminæ puberes, *L. 5. eod.*

TESTAMENTVM filiusfamilias facere non potest, licet pater ei permittat, *L. 6. pr. eod.*

TESTAMENTVM facere non potest surdus & mutus, *L. 6. §. 1. eod.*

Valet TESTAMENTVM, si mutus, aut surdus, ut liceret sibi *testamentum* facere, à Principe impetraverit, *L. 7. eod.*

TESTAMENTVM ejus, qui apud hostes est, quod ibi fecit, non valet, quamvis redierit, *L. 8. pr. eod.*

Hodie valet ex *Nov. Leonis 40.*

TESTAMENTVM ejus, cui aqua & igni interdictum est, quod ante fecit, non valet, nec id, quod postea fecerit, *L. 8. §. 1. qui testam. fac.*

TESTAMENTI faciendi jus retinent relegati in insulam, & quibus terra Italica & sua provincia interdicitur, *L. 8. §. 3. eod.*

TESTAMENTI factionem amittunt, qui ad ferrum, aut ad bestias, aut in

in metallum damnantur, *L. 8. §. 4. eod.*

TESTAMENTUM ejus, qui post accusationem in custodia fuerit defunctus indemnatus, valebit, *L. 9. eod.*

TESTAMENTUM facere potest, qui manus amisit, quamvis scribere non potest, *L. 10. eod.*

TESTAMENTA eorum, qui in hostium potestate decesserint, Lege Cornelia confirmantur, *L. 12. eod.*

Capti à latronibus TESTAMENTUM facere possunt, cum liberi manent, *L. 13. pr. eod.*

TESTAMENTUM facere possunt, qui apud externos legatione funguntur, *L. 13. §. 1. eod.*

TESTAMENTUM ejus valet, qui in capitali crimine damnatus appellaverit, & medio tempore, pendente appellatione, fecerit testamentum, & vita decesserit, *L. 13. §. 2. eod.*

TESTAMENTI nomine etiam promissio in sacra Scriptura intelligitur, *c. 6. X. de celebr. Miss.*

TESTAMENTA pleniorem interpretationem, quam contractus, admittunt; in contractibus enim plena, plenior in testamentis, in beneficiis plenissima interpretatio adhibenda, *c. 6. X. de donat.*

TESTAMENTUM morte testatoris confirmatur, *c. 6. X. de celebr. Miss.*

TESTAMENTUM facere non potest furiosus, *c. 3. X. de success. ab intest.*

Tenet TESTAMENTUM, si quis extremam voluntatem suam, alterius dispositioni committit, *c. cum tibi. X. de testam.*

TESTAMENTI factionem passivam omnino non habent liberi reorum læsæ Majestatis, adeo, ut etiam ex testamento exterorum nihil capere possint, *c. si quis. q. 1. caus. 6.*

TESTAMENTIS usurarius manifestus interesse non potest, *c. 2. de usur. in 6.*

TESTAMENTIS manifestorum usurariorum nemo intersit, nec ea valeant, nisi de usuris satisfecerint, vel de satisfaciendo pro suarum facultatum viribus, idoneam præstent cautionem, *ib.*

TESTAMENTUM defuncti non servans, exheredandus est, *c. Sylvester. q. 1. c. 11.*

TESTAMENTUM juxta canones duobus testibus contentum est, *c. 10. & 11. X. de testam.*

Valet TESTAMENTUM, quod Parœcianus facit coram Presbytero Parœciali, & duobus testibus, nec valet contraria consuetudo, *ib.*

Valet TESTAMENTUM ad pias causas coram duobus testibus, *c. 11. X. eod.*

In eodem TESTAMENTO pater & filius, item duo fratres testes fieri possunt, *c. si testes. §. pater. q. 2. caus. 4.*

TESTAMENTO certam legem dicere non potest, qui incertus de statu suo est, *L. 14. qui testam. fac.*

TESTAMENTI factionem (sc. *passivam*) habere dicuntur filiusfamilias, & servus alienus, & posthumus, & surdus, *L. 16. pr. eod.*

Furiosus TESTAMENTI factionem (sc. *passivam*) habet, licet testamentum facere non potest, *L. 16. §. 1. eod.*

Prodigus TESTAMENTUM facere non potest, *L. 18. pr. eod.*

Et si fecerit, ipso jure non valet, *ibid.*

Si interdictione vetustius habuerit testamentum, hoc valebit, *ib.*

Nec testis ad testamentum adhiberi potest, *ib.*

TESTAMENTUM facere non potest, ob

ob carmen famosum damnatus, *L. 18. §. 1. eod.*

Nullum est TESTAMENTUM, quod is fecit, qui testamenti faciendi facultatem non habuit, *L. 19. eod.*

Qui TESTAMENTO heres instituitur, in eodem testamento testis esse non potest, *L. 20. pr. eod.*

In eo TESTAMENTO testis esse potest legatarius, in quo ei legatum est relictum, *L. 20. pr. eod.*

Nec non tutor in eo *testamento*, in quo scriptus, *ib.*

In TESTAMENTO testes esse non possunt impuberes, *L. 20. pr. eod.*

Prodigi, *L. 18. pr. eod. §. 6. de test. ord.*

Servi, *L. 20. §. 7. eod.* d. *§. 6. eod.*

Mulier, *L. 20. §. 6. eod.* d. *§. 6. eod.*

Ob carmen famosum damnati, *L. 18. §. 1. eod.*

Furiosi, nisi habeant intervalla, *L. 20. §. 4. eod.*

Pater in testamento filii, *L. 20. §. 2. eod. §. 10. eod.*

Surdus & mutus, *§. 6. eod.*

Frater in testamento fratris, qui est in eadem potestate, *§. 10. eod.*

Qui sunt in potestate testatoris, *L. 20. pr. eod.*

In TESTAMENTO testes esse non prohibentur, Legatarius, *L. 20. pr. eod.* & *§. 10. 11. eod.*

Fideicommissarius particularis, d. *§. 11. eod.*

Damnatus lege repetundarum, *L. 20. §. 5. eod.*

Filius emancipatus, arg. *L. 20. §. 1. eod.*

TESTAMENTUM non valet, in quo testes inviti sunt adhibiti, *L. 20. §. 10. eod.*

In TESTAMENTO testes videre & audire debent testatorem, *L. 9. C. de testament.*

Sponte præsentes sint, arg. *L. 20. §. 10. qui test. fac.*

Intelligant testamentum fieri, licet linguam non percipiant, *L. 20. §. 9. eod.*

Rogandi, *§. 3. de testam. ord.* aut certiorandi, si forte alias præsentes sunt, quod hic actus debeat celebrari, *L. 21. §. 2. eod.*

Numero septem, *L. 12. C. de testam. §. 3. de testam. ordin.*

Duo vel tres de Iure Canon. sufficiunt, *c. 10. X. de testam.*

Idonei (tempore facti testamenti) *L. 22. §. 1. qui testam. facere* &c.

TESTAMENTUM uno contextu seu actu continuo fieri debet, *L. 21. §. 3. eod.*

Hinc interrumpitur contractu, *L. 20. de V. S. L. 21. pr. C. de testam.*

Non etiam actu necessario, *L. 28. C. eod.*

Obscura TESTAMENTI possumus sine solennitate, nudis literis vel nuda voluntate declarare, *L. 21. §. 1. qui testam. fac.*

In TESTAMENTO alicujus testis esse potest pater & filius, *L. 22. pr. eod.*

TESTAMENTUM valet, si ab ipso testatore annulum accepero, & illud signavero, quasi alieno signaverim, *L. 22. §. 2. eod.*

Si TESTAMENTI signa turbata sint ab ipso testatore, non videtur signatum, *L. 22. §. 3. eod.*

TESTAMENTI scriptura jure non valet, nisi quam testes signaverint, *L. 22. §. 4. eod.*

TESTAMENTUM testis debet subscribere & signare, alterum enim non sufficit, *ibid.*

TESTAMENTUM non quovis annulo signari potest, sed eo tantum, qui habet formam, insculptamque signis imaginem, *L. 22. §. 3. eod.*

TESTAMENTUM nocte posse signari, nulla dubitatio est, *L. 22. §. 6. eod.*

Signatum TESTAMENTUM accipi oportet, & si linteo, quo testamentum involutum est, signa impressa fuerint, *L. 22. §. 7. eod.*

Si TESTAMENTUM, quod resignaverit testator, iterum signatum fuerit septem testium signis, non erit imperfectum, *L. 23. eod.*

Unius TESTAMENTI plura exempla s. plures codices fieri possunt, *L. 24. eod.*

Quilibet TESTAMENTUM scribere potest, *L. 2. C. de testam.*

TESTAMENTUM servus, licet alienus, jussu testatoris scribere potest, *L. 28. qui testam. facere* &c.

TESTAMENTUM imperfectum non valet, ne quidem jure codicillorum, *L. 29. pr. eod.*

Testes, qui in TESTAMENTO adhibentur, proprio chirographo annotare debent, quis, & cujus testamentum signaverit, *L. 30. eod.*

TESTAMENTO ita subscribere testes oportet: *Lucius Titius subscripsi, & Caji Seji testamentum obsignavi, ib.*

TESTAMENTUM, si filius in eo, qui in potestate est, præteritus sit, & vivo patre decedat, non valet, *L. 7. de liber. & posthum.*

TESTAMENTUM filius natus rumpit, licet non integrum animal editum sit, cum spiritu tamen, *L. 12. eod.*

TESTAMENTUM, quod hoc modo scribitur: *Titius post mortem filii mei heres esto, filius exheres esto,* nullius momenti est, *L. 13. §. 2. eod.*

TESTAMENTUM, in quo filius in potestate præteritus est, ad intestati causam deducitur, *L. 32. eod.*

TESTAMENTUM non jure factum dicitur, quod non rite ac solenniter factum, *L. 1. de injusto, rupto,* &c.

TESTAMENTUM est nullum, in quo filius præteritus est, *ib.*

TESTAMENTUM rumpitur mutatione, & agnatione sui heredis, *ib.*

TESTAMENTUM irritum constituitur, non adita hereditate, *ib.*

Prius TESTAMENTUM rumpitur, cum posterius rite perfectum est; nisi forte posterius vel jure militari sit factum, vel in eo scriptus est, qui ab intestato venire potest, tunc enim & posteriore non perfecto superius rumpitur, *L. 2. eod.*

TESTAMENTUM irritum fit, quotiens ipsi testatori aliquid contingit; puta si civitatem amittat per subitam servitutem, ab hostibus, verbi gratia, captus, *L. 6. §. 5. eod.*

TESTAMENTUM ejus, qui illicite fuerit damnatus, pœna non sumpta, irritum non fit, *L. 6. §. 10. eod.*

TESTAMENTA eorum, quorum memoria post mortem damnata est, irrita fiunt, *L. 6. §. 11. eod.*

TESTAMENTUM filiifamilias veterani sui juris morte patris facti irritum non fit, *L. 6. §. 13. eod.*

TESTAMENTUM adoptione vel arrogatione filii filiæve rumpitur, *L. 8. pr. eod.*

TESTAMENTUM emancipatione filiæ vel nepotis rumpitur, *L. 8. §. 1. eod.*

TESTAMENTUM patris filius postliminio rediens non rumpit, *L. 10. eod.*

Posteriore TESTAMENTO prius confirmatur jure fideicommissi, *L. 12. §. 1. eod.*

Ejus TESTAMENTUM, qui in hostium potestate est, rumpitur, si filius ei natus fuerit, *L. 15. eod.*

Filio

Filio in TESTAMENTO præterito, qui fuit in patris potestate, neque libertates competunt, neque legata præstantur, *L. 17. eod.*

TESTAMENTUM factum tempore sanæ mentis, constante furore non potest rumpi, *L. 20. eod.*

Quæ in TESTAMENTO legi possunt, ea inconsulto deleta & inducta nihilo minus valent, consulto non valent, *L. 1. pr. de his, quæ in testam. del.*

Quod in TESTAMENTO non jussu domini scriptum, inductum, deletumve est, pro nihilo est, *ib.*

Si in TESTAMENTO legi non possunt, quæ inconsulto deleta sunt, dicendum est, non deberi, *L. 1. §. 2. eod.*

Cancellatio TESTAMENTI ex ratione cancellationi inserta restringenda est, *L. 2. eod.*

Nullum TESTAMENTUM potest valere, quod heredem non habet, *L. 3. eod.* & *L. 1. pr. de hered. instit.*

Quinque verbis quis TESTAMENTUM facere potest: *Lucius Titius mihi heres esto*, *L. 1. §. 3. de hered. inst.*

TESTAMENTI tria sunt tempora, mortis testatoris, medium tempus, & aditionis, *L. 6. §. 2. L. 49. §. 1. L. 50. eod. §. 4. de hered. qualit.*

TESTAMENTUM notis inusitatis scriptum non valet, usitatis valet, *L. 9. §. 4. eod. L. 6. de bonor. poss. Nov. 107. c. 1. Auth. Quod sine. C. de testam.*

Quando in TESTAMENTO impossibile scriptum est, nullam vim habet, *L. 45. de hered. instit.*

In TESTAMENTO plenior semper voluntas est servanda, *L. 67. eod.*

TESTAMENTUM ex falsa causa factum, non rumpit nec vitiat primum, *L. 92. eod.*

Si TESTAMENTUM principale ruptum est, & pupillare evanescit, *L. 2. pr. de vulg. & pup. subst.*

Qui impuberi TESTAMENTUM facit, sibi quoque debet facere, *L. 2. §. 1. eod.*

TESTAMENTUM patris & filii pro uno habetur, etiam in jure prætorio, *L. 20. pr. eod.*

Si pater TESTAMENTUM sibi per scripturam fecerit, filio autem per nuncupationem, valebit, *L. 20. §. 1. eod.*

TESTAMENTA eorum, qui in hostium potestate decesserunt, Lex Cornelia confirmat, *L. 28. eod.*

TESTAMENTUM pupillare pubertate finitur, *L. 43. pr. eod.*

TESTAMENTUM pupillare superius principale neque ex parte, neque in totum confirmare potest, *L. 44. eod.*

TESTAMENTUM *militis.*

Liberam TESTAMENTI factionem militibus veteres Imperatores, *Julius Cæsar*, *Titus*, *Domitianus*, *Nerva*, & *Trajanus*, propter nimiam eorum imperitiam concesserunt, *L. 1. pr. de testamento militis. pr. Inst. de milit. testam.*

TESTAMENTUM militis, vel veterani emancipatione irritum non fit, *L. 6. §. 13. de injusto, rupto*, &c.

TESTAMENTUM factum à pagano jure communi, incipit valere jure militari, si ille cœpit militare, & voluit, quod illud testamentum jure communi factum, valeret jure militari, *L. 9. §. 1. de testamento milit.*

Cum aliquis facto TESTAMENTO militare cœperit, id quoque testamentum, quod, antequam militare cœperit, fecerat, aliquo casu intelligitur militiæ tempore factum; veluti si tabulas inciderit, & legerit te-

stamentum, ac rursus suo signo signaverit, amplius si & aliquid interleverit, perduxerit, adjecerit, emendaverit; quod si nihil horum inciderit, testamentum ejus ad privilegia militum non pertinebit, *L. 20. §. 1. eod.*

TESTAMENTUM à milite tempore militiæ factum etiam intra annum post missionem militis causariam, vel honestam jure militari valet, *L. 21. eod.*

TESTAMENTUM militis filiifam. non rumpitur minima, vel media capitis diminutione favore militis, secus est in testamento pagani, *L. 22. eod.*

In TESTAMENTO militum singularia jura observantur, *L. 2. eod.*

TESTAMENTUM miles surdus & mutus ante causariam missionem facere potest, *L. 4. eod. §. 2. de milit. testam.*

TESTAMENTUM militis agnatione posthumi vel quasi non rumpitur, *L. 7. de testamento milit.*

TESTAMENTO militis ignorantia non officit, *ibid.*

TESTAMENTUM militis arrogatione filii non rumpitur, *L. 8. eod.*

Ex militari delicto *capite damnatis* TESTAMENTUM facere jure militari licet super bonis duntaxat castrensibus, *L. 11. pr. eod.*

Si miles incertus, an sui juris sit, TESTAMENTUM fecerit, in ea conditione est testamentum ejus, ut valeat, *L. 11. §. 1. eod.*

Si miles incertus, an pater suus vivat, TESTAMENTUM fecerit, testamentum ejus valebit, *ib.*

TESTAMENTUM ante militiam factum à milite, si in militia decesserit, jure militari valet, si militis voluntas contraria non sit, *L. 15. §. 1. eod.*

Si quis se scribat heredem in TESTAMENTO militis, non remittitur ei Senatusconsulti pœna, *L. 15. §. 3. eod.*

Miles in TESTAMENTO suo, & ad tempus heredem facere potest, & alium post tempus, vel ex conditione, vel in conditionem, *L. 15. §. 4. eod.*

TESTAMENTUM militis quoquomodo factum ratum habendum est, *L. 24. eod.*

TESTAMENTUM militis ignominiæ causa missi statim desinit jure militari valere. *L. 26. pr. eod.*

TESTAMENTUM militis, qui impatientia vel tædio vitæ mortem sibi conscivit, valet, *L. 34. pr. eod.*

TESTAMENTUM militis sola voluntate ejus perficitur, *L. 34. §. 2. eod.*

TESTAMENTUM pupillare factum à milite filio impuberi valet, licet miles sibi non fecerit testamentum, *L. 41. §. 5. eod.*

TESTAMENTUM facere jure militari possunt etiam non milites, si in hostili loco deprehendantur, & illic decedant, quamvis alias jure militari non possunt facere, *L. 44. eod.* & *L. un. pr. de bonor. possess. ex testam. milit.*

TESTARI.

Iure TESTARI potest filiusfamilias, ratione sc. peculii castrensis, *L. 6. pr. qui testam. facere* &c.

TESTARI non possunt deportati in insulam, *L. 8. §. 2. eod.*

Obsides TESTARI non possunt, nisi eis permittatur, *L. 11. eod.*

TESTARI non potest Clericus vel Abbas de bonis Ecclesiæ, *c. 1. & 7. cum seqq. X. de testam.*

Clerici de bonis paternis, vel acquisitis intuitu personæ, TESTARI possunt, non autem de acquisitis intuitu Ecclesiæ, *c. 1. X. de success. ab intest.*

Episcopo licet de rebus ecclesiasticis TESTARI, si tantumdem de rebus pro-

propriis restituat, *c. fixum.* §. *de rebus.* & *c. si Episcopus. q. 5. caus. 12.*

Possunt Episcopi & alii Clerici aliquid TESTARI pro servitoribus & pauperibus, nempe de mobilibus Ecclesiæ acquisitis, *c. 12. X. de testam.*

TESTARI non potest Abbatissa, etiamsi nunquam induisset habitum Monachalem, *c. 2. X. de testam.*

TESTARI non potest quis post ingressum Monasterii, convertendi gratia, cum omnia Monasterii sint, *c. quia. q. 3. caus. 19.*

TESTARI potest uxor vivente marito, *c. 4. X. de testam.*

TESTARI possunt Eremitæ, cum proprium habeant, *c. perlatum. §. Econtra. q. 3. caus. 19.*

TESTARI non potest mente captus, *L. 17. qui testam. facere* &c.

TESTARI potest mente captus tempore intervalli, *L. 20. §. 4. eod.*

TESTANTI licet heredes vel nuncupare, vel scribere, *L. 21. pr. eod.*

TESTARI quis pluribus codicibus potest, *L. 24. eod.* & *§. 13. de testam. ordin.*

TESTARI quis potest tribus verbis: *Lucius heres esto*, *L. 1. §. 3. de hered. instit.*

Duobus verbis: *Lucius heres*, *L. 1. §. 5. eod.*

Et uno verbo, *Lucius*, *ib.*

TESTATO.

TESTATO & intestato paganus decedere non potest, *L. 7. de R. I.*

TESTATOR.

TESTATORIS voluntas ambulatoria est usque ad mortem, *c. 6. X. de celebr. Miss.*

TESTATOR potest præcipere tutori in testamento dato, ut sic de rebus suis disponat, *c. 16. X. de testam.*

TESTATOR negotiationem mandare liberis suis potest, ut eam exercere tutores dati teneantur, *L. 58. pr. de admin. & peric. tutor.*

TESTATORIS præceptum non servans, legatum ejus testamento relictum amittit, *L. 32. de excusat.*

TESTATOR non videtur eum tutelam gerere voluisse, quem ipse tutorem non dedit, *L. 34. eod.*

Conjecturas voluntatis TESTATORIS colligimus, vel ex vicinis scripturis, vel ex consuetudine testatoris, vel regionis, *L. 21. §. 1. qui testam. facere* &c.

TESTATORIS voluntas ex bono & æquo tuenda, *L. 17. de injusto, rupto*, &c.

Si TESTATOR instituti nomen induxit, & substituti reliquit, institutus (al. *substitutus*) emolumentum hereditatis non habebit, *L. 2. eod.*

Si TESTATOR omnium, i. e. institutorum & substitutorum nomina induxit, & dubitetur, cujus eorum causa id fecerit, in dubio id præsumitur fecisse ejus causa, qui male sit meritus, ut cæteris non noceatur, *ib.*

TESTATOR, qui solvendo non erat, servum primo loco, & alterum servum secundo loco heredes scripsit: Solus is, qui primo loco scriptus est, hereditatem capit, *L. 68. de hered. instit.*

TESTATOR potest facere testamentum sibi & filio, diversis horis, & tabulis, *L. 16. §. 1. de vulg. & pupill. subst.*

Sapiens TESTATOR testari debet consilio sapientum, *L. 39. pr. eod.*

TESTATORIS voluntas non semper est servanda, *L. 27. pr. de cond. instit.*

TESTATOR præsumitur sanæ mentis, nisi contrarium probetur, *ib.*

TESTATORIS arbitrium servandum est, & voluntas ejus per omnia implenda, *c. admonere. c. consideratio. q. 1. caus. 16.*

TESTATOR potest pœnam imponere heredi, si suæ non pareat voluntati, *c. 18. X. de testam.*

TESTATORIS voluntas non debet impediri, vel nimium differri, nisi testator aliud expresserit, *c. ult. de testam. in 6.*

TESTATUS, *a, m.*

TESTATUS & intestatus naturaliter inter se pugnant, *L. 7. de R. I.*

TESTIMONIUM.

TESTIMONIORUM usus frequens ac necessarius est, & ab his præcipue exigendus, quorum fides non vacillat, *L. 1. pr. de testib.*

In TESTIMONIIS autem dignitas, fides, mores, gravitas examinanda est, *L. 2. eod.*

Inviti TESTIMONIUM dicere non coguntur senes, valetudinarii, vel milites, vel qui cum Magistratu Reipubl. causa absunt, vel quibus venire non licet, *L. 8. eod.*

TESTIMONIUM non tantum est verbale, sed etiam reale ex facti evidentia, *c. 4. dist. 28.* & *c. 2. dist. 82.*

TESTIMONIUM nemo dicat, nisi jejunus, *c. 1. X. de testib.* & *c. placuit. q. 2. caus. 4.*

TESTIMONIIS non est credendum, sed testibus, *c. 8. X. de cohab. Cler.*

TESTIMONIO levium hominum sine tormentis non est credendum, *c. si testes. §. si res. q. 2. caus. 4.* & *c. 33. X. de testib.*

TESTIMONIO servi non est credendum, veritatem enim facile supprimit metu domini, *c. 10. X. de V. S.*

TESTIMONIO unius, licet idonei, nec divina, nec humana lex quemquam condemnat, *c. admonere. q. 2. caus. 32.* & *c. 10. X. de testib.*

TESTIMONII dicendi causa non sunt evocandi milites à signis, vel muneribus, nec etiam per vicinum, nec inviti, *L. 3. §. 6. testib.*

Mandatis Principum cavetur, ut Præsides attendant, ne TESTIMONIUM patroni in causa, cui patrocinium præstiterunt, dicant, *L. 25. eod.*

TESTIMONIUM ferre non potest minor 14. vel 12. annis, *L. 3. §. 5. eod.*

TESTIMONIUM ferre Lege Iulia de vi publica prohibentur impuberes, & qui judicio publico damnati sunt, si in integrum restituti non sunt, & qui in vinculis custodiave publica sunt, & qui cum bestiis, ut pugnarent, se locaverunt, & quæ palam quæstum facit, vel fecit, & qui ob testimonium dicendum, vel non dicendum pecuniam accepisse judicati per sententiam, vel convicti per suam confessionem fuerunt, *ib.*

Ad TESTIMONII fidem quidam propter reverentiam personarum, quidam propter lubricum consilii sui, alii vero propter notam & infamiam vitæ suæ, non sunt admittendi, *ibid.*

Ad TESTIMONIUM non admittitur quis invitus adversus socerum, generum, vitricum, privignum, sobrinum, sobrinam, sobrino natum, eosve, qui priore sunt, *L. 4. eod.*

TESTIMONIUM ferre non cogitur libertus contra patronum vel patrem patroni, nec contra maritum patronæ, vel uxorem patroni, nec volens admittitur, *ibid.*

TESTIMONIUM ferre non cogitur patronus contra libertum, *ib.*

TESTIMONIUM ferre non cogitur libertus contra patronum, *L. 5. eod.*

Inviti TESTIMONIUM non dicunt publicani, item is, qui non detractandi testimonii causa aberit; item is, qui quid exercitui præbendum conduxerit, *L. 19. pr. eod.*

TESTIMONIUM ut ferat, non potest denunciari pupillo, d. *L. 19. §. 1. eod.*

TE-

TESTIMONIUM dicere non potest damnatus ob carmen famosum, nec ei potest dici, *L. 21. pr. eod.*

Ad TESTIMONIUM non admittuntur domestici, *L. 24. eod.*

Ad TESTIMONIUM cogi potest Vasallus, *II. F. 58. c. 3.*

TESTIMONIUM Vasallus non reddit contra Dominum, *II. F. 33. §. 3.*

TESTIMONIUM in causa criminali debet esse de visis, notis, auditis, *c. testes q. 9. caus. 3.*

TESTIMONII series pura & simplex intimanda est, *c. pura. ead.*

TESTIMONIUM verum testis vendere non debet, *c. Non sane. in pr. q. 5. caus. 14.*

TESTIMONIUM dicant testes præsentes, de his, quæ præsentialiter & veraciter noverunt, *c. testes q. 9. caus. 3.*

TESTIMONIUM hæreticum valet pro orthodoxo, non vero contra orthodoxum, *c. si hæreticus. q. 7. caus. 2.*

TESTIMONIUM possunt Iudices ferre de his, quæ coram eis acta sunt, *c. 11. X. de excess. Prælat.*

TESTIMONIUM de auditu, in matrimonialibus causis, hodie simpliciter non valet, *c. 47. X. de testib.*

TESTIMONIUM absentis per scripta non recipitur, *c. Relatum q. 2. caus. 5.*

TESTIMONIUM varium & mutabile semper producit fœmina, *c. 10. X. de V. S.*

TESTIMONIUM dicant testes corporaliter præstito juramento, *c. penult. q. 9. caus. 3.*

TESTIMONIUM Christianorum contra Iudæos indistincte est admittendum, *c. 21. X. de testib.*

TESTIS.

TESTES antiquitus *Superstites* dicebantur, eo quod super causæ statu proferebantur, nunc parte nominis ablata, *testes* vocantur, *c. 10. X. de V. S.*

TESTES autem considerantur conditione, natura, & vita, *ib.*

- Conditione: Si liber, non servus; nam sæpe servus metu dominantis testimonium supprimit veritatis, *ib.*
- Natura: Si vir, non fœmina; nam varium & mutabile testimonium fœmina producit, *ibid.*
- Vita: Si innocens & integer actu; nam si vita bona defuerit, fide carebit; non enim potest justitia cum scelerato homine habere commercium. *ibid.*

TESTES adhiberi possunt non solum in criminalibus causis, sed etiam in pecuniariis litibus, sicuti res postulat, *L. 1. §. 1. de testibus.*

TESTES non temere sunt evocandi per longum iter, nisi sic se habeat consuetudo, *L. 3. §. 6. eod.*

TESTES quando examinantur, debent Iudices esse præsentes, & debent habere tabellionem, qui scribat dicta testium, *L. 22. eod.*

TESTES jurabunt nec veritatem tacere, nec falsitatem dicere velle, *I. F. 26. pr.*

- Compellantur jurare, *ib.*
- Cogendi sunt ab ordinario, *ib.*
- Etiam extranei esse possunt in feudis Clericorum, *ib.*
- Investituræ non sunt fœminæ, *II. F. 32.*
- In nulla causa sunt fœminæ usu Mediolanensium, *ibid.*

TESTIS, qui nescire se dicit extra judicium, non est falsus si deinde dixerit in judicio se scire, *II. F. 58. c. 2. §. f.*

TESTIBUS probat Vasallus denunciationem, *II. F. 25.*

Deficientibus investitura per jura-

juramentum probatur, *I. F. 26. §. 1.*

TESTES illi ad veritatem juvandam admitti debent, qui debitam fidem religioni judiciariæ præferunt omni gratiæ & potentatui, *L. 5. C. de testibus.*

TESTES producere nemo cogitur contra se, & adjuvare adversarium suum, *L. 7. C. eod.*

TESTIUM facilitas, per quos multa veritati contraria perpetrantur, prout possibile est, resecari debet, *L. 18. C. eod.*

TESTIS instrumentarius cogitur de instrumento, quoties rogatus eo nomine fuerit testimonium dicere, *L. 15. §. 1. C. eod.*

TESTIS deponere non debet, nisi de eo, quod sibi notum est, *L. 11. C. eod.*

TESTIS triplex est: *Superior*, ut Deus, *c. inter verba. q. 3. caus. 11.*
Interior, ut conscientia, *ib.*
Exterior, ut proximus, *c. 60. dist. 1. de consecr.*

TESTIUM autoritas multitudine præferatur, *c. si testes q. 2. caus. 4.*

TESTES debent infamia, suspicione, & omni macula carere, *c. 1. X. de except.*

In TESTIBUS fides, dignitas, mores, gravitas examinanda *c. si testes. §. in testibus. q. 2. caus. 4.*

TESTES non sunt conducendi pretio, *c. 1. X. de testib.*

TESTES discutiendi, an inimici, vel inopes, *c. in primis. q. 1. c. 2.*

An TESTES unum eundemque sermonem, ac præmeditatum attulerint, considerandum; & an ad interrogata verisimilia responderint, *c. si testes. §. in testibus considerandum. q. 2. caus. 4.*

TESTES prævalent instrumento, *c. 5. X. de probat. & c. 10. X. de fide instrum.*

TESTES si inscripti decesserint, instrumentum corruit, nisi sigillum habeat authenticum, vel à Notario sit confectum, *c. 2. X. de fide instrum.*

TESTES hodie æquipollent Tabellioni, *c. 15. §. quod si Præses. q. 2. caus. 16.*

TESTIS esse potest Christianus contra Judæum, & testibus christianis convinci Judæi possunt in criminalibus, & civilibus, non obstantibus Regum & Principum privilegiis contrariis, *c. Judæi. X. de testib. Clem. c. 1. de testib.*

TESTIS potest esse socius criminis in causa Simoniæ, si civiliter agitur, secus si criminaliter, *c. 1. de testib. in 6.*

TESTIS esse potest mulier contra Clericum in causa criminali, *c. quoniam. c. tam literis. X. de testib.*

TESTES etiam possunt esse servi, si alia probatio haberi non possit, *c. si testes. q. 2. caus. 4.*

TESTIS esse potest Episcopus, Presbyter, Clericus in causa Ecclesiarum suarum, *c. 5. X. de probat. c. 12. X. de testib. c. super. q. 2. caus. 14.*

Pro orthodoxo contra hæreticum litigante, hæreticus TESTIS esse potest, *c. 26. q. 7. caus. 2.*

Magistratus TESTIS esse potest, si res exigat, *c. si testes. §. scies. q. 2. caus. 4.*

Prætor potest esse TESTIS in causa adulterii, *ibid. §. sires.*

Plures TESTES in alieno negotio ex eadem domo esse possunt, *ib.*

TESTIS potest esse mulier pro parentibus, amicis, & consanguineis, & in crimine læsæ Majestatis, ac Simoniæ, *c. 1. q. 3. caus. 15.*

TESTES omnes admittuntur in causa denunciationis, non tamen criminosi & inimici, *c. 3. X. de testib.*

TESTES contra Simoniacos possunt esse

esse infames, criminosi, & servi, *c. 32. X. de Simon.*

TESTIS sibi contrarius non auditur, *Nov. 90. c. 3.*

Quoties TESTES alii aliis sunt contrarii, creditur pluribus & dignioribus fide, *ibid.*

SERVUS testis esse non potest, *Nov. 90. c. 6.*

TESTES propter inimicitiam à dicendo testimonio sunt repellendi, *Nov. 90. c. 7.*

TESTES possunt esse Abbas, Prior, Præpositus, & alii viri religiosi in causis religionum, *c. 8. §. tandem. X. de dol. & contum.*

TESTIS admittuntur contra hæreticos excommunicati & infames in favorem fidei, *c. 5. de hæretic. in 6.*

Etiam perjuri audiuntur in hac causa, *c. 8. §. licet. eod.*

TESTIS minus legitimus in odiosa exceptione admittitur, *c. 33. X. de testib.*

TESTIUM primo dicto standum est, licet postea in contrarium velint jurare, *c. 9. & 10. X. de testib.*

Secundum TESTIUM dicta judicandum est, *c. tertio loco X. de probat.*

TESTES de his, quæ præsentialiter noverunt & viderunt, deponant, *c. ult. q. 5. cauf. 30.*

Si TESTES valetudinarii, senes, debiles, pauperes sunt, ita, ut commode ad Iudicem venire non possint, debet Iudex ad eos mittere idoneas personas, quæ ab iis recipiant testimonia, *c. si qui. X. de testib.*

Delegatus non debet vocare TESTES, nisi statu causæ requirente, *c. 11. §. proferendo. de rescript. in 6.*

Nulli TESTI de se confesso credendum est contra alium, *c. 10. X. de testib.*

TESTIS, quod propria voce confitetur, infirmare non potest, *c. 10. X. de probat.*

TESTIS infamatus debet se purgare super his, de quibus infamatus est, alias repellitur, *c. 23. X. de testib.*

TESTIS licet non reddat causam sui dicti, valet tamen ejus dictum, ubi non fuit interrogatus de causa, *c. 16. X. de sent. & re judic.*

TESTIS in testimonio vacillans vel varians, non est ipso jure infamis, *c. 8. X. de pœnis.*

TESTIS in causa criminali contra aliquem, non potest illum postea accusare, *c. 10. X. de accus.*

Hermaphroditus TESTIS esse non potest, *c. si testes. q. 2. cauf. 4.*

TESTES esse non possunt liberi Reorum læsæ Majestatis, *c. ult. de pœnis in 6.*

TESTES esse non possunt, qui accusare prohibentur, *c. testes. q. 2. cauf. 4.*

Minores 14. annis. *ib.*

Pupillus, *c. si testes. §. sed nec. ead.*

Damnatus ob carmen famosum *ibid. §. ob carmen*

Infideles & apostatæ non possunt esse TESTES, *c. non potest. q. 7. cauf. 2.*

Vilissimi homines non valent pro TESTIBUS, *c. 7. §. quod autem dicit. q. 1. cauf. 2.*

Is, qui Præses & Cognitor causæ fuit, non sit TESTES causæ illius, *c. 38. q. 6. cauf. 2.*

In litigio orthodoxorum inter se hæreticus TESTIS esse non potest, *c. 26. q. 7. cauf. 2.*

Non possunt esse TESTES inviti, agnati, cognati, *c. si testes. §. Lege q. 2. cauf. 4.*

Idonei non videntur esse TESTES, quibus imperari potest, *ibid. §. idonei.*

Iudæi non possunt esse TESTES, *c. non potest q. 7. cauf. 2.*

Domesticus non potest esse TESTIS, etiam jure civili, *c. si testes.* §. *etiam q. 2. caus. 4.*

De domo Iudicis TESTIS produci non debet, ne Iudex in suspicionem incidat, *c. nullus.* §. *ult. q. 4. caus. 4.*

Quos actor de familia produxerit, idonei TESTES non sunt, *c. 24. X. de testib.*

TESTES non sint homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, adulteri, incestuosi, venefici, qui falsum testimonium antea dixerunt, adulatores, *c. constituimus. c. similiter. c. omnes. q. 5. caus. 3.*

Mulieres de judicio TESTES esse non possunt, *c. ex eo. q. 3. caus. 15. c. mulierem q. 5. caus. 33.*

Nullo casu in TESTES recipiuntur inimici capitales & conspiratores, *c. 32. X. de Simon.*

TESTES confessi, vel convicti de crimine in judicio, à testimonio repelluntur, *c. 1. X. de except.*

TESTIS in dicto suo varius, rejicitur, *c. 3. X. de causa poss. & propriet.*

TESTIS esse non potest, qui venit ad denunciandum, *c. 31. X. de Simon.*

TESTIS in uno judicio receptus, non facit fidem in alio judicio, nisi inter easdem personas, *c. constitutus. X. de testibus.*

TESTES, quibus crimen objicitur, à dicendo testimonio removentur, *c. super eo X. eod.*

TESTIS esse non potest criminis, ejusdem criminis accusatus, *c. 10. X. eod.*

Iudæus in causa Christiani TESTIS esse non potest, *c. Iudai. X. eod.*

Socius criminis in criminali causa non admittitur tanquam TESTIS, *c. sicut nobis. X. eod.*

Qui consimilem causam habet, TESTIS in causa idoneus non est, *c. personas X. eod.*

In causa, cui patrocinium præstiterunt, Patroni non possunt esse TESTES, *c. si testes.* §. *patroni, q. 2. caus. 4.*

TESTES etsi erraverint, si tamen in continenti errorem correxerint, repelli non debent; secus, si correctioni suæ interposuerint intervallum, *c. praterea. X. de testib. cogend.*

TESTES, si post eorum in communi receptionem, supervenit eis infamia, repelluntur, *ibid.*

In notoriis TESTES non adhibentur, *c. 10. X. de fil. Presbyt. ordin. c. 3. X. de testib. cog.*

TESTES non recipiuntur in causa Ecclesiæ, sede vacante, *c. ult. X. ne sed. vacant.*

TESTES super uno facto in loco & tempore discrepantes repelluntur, *c. testes.* §. *simul. q. 9. caus. 3.*

TESTES, qui præsumuntur pejerare, non sunt admittendi, *c. 24. X. de testib.*

Iudex à quo non potest esse TESTIS in causa appellationis, *c. statutum q. 6. caus. 2.*

Super consanguinitate probanda cogendi sunt TESTES, si constiterit odio, gratia, timore, veritatem velle supprimere, *c. caterum X. de testib. cogend.*

TESTES, qui de consanguinitate vel affinitate deponunt, debent conputationem incipere à stipite vel germine; & nomine proprio vel æquipollenti nominare affines, *c. tua nos X. de consanguinit.*

In causa matrimoniali TESTES esse possunt & laici, & fœminæ, *c. 33. X. de testibus.*

TESTES in causa matrimoniali pro consanguinitate probanda possunt produci etiam publicatis testificatis, *c. Cum in tua. X. eod.*

TESTIBUS publicatis contra matrimonium, alii *testes* admittuntur etiam

iam post sententiam, ad probandum, quod primi falsum tulerint testimonium, *c. 26. X. eod.*

TESTES de aliquo hæresin confessi, & postea negantes, suspecti fiunt de hæresi, *c. literas X. de præsumpt.*

TESTES in caus. hæresis olim examinabantur coram duobus viris Religiosis, *c. ut officium. de hæretic. in 6.*

TESTIVM nomina non publicanda in causa hæresis, si timetur periculum; at cessante periculo publicantur, sicut in aliis judiciis, *c. statuta eod.*

TESTIVM depositiones in causa hæresis, per Tabellionem recipiendæ, *c. ut officium. §. verum eod.*

TESTES cogi possunt, dum eorum testimonium necessarium est, etiam per suspensionis, excommunicationis, depositionis pœnam, *c. cum super. X. de testib. cogend.*

In causa civili monendi & inducendi sunt TESTES ad testificandum, & etiam si odio vel gratia se subtraxerint, compellendi, *c. 1. X. eod.*

Cum de fama & vitio falsitatis inquiritur, cogendi sunt TESTES veritatem dicere, *c. super his. X. eod.*

TESTES non sunt compellendi super criminibus objectis in modum exceptionis contra testes, *c. 7. X. de testib.*

Antequam TESTES compellantur, prius monendi & inducendi sunt, *c. 1. 5. 8. 9. & 10. X. de testib. cogend.*

TESTIS falsus offendit Deum, Iudicem & innocentem, *c. 1. X. de crimine falsi.*

TESTIS falsus crimen capitale committit, *c. 82. §. hic quoque. q. 3. caus. 11.*

TESTES synodales sunt publici, *c. præterea. X. de testib. cogend.*

TESTIS falsus infamiam incurrit, & amplius testificari non potest, *c. si quis convictus q. 5. caus. 22.*

TESTIS falsus excommunicandus est, *c. itaque censuimus. q. 3. caus. 24.*

TESTIVM corruptione probata revocanda est sententia, *c. sicut. nobis X. de testib.*

TESTIVM corruptio potest opponi ante & post sententiam, *c. licet causam. X. de probat.*

TESTIS corruptus ut Iudas prodit, *c. Abiit Iudas. q. 3. caus. 11.*

TESTIS obscure deponens iterum examinandus est, *c. 53. X. de testibus.*

TESTIS varians vel vacillans, non est ipso jure infamis, *c. 8. X. de pœnis.*

TESTES jurantes de non testificando, non tenentur servare juramentum, *c. constitutis. X. de testib.*

Si TESTES impediantur, punitur is, de quo præsumitur venire impedimentum, ibid.

TESTES regulariter non recipiendi lite non contestata, *c. quoniam. ut lit. non contest.*

TESTES lite non contestata recipiuntur, quando Magistratus ex officio per inquisitionem procedit, & quando testes publicantur ad perpetuam rei memoriam, *c. 5. X. eod.*

Etiam propter defectum probationis recipiuntur TESTES lite non contestata, *ibid.*

TESTES ad judicandum Clericos nunc sufficiunt tres, *c. placuit. q. 4. caus. 2.*

TESTES vocari non possunt Sacerdotes, nisi in magna necessitate, & hoc de licentia Episcopi, *c. quamquam. q. 2. caus. 14.*

TESTES per hoc non evadunt infames, quod eorum testimonium fuerit reprobatum, *c. cum dilectus. X. de ordin. cognit.*

TESTIVM *dicta.*

TESTIVM dicta publicata possunt disputari publice, *c. in causis &c. X. de testibus.*

TESTIVM dicta recipi possunt, antequam opponatur exceptio, secus post, *c. ex parte X. eod.*

TESTIVM dicta consideranda, an verisimi-

risimilia sint de loco, tempore, &c. *c. si testes. q. 2. caus. 4.*

TESTIVM dicta de auditu non probant in causa electionis; neque de fama, *c. tam literis. X. de testibus.*

TESTIVM dicta secreto tenenda, *c. cum clamor. X. eod.*

TESTIVM dicta ad petitionem tertii publicanda non sunt, *c. constitutus. eod.*

Secundum TESTIVM dicta judicandum est, *c. tertio. X. de probat.*

TESTIVM *examen.*

TESTES diligenter, & singillatim examinandi, præsertim in causa vitæ, *c. venerabili. X. de testib.*

Et jejuni, *c. 1. X. eod. c. placuit. q. 2. caus. 4.*

TESTES in loco tuto & commodo recipiendi & examinandi, *c. cum dilecta. X. de confirm. util.*

TESTES diligenter examinandi de causis, personis, loco, tempore, visu, auditu, scientia, credulitate, fama, certitudine, &c. *c. cum causam. X. de testib.*

TESTES, etiam Religiosi, prævio juramento examinandi, alias eis non creditur, *c. nuper. X. eod.*

TESTES, qui obscure & confuse deposuerunt, ut veritas dignosci non possit, rursus examinari debent, idque ex Iudicis officio, *c. 53. X. eod.*

TESTES examinari possunt in alia provincia, quam in qua litigatur, & per alios, quam per Iudices, *c. cum olim. X. eod.*

Forma TESTIVM examinandorum datur, *c. præsentium. de testib. in 6.*

TESTIVM *juramentum.*

TESTIVM juramentum potest à partibus remitti, *c. tuis quæstionibus. X. de testib.*

TESTIVM juramentum in causa consanguinitatis habetur *c. 5. X. eod.*

TESTI non creditur etiam Religioso, nisi jurato, *c. nuper nobis. X. eod.*

TESTIS semel in causa jurare debet, *c. præterea. X. de testib. cogend.*

TESTES ad Evangelia jurent, quod nihil falsum deponant, *c. 3. q. 4. caus. 2.*

TESTIVM *numerus.*

Vnus TESTIS nunquam probat, etiamsi sit magnæ autoritatis, *c. si testes. q. 2. caus. 4.*

TESTIS unus cum aliis adminiculis aliquid probat, *c. præterea. X. de testib.*

TESTIS unus probat copulam carnalem, si est de visu, aut de auditu, si cætera adsint adminicula, *ibid.*

TESTES duo sufficiunt, si alii haberi non possint, *c. si testes. q. 2. caus. 4.*

TESTES tres, vel duo legitimi sufficiunt ad terminandam causam etiam pro testamentis, *c. 10. & 11. X. de testam.*

Tres TESTES sufficiunt, qui super consanguinitate deponunt, sive sint de eadem consanguinitate, sive seniores & meliores ejusdem loci, *c. 5. X. de testib.*

TESTIVM non multitudo, sed qualitas consideranda est, & testium autoritas multitudini præfertur, *c. si testes. q. 2. caus. 4.*

TESTIVM multitudo effrenata dicitur, si sint ultra 40. *c. 37. X. de testib.*

THEODOSIVS
Imperator.

THEODOSIVS Imperator publicam egit pœnitentiam propter cædem Thessalonicensium, in quos ira præcipitante tulit sententiam, *c. 69. q. 3. caus. 11.*

THEOLOGIA.

Laus THEOLOGIAE, cujus studium vult ampliari Papa, *c. ult. X. ne Cler. vel Monach.*

THE-

THEOLOGIA super omnes scientias est favorabilis, *ibid.*

THEOLOGUS.

In Metropolitana Ecclesia etiam THEOLOGUS constitui debet, qui scripturam sacram doceat Sacerdotes & alios, *c. quia X. de magistr.*

THEOPHILUS.

THEOPHILUS unus ex compilatoribus Digestorum, autoritate Imper. Iustiniani composuit Institutiones, *§. 3. proœm. Inst. L. 2. §. 9. C. de veteri jure* &c.

THESAURARIUS.

THESAURARII officium est: Basilicarum & Ostiarii ordinationem facere, incensum præparare, curam chrismatis conficiendi & Baptisterii ordinandi habere, præparare in Sacratio & Sacrificiis luminaria, *c. 1. §. fin. dist. 25.*

THESAURIZARE.

THESAURIZANT parentes filiis, non contra, *c. 6. X. de censib.*

THESAURUS.

THESAURUS est vetus quædam depositio pecuniæ, cujus non extat memoria, ut jam Dominum non habeat, *L. 31. §. 1. de A. R. D.*

THESAURUS ejus fit, qui eum invenit, *ibid.*

THESAURUS non est, si quis aliquid vel lucri causa, vel metus, vel custodiæ, condiderit sub terra, cujus etiam furtum fit, *ibid.*

THESAURUS est donum fortunæ, *L. 63. §. 1. eod.*

THESAURUM si is, qui in aliena potestate est, invenerit in agro domini, vel patris, totus est domini, vel patris, sed si invenerit in alieno agro, dimidia erit domino agri & alia dimidia domino, vel patri, *L. 63. pr. eod.*

THESAURUM si creditor invenerit in fundo sibi obligato intra tempus datum debitori ad luendum, dimidia pertinet debitori offerenti pecuniam intra tempus, & alia dimidia creditori inveniendi: sed si post illud tempus invenisset, à debitore sibi non soluta pecunia, nec oblata, totus thesaurus erit creditoris, si creditor impetravit, ut post illud tempus fundum obligatum haberet ut suum proprium, *L. 63. §. 4. eod.*

Si quis THESAURUM in fundo suo positum sciat, continuo possidet, simul atque possidenti affectum habuerit; quia, quod desit naturali possessioni, id animus implet, *L. 3. §. 3. de acquir. vel amit. poss.*

THESAURUS, licet in fundo sit reconditus, non tamen ab ignorante possidetur, *ibid.*

THESAURUS cum fundo non possidetur, nisi loco motus sit, *ibid.*

THESAURUS est condita ab ignotis dominis tempore vetustiori pecunia, *L. un. C. de thesauris X.*

THESAURUS Dei beneficium, *ibid.*

THESAURI inveniendi causa nemini licet agrum alienum invito domino ingredi, *ibid.*

THESAURUM quærere in suo proprio omnibus licet, dummodo quærant, sed si quærant sceleratis ac puniendis sacrificiis, aut arte magicaa, vel alia legibus odiosa, tunc totum inventum fisci erit, cum ipse sit indignus, *ibid.*

THESAURUS in loco proprio, vel in loco sacro, vel religioso casu inventus, inventoris est secundum rationem naturalem, sed inventus casu in alieno loco dividitur inter inventorem & dominum loci, *§. 39. de R. D.*

THESAURUS inventus in alieno loco data opera, non est inventoris, sed ejus cujus est locus, *ibid.*

THESAURUS casu inventus in loco fiscali,

fiscali, vel publico, vel civitatis, dividitur inter ipsum inventorem & fiscum, vel civitatem, *ibid.*

THESAVRVS data opera inventus, *II. F. 56.*

Non date opera, *ibid.*

In loco Cæsaris inventus, *ib.*

In loco religioso, *ibid.*

THLASIAS.

THLASIIS execti sunt testes, *L. 128. de V. S.*

THLIBIAS.

THLIBIAS facientes in ea causa sunt, qua hi, qui castrant, & capitaliter puniuntur, sicut & castrantes, *L. 5. ad L. Cornel. de sicar.*

THORVS.

Fides THORI est unum de tribus bonis conjugii, *c. 13. X. qui filii sint legit.*

THORI violatio non solvit conjugale vinculum. *ibid.*

THYNNARIVS, *a, m.*

THYNNARIA piscatio dicitur piscatio eorum piscium, qui thynni, vel thunni dicuntur, *L. 13. pr. communia prædior.*

TIBERIVS *Coruncanius.*

TIBERIVS *Coruncanius* fuit, qui primo scientiam juris civilis publice professus est, ante cum cæteri jus civile in latenti retinere cogitabant, *L. 2. §. 35. de O. I.*

TIGNVM.

TIGNVM dicitur à tegendo, *L. 1. §. 1. de tigno juncto.*

TIGNI autem appellationi continetur omnis materia, ex qua ædificium constet, vineæque necessaria. Vnde quidam ajunt tegulam quoque, & lapidem, & testam, nec non calcem, & arenam hac appellatione contineri, *ibid.*

TIGNI appellatione in lege duodecim Tabularum omne genus materiæ, ex qua ædificia constant, significatur, *L. 62. de V. S.*

TIGNI appellatione in vineis continentur omnia vineis necessaria, vel uti perticæ, & pedamenta, *L. 1. §. 1. de tigno juncto.*

TIGNI appellatione omnem materiam in Lege duodecim Tabularum accipimus, ut quibusdam recte videtur, *L. 7. pr. ad exhibend.*

TIGNVM bona fide injunctum ædibus alienis non potest vindicari, nec ad exhibendum agi, potest tamen agi in duplum actione de tigno juncto, *L. 6. eod.*

TIGNVM alienum ædibus junctum, nec vindicari potest, propter legem duodecim Tabularum, nec eo nomine ad exhibendum agi, nisi adversus eum, qui sciens alienum junxit ædibus; sed est actio antiqua de tigno juncto, quæ in duplum ex lege duodecim tabularum descendit, *L. 23. §. 6. de R. V.*

TIGNVM alienum injunctum ædibus suis non cogitur quis eximere, *L. 7. §. 10. de A. R. D.*

TIMERE.

TIMERE debemus eum, qui erigit, & deprimit, *c. 1. §. humani. q. 2. caus. 16.*

Non TIMEATVR Deus pro pœna, sed ametur pro gloria, *c. Nullus. dist 7. de pœnit.*

Plus TIMERI solet, quod specialiter injungitur, quam quod generaliter imperatur, *Extrav. comm. c. 3. de Prabend. c. 11. X. de hæretic.*

TIMOR.

Vani TIMORIS justa excusatio non est, *L. 184. de R. I.*

TIMOR vel est servilis, vel filialis, *c. hæc autem. §. ex his. q. 4. caus. 23.*

Sicut seta introducit charitatem, *c. 17. dist. 2. de pœnit.*

Crescit charitas, minuitur TIMOR, & contra, *ibid.*

Non

Non in solo TIMORE vivit homo, *c. Nullus. dist. 7. de pœnit.*

TIMOR attenuat culpam, *c. 6. X. de homicid.*

TIMORE pœnæ temporalis coërcentur homines, *c. 14. X. de præsumpt.*

Iudex non debet TIMORE judicare, *c. 1. de sent. & re judic. in 6.*

TITIO.

An TITIONES, & alia ligna cocta, ne fumum faciant, ligno, an carboni, an suo generi sint annumeranda? Et magis est, ut proprium genus habeatur, *L. 55. §. 7. de legat. 3. L. 167. de V. S.*

TITVLVS.

TITVLVS dicitur principium possessionis, sine quo nemo vere possidet, *c. Dilectio. §. potest. q. 3. caus. 16.*

TITVLI loco habetur possessio 100. annorum, *c. 1. de præscript. in 6.*

TITVLVS debet probari in quavis præscriptione, *c. 31. X. de decim.*

TITVLVS justus & fides bona requiruntur in præscriptione, *c. 17. X. de præscript.*

TITVLVM & possessionem ostendens vincit interdicto *uti possidetis*, *c. 9. X. de probat.*

TOGA.

TOGA dicitur eo, quia ea tegamur, *L. 180. §. 1. de V. S.*

TOLERARE.

TOLERANDA sunt aliqua pro bono pacis, quæ alias reprobarentur, *c. 21. X. de prabend.*

Necessitatis causa quædam in Ecclesia TOLERANTVR, *c. 13. q. 7. caus. 1.*

Multa per patientiam TOLERANTVR, quæ si deducta fuerint in judicium, exigente justitia, non debent tolerari, *c. 18. X. de prabend.*

Multi TOLERANDI sunt, quamvis sententia Dei condemnati sint, *c. unus. q. 1. caus. 2.*

TOLERANTVR aliqui, qui corrigi vel puniri non possunt, *c. 1. & 5. q. 4. caus. 23.*

TOLERANDI sunt mali propter bonos, non propter malos boni deserendi, *c. tolerandi. ead.*

TOLERANDI aliquando mali propter spem correctionis, *c. 3. §. expectandi. dist. 45.*

TORMENTVM.

TORMENTA requiruntur in causis gravibus, *L. 8. pr. de quæstion.*

Ad TORMENTA pervenitur in subsidium, cum veritas aliter explorari non potest, *ibid.*

TORMENTA in criminibus eruendis adhiberi solent, *L. 1. pr. eod.*

A TORMENTIS non est incipiendum in scrutandis criminibus, nisi præcedant indicia, *ibid.*

Ad TORMENTA servorum ita demum veniri oportet, cum suspectus est Reus, & aliis argumentis ita probationi admovetur, ut sola confessio servorum deesse videatur, *L. 1. §. 1. eod.*

Ad TORMENTA servorum pervenitur in causa pecuniaria in subsidium, *L. 9. pr. eod.*

TORMENTA inventa sunt, ut mali coërceantur, *c. 18. q. 5. caus. 23.*

TORMENTA adhibenda sunt, non quanta accusator postulat, sed ut moderatæ rationis temperamenta desiderant, *L. 10. § 3. de quæstion.*

TORNEAMENTVM.

TORNEAMENTA hæc sunt, quando milites ex condicto conveniunt, & ad ostentationem virium suarum, & audaciæ congrediuntur, *c. 1. X. de torneament.*

Decretum de non exercendis TORNEAMENTIS sub pœna excommunicationis, & interdicti mutatur, tum ne multi à militia per hoc absterreantur, tum alias ob rationes *Extrav. Ioan. XXII. c. un. de torneament.*

TORQVERE.

TORQVERI non debet domesticus pro domestico, *L. 1. §. 3. de quæstion.*

TORQVERI potest servus municipum in caput civium, *L. 1. §. 7. eod.*

TORQVERI in caput meum non debet servus, qui bona fide mihi servit, etiam si dominium in eo non habui, *L. 1. §. 8. eod.*

TORQVERI non potest minor quatuordecim annis, in crimine tamen majestatis, quod ad Principis personam attinet, omnes omnino torquentur, nec ullus excusatur, *L. 10. pr.* & *§. 1. eod.*

TORQVERI non possunt in causa liberali hi, de quorum statu quæritur, *L. 10. §. 6. eod.*

TORQVERI non debet liber homo pro testimonio non vacillante, *L. 15. pr. eod.*

TORQVERI non debet minor 14. annis in caput alterius, & si sine tormentis dicat, non creditur ejus testimonio, *L. 15. §. 1. eod.*

TORQVERI iterum potest Reus, si evidentioribus argumentis oppressus fuerit, maxime si in tormentis animum & corpus duraverit, *L. 18. §. 1. eod.*

TORQVERI non possunt Presbyteri occasione testimonii, quamvis vacillent, sed alii Clerici si vacillent, torqueri possunt, *L. 8. C. de Episcopis* &c.

TORQVERI possunt latrones insignes diebus feriatis etiam in honorem Dei inductis, *L. 10. C. de feriis.*

TORQVERI non possunt milites, nec eorum filii, exceptis his, qui scil. ignominiose sunt soluti, *L. 8. C. de quæstion.*

TORQVERI non potest Decurio, nec ejus liberi usque ad pronepotes, *L. 11. C. eod.*

TORQVERI etiam possunt Decuriones in crimine læsæ majestatis, i. e. quando contra Principem vel rempubl. moliti dicantur, *L. 16. C. eod.*

TORQVENTI Iudici Decuriones in contumeliam ordinis pœna capitis imponitur, *ibid.*

TORQVERI non potest ille, qui munera Decurionatus deposuit, *L. 17. C. eod.*

TORQVERI non possunt Clarissimi, *L. 10. C. de dignitatibus. XII.*

TORQVENDI quando sunt plures Rei unius delicti, incipiendum est ab eo, qui timidior vel teneræ ætatis videtur, quia ex his facilius veritas extorquetur, *L. 18. pr. de quæstion.*

TORQVERI potest depositarius, ut reddat depositum, *c. 1. X. de deposit.*

TORQVERE licet suspectos, ut veritas facti eliciatur, *c. illi q. 5. caus. 5.*

TORRENS.

TORRENS dicitur, quod tantum hyeme fluit, nec desinit esse torrens, eo quod aliqua hyeme exaruerit, nec fluerit, *L. 1. §. 2. de fluminibus.*

TORTVRA.

TORTVRA non irrogat infamiam, *L. 14. C. ex quibus causis infam. irrogat.*

Ad TORTVRAM potest perveniri in causa ingenuitatis, *L. 9. C. de quæstion.*

TORTVRA non debet præcedere indicia, *c. 6. X. de R. I.*

TORTVRA aliquando damnis, aliquando verberibus infertur, *c. Fraternitas. q. 2. caus. 12.*

TORTVRAE non subjiciuntur in causa criminali Nobilis, miles, & in dignitate constitutus, *c. ult. q. 1. caus. 6.*

Absque TORTVRA non est credendum testimonio levium hominum, *c. si testes. §. si res. q. 2. caus. 4.*

TOTVS, *a*, *m.*

In TOTO & pars continetur, *L. 113. de R. I.*

Quod

Quod de TOTO prædicatur, prædicatur & de parte, *L. 51. de admin. & peric. tutor.*

TOTUM non retinetur per partem, *c. 18. X. de præscript. c. 20. X. de censib.*

TOTUM jus suum alienasse intelligitur, qui nihil excepit, & potuit, *c. 22. X. de privileg.*

Qui potest TOTUM facere, multo magis ejus partem, *c. 28. X. de offic. deleg.*

In TOTO continetur pars, & in eo, quod plus est, continetur minus, *c. 35. & 80. de R. I. in 6.*

TRABEA.

TRABEA est vestis consularis, qua etiam Imperator utebatur, *L. 1. C. de consulibus &c. XII.*

TRABS, f. *Trabes.*

Si plures TRABEM dejecerint, & hominem oppresserint, omnes L. Aquilia tenentur, *L. 11. §. 4. ad L. Aquil.*

Cum plures TRABEM alienam furandi causa sustulerint, quam singuli ferre non possent, furti actione omnes teneri existimantur, quamvis subtili ratione dici possit, neminem eorum teneri, quia neminem verum sit eam sustulisse, *L. 51. §. 2. eod.*

TRADERE.

Si quis dominium in fundo habuit, id TRADENDO transfert; si non habuit, ad eum, qui accipit, nihil transfert, *L. 20. pr. de A. R. D.*

TRADENS rem furioso, quem sanæ mentis esse existimabat, amittit possessionem ejus, licet furiosus, cui tradidit, non sit adeptus possessionem, *L. 18. §. 1. de acquir. vel amitt. poss.*

Si rem meam quasi tuam tibi TRADIDERO, scienti meam esse, magis est, furtum te facere, si lucrandi animo id feceris, *L. 54. §. 1. de furtis.*

TRADITA vina intelliguntur, cum claves cellæ vinariæ emptori traditæ fuerint, *L. 1. §. 21. de acquir. vel amitt. poss.*

Si TRADO alicui rem, ut exploret, quanti vendi potest, non est depositum, nec commodatum, *L. 1. §. 2. de præscript. verb.*

Si rem TRADI stipulamur, non intelligimur proprietatem ejus dari stipulatori, sed tantum tradi, *L. 28. de A. R. D.*

TRADITIO.

TRADITIO facti magis quam juris est, *L. 7. §. 3. de curator. furios.*

TRADITIO nihil amplius transferre debet vel potest ad eum, qui accipit, quam est apud eum, qui tradit, *L. 20. pr. de A. R. D.*

TRADITIO rei præsumitur ex solutione pensionis, *c. 9. X. de restit. spoliat.*

Hæ res, quæ TRADITIONE nostræ fiunt, jure gentium nobis acquiruntur; nihil enim tam conveniens est naturali æquitati, quam voluntatem domini volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi, *L. 9. §. 3. de A. R. D.*

TRADITIO utrum fiat à domino, vel ab alio domini voluntate, nihil refert, ut res traditæ nobis acquirantur, *L. 9. §. 4. eod.*

Interdum sine TRADITIONE nuda voluntas domini sufficit ad rem transferendam; Veluti si rem, quam commodavi aut locavi tibi, aut apud te deposui, vendidero tibi; licet enim ex ea causa tibi eam non tradiderim, eo tamen, quod patior eam ex causa emptionis apud te esse, tuam efficio, *L. 9. §. 5. eod.*

TRADITIO, quæ fit per aspectum, vel præsentiam, dicitur ficta, & non vera, *L. 1. §. 21. de acquir. vel amitt. poss.*

TRAIECTITIA *pecunia.*

TRAIECTITIA ea pecunia est, quæ trans mare vehitur; cæterum si eodem loci consumatur, non erit trajectitia, *L. 1. de nautico fœnore.*

Pro TRAIECTITIA pecunia habentur merces, quæ ex ea emerentur, pecunia est mutuata, & actum est etiam, ut portarentur trans mare, periculo creditoris, *ibid.*

TRAIECTITIA pecunia non est, si quis mutuavit pecuniam portandam trans mare sine periculo mutuantis, nec debebitur ex illa pecunia major usura, quam legitima, *L. 4. pr. eod.*

TRAIECTITIA pecunia desinit esse post diem præstitutum & conditionem impleram, si periculum desinit esse creditoris, *ibid.*

Pro TRAIECTITIA pecunia potest deberi usura centesima, quousque periculum pertinet ad creditorem, non ultra, *ibid.*

TRAIECTITIA pecunia est illa, quæ vehenda trans mare ita datur, ut non alias creditori competat ejus petitio, quam si salva navis intra statuta tempora pervenerit, & non existente conditione, ipsius crediti obligatio deficere videtur, *L. 6. eod.*

TRAIECTITIAE pecuniæ usura centesima non potest peti, si per creditorem stetit, quominus eam intra tempus præstitutum accipiat, *L. 8. eod.*

Si TRAIECTITIAE pecuniæ pœna, uti solet, promissa est, quamvis eo die, qui primus solvendæ pecuniæ fuerit, nemo vixerit, qui eam pecuniam deberet, tamen perinde committi pœna potest, ac si fuisset heres debitoris, *L. 9. eod.*

TRAIECTITIA pecunia, quæ periculo creditoris datur, tamdiu libera est ab observatione communium usurarum, quamdiu navis ad portum appulerit, *L. 1. C. de nautico fœnore.*

TRAIECTITIAE vel nauticæ pecuniæ periculum debitoris est de jure communi, nisi aliud fuerit conventum, *L. 2. C. eod.*

TRANSACTIO.

TRANSACTIO non potest fieri, nisi super re dubia & lite incerta *L. 1. de transact.*

TRANSACTIO fit duobus modis, vel per pactum simplex, vel per Aquilianam stipulationem, & acceptilationem, *L. 2. eod.*

TRANSACTIO est de re dubia, & lite incerta pactio non gratuita, *c. 1. X. de transact.*

TRANSACTIO dicitur amicabilis compositio, si fit gratis, *c. ex literis &c. X. eod.*

TRANSACTIO non habet locum in matrimonio, *c. ult. X. eod.*

TRANSACTIO in spiritualibus locum non habet, si fiat mediante pecunia, *c. 4. & 7. X. eod.*

TRANSACTIO super decimis valet inter personas Ecclesiasticas, si fiat autoritate Diœcesani, *c. statuimus. X. eod.*

TRANSACTIO facta de rebus Ecclesiæ per Prælatum, sine superioris assensu non obligat Successorem, *c. Veniens. X. eod.*

TRANSACTIONE, nova pensio imponi non potest, nec vetus augeri partium pactione, sine vitio Simoniæ, *c. 9. X. eod.*

TRANSACTIONEM si Papa ex certa scientia confirmat, valet, licet alias non valeret, *c. penult. X. de confirm. util. vel inutil.*

TRANSACTIO facta cum principali, prodest fidejussori etiam condemnato, *L. 7. §. 1. de transaction.*

TRANSACTIO à patre facta de re filiorum, quos in potestate non habet,

bet, non præjudicat filiis, *L. 10. eod.*

TRANSACTIO ut valeat, debet pœna adjici, item clausula, *rato manente pacto*, & quod pœna toties committatur, quoties fuerit contraventum, *L. 16. eod.*

TRANSACTIONE matris filii non possunt fieri servi, *L. 26. C. de transact.*

TRANSACTIO facta ab homine sanæ mentis, sed ægro corpore, valet, neque potest rescindi, eo quod sit facta à valetudinario, *L. 27. C. eod.*

TRANSACTIO extra judicium fieri potest, *L. 28. C. eod.*

TRANSACTIO scripturam non requirit, *ibid.*

TRANSACTIO facta per errorem super proprietate rei, veluti quando adultus transegit super re, quam non credebat suam, eo quod non erat inter cæteras res suas constituta apud procuratorem, sed apud alium, talis transactio nihil ei nocet, *L. 29. C. eod.*

TRANACTIO generalis non extenditur ad ea, de quibus verisimiliter non est transactum, *L. 31. C. eod.*

Promissis TRANSACTIONIS causa non impletis, pœna in stipulationem deducta, si contra factum fuerit, exigi potest, *L. 37. C. eod.*

TRANSACTIO nullo dato, vel retento, seu promisso minimo procedit, *L. 38. C. eod.*

TRANSACTIONI juratæ si quis contraveniat, infamis est, & ab actione cadit, pœnamque solvit, & data restituit, & applicantur adversæ parti transactionem observanti, *L. 41. C. eod.*

TRANSACTIO ex falsis instrumentis interposito jurejurando confirmari non potest, *L. 42. C. eod.*

TRANSACTIO jurata eatenus rescinditur, quatenus prætextu falsorum instrumentorum facta est, *L. 42. C. eod.*

TRANSACTIO non retractatur per instrumenta de novo reperta, *L. 19. C. eod.*

TRANSACTIO, quæcunque sit, de his tantum, de quibus inter convenientes placuit, interposita creditur, *L. 9. §. 1. de transact.*

TRANSACTIO non inspectis verbis testamenti facta super his, quæ pendent ex testamento, non valet, *L. 6. eod.*

Post rem judicatam TRANSACTIO valet, si vel appellatio intercesserit, vel appellare potueris, *L. 7. pr. eod.*

TRANSACTIO super alimentis relictis in ultima voluntate inter heredem & alimentarium non potest fieri, nisi causa cognita Prætoris autoritate, *L. 8. pr. eod.*

TRANSACTIO super alimentis relictis gratia conditionis implendæ ab herede non potest fieri, nisi causa cognita Prætoris autoritate, *L. 8. §. 2. eod.*

TRANSACTIO super alimentis futuris relictis inter vivos, & non ex ultima voluntate recte, potest fieri sine Prætoris autoritate, *ib.*

Super TRANSACTIONE alimentorum decretum Prætoris debet versari circa *causam* transactionis, circa *modum*, & circa *personam* transigentis, *L. 8. §. 8. eod.*

TRANSACTIONIS causas super alimentis debet inquirere Prætor, & solent allegari fere istæ, si alibi domicilium habeat heres, & alibi alimentarius, vel si alteruter domicilium transferre destinet, vel si aliqua causa præsentis pecuniæ urgeat, vel à pluribus ei alimenta relicta sint, & minutatim singulos convenire ei difficile sit, vel si sit aliqua causa, quæ

Prætori suadeat transactionem admittere, *L. 8. §. 9. eod.*

TRANSACTIONIS modum super alimentis debet inquirere Prætor, ut puta quantitas transactionis, quæ pro ætate & valetudine ejus, qui transigit, arbitrari debet, nam aliter cum puero, aliter cum juvene, & aliter cum sene debet transigi, *L. 8. §. 10. eod.*

TRANSACTIO alimentorum facta simpliciter non extenditur ad habitationem vel vestiarium, nisi specialiter etiam de eis sit transactum, *L. 8. §. 12. eod.*

TRANSACTIO de calciario etiam autoritate Prætoris fieri debet, *L. 8. §. 14. eod.*

TRANSACTIO super alimentis cum Prætoris autoritate, sed sine causa cognita facta, non valet, *L. 8. §. 17. eod.*

TRANSACTIO super alimentis præteritis etiam sine Prætore fieri potest, secus super futuris, *L. 8. C. de transact.*

TRANSFERRE.

TRANSFERRI possunt Prælati de Ecclesia ad Ecclesiam propter necessitatem vel utilitatem, *c. mutationes. q. 1. caus. 7.*

TRANSLATUS nihil juris in priori Ecclesia retinet, *c. si quis. q. 2. caus. 21.*

TRANSLATUS non privatur prima Ecclesia, nisi possessionem habeat in secunda, *c. 6. dist. 92.*

TRANSFUGA.

TRANSFUGAE nullum postliminium est; nam qui malo consilio, & proditoris animo patriam reliquit, hostium numero habendus est, *L. 19. §. 4. de captivis.*

Si statuliber TRANSFUGA reversus sit, existente conditione, postquam rediit, liber efficitur, *L. 19. §. 6. eod.*

TRANSFUGA autem non is solus accipiendus est, qui aut ad hostes, aut in bello transfugit, sed & qui per induciarum tempus, aut ad eos, cum quibus nulla amicitia est, fide suscepta transfugit, *L. 19. §. 8. eod.*

TRANSFUGAE postliminii jus non habent, sive masculi, sive fœminæ sint, *L. 19. §. 4. eod.*

TRANSFUGAE ad hostes, vel consiliorum nostrorum renunciatores, aut vivi exuruntur, aut furcæ suspenduntur, *L. 38. §. 1. de pœnis.*

TRANSFUGA si multos latrones apprehendit, & demonstravit transfugas plures, potest ei parci, sed non debet parci ei, qui promittit se prædicta facturum, *L. 5. §. 8. de re militari.*

TRANSFUGAE plerumque capite puniuntur, *L. 7. eod.*

TRANSFUGAM jure belli recipimus, *L. 51. pr. de A. R. D.*

TRANSIGERE.

TRANSACTA *finitave* intelligere debemus, non solum quibus controversia fuit, sed etiam quæ sine controversia sint possessa, *L. 229. de V. S.*

TRANSIGERE de feudo potest Vasallus, *II. F. 26. c. 5. §. 10. II. F. 43.*

Qui TRANSIGIT, quasi de re dubia, & lite incerta, neque finita transigit, qui vero paciscitur donationis causa rem certam & indubitatam liberalitate remittit, *L. 1. de transact.*

TRANSACTUM accipere quis potest, non solum si Aquiliana stipulatio fuerit subjecta, sed & si pactum conventum fuerit factum, *L. 2. eod.*

Qui TRANSIGIT de alimentis, non videbitur neque de habitatione, neque de vestiario transegisse, cum Divus Marcus specialiter etiam de istis transigi voluerit, *L. 10. §. 12. eod.*

Super beneficio ecclesiastico TRANSIGI non potest etiam cum juramenti inter-

interpositione, *c. Constitutus. X. de transact.*

Super re sacra & litigiosa TRANSIGI non potest, *ibid.*

TRANSIGERE non potest Prælatus sine Capituli literis, *c. contingit. X. eod.*

TRANSIGERE vel compromittere non potest, sine speciali mandato, procurator generaliter ad agendum vel defendendum datus, *c. 9. X. de arbitr.*

Secus, si liberam habeat causæ administrationem, *c. 4. de procurat. in 6.*

Vel postea dominus ratum habeat, *c. 3. X. de transact.*

Nulli procuratorum Principis, inconsulto Principe, TRANSIGERE licet, *L. 13. eod.*

TRANSIGERE de pluribus causis & capitulis simul possumus, *L. 42. C. de transact.*

TRANSIGERE possumus de lite nondum mota, *L. 2. C. eod.*

TRANSIGI potest de alimentis præteritis, si quæstio deferatur, *L. 8. C. eod.*

TRANSIGERE potest civitatis administrator de re civitatis, at non debitum liquidum remittere, *L. 12. C. eod.*

Si major TRANSEGISTI, ad rescindendam transactionem de dolo contestatio non sufficit, *L. 22. C. eod.*

TRANSIRE.

TRANSEUNTIBUS nihil carius vendendum est, quam in mercato vendi potest, *c. 1. X. de empt.*

TRANSLATIO.

TRANSLATIO utilitatis plurimorum, unius utilitati præferenda, *c. sicut. q. 1. caus. 7.*

TRANSLATIO fit de minori Ecclesia ad majorem, non contra, *c. mutationes. eod.*

TRANSLATIONES Episcoporum, & sedium mutationes, ad sedem Apostolicam de jure pertinent, *c. 1. & 2. X. de trans. Episc.*

TREBELLIANUM
Senatusconsultum.
vid.
SENATUSCONSULTUM
Trebellianum.

TREUGA.

TREUGA est securitas præstita rebus & personis, discordia nondum finita, *c. 1. X. de treuga & pace.*

TREUGA vel est conventionalis, vel canonica, *ibid.*

TREUGA gaudent omnes Clerici, Mercatores, Rustici agricultura occupati, & animalia, quibus arant, *c. ult. X. eod.*

TREUGAM frangentes sunt excommunicandi, *c. 1. X. eod.*

TRIBONIANUS.

TRIBONIANUS fuit unus ex compilatoribus digestorum, & fuit decoratus eloquentiæ, & legitimæ scientiæ artibus, & in ipsis rerum experimentis emicuit, *L. 2. §. quæ omnia. C. de veteri jure* &c.

Dicitur Magister officiorum, *L. 2. pr. C. eod.*

Vir excelsus. *§. 3. de libert.*

Vir magnificus, *§. 3. proœm. Inst.*

Hic autoritate Imper. Justiniani Institutiones composuit, *ib.*

TRIBULATIO.

TRIBULATIO immittitur à Deo ad virtutis augmentum, *c. adversitas. q. 1. caus. 7.*

TRIBULATIO facit mundi honores contemnere, *c. displicet. q. 4. caus. 23.*

TRIBUNUS.

Plebs TRIBUNOS sibi in monte sacro creavit, qui essent plebeji magistratus, *L. 2. §. 20. de O. J.*

Dicti TRIBUNI, quod olim in tres partes populus divisus erat,

&

& ex singulis singuli creabantur, vel quia tribuum suffragio creabantur, *ib.*

TRIBUTORIA *actio.*

vid.

ACTIO *tributoria.*

TRIBUTUM.

TRIBUTUM appellatur de intributione; vel ex eo, quod militibus tribuatur, *L. 27. de V. S.*

TRIBUTORUM exactio, onus patrimonii est, *L. 3. §. 11. de muneribus* &c.

TRIBUTUM agri debet solvi in ea civitate, in cujus territorio possidetur, *L. 4. §. 2. de censibus.*

TRIBUTUM prædiorum, quæ quis habet communia cum pluribus, si solverit pro se, & consociis, debet fiscus cedere actiones contra socios suos, pro quibus solvit, *L. 5. pr. & §. 1. eod.*

TRIBUTUM pro prædio legato si non solvatur suo tempore, fiscus potest vendere prædium jure pignoris, non obstante, quod legatarius velit cavere de solvendo tributo, & quod heres pro præteritis tributis sit solvendo, *L. 5. §. 2. eod.*

TRIBUTORUM publicorum exactor debitores sui debitoris aliter convenire prius non potest, quam si debitor publicus solvendo non sit, *Nov. 128. c. 12.*

TRIBUTA publica non personis, sed rebus indicuntur, *L. 3. C. de annonis & tributis. X.*

TRIBUTI solutio arguit subjectionem, *c. omnis. X. de censib.*

Ab omni TRIBUTO immunis debet esse Ecclesia, *c. 1. X. eod.*

Potestatibus secularibus TRIBUTUM ab Ecclesia non negatur, *c. 27. & 28. q. 1. caus. 11.*

De suis exterioribus Ecclesia TRIBUTUM solvit, *c. 22. q. 8. c ius. 23.*

TRIENNIUM.

TRIENNIUM dicitur multum tempus, *L. 1. C. de fideicommissis.*

TRIENS.

TRIENS idem est, quod tertia pars assis, i. e. quatuor unciæ, §. *5. de hered. instit.*

TRIGEMINI.

TRIGEMINI, al. *Tergemini.* vid. *Ter.*

TRINITAS *sanctissima*

Sanctissimæ TRINITATIS mysterium explicatur. *c. omnes. dist. 3. de consecr.*

In TRINITATE non est quaternitas, sed *Trinitas*, & damnatus *Ioachimi* Abbatis doctrina quædam circa SS. *Trinitatem. c. damnamus. X. de Summa Trinit.*

Qui vel unam in TRINITATE personam confessus non fuerit, Christianus non est, *c. 83. dist. 4. de consecr.*

TRISTARI.

TRISTARI nullus debet pro sua, nec pro suorum morte, *c. quam praposterum. q. 2. caus. 13.*

TRITICUM.

TRITICUM dare oportere stipulatus est aliquis: Facti quæstio est, non juris, *L. 94. de V. O.*

TRIUMVIRI *capitales.*

TRIUMVIRI capitales dicuntur, qui carceris custodiam habebant, & cum animadverti oporteret, interventu eorum fieret, *L. 2. §. 30. de O. I.*

TRIUMVIRI *monetales.*

TRIUMVIRI monetales, æris, argenti, & auri flatores dicebantur, *L. 2. §. 30. de O. I.*

TRIUMVIRI *nocturni.*

Apud vetustiores, incendiis arcendis

TRI-

TRIVMVIRI præerant, qui ab eo, quod excubias agebant, *nocturni* dicti sunt, *L. 1. de offic. Praefecti Vigilum.*

TVBVLVS.

TVBVLI dicuntur vasa quædam lapidea inhærentia parieti, per quæ transit ignis ad superiora, vel in balneum immittitur, *L. 13. pr. de S. P. V.*

TVGVRIVM.

TVGVRII appellatione omne ædificium, quod rusticæ magis custodiæ convenit, quam urbanis ædibus, significatur, *L. 180. pr. de V. S.*

Ofilius ait, TVGVRIVM à tecto, tanquam tegularium esse dictum, ut *toga*, quod ea tegamur, *ib.*

TVRBA.

TVRBAM, *Labeo* ait, appellatam esse, ex genere tumultus, *L. 4. §. 2. de vi bonorum rapt.*

TVRBAM faciunt decem, aut quindecim homines, *ib.*

TVRBAM non faciunt duo, aut tres, aut quatuor homines, *ib.*

Labeo inter TVRBAM & rixam multum interesse ait; namque turbam, multitudinis hominum esse turbationem & cœtum; rixam, etiam duorum, *ibid.*

TVRBARE.

TVRBATA voluntas non excusat, *c. 23. X. de Simon.*

TVRBATA possessio absentis restitui debet, *c. un. X. de Cleric. peregrinant.*

TVRPILLIANVM *Senatusconsultum*, vid. SENATVSCONSVLTVM *Turpillianum*.

TVRPIS.

TVRPIS conditionis defectus in contractu matrimonii oppositæ, non vitiat matrimonium, sed vitiatur, *c. 1. X. de condit. apposit.*

TVRPES & impossibiles conditiones, favore matrimonii, pro non adjectis debent haberi, nisi sint contra substantiam matrimonii, quia tunc vitiant contractum, *ib.*

TVRPIS promissio non est obligatoria, *c. 2. X. de concess. prabend. in 6.*

TVRPIS persona accusare non potest, *c. diffinimus. q. 1. caus. 4.*

TVRPIA lucra heredibus extorqueri debent, licet crimina extinguantur, *L. 5. pr. de calumniatoribus.*

Qui TVRPIBVS verbis utitur, non tentat pudicitiam, sed injuriarum tenetur, *L. 15. §. 21. de injuriis.*

Si TVRPIS causa accipientis fuerit, etiamsi res secuta sit, repeti potest, *L. 1. §. 2. de condictione ob turpem* &c.

TVRPITER.

TVRPITER non facit, qui præmium accipit, ut furem indicet, *L. 4. §. 4. de condictione ob turpem caus.*

TVRPITER accipit fur aliquid pro re furto ablata, ideo illud restituere tenetur, *L. 6. C. de condictione ob turpem causam.*

TVRPITVDO.

TVRPITVDO quoties tantum in accipientem ob turpem causam versatur, acceptum condici potest, *L. 4. C. de condictione ob turpem causam.*

TVRPITVDINEM suam, nempe perjurium, fraudem, &c. allegans, non est audiendus, *c. 8. X. de donat.*

Vbi dantis & accipientis TVRPITVDO versatur, datum non potest repeti, veluti si pecunia detur, ut male judicetur, *L. 3. de condictione ob turpem* &c.

Quando solius accipientis TVRPITVDO versatur, tunc datum repeti pot-

est, veluti, si tibi dedero, ne mihi injuriam facias, *L. 4. §. 2. eod.*

TVRPITVDO quando versatur ex parte dantis & accipientis, repetitio dari non datur danti, sed solum ei, in cujus præjudicium turpiter datum est, *L. 3. §. 3. de calumniatoribus.*

TVRPITVDO ex parte tantum accipientis pecuniam, ne faceret alicui negotium calumniose, si versetur, contra accipientem datur actio in factum de calumniatoribus; item condictio ob turpem causam, ita, quod una per aliam tollatur, *L. 5. §. 1. eod.*

TVRPITVDO, quæ postea intermissa est, non aboletur, nisi statim post turpitudinem mutaverit se, *L. 43. §. 4. de R. N.*

TVTELA.

Quo TVTELA redit, eo hereditas pervenit, nisi cum fœminæ heredes intercedunt, *L. 73. pr. de R. I.*

TVTELA est vis ac potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui per ætatem se ipse defendere nequit, *§. 1. de tut. L. 1. pr. eod.*

TVTELA in latissima significatione denotat quamcunque defensionem rerum & personarum, veluti

1) Corporis, *L. 3. de I. & I.*
2) Rerum dotalium, *L. 15. de impens. in rem dot. fact.*
3) Civitatis, *L. 1. §. 2. de cloac.*
4) Viæ, *L. 30. de legat. 2.*
5) Ædificiorum, *L. 7. sol. matr.*

TVTELA triplex est, testamentaria, legitima, & dativa, *L. 52. pr. C. de Episc. & Cler.*

TVTELAE testamentariæ requisita sunt quatuor:

1) ut sint parentes, *§. 3. de tut.*
2) ut liberi sint impuberes, d. *§. 3. L. 1. de testam. tut.*
3) ut sint in potestate patria, d. *§. 3. L. 1. de testam. tut. L. 73. §. 1. de R. I.*
4) ut testamento fiat, *L. 1. de testam. tut.*

TVTELA legitima est, quæ à Lege proximioribus pupilli agnatis immediate defertur, *L. 73. pr. de R. I. L. 1. pr. L. 5. pr. L. 6. de legit. tutor.*

Cum TVTELA ad *agnatos* pertineat, non simul ad omnes pertinet, sed ad eos tantum, qui proximiore gradu sunt, *§. 7. de cap. dem.*

Quo ordine successio defertur, eo ordine defertur TVTELA, *L. 1. L. 3. pr. de legit. tut.*

TVTELAE administratio uni ex pluribus decerni potest, *L. 5. §. 2. de legit. tut.*

modo nomine aliorum satisdare paratus est, *Nov. 118. c. 5.*

et idoneus est administrationi, d. *L. 5. §. 2.*

nec non perfectæ ætatis, *pr. de fiduc. tut.*

ac masculus, *Nov. 118. c. 5.*

TVTELA patronorum legitima, quæ patronis defertur L. XII. Tabb., non quidem specialiter vel nominatim delata est, sed per consequentias, *L. 3. pr. de legit. tut. pr. de legit. patr. tut.*

Onus TVTELAE ibi esse debet, ubi successionis est emolumentum, *pr. de legit. patron. tut.*

TVTELAM mater & avia suscipere possunt, si velint, *Auth. Matri & aviæ. C. quand. mul. tut. offic. L. 1. L. fin. C. eod.*

In TVTELA suscipienda avus paternus matri præfertur, *Nov. 118. c. 5.*

A TVTELA fœminæ removentur, *L. 1. §. 1. L. 3. §. 4. ff. de legit. tut. L. 1. C. quand. mul. tut. off. fung. pot. Nov. 118. c. 5.*

TVTELA est munus publicum, *pr. de excus. tut.*

TVTE-

TVTELA parentum, quæ & ipsa legitima vocatur, ad exemplum patronorum recepta est, *pr. de legit. parent. tut. L. 5. C. de dol. mal. L. 3. §. ult. ff. de legit. tut.*

TVTELA fiduciaria est, quæ ex fiducia bonæ administrationis in impuberes emancipatos cognatis competit. Estque triplex:

vel Fiduciaria paterna, *pr. de fiduc. tut.*

vel Fiduciaria fraterna, *L. 4. pr. de legit. tut.*

vel Fiduciaria patrua, *pr. de fiduc. tut.*

TVTELA plerumque virile officium est, *L. 16. pr.* & *L. 18. de tut.*

Nulla TVTELA hereditario jure ad alium transit, *L. 16. §. 1. eod.*

In TVTELIS testamentariis id sequimur, quod novissimum est, *L. 10. §. 1. de testam. tut.*

Quamdiu TVTELA testamentaria speratur, legitima cessat, *L. 11. pr. eod.*

Si semel TVTELA ad testamentarium (sc. tutorem) devoluta fuerit, deinde se excusat, tutela non ad legitimum tutorem redit, *L. 11. §. 1. eod.*

Si plures sunt agnati, proximus tutelam nanciscitur, *L. 9. de legit. tut.*

Adjutor TVTELAE, v. *Adjutor.*

Qui adfectant TVTELAS, ut suspecti sunt removendi, §. 5. *de excusat. L. 21. §. 6. de tut. & curat.*

TVTELA per plures non est administranda, *L. 3. §. 6. de admin. & peric. tutor.*

Si quis TVTELAM gerendam mandaverit, gestaque fuerit ab eo, cui mandatum est, locus erit tutelæ actioni, *L. 5. §. 2. eod.*

Debitor patris, qui TVTELAM administravit filii, tutelæ judicio tenebitur etiam ob id, quod patri debuit, *L. 5. §. 4. eod.*

TVTELAE agit is, cujus tutela administrata est, *L. 8. eod.*

Cum plures TVTELAM gerunt, nulli eorum in contutorem actio pupilli nomine datur, *L. 12. pr. eod.*

Si TVTELA duobus simul gerenda permissa est, tunc uni etiam agere permissum, *L. 24. §. 1. eod.*

Sumptunm, qui bona fide in TVTELAM, non qui in ipsos tutores fiunt, ratio haberi solet, *L. 33. §. 3. eod.*

TVTELAE divisio non juris est, sed jurisdictionis, *L. 36. eod.*

TVTELA finita ante solutionem, currunt usuræ, quæ prius currebant, *L. 46. §. 3. eod.*

TVTELAE judicio tutor conventus edidit librum rationum, & secundum eum condemnatus solvit, *L. 46. §. 5. eod.*

Boni raro TVTELAS ambiunt, *Nov. 72. c. 6.*

Gessisse TVTELAM is videtur, non tantum qui gessit ipse, sed & qui vel alteri, vel contutori mandavit gerendam, aut ab eo satis accepit, *L. 55. §. 3. de admin. & peric. tut.*

Excusantur à TVTELA, qui septuaginta annos compleverunt, *L. 2. pr. de excus.*

Remittit (i.e. excusat), a TVTELA multitudo liberorum legitimorum, *L. 2. §. 2. eod.*

etsi non sint in potestate (sc. emancipati), d. *L. 2. §. 3.*

A TVTELA non excusat, qui in ventre est, *L. 2. §. 6. eod.*

Nepotes excusant à TVTELA ut filii, *L. 2. §. 7. eod.*

Nepotum capita non numerantur, sed stirpes, d. *L. 2 §. 7.*

Ad excusationem TVTELAE liberi non faciunt, qui post creationem (tutoris) generantur, *L. 2. §. 8. eod.*

Tria onera TVTELARVM dant excusationem, *L. 3. eod.*

Tria onera TVTELARVM sic sunt accipienda, ut non numerus pupillorum plures tutelas faciat, sed patrimoniorum, *ibid.*

Tria onera TVTELARVM in domo una esse sufficit, *L. 5. eod.*

Requiem à TVTELA habent Grammatici, *L. 6. §. 1. de excus.*
Sophistæ, d. *L. 6. §. 1.*
Rhetores, *ibid.*
Medici, qui περιοδευταί, i. e. circulatores vocantur, *ibid.*
Philosophi, d. *L. 6. §. 5. & 8.*

Non excusantur à TVTELA legum doctores, in aliquo præsidatu (i. e. provincia) docentes, *L. 6. §. 12. eod.*

A TVTELA legum doctores Romæ docentes remittuntur, *L. 6. §. 12. eod.*

Athletæ habent à TVTELA excusationem, sed qui sacris certaminibus coronati sunt, *L. 6. §. 13. eod.*

Immunitatem à TVTELIS Gentium præsidatus, puta Asiæ, Bithyniæ, Cappadociæ, tribuit, *L. 6. §. 14. eod.*

TVTELA non est Reipublicæ munus, sed civile, *L. 6. §. 15. eod.*

TVTELA est munus publicum, *pr. de excus.*

Remittuntur à TVTELA & cura Magistratus civitatum, *L. 6. §. 16. de excus.*

Dat remissionem TVTELAE capitalis inimicitia, *L. 6. §. 17. eod.*

Absolvitur à TVTELA, cum quæstionem quis pupillo de statu movet, *L. 6. §. 18. eod.*

Illiterati non excusabantur olim à TVTELA, si modo non expertes negotiorum, *L. 6. §. 19. eod.*

Rusticitas excusationem TVTELAE præbet, *ibid.*

Paupertas excusat à TVTELA, *§. 6. de excus. L. 7. eod.*

Veterani milites remissionem TVTELARVM habent adversus omnes homines privatos, non autem adversus filios militum, *L. 8. pr. de excus.*

Milites ignominia missi ab urbicis plane TVTELIS excusantur, *L. 8. §. 9. eod.*

Milites urbanici, licet ante viginti annos mittuntur, tamen perpetuam habent à TVTELIS excusationem, *ibid.*

Si Tribunus in cohortibus prætoriis permilitaverit, à TVTELA collegarum filiorum excusatur, *L. 9. eod.*

Excusantur à TVTELA intra annum à reditu, qui absentes Reipubl. causa desierunt, *L. 10. pr. eod.*

Publicum officium post TVTELAM injunctum excusat ab administratione, ut interim detur alius, *L. 10. §. 5. eod.*

A TVTELA adversa valetudo (puta sontica) excusat, *L. 10. §. 8. eod.*

Furor non in totum à TVTELA excusat, sed efficit, ut curator interim detur, *L. 12. pr. eod.*

Excusationes à TVTELA intra quod tempus sunt proponendæ, *L. 13. §. 12. eod.*

Ad excusationem TVTELAE quinquaginta dies dantur, *L. 13. §. 2. eod.*
Dies continui numerantur, incipiendo à tempore cognitionis, *L. 13. §. 9. eod.*

A parte TVTELAE potest quis se excusare, ut ab universa tutela, *L. 15. §. 3. eod.*

Tempus excusationis à TVTELA constitutum observandum est, *ibid.*

Liberti à TVTELA liberorum patroni nunquam excusantur, *L. 5. C. de excus. tutor.*
nisi adversa valetudine laborent, *L. penult. in fin. de excus.*

Spadoni hoc ipso, quod spado sit, non est à TVTELA excusatio, *L. 15. pr. π. de excus. L. 1. C. eod.*

Pro-

Promissio TVTELAE gerendæ retractari non potest, *L. 15. §. 1. de excus.*
post eam promissionem non est excusatio à tutela, *L. 29. de test. tut.*

Nulli dignitas à TVTELA tribuit excusationem, *L. 15. §. 2. de excus.*

Neque librarii, neque calculatores à TVTELA excusantur, *L. 15. §. 5. eod.*

A TVTELIS non excusantur liberti mulierum Senatoriarum, quamvis earum negotia gerant, *L. 15. §. 8. eod.*
Hoc enim masculorum Senatorum libertis solum concessum est, d. *L. 15. §. 8.*

A TVTELA vel cura non liberatur, qui accepit immunitatem publicorum munerum, *L. 15. §. 12. eod.*

Liberatus TVTELA vel cura potest eisdem actis uti ad excusationem alterius, *L. 15. §. 13. eod.*

A TVTELA liberandus non est, qui dixerit se ignotum patri aut matri pupilli esse, *L. 15. §. 14. eod.*

Qui tres habet TVTELAS, vel curas, non habet jus remissionis, puta, si quis affectaverit suscipere, *L. 15. §. 15. eod.*

Tres TVTELAE excusant à quarta, quinta, & ulterioribus, *L. 31. pr. eod.*

TVTELA filii emancipati numeratur inter tres tutelas, *L. 15. §. 16. eod.*

TVTELA filio delata computatur in numerum trium tutelarum, *L. 4. §. 1. eod.*

Tres TVTELAE excusant à quarta, nisi si qui ex iis, quorum tutela geritur, vel defertur, proximi sint pubertati: ut quia semestre duntaxat tempus supersit, *L. 17. pr. eod.*

Ilienses TVTELAE excusationem habent, *L. 17. §. 1. eod.*

Corpora vel collegia, veluti fabrorum &c. TVTELAE excusationem habent, *L. 17. §. 2. eod.*

Non omnia tamen corpora, vel collegia vacationem TVTELARVM habent, *L. 17. §. 3. eod.*

Gerentes honorem TVTELAE vacationem habent, *L. 17. §. 5. eod.*

Inquilini castrorum à TVTELIS excusari solent, *L. 17. §. 7. eod.*

Domini navium à TVTELIS non excusantur, *L. 17. §. 6. eod.*

Bello amissi (sc. liberi) ad TVTELAE excusationem prosunt, *L. 18. eod.*
& quidem hi, qui in acie amissi, cujuscunque sexus vel ætatis sint, d. *L. 18.*

Excusantur à TVTELA, qui litem cum pupillo vel adolescente habent, *L. 20. eod. Nov. 72. c. 1.*
Olim excusabantur, si lis erat omnium bonorum, vel de statu, *L. 6. §. 8. eod. L. 21. pr. eod.*

Qui se vult excusare à TVTELA, si plures habet excusationes, & de quibusdam non probaverit, aliis uti intra tempora non prohibetur, *L. 21. §. 1. eod.*

TVTELAM Senatores ultra centesimum lapidem gerere non coguntur, *L. 21. §. 3. eod.*

Geometræ à TVTELIS excusationem non habent, *L. 22. pr. eod.*

Hi à TVTELA excusantur, quibus Princeps curam alicujus rei injunxit, *L. 22. §. 1. eod.*

Non excusatur à TVTELA magistratus municipalis, *L. 23. pr. eod.*

Excusationem à TVTELA mensores frumentarii habent, *L. 26. eod.*

A TVTELA se excusare potest legatarius, qui rogatus est alii omne legatum restituere, *L. 27. eod.*

Excusare à TVTELA se potest, qui de falso egit, nec obtinuit, *ibid.*

Consiliarii, qui circa latus Principum versantur, his de causis à TVTELIS excusantur, *L. 30. pr. eod.*

Privilegio excuſatus à TVTELA, excuſatur etiam à TVTELA fratris, *L. 30. §. 2. eod.*

TVTELA ex tribus finita, in numero trium tutelarum non habetur, *L. 31. pr. eod.*

TVTELAE teſtamentariæ dies non cedit à die mortis teſtatoris, aut apertis tabulis, ſed ab adita cjus hereditate, vel conditione exiſtente poſt aditionem, *L. 31. §. 1. eod.*

Qui duas habet TVTELAS, deinde ad alias duas vocatur, tertiæ adſtringitur, ſtatim atque ſcivit ſe tutorem datum; quartæ vero poſt finitum tempus excuſationis, *L. 31. §. 2. eod.*

Qui tres TVTELAS habet, & unius *tutela* pupillus abſtinet hereditate paterna, duas tantum tutelas habere videtur, ideoque etiam *tutelam* delatam agnoſcere cogitur, *L. 31. §. 3. eod.*

Vna TVTELA, diffuſa nempe & negotioſa, ſufficit ad excuſationem aliarum, *L. 31. §. 4. eod.*

Vna eſt TVTELA, ſi tres ſint fratres conſortes, ſi vero tres diſſortes, tres ſunt tutelæ, *ibid.*

Qui onus TVTELAE recuſat, repellendus à legato ex contemplatione tutelæ relicto, *L. 32. eod.*

Sive præcedat legatum, ſive ſequatur, præſumitur ratione tutelæ relictum, favore pupilli, *L. 33. eod.*

Poſt ſuſceptam TVTELAM cœcus, aut ſurdus, aut mutus, aut furioſus, aut valetudinarius deponere *tutelam* poteſt, *L. 40. pr. eod.*

Adminiſtrantes rem Principum, à TVTELA excuſantur, *L. 41. pr. eod.*

Hi à TVTELA excuſantur, qui præfecturam annonæ vel vigilum gerunt, *L. 41. §. 1. eod.*

Comites eorum, qui Reipublicæ cauſa abſunt, non excuſantur à TVTELA jam ſuſcepta, ſed ab ea tantum, quæ abſentibus iis, aut mox profecturis delata eſt, *L. 41. §. 2. eod.*

Corporati & collegiati Romæ urbis excuſantur à TVTELA aliorum, at non à collegarum tutela; niſi ſpecialiter hoc ſit eis tributum, *L. 41. §. 3. eod.*

Vltra vero centiſium (pro centeſimum) milliarium ab urbe filiorum collegarum ſuorum *tutelam* ſuſcipere non coguntur, *L. 42. d. t.*

Libertus Senatoris, filiorum ejus TVTELAM adminiſtrans, ab aliis tutelis non excuſatur, *L. 43. eod.*

Excuſantur à TVTELIS libertinorum ingenui & aureis annulis donati, *L. 44. pr. eod.*

Libertinus, qui jus annulorum impetravit, excuſationem ab aliorum tutela habet, *L. 44. §. 3. eod.*

Teſtamentaria TVTELA, dativa etiam dicitur, *L. 45. §. 3. eod.*

In TVTELIS ſemper utilitas pupilli ſpectanda, *L. 45. §. 4. eod.*

Excuſantur à TVTELIS, qui in collegio piſtorum ſunt, *L. 46. pr. eod.*

Si modo per ſemet piſtrinum exerceant, d. *L. 46.*

Vrbici piſtores à collegarum quoque filiorum TVTELIS excuſantur, *L. 46. §. 1. eod.*

Genus excuſationis eſt, ſi quis ſe dicit ibi domicilium non habere, ubi ad TVTELAM datus eſt, *L. 46. §. 2. eod.*

TVTELA bonæ fidei judicium eſt, *L. 1. §. 2. de tutel. & ration. diſtrab. §. 28. de A.*

TVTELA finitur pubertate, *L. 4. pr. de tut. & ration. diſtr.*

morte tutoris vel pupilli, *d. l.*

Si TVTELAM filiusfam. emancipatus admi-

administret, etiam directo tenetur, *L. 4. §. 1. eod.*

Si filiusfam. TVTELAM administraverit, & liberatus postea patria potestate dolo aliquid fecerit, pater eum duntaxat dolum præstat, qui commissus est ante emancipationem filii, *L. 6. eod.*

TVTELA finitur tutore ab hostibus capto, *L. 7. §. 1. eod.*

Iure postliminii TVTELAM pristinam captus ab hostibus potest integrare, *L. 8. eod.*

TVTELAE intermissio facit censeri tutelam denuo receptam novam tutelam esse, *L. 9. pr. eod.*

TVTELA dativa cedit legitimæ; legitima testamentariæ, *L. 9. §. 1. eod.*

TVTELA constante adversus tutorem agi tutelæ non potest; furti, damni, injuriæ potest, *L. 9. §. 7. eod.*

Administratio cohærens TVTELAE venit in actionem tutelæ, *L. 13. eod.*

TVTELAE privilegium datur in bonis tutoris, & ejus, qui pro tutela negotium gessit, *L. 25. eod.*

Remotus à TVTELA id, quod in eum impendit, actione tutelæ contraria recuperat, *L. 4. de contr. tut. & ut. act.*

TVTELA ad heredes non transmittitur, *L. 16. §. 1. de tut.*

Periculum TVTELAE in se non suscipit, qui inquirendi onus in se recipit, nisi falsum renunciaverit, *L. 1. §. 2. de magistrat. conv.*

In suam TVTELAM *venire, L. 39. pr. de vulg. & pup. subst.*

TVTELA est juris Quiritum, *c. ult. dist. 1.*

TVTELA est triplex: Testamentaria, legitima, & dativa, *c. 40. q. 1. caus. 16.*

TVTELA pupillorum in duobus consistit: ut eorum vita à criminibus, & res ab injuriis improborum intactæ serventur, *c. omnis. q. 1. caus. 12.*

TVTELA finitur pubertate pupilli, cui tamen contradicit *c. 3. X. de desponf. impub.*

A TVTELA & cura excusantur Clerici & Monachi, *c. ult. dist. 88.*

TVTOR.

Nemo potest TVTOREM dare cuiquam, nisi ei, quem in suis heredibus, cum moritur, habuit, habiturusve esset, si vixisset, *L. 73. §. 1. de R. I.*

TVTORIS autoritas in eo, quod animi judicio fit, necessaria est, *L. 189. eod.*

Dolus TVTORIS, sive solvendo est, sive non est, pupillo non nocet, *L. 198. eod.*

TVTORES ex ipsa re nomen acceperunt, sunt enim quasi tuitores atque defensores, *§. 2. de tutel.* & *L. 1. §. 1. de tut.*

TVTORVM officium in his tribus consistit:

1.) in tuitione seu defensione pupilli, & ut pupillus bene educetur, *L. 12. §. 3. L. 30. de administr. tut. & cur.*

2.) ut bona ejus recte administrent, *L. 21. §. 2. de excusat. tut. L. 7. de admin. tut.*

3.) ut autoritatem pupillo contrahenti præstent, *t. t. π.* & *C. de auctor.* &c.

Quando TVTORES administrationem suscipere volunt, requiritur

1.) Decretum Magistratus, *L. 5. §. 12. de reb. eorum, qui sub tut.*

2.) Inventarii confectio, *L. 7. pr. de adminift. tut.*

3.) Promissio jurata de negotiis pupilli bene administrandis. *Nov. 7. c. ult. Nov. 22. c. 2. L. 27. C. de episc. aud.*

4.) Satisdatio, *t. t. de satisd. tut.*

Quan-

Quando TVTOR emancipato filio à patre datus fuerit testamento, sine inquisitione confirmandus, §. 5. *de tutel.*

TVTOR datur omnis, cum quo est testamenti factio, *L. 21. de testament. tut.*

Surdaster TVTOR esse potest, *L. ult. de legit. tut.*

TVTOR ad certum tempus, sc. in testamento, vel ex certo tempore, vel sub conditione, vel ante heredis institutionem dari potest, *§. 3. qui testam. tutor.*

TVTOR datur personæ, non rei, nec causæ, *§. 4. eod. L. 14. de testam. tut.*

Si quis TVTORES filiabus suis, vel filiis dederit, etiam posthumæ, vel posthumo dedisse videtur, *§. 5. qui testam. fac.*

TVTORES legitimi quinam ita vocantur, *pr. Inst. de legit. agnat.*

Vt TVTOR detur impuberi ad hereditatem adeundam, ex causa permissum est, *L. 9. de tutor. & curat. datis.*

TVTORIS præcipuum est officium, ne indefensum pupillum relinquat, *L. 30. de administr. & peric. tut.*

Si lis est cum pupillo, TVTOR convenitur, *c. 16. X. de testam.*

TVTOR proprie dicitur pupilli vel orphani, *c. 2. dist. 87.*

TVTOR esse desinens, si nomine pupilli invitus convenitur, poterit appellare, *c. 67. X. de appell.*

Si quis TVTOR vel curator detur, qui ante Advocatus contra patrem pupilli fuit, eandem causam defendere potest, *c. infamis. §. item si. q. 7. §. 3.*

TVTORIS consilio pupillus potest accusare, si injuriam patris vindicet, *c. certis. q. 3. caus. 15.*

In TVTORIS personam fertur sententia, *c. 16. X. de testam.*

TVTORI dato in testamento potest testator præcipere, ut taliter de rebus suis disponat, *ibid.*

TVTOR, qui tutelam gerit, quantum ad providentiam pupillarem, domini loco haberi debet, *L. 27. de administr. & peric.*

TVTOR perfectæ ætatis debet esse, i. e. XXV. annorum de jure civili, *L. 1. §. 2. π. de minor. L. 4. & 8. π. de legit. tut. L. 16. §. 1. π. de tutor. L. ult. C. de legit. tut. L. ult. C. de his, qui ven. ætat. imp.*

TVTOR temporarius dandus, quando tutores dati appellassent, aut non adessent, *L. 2. de tut. & curat. datis.*

Ipse se TVTOREM Prætor dare non potest, *L. 4. de tut. & curat. datis.*

Nec pedaneus Iudex, *ibid.*

Nec compromissarius, *ibid.*

TVTOREM Præses dare potest tam absentem, quam præsentem, *L. 5. eod.*

Tam præsenti, quam absenti, *ibid.*

Nec non ignoranti & invito, *L. 6. eod.*

Nec mandante Præside alius TVTOREM dare poterit, *L. 8. §. 1. eod.*

Si cui TVTOR nullus omnino (i. e. *neque testamentarius, neque legitimus*) datus fuerat, ei dabatur in urbe à Prætore urbano, & majore parte Tribunorum plebis, *pr. Inst. de Attil. tut.*

TVTOR datur vel ad petitionem matris, *L. 2. §. 1. π. qui pet. tut. L. 6. & 8. C. eod.*

Vel ad petitionem propinquorum, *L. 2. pr. §. 1. qui pet. tut.*

Vel etiam ex officio, *L. 2. §. 2. eod.*

Reipubl. interest, ut TVTOR detur, *ib.*

TVTORIS datio neque imperii, neque jurisdictionis est, *L. 6. §. 2. de tut.*

TVTORIS datio ei soli competit, cui no-

nominatim hoc dedit vel Lex, vel Senatusconsultum, vel Princeps, *ib.*

TVTORES surdo impuberi dari potest, *L. 6. §. 4. eod.*

TVTOR fœminæ dari non possunt, *L. 18. eod.*

Nisi à Principe filiorum tutelam specialiter postulent, *ib.*

Nec miles TVTOREM liberis recasuris in potestatem dare potest, *L. 2. de testam. tut.*

Testamento datos TVTORES accipere debemus eos, qui jure dati sunt, *L. 3. §. 1. eod.*

Et qui codicillis testamento confirmatis scripti sunt, d. *L. 3. pr. eod.*

Pater filio exheredato TVTOREM dare potest, *L. 4. eod.*

Pater TVTOREM dare potest filio instituto, qui tamen confirmandus est cum inquisitione, *ib.*

TVTORES non ab herede, sed à testatore protinus proficiscuntur, *L. 7. eod.*

TVTOR datus vetari *tutor* esse potest, vel testamento, vel codicillis, *L. 8. pr. eod.*

TVTOR sub conditione datus, deficiente ea, *tutor* non erit, *ib.*

Si hereditas nondum adita sit, ex qua TVTOR speratur, verius est, alium tutorem posse dari, *L. 10. pr. eod.*

Si sæpius TVTOR datus sit, novissimam, i. e. *ultimam* scripturam intuemur, *L. 10. §. 1. eod.*

Si furiosus testamento TVTOR detur, si quidem *cum furere* desierit, tutorem esse recte datum, Proculus existimat, *L. 10. §. 3. eod.*

Quod si datus sit pure, negat *Proculus* valere dationem, *ib.*

Pomponius vero ait recte datum esse, *ib.*

Si quis sub conditione, vel ex die, TVTOREM dederit, medio tempore alius tutor dandus est, *L. 11. pr. eod.*

Si TVTOR testamento datus decesserit, ad legitimum tutela redit, *L. 11. §. 3. eod.*

TVTOR certarum rerum, vel causarum testamento dari non potest, *L. 12. eod.*

Et si datus fuerit, tota datio nihil valebit, *L. 13. eod.*

Si posthumis dederit TVTORES, & hi vivo patre nascantur, datio valet, *L. 16. §. 5. eod.*

TVTORES testamento dati non sunt cogendi satisdare rem salvam fore, *L. 17. pr. eod.*

Non omnimodo is TVTOR, qui satisdat, præferendus est aliis, *L. 17. §. 1. eod.*

Quod si plures TVTORES satisdari parati sunt, tunc idonior præferendus erit, *L. 18. eod.*

Testamento TVTOR posthumo datus, nondum est tutor, nisi posthumus edatur, *L. 19. §. 2. eod.*

TVTOR incertus dari non potest, *L. 20. pr. eod.*

TVTOREM testamento quemlibet possumus dare, *L. 20. §. 1. eod.*

Testamento TVTORES hi dari possunt, cum quibus testamenti factio est, *L. 21. eod.*

Si quis TVTOREM dederit filio suo servum, quem putabat liberum esse, cum esset servus, is neque liber, neque tutor erit, *L. 22. eod.*

TVTOR ita recte non datur: Illi aut illi filiis meis, utri eorum valet, Titius tutor esto, *L. 23. pr. eod.*

Honoris causa TVTOR datus non videtur, quem pater à cæteris tutoribus, quibus negotia gerenda mandavit, rationes accipere voluit, *L. 26. §. 1. eod.*

TVTOREM habenti tutor dari non potest, *L. 27. pr. eod.*

Patronus frustra TVTOREM impuberi liberto dabit, *L. 28. §. 2. eod.*

TVTOR non erit, qui se testamento tutorem pupillo scripsit, *L. 29 eod.*

Qui propter rerum notitiam TVTOR datus est, conveniri potest, *L. 32. pr. eod.*

TVTOREM mulier liberis non recte dat, sed si dederit, decreto Prætoris ex inquisitione confirmabitur, *L. 2. pr. de confir.*

Qui à patre TVTOR scriptus est aut non justo testamento, aut non ut lege præcipiebatur, confirmandus est ad tutelam gerendam, perinde, ac si ex testamento tutor esset, *L. 3. eod.*

Recte patronus, aut extraneus TVTOREM impuberi, quem heredem instituerit, dat, *L. 4. eod.*

TVTORES à patruo testamento datos jussit Prætor confirmare, *L. 5. pr. eod.*

Si filio pubere pater TVTOREM, aut impuberi *curatorem* dederit, citra inquisitionem Prætor eos confirmare debet, *L. 6. eod.*

TVTOR naturali filio, cui nihil relictum est, frustra datur à patre, *L. 7. pr. eod.*

Manumissor ex Lege duodecim tabularum TVTOR est, sive sponte manumisit, sive etiam compulsus ex causa fideicommissi manumisit, *L. 3. §. 1. de legitimis tutor.*

Legitimos TVTORES nemo dat, sed Lex duodecim tabularum fecit *tutores*, *L. 5. pr. eod.*

Si reliquero filium impuberem, & fratrem, & nepotem ex alio filio, constat utrosque esse TVTORES, quia eodem gradu sunt, *L. 8. pr. eod.*

Si plures sunt agnati, proximus TVTELAM nanciscitur, *L. 9. eod.*

Surdus & mutus nec legitimi TVTORES esse possunt, *L. 10. §. 1. eod.*

Non est exigendum à pupillo, ut sibi TVTOREM petat, aut ut ad *tutorem* suum proficiscatur, *L. 2. de tut.*

Muto, itemque mutæ impuberibus TVTOR dari potest, *L. 6. pr. eod.*

Sub conditione à Præsidibus provinciarum TVTOR dari non potest, *L. 6. §. 1. eod.*

Si datus sit, nullius est momenti datio, *ib.*

Non municeps TVTOR dari potest, dummodo municipi detur, *L. 10. eod.*

Furiosus, si TVTOR datus fuerit, potest intelligi ita dari, cum suæ mentis esse cœperit, *L. 11. eod.*

Quando TVTORES in locum absentis dati sunt, mortuo illo, tutores in eadem causa perseverare debent usque ad tempus pubertatis, *L. 12. eod.*

Provincias regentes TVTOREM dare possunt, *L. 1. pr. de tutor. & curator.*

Legatus Proconsulis TVTOREM dare potest, *L. 1. §. 1. eod.*

Ius dandi TVTORES datum est omnibus Magistratibus municipalibus, *L. 3. eod.*

Ille TVTOR dandus, qui ab eodem municipio vel agro ejusdem municipii est, *ib.*

TVTOR desinit esse, si puella duodecimum annum impleverit, *L. 13. §. 2. eod.*

Absens reipublicæ causa non desinit TVTOR esse, *L. 16. eod.*

Ei, qui de statu suo litigat, TVTOREM dari posse Pomponius scribit, *L. 17. eod.*

Absente Magistratu, Decuriones vel unum ex se TVTOREM dare possunt, *L. 19. pr. eod.*

Magistratus municipalis collegam suum quin dare TVTOREM possit, non est dubium, *L. 19. §. 1. eod.*

Eos, qui in legatione sunt, creare TVTO-

TORES vel curatores Magiſtratus non poteſt, *L. 21. §. 3. eod.*

Simul plures TVTORES dari poſſunt, *L. 23. eod.*

TVTOR ex vicinis civitatibus dari poteſt, *L. 24. eod.*

TVTOR datus impuberi opinato, *L. 26. eod.*

Si is, ad quem periculum tutelæ ſpectat, TVTOR detur, *L. 28. eod.*

Mater tenetur filiis impuberibus TVTOREM petere, *L. 1. qui pet. tutor. vel curat.* & *L. 2. §. 12. eod.*

Cognati TVTORES poſſunt petere, *L. 2. pr. eod.*

Excuſatus à tutela neceſſe non habet, petere pupillis TVTOREM, *L. 2. §. 6. eod.*

Mater, quæ à patre non legitime tutores teſtamento vel codicillis datos filiis impuberibus TVTOREM non petierit, eorum ſucceſſione privatur, *L. 2. §. 1.* & *L. 4. pr. eod.*

TVTOR extra ordinem cogi ſolet, gerere atque adminiſtrare tutelam, *L. 1. pr. de adminiſt. & peric. tut.*

Ex quo ſcit ſe TVTOREM datum, ſi ceſſet tutor, ſuo periculo ceſſat, *L. 1. §. 1. eod.*

Qui ſcit ſe TVTOREM datum, nec excuſationem, ſi quam habet, allegat intra tempora præſtituta, ſuo periculo ceſſet, *L. 1. §. 1. eod.*

TVTORIBVS licentia erit, utrum malint ipſi ſuſcipere judicium, an pupillum exhibere, ut ipſis auctoribus judicium ſuſcipiatur, *L. 1. §. 2. eod.*

TVTORES cogendi non ſunt cavere, ut defenſores ſolent, *ib.*

TVTORES poſſunt pupillorum debitores in judicium vocare, *L. 1. §. 4. eod.*

Si TVTOR condemnavit (i. e. *obtinuit*), ſive ipſe condemnatus eſt, pupillo & in pupillum potius actio judicati datur, *L. 2. pr. eod.*

TVTORIBVS quibusdam ſolet decerni geſtio ſeu adminiſtratio à teſtatore, *L. 3. §. 1. eod.*

TVTORES honorarii ſunt quaſi obſervatores & cuſtodes tutorum adminiſtrationis cauſa datorum, *L. 3. §. 2. eod.*

Hi conveniri poſſunt, *ib.*

Blandiuntur ſibi, qui putant, honorarios tutores omnino non teneri, *ib.*

Quibus caſibus ab eo TVTORE receditur, cui teſtator adminiſtrationem delegavit, *L. 3. §. 3. eod.*

Vnus TVTOR facilius actiones exercet, & excipit, quam ſi per plures tutela ſpargatur, *L. 3. §. 6. eod.*

Si non erit à teſtatore electus TVTOR, aut gerere nolet, tum is gerat, cui major pars tutorum tutelam decreverit, *L. 3. §. 7. eod.*

Si TVTORES omnes velint gerere, Prætor id permittat, *L. 3. §. 8. eod.*

Si TVTORES velint tutelam dividere, audiendi ſunt, *L. 3. §. 9. eod.*

TVTOR geſſiſſe videtur, qui quid omnino pupillare attigit, etiamſi modicum ſit, *L. 5. §. 1. eod.*

Quod ſi TVTOR, poſteaquam geſſit, tunc ſe geſtu abſtinuit, etiam ſuſpecti poſtulatio ſuccedit, *ibid.*

Si TVTOR puberem factum, non monuit, ut ſibi curatores peteret, tutelæ judicio tenetur, *L. 5. §. 5. eod.*

Si teſtator juſſerit TVTORES eſſe *anecclogiſtos*, quid dicendum, *L. 5. §. 7. eod.*

Teſtatoris voluntatem TVTOR interdum poteſt jure negligere, *L. 5. §. 9. eod.*

TVTOR, qui juſte datus eſt, neque excuſatus, periculum tutelæ præſtat ex

 die,

die, quo fcivit fe tutorem datum effe, *L. 5. §. 10. eod.*

Probatio pupillo incumbit afferenti TVTOREM fuum fciviffe, fe tutorem datum effe, *L. 6. eod.*

TVTOR, qui inventarium non fecit, dolo feciffe videtur, *L. 7. pr. eod.*

Si TVTOR Inventarium non fecerit, in ea conditione eft, ut teneatur in id, quod pupilli intereft, *ib.*

TVTOR ante Inventarium factum nihil pupillare attingere poteft, nifi jufta caufa interveniat, *ib.*

Si TVTOR ceffaverit in diftractione earum rerum, quæ tempore fuum periculum facit, *L. 7. §. 1. eod.*

Competit adverfus TVTORES tutelæ actio, fi male contraxerint, *L. 7. §. 2. eod.*

TVTOR in comparatis prædiis non idoneis folam latam negligentiam præftare debet, *ib.*

TVTOR, qui depofitam feu deftinatam pecuniam à teftatore ad prædiorum emptionem, in emptionem prædiorum non vertit, ufuras ejus pecuniæ pupillo præftat, *L. 7. §. 3. eod.*

TVTORES legitimas ufuras (i. e. *centefimas*) pecuniæ, quam in ufus fuos converterunt, præftare tenentur, *L. 7. §. 4. eod.*

Sed hoc doceri debet, d. *L. 7. §. 4.*

Vfurarum pupillarium à TVTORIBVS exactarum ipfi *tutores* ufuras debent, fi eas in fuos ufus verterint, *L. 7. §. 12.* & *L. 58. eod.*

Si TVTOR pro contutore condemnetur, etiam in ufuras condemnandus eft, fi fufpectum facere fuperfedit, *L. 7. §. 15. eod.*

Quoties TVTOR pecuniam pupillarem fœnori dat, ftipulatio neceffaria eft, *L. 9. pr. eod.*

TVTOR in feipfum plus præftare debet pupilli nomine, quam adverfus alios, *L. 9. §. 3. eod.*

Sicut TVTOR folvere quod debet, ita & exigere quod fibi debetur, poteft, fi creditor fuit patris pupilli, *L. 9. §. 5. eod.*

TVTOR honoraria Advocatorum & alias expenfas fupervacuo factas in lite pupillari, imputare fibi debet, *L. 9. §. 6. eod.*

TVTOR non tantum fibi folvere, verum etiam fibi creditam pecuniam fcribere poteft, *L. 9. §. 7. eod.*

TVTOR datus patrimonio fupervenienti; non tenetur de anteriori, *L. 9. §. 8. eod.*

Quæ bona fide à TVTORE gefta funt, rata habenda, *L. 12. §. 1. eod.*

Pupillus rem à TVTORE legitime diftractam vindicare non poteft, *ib.*

TVTORI licet refpectu exiftimationis pupilli erogare ex bonis ejus, *L. 12. §. 2. eod.*

Si TVTOR pecuniam pupillarem credere non potuit, quod non erat, cui crederet, pupillo vacabit, *L. 12. §. 4. eod.*

TVTOR fecundum dignitatem facultatesque pupilli modum fervorum æftimare debet, qui circa eum futuri funt, *L. 13. pr. eod.*

TVTOR audiendus non eft, cum dicat, ideo ceffaffe pupillarem pecuniam, quod idonea nomina non inveniret, fi arguatur eo tempore fuam pecuniam bene collocaffe, *L. 13. §. 1. eod.*

TVTOR in folvendis legatis & fideicommiffis attendere debet, ne cui non debitum folvat, *L. 13. §. 2. eod.*

TVTOR non tenetur nuptiale munus matri pupilli vel forori mittere, *ib.*

Si TVTOR conftitutus, quos invenerit debitores, non convenerit, ac per hoc minus idonei efficiantur, ipfe

in

in debitam pecuniam convenitur, *L. 15. eod.*
vel intra sex primos menses pupillares pecunias non collocaverit, ipse in usuras ejus pecuniæ, quam non fœneravit, convenitur, *ibid.*

Quæ nomina à TVTORE facta agnoscere pupillus debeat, *L. 16. eod.*

Qui TVTOR negotia pupilli gessit, quamvis in nulla re auctor pupillo fuerit, tutelæ judicio tenetur, *L. 18. pr. eod.*

Ex duobus TVTORIBVS, si cum altero actum fuerit, alter non liberabitur, *L. 18. §. 1. eod.*

TVTOR vel *Curator*, cujus appellatio vel excusatio non est admissa, tenetur ex eo tempore, quo gerere debuit, *L. 20. eod.*

TVTORI testamentario filio consentiens pater obligatur de peculio & in rem verso, *L. 21. eod.*

TVTOR ad utilitatem pupilli & novare, & rem in judicium deducere potest, *L. 22. eod.*

TVTOR cavere non tenetur; *ratam rem pupillum habiturum*, *L. 23. eod.*

TVTOR jus pupilli in jure periclitari facit, perinde ac si ipse litigaret, *L. 11. §. 7. de except. rei jud.*

TVTOR, qui tutelam gerit, quantum ad providentiam pupillarem, domini loco haberi debet, *L. 27. de admin. & peric. tutor.*

TVTOR damnum casu contingens non præstat, *L. 32. §. 1. eod.*

TVTOR præstat fructus pupillo, nec eos tantum, quos percepit, sed & quos percipere potuit, *L. 32. §. 2. eod.*

TVTOR relegatus à pupillo actione tutelæ conveniri non potest, *L. 32. §. 7. eod.*

TVTORES & *Curatores* eandem diligentiam adhibere debent, quam paterfam. rebus suis ex bona fide præbere debet, *L. 33. pr. eod.*

Officium TVTORVM curatoribus constitutis finem accipit, (*Tutela ubi desinit, ibi cura incipit*) *L. 33. §. 1. eod.*

TVTOR expensas in suam ac propriam personam factas pupillo imputare non potest, *L. 33. §. 3. eod.*

In causa suspecti TVTORIS & rationis reddendæ, possunt torqueri servi pupilli, *L. 34. eod.*

TVTOR secundus seu posterior nomina facta à priore tutore, cogitur suscipere, at non exigere suo periculo, *L. 35. eod.*

Variata conditione TVTORIS, variatur obligationis conditio, *L. 37. pr. eod.*

Qui rationem actus sui reddere TVTOREM suum vetat, non ei remittit aut legat res ex tutela perceptas, aut contractus dolo initos, *L. 41. eod.*

TVTOR periculo eximitur, cum post mortem pupilli desinit esse nomen idoneum, *L. 43. pr. eod.*

TVTOR, qui pecuniam pupillarem, quamvis suo nomine, fœneravit, non videtur contra Constitutiones fecisse, *L. 46. §. 2. eod.*

Fidejussor TVTORIS ea non præstat, quæ tutor post pubertatem pupilli sponte gessit, *L. 46. §. 4. eod.*

TVTORIS pactum pupillo prodest, *L. 15. de pact.*

Apochæ à TVTORIBVS datæ fidem faciunt contra pupillum, *L. 46. §. 5. de admin. & peric. tut.*

Apocha seu scriptura TVTORIS probat contra pupillum, licet in *tutorem* regressum habeat pupillus, *L. 46. eod.*

Si TVTOR *testamentarius* & *dativus* gerunt divisim, pro dativo prius pervenitur ad Magistratum, quam ad testamentarium; secus, si omnes essent dativi, *L. 46. §. 6. eod.*

TVTORIBVS concessum est, à debitori-

toribus pupilli pecuniam exigere ut ipso jure liberentur, *L. 46. § 7. eod.*
Non etiam donare, *ibid.*
Vel etiam deminuendi causa cum iis transigere, *ibid.*
Qui minus TVTORI solvit, à pupillo in reliquum conveniri potest, *ibid.*
TVTORES juberi possunt à testatore in sumptibus & alimentis pupillo decernendis mulierum arbitrium & æstimationem sequi, *L. 47. §. 1. eod.*
TVTOR mutuum dare & pignus accipere potest, *L. 47. §. 5. eod.*
Damnum subito emergens in re pignorata, TVTORI non imputatur, *ib.*
TVTOR si non ad damnum resarciendum idoneus est, extra ordinem coërcebitur, *L. 49. eod.*
Si argentarius, cui TVTOR pecuniam dedit, cum fuisset celeberrimus, solidum reddere non possit, nihil eo nomine *tutor* præstare cogitur, *L. 50. eod.*
TVTOR nihil præstare tenetur, si res pupillaris incursu latronum pereat, *ib.*
Lucrum TVTOR non facit, qui solatium, i. e. *salarium* à Iudice nomine tutelæ accipit, *L. 33. in f. eod.*
Quod TVTOR exigit ab alio, nomine usurarum, ei sortis loco est, *L. 58. §. 1. eod.*
TVTOR inutili testamento datus, confirmatus à Iudice periculum tutelæ præstat, ab eo tempore, quo jussus est à Iudice tutelam administrare, *L. 58. §. 2. eod.*
Vsuras ex pecunia pupillari præstat TVTOR, in qua fœnori occupanda negligens fuit, *L. 58. §. 3. eod.*
Olim TVTORES cogebantur nummos pupillares fœnori dare intra sex primos menses adeptæ tutelæ, *L. 15. eod.*
Licet TVTORI aut *Curatori* pecuniam pupilli in toto deponere, non fœnori occupare, *N. 72. c. 6.*
Pactum, quod TVTOR facit cum creditoribus pupilli, tenetur servare in seipso, si sit & ipse creditor pupilli, *L. 59. eod.*
TVTORIS heres inchoata à defuncto exequi potest, unde & tutelæ nomine obligatur quoque, *L. 60. eod.*
TVTOR potest mutuo accipere pecuniam pupilli à *contutore*, vel seipso, palam & bona fide, non clam, *L. 54. eod.*
Generaliter periculum TVTORVM est commune, ut in solidum teneantur, *L. 55. pr. eod.*
Si inter TVTORES pecunia numerata pupilli est distributa, non in majorem summam quisque eorum, quam accepit, tenetur, *ib.*
Si ipsi TVTORES rem pupilli furati sunt, quomodo teneantur, *L. 55. §. 1. eod.*
Gessisse TVTELAM is videtur, non tantum qui gessit ipse, sed & qui vel alteri, vel contutori mandavit gerendam, aut ab eo satis accepit, *L. 55. §. 3. eod.*
TVTOR & venditoris & emptoris officio fungi non potest, *L. 5. §. 2. de auct. tut.*
TVTOR in rem suam auctor fieri non potest, *L. 1. pr. eod.*
TVTOR potest proprii sui debitoris hereditatem adeunti pupillo auctoritatem accommodare, quamvis per hoc debitor ejus efficiatur, *ibid.*
Si TVTOR auctor fiat, *ut filio suo quid tradatur*, nulla erit auctoritas, *ibid.*
Etiamsi non interrogatus TVTOR auctor fiat, valet auctoritas ejus, cum se probare dicit id, quod agitur, *L. 3. eod.*
TVTORE *honorario* auctore pupillus vendendo & tradendo non alienat, *L. 4. eod.*
Si TVTOR per interpositam personam rem pupilli emerit, in ea causa est, ut emptio nullius momenti sit, *L. 5. §. 3. eod.*
TVTOR, si creditor pupilli distrahat, pot-

poteſt bona fide emere, *L. 5*, §. *5. eod.*

Si filius TVTORIS, vel quæ alia perſona juri ejus ſubjecta emerit, idem erit, atque ſi ipſe emiſſet, *L. 5. §. 6. eod.*

TVTOR, cui decreta non eſt adminiſtratio, ut extraneus à pupillo recte emere poteſt, *L. 6. eod.*

Diverſitas TVTORVM auctoritatem præſtantium non impedit duos reos conſtitui, *L. 7.* §. *1. eod.*

Filius TVTOR non poteſt auctoritatem interponere, patre contrahente, in cujus ſit poteſtate, *L. 7.* §. *2. eod.*

TVTOR debet pure auctor fieri, ſi conditionalis contractus cum pupillo fiat, *L. 8. eod.*

TVTOR ſtatim in ipſo negotio præſens debet auctor fieri, *L. 9. §. 5. eod.*

TVTOR, qui per valetudinem, &c. auctor fieri non potuit, non tenetur, *L. 10. eod.*

Idem TVTOR duobus pupillis duabus in cauſis poteſt tam in agendo, quam in defendendo auctoritatem præſtare, *L. 15. eod.*

Si TVTOR cæcus factus ſit, auctor fieri poteſt, *L. 16. eod.*

Si TVTOR pupillo nolit auctor fieri, non debet eum Prætor cogere, *L. 17. eod.*

Delegare TVTOREM pupillus non poteſt, quia futurum eſſet, ut auctoritate ſua tutor liberaretur, *L. 18. eod.*

Dolus TVTORVM puero (ſ. *pupillo*) neque nocere, neque prodeſſe debet, *L. 3. quando ex facto tutor.*

Dolus TVTORIS pupillo nocet, quando ex illius fraude locupletior factus eſt, *ib.*

Si extrinſecus aliquid TVTOR dolo admiſerit, pupillo nihil nocere poteſt, *L. 4. eod.*

TVTOR, qui pecuniam ſe ſoluturum cavit, quam (i. e. *in quam*) pater pupilli condemnatus fuerat, actionem poſt tutelam finitam recte recuſat, *L. 5. §. 1. eod.*

TVTORI, qui infantem defendit, ſuccurritur, ut in pupillum judicati actio detur, *L. 7. eod.*

TVTOR, qui & coheres pupillo erat, cum conveniretur fideicommiſſi nomine, in ſolidum ipſe cavit, *L. 8. eod.*

Ius removendi TVTORES ſuſpectos Romæ Prætoribus, in provinciis Præſidibus earum competit, *L. 1.* §. *2. de ſuſpect. tutor.*

De ſuſpecto TVTORE cognoſcere poteſt Legatus Proconſulis, at non eo nomine removere, *L. 1. §. 4. eod.*

Omnes TVTORES ſuſpecti fieri poſſunt, *L. 1. §. 5. eod.*

TVTORES ſuſpectos mulieres etiam poſtulare poſſunt, *L. 1. §. 5. eod.*

Suſpecti TVTORIS accuſatio quaſi publica eſt, *L. 5. §. 6. eod.*

Si TVTOR de plebeis ob facta atrociora in tutela admiſſa fuerit apud Prætorem accuſatus, remittitur ad Præfectum urbis graviter puniendus, *L. 1.* §. *8. eod.*

TVTOR contutorem poteſt ſuſpectum facere, *L. 3. pr. eod.*

TVTOR ſuſpectus remotus poteſt contutores ſuos ſuſpectos facere, *L. 1. pr. eod.*

Inquirere in TVTORES ſuſpectos Iudex poteſt, eosque removere, idque favore pupillorum, *L. 3.* §. *4. eod.*

TVTOR removeri poteſt etiam officio Iudicis, ſine accuſatione, *ibid.*

TVTOR ob dolum in tutela admiſſum removeri poteſt, *L. 3. §. 5. eod.*

Si TVTOR inimicus pupillo parentibusve ejus ſit, removendus eſt, *L. 3.* §. *12. eod.*

TVTORES, qui res vetitas ſine decreto diſtraxerunt, nihil quidem egerunt,

runt: verum, si per fraudem id fecerunt, removendi sunt, *ib.*

TVTOR, qui ad alimenta pupillo præstanda copiam sui non faciat, suspectus est, poteritque removeri, *L. 3. §. 14. eod.*

Is TVTOR, qui inconsideranter pupillum vel dolo abstinuit hereditate, potest suspectus postulari, *L. 3. §. 18. eod.*

TVTOR, qui ob segnitiem &c. remotus, non erit famosus, *ibid.*

TVTOR suspectus fieri potest, licet satisdederit, *L. 5. eod.*

TVTORIS satisdatio propositum ejus malevolum non mutat, sed diutius grassandi in re familiari facultatem præstat, *L. 6. eod.*

Impuberibus TVTORES suos suspectos facere non permittitur, *L. 7. pr. eod.*

TVTOR ob latam negligentiam remotus, quasi suspectus fit, *L. 7. §. 1. eod.*

Si quis TVTOR datus non compareat, solet edictis evocari, novissimeque, si copiam sui non fecerit, ut suspectus removeri, *L. 7. §. 3. eod.*

Suspectum TVTOREM mores faciunt, non facultates, *L. 8. eod.*

TVTOR, quamvis pauper est, fidelis tamen & diligens, removendus non est quasi suspectus, *ib.*

Si TVTOR aliquo vinculo necessitudinis &c. pupillo conjunctus sit, & à tutela ejus removendus videatur, optimum factum est, curatorem ei adjungi, *L. 9. eod.*

Cognitio suspecti TVTORIS, post finitam tutelam, quamvis pridem recepta, solvitur, *L. 11. eod.*

Ingenuos TVTORES libertinis pupillis Præsides non dabunt, *L. 1. §. 4. de excusat.*

TVTRIX.

TVTRIX mater filiorum suorum, quæ cito ad secunda vota transit, cessat esse *tutrix*, nec potest postea pro filiis conveniri, *c. 67. X. de appell.*

TYRO.

Nullus TYRO vagus, aut veteranus, aut censibus obnoxius, ad militiam accedat, *L. 1. C. de tyronibus XII.*

TYRONES in scholis loco semper posteriore ponantur, *L. 3. C. eod.*

V.

VACARE.

VACANTE sede Episcopali, Capitulum habet jurisdictionem, *c. un. de majorit. & obed. in 6.*

VACANTE sede nihil innovandum, *c. 1. X. ne sede vacant.*

VACANTE sede, Ecclesiæ causa tractari non debet, nec testes recipi, *c. ult. X. eod.*

VACANTE Ecclesia non currit præscriptio, *c. 1. & 4. X. de præscript.*

Tempus VACANTIS Ecclesiæ de præscriptione deduci debet, *c. 15. X. eod.*

VACANTE sede, Capitulum supplere potest vices Episcopi, in quibus non præjudicatur Episcopo, *c. 11. & 14. de majorit. & obed.*

VACANTE sede, Ecclesia supplet vicem ejus, in confirmatione Prælatorum, *c. 14. X. eod.*

VACANTE imperio, Ecclesia supplet vicem ejus & ad eam appellatur, *c. 10. X. de for. compet.*

VACANTE imperio Papa Imperatori succedit, *Clem c. 2. §. ut igitur. de sent. & re judic.*

VACARE Pastore Ecclesia Regularis vel Cathedralis non debet ultra tres menses, *c. 11. dist. 50. c. 41. X. de celeb. Miss.*

VA-

VACATIO.

VACATIONEM munerum civilium procuratores absentium reipubl. causa non habent, *L. 5. C. de excusation. muner.*

Nullus VACATIONEM temporalem curialis accipiat, nisi id forte veris ac probatis causis adnotatio Principis concesserit, *L. un. de his, qui à Principe vacat. acceper. X.*

VACATIO simpliciter concessa non porrigitur ad munera ordinaria, *L. un. C. de vacatione mun. publ. X.*

Si VACATIO per mortem sit literis expressa, non venit vacatio per renunciationem, *c. 6. de rescript. in 6.*

VACATIONEM militiæ munerisque præstare, *L. 18. de V. S.*

VACILLARE.

VACILLANS testis rejicitur, *c. 3. X. de caus. poss. & propr.*

Sed non est ipso jure infamis, *c. 8. X. de pœnis.*

VACVVS, *a*, *m.*

Si quis VACVAM possessionem tradi promiserit, non nudum factum hæc stipulatio continebit, sed causam bonorum, *L. 52. §. 1. de V. O.*

VAGARI.

VAGARI non convenit mulieres, *c. 2. X. de judic.*

VAGABVNDVM sponsum non tenetur sponsa sequi, nec diu ipsum expectare, modo hæc non fuerit in mora, *c. 5. X. de sponsal.*

VAGARI prohibentur Monachi, *c. juxta. q. 1. caus. 16.*

VAGANTES Monachi sunt cogendi, ut ad monasteria sua redeant, *c. quidam. ead. c. Abbates. q. 2. caus. 18.*

VAGABVNDI Religiosi post contemptum admonitionis, auxilio Episcopi sunt incarcerandi, d. *c. Abbates.*

VAGVS.

VAGVS non potest accedere ad militiam, *L. 1. C. de tyronibus XII.*

VALETVDINARIVS.

VALETVDINARIVS perpetua valetudine post susceptam tutelam potest eam deponere, secus si sit *valetudinarius* ad tempus, *L. 40. pr. de excus.*

VALETVDINARII non possunt esse testes inviti, *c. si testes. §. inviti. q. 2. caus. 4.*

VALVASOR.

Qui à Capitaneis antiquitus beneficium tenent, VALVASORES sunt, *II. F. 10.*

Qui à VALVASORIBVS feudum, quod à Capitaneis habebatur, similiter acceperint, *Valvasini*, i. e. minores *Valvasores* appellantur, *ibid.*

VALVASORE sine filio mortuo, feudum, quod *Valvasori* minori dederat, ad Capitaneum revertebatur, *ibid.*

VALVASORES majores & minores, *ib.*

VALVASORES minores dicuntur, qui à Capitaneis feudum accipiunt, *I. F. 1. pr.*

VALVASORES Regis vel Regni quinam, *ibid.*

VALVASORIBVS majoribus & minoribus succedunt filii & nepotes, *II. F. 14. §. 1.*

Si inter VALVASORES controversia sit, coram Paribus curiæ finiatur, *I. F. 34. pr.*

VANDALI.

VANDALI animas diversa, tormenta non ferentes, rebaptizando ad suam perfidiam transferebant, *L. 1. pr. C. de offic. Præfecti prætor. Africæ.*

VANDALI corpora liberis natalibus clara jugo barbarico durissime subjugabant, *ibid.*

VANDALI sacrosanctas Dei Ecclesias suis præsidiis maculabant, aliquas vero ex eis stabula fecerunt, *ibid.*

VANDALI non solum Africam, sed etiam Romam ipsam occuparunt, & im-

imperialia ornamenta omnia in Africam tranſtulerunt, *ibid.*

VANITAS.

In VANITATEM & ſenſus obſcuritatem deducit omnis ſcientia, quæ ad tropologiam non convertitur, *c. Nonne. diſt. 37.*

VARIARE.

VARIANTVR jura ſecundum varietatem temporum, *c. penult. X. de conſanguin.*

VARIARE non permittitur eligenti inter contraria, *L. 4. §. 2. de lege commiſſor.*

VARIATIO.

VARIATIO nominis in delictis non prodeſt, *c. 16. X. de Simonia.*

VARIATIO continua in homine ſeu præponente inſtitorem non ferenda, *L. 11. §. 5. de inſtitoria actione.*

VARICOSVS.

VARICOSVS ſanus non eſt, *L. 50. de ædilit. edicto.*

VARIETAS.

VARIETAS criminum inducit varietatem pœnarum, *c. 18. §. atque ideo. diſt. 1. de pœnit.*

VARIETAS narrandi non obſtat, ſi eadem dicantur, *c. 7. X. de V. S.*

VARIETAS perſonarum conſequitur quandoque in eodem peccato varietatem pœnarum, *c. Fraternitas. q. 2. cauſ. 12. c. 1. q. 6. cauſ. 14.*

VARIVS, *a, m.*

VARIA proponens non eſt audiendus, *c. 55. X. de appell.*

VAS.

VASA vinaria proprie *vaſa* torcularia ſunt, *L. 206. de V. S.*

Si cui VASA ſint legata, non ſolum ea continentur; quæ aliquid in ſe recipiant edendi bibendique cauſa paratum, ſed & quæ aliquid ſuſtineant, & ideo ſcutellas vel promulſidaria contineri, *L. 19. §. 10. de auro, argento, &c.*

VASORVM appellatio generalis eſt; dicimus *vaſa* vinaria & navalia, *ib.*

VASORVM vinariorum appellatio dolia non comprehendit, *L. 15. de tritico, vino, vel oleo legato.*

VAS conflatum ex alieno auro, vel argento, vel ære, ejus eſt, cujus erat aurum, vel argentum, vel æs, cum illud ad rudem maſſam auri, vel argenti, vel æris reverti poteſt, *L. 7. §. 7. de A. R. D.*

VASA, & veſtes, & donaria Eccleſiæ non licet vendere, vel in pignus vel in hypothecam tradere, & ſi fuerint tradita, ſunt vindicanda ab his ſine ullo pretio reſtituto, *L. 21. C. de ſacroſanct. Eccleſ.*

VASA ſacra poſſunt vendi, & alienari cauſa captivatis, vel famis in locis his, in quibus hoc contigerit, *ibid.*

VASA ſuperflua poſſunt vendi ob debitum Eccleſiæ integra alteri Eccleſiæ, ſed conflata laico, qui ſi integra recipiat, punitur ac ſi immobile accepiſſet, *Auth. Præterea. C. eod.*

VASA ſacra, & ſacratas pallas, non debent tangere Moniales, *c. 25. diſt. 23.*

VASA ſacra pro redemptione captivorum juſte venduntur, *c. 70. q. 2. cauſ. 12.*

VASALLVS.

VASALLVS ſecreta domini detegere non tenetur, *II. F. 6. & 7.*

VASALLVS dicitur miles, item Clientulus, *I. F. 19. c. ſi quis miles. I. F. 10. I. F. 13.*

VASALLVS intrans religionem, feudum amittit, *II. F. 21.*

VASALLVS ſubinfeudare poteſt, *II. F. 26. c. 5. §. 9.*

VASALLVS inveſtit alium de re cum incremento futuro, *I. F. 4. §. 6.*

VASALLVS de re communi inveſtitus poteſt ad diviſionem provocare, *II. F. 58. c. 2.*

VASALLVS petet renovationem inveſtitu-

ſtituræ mortuo Domino, & heres ejus ipſo mortuo, *II. F. 24. pr.*

VASALLUS tanquam Dominus rem ſibi quaſi vindicat, *II F. 8 c. rei autem.*

VASALLUS de feudo agere poteſt, *II. F. 43.*

VASALLUS feudum à poſſidente quolibet vindicat, *II. F. 8 c. rei autem. pr.*

VASALLUS ſervitutes poteſt perſequi, *II F. 8. c. rei autem.*

VASALLUS de feudo conveniri poteſt, *II. F. 43.*

VASALLUS non poteſt alienare feudum, *II. F. 34. § 2.*

VASALLUS alienans non ſervat fidem, *II. 24. §. 2.*

VASALLUS tranſigere poteſt de feudo, *II. F. 26. c. 5. §. 10. II. F. 43.*

VASALLUS tenetur offerre ſervitium Domino, *II. F. 26. c. 5.* §. 4.

VASALLUS meliorem conditionem feudi poteſt facere, *II. F. 8. c. rei autem. §. 1.*

VASALLUS adjuvare Dominum tenetur in bello, *II. F. 28. pr.*

VASALLUS Dominum injuſte agentem non adjuvet, *II. F. 7. pr.*

VASALLUS non obligatur bannitum adjuvare, *II. F. 28. pr.*

VASALLUS Dominum non debet accuſare, *II. F. 33.* §. 5.

VASALLUS non cogitur pro uno feudo habere plures Dominos, *II. F. 55.*

VASALLUS ſi feudum dederit alicui, is retinet ad vitam ejus & heredum, *II. F. 83.*

VASALLUS dicitur homo ligius; item Feudatarius, *Clem. c. 2. §. quodſi. de ſent. & re judic.*

VASALLUS feudum alienans ſine licentia Domini, debet illud amittere, *c. 7. X. de conſtit.*

VASALLUS interficiens Dominum, feudum amittit, nec confertur aliud de novo heredibus, arg. *c. 10. X. de pœnis.*

VASALLI jure reſoluto, ſolvitur ejus, cui dedit, *I. F. 5. pr.*

VASALLI factum non mutat feudi originem in deterius, *II. F. 52. c. 2.*

VASALLI relictum quinque teſtibus probandum, *II. F. 56.*

VATES

VATES à vi mentis dictus; & jam Sacerdotem, jam Prophetam, jam Poëtam ſignificat *c. 1. §. Vates. diſt. 21.*

VECORS.

VECORS dicitur, qui ſine corde eſt, *L. 242. §. 3 de V. S.*

VECTIGAL.

VECTIGALIA ſine Imperatorum præcepto, neque Præſidi, neque curatori, neque curiæ conſtituere, nec præcedentia reformare, & his vel addere, vel diminuere licet, *L. 10. pr. de public. & vectigal.*

In omnibus VECTIGALIBUS fere conſuetudo ſpectari ſolet, idque etiam principalibus conſtitutionibus cavetur, *L. 4. § 2. eod.*

Fraudati VECTIGALIS crimen ad heredem ejus, qui fraudem contraxit, commiſſi ratione tranſmittitur, *L. 8. pr. eod.*

VECTIGALIS ſolvendi onus incumbit poſſeſſori, *L. 7. pr. eod.*

VECTIGAL ſi quis non ſolverit, incidit in commiſſum, & efficitur res fiſci, niſi ſolvens ſit pupillus, qui intra 30. dies poſt commiſſum ſi ſolvat, liberatur à pœna commiſſi, *L. 7. §. 1. eod.*

VECTIGAL ſi fraudavit unus ex dominis in tranſvehenda re communi, portio tantum ſua confiſcatur, non ſocii ignorantis, *L. 8. §. 1. eod.*

VECTIGAL novum non poteſt Epiſcopus Monaſteriis imponere, *c. 5. & 10. X. de cenſib.*

Locatio VECTIGALIUM, quæ calor licitantis ultra modum ſolitæ conductionis inflavit, ita demum admittenda eſt, ſi fidejuſſores idoneos, & cautionem is, qui licitatione vicerit, offerre paratus ſit, *L. 9. pr. eod.*

Ad conducendum VECTIGAL invitus

tus nemo compellitur; & ideo impleto tempore conductionis elocanda sunt, *L. 9. §. 1. eod.*

Reliquatores VECTIGALIUM ad iterandam conductionem, antequam superiori conductioni satisfaciant, admittendi non sunt, *L. 9. §. 2. eod.*

VECTIGALIA conducere prohibentur debitores fisci, vel reipublicæ, ne ex alia causa eorum debita onerentur, nisi fidejussores idoneos, qui eorum debitis primis satisfacere parati sint, præstiterint, *L. 9. §. 3. eod.*

Socii VECTIGALIUM, si separatim partes administrent, alter ab altero minus idoneo in se portionem transferre jure desiderat, *L. 9. §. 4. eod.*

VECTIGAL earum rerum, quarum nunquam præstitum est, præstari non potest, *L. 9. §. 6. eod.*

VECTIGAL consuetum præstari si unus publicanus ex indulgentia remiserit alicui una vice, non prohibetur idem publicanus vel ejus successor, quin alia vice debeat præstari sibi vel successori, *ibid.*

VECTIGALIUM præstatione immunes sunt res exercitui paratæ, *L. 9. §. 7. eod.*

Fiscus ab omnium VECTIGALIUM præstationibus immunis est, *L. 9. §. 8. eod.*

VECTIGALIA nova nec decreto civitatum institui possunt, *L. 2. C. Vectigalia nova* &c.

Non solent nova VECTIGALIA inconsultis Principibus institui, *L. 3. C. eod.*

VECTIGAL illicitum si sit exactum, debet restitui cum pœna, *ib.*

VECTIGALIUM locatio penes eum debet remanere, qui superior in licitatione extiterit, *L. 4. C. de Vectigalibus & commissis.*

VECTIGALIUM locatio debet fieri per triennium, & non per minus, & finito triennio ad novam locationem debet procedi, *ib.*

VECTIGAL non debetur de rebus, quæ ad usum proprium, vel ad fiscum inferuntur, vel exercendi ruris gratia vehuntur, & stationarii exigentes *vectigalia* super his rebus, pœna capitali puniuntur, *L. 5. C. eod.*

VECTIGAL vel solita pensitatio debetur de aliis rebus, quæ non ad usum proprium, neque ad fiscum inferuntur, neque exercendi ruris gratia vehuntur, *ib.*

VECTIGALIUM non parva functio est, quæ æqua ratione debet dependi ab omnibus, qui habent curam negotiationis, seu transferendarum mercium, exceptis navicularii, *L. 6. C. eod.*

VECTIGALIUM immunitatem etsi rescripto Principis concessam quis asserit, tale rescriptum subreptitium præsumitur, & ideo non obstante rescripto tenetur solvere, *ib.*

VECTIGALIA publica intelligere debemus, ex quibus vectigal fiscus capit; quale est vectigal portus, venalium rerum, salinarum, metallorum, & picariarum, al. *piscariarum*, *L. 17. §. 1. de V. S.*

VECTIGALES.

Quidquid contra VECTIGALES largitionalium (*titulorum*) vel pragmaticis, vel sacris annotationibus fuerit elicitum, effectu & viribus careat, *L. 12. C. de Vectigal. & commiss.*

VELLE.

VELLE non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini, *L. 4. de R. I.*

VELLEIANUM *Senatusconsultum.*

vid.

SE-

SENATVSCONSVLTVM *Vellejanum.*

VELVM.

VELVM duplex eſt in Monialibus; aliud converſionis; aliud conſecrationis. Velum conſecrationis tantum Virginibus datur; converſionis autem viduis imponitur, *c. 1. §. Epiſcopi* &c. *X. de his, quæ vi, metuſve cauſ. &c. c. 4. X. de Regular.*

VENALIS, *e.*

Iudex VENALEM ferens ſententiam, vel pretio pœnam imponens, aut remittens, poteſt accuſari, & convictus removeri, *c. jubemus. q. 1. cauſ. 1.*

VENALES ſententiæ etiam absque appellatione non valent, *c. 10. X. de vit. & honeſt. Cler.*

VENARI.

VENARI aut aucupari non licet in alieno invitis dominis, *L. 16. de S. P. R.*

VENATIO.

VENATIO fructus fundi eſt, cum ex venatione fructus fundi conſtat, *L. 26. de uſur.*

VENATIO omnis prohibetur Epiſcopo, *c. 1. diſt. 34.*

VENATIO, quæ fit in ſaltibus & ſylvis, ſi fiat tempore debito, & propter utilitatem, permittitur Laicis, non vero Clericis, *c. 12. diſt. 86. c. 1. diſt. 34.*

VENATOR.

VENATOREM nunquam legimus ſanctum, ut ait D. Hieronymus, *c. 1. diſt. 34. c. Eſau. diſt. 86.*

VENDERE.

Aliud eſt VENDERE, aliud vendenti conſentire, *L. 160. pr. de R. I.*

Qui VENDIDIT, neceſſe non habet fundum emptoris facere, *L. 25. §. 1. de contrah. empt.*

VENDENS tabernas argentarias vel cætera, quæ ſunt in loco publico, non cenſetur vendere ſolum, ſed jus, cum iſtæ tabernæ publicæ ſint, quarum uſus ad privatos pertinet, *L. 32. eod.*

VENDENS fundum ſi excipit omnem fructum, videtur excipere arundinem, & ſylvam cæduam, quæ loco fructuum ſunt, *L. 40. §. 4. eod.*

Res bona fide VENDITA, propter minimam cauſam inempta fieri non debet, *L. 54. eod.*

VENDENS ignoranter aurichalcum pro auro, tenetur actione ex empto ad tradendum aurum, quod vendidit, ſed ſi ſcienter aurichalcum pro auro vendidit, tenetur etiam ad omne damnum actione ex dolo, & non ex empto, *L. 45. eod.*

VENDENS frumenta, quæ in herbis erant, ſi dixit ſe præſtiturum, quod vi aut tempeſtate factum eſſet, tenetur ex empto, ſi nives immoderatæ, & contra conſuetudinem tempeſtatis corruperint ea frumenta, *L. 78. §. 3. eod.*

VENDENS jura actionis debet emptori oſtendere inſtrumenta, cum ſibi opus erit, *L. 52. pr. de A. E. V.*

VENDENS militiam tenetur actiones ſuas cedere, *L. 52. §. 2. eod.*

VENDENS fundum ſi dixit dolia acceſſura fundo, debet illa integra, non quaſſa dare, *L. 27. eod.*

VENDENS fundum, in quo ſepulchrum habebat, videtur etiam vendere ſepulchrum, niſi nominatim excipiat, vel ſepulchrum aditum habeat ex publico, *L. 53. §. 1. eod.*

Difficile eſt inter ementis VENDENTISque commercium non intervenire peccatum, *c. qualitas. diſt. 5. de pœnit.*

Emendi vilius, & VENDENDI carius ſtudium, maxime Clericis prohibetur, *c. Canonum. q. 4. cauſ. 14.*

VENDENS poteſt accipere pretium, quod

quod statuto tempore res potest valere, *c. si quis Clericus. q. 4. caus. 14.*

VENDI non potest, nec emi Spirituale, aut Spirituali annexum, *c. 16. X. de jure patronat.*

VENDI non potest gratia, *c. 8. q. 1. caus. 1.*

VENDI & emi nequeunt Sacri Ordines, *c. 12. q. 1. caus. 1.*

VENDENTES & ementes administrationem Ecclesiæ, sunt Simoniaci, *c. 38. X. de Simon.*

VENDERE non possunt Clerici res Ecclesiæ Episcopo ignorante, *c. 51. q. 2. caus. 12.*

VENDERE non potest Episcopus res Ecclesiæ sine consensu Capituli, *c. 1. & seqq.* & *c. 8. X. de his, quæ fiunt à Prælat.*

VENDI terra cœmeteriata pro sepultura facienda non debet, *c. Abolendæ. X. de sepult.*

VENDI possunt fructus decimarum, & aliarum rerum Spiritualium; licet res, ex quibus fructus tales percipiuntur, vendi aut alienari non possunt, *c. 2. X. de locat. & conduct.*

Quidquid Abbas VENDIDERIT sine licentia Episcopi, revocatur, *c. in venditionibus. q. 4. caus. 17.*

VENDI non potest feudum sine voluntate Domini, à quo tenetur, *c. 7. X. de constit.*

VENDITA curia non censetur esse venditum feudum in Curia, *II. F. 51. pr.*

VENDITIO.

In contrahenda VENDITIONE ambiguum pactum contra venditorem interpretandum est, *L. 172. pr. de R. I.*

VENDITIO rerum pupilli etiam interposito decreto Iudicis & cum autoritate *protutoris* facta non valet, *L. 2. de eo, qui pro tut.*

VENDITIO facti magis quam juris est, *L. 7. §. 3. de curator. furioso &c.*

VENDITIO imaginaria non est pretio accedente, *L. 16. de R. I.*

Si in VENDITIONE apponitur pactum de recuperanda post certum tempus, modico constituto pretio, præsumitur pignus, non venditio, *c. ad nostram. X de empt.*

VENDITIO annui census cum conditione revenditionis declaratur non usuraria, *Extrav. comm. c. 1. §. Nos igitur. X. eod.*

VENDITIO celebrata intelligitur, si pretium recipiatur, quamvis traditio rei differatur, *c. 36. X. de Simon.*

VENDITIO conditionalis non est valida, *c. Cum Ioannes. X. de fid. instrument.*

VENDITIO Ecclesiæ licet sit interdicta, permutatio tamen fieri potest, *c. 6. X. de rer. permut.*

Si in VENDITIONE dolia in horreis defossa non sint nominatim excepta, horreorum venditioni cessisse videntur, *L. 76. pr. de contrah. empt.*

Cum in VENDITIONE quis pretium rei ponit, donationis causa non exacturus, non videtur vendere, *L. 36. eod.*

Sine pretio nulla venditio est, *L. 2. §. 1. eod.*

VENDITIONES conditionales tunc perficiuntur, cum impleta fuerit conditio, *L. 7. pr. eod.*

VENDITIO sine re, quæ veneat, non potest intelligi, *L. 8. pr. eod.*

In VENDITIONIBUS consensus debet intercedere, *L. 9. pr. eod.*

VENDITOR.

VENDITOR rei venditæ lucrum & commodum sperare non debet, *L. 38. §. 5. de hered. instit.*

Labeo scripsit, obscuritatem pacti VENDITORI nocere potius debere, qui id dixerit, quam emptori; quia potuit re integra apertius dicere, *L. 21. de contrah. empt.*

Quid.

Quidquid ad utilitatem VENDITORIS pertinet, pro meliore conditione haberi debet, *L. 5. de in diem addict.*

Licet VENDITORI, meliore allata conditione, addicere posteriori, nisi prior paratus sit plus adjicere, *L. 7. eod.*

VENDITOR hereditatis satisdare de evictione non debet, *L. 2. pr. de heredit. vel act. vend.*

Si VENDITOR hereditatis exactam pecuniam sine dolo malo & culpa perdidisset, non placet eum emptori teneri, *L. 3. eod.*

VENDITOR talem custodiam præstare debet, quam præstant hi, quibus res commodata est; ut diligentiam præstet exactiorem, quam in suis rebus adhiberet, *L. 3. de periculo & commodo rei vend.*

VENDITOR vitium rei in vendendo indicare tenetur, alias empti actione vel redhibitoria tenetur, nisi emptor vitium sciverit, *c. 31. de R. I. in 6.*

VENEFICIVM.

Qui VENEFICIIS impediti coire nequeunt, nec sanari, separentur, *c. ult. q. 1. caus. 33.*

VENEFICVS.

VENEFICI, qui artibus odiosis, tam venenis, quam susurris magicis, homines occiderint, vel mala medicamenta publice vendiderint, lege Cornelia de sicariis, capite puniuntur, *§. 5. de publicis judic.*

VENEFICI nec accusatores, nec testes esse possunt, *c. constituimus. q. 5. caus. 3.*

VENENVM.

Qui VENENVM dicit, adjicere debet, utrum malum, an bonum, quia medicamenta venena sunt; hinc adjectione alterius nominis distinctio fit, *L. 236. pr. de V. S.*

Quod nos, sc. *Romani*, VENENVM appellamus, Græci Φάρμακον dicunt, *ibid.*

Apud illos quoque tam medicamenta, quam quæ nocent, hoc nomine continentur, *ibid.*

VENIA.

VENIAM meretur casus, *c. 6. dist. 55.*

VENIA peccati datur tantum correcto, *c. 5. de R. I. in 6.*

VENIAM Deus non dat in errore durantibus, sed se corrigentibus, *c. legatur. q. 2. caus. 24.*

VENIRE.

VENIRE diem significat, eum diem venisse, quo pecunia peti possit, *L. 213. pr. de V. S.*

VENISSE *ad heredem* nihil intelligitur, nisi deducto ære alieno, *L. 165. eod.*

VENIRE in jus compellendi non sunt occupati circa rem rusticam, *L. 1. pr. de feriis.*

VENTER.

VENTER, i. e. *qui jam conceptus est, sed nondum natus*, toties mittitur in possessionem, si non exheredatus, & id, quod in utero erit, inter suos heredes futurum erit, *L. 1. §. 2. de ventre in possess. mitt.*

Si VENTER ab institutis exheredatus sit, ab substitutis præteritus; *Marcellus* negat in possessionem eum mitti posse viventibus institutis, *L. 1. §. 6. eod.*

Per contrarium autem si ab institutis præteritus sit VENTER, à substitutis exheredatus, vivis institutis, mittendus est in possessionem, *L. 1. §. 7. eod.*

VENTER pinguis crassum sensum generat, ait S. Hieronymus, *c. ult. §. si ergo. dist. 44.*

VENTER mero æstuans facile despumat in libidinem, *in princ. dist. 35.*

VERBERA.

Qui VERBERIBVS tantum volunt ti-

timeri, miseri sunt Prælati, c. 1. dist. 45.

VERBERIBVS non est exigenda fides, ibid.

VERBERARE.

VERBERASSE dicitur abusive, & qui pugnis ceciderit, L. 15. §. 40. de injur.

VERBERARE suis manibus neminem debet Episcopus, c. 25. dist. 86.

VERBERANS Novitium religionis, licet cum effectu non censeatur Religiosus, tamen excommunicatur, c. 21. de sent. excomm. in 6.

VERBVM.

Duobus VERBIS negativis quasi permittit lex magis, quam prohibuit, L. 237. de V. S.

VERBORVM obligatio verbis tollitur, L. 35. de R. I.

Vbi VERBA conjuncta non sunt, sufficit alterutrum esse factum, L. 110. §. 3. eod.

VERBA generalia non referuntur ad ea, de quibus non est cogitatum, L. 1. §. 1. de his, quæ in testam. del.

VERBIS tolli non potest, quod verbis non contractum est, L. 8. §. 3. de accept.

VERBIS verba demum ea resolvi possunt, quæ inter se congruunt, L. 14. eod.

VERBORVM significatio, c. 1. X. de V. S. & c. 1. de V. S. in 6.

VERBA accipienda sunt cum effectu, c. 3. X. de pact. c. 4. X. de Cler. non resid.

VERBA aliquid operari debent, c. 10. §. si autem. de privil. in 6.

VERBA intentioni servire debent, non contra, c. humana. §. certe. q. 5. caus. 22.

VERBA Deus accipit secundum proferentium intentionem, ibid.

VERBA non debemus considerare, sed intentionem & voluntatem, c. 6. X. de V. S.

VERBVM quandoque ponitur proprie & improprie, c. 18. X. de testam.

Dum VERBORVM proprietas attenditur, plerumque sensus veritatis amittitur, c. 8. X. de V. S.

VERBVM generale restringitur, c. 26. X. de V. S.

VERECVNDIA.

VERECVNDIA adstringit nos ad aliquid faciendum, L. 8. de aliment. vel cibar. legat.

VERECVNDIA est magna pœna, c. 88. dist. 1. de pœnit.

VERISIMILE.

VERISIMILE inspiciendum est, c. ult. de offic. Vicar. in 6.

VERITAS.

VERITAS est, cum illud asseritur, quod est, c. Cum humilitatis. q. 2. caus. 22.

VERITAS præfertur opinioni, c. 4. X. de bigam. non ordin.

VERITATI consuetudo & usus postponendus, c. 4. 5. 6. 8. dist. 8.

VERITAS diligenter perscrutanda est, c. si quid. q. 7. caus. 15. c. 23. dist. 86.

VERITAS latens collationibus aperitur, Extrav. c. quia. §. nos autem. de V. S.

Qui VERITATEM occultat, & qui mendacium dicit, uterque reus est, c. 80. 81. & 82. q. 3. caus. 11. & c. 1. X. de crim. falsi.

Publico interest, ne VERITAS occultetur, Extrav. comm. c. 1. de Offic. Ordin.

VESANVS.

VESANVS dicitur, qui sine sanitate est, L. 242. §. 3. de V. S.

VESTIMENTVM.

VESTIMENTVM dicitur id, quod detextum est, etsi defectum non sit, i. e. si sit consummatum, L. 22. de auro, argento, mundo, &c.

VESTIMENTORVM appellatione continentur omnia vestimenta lanea, linea-

lineaque, vel serica, vel bombycina, quæ induendi, præcingendive causa parata sunt, & quæ his accessionis vice cedunt, quæ sunt insitæ picturæ, clavique, qui vestibus insuuntur, *L. 23. §. 1. eod.*

VESTIMENTA omnia aut virilia sunt, aut puerilia, aut muliebria, aut communia, aut familiarica, *L. 23. §. 2. eod.*

VESTIMENTA virilia sunt, quæ ipsius patrisfamilias causa parata sunt; veluti togæ, tunicæ, palliola, vestimenta, stragula, amphitapa, & saga, reliquaque similia, *ibid.*

VESTIMENTA puerilia sunt, quæ ad nullum alium usum pertinent, nisi puerilem; veluti togæ, prætextæ, aliculæ, chlamydes, pallia, quæ filiis nostris comparamus, *ibid.*

VESTIMENTA muliebria sunt, quæ matrisfamilias causa sunt comparata, quibus vir non facile uti potest sine vituperatione, veluti stolæ, pallia, tunicæ, capita, zonæ, mitræ, quæ magis capitis tegendi, quam ornandi causa sunt comparata, plagulæ, penulæ, *ibid.*

VESTIMENTA communia sunt, quibus promiscue utitur mulier cum viro, veluti si ejusmodi penula palliumve est, & reliqua hujusmodi, quibus sine reprehensione vel vir, vel uxor utatur, *ibid.*

VESTIMENTA familiarica sunt, quæ ad familiam vestiendam parata sunt; sicuti saga, tunicæ, penulæ, lintea, vestimenta, stragula & consimilia, *ib.*

VESTIS.

VESTIS appellatione tam virilis, quam muliebris, & scenica, etiam si tragica aut citharœdica sit, continetur, *L. 127. de V. S.*

In victum VESTEM accipiemus, non stragula, *L. 45. eod.*

VESTEM quoque victus habere vicem, *Labeo* ait, *L. 43. eod.*

VESTIS etiam ex pellibus constabat, *L. 23. §. 3. de auro, argento* &c.

VESTES Clericorum nec fulgidæ, nec sordidæ esse debent, *in princ. dist. 41. c. 1. q. 4. caus. 21.*

VESTIBUS secularibus non utatur Clericus, *c. Episc. opt. q. 4. caus. 21.*

VETERANUS.

VETERANORUM privilegium inter cætera etiam in delictis habet prærogativam, ut separentur à cæteris in pœnis: nec ad bestias itaque *Veteranus* datur, nec fustibus cæditur, *L. 1. de Veteranis.*

VETERANIS & liberis eorum idem honor habetur, qui & Decurionibus; Igitur nec in metallum damnabuntur, nec in opus publicum, vel ad bestias, nec fustibus cæduntur, *L. 3. eod.*

VETERANI, qui passi sunt in ordinem legi, muneribus fungi coguntur, *L. 5. §. 2. eod.*

VETUSTAS.

VETUSTAS erroris est consuetudo sine veritate, *c. 8. dist. 8.*

VETUSTAS vicem legis tenet, *L. 1. §. 23. de aqua & aqua pluviæ arc.*

VIA.

Qui VIAS duas à principio habet, unam eligendo, videtur alteri renunciasse, *L. 9. de curator. furios.*

VIA est, sive semita, sive iter est, *L. 157. de V. S.*

VIARUM quædam publicæ sunt, quædam privatæ, quædam vicinales, *L. 2. §. 22. ne quid in loco publico.* &c.

VIAS publicas dicimus, quas Græci βασιλικάς, i. e. regias, nostri prætorias, alii consulares vias appellant, *ib.*

VIAE privatæ sunt, quas agrarias quidam dicunt, *ib.*

VIAE vicinales, quæ in vicinis sunt, vel quæ in vicos ducunt, *ibid.*

VIATICUM.

Cum filiusfamilias VIATICUM suum mutu-

runt: verum, si per fraudem id fecerunt, removendi sunt, *ib.*

TVTOR, qui ad alimenta pupillo præstanda copiam sui non faciat, suspectus est, poteritque removeri, *L. 3. §. 14. eod.*

Is TVTOR, qui inconsideranter pupillum vel dolo abstinuit hereditate, potest suspectus postulari, *L. 3. §. 18. eod.*

TVTOR, qui ob segnitiem &c. remotus, non erit famosus, *ibid.*

TVTOR suspectus fieri potest, licet satisdederit, *L. 5. eod.*

TVTORIS satisdatio propositum ejus malevolum non mutat, sed diutius grassandi in re familiari facultatem præstat, *L. 6. eod.*

Impuberibus TVTORES suos suspectos facere non permittitur, *L. 7. pr. eod.*

TVTOR ob latam negligentiam remotus, quasi suspectus fit, *L. 7. §. 1. eod.*

Si quis TVTOR datus non compareat, solet edictis evocari, novissimeque, si copiam sui non fecerit, ut suspectus removeri, *L. 7. §. 3. eod.*

Suspectum TVTOREM mores faciunt, non facultates, *L. 8. eod.*

TVTOR, quamvis pauper est, fidelis tamen & diligens, removendus non est quasi suspectus, *ib.*

Si TVTOR aliquo vinculo necessitudinis &c. pupillo conjunctus sit, & à tutela ejus removendus videatur, optimum factum est, curatorem ei adjungi, *L. 9. eod.*

Cognitio suspecti TVTORIS, post finitam tutelam, quamvis pridem recepta, solvitur, *L. 11. eod.*

Ingenuos TVTORES libertinis pupillis Præsides non dabunt, *L. 1. §. 4. de excusat.*

TVTRIX.

TVTRIX mater filiorum suorum, quæ cito ad secunda vota transit, cessat esse *tutrix*, nec potest postea pro filiis conveniri, *c. 67. X. de appell.*

TYRO.

Nullus TYRO vagus, aut veteranus, aut censibus obnoxius, ad militiam accedat, *L. 1. C. de tyronibus XII.*

TYRONES in scholis loco semper posteriore ponantur, *L. 3. C. eod.*

V.

VACARE.

VACANTE sede Episcopali, Capitulum habet jurisdictionem, *c. un. de majorit. & obed. in 6.*

VACANTE sede nihil innovandum, *c. 1. X. ne sede vacant.*

VACANTE sede, Ecclesiæ causa tractari non debet, nec testes recipi, *c. ult. X. eod.*

VACANTE Ecclesia non currit præscriptio, *c. 1. & 4. X. de præscript.*

Tempus VACANTIS Ecclesiæ de præscriptione deduci debet, *c. 15. X. eod.*

VACANTE sede, Capitulum supplere potest vices Episcopi, in quibus non præjudicatur Episcopo, *c. 11. & 14. de majorit. & obed.*

VACANTE sede, Ecclesia supplet vicem ejus, in confirmatione Prælatorum, *c. 14. X. eod.*

VACANTE imperio, Ecclesia supplet vicem ejus & ad eam appellatur, *c. 10. X. de for. compet.*

VACANTE imperio Papa Imperatori succedit, *Clem c. 2. §. ut igitur. de sent. & re judic.*

VACARE Pastore Ecclesia Regularis vel Cathedralis non debet ultra tres menses, *c. 11. dist. 50. c. 41. X. de celeb. Miss.*

VA-

VACATIO.

VACATIONEM munerum civilium procuratores absentium reipubl. causa non habent, *L. 5. C. de excusation. muner.*

Nullus VACATIONEM temporalem curialis accipiat, nisi id forte veris ac probatis causis adnotatio Principis concesserit, *L. un. de his, qui à Principe vacat. acceper. X.*

VACATIO simpliciter concessa non porrigitur ad munera ordinaria, *L. un. C. de vacatione mun. publ. X.*

Si VACATIO per mortem sit literis expressa, non venit vacatio per renunciationem, *c. 6. de rescript. in 6.*

VACATIONEM militiæ munerisque præstare, *L. 18. de V. S.*

VACILLARE.

VACILLANS testis rejicitur, *c. 3. X. de caus. poss. & propr.*

Sed non est ipso jure infamis, *c. 8. X. de pœnis.*

VACVVS, *a, m.*

Si quis VACVAM possessionem tradi promiserit, non nudum factum hæc stipulatio continebit, sed causam bonorum, *L. 52. §. 1. de V. O.*

VAGARI.

VAGARI non convenit mulieres, *c. 2. X. de judic.*

VAGABVNDVM sponsum non tenetur sponsa sequi, nec diu ipsum expectare, modo hæc non fuerit in mora, *c. 5. X. de sponsal.*

VAGARI prohibentur Monachi, *c. juxta. q. 1. caus. 16.*

VAGANTES Monachi sunt cogendi, ut ad monasteria sua redeant, *c. quidam. ead. c. Abbates. q. 2. caus. 18.*

VAGABVNDI Religiosi post contemptum admonitionis, auxilio Episcopi sunt incarcerandi, d. *c. Abbates.*

VAGVS.

VAGVS non potest accedere ad militiam, *L. 1. C. de tyronibus XII.*

VALETVDINARIVS.

VALETVDINARIVS perpetua valetudine post susceptam tutelam potest eam deponere, secus si sit *valetudinarius* ad tempus, *L. 40. pr. de excus.*

VALETVDINARII non possunt esse testes inviti, *c. si testes. §. inviti. q. 2. caus. 4.*

VALVASOR.

Qui à Capitaneis antiquitus beneficium tenent, VALVASORES sunt, *II. F. 10.*

Qui à VALVASORIBVS feudum, quod à Capitaneis habebatur, similiter acceperint, *Valvasini*, i. e. minores *Valvasores* appellantur, *ibid.*

VALVASORE sine filio mortuo, feudum, quod *Valvasori* minori dederat, ad Capitaneum revertebatur, *ibid.*

VALVASORES majores & minores, *ib.*

VALVASORES minores dicuntur, qui à Capitaneis feudum accipiunt, *I. F. 1. pr.*

VALVASORES Regis vel Regni quinam, *ibid.*

VALVASORIBVS majoribus & minoribus succedunt filii & nepotes, *II. F. 14. §. 1.*

Si inter VALVASORES controversia sit, coram Paribus curiæ finiatur, *I. F. 34. pr.*

VANDALI.

VANDALI animas diversa, tormenta non ferentes, rebaptizando ad suam perfidiam transferebant, *L. 1. pr. C. de offic. Præfecti prætor. Africa.*

VANDALI corpora liberis natalibus clara jugo barbarico durissime subjugabant, *ibid.*

VANDALI sacrosanctas Dei Ecclesias suis præsidiis maculabant, aliquas vero ex eis stabula fecerunt, *ibid.*

VANDALI non solum Africam, sed etiam Romam ipsam occuparunt, & im-

impetialia ornamenta omnia in Africam transtulerunt, *ibid.*

VANITAS.

In VANITATEM & sensus obscuritatem deducit omnis scientia, quæ ad tropologiam non convertitur, *c. Nonne. dist. 37.*

VARIARE.

VARIANTUR jura secundum varietatem temporum, *c. penult. X. de consanguin.*

VARIARE non permittitur eligenti inter contraria, *L. 4. §. 2. de lege commissor.*

VARIATIO.

VARIATIO nominis in delictis non prodest, *c. 16. X. de Simonia.*

VARIATIO continua in homine seu præponente institorem non ferenda, *L. 11. §. 5. de institoria actione.*

VARICOSUS.

VARICOSUS sanus non est, *L. 50. de adilit. edicto.*

VARIETAS.

VARIETAS criminum inducit varietatem pœnarum, *c. 18. §. atque ideo. dist. 1. de pœnit.*

VARIETAS narrandi non obstat, si eadem dicantur, *c. 7. X. de V. S.*

VARIETAS personarum consequitur quandoque in eodem peccato varietatem pœnarum, *c. Fraternitas. q. 2. caus. 12. c. 1. q. 6. caus. 14.*

VARIUS, *a*, *m*.

VARIA proponens non est audiendus, *c. 55. X. de appell.*

VAS.

VASA vinaria proprie *vasa* torcularia sunt, *L. 206. de V. S.*

Si cui VASA sint legata, non solum ea continentur; quæ aliquid in se recipiant edendi bibendique causa paratum, sed & quæ aliquid sustineant, & ideo scutellas vel promulsidaria contineri, *L. 19. §. 10. de auro, argento, &c.*

VASORUM appellatio generalis est; dicimus *vasa* vinaria & navalia, *ib.*

VASORUM vinariorum appellatio dolia non comprehendit, *L. 15. de tritico, vino, vel oleo legato.*

VAS conflatum ex alieno auro, vel argento, vel ære, ejus est, cujus erat aurum, vel argentum, vel æs, cum illud ad rudem massam auri, vel argenti, vel æris reverti potest, *L. 7. §. 7. de A. R. D.*

VASA, & vestes, & donaria Ecclesiæ non licet vendere, vel in pignus vel in hypothecam tradere, & si fuerint tradita, sunt vindicanda ab his sine ullo pretio restituto, *L. 21. C. de sacrosanct. Eccles.*

VASA sacra possunt vendi, & alienari causa captivatis, vel famis in locis his, in quibus hoc contigerit, *ibid.*

VASA superflua possunt vendi ob debitum Ecclesiæ integra alteri Ecclesiæ, sed conflata laico, qui si integra reciplat, punitur ac si immobile accepisset, *Auth. Praterea. C. eod.*

VASA sacra, & sacratas pallas, non debent tangere Moniales, *c. 25. dist. 23.*

VASA sacta pro redemptione captivorum juste venduntur, *c. 70. q. 2. caus. 12.*

VASALLUS.

VASALLUS secreta domini detegere non tenetur, *II. F. 6. & 7.*

VASALLUS dicitur miles, item Clientulus, *I. F. 19. c. si quis miles. I. F. 10. I. F. 13.*

VASALLUS intrans religionem, feudum amittit, *II. F. 21.*

VASALLUS subinfeudare potest, *II. F. 26. c. 5. §. 9.*

VASALLUS investit alium de re cum incremento futuro, *I. F. 4. §. 6.*

VASALLUS de re communi investitus potest ad divisionem provocare, *II. F. 58. c. 2.*

VASALLUS petet renovationem investitu-

ſtituræ mortuo Domino, & heres ejus ipſo mortuo, *II. F. 24. pr.*

VASALLUS tanquam Dominus rem ſibi quaſi vindicat, *II F. 8 c. rei autem.*

VASALLUS de feudo agere poteſt, *II. F. 43.*

VASALLUS feudum à poſſidente quolibet vindicat, *II. F. 8 c. rei autem. pr.*

VASALLUS ſervitutes poteſt perſequi, *II F. 8. c. rei autem.*

VASALLUS de feudo conveniri poteſt, *II. F. 43.*

VASALLUS non poteſt alienare feudum, *II. F. 34. § 2.*

VASALLUS alienans non ſervat fidem, *II. 24. §. 2.*

VASALLUS tranſigere poteſt de feudo, *II. F. 26. c. 5. §. 10. II. F. 43.*

VASALLUS tenetur offerre ſervitium Domino, *II. F. 26. c. 5.* §. 4.

VASALLUS meliorem conditionem feudi poteſt facere, *II. F. 8. c. rei autem. §. 1.*

VASALLUS adjuvare Dominum tenetur in bello, *II. F. 28. pr.*

VASALLUS Dominum injuſte agentem non adjuvet, *II. F. 7. pr.*

VASALLUS non obligatur bannitum adjuvare, *II. F. 28. pr.*

VASALLUS Dominum non debet accuſare, *II. F. 33.* §. 3.

VASALLUS non cogitur pro uno feudo habere plures Dominos, *II. F. 55.*

VASALLUS ſi feudum dederit alicui, is retinet ad vitam ejus & heredum, *II. F. 83.*

VASALLUS dicitur homo ligius; item Feudatarius, *Clem. c. 2. §. quodſi. de ſent. & re judic.*

VASALLUS feudum alienans ſine licentia Domini, debet illud amittere, *c. 7. X. de conſtit.*

VASALLUS interficiens Dominum, feudum amittit, nec confertur aliud de novo heredibus, *arg. c. 10. X. de pœnis.*

VASALLI jure reſoluto, ſolvitur ejus, cui dedit, *I. F. 5. pr.*

VASALLI factum non mutat feudi originem in deterius, *II. F. 52. c. 2.*

VASALLI [illegible] quinque teſtibus probandum, *II. F. 56.*

VATES

VATES à vi mentis dictus; & jam Sacerdotem, jam Prophetam, jam Poëtam ſignificat *c. 1. §. Vates. diſt. 21.*

VECORS.

VECORS dicitur, qui ſine corde eſt, *L. 242. §. 3 de V. S.*

VECTIGAL.

VECTIGALIA ſine Imperatorum præcepto, neque Præſidi, neque curatori, neque curiæ conſtituere, nec præcedentia reformare, & his vel addere, vel diminuere licet, *L. 10. pr. de public. & vectigal.*

In omnibus VECTIGALIBUS fere conſuetudo ſpectari ſolet, idque etiam principalibus conſtitutionibus cavetur, *L. 4. § 2. eod.*

Fraudati VECTIGALIS crimen ad heredem ejus, qui fraudem contraxit, commiſſi ratione transmittitur, *L. 8. pr. eod.*

VECTIGALIS ſolvendi onus incumbit poſſeſſori, *L. 7. pr. eod.*

VECTIGAL ſi quis non ſolverit, incidit in commiſſum, & efficitur res fiſci, niſi ſolvens ſit pupillus, qui intra 30. dies poſt commiſſum ſi ſolvat, liberatur à pœna commiſſi, *L. 7. §. 1. eod.*

VECTIGAL ſi fraudavit unus ex dominis in transvehenda re communi, portio tantum ſua confiſcatur, non ſocii ignorantis, *L. 8. §. 1. eod.*

VECTIGAL novum non poteſt Epiſcopus Monaſteriis imponere, *c. 8. & 10. X. de cenſib.*

Locatio VECTIGALIUM, quæ calor licitantis ultra modum ſolitæ conductionis inflavit, ita demum admittenda eſt, ſi fidejuſſores idoneos, & cautionem is, qui licitatione vicerit, offerre paratus ſit, *L. 9. pr. eod.*

Ad conducendum VECTIGAL invitus

tus nemo compellitur; & ideo impleto tempore conductionis elocanda sunt, *L. 9. §. 1. eod.*

Reliquatores VECTIGALIUM ad iterandam conductionem, antequam superiori conductioni satisfaciant, admittendi non sunt, *L. 9. §. 2. eod.*

VECTIGALIA conducere prohibentur debitores fisci, vel reipublicæ, ne ex alia causa eorum debita onerentur, nisi fidejussores idoneos, qui eorum debitis primis satisfacere parati sint, præstiterint, *L. 9. §. 3. eod.*

Socii VECTIGALIUM, si separatim partes administrent, alter ab altero minus idoneo in se portionem transferre jure desiderat, *L. 9. §. 4. eod.*

VECTIGAL earum rerum, quarum nunquam præstitum est, præstari non potest, *L. 9. §. 6. eod.*

VECTIGAL consuetum præstari si unus publicanus ex indulgentia remiserit alicui una vice, non prohibetur idem publicanus vel ejus successor, quin alia vice debeat præstari sibi vel successori, *ibid.*

VECTIGALIUM præstatione immunes sunt res exercitui paratæ, *L. 9. §. 7. eod.*

Fiscus ab omnium VECTIGALIUM præstationibus immunis est, *L. 9. §. 8. eod.*

VECTIGALIA nova nec decreto civitatum institui possunt, *L. 2. C. Vectigalia nova* &c.

Non solent nova VECTIGALIA inconsultis Principibus institui, *L. 3. C. eod.*

VECTIGAL illicitum si sit exactum, debet restitui cum pœna, *ib.*

VECTIGALIUM locatio penes eum debet remanere, qui superior in licitatione extiterit, *L. 4. C. de Vectigalibus & commissis.*

VECTIGALIUM locatio debet fieri per triennium, & non per minus, & finito triennio ad novam locationem debet procedi, *ib.*

VECTIGAL non debetur de rebus, quæ ad usum proprium, vel ad fiscum inferuntur, vel exercendi ruris gratia vehuntur, & stationarii exigentes *vectigalia* super his rebus, pœna capitali puniuntur, *L. 5. C. eod.*

VECTIGAL vel solita pensitatio debetur de aliis rebus, quæ non ad usum proprium, neque ad fiscum inferuntur, neque exercendi ruris gratia vehuntur, *ib.*

VECTIGALIUM non parva functio est, quæ æqua ratione debet dependi ab omnibus, qui habent curam negotiationis, seu transferendarum mercium, exceptis navicularijs, *L. 6. C. eod.*

VECTIGALIUM immunitatem etsi rescripto Principis concessam quis asserit, tale rescriptum subreptitium præsumitur, & ideo non obstante rescripto tenetur solvere, *ib.*

VECTIGALIA publica intelligere debemus, ex quibus vectigal fiscus capit; quale est vectigal portus, venalium rerum, salinarum, metallorum, & picariarum, al. *piscariarum*, *L. 17. §. 1. de V. S.*

VECTIGALES.

Quidquid contra VECTIGALES largitionalium (*titulorum*) vel pragmaticis, vel sacris annotationibus fuerit elicitum, effectu & viribus careat, *L. 12. C. de Vectigal. & commiss.*

VELLE.

VELLE non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini, *L. 4. de R. I.*

VELLEIANUM *Senatusconsultum.*

vid.

SE-

SENATUSCONSULTUM *Vellejanum.*

VELUM.

VELUM duplex est in Monialibus; aliud conversionis; aliud consecrationis. Velum consecrarionis tantum Virginibus datur; conversionis autem viduis imponitur, *c. 1. §. Episcopi* &c. *X. de his, quæ vi, metusve cauf. &c. c. 4. X. de Regular.*

VENALIS, e.

Judex VENALEM ferens sententiam, vel pretio pœnam imponens, aut remittens, potest accusari, & convictus removeri, *c. jubemus. q. 1. causf. 1.*

VENALES sententiæ etiam absque appellatione non valent, *c. 10. X. de vit. & honest. Cler.*

VENARI.

VENARI aut aucupari non licet in alieno invitis dominis, *L. 16. de S. P. R.*

VENATIO.

VENATIO fructus fundi est, cum ex venatione fructus fundi constat, *L. 26. de usur.*

VENATIO omnis prohibetur Episcopo, *c. 1. dist. 34.*

VENATIO, quæ fit in saltibus & sylvis, si fiat tempore debito, & propter utilitatem, permittitur Laicis, non vero Clericis, *c. 12. dist. 86. c. 1. dist. 34.*

VENATOR.

VENATOREM nunquam legimus sanctum, ut ait D. Hieronymus, *c. 1. dist. 34. c. Esau. dist. 86.*

VENDERE.

Aliud est VENDERE, aliud vendenti consentire, *L. 160. pr. de R. I.*

Qui VENDIDIT, necesse non habet fundum emptoris facere, *L. 25. §. 1. de contrah. empt.*

VENDENS tabernas argentarias vel cætera, quæ sunt in loco publico, non censetur vendere solum, sed jus, cum istæ tabernæ publicæ sint, quarum usus ad privatos pertinet, *L. 32. eod.*

VENDENS fundum si excipit omnem fructum, videtur excipere arundinem, & sylvam cæduam, quæ loco fructuum sunt, *L. 40. §. 4. eod.*

Res bona fide VENDITA, propter minimam causam inempta fieri non debet, *L. 54. eod.*

VENDENS ignoranter aurichalcum pro auro, tenetur actione ex empto ad tradendum aurum, quod vendidit, sed si scienter aurichalcum pro auro vendidit, tenetur etiam ad omne damnum actione ex dolo, & non ex empto, *L. 45. eod.*

VENDENS frumenta, quæ in herbis erant, si dixit se præstiturum, quod vi aut tempestate factum esset, tenetur ex empto, si nives immoderatæ, & contra consuetudinem tempestatis corruperint ea frumenta, *L. 78. §. 3. eod.*

VENDENS jura actionis debet emptori ostendere instrumenta, cum sibi opus erit, *L. 52. pr. de A. E. V.*

VENDENS militiam tenetur actiones suas cedere, *L. 52. §. 2. eod.*

VENDENS fundum si dixit dolia accessura fundo, debet illa integra, non quassa dare, *L. 27. eod.*

VENDENS fundum, in quo sepulchrum habebat, videtur etiam vendere sepulchrum, nisi nominatim excipiat, vel sepulchrum aditum habeat ex publico, *L. 53. §. 1. eod.*

Difficile est inter ementis VENDENTISque commercium non intervenire peccatum, *c. qualitas. dist. 5. de pœnit.*

Emendi vilius, & VENDENDI carius studium, maxime Clericis prohibetur, *c. Canonum. q. 4. causf. 14.*

VENDENS potest accipere pretium,

quod statuto tempore res potest valere, *c. si quis Clericus. q. 4. caus. 14.*

VENDI non potest, nec emi Spirituale, aut Spirituali annexum, *c. 16. X. de jure patronat.*

VENDI non potest gratia, *c. 8. q. 1. caus. 1.*

VENDI & emi nequeunt Sacri Ordines, *c. 12. q. 1. caus. 1.*

VENDENTES & ementes administrationem Ecclesiæ, sunt Simoniaci, *c. 38. X. de Simon.*

VENDERE non possunt Clerici res Ecclesiæ Episcopo ignorante, *c. 51. q. 2. caus. 12.*

VENDERE non potest Episcopus res Ecclesiæ sine consensu Capituli, *c. 1. & seqq.* & *c. 8. X. de his, quæ fiunt à Prælat.*

VENDI terra cœmeteriata pro sepultura facienda non debet, *c. Abolenda. X. de sepult.*

VENDI possunt fructus decimarum, & aliarum rerum Spiritualium; licet res, ex quibus fructus tales percipiuntur, vendi aut alienari non possunt, *c. 2. X. de locat. & conduct.*

Quidquid Abbas VENDIDERIT sine licentia Episcopi, revocatur, *c. in venditionibus. q. 4. caus. 17.*

VENDI non potest feudum sine voluntate Domini, à quo tenetur, *c. 7. X. de constit.*

VENDITA curia non censetur esse venditum feudum in Curia, *II. F. 51. pr.*

VENDITIO.

In contrahenda VENDITIONE ambiguum pactum contra venditorem interpretandum est, *L. 172. pr. de R. I.*

VENDITIO rerum pupilli etiam interposito decreto Iudicis & cum autoritate *protutoris* facta non valet, *L. 2. de eo, qui pro tut.*

VENDITIO facti magis quam juris est, *L. 7. §. 3. de curator. furioso* &c.

VENDITIO imaginaria non est pretio accedente; *L. 16. de R. I.*

Si in VENDITIONE apponitur pactum de recuperanda post certum tempus, modico constituto pretio, præsumitur pignus, non venditio, *c. ad nostram. X de empt.*

VENDITIO annui census cum conditione revenditionis declaratur non usuraria, *Extrav. comm. c. 1. §. Nos igitur. X. eod.*

VENDITIO celebrata intelligitur, si pretium recipiatur, quamvis traditio rei differatur, *c. 36. X. de Simon.*

VENDITIO conditionalis non est valida, *c. Cum Joannes. X. de fid. instrument.*

VENDITIO Ecclesiæ licet sit interdicta, permutatio tamen fieri potest, *c. 6. X. de rer. permut.*

Si in VENDITIONE dolia in horreis defossa non sint nominatim excepta, horreorum venditioni cessisse videntur, *L. 76. pr. de contrah. empt.*

Cum in VENDITIONE quis pretium rei ponit, donationis causa non exacturus, non videtur vendere, *L. 36. eod.*

Sine pretio nulla venditio est, *L. 2. §. 1. eod.*

VENDITIONES conditionales tunc perficiuntur, cum impleta fuerit conditio, *L. 7. pr. eod.*

VENDITIO sine re, quæ veneat, non potest intelligi, *L. 8. pr. eod.*

In VENDITIONIBUS consensus debet intercedere, *L. 9. pr. eod.*

VENDITOR.

VENDITOR rei venditæ lucrum & commodum sperare non debet, *L. 38. §. 5. de hered. instit.*

Labeo scripsit, obscuritatem pacti VENDITORI nocere potius debere, qui id dixerit, quam emptori; quia potuit re integra apertius dicere, *L. 21. de contrah. empt.*

Quid-

Quidquid ad utilitatem VENDITORIS pertinet, pro meliore conditione haberi debet, *L. 5. de in diem addict.*

Licet VENDITORI, meliore allata conditione, addicere posteriori, nisi prior paratus sit plus adjicere, *L. 7. eod.*

VENDITOR hereditatis satisdare de evictione non debet, *L. 2. pr. de hered. vel act. vend.*

Si VENDITOR hereditatis exactam pecuniam sine dolo malo & culpa perdidisset, non placet eum emptori teneri, *L. 3. eod.*

VENDITOR talem custodiam præstare debet, quam præstant hi, quibus res commodata est; ut diligentiam præstet exactiorem, quam in suis rebus adhiberet, *L. 3. de periculo & commodo rei vend.*

VENDITOR vitium rei in vendendo indicare tenetur, alias empti actione vel redhibitoria tenetur, nisi emptor vitium sciverit, *c. 31. de R. I. in 6.*

VENEFICIUM.

Qui VENEFICIIS impediti coire nequeunt, nec sanari, separentur, *c. ult. q. 1. caus. 33.*

VENEFICUS.

VENEFICI, qui artibus odiosis, tam venenis, quam susurris magicis, homines occiderint, vel mala medicamenta publice vendiderint, lege Cornelia de sicariis, capite puniuntur, *§. 5. de publicis judic.*

VENEFICI nec accusatores, nec testes esse possunt, *c. constituimus. q. 5. caus. 3.*

VENENUM.

Qui VENENUM dicit, adjicere debet, utrum malum, an bonum, quia medicamenta venena sunt; hinc adjectione alterius nominis distinctio fit, *L. 236. pr. de V. S.*

Quod nos, sc. *Romani*, VENENUM appellamus, Græci φάρμακον dicunt, *ibid.*

Apud illos quoque tam medicamenta, quam quæ nocent, hoc nomine continentur, *ibid.*

VENIA.

VENIAM meretur casus, *c. 6. dist. 55.*

VENIA peccati datur tantum correcto, *c. 5. de R. I. in 6.*

VENIAM Deus non dat in errore durantibus, sed se corrigentibus, *c. legatur. q. 2. caus. 24.*

VENIRE.

VENIRE diem significat, eum diem venisse, quo pecunia peti possit, *L. 213. pr. de V. S.*

VENISSE *ad heredem* nihil intelligitur, nisi deducto ære alieno, *L. 165. eod.*

VENIRE in jus compellendi non sunt occupati circa rem rusticam, *L. 1. pr. de feriis.*

VENTER.

VENTER, i. e. *qui jam conceptus est, sed nondum natus*, toties mittitur in possessionem, si non exheredatus, & id, quod in utero erit, inter suos heredes futurum erit, *L. 1. §. 2. de ventre in possess. mitt.*

Si VENTER ab institutis exheredatus sit, ab substitutis præteritus; *Marcellus* negat in possessionem eum mitti posse viventibus institutis, *L. 1. §. 6. eod.*

Per contrarium autem si ab institutis præteritus sit VENTER, à substitutis exheredatus, vivis institutis, mittendus est in possessionem, *L. 1. §. 7. eod.*

VENTER pinguis crassum sensum generat, ait S. Hieronymus, *c. ult. §. si ergo. dist. 44.*

VENTER mero æstuans facile despumat in libidinem, *in princ. dist. 35.*

VERBERA.

Qui VERBERIBUS tantum volunt ti-

lineaque, vel serica, vel bombycina, quæ induendi, præcingendive causa parata sunt, & quæ his accessionis vice cedunt, quæ sunt insitæ picturæ, clavique, qui vestibus insuuntur, *L. 23. §. 1. eod.*

VESTIMENTA omnia aut virilia sunt, aut puerilia, aut muliebria, aut communia, aut familiarica, *L. 23. §. 2. eod.*

VESTIMENTA virilia sunt, quæ ipsius patrisfamilias causa parata sunt; veluti togæ, tunicæ, palliola, vestimenta, stragula, amphitapa, & saga, reliquaque similia, *ibid.*

VESTIMENTA puerilia sunt, quæ ad nullum alium usum pertinent, nisi puerilem; veluti togæ, prætextæ, aliculæ, chlamydes, pallia, quæ filiis nostris comparamus, *ibid.*

VESTIMENTA muliebria sunt, quæ matrisfamilias causa sunt comparata, quibus vir non facile uti potest sine vituperatione, veluti stolæ, pallia, tunicæ, capita, zonæ, mitræ, quæ magis capitis tegendi, quam ornandi causa sunt comparata, plagulæ, penulæ, *ibid.*

VESTIMENTA communia sunt, quibus promiscue utitur mulier cum viro, veluti si ejusmodi penula palliumve est, & reliqua hujusmodi, quibus sine reprehensione vel vir, vel uxor utatur, *ibid.*

VESTIMENTA familiarica sunt, quæ ad familiam vestiendam parata sunt; sicuti saga, tunicæ, penulæ, lintea, vestimenta, stragula & consimilia, *ib.*

VESTIS.

VESTIS appellatione tam virilis, quam muliebris, & scenica, etiam si tragica aut citharœdica sit, continetur, *L. 127. de V. S.*

In victum VESTEM accipiemus, non stragula, *L. 45. eod.*

VESTEM quoque victus habere vicem, *Labeo* ait, *L. 43. eod.*

VESTIS etiam ex pellibus constabat, *L. 23. §. 3. de auro, argento* &c.

VESTES Clericorum nec fulgidæ, nec sordidæ esse debent, in *princ. dist. 41. c. 1. q. 4. caus. 21.*

VESTIBUS secularibus non utatur Clericus, *c. Episcopi. q. 4. caus. 21.*

VETERANUS.

VETERANORUM privilegium inter cætera etiam in delictis habet prærogativam, ut separentur à cæteris in pœnis: nec ad bestias itaque *Veteranus* datur, nec fustibus cæditur, *L. 1. de Veteranis.*

VETERANIS & liberis eorum idem honor habetur, qui & Decurionibus; Igitur nec in metallum damnabuntur, nec in opus publicum, vel ad bestias, nec fustibus cæduntur, *L. 3. eod.*

VETERANI, qui passi sunt in ordinem legi, muneribus fungi coguntur, *L. 5. §. 2. eod.*

VETUSTAS.

VETUSTAS erroris est consuetudo sine veritate, *c. 8. dist. 8.*

VETUSTAS vicem legis tenet, *L. 1. §. 23. de aqua & aquæ pluviæ arc.*

VIA.

Qui VIAS duas à principio habet, unam eligendo, videtur alteri renunciasse, *L. 9. de curator. furios.*

VIA est, sive semita, sive iter est, *L. 157. de §. 1. V. S.*

VIARUM quædam publicæ sunt, quædam privatæ, quædam vicinales, *L. 2. §. 22. ne quid in loco publico.* &c.

VIAS publicas dicimus, quas Græci βασιλικὰς, i. e. regias, nostri prætorias, alii consulates vias appellant, *ib.*

VIAE privatæ sunt, quas agrarias quidam dicunt, *ib.*

VIAE vicinales, quæ in vicinis sunt, vel quæ in vicos ducunt, *ibid.*

VIATICUM.

Cum filiusfamilias VIATICUM suum

mutuum dederit, cum studiorum causa Romæ ageret, responsum est à *Scævola*, extraordinario judicio esse illi subveniendum, *L. 17. de rebus creditis* &c.

VIATOR.

Nonnunquam solent magistratus populi Romani VIATOREM nominatim vici arbitri dare, quod raro, & nonnisi re urgente faciendum est, *L. 82. de Iudiciis.*

VIATOR non potest conveniri in loco contractus, *c. 1. §. contrahentes. de foro comp. in 6.*

VIATOR ob quamcunque perfectionem nunquam fit exemptus à præceptis Dei & Ecclesiæ, *Clem. c. ad nostrum. de haret.*

VICARIA.

VICARIAS plures non potest quis habere, *c. 2. X. de Offic. Vicar.*

Qui habet provisionem ex reditibus perpetuæ VICARIAE, non est dicendus carere beneficio, *c. 27. X. de rescript.*

VICARIVS.

In civilibus causis VICARIOS Comitibus militum convenit anteferri; in militaribus negotiis Comites Vicariis anteponi, *L. 1. C. de Officio Vicarii.*

VICARIVS perpetuus debet esse Sacerdos, & in Vicaria residere, *c. ult. X. de Offic. Vicar.*

Qui VICARIVM contemnit, eum contemnit quoque, qui illum posuit, *c. 2. dist. 21.*

VICARIVS non potest sibi substituere Vicarium, *c. 4. X. de Offic. Vicar.*

VICARIVS *Episcopi.*

VICARIVS Generalis Episcopi non potest conferre beneficia, *c. fin. de Offic. Vicar. in 6.*

VICARIVS *Papæ.*

VICARIVS Papæ in urbe jurisdictionem habet Romæ, non extra urbem, *c. sua nobis. X. de Offic. Vicar.*

VICE-DOMINVS.

VICE-DOMINVS Episcopi est, cujus arbitrio Episcopium committitur disponendum, *c. Diaconum. c. quia dist. 89.*

VICINITAS.

VICINITAS facit præsumptionem de notitia facti loci vicini, *c. 7. X. de præsumpt.*

VICINVS.

VICINO vel proximo cuilibet licet contra vim auxilium impertiri; imo qui potest, & negligit, videtur injuriam facere, & culpæ particeps esse, *c. 6. §. & quidem. de sent. excomm. in 6.*

Non solum VICINO proximo, sed etiam superiori opus facienti nunciare opus novum potero, *L. 8. pr. de operis novi nunc.*

VICTORIA.

VICTORIA, merito fidei, bellorum paratur, *c. 49. q. 2. caus. 23.*

VICTVS

Verbo VICTVS continentur, quæ esui, potuique, cultuique corporis, quæque ad vivendum homini necessaria sunt, *L. 43. de V. S.*

VICTVS ea etiam continet, quibus tuendi, curandive corporis nostri gratia utimur, *L. 44. eod.*

VICTVS verbo continetur vestis, qua quis induitur, non stragula, *L. 45. eod.*

VICVS.

Qui ex VICO ortus est, eam patriam intelligitur habere, cui Reipubl. *vicus* ille respondet, *L. 30. ad municipal.*

VIDVA.

VIDVA exinde sic dicta, quia quasi vecors (i. e. *sine corde*) est, *L. 242. §. 3. de V. S.*

VIDVAM non solum eam, quæ aliquando nupta fuisset, sed eam quoque mulierem, quæ virum non habuisset, appellari ait Labeo, *L. 242. §. 3. eod.*

VI-

VIDVA est, quæ post solenne fœdus nuptiarum, morte interveniente, à viro suo divisa fuit, *c. 16. dist. 34.*

VIDVIS conceduntur secundæ nuptiæ ob vitandam fornicationem, *c. quomodo. q. 1. caus. 31.*

VIDVAS velare nullus Pontificum attentet, *c. de votis. q. 1. caus. 20.*

VIDVAS sustentare & protegere debet Magistratus, *c. ab Imperatoribus. q. 3. caus. 23.*

VIDVA nubens intra annum luctus, non incurrit infamiam secundum canones, licet incurrat secundum *c. penult. & ult. X. de sec. nupt.*

VIDVA miserabilis quoad possessorium potest Laicum coram Iudice ecclesiastico convenire, *c. 15. X. de for. compet.*

Si quis VIDVAM sive ante baptismum, sive post baptismum duxit, non ordinetur, *c. si quis. q. 34. caus. 13.*

VIDVITAS.

Non potest esse hortator VIDVITATIS, qui ipse conjugia frequentavit, *c. una tantum. dist. 26.*

VIGOR.

VIGOR non sit rigidus in Iudice, nec mansuetudo dissoluta, *c. 14. dist. 45.*

VILIS, *e.*

VILIBVS testibus non creditur, *c. 33. X. de testibus.*

VILES, notabiles & infames contra Clericos non sunt recipiendi testes, *c. 7. X. eod.*

VILLA.

VILLA est pars fundi, & legato fundo instructo continetur etiam villa instructa, *L. 15. §. 2. de instructo, vel instr.* &c.

VILLAE instrumento legato, supellex non continetur, *L. 16. pr. eod.*

VINCERE.

VINCITVR utiliter, cui licentia peccandi tollitur, *c. paratus. q. 1. caus. 23.*

Consuetudo & usus longævus, non potest VINCERE legem & rationem, *c. 4. dist. 11.*

Pravus usus VINCITVR lege & ratione, *c. 1. ead.*

VINCVLVM.

VINCVLORVM appellatione continentur vincula tam publica, quam privata, *L. 224. de V. S.*

Is, qui in VINCVLIS est, si defendatur, cessat restitutio, *L. 23. pr. ex quibus causis* &c.

Fortius VINCVLVM rumpit minus, *c. 13. X. de sponsal.*

Spirituale VINCVLVM fortius est, quam carnale, *c. inter. X. de translat. Episcop.*

VINDICARE.

Crimina semel dimissa, VINDICARI iterum non debent, *c. 6. X. de accusat.*

VINDICATIO.

VINDICATIO & restitutio rei non competit ei, qui possidet, *c. 15. X. de judic.*

VINDICTA.

VINDICTAM, i. e. *virgam*, Imperator, cum servum manumittit, non imponit, sed cum voluit, fit is liber, qui manumittitur, ex Lege Augusti, *L. 14. §. 1. de manumission.*

VINDICTA.

VINDICTA in calumniantes exercetur, *c. quisquis. q. 8. c. 2.*

Ad VINDICTAM Episcopus facilis non sit, *c. 23. dist. 86.*

VINDICTAM in te non accendat res incognita; nec facile credas, *c. si quid. q. 7. caus. 15.*

VINDICTAM aggravat dignitas personæ, *c. 6. §. Eos insuper. X. de homicid.*

Officia VINDICTAE possunt impleri bono animo, *c. 16. q. 5. caus. 23.*

VINDICTA alia est spiritualis, quæ tan-

tantum est Ecclesiæ, *c. forte. q. 4. caus. 23.*

Alia corporalis, quæ tantum est secularium, *c. Reos. q. 5. caus. 23.*

VINDICTA, quæ infertur animo corrigendi, licita est, *c. 51. q. 4. caus. 23.*

VINEA.

Si quis legaverit fundum Cornelianum, exceptis VINEIS, quæ mortis ejus tempore erunt; si nullæ *vineæ* erunt, legato nihil decedit, *L. 72. de legat. 1.*

Si quis in VINEAS meas venerit, & inde ridicas abstulerit, interdicto quod vi aut clam tenebitur, *L. 11. §. 3. quod vi aut clam.*

VINOLENTVS.

VINOLENTVS dicitur, non qui semel, sed qui frequenter vino repletus est, in *princ. dist. 35.*

VINVM.

Cum eo, qui VINVM spurcavit, vel effudit, vel acetum fecit, vel alio modo vitiavit, agi potest Aquilia, *L. 27. §. 15. ad L. Aquil.*

VINO legato, acetum quoque continetur, quod paterfamilias vini numero habuit, *L. 1. de tritico, vino*, &c.

Cum alii penum, alii VINVM legatum esset, excepto vino; omne penum ad alium legatarium pertinebit, *L. 2. pr. eod.*

Si cui VINVM sit legatum centum amphorarum, cum nullum vinum reliquisset, *vinum* heredem empturum, & præstaturum, non acetum, quod vini numero fuit, *L. 3. pr. eod.*

VINO legato, etiamsi non sit legatum cum vasis, videntur quoque legata vasi parva, velut amphoræ, & cadi, quæ cum vino vendi consueverunt, unde hoc præsumitur tam ex regionis consuetudine, quam ex vasorum utilitate, & quia ad usum perpetuum non parantur, *L. 3. §. 1. eod.*

VINO legato, non videntur legata dolia; maxime si depressa fuerint in cella vinaria; aut ea sint, quæ per magnitudinem difficile moventur, *ib.*

VINO legato, videntur legatæ cupulæ, vel cupæ, nisi immobiles in agro velut instrumentum agri sint, *ib.*

VINO legato, utres non debentur, nec culei, *ibid.*

Ex VINO, quod in fundo Semproniano natum esset, si legentur centum amphoræ vini, si minus eo anno, quo testator decessit, natum sit, non debetur amplius, quam natum sit, *L. 5. eod.*

VINO simpliciter legato, non facta mentione vasorum, continetur vinum, quod in doliis, & amphoris, & cadis continetur, *L. 9. eod.*

VINO legato cum vasis, & cadis, intelligitur etiam legatum vinum, quod in doliis est, *ib.*

Si quis VINVM legaverit, omne continetur, quod ex vinea natum vinum permansit; Sed si mulsum sit factum, vini appellatione non continebitur proprie, nisi forte paterfamilias etiam de hoc sensit, *L. 9. pr. eod.*

Sabinus scribit, omnia VINI appellatione contineri, quæ vini numero paterfamilias habuit; igitur & acetum, quod vini numero paterfamilias habuit, & zythum, & camum, & cætera, quæ pro hominum affectione atque usu vini numero habebuntur, *ibid.*

VINO legato, continetur etiam totum vinum, quod testator coacuit, *ib.*

VINVM luxuriæ incentivum, *c. 3. & 7. dist. 35.*

Luxuriam facit & nutrit VINI nimia perceptio, non natura, *ib.*

VINO legato, ea demum vasa sequuntur, quæ ita diffusa sunt, ut non ad perpetuum usum vasa reservarentur,

velu-

veluti amphoræ & cadi, *L. 14. de tritico, vino*, &c.

VIOLARE.

In nullo VIOLARI debet; quod rationabiliter definitum est, *c. cum pia. q. 2. caus. 25.*

VIOLANTES sacros canones, blasphemant Spiritum Sanctum, *c. Violatores. q. 1. caus. 25.*

VIOLANTES mulieres sacratas, filii perditionis sunt, *c. sciendum. q. 1. caus. 27.*

VIOLATIO.

VIOLATIO Legatorum prohibita est jure gentium, *c. 9. dist. 1.*

VIOLENTIA.

VIOLENTIA probatur per testes, res amissæ per juramentum ipsius, qui amisit, & super valore rerum amissarum taxatione præmissa, & securo petentis juramento: fit condemnatio, *c. super eo. X. de his, quæ vi.*

VIOLENTVS, *a, m.*

VIOLENTA præsumptio de hæresi, non sufficit ad condemnandum de hoc crimine, *c. literas vestras. X. de præsumpt.*

VIOLENTA præsumptio aliquando sufficit ad definitivam sententiam, *c. afferre mihi. X. eod.*

VIOLENTA præsumptio recipit probationem in contrarium, *c. ult. X. de Presbyter. non baptiz.*

VIOLENTA possessio per rescriptum Principis non confirmatur, *L. 3. C. unde vi.*

VIR.

VIR consularis præfertur fœminæ consulari; *L. 1. pr. de Senatoribus.*

VIR Præfectorius præfertur fœminæ consulari, *ib.*

VIR dicitur *adulter*, sicut mulier dicitur, quæ corrupta est, *L. 37. §. 5. de legatis 3.*

VIRIS legatis, & pueri debentur, *L. 81. §. 1. eod.*

VIR & uxor sunt una caro propter commixtionem, *c. Lex divina constitutionis. q. 2. caus. 27.*

VIRI in principio mundi acceperunt sorores in uxores, *c. Cum igitur. q. 1. caus. 35.*

VIR extra Paradisum fuit formatus, mulier vero intra Paradisum, *c. illud. dist. 40.*

VIR ita est caput mulieris, ut nulla vota continentiæ liceant mulieri, sine licentia viri; *c. ult. §. evidentissime. q. 5. caus. 33.*

VIRI fornicatio maculat uxorem, *c. in conjugio. q. 1. caus. 32.*

Alia VIRI peccata uxorem non maculant; *ib.*

VIRO vivente mulier alteri nubere non potest, *c. quæ Christo. q. 1. caus. 27.*

VIRI & fœminæ conjunctio est juris naturalis, *c. 7. dist. 1.*

VIR & uxor non intrent Monasterium sine licentia Episcopi, *c. si vir. q. 2. caus. 27.*

VIR habens votum continentiæ, non potest uxorem ducere, etiamsi ipsa promittat, se fieri velle Christianam, *c. un. q. 8. caus. 32.*

VIR fidelis non tenetur sequi uxorem infidelem, si discedat, *c. simili modo. q. 1. caus. 28.*

VIRO manente Iudæo, uxor fidelis separari ab eo potest, *c. Iudæi. ead.*

VIR tenetur reddere debitum uxori, & è contra, *c. si dicat. Vir. q. 5. caus. 33.*

VIR non exigens debitum, sed reddens, cum petitur, meretur, *c. secundum. ead.*

VIR abstineat ab uxore, quando gravida est, tangere enim tunc eam, pessimum est, *c. Origo. q. 4. caus. 32.*

VIR de adulterio accusatus, lite pendente non potest privari iure conjugali, *c. laudabilem. X. ut lit. pend.*

VIR sciens de uxoris adulterio, tene-

tur eam dimittere, *c. dixit dominus. c. ficut crudelis. q. 1. cauf. 32.*

VIRI adulteri gravius funt puniendi, quam uxores, quia ad eos pertinet & virtute vincere, & exemplo regere fœminas, *c. indignantur. q. 6. cauf. 32.*

VIRO non licet occidere uxorem adulteram, *c. interfectores. q. 2. cauf. 33.* Si tamen adolefcens eft, excufatur per iram, *ib.*

VIR occidens uxorem etiam ob adulterium, non poteft aliam ducere, *ib.*

VIR confentiens, ut uxor veletur, non poteft aliam ducere, *c. qui uxorem. q. 5. cauf. 33.*

VIR dormiens cum forore uxoris, non poteft alterutram amplius tangere, *c. qui dormierit, q. 2. cauf. 27.*

VIR dormiens cum Sponfa fratris, non poteft eam habere uxorem, *c. quidam. q. 2. cauf. 27.*

VIR dormiens cum Sponfa filii, nec pater, nec filius eam habere poteft, *c. fi quis Sponfam. ead.*

VIR polluens uxoris fororem ignoranter, non dimittet uxorem, *c. in lectum. q. 1. cauf. 34.*

VIRGINITAS.

VIRGINITATIS votum in muliere incipit effe firmum, dum ita adulta eft, ut fit apta marito, *c. firma. q. 1. cauf. 20.*

VIRGINITAS vel caftitas corrupta reftitui non poteft, *L. 1. pr. C. de raptu virginum* &c.

VIRGINITAS præftantior eft matrimonio, *c. nuptiæ. q. 1. cauf. 32.*

VIRGINITAS ex confilio fuadetur, non ex imperio præcipitur, *ib.*

VIRGINITAS commendatur, *c. quifit. q. 5. cauf. 33.*

Absque cæteris virtutibus nec fola VIRGINITAS falvat, nec cæteræ abfque virginitate proficiunt, *c. tunc. c. hoc folum. ead.*

VIRGINITAS alia eft corporis, & non mentis, *c. ficut enim. & feq. q. 5. cauf. 32.*

VIRGINITAS alia eft mentis, & non corporis, *c. 1. c. magis. ead.*

VIRGINITAS alia eft mentis & corporis, *c. ficut enim. ead.*

VIRGINITAS mentis melior eft, quam carnis, *c. tolerabilius. ead.*

VIRGINITAS carnis nihil eft, amiffa virginitate mentis, *c. fi Paulus. ead.*

VIRGINITAS carnis non fervatur, mente corrupta, *ib.*

VIRGO.

Cum omnia poffit Deus fufcitare, VIRGINEM poft ruinam non poteft, *c. fi Paulus. q. 5. cauf. 32.*

VIRGINEM nondum defponfatam ftuprans, tenetur eam dotare & ducere in uxorem, *c. 1. X. de adulter.*

Si quis aufus fuerit, VIRGINES facratiffimas rapere, aut attentare jungendi caufa matrimonii, capitali pœna feriatur, *L. 5. C. de Epifcop. & Cler.*

Defponfata VIRGO rapta, licet vim raptoris paffa fit, Sponfo fuo reddi debet, *c. defponfatas. q. 2. cauf. 24.*

VIRGINES extra voluntatem parentum, vel fuam, non debent cogi accipere maritos, *c. 38. q. 1. cauf. 27.*

VIRGINEM ancillari vefte veftitam fi quis appellaverit, i. e attentaverit ejus pudicitiam blando fermone, non tenetur injuriarum actione, *L. 15. §. 15. de injur.*

VIRGINVM *confecratio.*

VIRGINVM confecratio ad Epifcopum pertinet, *c. devotis. q. 1. cauf. 20.*

Pot-

Poteſt tamen fieri à Presbytero de licentia Epiſcopi, *c. Presbyter. q. 6. cauſ. 26.*

Hæc fit diebus dominicis, *c. 1. X. de tempor. ordin.*

Item in Epiphania, Sabbatho Paſchæ & Apoſtolorum natalitiis poteſt fieri, *c. Virgines. q. 1. cauſ. 20.*

VIRILIS, *e*,

VIRILIS appellatione interdum etiam totam hereditatem contineri, dicendum eſt, *L. 145. de V. S.*

Qui ſibi VIRILIA amputavit, Clericus non ſit, quia ſui homicida eſt, & Dei conditoris inimicus, *c. 4. diſt. 55.*

VIRILIUM exſectione conjugium contractum ſolvi non debet, *c. hi. q. 7. cauſ. 32.*

Qui abſque vi perdiderunt VIRILIA, pro ſe poſtulare poſſunt, pro aliis non poſſunt, *c. infames. §. nam ut. q. 7. cauſ. 3.*

VIRTUS.

VIRTUTIS gratia aliquid permittitur, quod alias non permitteretur, *L. 1. §. 6. de poſtulando.*

VIRTUS adverſis probatur, *c. adverſitas &c. q. 1. cauſ. 7.*

VIRTUS ſua quemque clarificet, *c. penult. diſt. 5. de conſecr.*

VIRTUTIBUS præmia tribuenda ſunt, *Clem. c. cupientes. 3. de pœnis.*

VIRTUTES parentum filii debent amplecti, non vitia eorum, *c. 4. diſt. 56.*

Sub ſpecie VIRTUTIS ſæpe ſe vitia ingerunt, *c. 6. diſt. 41.*

VIS.

VI factum id videtur eſſe, qua de re quis, cùm prohibetur, fecit, *L. 73. §. 2. de R. I.*

Quidquid omnino per VIM fit, aut in vis publicæ, aut privatæ crimen incidit, *L. 152. pr. eod.*

Non videtur VIM facere, qui jure ſuo utitur, & ordinaria actione experitur, *L. 55. §. 1. eod.*

VIS corpori infertur, non animo, in *princ. q. 15. cauſ. 32.*

VIS legibus inimica eſt, *c. Chriſtianis. q. 1. cauſ. 11.*

VIM vi repellere omnes leges, omniaque jura permittunt; eſtque juris naturalis, *c. 7. diſt. 1.*

VIS non tantum attenditur in manuum injectione, ſed etiam temeritas & injuria, *c. 35. X. de ſent. excomm.*

VIS excuſat à promiſſionibus, *c. 4. X. de his, quæ vi* &c.

VI extorta revocatio non valet, *c. un. de iis, quæ vi, in 6.*

VI extortum juramentum non valet, *c. 15. X. de jurejur.*

VI ablata reſtitui debent ante litis conteſtationem, *c. oportet. q. 2. cauſ. 3.*

VIS omni tempore excuſat, *c. 9. X. de deſponſat. impub.*

VIS conditionalis excuſat à tanto, ſed non à toto, *c. inprimis. §. glorioſus. q. 1. cauſ. 2.*

VIS armata non poteſt aliter repelli, niſi cum armis, *L. 1. §. 27. de vi & vi armata.*

VIM vi repellere omnes leges omniaque jura permittunt, *L. 45. §. 4. ad L. Aquil.*

VIM vi repellere licet pro defenſione rerum cum moderamine inculpatæ tutelæ, *L. 1. C. unde vi.*

VISITARE.

Epiſcopi, Archiepiſcopi &c. debent quotannis VISITARE Diœceſes ſuas, *c. decrevimus. q. 1. cauſ. 10.*

VISITANS nihil poteſt ſumere de rebus Eccleſiarum, præter conſuetas expenſas, *c. quoniam. diſt. 61.*

VISITANTI Episcopo &c. convivia paranda sunt juxta morem loci, *c. illud. q. 3. caus. 10.*

VISITANS monasterium, quando de jure competit, non inducat in illud seculares, *c. ut juxta. X. de Offic. Ordin.*

VISITATIO.

VISITATIONE semel facta non potest Archiepiscopus iterum visitare, nisi consensu Suffraganeorum, vel alia de caussa necessaria, *c. postquam. §. 1. de censib. in 6.*

VISITATOR.

VISITATOR, qui ab inferiore Papa est deputatus, potestatem habet in spiritualia & temporalia, *c. ult. de suppl. negl. Prælat. in 6.*

VISITATORES Ecclesiarum, & Clerici horum, aliquod laboris sui subsidium accipiant, *c. 45. q. 2. caus. 12.*

VITA.

Finis VITAE longævi hominis est centum annorum, *L. 56. de ususfructu* &c.

VITA, infamibus supplicium, mors solatium est, *c. si quis. q. 1. caus. 6.*

VITA in melius mutanda est, *c. 18. dist. 3. de pænit.*

VITA hominis super terram est tentatio, *c. 40. §. liberi. dist. 2. de pænit.*

VITIARE.

VITIARE scripturas non solent illa, quæ abundant, *L. 94. de R. I.*

VITIATAE causæ, subveniat appellatio, *c. liceat. q. 6. caus. 2.*

VITIOSITAS.

Inter VITIOSITATEM, & perturbationem, & inter morbum, & ægrotationem quantum interest, tantum interest inter alia vitia, & eum morbum, ex quo quis minus aptus est usui, *L. 5. de ædilitio edicto.*

VITIOSVS, *a, m.*

Quod initio VITIOSVM est, tractu temporis non convalescit, *c. un. in princ. de despons. impuber. in 6. c. 18. de R. I. in 6. L. 29. de R. I.*

VITIS.

Si VITEM meam ex fundo meo in fundum tuum deprehenderis, al. *depresseris*, eaque in fundo tuo coaluerit, utile est interdictum quod vi aut clam intra annum, sed si annus præterierit, nulla remanet actio, radix enim vitis cedit viti, *L. 22. pr. quod vi aut clam.*

VITIVM.

VITIVM est perpetuum corporis impedimentum; veluti si talum excussit; nam & luscus itaque vitiosus est, *L. 101. §. 2. de V. S.*

VITIIS non est aperienda via, *Clem. c. ult. X. de elect.*

VITIA parentum filiis non imputantur, *c. 3. dist. 56.*

VITIIS nutriendis qui parcit, misericors non est, *c. qui vitiis. q. 5. caus. 23.*

VITRICVS.

Cum cognatis VITRICI, hodie contrahere non possumus, *c. penult. X. de consanguinit.*

VITRICVS onera munerum civilium nomine privigni sui suscipere nulla juris ratione cogitur, *L. 3. §. 7. de muneribus.*

VIVERE.

Verbum VIVERE quidam putant ad cibum pertinere; Sed *Ofilius* ad *Atticum* ait, his verbis & vestimenta & stramenta contineri, sine his enim vivere neminem posse, *L. 234. §. 2. de V. S.*

VLPIA.

VLPIANVS.

VLPIANVM virum summi ingenii appellat Iustinianus, *L. 1. §. 9. de caducis* &c.

VLTIO.

VLTIO procedat in personam delinquentis, non in facultates ejus, *c. ult. q. 6. caus. 16.*

VNCTIO.

VNCTIO est duplex, una exterior & materialis, altera interior, & spiritualis; illa ungitur corpus, hac cor, *c. un. X. de sacr. unct.*

VNCTIO exterior est signum interioris, & invisibilis unctionis, *ibid.*

VNCTIO interior seu invisibilis, non solum est signum, sed etiam Sacramentum; quia si digne suscipitur, vel agit, vel auget absque dubio, quod designat, *ibid.*

VNCTIO Spiritus Sancti, est charitas invisibilis, *c. 8. dist. 2. de pœnit.*

VNGVENTVM.

VNGVENTA, quibus valetudinis causa unguimur, mundo non continentur, *L. 25. §. 12. de auro, argento,* &c.

VNIO.

VNIO duorum Episcopatuum potest fieri autoritate apostolica, *c. 47. 48. 49.* & *50. q. 1. caus. 16.*

VNIO Episcopatuum ad solum Papam pertinet, *c. 8. de excess. Prælat.*

Quando VNIO fit Ecclesiarum, tunc Ecclesia unita alteri, absolvitur à jure prioris, *c. 53. §. quod cum. q. 1. caus. 16.*

VNITAS.

Vbi VNITAS fidei est, ibi nihil contrarium infert personatum diversitas, *c. nihil. q. 1. caus. 7.*

VNITATEM Ecclesiæ non habens, non habet potestatem ligandi, *c. omnibus. q. 1. caus. 24.*

VNIVERSITAS.

VNIVERSITAS nunquam mutatur, sed eadem remanet semper, licet mutentur personæ, *L. 7. §. 1. quod cujuscunque universitatis* &c.

VNIVERSITATIS jus & nomen conservatur etiam in uno solo, qui de ea remansit, & ita ipse potest conveniri, *ibid.*

VNIVERSITAS potest ad agendum & defendendum procuratorem constituere, *c. quia. X. de procurat.*

VNIVERSITATIS procurator jurat de calumnia, *c. penult. X. de juram. calum.*

Quælibet VNIVERSITAS statuta sibi facere potest, *c. 9. de hæret. in 6.*

VNIVERSITATI debitum, non debetur singulis ex universitate, *c. 19. X. de V. S.*

In corpus VNIVERSITATIS non potest ferri sententia excommunicationis, *c. 5. de sent. excomm. in 6.*

Quod VNIVERSITATI mandatur, intelligitur mandatum cuilibet de universitate, *c. eam te.* &c. *X. de rescript.*

VNIVERSVS, *a, m.*

Refertur ad VNIVERSOS, quod publice fit per majorem partem, *L. 160. §. 1. de R. I.*

VNVS, *a, m.*

VNVS potest impedire, dum agitur de compositione in causa primatis, *c. fin. de majorit. & obed.*

VOCARE.

VOCARE in jus, est juris experiundi causa vocare, *L. 1. de in jus vocando.*

VOCARI in jus non possunt Consul, Præfectus, Prætor, Proconsul, & cæteri magistratus, qui imperium habent, & coërcere aliquem possunt, & jubere in carcerem duci, *L. 2. eod.*

VOCARI in jus non potest Pontifex, dum sacra facit, neque illi, qui propter loci religionem inde se movere non possunt, neque ille, qui equo publi-

publico in causa publica transvehitur, *ibid.*

VOCARI in jus non potest Iudex, dum de re cognoscit, neque aliquis, dum apud Prætorem causam agit, *ibid.*

VOCARI in jus non possunt sponsus, vel sponsa, dum ducit, vel nubit, *ib.*

VOCARI in jus non potest ducens funus familiare, *ibid.*

VOCARI non potest in jus ille, qui facit justa obsequia mortuo, *ibid.*

VOCARI in jus non possunt parentes utriusque servus usque in infinitum, sine venia, *L. 4. §. 2. eod.*

VOCARI in jus non potest parens, qui in servitute filios suscepit, sine venia, *L. 4. §. 3. eod.*

VOCARE in jus matrem non potest filius etiam vulgo conceptus, sine venia, *ibid.*

VOCANDI sunt absentes in loco, unde consueverunt vocari, *c. 55. X. de elect.*

VOCATUS ad Synodum ob judicium, debet habere congruum spatium comparendi, *c. Vocatio. q. 2. caus. 5.*

VOCATI respondere non debent, qui vel timore fuerunt ejecti, vel rebus suis spoliati, antequam restituantur, *c. ult. q. 2. caus. 5.*

VOLUNTARIUS, *a, m.*

Nullum bonum nisi VOLUNTARIUM, *c. præsens. q. 3. caus. 20.*

VOLUNTARIUM sibi militem legit Christus, *voluntarium* sibi servum auctionatur Diabolus, *c. non est. q. 1. caus. 15.*

VOLUNTAS.

VOLUNTAS potius in conventionibus contrahentium, quam verba sunt spectanda, *L. 219. de V. S.*

VOLUNTAS est animi motus, cogente nullo, ad aliquid vel imitandum, vel adipiscendum, in *princ. q. 1. caus. 15.*

VOLUNTAS non operatur necessario nec bonum, nec malum, *c. 40. dist. 2. de pœnit.*

VOLUNTAS hominis est causa vitii vel virtutis, *c. 5. dist. 56.*

De VOLUNTATIBUS judicat Deus, in *princ. q. 5. caus. 32.*

VOLUNTAS & propositum alicujus inspiciendum ad hoc, ut de facto ejus judicetur, *c. 54. X. de sent. excomm.*

VOLUNTAS sine opere frequenter peccat, *c. sicut. q. 5. caus. 32.*

VOLUNTAS facit opus remunerabile, non opus voluntatem, *c. 87. dist. 1. de pœnit.*

VOLUNTAS remunerationem accipit, non opus, *c. 30. ead.*

VOLUNTAS nocendi si intercedat, crimen committitur, *c. 47. dist. 50.*

VOLUNTAS propria vindicanda est, *c. 6. dist. 55.*

VOLUNTAS imputatur in homicidio, *c. 18. X. de homicid.*

VOLUNTAS turbata non excusat, *c. 23. X. de Simon.*

VOLUNTAS coacta, voluntas est, & qui tali voluntate aliquid facit, valet, & compellitur illud servare, *c. 3. §. illud vero. X. de baptism.*

VOLUNTAS attenditur in damnis, *c. 6. X. de injur.*

VOLUNTAS maculat corpus mulieris, non vis, *c. de pudicitia. §. corpus. q. 5. caus. 32.*

A VOLUNTATE defuncti in dandis tutoribus receditur propter utilitatem pupilli, *L. 10. de confirm. tut.*

VOLUNTAS testatoris magis inspicitur, quam verba, *L. 61. de hered. inst.*

VOLUNTAS testatoris plenior prævalet, & servanda est, *L. 67. eod.*

VOLUPTAS.

VOLUPTAS meretricia etiam in uxore damnatur, etsi procreatio prolis laudetur, *c. in eo. q. 4. caus. 32.*

Proclivis cursus est ad VOLUPTATEM, & imitatrix natura vitiorum, *c. proclivis. q. 3. caus. 20.*

VO-

VOTVM.

VOTA pro salute Principis post Calendas Ianuarias die tertio suscipiuntur, *L. 233. §. 1. de V. S.*

VOTVM suum potest quis exequi per alium, *c. 6. X. de vot. & vot. redempt.*

VOTO patresfam. puberes sui juris obligantur, sed non filiusfam. vel servus sine patris vel domini voluntate, *L. 2. §. 1. de pollicitat.*

VOTVM, quod in dando consistit, transit ad heredem ipsius voventis, *L. 2. §. 2. eod.*

VOTVM non est sola promissio faciendi aliquid, sed dicit obligationem, *c. literaturam. X. de vot. & vot. redempt.*

VOTVM incautum non est servandum, *q. 4. caus. 22. per tot.*

VOTVM stultum frangendum est, *c. non pejerabis. ead.*

VOTVM de malo rescindendum est, *c. in malis. q. 4. caus. 22.*

VOTVM de bono servandum, *c. sunt quædam. q. 1. caus. 17.*

VOTVM debet fieri cum deliberatione, *c. 42. q. 1. caus. 27.*

VOTVM semel emissum observari debet, *c. sunt. q. 1. caus. 17.*

VOTVM meum obligat me ad id, quod in me est, *c. 3. X. de convers. conjugat.*

VOTI Reus non habetur ægrotus, frangens jejunium, *c. 4. X. de R. I.*

VOVERE.

VOVENS nisi desinat peccare, non recipiatur in Ecclesia, *c. devotam. q. 1. caus. 27.*

VOVERE est voluntarium, adimplere necessarium, *c. 6. X. de vot. & voti redempt.*

VOVENTES compellendi sunt per sententiam excommunicationis votum suum servare, *c. 9. X. de convers. conjug. c. 13. X. de Regular.*

Si quis rem aliquam VOVERIT, voto obligatur, quæ res personam voventis, non rem, quæ vovetur, obligat; res enim, quæ vovetur, soluta quidem liberat vota, ipsa vero sacra non efficitur, *L. 2. pr. de pollicitat.*

VOVENS decimam bonorum tenetur, nec dicitur exire decima de bonis ejus, nisi fuerit separata de bonis ejus, *L. 2. §. 2. eod.*

VOX.

VOCE propria suscipitur accusatio, non perscripta, *c. ult. q. 8. caus. 2.*

VOCEM non habeat in Capitulo, qui habet beneficium, cui annexus est Ordo, si intra annum non suscipiat illum, *Clemen. c. ut ii. de ætat. & qualit.*

VRBARE.

VRBARE est aratro definire, *L. 239. §. 6. de V. S.*

VRBS.

VRBIS appellatio muris finitur, *L. 2. pr. de V. S.*

VRBS est Roma, ut *Alfenus* ait, quæ muro cingeretur, *L. 87. eod.*

Qui in VRBIS continentibus nati sunt, Romæ nati intelliguntur, *L. 147. eod.*

VRBS ab *urbo* appellata est, *L. 239. §. 6. eod.*

VRBS regia, i. e. Roma, *L. 6. §. 11. de excus.*

VRBVM.

Varus ait, VRBVM appellari *curvaturam* aratri, quod in urbe condenda adhiberi solet, *L. 239. §. 6. de V. S.*

VSVARIVS.

VSVARIVS plenum usum habet, si ei relictus sit usus villæ, & prætorii, *L. 12. pr. de usu & habitat.*

VSVARIVS, cui pecoris, i. e. gregis ovilis usus relictus est, ad stercorandum uti potest, & etiam modico lacte, lana, vel lanis usque ad usum suum, *L. 12. §. 2. eod.*

VSVARIVS non potest concedere alii operas servi, quarum usus sibi relictus est, *L. 12. §. 6. eod.*

VSVARIVS si lanam conduxerit expediendam, potest etiam per usuarias ancillas opus perficere, *ibid.*

VSVARIVS si vestimenta texenda conduxerit, vel insulam, vel navem fabricandam, potest ad hæc operis servorum uti, *ibid.*

VSVARIVS, cui ancillæ usus legatus est, non potest uti ad lanificium, neque ut ex operis illarum mercedem capiat, sed bene ut sibi lanam faciant, & sibi facere videtur, qui non operas ancillarum locavit, sed opus, quod conduxit, expediit, *ibid.*

VSVARIVS ædium potest in eis habitare ipse cum uxore præsenti, vel futura, & familia, & hospitem recipere, *§. 2. de usu & habitat.*

VSVARIVS non potest jus suum in alium transferre, *§. 3. eod.*

VSVCAPERE.

Res Ecclesiæ VSVCAPI non potest, *c. 15. §. potest etiam. q. 3. caus. 16.*

Res fisci & Imperatoris VSVCAPI non potest, *c. penult. §. universitas. ead.*

VSVCAPERE potest paterfamilias, & filiusfamilias, & maxime miles in castris acquisitum usucapiet, *L. 4. §. 1. de usurpat. & usucap.*

VSVCAPIT pupillus, si tutore autore cœperit possidere, *L. 4. §. 2. eod.*

VSVCAPIT furiosus, quod ante furorem possidere cœpit, *L. 4. §. 3. eod.*

VSVCAPI non possunt liber homo, res sacra, religiosa, furtiva, servus fugitivus, item res fisci, §. *1. 2. & 3. de usucapion.*

VSVCAPERE non potest ille, qui emit ab eo, qui alienare prohibitus est, *L. 12. de usurpat.*

VSVCAPERE non potest rem, quam tanquam dominus non possidet, *L. 13. pr. eod.*

VSVCAPI non potest domus sine solo, *L. 26. eod.*

Si solum VSVCAPI non poterit, nec superficies usucapietur, *L. 39. eod.*

VSVCAPERE non potest, qui in servitute est; nam cum possideatur, possidere non videtur, *L. 118. de R. I.*

VSVCAPIO.

VSVCAPIO est adjectio dominii per continuationem possessionis temporis lege definiti, *L. 3. de usurpat.*

VSVCAPIONEM recipiunt maxime res corporales, exceptis rebus sacris, sanctis, &c. *L. 9. eod.*

VSVCAPIO est Iuris Quiritum, *c. ult. dist. 1. & pr. Inst. de usucap.*

VSVCAPIO requirit bonam fidem circa initium, justum titulum, & continuam possessionem, *c. placuit. §. præscriptionum. q. 3. caus. 16.*

VSVCAPIO est acquisitio dominii per continuationem temporis, *c. penult. q. 3. caus. 16.*

In VSVCAPIONE requiritur titulus & bona fides, *pr. Inst. de usucap.*

VSVCAPIONIS & præscriptionis tempora sunt continua, *ib.*

VSVCAPIONEM non parit error falsæ causæ, ut si quis, cum non emerit, emisse se existimans possideat, §. *6. eod.*

VSVCAPIO sine possessione contingere non potest, *L. 25. de usurpat.*

VSVRA.

VSVRA pecuniæ, quam percipimus, in fructu non est, *L. 121. de V. S.* Quia non ex ipso corpore, sed ex alia causa est, i. e. nova obligatione, *ib.*

VSVRAE pupillares, quas pupillorum nomine tutores accipiunt, sortis locum obtinent, ut bono & utilitati pupilli sortem efficiant, & pro sorte habeantur, *L. 58. §. 4. de admin. & peric. tut.*

VSVRAS easdem præstant fidejussores tutorum, & eorum heredes, quas tutores ipsi præstare debent, *L. 3. de fidejuss. & nomin.*

VSVRAE possunt à Magistratibus exigi eo modo, quo à tutoribus, quando conveniuntur actione tutelæ, *L. 9. de magistratib. conven.*

VSVRA pœnæ inflictæ ex contractu, delicto, vel quasi, exigi non potest, *L. 1. C. de fiscal. usur. X. L. ult. de magistr. conven.*

VSVRAS majores senussibus nemo regulariter stipulari poterit, *L. 3. C. de fiscal. usur. X.*

VSVRA est, quidquid supra datum exigitur, *c. usura. q. 3. caus. 14.*

VSVRA est, quidquid sorti accedit, *c. plerumque. ead.*

VSVRA non tantum est in pecunia, *c. putant. ead.*

Sed in omnibus rebus, *c. plerique. ead.*

VSVRARIVS.

VSVRARIVS Raptori æquiparatur, *c. ult. q. 4. caus. 14.*

VSVRARII contractus nulli sunt, *c. ad nostram. X. de empt.*

VSVRARIO appellanti deferendum non est, *c. 11. X. de usur.*

VSVRARIIS manifestis nemo domum locet, nisi velit ab officio suspendi, si ecclesiasticus est, vel excommunicari, si secularis, *c. 1. de usur. in 6.*

VSVRARIORVM manifestorum testamenta non valent, nisi facta satisfactione & præstita idonea cautione, *c. 2. eod.*

VSVRPARE.

VSVRPANS aliquid, quod non debet, amittere debet, quod habet, *c. denunciamus. q. 2. caus. 25.*

VSVRPARE nemo debet, quod sibi non convenit, *c. Amputato. ead.*

VSVRPANS bona relicta locis sacris, est Sacrilegus, *c. Sacrilegium. q. 4. caus. 17.*

VSVRPATIO.

VSVRPATIO est usucapionis interruptio. Oratores autem usurpationem frequentem usum vocant, *L. 2. de usurpat.*

VSVS.

Nudus VSVS, i. e. *sine fructu*, constituitur; qui & ipse iisdem modis constitui solet, quibus & ususfructus, *pr. Inst. de usu & habit.* & *L. 1. eod. tit.*

VSVS iisdem modis finitur, quibus vsusfructus definit, *pr. Inst. de usu & habitat.*

In VSV minus juris est, quam in usufructu, *§ 1. eod.*

VSVS pars legari non potest; nam frui quidem pro parte possumus, uti pro parte non possumus, *L. 19. de usu & habit.*

VSVS.

VSVS veritati contrarius abolendus est, *c. 4. 5. 6. & 8. dist. 8.*

VSVS antiquarum legum, quæ vetustate & incuria obsoleverunt, nullus est, *c. 2. dist. 7.*

VSVS cedit autoritati, *c. 1. dist. 11.*

Pravus VSVS lege & ratione superatur, *ibid.*

VSVS longævus, non levis autoritatis est, *c. 4. ead.*

VSVS non debet tolli per abusum, *c. 9. q. 5. caus. 14.*

VSVFRVCTVARIVS.

VSVFRVCTVARIO invito non licet domino domum altius tollere, *L. 7. §. 1. de usufructu.*

VSVFRVCTVARIVS novum tectorium parietibus, qui rudes fuissent imponere non potest, *L. 44. eod.*

VSVFRVCTVARIVS non utitur, si nec ipse utatur, nec nomine ejus alius, puta qui emit, vel qui conduxit, vel cui donatus est, vel qui negotium ejus gerit, *L. 38. eod.*

VSVFRVCTVARIO non solum Legis Aquiliæ actio competere potest, sed & servi corrupti, & injuriarum, si servus torquendo, deterior factus fuerit, *L. 66. de usufr.*

Cum VSVFRVCTVARIVS paratus est usumfructum derelinquere, non est cogendus domum reficere, *L. 64. eod.*

VSVFRVCTVARIVS novum rivum parietibus non potest imponere, *L. 61. eod.*

VSVFRVCTVARIVS ædificium inchoatum consummare non tenetur, *ib.*

VSVFRVCTVARIVS venari in saltibus vel montibus possessionis potest; nec aprum, nec cervum, quem ceperit, proprium domini capit, sed fructus aut jure civili aut gentium suos facit, *L. 62. pr. eod.*

VSVSFRVCTVS.

VSVSFRVCTVS est jus alienis rebus utendi, fruendi, salva rerum substantia, *pr. Inst. de usufructu.*

VSVSFRVCTVS est jus in corpore, quo sublato, & ipsum tolli necesse est, *ibid.*

VSVSFRVCTVS à proprietate separationem recipit, *§. 1. eod.*

VSVSFRVCTVS pluribus modis constituitur, *ibid.*

VSVSFRVCTVS non tantum constituitur in fundo & ædibus, verum etiam in servis & jumentis, & cæteris rebus, exceptis iis, quæ ipso usu consumuntur, §. *2. eod.*

VSVMFRVCTVM hæ res, quæ usu consumuntur, neque naturali ratione, neque civili regulariter recipiunt, *ibid.*

VSVSFRVCTVS finitur morte usufructuarii, & duabus capitis deminutionibus, maxima & media, & non utendo per modum & tempus, §. *3. eod.*

VSVSFRVCTVS finitur, si domino proprietatis ab usufructuario cedatur; vel ex contrario, si usufructuarius proprietatem rei acquisierit, quæ res consolidatio appellatur, *ibid.*

VSVSFRVCTVS extinguitur, quando res, de quibus ususfructus competit, perierunt, *ibid.*

VSVSFRVCTVS in multis casibus pars dominii est, & exstat, quod vel præsens, vel ex die dari potest, *L. 4. de usufructu.*

VSVSFRVCTVS ab initio pro parte indivisa vel divisa constitui, & legitimo tempore similiter amitti, eademque ratione per Legem Falcidiam minui potest, *L. 5. eod.*

VSVSFRVCTVS constituitur in judicio familiæ erciscundæ, & communi dividundo, si Iudex alii proprietatem adjudicaverit, alii usumfructum, *L. 6. §. 1. eod.*

VSVFRVCTV legato, omnis fructus rei ad fructuarium pertinet, *L. 7. pr. eod.*

VSVSFRVCTVS aut rei soli, aut rei mobilis legatur, *ibid.*

Si VSVSFRVCTVS fundi sit legatus, quidquid in fundo nascitur, quidquid inde percipi potest, ipsius fructus est, sic tamen, ut boni viri arbitratu fruatur, *L. 9. pr. eod.*

VSVFRVCTV agri legato, in locum demortuarum arborum aliæ substituendæ sunt, & priores ad fructuarium pertinent, *L. 18. eod.*

VTER.

Qui in VTERO est, perinde ac si in rebus humanis esset, custoditur, quotiens de commodis ipsius partus quæritur, quamquam alii, antequam nascatur, nequaquam prosit, *L. 7. de statu hominum.*

Qui in VTERO sunt, in toto pene jure civili intelliguntur in rerum natura esse, *L. 26. eod.*

Qui

Qui in VTERO relictus, intelligendus est mortis tempore fuisse, *L.153. de V.S.*

VTILIS.

Nec nobis, nec aliis VTILES esse debemus, cum damno alterius, *c. mutationes. q. 1. caus. 7.*

VTILE non vitiatur per inutile, *c. 37. de R. I. in 6.*

VTILE commune præferendum particulari *c. bona memoria. X. de postulat.*

VTILITAS

VTILITATI publicæ interest, ne crimina maneant impunita, *c. 35. X. de sent. excommun.*

VTILITATEM suam semper facere debet Ecclesia, *L. 7. X. de reb. Eccl. alien.*

VTILITATIS & necessitatis causa, mutationes Episcoporum conceduntur, *c. mutationes. q. 1. caus. 7.*

VTILITATIBVS omnium intendit Papa, *c. 7. X. de immunit. Eccl.*

VTILITAS publica, & favor fidei sunt attendenda, *c. ult. X. qui filii sint* &c.

VTILITAS & necessitas pacificantur, *c. 6. X. de ætat. & qualit. & Ordin.*

VVA.

VVA dicitur morbus, qui vocatur livila, & vulgo vuola, & dicitur columella, quam medici cionidem vocant, *L. 14. §. 5. de ædilit. edict.*

VVA.

VVAS crudas colligens tenetur Aquilia, sed maturas colligens si intercipiat, tenetur furti, nisi in terram uvas projecerit, ut effunderentur, quia tunc cessat furti, cum animum lucrandi non habuerit, *L. 27. §. 25. ad L. Aquil.*

Si quis ex VVIS meis mustum fecerit, vel ex olivis oleum, vel ex lana vestimenta, cum sciret hæc aliena esse; utriusque nomine ad exhibendum actione tenebitur, quia quod ex re nostra fit, nostrum esse verius est, *L. 12. §. 3. ad exhibend.*

VVLGO *conceptus.*

VVLGO concepti dicuntur, qui patrem demonstrare non possunt, vel qui possunt quidem, sed eum habent, quem habere non licet, qui & *spurii* appellantur κατὰ τὴν σπορὰν, i. e. à satione, *L. 23. de statu hom.*

VVLNERARE.

VVLNERANTES quendam ita, ut confestim eum vita privarent, & etiam hi, quorum vulnere certum est aliquem vita excessurum, tenentur Aquilia de occiso, *L. 51. pr. ad L. Aquil.*

VVLNERANS servum alienum aut quadrupedem, quæ pecudum numero est, vel non est, veluti canem, aut feram bestiam, aut aliud animal, tenetur Aquilia ex tertio capite ad damnum datum per injuriam, *§. 13. de L. Aquil.*

VVLNERANTES aliquem, ut mortuus fuerit, quicunque plagam imposuit, homicida judicatur, *c. ult. q. 8. caus. 23.*

Si quis hominem VVLNERAVIT, puniatur, *c. 1. X. de injuriis.*

Operas & impensas in Medicos restituat, *ibid.*

VVLNERATIO.

VVLNERATIO feræ bestiæ, non facit eam vulnerantis, etiamsi sit ita vulnerata, ut capi possit, nam exigitur captura, *§. 13. de R. D.*

VVLNVS.

VVLNVS ubi infixum est, necesse est medicinam adhibere, *c. per illicitam. q. 7. caus. 1.*

Ferro abscindenda sunt VVLNERA, quæ fomenta non sentiunt, *c. 57. §. ferro. q. 1. caus. 16.*

VXOR.

Qui ex te & VXORE tua nascitur, in tua potestate est, *§. 3. de patr. potest.*

VXORI non succedit maritus in feudo, nisi pacto, *I. F. 15.*

VXORIBVS ex feudo non datur portio legalis, *II. F. 8. c. rei autem. §. 2.*

Ad

Ad VXOREM Vasalli fructus extantes pertinent, *II. F. 86.*

VXOR conveniri non potest ex contractu mariti, sive valeat contractus, sive non, nisi ex intercessione, à quo juvatur Vellejano, *L. 1. C. ne uxor pro marito.*

VXORES inquietari non debent ob culpam maritorum, *L. 2. C. eod.*

VXOR vel vir consummato matrimonio, sine consensu alterius, non possunt vovere religionem, *c. cum causa. X. de raptor.*

VXORIS & viri paria sunt jura quoad castitatem, *c. nemo. q. 4. caus. 32.*

VXOR diebus jejuniorum non est carnaliter cognoscenda, *c. 3. q. 4 caus. 23.*

VXORES in nulla Ecclesia ducere possunt Clerici in Sacris constituti, *c. Lectores. c. Seriatim. dist. 32.*

Clerici VXORES suas adulteras non occidant, sed domi custodiant, & ad saltuaria jejunia cogant, *c. placuit. q. 2. caus. 33.*

VXOR dimissa sine causa, ad omnia restitui debet, *c. historia. q. 2. caus. 33.*

VXOR non habet legitimam defensionem mariti, *L. 4. C. de procurator.*

VXOR non agit pro injuria viro suo facta, *L. 2. de injuriis.*

VXORES à viris defendi debent, non viri ab *uxoribus*, *ibid.*

VXORATVS, *a*, *m.*

VXORATVS non potest esse Episcopus, nisi uxor Religionem profiteatur, inter Latinos, *c. sane. X. de convers. conjugat.*

VXORATVS beneficio & officio privatur, *c. 3. & 7. X. de Cler. conjug.*

VXORATVS si non consummato matrimonio Religionem ingressus fuerit, Episcopus cum eo dispensare potest, ut possit promoveri, *Extrav. Joan. XXII. c. un. de voto & vot.*

X.

XENIVM.

XENIA non sunt perducenda ad munerum qualitatem, *L. 6. §. 3. de Offic. Proconf.*

Non in totum XENIIS abstinere debebit Proconsul, sed modum adjicere, ut neque morose in totum abstineat, neque avare modum *Xeniorum* excedat, *ibid.*

XENODOCHIVM.

XENODOCHIVM dicitur locus, in quo peregrini suscipiuntur & aluntur, *L. 19. C. de sacrosanct. Eccles.*

Z.

ZELOTYPIA.

ZELOTYPIAE purgatio, quæ olim apud Iudæos fiebat, hodie non observatur, hæc describitur *c. 21. q. 5. caus. 2.*

ZELVS.

ZELVS indiscretus reprobatur, *c. 5. q. 3. caus. 24.*

ZONA.

ZONAS de auro vel argento non portent Clerici, *c. 15. X. de vit. & honest. Cler.*

ZYTHVM.

ZYTHVM, quod in quibusdam provinciis ex tritico, vel ex hordeo, vel ex pane conficitur, sub appellatione vini non continetur, *L. 9. pr. de tritico, vino, &c.*

S. D. G.